Edm. John Jenkler
Caius Coll.
Camb.

NOVUM LEXICON

GRÆCO-LATINUM

IN

NOVUM TESTAMENTUM.

LaGr.D
S343n.3

NOVUM LEXICON

GRÆCO-LATINUM

IN

NOVUM TESTAMENTUM.

CONGESSIT

ET

VARIIS OBSERVATIONIBUS PHILOLOGICIS

ILLUSTRAVIT

JOH. FRIEDER. SCHLEUSNER,

PHILOSOPHIÆ ET THEOLOGIÆ DOCTOR HUJUSQUE PROF. P. O. VITEB. CONSIST. ECCLES. REGII ASSESSOR, ÆDI ARCIS ET ACAD. PRÆPOSITUS.

RECENSUERUNT

JACOBUS SMITH, S. T. P.
JOANNES STRAUCHON, ET ADAMUS DICKINSON.

EDITIO QUINTA.

VOLUMEN PRIMUM.

GLASGUÆ:

EXCUDEBANT ANDREAS ET JACOBUS DUNCAN, ACADEMIÆ TYPOGRAPHI:

LONDINI, VENEUNT APUD RICARDUM PRIESTLEY; EDINBURGI, APUD DICKINSON CUM SOCIIS; ET GLASGUÆ, APUD ANDREAM ET JOANNEM M. DUNCAN.

MDCCCXVII.

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/novumlexicon181701schl

NOVUM LEXICON

GRÆCO-LATINUM

IN

NOVUM TESTAMENTUM.

CONGESSIT

ET

VARIIS OBSERVATIONIBUS PHILOLOGICIS

ILLUSTRAVIT

JOH. FRIEDER. SCHLEUSNER,

PHILOSOPHIÆ ET THEOLOGIÆ DOCTOR HUJUSQUE PROF. P. O. VITEB. CONSIST. ECCLES. REGII ASSESSOR, ÆDI ARCIS ET ACAD. PRÆPOSITUS.

RECENSUERUNT

JACOBUS SMITH, S. T. P.
JOANNES STRAUCHON, ET ADAMUS DICKINSON.

EDITIO QUINTA.

VOLUMEN PRIMUM.

PARS SECUNDA.

GLASGUÆ:

EXCUDEBANT ANDREAS ET JACOBUS DUNCAN, ACADEMIÆ TYPOGRAPHI:

LONDINI, VENEUNT APUD RICARDUM PRIESTLEY; EDINBURGI, APUD DICKINSON CUM SOCIIS; ET GLASGUÆ, APUD ANDREAM ET JOANNEM M. DUNCAN.

MDCCCXVII.

10384
3/12/90
2 vols.
6

VIRIS

MAGNIFICIS, ILLUSTRIBUS,

CONSULTISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS,

AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMIS,

CIVITATIS LIPSIENSIS

CONSULIBUS,

PROCONSULIBUS,

ÆDILIBUS,

PRÆTORIBUS,

CÆTERISQUE,

SENATORIBUS GRAVISSIMIS,

PATRONIS,

OBSERVANTISSIME COLENDIS,

DEVOTISSIMI ANIMI

SIGNIFICANDI CAUSA,

HUNC LIBRUM

D. D. D.

AUCTOR.

PRÆFATIO

EDITIONIS PRIMÆ.

LECTORI BENEVOLO

SALUTEM ET OFFICIA.

QUANQUAM is ego non sum, cui aut voluptatem, aut utilitatem aliquam afferre possit, de aliorum laudibus et fama detrahere, et quæ sint in scriptis aliorum aut imperfectionis humanæ, aut incuriæ ac festinationis, aut inscitiæ adeo vestigia haud obscura lynceis oculis indagare et molesta pravaque cum sedulitate magis conspicua reddere, bona autem eorundem et virtutes plane silentio prætermittere; (sensu enim tenuitatis ac imbecillitatis ingenii mei omniumque animi ac corporis virium ac facultatum præsentissimo commotus ac ductus aliorum judicio, eruditioni et conatibus magis quam mihi et a me profectis tribuere soleo, et non solum modestia ac humanitate alios vincere, sed etiam summa diligentia et indefesso litterarum ac bene de aliis merendi studio ad certam famam contendere, aut certe veram laudem parare mihi didici:) tamen quod quilibet, cui de hoc litterarum genere recte judicare facultas est et potestas, nullo modo diffiteri potest ac inficias ire, et multi adeo ac doctissimi viri contendere nulli dubitarunt, meque, præfandi provincia imposita, dicere quasi cogit, non video, cur ego palam pronunciare ac repetere non debeam, nemini nempe eorum, qui hucusque Lexica N. T. condiderunt, contigisse, ut, non dicam, omne punctum ferret et opus proferret, ab omni parte perfectum, (quod in tanta hujus

negotii gravitate et molestia, in tanta humana imbecillitate ac imperfectione, in tanta denique ingeniorum varietate ac sententiarum diversitate ne cogitari quidem et postulari potest) sed, ut Lexicon conderet, a præcipuis ac gravissimis vitiis ac erroribus maxima ex parte liberum, iisque ornamentis instructum, quæ a diligentia et eruditione editorum, rectoque præsidiorum præsentium usu jure meritoque sperari poterant. Habere virtutes suas insignes N. T. thesauros, quos *Dieterici*, *Minterti*, *Leighii*, *Stockii*, *Schwarzii*, *Schoettgenii*, *Krebsii*, et alii in lucem publicam ediderunt, extra omnem dubitationis aleam est positum, et ego, qui permulta ipsorum lectioni debeo, et ex ipsis in usus meos transtuli, lubens et gratus agnosco, sed nullus tamen eorum ita comparatus est ac instructus, ut vere dici possit thesaurus præcipuarum observationum philologicarum, a quibus grammatica interpretatio N. T. pendet; nullus, qui vere usibus multorum inserviat, qui, justa librorum copia destituti, tamen ad subtiliorem N. T. cognitionem adspirant; nullus denique, qui non incuriæ ac festinationis innumera impressa habeat vestigia. Itaque cum rogatus essem ante hos novem annos a b. *Reichio*, mercatore librario quondam honestissimo ac litterarum omnis generis promovendarum studiosissimo, ut Lexici N. T. præcipuis saltem virtutibus ac dotibus, quæ in reliquis desiderantur, eminentis ac præstantis, et in primis integritate, diligentia, justo ambitu ac multorum illorum præsidiorum, quæ nostra ætate interpretatio N. T. grammatica habet, commodo usu insignis, condendi in me curam susciperem, quanquam multa erant, quæ me ab hoc consilio avocare potuissent, tamen laborem illum, admodum molestum tædiique plenum, defugiendum non putavi, immo eo lubentius in me recepi, quo magis id non solum muneris, quo fungor, rationes suadere videbantur, sed etiam Viri, philologiæ sacræ peritissimi et gravissimi, auctores mihi existebant, ut mihi, non insueto plane ejusmodi laborum, hoc negotium, durum quidem, sed admodum honestum ac veræ multorum utilitati inserviens, demandari sinerem; quorum tanta apud me fuit auctoritas, ut, cum me jam plane imparem huic labori judicassem, tamen ipsorum judicio de me honorificentissimo non parere nefas arbitrarer. In qua re quid præstiterim, aut certe præstare studuerim, ut Lectores statim in ipso limine intelligant, cum jam in tantam liber excreverit magnitudinem, paucis dicendum videtur et indicandum. Prima mea cura fuit, ut observationes

philologicas in N. T. quas per sedecim fere annos, diligenter legendis et relegendis libris divinis, iisdemque singulis fere diebus per annos decem auditoribus meis subtiliter explicandis, collegeram, non solum digererem et disponerem, sed etiam accuratius examinarem et certa a dubiis, quantum fieri poterat, separarem. Nunquam enim potui satis mirari eorum incuriam et negligentiam, quos, ad componenda Lexica N. T. præsidiis lectionis studiosæ ac repetitæ et accuratæ enarrationis librorum divinorum plane destitutos, accessisse, ipsa librorum, quos ediderunt, indoles, quemque docere potest. Si vero nullis aliis præsidiis instructus, quam iis, quæ meo ingenio et qualicunque eruditioni ac in interpretando sagacitati debebam, talem librum, summis difficultatibus plenum, conscribere conatus essem, summæ tamen audaciæ jure accusari possem; in cujus crimen ne incurrerem, diligenter non solum consulti sunt a me et inspecti omnes fere, quos nacti sunt hucusque libri divini N. T. magnos et inprimis doctos ac sagaces interpretes, quorum alios perpetuis commentariis, alios vero singulis observationibus locos N. T. difficiliores doctrinæ suæ luce haud infelici successu illustrasse constat, sed etiam, quidquid ad subsidia linguæ Græcæ interioris cognitionis comparandæ pertinere videbatur, diligenter a me adhibendum esse, usu nempe meo de summa illius utilitate et præstantia edoctus, existimavi. His subsidiis instructus, perlectis adeo, ne quid prætermisisse viderer, non sine omni tamen tædio, omnibus, quæ exstant, Lexicis N. T. ad ipsum novum thesaurum linguæ Græcæ N. T. adornandum et parandum accessi, in quem, instituti mei ac consilii bene memor, servatis adeo interdum aliorum verbis, omnes transtuli copias, quibus interpretationem N. T. grammaticam adjuvari posse putabam, ut adeo nihil fere in omni hoc libro reperiatur, quod jure meum et novum appellare possim, undeque, si colligendi curam, digerendi diligentiam et delectus cautionem excipias, ad me ulla aliqua laus vera redundare possit. Inprimis autem ea, qua potui diligentia, non solum vidi, ut nulla vox, nulla particula et loquendi formula N. T. genuina et vera omitteretur et intacta relinqueretur, sed etiam notatis omnibus, si operæ pretium erat, omnium vocum formularumque locis et sedibus, indicibus N. T. quos concordantias vulgo vocant, ut supersederi possit, efficere allaboravi. In singulis vero verbis, vocabulis et loquendi formulis explicandis earumque notionibus constituendis operam dedi, ut primum

nulla ullius vocis significatio et vis, idoneis argumentis comprobata, a me omitteretur; deinde, ut, quantum unius hominis diligentia efficere valet, ab allatis significationibus et singulorum locorum interpretationibus omnis abesset obscuritas et ambiguitas, quæ impedire possit, quo minus in mentibus lectorum N. T. existant imagines earum rerum, quas scriptorum divinorum mentibus obversatas fuisse probabile est. Sollicitus etiam haud parum fui de diligentius digerendis et ordinandis significationibus, partim memoriæ adjuvandæ, partim accuratæ linguæ Græcæ N. T. cognitionis promovendæ causa; quo ipso ordine certe in plerisque vocibus efficere conatus sum, ut, quomodo ex prima et propria cujusque vocis notione cæteræ deductæ fuerint, aut certe commode deduci possint, quilibet, etiam minus exercitatus, videre possit. In quærendis vero causis et inveniendo nexu significationum ejusdem vocis hac ratione usus sum, ut pro rei diversitate modo ipsius vocis origines indagarem, modo ad analogiam linguarum confugerem, modo denique viam observarem, quam natura humana in inveniendis et nectendis rerum ideis persequi vulgo creditur, interdum adeo, his subsidiis destitutus, meram conjecturam sequerer. Præterea etiam imposui mihi officium, de nominibus personarum, locorum, numorum, mensurarum, lapidum, etc. uberius, quam hucusque a plerisque Lexicorum N. T. conditoribus factum erat, exponendi et, quavis opportunitate oblata, idoneis exemplis demonstrandi, quid ad recte interpretandos N. T. Scriptores valeat perfecta geographiæ historiæque veteris et antiquitatis universæ, inprimisque morum, institutorum et opinionum Judæorum, Romanorum et Græcorum adeo perfectior cognitio. Ut denique omnibus officiis boni et idonei interpretis librorum divinorum N. T. satisfacerem atque non solum latius hujus Thesauri usus pateret, sed etiam tutius a quolibet usurpari posset, nec per me saltem in hoc litterarum genere propagaretur perversa haud paucorum levitas, qui, in verba magistri jurantes et ab aliis decantata unice repetentes, a vera, certa et idonea cognitione alieni manent et nullas sententiarum ac opinionum, quas habent et fovent, idoneas causas afferre valent, rationibus quoque et causis afferendis idoneis, quibus significationes singularum verborum minus usitatæ et novæ et interpretationes formularum locorumque N. T. difficiliorum confirmarentur, efficere conatus sum, ut etiam hoc respectu hic Thesaurus meus linguæ Græcæ

N. T. copiosissimum promptuarium jure haberi posset et reliqui libri omnes, qui observationes philologicas in N. T. continent, minus necessarii reperirentur. Quia autem Scriptores N. T. ut jam constat inter omnes rei peritos, in conscribendis libris suis usi sunt non lingua Græca, pura illa atque attica, sed dialecto, Christi et apostolorum ætate vulgari ac recepta, Macedonica et Alexandrina, totusque orationis evangelistarum et apostolorum character linguam redolet Hebraicam, et multa etiam in eorum libros e V. T. translata reperiuntur, cum proposuissem mihi, quavis oblata occasione, docere, quibus interpretatio formulæ loquendi et vocis cujusque confirmetur et stabiliatur rationibus, diligenter orationem N. T. cum linguæ Hebraicæ monumentis antiquissimis et versionibus Græcis V. T. omnibus ita contuli, ut ubique fere voces Hebraicas notarem, quibus Græcæ in N. T. et interpretum Græcorum V. T. libris respondent, et loca textus Hebraici et Græci afferrem idonea, ut statim intelligerent Lectores, cur voces et formulæ loquendi haud paucæ in N. T. vim habeant novam et Græcis inauditam. Eandem ob causam, maxime autem, ut appareret omnibus, quantum orationis Græcæ N. T. natura et indoles discrepet ab ingenio linguæ atticæ, laudavi passim Grammaticorum veterum, *Thomæ Magistri*, *Phrynichi*, *Moeridis* aliorumque de linguæ Græcæ et singularum ejus vocum puritate libros, hac tamen cautione adhibita, ut eorundem quoque errores, a viris doctissimis nostra in primis ætate detectos, libere notarem. Quanquam vero eorum opinio, qui orationem Græcam N. T. esse castigatissimam ac purissimam olim contenderunt, dudum explosa est, tamen et ii mihi in errore gravissimo versari semper visi sunt, qui, nullo plane discrimine agentes, omnem N. T. orationem esse mere Hebraicum et linguæ Græcæ scientiam nullum esse interpretationis N. T. adjumentum necessarium clamant allisque persuadere conantur. Igitur, ut partim appareret, quam vanæ sint hæ voces, quæ etiamnum multorum ore jactantur, partim vero nullum ornamentorum genus in Lexico meo desideraretur, etiam hoc egi, ut, vestigia exquisitæ et puræ orationis Græcæ in N. T. haud raro reperiri, idoneis exemplis, ex Scriptoribus Græcis omnium ætatum adductis, ubique fere demonstrarem. Præterea quoque, ut, nullam a me notionem temere fictam esse, alii quoque cognoscerent, compilavi perlecta a me omnia, quæ exstant, *Glossaria Græca*,

maxime ab *Hesychio*, *Suida*, *Phavorino*, *Auctore Etymologici Magni* aliisque collecta, cum in locis iis, quæ glossas sacras, ut vocant, continerent, tum etiam in illis, quæ ad Scriptores Græcos universe pertinerent; eorumque causa, qui libris doctorum veteris ecclesiæ Christianæ magnum pretium statuere consueverunt, ex horum quoque libris rationes interpretationum singularum, a me propositarum, passim protuli, quas in aliis locis e sylva variarum lectionum, N. T. et locis parallelis petere et desumere, usu meo de summa eorum utilitate et præstantia edoctus, haud dubitavi. Sed operam perderem et nimis spatiosus mihi aperiretur disserendi campus, si omnia ac singula, quæ a me in hoc Novo Lexico condendo præstita sint, uberius enarrare et exemplis illustrare vellem, cum facile quivis intelligere ac animadvertere possit, qui meum librum cum aliis ejusdem generis comparare velit. Ut omnes ac singulos Viros doctos, e quorum scriptis multa in usum meum converti, semper nominarem, instituti brevitas quidem non permittebat, sed præter varios interpretes librorum N. T. antiquiores, in ipso libro passim laudatos, libros et observationes recentiorum Scriptorum, nominatim Fischeri, Tittmanni, Mori, Doederleinii, Telleri, Storrii, Koppii, Thalemanni, aliorumque doctissimorum hominum haud parum mihi profuisse, lubens et gratus profiteor. Emendationem schedarum typographicarum suscipere ob loci distantiam ipse non potui, nec sunt oculi mei tam perspicaces, ut omnia peccata typographica notare facile possint. Eo magis igitur est a me laudanda et suspicienda et jam palam prædicanda summa diligentia Viri Celeberrimi, Doctissimi et Linguarum, Orientalium maxime, peritissimi, Meisneri, *Philosophiæ Professoris Lipsiensis*, qui non solum errores typographorum tam diligenter notavit, ut eum nihil facile, quantum equidem vidi, effugerit, sed etiam, si in ipsis plagulis, a me scriptis, errores detexit, imbecillitati facile condonandos, aut in litteris, accentibus et ordine ipso verborum quædam turbata essent, a me quam humanissime rogatus, feliciter correxit et emendavit et ita omnes meas partes egit. Huic itaque doctissimo et mihi carissimo viro, quod admodum correctus prodit hic liber meus, certe erroribus typographicis caret, qui lectores exercitatos remorari possent, gratiæ habendæ sunt a Lectoribus, non mihi. Cæterum ex animo opto, ut hic liber meus, in quo adornando sola mihi proposita fuit aliorum utilitas, non vana

doctrinæ et multæ lectionis ostentatio, sacrarum litterarum studiosis viam vere muniat ad N. T. libros non solum recte intelligendos, sed etiam aliis explicandos, nec plane displiceat intelligentibus et æquis harum litterarum judicibus, quos, si interdum me lapsum esse animadvertant, aut in singulis locis explicandis mecum dissentiant, ut, respectu habito imbecillitatis humanæ et summæ laboris mei molestiæ et gravitatis, non solum me humaniter admoneant et edoceant, sed etiam erratis, cum meis, tum operarum, benevole ignoscant, modeste ac humaniter rogo. Dabam Goettingæ d. XXVIII. Maii MDCCXCI.

PRÆFATIO

EDITIONIS SECUNDÆ.

Octo circiter anni elapsi sunt, ex quo libellus hic meus lucem primum adspexit. Quanquam autem in eo elaborando omnem impenderam operam ac diligentiam, ut paucas tantum correctiones ac emendationes admittere videretur, tamen non ita multo post, inprimis autem cum novæ editionis parandæ officium mihi librarii hæredum nomine injungeretur, non deesse mihi, cum multis in locis partim castigandi, partim etiam augendi, ccasion em, ipse non solum observavi, sed etiam Virorum doctorum, qui sua de hoc labore meo judicia interposuerunt, monitis edoctus cognovi. Ex quo igitur primum in lucem emissus erat publicam hic liber, exemplo meo, chartis vacuis distincto, diligenter adscripsi observationes, quas mihi et quotidianæ fere in N. T. prælectiones academicæ, et usus multorum librorum, ad interpretationem librorum sacrorum N. T. pertinentium, suppeditabat, et quarum delectum exhibet hæc nova editio. Sunt autem in ea acta fere hæc. Quæ nempe olim erant non satis plane, accurate et circumscripte expressa, planiora primum effeci et pleniora, conservata tamen brevitate, quæ tali libro, ut sumtibus parcatur adeoque plurium usibus inserviat, propria esse debet. Ut deinde nonnullorum desideriis satisfacerem, quantum descriptio omnis operis pateretur, non solum vocibus nonnullis novis (v. c. Ἀήδια, Ἄμωμον, Δὰν, Διαφέρει, Διαχλευάζω, Κέδρος, Ὁμίχλη, Πονέω, Συναυλίζομαι) e collectionibus variarum lectionum N. T. delectis, explicatis et suis locis insertis, novam hanc editionem Lexici N. T. locupletavi, sed etiam multis in locis interpretationes aliorum novas ac probabiles notavi. Quæ porro jam in priori

editione a me notata ac observata erant, novis, ubi opus erat, auctoritatibus et argumentis firmavi, et notitiam librorum, in quibus de singulis vocibus ac formulis loquendi, interpretationibus etiam singulorum N. T. locorum inprimis diligenter expositum est, pleniorem suppeditavi. Denique vero etiam in id sedulo incubui, ut, qui in priorem editionem irrepserant operarum errores, tollerentur. Cujus negotii molestiam mecum in se iterum suscepit Vir Celeberrimus ac Doctissimus MEISNERUS, Philosophiæ Professor Lipsiensis bene meritus, qui ita operose ac diligenter singula inspexit ac constituit, ut neminem fore arbitrer, qui, et per eum huic novæ editioni multum boni accessisse, minus cognoscat et fateatur. Cæterum, uti priorem editionem hujus thesauri Græcæ linguæ N. T. viris qui de legitima interpretatione judicare sustinent, non omnino displicuisse, immo fere omnium aliquem plausum tulisse, impense lætor, et gratus agnosco, ita, si hæc opera mea porro pluribus, ad comparandam recte interpretandi N. T. scientiam facultatemque, profuerit, vehementer gaudebo. Scripsi Vitebergæ d. IV. Dec. a. p. C. n. MDCCC.

JOH. FRIED. SCHLEUSNER.

PRÆFATIO

EDITIONIS TERTIÆ.

In adornanda hac nova editione operis, quod benignis fere omnium judiciis exceptum esse, impense lætamur, nobis propositum fuit unice hoc, ut, quantum et vires nostræ, et belli funestissimi, quod nunc geritur, strepitus, permitterent, ad majorem perduceretur perfectionem. Quare nobis in eo maxime elaborandum esse duximus, ut partim textus ipse omnibus scripturæ mendis, quoad fieri posset, purgaretur, partim novis quanquam non adeo multis (ne moles ac pretium libri nimis augeretur) observationibus philologicis instrueretur hic thesaurus linguæ Græcæ N. T. Quod autem admodum correctus prodit hic liber, effecit maxime summa diligentia Viri doctissimi, ac de Græcis Latinisque literis per plures annos optime meriti, *G. H. Schæferi*, cui optima quævis ex animo apprecamur. Cæterum, uti speramus doctos æquosque lectores de opera nostra omni liberaliter esse benigneque judicaturos, ita ut ea magna adjumenta attulerimus et magistris et tironibus ad intelligendos enarrandosque libros N. T. vehementer optamus. Dabam Vitebergæ Calend. Octobr. MDCCCVII.

JOH. FRIED. SCHLEUSNER.

NOTITIA LITERARIA

LEXICORUM N. T. GRÆCI.*

Joh. Lithocomi Lexicon Novi Testamenti et ex parte Veteris. Colon. 1552. 8.

Eliæ Hutteri Dictionarium biblicum græcum. Norib. 1598. 4.

Eilhardi Lubini Clavis N. T. seu breve omnium dictionum, quibus conscriptum est, Lexicon. Rostoch. 1614. 4.

Matth. Martini Epitome Lexici et Etymologici Græci. Brem. 1616. 8.

Ejusdem Cadmus Græco-Phœnix, i. e. Etymologicum vocum græcarum V. et N. T. ibid. 1631. 8.

Ludov. Lucii Dictionarium N. T. græco-latinum. Basil. 1640. 8.

Mart. Petr. Cheitomæi græco-barbara N. T. quæ orienti originem debent. Amst. 1649. 12.

Critica Sacra—or Philologicall and Theologicall Observations upon all the Greek Words of the New Testament, in Order Alphabeticall. By Edward Leigh. The third Edition corrected. Lond. 1650. Fol. Eadem s. tit. Ed. Leigh Critica Sacra, i. e. Observationes philologico-theologicæ in omnes voces græcas N. T. juxta ordinem alphabeticum. Ed. quinta. Gothæ 1706. 4.

Onomasticum N. T. mnemoniacum. Giess. 1653. 8.

Jerem. Felbingeri Lexicon græco-germanicum super N. T. 1657. 12.

Gerh. Maieri dispositio methodica græcorum N. T. vocabulorum. Francof. 1663. 12.

Georg. Crauseri Phosphorus græcarum vocum et phrasium N. T. theoretico-practicus; i. e. Observationes philologico-theologiæ theoriæ et praxi sacræ inservientes, ex præcipuis Philologis et Theologis, nec non variis Lexicis, Commentariis, Annotationibus, Scholiastis, Hypomnematibus præcipue collatæ. Rudolphstad. 1664. 8. Francof. et Lips. 1676. 4.

Joh. Conr. Dieterici Antiquitates N. T. seu Lexicon philolog. theol. græco-latinum. Francof. 1671. fol. Idem sub. h. tit. Novi Testamenti illustramentum, sive Lexicon philol. theol. græco-latinum. P. 1. et 2. Francof. ad Mœn. 1680. Fol.

Andr. Reyeri Vocabularium, s. Lexicon græco-latinum et latino-græcum, in quo omnia N. T. græca vocabula recensentur. Goth. 1672. 8.

Joh. Leusdenii N. T. clavis græca cum Annotationibus philologicis. Ultraj. 1672. 4.

Adr. Cocquii Observationes Critico-Sacræ in sacrum N. T. codicem, qui agit de philosophia et doctrina morum, ubi præter etyma et significationes verborum græcorum, hominis beatitudo, affectus, virtutes et vitia ex Sacris literis eruta philologice et practice eruuntur. Lugd. Bat. 1678. 4.

Eberh. van der Hooght Lexicon N. T. græco-latino-belgicum. Amst. 1690. 8.

Corn. Schrevelii Lexicon manuale N. T. græco-latinum et latino-græcum. Amst. 1700. 8.

Nicol. de Mortier Etymologiæ Sacræ græco-latinæ. Rom. 1703. Fol.

Petri Sigism. Papenii Lexicon onomato-phraseologicum in Codicem Sacrum N. T. Lips. 1718. 4.

* De quorum vitiis *Prolusiones J. F. Fischeri separatim antea nunc conjunctim editæ, multis partibus auctæ, multisque in locis emendatæ* prodierunt Lips. 1791. 8.

Petri Mintert Lexicon græco-latinum in N. T. c. 1. Georgii Pritii. Francof. ad M. 1728. 4. 2 Voll.

Petri Brinchii Philologia Sacra V. et N. T. c. præf. Joh. Petri Anchersen. Havn. 1734. 8.

Joh. Conr. Schwarzii Commentarii Critici et Philologici linguæ græcæ N. T. Lips. 1736. 4.

Mart. Casp. Wolfburgii Observationes sacræ in N. T. s. Annotationes theologico-criticæ in voces plerasque N. T. ordine alphabetico et dicta præcipua tam V. quam N. T. Hafn. 1738. 4.

N. T. Glossarium græco-latinum. Sive Sylloges vocum N. T. olim editæ a Joh. Casp. Suicero nova recensio, cura Joh. Casp. Hagenbuchii. Tigur. 1744. 8.

Chr. Schoettgenii Novum Lexicon græco-latinum in N. T. Lips. 1746. 8.—Idem accensuit, quam plurimis locorum interpretationibus auxit, et variis observationibus philologicis locupletavit Joh. Tob. Krebsius. ibid. 1765. 8. — Idem post J. T. Krebsium recensuit et variis Observationibus Philologicis et Criticis locupletavit Gottl. Lebr. Spohn. Lips. 1790. 8.

(C. J. G. Haymann Lanx satura Observationum in N. T. e Græcis V. T. interpretationibus ad Lexicon Schoettgenio-Krebsianum accommodatarum. Dresd. 1780. 4. — J. C. Gottleberi Animadversiones ad Schoettgenii Lexicon N. T. Spec. 1. et 2. Annab. 1771. 4. Ejusdem Scholia ad idem Lexicon. Misen. 1775. 4.)

Christ. Stockii Clavis linguæ sanctæ N. T. Quintum edita cura J. F. Fischeri. Lips. 1752. 8. Editio prima Jenæ 1726.

Proeve van een Oordeelkundig Woordenboek over de Heilige Boeken des Nieuwen Verbonds. Door Elias Palairet. Te Leiden 1754. 8.

Joh. Simonis Lexicon manuale græcum N. T. Hal. 1766. 8.

Georgii Pasoris Lexicon manuale N. T. c. anim. Joh. Fried. Fischeri. Lips. 1774. 8. — (Emendationes quædam Lexici græco-latini, quod primum G. Pasor in N. T. conscripsit, ediditque, et dein post anonymum aliquem Schoettgenius e V. T. græcis interpretibus et libris apocryphis auxit, adornatæ a Brandano Andrea Hugone. Brunsv. 1737. 8.)

Frid. Benj. Gautzschii Specimen Exercitationum Grammaticarum ad illustrandum N. T. e versione LXX. Interpp. Brem. 1778. 8. Ejusd. Spec. II. Francof. et Lips. 1786. 8.

Joh. Gustav. Herrmann griechisch-teutsches Wörterbuch des N. T. Frankf. an d. Oder 1781. 8.

Carl Friedr. Bahrdt griechisch-teutsches Lexicon über das N. T. Berlin 1786. 8.

G. Hesselink Uitlegkundig Woordenboek ter opheldering van de Schriften des N. T. Amsteld. 1790. Tweede druk. 1803. 8.

Euchar. Oertel griechisch-teutsches Wörterbuch des N. T. Götting. 1799. 8.

LECTORI BENEVOLO

S. D.

EDITORES.

Effluxit jam prope biennium, ex quo Schleusneri Lexicon publici juris facere decrevimus, quippe quod eruditorum omnium, eorumque præcipue qui Sacris Litteris sese dedant, studio dignum esse videretur. Exemplaria vero hujus operis utilissimi vix aut ne vix quidem hic usquam inveniri poterant, neque omnibus temporibus, quamvis Lipsiæ iterum atque iterum prodierat, satis tuto, bello sæviente, asportari sinebantur; et quæ identidem ad littora nostra quasi furtim perveniebant, ea majore sumptu quam pro aspectu eorum et cura operæ adhibita emenda erant. Exstant in primis hæ causæ, quare hujus quartæ editionis proferendæ consilium agitavimus: de qua, lector studiose, te monitum paucis velimus.

Nos operam dedimus, ut maculis, quæ tertiæ editioni adhæreant, sublatis, specimina typographica quam accuratissime exhiberemus. Forma quidem nitida, et utili, ut speramus, chartaque pulchra conficere visum. Ab initio fere lineæ incipit vocum vis et explicatio: nomina quoque propria characteribus majusculis insigniuntur. Quin et voces formulasque Germanicas Anglice vertendas curavimus: et priorum editionum locos, minus accurate laudatos, millies supra, recte constituimus.

Gratias agendi viris ingenuis et doctissimis, quorum ductu et auspiciis multum sumus adjuti, occasionem libenter arripimus, et præsertim Georgio Mason, viro perquam amico, et litterarum Orientalium peritissimo, qui in corrigendis plurimis erroribus editionis exteræ, non solum in verbis Orientalibus, verum etiam in locis ad Vetus ac Novum Testamenta citatis, opem nobis benigne tulit.

Quod ad ipsum librum attinet, pro certo habemus fore neminem, cui hæc et similia cordi sunt studia, qui eum in usum suum magno sine fructu, cum quadam conjuncto admiratione, conferre potest. Porro, autem, hoc confirmare audemus, virum venerandum, conditorem hujus libri celeberrimi, propter ingenium plane subactum, et cognitionem variam ac reconditam, de omnibus eruditis, sed præsertim Theologiæ studiosis, bene semper esse meriturum. Valeas, igitur, humanissime lector: ne offendaris, si quid a nobis peccatum sit, et humillimo labori faveas, precamur. Scr. Edinburgi, Idibus Januariis, A. C. CIↃ IↃCCCXIV.

LEXICON GRÆCUM

NOVI TESTAMENTI.

A UT א Hebræorum, quia est prima alphabeti Græci littera, per Metonymiam et de rebus et de personis usurpatur, ita, ut, *quidquid est primum*, sive tempore sive dignitate, adeoque interdum principem, id quod summum est et eximium in suo genere (cf. *Buxtorf.* Lex. Talmud. p. 106.) significet; prout ex adverso ω, *quod est ultimum*, notat. Hinc Apoc. I, 8. et 11. ubi Christus se τὸ Α καὶ τὸ Ω professus fuerat, id in priori loco verbis ἀρχὴ καὶ τέλος, in posteriori per ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ipse explicat. Unde alii æternam Christi divinitatem describi statuerunt; ut inter veteres jam *Arethas* Cæsariensis in Apoc. p. 888. *Origenes* et alii, quippe loco Iesaiæ XLIV, 6. (ante me non fuit alius Deus, nec post me erit ullus) potissimum commoti, quos et plerique nostræ ecclesiæ interpretes (v. c. *Eichhorn.* in Com. ad h. l.) secuti sunt. Simili modo apud *Gregor. Abulpharagium* in *Histor. Dynast.* statim ab initio *Deus* dicitur *primus sine initio* et *ultimus sine fine.* Alii diversam ab hac opinionem amplexi, hoc indicari censuerunt: Christum, a Deo constitutum dominum ecclesiæ suæ, esse auctorem et manere perpetuam felicitatis cultorum suorum causam. Conf. *C. G. Offerhausii* Disquis. philol. de *Alpha Apocalyptico* in *Miscell. Duisburg.* T. I. p. 181. et *Joh. Amuel* Diatr. philol. *qua τὸ α et ω appellatio Christi in Apocalypsi exponitur.* Ups. 1755. 4. Quibus addenda est *Joh. Nicolai* Disquis. *de Mose Alpha dicto.* Lugd. Bat. 1703. 8.

ΑΑΡὨΝ *Aaron.* Nomen proprium indeclinabile, origine Hebræum (אַהֲרֹן), primi pontificis summi Israëlitarum. Fuit filius Amrami et Jocebedæ, Exod. VI, 20. frater Mosis, ejusque interpres in proponendis Dei mandatis, Exod. VII, 1. Luc. I, 5. ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρὼν e familia Aaronitica oriunda. Hebr. VII, 11. κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν Aaroni similis. Ibid. IX, 4. ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν virga Aaronis frondescens. In Gloss. Alberti per ὄρος δυνάμεως explicatur, et derivatur ab הַר *mons*, et אוֹן *robur.* Idem tradit Scholion vetus Græcum ad Psalm. XCIX, 6. editionis *Bosianæ.*

ΑΒΑΔΔὨΝ. Vox Hebraica (אֲבַדּוֹן) quæ proprie *perniciem, vastationem, interitum, perditionem, mortem,* notat, et ab Alexandr. Job. XXVIII, 22. per ἀπώλεια redditur; deinde de *sepulcro, inferno, loco in quo esse et versari manes Judæi opinabantur,* usurpatur, et cum שְׁאוֹל, Prov. XV,

11. interdum etiam cum מָוֶת et קֶבֶר conjungitur. Cf. *Schoettgen. Hor. Hebr. et Talmud.* T. I. p. 1115. qui Hebræos *conclavium inferni infimum Abaddon* vocare observavit. Sed Apoc. IX, 11. ita vocatur ὁ ἄγγελος τῆς ἀβύσσου *rex tartari*, ut adeo ibi, abstracto posito pro concreto, *angelus, per quem Deus judicia sua in impios exsequebatur* ex opinione Judæorum, *dæmon mortis minister*, der Todes-Engel, *the Angel of Death*, (qui a Judæis מַלְאַךְ הַחַבָּלָה etiam מַלְאַךְ הַמָּוֶת vocatur) necessario intelligendus sit; quod idem verba explicationis caussa ibi subjecta postulant: ὄνομα αὐτῷ ἑβραϊστὶ Ἀβαδδών, καὶ ἐν τῇ ἑλληνικῇ ὄνομα ἔχει Ἀπολλύων. Vulgatus, addens de suo: *Latine nomen habet exterminans*, sine dubio vocem Ἀσμοδαῖος, Tob. III, 8. respexit, quam *Bielius* in Thesauro suo plane neglexit. Aliis in locis ὁ ὀλοθρεύων, Sapient. XVIII, 25. ὀλοθρευτὴς, 1 Cor. X, 10. Hebraice מַשְׁחִית Exod. XII, 23. appellatur.

ΑΒΑΡΗ῾Σ, ἐος, οῦς, ὁ, ἡ, proprie dicitur, *qui non gravis est, non onerosus* (ex α priv. et βάρος *onus*). *Plutarch. de Stoic. repugn.* T. X. Opp. p. 353. ed. *Reiske* πῦρ ἀβαρές. Cum autem βάρος Græcis *molestia omnis, qua quis afficitur*, dicatur, ut vel ex formula sat obvia βαρέως φέρειν constat, factum est, ut ἀβαρὴς translate etiam de eo usurparetur, *qui alteri non molestus est et importunus, qui alios injuria afficit nulla:* uti e contrario ὁ βαρὺς et φορτικὸς, *qui alteri molestiam quocunque modo creat*, v. c. *Josepho* A. I. VI, 13. 10. dicitur. Nuspiam hac voce Græci V. T. interpretes usi sunt, et semel tantum in N. T. reperitur, 2 Cor. XI, 9. καὶ ἐν παντὶ ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα nullo unquam tempore causam vobis præbui sumtuum et impensarum faciendarum. *Theophyl.* ad h. l. δείκνυσιν, ὅτι καὶ βάρος ἡγοῦντο τὰς τροφὰς αὐτῷ χορηγεῖν. Vide, quæ post *Wesselingium* de *Judæorum Archontibus* p. 15. *Krebsius* collegit in *Observatt. Flav.* p. 313. et quæ infra sub βάρος et ἐπιβαρέω a me dicentur.

ΑΒΒΑ῀ *pater*. Nomen indeclinabile originis quidem Hebraicæ (אָב), sed formæ Chaldaicæ (אַבָּא) et Syriacæ (ܐܒܐ), addita littera א, quam quidam pro suffixo primæ personæ haud incommode habuerunt, quod minus usitate cesserit in locum י, ut idem sit ac *mi pater:* deductum haud dubie a radice אָבָה, *velle, bene velle, delectari aliquo*, ut adeo pater apud Hebræos a voluntate propensa in liberos sit denominatus. Temere *Augustinus* Ep. 178. vocem Ἀββᾶ pro Græco vocabulo habuit. Ter tantum reperitur in N. T. libris: Marc. XIV, 36. Rom. VIII, 15. Gal. IV, 6. additis semper explicationis causa verbis ὁ πατὴρ, omissa tamen formula ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, quæ alias additur, ut Joh. 1, 42. Cæterum ea bene conferri posse *Alberti* videtur cum Græco Ἄππας et Ἄππα, quod habet *Callim.* Hymn. in Dian. v. 6. ubi vide *Spanhemium*. Multa enim vocabula e LL. OO. successu temporis in linguam Græcam translata esse, satis constat. *Phavor.* Ἀββᾶ· ὁ πατὴρ παρ' Ἑβραίοις.

῎ΑΒΕΛ *Abel*. Nomen proprium indeclinabile, filii Adami, natu secundi, origine Hebræum, הֶבֶל, Genes. IV, 2. 4. quod alii idem cum subst. הֶבֶל *vanitas, res nullius pretii*, esse voluerunt; alii vero rectius, ut equidem opinor, ab אָבַל *luxit, doluit, lamentatus est*, cum *Josepho*, A. I. I, 2. 1. (῎Αβελος—σημαίνει δὲ πένθος τοῦτο.) *Eusebio, Præp. Evang.* XI, 6. et *Philone* deduxerunt, ut adeo eum demum post mortem cruentam nomen illud accepisse statuendum sit. *Hesychius* et ex eo *Phavorinus:* ῎Αβελ· πένθος. Matth. XXIII, 35. ἀπὸ τοῦ αἵματος ῎Αβελ τοῦ δικαίου inde ab injusta Abelis cæde. Hebr. XI, 4. XII, 24.

ubi tamen loco impressi παρὰ τὸν Ἄβελ, legendum erit παρὰ τὸ Ἄβελ, subintellecto αἷμα.

ΑΒΙΑ, ὁ, *Abia*. Nomen viri indeclinabile אֲבִיָּה, ex אָבִי *pater meus*, et יָהּ *Deus;* unde in *Alberti* Gloss. N. T. p. 33. explicatur verbis πατὴρ μοῦ κύριος. Duo hujus nominis viri in N. T. memorantur. Alter, cujus nomen in genealogia apud Matth. I, 7. recensetur, fuit rex Judæ, filius Rehabeami, Salomonis nepos, 1 Regg. XIV, 30. qui interdum etiam אֲבִיָּם vocatur. Alter vero, qui Luc. I, 5. commemoratur, sacerdos fuit ex Aaronis posteris primarius sacerdotalis familiæ, a quo denominata est *classis Abia*, sacerdotibus in 24 classes a Davide distributis, octavum locum sortita, (1 Chron. XXIV, 10.) ex qua fuit Zacharias, Johannis Baptistæ pater.

ΑΒΙΑΘΑΡ, ὁ, *Abiathar*. Nomen viri indeclinabile origine Hebraicum, אֶבְיָתָר, quod alii *patrem excellentem*, alii *patrem residui*, (h. e. cujus pater superstes manserit, matre nempe in partu exstincta,) interpretantur. Cf. *Simonis Onom. V. T.* p. 452. Fuit summus sacerdos haud ignobilis Judæorum, memoratus 1 Sam. XXII, 21. qui Saulo occiso, et Davide ad regnum evecto, successit parenti Achimelecho, cum omnibus in oppido Nobe sacerdotibus deleto, pontificatumque quadraginta fere annos tenuit; fidus præterea Davidis socius et exilii et omnium calamitatum. Semel commemoratur in N. T. Marc. II, 26. ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως tempore Abiathar summi sacerdotis. Vulgo quidem male redditur, *sub pontificatu Abiathari:* sed tunc scribendum fuisset Marco: ἐπ' ἀρχιερέως Ἀβιάθαρ, ut jam bene *Wetstenius* ad h. l. observavit. Vide etiam *Maknighti Comment. Harmon. in IV Evangelia* T. II. p. 392. ed. *Ruckersfelder.*

. ΑΒΙΛΗΝΗ, ῆς, ἡ, subintelligitur χώρα, *Abilene*. Nomen regionis Decapolitanæ in Syria, inter Libanum et Hermonem versus Phœniciam sitæ, cui præerat *Lysanias* a Romanis constitutus; unde urbs *Abela* ad Libanum sita (plures enim hujus nominis urbes fuisse constat), quæ regioni nomen dedisse videtur, a *Ptolemæo* Ἄβιλα Λυσανίου appellatur. Luc. III, 1. Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος eo tempore, quo Lysanias tetrarcha Abilenæ erat. Cf. præter *Relandi Palæstinam* p. 528. *Cellarii Notit. Orb. Antiq.* T. II. p. 441.

ΑΒΙΟΥΔ, ὁ, *Abiud*. Nomen viri ἄκλιτον, Hebr. אֲבִיהוּד, h. e. *patris decus* s. *gloria*. Fuit filius Sorobabelis, teste Matth. I, 13. omissus sine dubio in historia genealogica 1 Chron. III, 19. quia in privata et humili conditione vixit.

ΑΒΡΑΑΜ, ὁ, *Abraham*. Nomen proprium sæpius in N. T. obvium patriarchæ, filii Tharachi, Hebraice אַבְרָהָם quod ex etymologia *patrem numerosæ sobolis* significat, ut etiam explicatur Genes. XVII, 5. et quod nactus est ille post fœdus cum Deo initum, ante quod vocabatur Ἀβρὰμ אַבְרָם h. e. *pater excelsus*. Cf. *Ikenii Diss. Philol. Theol.* T. I. p. 15. seq. *Phav.* Ἀβραάμ· ὄνομα κύριον, ὁ πρῶτος ἐν Πατριάρχαις·—καὶ Ἀβραάμ· πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν. Ἄβραμ· περάτης ἢ πατὴρ μετέωρος. Quanta ejus fuerit apud Judæos auctoritas, et quantopere Judæi de genere, quod ab eo ducebant, gloriati fuerint, partim e N. T. libris, partim e locis, a *Wetstenio* (N. T. T. I. p. 264.) laudatis, luculenter apparet. Ἀβραὰμ pro *Jacobo*, nepote ipsius, positum Act. VII, 16. coll. Genes. XXXIII, 19. de quo loquendi usu cf. *Fesselii Advers. Sacra* T. II. p. 374. Vide etiam infra sub κόλπος.

ΑΒΥΣΣΟΣ, ου, ὁ, ἡ, Adjectivum, ejusdem cum ἄβυθος significationis, *fundo carens, qui est sine fundo*, ex α priv. et βυσσὸς, Ionice pro βυθὸς, fun-

dus. *Lucian.* Ver. Hist. II. p. 688. τὸ δ' ἦν πέλαγος ἄβυσσον. Deut. XXXIII, 13. ἄβυσσοι πηγαὶ κάτωθεν. In N. T. libris semper ἡ ἄβυσσος occurrit, omisso substantivo χώρα, in universum *immensæ profunditatis voraginem* (nam in vers. Alex. Genes. I, 2. τῷ תְּהוֹם respondet,) denotans; ita tamen, ut partim de *inferno, loco subterraneo, qui mortuorum sedes habebatur*, usurpetur, v. c. Rom. X, 7. τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; quis ad inferos descendet? (ubi Syrus bene sensum expressit verbis: ܠܬܗܘܡܐ ܕܫܝܘܠ coll. Deut. XXX, 12. et *Lowth.* de Poesi sacra Hebr. p. 200. ed. *Michaelis.*) partim dicatur de *tartaris, carcere et loco sceleratorum, in quo dæmones mali æque ac homines impii variis cruciatibus affici credebantur*, quem et *Euripides* in Phœnissis v. 1632. ταρτάρου ἄβυσσα χάσματα vocat. Luc. VIII, 31. εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν ne in tartara abire cogerentur. Apoc. IX, 1. 2. φρέαρ τῆς ἀβύσσου profundissima tartara: ibid. v. 11. ὁ ἄγγελος τῆς ἀβύσσου rex tartari; ibid. XI, 7. XVII, 8. XX, 1. et 3. Cf. *Suiceri* Thes. Eccles. sub h. v. *Hesych.* ἄβυσσος· πέρας οὐκ ἔχον, ὕδατα ἄπειρα. *Suidas:* ἄβυσσος· ὑδάτων πλῆθος πολύ.

Ἄγαβος, ου, ὁ, *Agabus.* Propheta fuit temporibus Apostolorum, qui prædixit famem per totam Judæam sub Claudio Cæsare futuram, Act. XI, 28. et Paulum Hierosolymis in vincula conjectum iri, Act. XXI, 10. De ipsius nominis notione conf. *Drusium* in Obss. ad priorem locum, T. IV. *Critt. Anglic.* p. 2266. qui ab Hebræo חָגָב *locusta* derivandum esse arbitratur. Alii contra cum *Grotio, Witsio* et *Wolfio* ex verbo עָגַב *amavit* hoc nomen proprium formatum esse opinantur, ita, ut *dilectum* proprie significet.

Ἀγαθοεργέω, *beneficum me erga alios exhibeo, benefacio:* 1 Tim. VI, 18. ἀγαθοεργεῖν ut benefici sint erga pauperes. Eodem sensu ἀγαθουργέω in Scriptt. Eccles. usurpatur, teste *Suicero* Thes. Eccles. T. I. p. 15. Omissa est hæc vox in *Stephani* Thesauro L. Gr. *Phavor.* ἀγαθουργῶ· τὸ εὐεργετῶ, καὶ ἐργάζομαι ἀγαθόν. *Etym. M.* ἀγαθοεργία, ἡ ἀγαθοῦ ἔργου προθυμία.

Ἀγαθοποιέω, 1. *honeste et recte ago, virtutis christianæ sum studiosus:* 1 Petr. II, 15. ἀγαθοποιοῦντας φιμοῦν τὴν — — — ἀγνωσίαν ut recte agendo omnem vos calumniandi paganis adimatis occasionem; ib. v. 20. τῷ ἁμαρτάνειν opponitur: III, 6. ἀγαθοποιοῦσαι, decori studiosæ; ibid. v. 17. opponitur τῷ κακοποιεῖν. Adde 3 Joh. v. 11.

2. *bene mereor de aliquo, beneficia in aliquem confero:* Marci III, 4. ubi ἀγαθοποιῆσαι cum ψυχὴν σῶσαι permutatur. Luc. VI, 9. 33. 35. Act. XIV, 17. In vers. Alex. respondet Hebr. הֵטִיב Judd. XVII, 13. Soph. I, 13. 1 Macc. XI, 33. 2 Macc. I, 2. *Phavor.* Ἀγαθοποιέω τὸν δεῖνα, τουτέστιν εὐεργετῶ. καὶ ἀγαθοποιέω, τουτέστι ποιῶ τὶ ἀγαθόν.

Ἀγαθοποιΐα, ίας, ἡ. Ἅπαξ λεγόμενον, quod male in Lexx. vulgaribus redditur *beneficentia, beneficiorum collatio.* Significat potius *honestatis et recte factorum studium*, τὴν ἀγαθοῦ ἔργου προθυμίαν, in loco 1 Petr. IV, 19. ἐν ἀγαθοποιΐᾳ nec in recte agendo defatigentur.

Ἀγαθοποιὸς, οῦ, ὁ, ἡ, apud GG. *beneficus* (*Plutarch.* de *Isid. et Osirid.* Vol. VII. Opp. p. 451. ed. *Reiske.*) in N. T. *recte agens, honestatis et decori studiosus:* 1 Petr. II, 14. ἔπαινον δὲ ἀγαθοποιῶν ut recte agentes præmiis afficiant.

Ἀγαθὸς, ἡ, όν. De hujus vocis etymo sic *Etym. M.* exponit: Ἀγαθὸς παρὰ τὸ ἄγαν θέειν ἡμᾶς ἐπ' αὐτὸν ἢ ἐκ τοῦ ἀγάζω τὸ θαυμάζω. Idem fere tradit *Phavorinus* et *Eustathius* ad Iliad. A. p. 68. Dicitur autem

1. universe ἀγαθὸς, *perfectus, omnibus numeris absolutus, qui habet in se ac facit omnia, quæ habere et facere debet pro ratione nominis, officio ac*

lege, ut bene exposuit *Irmisch* ad Herodian. I. c. 4. p. 134. et *ἀγαθὸν quidquid in suo genere præstans est et perfectum:* unde in SS. GG. animalibus (*Æschin. Socr.* Dial. I, 10. 12. *ἵπποι καὶ κύνες ἀγαθοί*) æque ac in N. T. Deo et hominibus, inanimatis adeo rebus, (Vide *Perizonium* ad *Ælian.* V. H. III, 17.) tribuitur, ad imitationem, opinor, Hebr. טוֹב Genes. I, 31. Matth. XIX, 16. *διδάσκαλε ἀγαθὲ* magister *præstantissime;* ib. v. 17. *οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ ὁ Θεὸς* Deus unice præstantissimus s. perfectissimus dici potest. Joh. I, 47. *ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τί ἀγαθὸν εἶναι*; qui potest e Nazaretha insignis doctor existere? 2 Thess. II, 16. *ἐλπίδα ἀγαθὴν* summam felicitatem. Tit. II, 10. Jacob. I, 17. *πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον* quidquid ubique boni muneris et perfecti doni est: ad quem locum vide *Heisenii Novas Hypotheses ad Ep. Jacobi* p. 567. *Homer.* Il. I. v. 271. *Diog. Laërt.* II, 56. IX, 28. *Ælian.* V. H. VII, 14. VIII, 18. *Antonin. Lib. Metam.* c. 14. Cf. *Foësii* Œconom. Hippocrat. s. h. v. Speciatim vero

2. dicitur *res, quæ est bonæ indolis*, et de *innata rerum præstantia* dicitur. Matth. VII, 17. *δένδρον ἀγαθὸν* arbor bonæ indolis, Luc. VIII, 8. *ἡ γῆ ἡ ἀγαθὴ* ager fertilis et fœcundus.

3. *aptus, idoneus, accommodatus ad eam rem, de qua agitur.* Ephes. IV, 29. *λόγος ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν* oratio apta ad promovendam aliorum felicitatem. Luc. VIII, 15. *καρδία ἀγαθὴ* animus discendi cupidus et obsequiosus. *Arrianus* de Venat. c. 24. §. 2. *ἀγαθοὶ διώκειν.* Genes. I, 4.

4. *utilis, salutaris.* Matth. VII, 11. *δόματα ἀγαθὰ* munera utilia. Rom. VII, 12. *ἐντολὴ ἀγαθὴ* interdictum, quod spectat felicitatem humanam, v. 13. *τὸ ἀγαθὸν* dicitur et opp. *τῷ θανάτῳ*, causæ miseriæ humanæ. Rom. XIII, 4. *σοὶ εἰς τὸ ἀγαθὸν* in tuum commodum. Hinc *τὰ ἀγαθὰ commoda, quæ sequuntur actionem aliquam.* Rom. III, 8. et *ipsa felicitas.* Rom. X, 15. ubi cum *εἰρήνη* permutatur. XII, 9. *κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ* aliorum utilitati inservite. Hebr. IX, 11. X, 1. Nehem. IX, 13. מִצְוֹת טוֹבִים. *Ælian.* V. H. III, 17.

5. *felix, qui prospero rerum statu fruitur.* 1 Petr. III, 10. *ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς* ad vitam commodam adspirare: ita טוֹב Ies. III, 10. Sirac. XLI, 16. Hinc *τὰ ἀγαθὰ* sunt *commoda hujus vitæ, læta tempora, prosper rerum status* Luc. XVI, 25. Prov. XI, 10. *Eurip. Phœniss.* 906. *Joseph.* A. I. II, 3. 2. et, ut Lat. *bona, omnes facultates, opes, quæ sunt ad vitam, victum cultumque necessaria.* Luc. I, 53. *πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν* pauperes ditat: (*Herodot.* III, 135. IX, 81.) *κατ' ἐξοχὴν* vero *proventus agrorum, fruges* dicuntur Luc. XII, 18. 19. *τὰ γεννήματα καὶ τὰ ἀγαθά μου.* Eodem sensu טוֹב Genes. XLV, 20. *Suid. ἀγαθὰ ἐπὶ τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ εὐωχίαν σιτίων καὶ ποτῶν ἐχρήσατο Ξενοφῶν τῇ λέξει.*

6. *qui officio et muneri sibi demandato omni ex parte satisfacit*, i. q. *πιστός.* Luc. XIX, 17. *ἀγαθὲ δοῦλε.* Matth. XXV, 21. 23. *δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ.*

7. ut Lat. *bonus* (apud *Tibull.* II, Eleg. 4. *Cic. Philipp.* III, 6.) *beneficus, benevolus, benignus, liberalis. Xenoph. Cyr.* III, 3. 4. V. *D'Orville ad Charit.* p. 722. Matth. XX, 15. *εἰ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι*; num mea erga alios liberalitas te ad invidiam provocat? 1 Thess. III, 6. *καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε* et vos mei semper cum benevolentia memores sitis: ad imitat. Hebr. טוֹב Jer. XXXIII, 11. *Phavor. ὁ χωρὶς αἰτήσεως τὰ καλὰ χαριζόμενος ἀφθόνως.* Hinc *τὸ ἀγαθὸν* notat partim *ipsam benevolentiam:* 1 Thess. V, 15. *τὸ ἀγαθὸν διώκετε* benevolentiæ studiosi sitis — partim *ipsum beneficium, benevolentiæ documentum:* Rom.

XII, 21. *νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν* vincas injuriosos beneficiis. Gal. VI, 10. Phil. I, 6. Philem. v. 14. Sic *τὰ ἀγαθὰ* apud Siracid. XII, 1. XVIII, 15. XX, 17. Et quia religio christiana jure meritoque summum Dei beneficium habetur, *τὸ ἀγαθὸν* Paulus in Ep. ad Rom. XIV, 16. de *ipsa religione christiana* usurpavit: *μὴ βλασφημείσθω οὖν ὑμῶν τὸ ἀγαθὸν* ne calumniatoribus occasionem præbete religionem christianam cavillandi. *Chrysost.* et *Theodor.* per *τὴν πίστιν*, et in sequenti commate ipse Paulus per *τὴν βασιλείαν Θεοῦ* explicat.

8. *lenis, æquus, humanus.* 1 Petr. II, 18. *τοῖς δεσπόταις, οὐ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς* dominis, nec mansuetis modo, et lenibus, verum etiam morosis. Tit. II, 5. *ἀγαθὰς* faciles erga ancillas: conf. *Casaub.* Epp. p. 79. et *Xenoph. Œcon.* 11, 6.

9. *insons, innocens, culpa vacans,* i. q. *δίκαιος.* Rom. V, 7. *ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν* pro insonte fortasse quis mortem sustineat. Conf. infra sub *δίκαιος.*

10. *pius, integer, qui, quæ sunt virtuti, decoro, honesto et vero, inprimis autem religioni christianæ consentanea, sentit et agit,* qui etiam a Latinis vir bonus appellatur, v. c. *Cic. Læl.* 5. Matth. V, 45. *ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς.* XII, 35. Luc. XXIII, 50. *ἀνὴρ ἀγαθὸς* vir probus. Act. XI, 24. *Aristot. de republ.* III, 4. *Xenoph. Cyrop.* III, 6. 1. Hinc *τὸ ἀγαθὸν virtutis studium* et *quod postulat religio christiana:* Rom. VII, 18. XII, 2. XV, 2. XVI, 19. Sirac. LI, 24.

11. *homo illustris,* quem *Cicero* pro Muren. c. 7. *bono genere natum* vocat. Matth. XXII, 10. *πονηρούς τε καὶ ἀγαθοὺς* homines omnis generis et conditionis. Interdum etiam pro comparativo *κρείττων* ponitur. Luc. X, 42. *τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο* præstantiora et meliora curat.

ἈΓΑΘΩΣΎΝΗ, *ης, ἡ,* proprie *benignitatem, animum erga alios benevolum, studium aliis benefaciendi* notat. Rom. XV, 14. *μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης* vos jam satis bene cupere aliis (comperi) *Vulg.* dilectio. *Theophyl.* per *τὴν ἀγαθὴν γνώμην καὶ τὸ φιλάδελφον* explicat. Gal. V, 22. coll. v. 20. Ephes. V, 9. *ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ.* Theophyl. ad h. l. *πᾶσαν ἀγαθωσύνην λέγει τὴν πρὸς πάντας, οὐ μόνον φίλους ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τοὺς ἐχθρούς. Gloss. Vet.* Ἀγαθωσύνη bonitas, benignitas. Deinde etiam

2. *probitatem, integritatem, virtuteni universam* significat. 2 Thess. I, 11. *πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης* pro *ἀγαθωσύνην ἥ ἐστιν αὐτοῦ εὐδοκία* quicquid recte factorum ipsi placet. *Phavor. ἀγαθωσύνη· ἡ ἀπηρτισμένη ἀρετὴ ὡς ὁ Ἀπόστολος·* ex Œcumenio ad Rom. XV, 14. Eccl. IX, 17. Cf. *Wetstenium* in Notis ad N. T. T. II. p. 93.

ἈΓΑΛΛΙΆΣΙΣ, *εως, ἡ, exultatio præ gaudio:* proprie dicitur de *corpore,* summum animi gaudium gestibus, præcipue tripudiando, prodente. Hoc sensu in vers. Alex. *τῷ* גִּיל resp. Ps. XLV, 16.

2. *gaudium summum,* quod exultationem efficit, *lætitia, hilaritas animi.* Sic haud raro cum subst. *χαρὰ* conjungitur; v. c. Luc. I, 14. 44. *ἐν ἀγαλλιάσει* præ gaudio. Hebr. I, 9. *ἔλαιον ἀγαλλιάσεως* felicitas summo gaudio digna. In vers. Alex. resp. Hebr. שָׂשׂוֹן, Ps. XLV, 8. LI, 10. *Phavor. ἡ χάρα.*

3. *cantus.* Act. II, 46. *ἐν ἀγαλλιάσει* ita, ut hymnos canerent Deo. In vers. Alex. Hebr. רִנָּה resp. Ps. XLII, 5.

ἈΓΑΛΛΙΆΩ, *ῶ*, vel, quod usitatius, *ἀγαλλιάομαι,* proprie denotat, ut jam etymologia docet (nam est ex *ἄγαν* valde et *ἅλλομαι* salio, salto), *præ gaudio exsulto, lætitiam gestibus prodo,* et resp. Hebr. גִּיל Ps. II, 11. et עָלַץ Ps. LXVIII, 4.

2. ut *χαίρω,* etiam de interna animi

hilaritate dicitur, et notat in universum *gaudere, hilari animo esse.* Matth. V, 12. χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε lætandum et exsultandum propterea vobis censeo. 1 Petr. II, 6. Act. XVI, 34. καὶ ἠγαλλιάσατο et totum se hilaritati dedit. Resp. Hebr. שִׂישׂ in vers. Alex. Ps. XL, 17. *Phavor.* ἀγαλλιῶμαι· τὸ χαίρω.

3. *delector aliqua re.* Joh. V, 35. ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ lubenter ejus doctrinam admisistis s. præ vobis ferebatis lætitiam de hoc lumine. *Syrus* et *Arabs* h. l. *gloriandi* notionem huic voci subjecerunt, quam etiam apud *Alexandrinos* habet, v. c. Ies. XLI, 16. et Jerem. XLIX, 4. ubi τῷ תִּתְהַלָּל *gloriari* respondet. *Hesych.* ἀγαλλίαμα· δόξασμα. Ἀγάλλεται· τέρπεται, γαυριᾷ. *I. D. Michaëlis* (in Introd. in N. T. T. 1. p. 140.) autem admodum male ἀγαλλιᾶσθαι ut Arabicum بَجَلَ (*Coran. Sur.* XL, 83.) h. l. *illudere, ludibrio habere* significare statuit.

4. *laudes alicujus cano et celebro.* Luc. I, 47. καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου coll. v. 46. μεγαλύνει ἡ ψυχή μου. In vers. Alex. resp. Hebr. רָנַן Ps. XX, 6. et הַנִּיד Ps. LXXV, 10. Luc. X, 21. Act. II, 26. ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου. Apoc. XIX, 7. Tob. XIII, 13. καὶ ἀγαλλιάσεται τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ, coll. v. 20. δώσεται ἀγαλλίωμα.

5. ex adjuncto est: *fruor felicitate.* 1 Petr. I, 8. ἀγαλλιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ summa olim erit felicitas vestra. IV, 13. Cf. χαρά.

6. ut Lat. *gestio, desiderio alicujus rei feror, cupio.* Joh. VIII, 56. Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο κ. τ. λ. Abraham gestivit, desideravit videre etc. Syr. verbo ܥܠܙ usus est, quod τῷ εὐδοκέω respondet, 2 Cor. V, 8. 1 Thess. II, 8. Cæterum cf. de hac voce *I. F. Fischeri* Anim. ad *Welleri* Gramm. Gr. p. 238. *Bergler* ad Alciphr. p. 56. et *Heumannum* in Bibl. Brem. Cl. I, p. 474.

Ἄγαλμα, τος, τὸ, latissimæ significationis vocabulum, quod, teste *Hesychio*, in genere est πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, omne, quo aliquis delectatur: deinde vero, eodem monente, significat ξόανον (qui tamen loquendi usus demum post *Homerum* invaluit, *Schol.* ad *Homer.* Iliad. IV, 144.). ἀφομοίωμα εἰδώλων, εἰκόνων, ἢ ἀνδριάντων —*statuam, simulacrum.* Vox hæc in N. T. peregrina ex communi Interpretum sententia subintelligitur Act. XIX, 35. καὶ τοῦ Διοπετοῦς, scil. ἀγάλματος, cœloque delapsi simulacri: conf. vers. Syriacam, et *Palmer.* ad *Aristoph.* Vesp. v. 379. Vide infra sub διοπετής.

Ἄγαμος, ου, ὁ, ἡ, *conjugii expers, qui vitam cœlibem agit* (ex α negat. et γάμος *nuptiæ*). Ita enim in universum constituenda erit notio hujus adjectivi, in quo aperte dilogia quædam latet: nam æque de eo, qui nunquam in conjugio fuit (*Hom.* Il. III, v. 40.), ac de eo, qui post obitum conjugis non iterum matrimonium init, et de fœminis pariter ac maribus dicitur: unde et vox ἀγαμία in Scriptt. eccles. satis obvia in universum *cœlibatum* notat. 1 Cor. VII, 8. τοὺς ἀγάμους opponit Paulus τοῖς γεγαμηκόσι v. 10. Ibid. v. 11. ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος. Ib. v. 32. et 33. ὁ ἄγαμος et ὁ γαμήσας sibi invicem opponuntur. *Anthol.* I, 13. 12. τοῖς δ' ἀγάμοις ἄφρουτις ἀεὶ βίος. *Xenophon.* *Symp.* IX, 7. Interdum etiam omittitur, v. c. 1 Cor. VII, 37. post παρθένον.

Ἀγαναπτέω, ῶ, fut. ήσω, proprie est *corporis* et notat *doloris sensu afficior, dolorem in aliqua corporis parte sentio* (ab ἄγαν *valde* et ἄχθος *dolor*). *Dioscor.* V, c. 76. ἀγαναπτεῖν τοὺς ὀδόντας ἐν τῇ γεύσει.

2. metaphorice ad animum transfertur, ita, ut significet *stomachari, indigne et ægre aliquid ferre, indignari, succensere.* Matth. XXI, 15. XXVI, 8. Marc. X, 14. ubi absolute adhibetur. Sequente ὅτι legitur Luc. XIII, 14. Cum περὶ

construitur Matth. XX, 24. Marc. X, 41. (*Plato* Ep. 7. πολλὰ περὶ τῶν τότε πεπραγμένων ἠγανάκτει. Vide *Wetstenium* ad Matth. XX, 24.) Interveniente præpos. πρὸς Marc. XIV, 4. Conf. *Abresch. lect. Aristæn.* p. 266.

ἈΓΑΝΑ΄ΚΤΗΣΙΣ, εως, ἡ, proprie *dolor, sensus doloris in aliqua corporis parte. Plato* Phædr. Vol. X. p. 331. ed. Bipont. κνῆσίς τε καὶ ἀγανάκτησις περὶ τὰ οὖλα pruritu et dolore gingivarum vexantur.

2. *indignatio de aliqua re, stomachatio.* 2 Cor. VII, 11. ἀλλὰ ἀγανάκτησιν immo indignationem, sc. de incestuoso. *Hesych.* μανία, θυμὸς, πόνος, ἄλγος, λύπη.

ἈΓΑΠΑ΄Ω, ῶ, f. ήσω, haud differt a verbo φιλέω, quod vulgo putatur esse: *impense, eximie amo* (Vide *Wetstenium* ad Joh. XI, 3.); sed utrumque sine ulla differentia, æque ac lat. *amare* et *diligere*, in universum notat: *benevolentia aliquem complecti, amare ita, ut paratus sis ad hanc benevolentiam quovis modo et tempore demonstrandam.* Unde Christo interroganti: ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; (Joh. XXI, 15.) respondet Petrus: ναὶ Κύριε· σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Matth. V, 43. τῷ μισεῖν opponitur. Ibid. v. 44. 46. XIX, 19. Joh. III, 16. Rom. XIII, 8. Hoc sensu in vers. Alex. τῷ אָהַב haud raro respondet.

2. *utilitati alicujus et commodis omni modo prospicio, beneficiis afficio.* Luc. VII, 5. ἀγαπᾷ γὰρ τὸ ἔθνος ἡμῶν multa ipsi debent Judæi. Joh. XIV, 21. 23. Rom. IX, 25. καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, (καλέσω) ἠγαπημένην neglectos hucusque insignibus ornabo beneficiis. Apoc. XX, 9. Hinc in Epp. Paull. qui Dei singulari benignitate ad religionem christianam adducti sunt, κατ' ἐξοχὴν dicuntur ἠγαπημένοι. Coloss. III, 12. et ἠγαπημένοι ἀπὸ Θεοῦ, 1 Thess. I, 4.

3. *delector aliqua re, voluptatem capio;* et ex adjuncto: *expeto, desidero, studeo,* ita, ut etiam de rebus inanimatis dicatur. Luc. XI, 43. ἀγαπᾶτε τὴν πρωτοκαθεδρίαν in conventibus honoratiores sedes occupare cupitis. 2 Cor. IX, 7. ἱλαρὸν δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεὸς h. e. hilaribus datoribus Deus delectatur. 2 Tim. IV, 8. τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Hebr. I, 9. ἠγάπησας δικαιοσύνην delectaris justis. 1 Petr. III, 10. ὁ γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾷν qui ad felicitatem adspirat; coll. Ps. XXXIII, 12. 1 Joh. II, 15. μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον ne nimio amore rerum externarum teneamini. Ps. XXXIX, 22. אָהַב per ζητεῖν explicatur ab Alex. Micha III, 2. Sirac. IV, 12.

4. *præfero, magis diligo, pluris æstimo.* Matth. VI, 24. τὸν ἕτερον ἀγαπήσει alterum præferet. Joh. XIII, 23. ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς quem præ cæteris Apostolis amabat Jesus. Rom. IX, 13. τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα Jacobum prætuli. In quibus omnibus locis ὑπὲρ vel μᾶλλον omissum videtur, quod additur Joh. III, 19. XII, 43. E contrario formula: οὐκ ἀγαπᾷν est: *postponere, minus curare et negligere.* Apoc. XII, 11. Eodem sensu אָהַב legitur Genes. XLIV, 20. וְאָבִיו אֲהֵבוֹ Deut. XXI, 15. Genes. XXVII, 4. Cf. *Vorst.* Philol. S. p. 150. ed. *Fischer.*

5. ut verbum τιμάω *officia debita alicui præsto, et quidem amore et benevolentia ductus.* Ephes. V, 25. ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας. Col. III, 19. Hinc factum est, ut formula ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν in N. T. in universum notet: *Deum pia et sancta mente colere:* Matth. XXII, 37. Marc. XII, 33. 1 Cor. II, 9. VIII, 3. 1 Joh. IV, 20. coll. Ps. XCVII, 10. CXLV, 21. et ἀγαπᾷν τὸν Χριστὸν is dicatur, *qui verus est Christi sectator et cultor:* Joh. VIII, 42. XIV, 15. 21. et 23. Ephes. VI, 24. et ipse Christus Joh. XIV, 31. invicem permutet formulas: ἀγαπῶ τὸν πατέρα et καθὼς ἐνετείλατό μοι ὁ πατὴρ, οὕτω ποιῶ.

6. habet etiam hunc usum rariorem, ut notet: *amicis et blandis ver-*

bis aliquem compellare, et ex adjuncto: *laudare, approbare.* Marc. X, 21. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἠγάπησε αὐτὸν et Jesus laudavit ejus studium legis servandæ, aut blandis verbis eum compellavit. 2 Paral. XVIII, 2. וַיְסִיתֵהוּ Alex. ἠγάπα αὐτὸν ἀναξῆναι. Psalm. LXXVIII, 36. וַיְפַתּוּהוּ בְּפִיהֶם Alex. ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Cant. I, 4. Confer *Fesselii* Adverss. Sacra Lib. X. c. 1. et *Lud. de Dieu Criticam Sacram* p. 414 seq. Alii, ut *Elsnerus* in Comment. in *Marcum* p. 174. verba Marci ἠγάπησεν αὐτὸν vertere malunt: *contentus erat eo*, et provocant ad *Thucyd.* VI, 18. *Xenoph. Hist. Gr.* III. p. 480. et *Plutarch. Quæst. Græc.* p. 294. ubi ἀγαπᾷν quoque *contentum esse aliqua re* significare videtur.

ἈΓΆΠΗ, ης, ἡ, *amor, benevolentia, amicitia*, tam prout est animi habitus, quam prout actu exercetur. Hebr. אַהֲבָה, cui in vers. Alex. respondet 2 Sam. XIII, 15. Eccles. IX, 1. 6. unde ἀγάπη Θεοῦ benevolentia est, qua Deus homines complectitur, et insignibus beneficiis, maxime per relig. christianam, ornat. Rom. V, 8. 2 Cor. XIII, 13. ἀγάπη Χριστοῦ. Ephes. III, 19. In N. T. inprimis

2. *studium aliorum commodis pro viribus inserviendi, quod excitatur et alitur religione christiana*, (ἡ ἀγάπη τοῦ Πνεύματος Rom. XV, 30.) in universum dicitur ἀγάπη, ita, ut interdum a φιλαδελφίᾳ distinguatur, ut 2 Petr. I, 7. et æque late pateat ac φιλανθρωπία,—interdum autem necessitudinis, quæ est inter christianos cives et cognatione conjunctos, ratio quædam habeatur; v. c. 1 Cor. XIII, 1. διώκετε τὴν ἀγάπην studete mutuæ benevolentiæ. Matth. XXIV, 12. Joh. XIII, 35.

3. *omne documentum amoris et benevolentiæ*, 1 Joh. III, 1. ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ Πατὴρ quale benevolentiæ suæ documentum exstare voluit Deus; —præcipue *liberalitas erga alios et beneficentia in sustentandis quovis modo iis, qui ope nostra indigeant.* 1 Thess. I, 3. καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης liberalitatis vestræ, in qua admodum laborastis. Ib. c. V, 13. ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ἐν ἀγάπῃ et liberalitati in sustentandis et alendis doctoribus vestris studete. Hebr. VI, 10. τῆς ἀγάπης — διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις.

4. *studium intensum et acre alicujus rei.* 2 Thess. II, 10. ἡ ἀγάπη τῆς ἀληθείας studium doctrinæ Apostolicæ. Philipp. II, 2. ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχητε. Apoc. II, 4.

5. *omnia officia alteri præstanda.* Hinc ἀγάπη τοῦ Θεοῦ haud raro in universum *quævis officia Deo ab hominibus præstanda, verum Dei cultum numinisque reverentiam* complectitur: Joh. V, 42. sed vos non veros esse Dei cultores bene novi. Luc. XI, 42. Rom. VIII, 29. 1 Joh. II, 15. et ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ iis tribuitur, *qui Christum doctorem divinum sancta et pia mente colunt et venerantur, ejusque religionem vita factisque exprimere et omni modo propagare student.* Joh. XV, 9, 10. Rom. VIII, 35. 2 Cor. V, 4.

6. abstracto posito loco concreti, *ille ipse, qui est benevolo et amico erga alios animo, eumque quavis oblata occasione declarat:* Rom. XIII, 10. ἡ ἀγάπη — κακὸν οὐκ ἐργάζεται hominum amans nulla alios injuria afficit. 1 Cor. XIII, 4. seq. ἡ ἀγάπη οὐ φυσιοῦται — οὐ χαίρει etc. 1 Joh. IV, 8. 16. ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστί Deus est omnium longe amantissimus. Conf. *Storr Obss. ad Syntax. et Analog. Hebr.* p. 23.

7. Plural. ἀγάπαι, ῶν, αἱ, *agapæ*, Liebesmahle, *Love-feasts*, fuerunt convivia publica in conventibus Christianorum sacris instituta, conjuncta in primitiva et apostolica Ecclesia cum celebratione festiva cœnæ Dominicæ, ita dicta, quod christianæ charitatis symbola essent ac tesseræ. Fuerunt

autem epulæ maxime frugales, non luxuriosa convivia, conferentibus ditioribus Christianis ad eas necessaria: quibus oblationibus non solum pauperes, qui cum divitibus promiscue discumbebant, fruebantur (1 Cor. XI, 16—34.), sed etiam absentes et ægrotantes sustentari solebant. Concilium Laodicenum hunc morem, qui tamen ad quartum usque seculum duravit, ob luxum et lasciviam, in quæ successu temporis abierat, abolendum judicavit, et canon. 28 vetuit ἐν κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν. Confer præter *Tertull.* Apolog. adv. Gentes c. 39. *Stolbergii* Exerc. L. Gr. p. 281. *Casaub.* Exerc. Antibar. XVI. p. 367. et *C. M. Pfaffium* de Origg. Jur. Eccles. p. 68. Semel tantum in N. T. legitur hæc vox in Epist. Judæ v. 12. οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες hi piorum apud vos conviviorum maculæ sunt turpissimæ. Locus enim 2 Petr. II, 13. dubius est.

ἈΓΑΠΗΤΟ῾Σ, ἡ, ὸν, (1) *amore dignus, amabilis:* 1 Tim. VI, 2. καὶ ἀγαπητοὶ et digni, qui diligantur, eo nomine quod etc. Philem. v. 16. ἀγαπητὸν, μάλιστα ἐμοὶ, πόσῳ δὲ μᾶλλον σοί. Hoc sensu יְדִיד Psalm. LXXXIV, 2.

2. *dilectus, maxime carus et amicus*, i. q. ἠγαπημένος, interprete *Suida.* Marc. XII, 6. ἕνα υἱὸν ἔχων ἀγαπητὸν αὐτοῦ. Act. XV, 25. In vers. Alex. respondet Hebr. דּוֹד Ies. V, 1. יְדִיד Psalm. LX, 7. CXVIII, 6.

3. *multis et insignibus beneficiis affectus et ornatus*, κεχαρισμένος, uti Hesychius interpretatur, et κατ' ἐξοχὴν *is, qui insigni Dei beneficio est ad religionem christianam adductus*, in Epp. Paull. vulgo κλητὸς, ἅγιος dici solitus. Rom. I, 7. πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς Θεοῦ.

4. *unicus, unigenitus*, μονογενὴς, in iis tantum locis, in quibus de Christo, Dei filio, sermo est. Matth. III, 17. XIII, 8. Luc. IX, 35. XX, 13. Sine dubio ex usu vers. Alex. in qua יְחִיד promiscue vertitur et ἀγαπητὸς Genes. XXII, 2. (ubi Aquila μονογενὴς habet.) Jerem. VI, 26. Amos VIII, 10. Zach. XII. 10. et μονογενὴς, Psalm. XXII, 21. *Hesych.* ἀγαπητόν· μονογενῆ. *Pollux* III. c. 2. καλοῖτο δ' ἂν υἱὸς ἀγαπητὸς, ὁ μόνος ὢν παρὰ, ὥσπερ καὶ ἀγαπητὴ θυγάτηρ, ἡ μονογενὴς καθ' Ἡσίοδον. Neque exteris scriptoribus hic loquendi usus ignotus fuit: *Homer.* Il. VI, 401. ubi Pseudodidymus et Schol. MS. Lips. teste *Ernesti* ad h. l. μονογενῆ interpretantur. *Lucian.* Catapl. c. 10. Confer *Dan. Heinsii* Exercitt. SS. lib. II. c. 1.

῎ΑΓΑΡ, ἡ, *Agar.* Est nomen proprium ἄκλιτον servæ Abrahami, ex Ægypto oriundæ, ex qua Ismaëlem suscepit, Genes. XVI. tot. Hebraice vocatur הָגָר, h. e. *advena, peregrina*, sive ab Hebr. גּוּר, sive ab Arab. هَجَرَ derivetur. Quæ de Sara et Agare in litteris sacris narrantur, pro allegorica interpretandi ratione, quam tenere antiquissimi scriptores soliti fuerunt, Judæorum maxime causa, ad religionem Mosaicam et novam Christianam accommodavit Paulus in Ep. ad Galatas IV, 24. ita, ut illam ob serviles sensus potissimum, quos instillabat animis Judæorum, summo jure cum Agare serva comparari posse ostenderet: μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. Vocem Ἄγαρ in lingua Arabica non solum *montem*, sed κατ' ἐξοχὴν *montem Sinaiticum* significasse, tradere Paulus videtur Gal. IV, 25. verbis: τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ h. e. Agar est nomen huic ipsi monti Sinaitico in Arabica lingua proprium: si nempe lectio sana, nec aut Ἄγαρ spurium, aut totus locus, tanquam scholion librarii cujusdam ex ora in contextum temere relatum, expungendus est. Sed jam *I. Ern. Grabius* (confer *Wolfii* Curas ad h. l.) et post eum *Koppius* in Exc. VIII. Vol. I. N. T. demonstravit, Arab.

جبل non solum in universum de *montibus et petris* dici, sed etiam singulatim *montem Arabiæ altissimum Sinaiticum* olim designasse. Quam observationem *Haranti* auctoritate in itinerario Palæstinæ comprobatam lege apud *Buschingium* in descriptione Asiæ, p. 535.

'ΑΓΓΑΡΕΎΩ, f. εύσω. Vox origine Persica, (انكار sine dubio de omnibus operis publicis regiis olim adhibita,) sed successu temporis civitate Græca et Latina donata. Confer *Stolberg.* Exercitationes L. Gr. p. m. 155. Scilicet ut litteræ regiæ quam primum perferrentur ad eos, ad quos perferri debebant, Cyrus major, Persarum rex, uti cœpit hoc instituto: Singulis nempe locis tantum, quantum spatii equus veloci cursu commode emetiri poterat, distantibus, constituit equorum stationes (ἱππῶνας) et tabellarios, quorum ministerio litteræ regiæ ex statione in stationem, a tabellario ad tabellarium sine mora perferendæ, quam citissime fieri posset, in remotissima quævis loca pervenirent. Hoc institutum, quod retinuerunt successores Cyri, eleganter descripsit *Xenoph.* Cyrop. VIII, 6. 9. cui jungendus est *Herodotus* VIII, 98. qui hoc inventum a Xerxe usurpatum refert. Illi vero *tabellarii regii* vel *nuntii publici* (nostr. Postreuter, *Courier*) vocabantur ἄγγαροι, quo nomine successu temporis appellabantur *quivis alii cursores publici*, etiam *ii, quibus erant onera portanda publice, omninoque opus aliquod publicum faciendum.* Hinc ἀγγαρεύειν proprie est: *tabellarium regium esse;* deinde in universum: *cogere aliquem onus publice portare aliudve opus publicum facere.* Licitum enim fuit istis tabellariis pro auctoritate regia ipsis concessa obvios homines, equos et naves rapere, quo celerius ad locum destinatum *pervenire* et jussa exsequi possent. Erat præterea *angariæ* locus præcipue expeditionis bellicæ tempore, ubi jus erat militibus capiendi jumenta ad vehendas sarcinas suas (conf. *Arriani* Diss. in Epictet. III. 18.); et hinc factum est, ut ἀγγαρεύειν in universum notionem *cogendi ad ministeria præstanda, vim et injuriam alicui faciendi,* acciperet, et ἀγγαρεύεσθαι is diceretur, qui *vim patitur, invitus et coactus præstat, quod præstat:* unde Talmud. et Rabb. *quodcunque officium servile, opera publica,* dicitur אַנְגַּרְיָא. Lucem hæc posterior notio fœnerat his N. T. locis: Matth. V, 41. ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν si quis te cogat ad currendum per unum milliare; ubi videndus *Wetstenius.* Cap. XXVII, 32. τοῦτον ἠγγαρεύσαν ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν hunc coëgere ad ferendam crucem. Marc. XV, 21. *Hesychius:* ἄγγαρος· ἐργάτης, ἀχθοφόρος· ἡ λέξις δὲ περσική. σημαίνει δὲ καὶ τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματοφόρους. Idem: ἀγγαρεύεται· ἐγγυᾶται, ὑπὸ ἀγγαρευτῶν κατέχεται. Idem fere *Suidas* et *Phavorinus,* quorum ille monet: ἄγγαρος· οὕτως ἐκάλουν οἱ Πέρσαι τοὺς βασιλέων ἀγγέλους. Cum utroque consentit *Eustathius ad Homer. Od.* τ. v. 28. p. 1854. Adde *Relandi* Diss. Miscell. VIII. p. 125. *Stanlei.* ad *Æschyl.* Pers. v. 247. *Brissonium* de *regio Persarum principatu* I. §. 138. seq. et *Elsneri Comment.* in *Matth.* p. 163.

'ΑΓΓΕΙΟ̃Ν, είϊ, τὸ, *omne vas, quo aliquid recondi et contineri solet ac potest:* σκεῦος χωρητικόν τινος. Est diminutivum ab ἄγγος (τὸ) *vas,* retenta primitivi significatione. Matth. XIII, 48. — vasa in quæ pisces colliguntur. cap. XXV, 4. — vasa olei receptacula. In vers. Alex. τῷ כְּלִי respondet. Num. IV, 9. כְּלֵי שֶׁמֶן ἀγγεῖα τῆ ἐλαίϊ. 1 Sam. IX, 7. *Pollux Onom.* X, 30. vas quo aspergitur, ἀγγεῖον vocat. *Polyæn.* p. 403. πῦρ ἐν ἀγγείοις ἔχοντας. *Joseph.* B. I. III, 7, 28.

ἈΓΓΕΛΙ΄Α, ας, ἡ, proprie *annunciatio, denunciatio*, qua voce Alex. pro Hebr. שְׁמוּעָה usi sunt 1 Sam. IV. 19. Ies. XXVIII, 9. Ezech. VII, 16.

2. *mandatum, præceptum*, i. q. ἐντολή, 1 Joh. III, 11. ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγγελία — ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους. coll. Joh. XV, 12. αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. et 1 Joh. III, 23. IV, 21. Etiam in GG. SS. ἀγγελία *mandatum a nuntio perlatum* notat: *Herodian.* III, 11. ὡς τινας ἀγγελίας ἐπειγούσας καὶ ἀποῤῥήτους φέρων παῤ ἐμοῦ. *Ælian.* V. H. I, 21. *Phavor.* ἀγγελία· ἄγγελμα, ἀκοὴ, φήμη κ. τ. λ. Eleganter de hac voce exposuit *Olearius* ad Philostratum, p. 5.

Ἄγγελος, έλου, ὁ, ut Hebraicum מַלְאָךְ (Num. XX, 14. Malach. III, 1.

1. in universum dicitur, *qui mandata alicujus ad alios defert et exsequitur, legatus, nuntius.* Unde Luc. VII, 24. discipuli a Johanne ad Christum e carcere ablegati, c. IX, 52. præmissi discipuli Christi, et Matth. XI, 10. Johannes Baptista ἄγγελοι vocantur. In vers. Alex. haud raro Hebr. צִיר legatus respondet: Prov. XIII, 17. XXV, 13. Adde *Eurip.* Phœniss. v. 83. et 1354. Ab *Hesiodo* Ἔργ. v. 85. Mercurius vocatur Θεῶν ταχὺς ἄγγελος. Huc *Herm. v. der Hardt* in *Exegesi locorum difficiliorum IV Evang.* (in *I. D. Winckleri Tempe anecdota*, p. 549.) etiam refert Joh. V, 4. ibique per angelum intelligit *delegatum*, qui ad aquam hauriendam ex piscina Siloah stato tempore, *i. e.* festo tabernaculorum, e templo delegaretur.

2. *speculator, explorator*, i. q. κατάσκοπος. 1 Cor. XI, 10, διὰ τοὺς ἀγγέλους, h. e. propter eos, qui e paganis intersunt conventibus sacris vos observandi causa. Conf. *C. A. Heumanni* Disquis. exeg. περὶ τῶν ἀγγέλων, 1 Cor. XI, 10. commemoratorum. Isenac. 1709. et in *Poecil.* T. III. l. I. p. 123 seq. Jacob. II, 25. οἱ ἄγγελοι dicuntur exploratores a Josua missi; ubi in codd. quibusdam κατασκόπους legitur, sine dubio e loco parallelo Hebr. XI, 31. Eandem significationem מַלְאָךְ habet Josua VI, 17, 25.

3. *quicunque interpres voluntatis divinæ, minister verbi divini, doctor et præfectus ecclesiæ*, sive simpliciter ponatur, sive additis vocibus Θεοῦ et ἐκκλησίας. Gal. IV, 14. ἀλλ' ὡς ἄγγελον Θεοῦ immo velut doctorem divinum. 1 Timoth. III, 16. ὤφθη ἀγγέλοις conspiciendum se præbuit apostolis post resurrectionem. Apocal. I, 20. ἄγγελοι τῶν ἑπτὰ ἐκκλησιῶν εἰσι sunt Episcopi, primi doctores septem ecclesiarum. Ib. II, 1. 8. 12. 18. III, 1. Causa hujus usus loquendi est in eo: In V. T. sacerdotes, Levitæ et præcipue summi sacerdotes Angeli מַלְאָכִים vocabantur, quia Dei mandata ad homines et preces populi ad Deum deferrent (cf. Malach. II, 7. et ibi Grot.) Eorum in locum cum tempore N. T. Apostoli, Episcopi et Presbyteri successerint (Ies. LXVI, 21.), etiam hi κατ' ἐξοχὴν οἱ ἄγγελοι vocabantur. Aliis, v. c. *Eichhornio* in *Comm.* in *Apoc.* Vol. I. p. 56. nomen ductum esse videtur e Synagoga Judaica, cujus antistes, seu is, cui præ. legendi, orandi et docendi munus demandatum erat, vocabatur שְׁלִיחַ צִיבּוּר, legatus, ἄγγελος ecclesiæ. Vide *Vitringam* de *Synagoga Vet.* L. III. P. II. c. 3. *Braun. Select. SS.* T. II. p. 191. et *Schocttgenii Hor. Hebr.* P. I. p. 1089.

4. *angelorum* nomine distinguitur *genus quoddam singulare naturarum intelligentium, hominibus longe nobilius* (ἰσχύϊ καὶ δυνάμει μείζονες 2 Petr. II, 11.) de quarum origine, numero et classibus silent quidem literæ sacræ, at illas esse invisibiles, puras a materia, instructasque a Deo insignibus animi dotibus ac virtutibus, haud obscure docent. In V. T. mox מַלְאָכִים Gen. XXXII, 2. mox אֱלֹהִים Psalm. VIII, 7. coll. vers.

Alex. et Ebr. II, 7. appellantur. Horum vero spirituum rursus duo in libris N. T. commemorantur genera: *Alterum* eorum, qui naturæ suæ congenitam bonitatem et integritatem non solum conservasse, sed etiam indefesso voluntatis divinæ exsequendæ studio mirifice adauxisse traduntur, atque *angeli boni* a Scholasticis appellati, vocantur, vel simpliciter ἄγγελοι, Matth. IV, 6. 11. XIII, 39. 41. XVI, 27. XXVI, 53. Joh. XII, 29. Ebr. I, 4, 5. vel cum adjunctione alicujus nominis, οἱ ἄγγελοι Θεοῦ, Matth. XXII, 30. Joh. I, 52. Act. XXVII, 23. Gal. IV, 14. Ebr. I, 6. — ἄγγελοι Κυρίου, Matth. XXVIII, 2. Act. XII, 7. — ἄγγελοι οἱ ἅγιοι, Matth. XXV, 31. Marc. VIII, 38. Luc. IX, 26. Act. X, 22. Apoc. XIV, 10. — ἄγγελοι Χριστοῦ, Matth. XXIV, 31. 2 Thessal. I, 7. — ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, Matth. XXIV, 36. οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, Marc. XII, 25. XIII, 32. — ἐξ οὐρανοῦ, Gal. I, 8. — ἄγγελοι ἐκλεκτοί, 1 Tim. V, 21. — ἄγγελοι φωτὸς, 2 Cor. XI, 14. Horum ministerio Deus et olim usus est in mandatis suis ad homines perferendis (ut in solemni legis Mosaicæ inauguratione, Gal. III, 19. Hebr. II, 2.) per somnia, visiones etc. et in rebus sive futuris, sive in facto positis patefaciendis, Matth. I, 20. Luc. I, 11. 13. 28. — et nunc quoque utitur in exsequenda voluntate sua, præcipue in tutandis piis, Matth. XVIII, 10. Hebr. I, 14. puniendisque impiis, Act. XII, 23. eorumque choro stipatus Christus aliquando ad judicium extremum redibit, 2 Thess. I, 7. In quibusdam tamen locis N. T. ubi formula ὁ ἄγγελος Θεοῦ seu Κυρίου occurrit, vel *Deus ipse* describitur, *qui præsentiam suam, vim et virtutem extraordinario quodam modo declarat*, v. c. Actor. VII, 30. coll. v. 31 seq. ad imitationem Hebræi מַלְאַךְ יְהוָה Gen. XVI, 7. coll. v. 13. XXII, 11. coll. v. 12. 14. XXXI, 11. coll. v. 13. vel *res quævis, etiam inanimata* intelligitur, *qua Deus tanquam voluntatis suæ ministra utitur, omneque numinis præsentis symbolum* s. *signum*. Hebr. I, 7. utitur ventis et flammis ministris suis. Joh. I, 52. καὶ τοὺς ἀγγέλους Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου et me peculiari modo a Deo adjutum summa patrantem miracula videbitis, coll. Genes. XXVIII, 12. In aliis vero locis οἱ ἄγγελοι καὶ οἱ ἄνθρωποι junguntur ad innuendam rei, de qua sermo est, universalitatem, varietatem et multitudinem, v. c. 1 Cor. XIII, 1. ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων si facultate gauderem loquendi linguis omnium gentium. Conf. *Th. Crenii* tr. de linguis angelorum, præmissum Ej. *Analectis Philol. crit. histor.* Amstel. 699. Ib. IV, 9. τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις omnibus omnino hominibus. — *Alterum* autem *genus* spirituum est, qui culpa sua ad perfectionem a Deo ipsis destinatam non pervenerunt, suamque potius integritatem primitivam perdiderunt (*angelos malos* vulgo appellamus), semel tantum in N. T. ἄγγελοι sine ullo additamento vocantur Hebr. II, 16. in reliquis vero locis ἄγγελοι τοῦ Διαβόλου, Matth. XXV, 41. Apoc. XII, 9. — Δράκοντος, Apoc. XII, 7. — Σατᾶν, 2 Cor. XII, 7. — ἁμαρτήσαντες, 2 Petr. II, 4. — οἱ μὴ τηρήσαντες τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, Judæ v. 6. dicuntur, ita, ut ab iis origo omnis impietatis et erroris, omniumque religionis Christianæ impedimentorum, interdum etiam calamitatum et miseriarum hujus vitæ repetatur. Ex opinione vero Judæorum, cum singulis rebus angelum s. bonum s. malum, peculiarem quasi præsidem et præfectum, tribuentium (confer *Ode* de Angelis Sect. VIII. c. 3. p. 771.) tum singulis hominibus singulos datos esse angelos, qui rebus eorum prospicerent, statuentium, partim explicanda sunt loca N. T. in quibus formulæ ἄγγελος ἀβύσσου rex tartari, Apoc. IX, 11. ἄγ-

γελος ὑδάτων, Apoc. XVI, 5. ἄγγελος ἐξουσίαν ἔχων πυρὸς, Apoc. XIV, 18. reperiuntur, de quibus eleganter exposuit *Schoettgen. Hor. Hebr. et Talmud.* p. 1131. — partim originem inde traxit notio, quam habet ἄγγελος interdum sequente genitivo personæ, ut

5. *genium, spiritum familiarem et tutelarem* significet, v. c. Matth. XVIII, 10. οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς angeli, cœlestes eorum custodes et comites. Act. XII, 15. ὁ ἄγγελος αὐτοῦ ἐστίν· genius ipsius est. Conf. *Lightfoot.* ad h. l. et *Dougtæi Analecta Sacra N. T.* Exc. LVII. p. m. 94.

6. *omnis, qui est in magno honore et dignitate constitutus, principes, magistratus,* qui ob munus ipsis a Deo concreditum haud raro אֱלֹהִים et υἱοὶ Θεοῦ appellantur. Rom. VIII, 38. οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις. 1 Cor. VI, 3. οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν;

7. Vox ἀγγέλου sæpe etiam in N. T. aliis substantivis additur ad *excellentiam et præstantiam illius rei,* de qua sermo est, indicandam. Act. VI, 15. εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου videbant faciem ejus plenam dignitate, summæ hilaritatis, libertatis et constantiæ testem. Coloss. II, 18. θρησκεία ἀγγέλων sanctitas purissima ac perfectissima. Eandem in rem utuntur Hebræi nomine מַלְאָךְ. 2 Sam. XIV, 20. 1 Sam. XXIX, 9. Psalm. LXXVIII, 25. Vide et Gen. XXXII, 10. Syr.

Ἄγε adverbium *hortandi* et *compellandi* (ἐπίρρημα παρακελευσματικὸν), *age, agedum* (i. q. φέρε, ἴθι), factum ex imperativo verbi ἄγω *duco,* plane ut ἄγετε, eo tamen cum discrimine, ut ἄγετε fere semper ad plures dicatur, *Homer.* Odyss. XXI, v. 74. ἄγε vero vulgo modo ad unum, ibid. X, v. 333. In N. T. libris tamen, ubi bis occurrit, Jacob. IV, 13. V, 1. ἄγε etiam ad plures refertur, et est mera particula transeundi, non repugnante usu loquendi apud Scriptores Græcos pariter ac Latinos. De illo lege præter *Phavorinum, L. Bos* Exercitt. Philol. in N. T. p. 274: de hoc autem vide *Servium* ad Virgil. Æn. II, v. 707. De utroque autem multa exempla collegit *Wetstenius* ad Jac. IV, 13. Ceterum pro הוֹאִיל־נָא וְלִין Judd. XIX, 6. habent Alex. ἄγε δὴ αὐλίσθητι, qui locus effugit *Bielii* diligentiam.

Ἀγέλη, ης, ἡ, *armentum, grex omnis generis pecorum* (ab ἄγω *ago, duco,* ut Latinorum *agmen* ab *ago*). De grege *ovium Xenoph.* Mem. II, 9. 7. de *equis Homer.* Il. XIX, 281. *Pollux* in Onom. IV, 44. etiam de *hominibus* dici testatur. In N. T. nonnisi de *porcorum* gregibus usurpatum legitur. Matth. VIII, 30. (ubi vid. *Wetstenium.*) Marc. V, 14. Luc. VIII, 32. 33. In vers. Alex. Hebr. עֶדֶר respondet Judic. V, 16. 1 Sam. XVII, 34. *Etym. M.* βοσκημάτων πλῆθος, κυρίως· ἤδη δέ ποτε καὶ ἀνδρῶν.

Ἀγενεαλόγητος, ου, ὁ, ἡ, proprie *is* dicitur, *de cujus genealogia non constat, cujus generis origo non potest reddi aut inveniri:* ex α priv. et γενεαλογέω *seriem generis enarro et deduco.*

2. *qui non a certo aliquo genus suum ducit.* Unde Melchisedech Hebr. VII, 3. ἀγενεαλόγητος dicitur, quod non habuerit genus sacerdotale (Levit. XXI, 10.), seu quod non fuerit, uti ib. v. 6. legitur, γενεαλογούμενος ἐκ τῶν υἱῶν Λευΐ.

Ἀγενὴς, ές, ὁ, ἡ. Vi etymologiæ (nam est ex α priv. et γένος) observante jam *Hieronymo,* ἀγενὴς dicitur, *cujus genus est obscurum* seu *ignoratur, ignobilis, humili et obscuro loco natus.* 1 Cor. I, 28. καὶ τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου (quibus οἱ εὐγενεῖς v. 26. opponuntur) καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεὸς homines de plebe, nullius nominis et famæ, et ab aliis neglectos elegit sibi Deus. Apud Græcos Scriptores est partim *is, qui caret liberis, aut cœlibem vitam agit,* ἄτεκνος, ἄπαις secundum *Harpocrat.* — par-

tim, *qui non manet in virtute majorum suorum, degener. Plutarch. Vit. Parall. Pericl.* c. 24. *ἀγενὴς καὶ ταπεινὸς τὴν φύσιν.*

ΑΓΙΑΖΩ, f. *άσω, ήγίακα.*

1. Propria hujus verbi significatio, unde omnes translatæ profectæ sunt, hæc est, ut notet: *separare aliquid a communi et profano usu, et in peculiarem, maxime sacrum usum, secernere*, ac sit idem, quod *ἀφορίζειν*, quo ipso verbo a *Theodoreto* ad Joel. III, 9. Tom. II. Opp. ed. Hal. p. 1403. explicatur. Neque aliam obtinet notionem Hebraicum קָדַשׁ, cui Græcum respondet in vers. Alex. Exod. XIX, 23. XX, 11. et alibi. 2 Tim. II, 21. *ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον* similis erit vasi, usui honesto destinato, coll. Exod. XL, 9. 10. Matth. XXIII, 17. *ὁ ναὸς ὁ ἁγιάζων τὸ χρυσὸν* templum, quod aurum consecrat. Ib. v. 19. *θυσιαστήριον τὸ ἁγιάζον τὸ δῶρον* altare sacram reddit oblationem. Sed pro ratione rei, de qua usurpatur hoc verbum, variæ ejus sunt constituendæ notiones. Significat enim

2. *lustrare* seu adhibitis quibusdam ritibus, in lege Mosaica præscriptis, res aut personas *purgare*, quæ immunditiem legalem contraxissent. Hebr. IX, 13. *ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα.* ubi *ἁγιάζειν* est jus concedere accedendi ad sacra, i. q. *καθαίρειν* aliquando dicitur, quo verbo *Theodoretus* ad h. l. utitur. Eodem sensu קִדֵּשׁ Num. VI, 11. 2 Chron. XXIX, 5. 17. et 19.

3. *purum aliquid et licitum reddere et declarare.* 1 Tim. IV, 5. *ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως* eorum usus licitus redditur religione partim divina, partim gratiarum actione; coll. v. 4. Judæis enim sanctum æque ac purum dicebatur, cujus usus concessus erat hominibus per legem Mosaicam, Levit. XI, 44. coll. v. 41—43.

4. *victimam offerre Deo et sacrificium.* i. q. *προσφέρειν.* Vide Levit. XXII, 2. 3. Deut. XV, 9. Joh. XVII, 19. *ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτὸν* corpus meum sacrificii loco pro iis Deo offero: ideo mortem pro iis subeo, ubi *Chrysost.* Homil. LXXII. in Joh. *προσφέρω σοι θυσίαν·* et ibid. *ἵνα καὶ αὐτοὶ ὦσιν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ* ut ipsi quoque mortem pro religione mea subire parati reddantur et prompti. Rom. XV, 16. ubi *ἡγιασμένη* est, i. q. *ἁγία*, h. e. *προσενεχθεῖσα τῷ Θεῷ*, quod jam *Koppius* ad h. l. vidit. Eodem sensu *ἡγιασμένα Dionys. Halic.* VII, 72. dicuntur exta, quæ rite cremabantur in ara, et הִתְקַדֵּשׁ Ies. LXVI, 17. *Suidas ἁγιάσαι· καρπῶσαι, καῦσαι ἁγίως.* Et quia קִדֵּשׁ verbum proprium fuit de Judæorum sacerdotibus piaculari sacrificio remissionem peccatorum populo conciliantibus, Ezech. XLIV, 19. (Job. I, 5.) factum est, ut *ἁγιάζειν*, quod in vers. Alex. Hebraico כִּפֶּר respondet Exod. XXIX, 33. 36.

5. in universum significet: *expiare, auctorem fieri et esse remissionis peccatorum*, et *ἁγιάζεσθαι* is dicatur, *cui contigit remissionis peccatorum beneficium.* Eph. V, 26. *ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ* ut eos immunes a peccatorum pœnis redderet, Hebr. II, 11. *ὅ τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες* jam vero Christus, qui homines morte sua expiavit, et Christiani, hujus beneficii participes facti, unius parentis, sc. Adami, soboles sunt. ib. X, 10. *ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν* ejus obedientiæ remissionem peccatorum debemus. ib. XIII, 11.

6. *destinare aliquem ad officium aliquod, demandare alicui munus.* Joh. X, 36. *ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασεν* quem Deus destinavit hominibus voluntatis suæ interpretem: nam statim sequitur: *καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον. Cyrill. Alex.* ad h. l. *ἁγιάζεται τὸ προχειρισθὲν παρὰ Θεοῦ πρὸς τὸ πρᾶξαί τι τῶν κατὰ γνώμην αὐτοῦ.* Sic Ies. XIII, 3. de Medis a Deo destinatis ad excidium

Babylonis אֲנִי צִוִּיתִי לִמְקֻדָּשָׁי, quod Aquila: ἐγὼ ἐνετειλάμην τοῖς ἡγιασμένοις μου. coll. v. 17. Adde Sirac. XLV, 4. XLIX, 8.

7. *recipere aliquem in verorum Dei cultorum numerum, adducere ad cœtum Christianorum.* Hinc ἡγιασμένοι simpliciter *Christiani* vocantur, quasi populus Deo sacer, Act. XX, 32. XXVI, 18. Hebr. X, 14. interdum vero additur ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. 1 Cor. I, 2. aut ἐν τῷ Θεῷ πατρὶ, Judæ v. 1. Ex hac notione mihi etiam explicandus videtur locus 1 Cor. VII, 14. ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικὶ, hoc modo: maritus enim non christianus annumerandus est quodammodo Christianis ob uxorem christianam. Nam, quam τῷ ἁγιάζειν *desponsandi* notionem tribuerunt Intt. quidam ex usu verbi קִדֵּשׁ in libris Talmudicis, hanc plane alienam esse ab hoc loco quisque videt. Plura vide infra sub ἅγιος.

8. *efficere, ut aliquis sit et maneat verus Dei et Christi cultor, integrum, sanctum et perfectum reddere.* Joh. XVII, 17. ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου redde eos in dies sanctiores doctrina tua. 1 Cor. VI, 11. ἡγιάσθητε emendati estis religione christiana. 1 Thess. V, 23. ἁγιάσαι ὑμᾶς ab omni vitiorum contagione animum vestrum liberum servet. Apoc. XXII, 11. ἁγιασθήτω ἔτι sanctimoniam suam porro servet.

9. *pie et sancte aliquem colere et venerari.* Matth. VI, 9. ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου semper te homines ut summum numen colant et venerentur. *Chrysost.* Homil. XIX. in h. l. ἁγιασθήτω· τοῦτ' ἔστι δοξασθήτω. 1 Petr. III, 15. Θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν colite et celebrate Deum mente vestra. Ies. VIII, 13. אֶת־יְהוָה תַּקְדִּישׁוּ ib. V. 16. נְקַדֵּשׁ בְּצַדָּקָה Alex. δοξασθήσεται ἐν δικαίῳ. Sirac. XXXVI, 4. ὥσπερ ἐνώπιον αὐτῶν ἡγιάσθης ἐν ἡμῖν. Conf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. 1, p. 55. *Phavor.* ἁγίαζε. σέβου.

ΑΓΙΑΣΜΟΣ, οῦ, ὁ, quod ut verbum suæ originis proprie quidem generatim *separationem rei ab usu vel statu communi et promiscuo* infert (unde in vers. Alex. non solum τῷ מִקְדָּשׁ Ezech. XLV, 4. sed et τῷ נִזְרִים Amos II, 11. respondet), in N. T. tamen semper ad animum refertur ita, ut *virtutem, animi morumque innocentiam, sanctitatem vitæ* et *probitatis studium* significet. Rom. VI, 19. εἰς ἁγιασμὸν ut semper morum innocentiam probetis; ubi haud differt a δικαιοσύνη. 1 Thess. IV, 3. τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα τοῦ Θεοῦ ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν. 2 Thess. II, 13. ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος virtutis studio, quod religione christiana excitatur et alitur. 1 Petr. I, 2.

2. *auctorem et promotorem virtutis et sanctitatis vitæ* notat, ita, ut abstractum pro concreto ponatur. 1 Cor. I, 30. Χριστὸς ἐγενήθη ἡμῖν ἁγιασμός emendavit nos vita sua pariter ac doctrina. *Phavor.* ἁγιασμός· ἁγιστεία, καθάρευσις.

ΑΓΙΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, in universum ut קָדוֹשׁ dicitur, *qui est a communi et promiscuo usu segregatus et ad peculiares usus consecratus*, qui *sacer* ex usu Latino vocatur, velut *vasa sacra, vestis sacra, animalia sacra;* cui opponitur κοινὸν et טָמֵא profanum, de quo loquendi usu bene præcepit *Origenes* Homil. XI. in Levitic. Ab hac prima vocabuli potestate derivari commode possunt reliquæ in N. T. obviæ. Dicitur autem ἅγιος

1. *qui Deo consecratur et dicatur, cultui ejus usuique sacro destinatus.* Luc. II, 23. ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται Deo consecrabitur per sacrificium. Exod. XIII, 2. Rom. XI, 16. ἡ ἀπαρχὴ ἁγία de primitiis frugum Deo offerri solitis. *Chrysostom. Homil.* LXXXII. in Joh. κυρίως ἅγια τὰ τῷ Θεῷ ἀνακείμενα. *Cyrill. Alex.* ad Joh. X, 34. ἅγια καλοῦνται τὰ ἀφοριζόμενα εἰς θυσίαν Θεῷ. *Macrob. Saturn.* III. c. 3. et 7. Jam quia omne sacrificium,

quod Deo offerebatur, sine macula et labe esse debebat ex legibus Mosaicis, factum est, ut ἅγιον

2. diceretur *omne, quod est perfectum, immaculatum, sine ulla labe et macula.* Rom. XII, 1. θυσία ἁγία victima vitio carens; quæ Hebr. תָּמִים et alibi ἄμωμος vocatur: unde ad animum translatum ἅγιος æque ac ἄμωμος

3. *eum* notat, *qui est animo puro et casto, a vitiorum sordibus liber,* quo sensu in N. T. libris et *Deus* ἅγιος laudatur, qui est sanctissimus et summa perfectione morali præditus. 1 Petr. I, 16. ἅγιοι γίνεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι. ib. v. 15. 1 Joh. II, 20. et ita קָדוֹשׁ Levit. XI, 44. XIX, 2. Adde *Suiceri* Thesaur. Eccles. T. I. p. 59. et homines ἅγιοι multis in locis vocantur, quatenus exemplum Dei, animi puritatem castissimam præeuntis, imitantur, omnique virtuti student, præcipue autem, quatenus religionis christianæ præceptis convenienter agunt, v. c. Marc. VI, 20. ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον. 1 Cor. VII, 34. ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι. Eph. I, 4. ἁγίους καὶ ἀμώμους. V, 27. 2 Petr. III, 12. ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς convenienter viventes rel. christianæ. Apoc. XX, 11. (1 Petr. III, 5. ubi ἅγιαι γυναῖκες commemorantur, huc non pertinere videtur. Sunt enim ibi mulieres intelligendæ, quarum in V. T. fit mentio). *Phavor.* ἅγιος· ὁ εὐσεβής. Jam vero quia is, qui est boni rectique amans et studiosus, non solum in aliis, quæ recte agunt, probat, sed etiam, ut in aliis amor boni et recti alatur et excitetur, omni modo curat, etiam is ἅγιος

4. dicitur, *qui, ut alii sancti et virtutis studiosi sint, postulat et efficit;* quo sensu in locis supra laudatis non solum sanctitas Deo tribuebatur, sed etiam Rom. VII, 12. leges divinæ ἅγιαι vocantur, quatenus ad vitæ probitatem homines excitare et ducere valent, animumque Dei, boni rectique amantem, probant. 2 Petr. II, 21. ἁγία ἐντολὴ et ὁδὸς τῆς δικαιοσύνης sunt synonyma. Quo pertinere videtur etiam κλῆσις ἁγία, 2 Tim. I, 9. commemorata, quam de *ipsa religione christiana, quæ gravissima virtutis et pietatis continet incitamenta,* accipio. Quum vero hanc vim et efficaciam religio christiana in incitandis et promovendis virtutis studiis exserat; quumque præterea scriptores V. T. gentem Judaicam a cæteris gentibus secretam et favore Dei beneficiisque eximiis, maxime autem religionis purioris et sanctioris bonis ornatam et distinctam, κατ' ἐξοχὴν גּוֹי קָדוֹשׁ appellare soleant, ut Exod. XIX, 6. Daniel. VII, 27. VIII, 24. etc. etiam in N. T. ἅγιος.

5. dicitur, *qui est Christianorum cœtui annumerandus, cui contigit beneficio Dei singulari religionis christianæ cognitio, nullo sæpe ad mores animique affectionem respectu habito.* Act. IX, 13. coll. v. 14. ib. v. 32. et 41. cap. XXVI, 10. Rom. I, 7. κλητοῖς ἁγίοις. VIII, 27. XII, 13. ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες inopiam Christianorum sublevantes. XVI, 15. 1 Cor. VI, 1. 2. οἱ ἅγιοι opponuntur τοῖς ἀδίκοις et τῷ κόσμῳ, h. e. paganis. ib. VII, 14. νῦν δὲ ἁγιά ἐστιν jam vero habentur membra ecclesiæ christianæ. Apoc. XIII, 7. XX, 6. *Chrysost.* Homil. I. in Ep. ad Rom. I, 7. ἁγίους δὲ τοὺς πιστοὺς καλεῖ πάντας et Homil. X. in Ep. ad Hebr. πᾶς πιστὸς ἅγιος, καθὸ πιστός ἐστι, κἂν κοσμικὸς ᾖ τις κ. τ. λ. Observavit præterea *Braunius* in Selectis Sacris J. III. c. 1. in libris Judæorum liberos ex proselytis natos dici בִּקְדוּשָׁה. Lucem etiam hæc notio fœnerat formulæ: τὸ ἅγιον φίλημα, h. e. osculum amoris sanctum et religiosum, in conventibus Christianorum sacris receptum, Rom. XVI, 16. 1 Cor. XVI, 20. 2 Cor. XIII, 12.

6. uti *sanctus* ap. Latinos, ita et ἅγιος dicitur *inviolabilis, qui corrumpi, aboleri et violari nullo modo debet.*

Luc. I, 72. καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ memor sancti sui promissi. 1 Cor. III, 17. ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστι et templum Dei violare aut corrumpere nefas. Psalm. LXXIX, 1. טִמְּאוּ אֶת־הֵיכַל קָדְשֶׁךָ. Alex. ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου.

7. *destinatus alicui muneri, cui aliquod negotium demandatum est a Deo.* 1 Petr. II, 5. ἱεράτευμα ἅγιον, pro ἱερεῖς ἅγιοι, a Deo constituti sacerdotes. Hinc non solum *prophetæ*, quos Deus voluntatis suæ interpretes selegerat, ἅγιοι vocantur Act. III, 21. τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν. Luc. I, 70. 2 Petr. I, 21. οἱ ἅγιοι Θεοῦ ἄνθρωποι (Auctor primi libri Maccab. I, 48. X, 39. sacerdotes et Levitas omninoque eos, qui in templo ministrant, ἁγίους appellat), sed etiam *Apostoli* et *reliqui primitivæ ecclesiæ christianæ doctores a Jesu solemni ritu electi* hoc encomio ornantur Ephes. III, 5. τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις. ib. v. 8. ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων τῶν ἁγίων, ubi in codd. quibusdam e glossemate τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Et aliis in locis *Jesus* ipse, quatenus est *Messias*, vel simpliciter ὁ ἅγιος vocatur Act. III, 14. Apoc. III, 7. — vel cum additamento: ὁ ἅγιος παῖς Θεοῦ Act. IV, 27. et 30 — interdum etiam ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, Marc. I, 24. Luc. IV, 34. Nec aliam notionem respexisse mihi videntur N. T. scriptores in iis locis, in quibus angeli boni, quorum ministerio Deus utitur, ut supra vidimus, in felicitate humana quovis modo promovenda, partim οἱ ἅγιοι ἄγγελοι Matth. XXV, 31. Marc. VIII, 38. Luc. IX, 26. Act. X, 22. — partim simpliciter οἱ ἅγιοι appellantur, v. c. 1 Thessal. III, 13. μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ, h. e. angelorum choro stipatus, (coll. 2 Thess. I, 7.) Judæ v. 14. — ad imitationem Hebr. קְדוֹשִׁים Psalm. LXXXIX, 6. Daniel. VIII, 12.

8. *venerabilis, augustus, omni honore et cultu prosequendus.* Luc. I, 49. καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ qui est ab omnibus pie colendus. Matth. VII, 6. τὸ ἅγιον res sancta et venerabilis, nempe doctrina christiana, quæ in epistola Judæ v. 10. ἡ ἁγιωτάτη πίστις dicitur. Joh. XVII, 11. πάτερ ἅγιε pater summe venerabilis. Apoc. IV, 8. ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς pie semper colatur Deus O. M. ib. VI, 10. Quam significationem etiam Hebraicum קָדוֹשׁ habet in locis Iesaiæ VI, 3. Hos. XI, 9. Vide infra sub πνεῦμα. *Phavor.* ἅγιοι· οἱ σεβάσμιοι.

9. ἅγιον *omne quod voluntas Dei omnipotens efficit et a Deo ortum habet.* Huc pertinent non solum loca, quæ infra sub πνεῦμα excitavi, ubi demonstratum est, πνεῦμα ἅγιον oraculum divinum, religionem christianam et omnia commoda per eam hominibus parta, — animi dotes, facultates extraordinarias Christo et Apostolis a Deo concessas, significare, ubi ἅγιον præter notionem *ejus, quod a Deo originem suam repetit*, nullam habere potest, — sed referenda est etiam eodem formula ἡ γραφὴ ἁγία Rom. I, 2. quæ de libris V. T. a Deo inspiratis adhibetur. Si denique de *locis* adhibetur ἅγιος, semper

10. *locum* significat, *qui est cultui Dei religioso destinatus*, aut: *in quo Deus præsentiam suam maxime declarat, certe declarare creditur.* Act. VII, 33. ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστὶν sacer est locus, in quo consistis. Exod. III, 5. 2 Petr. I, 18. ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ in monte Thabor. Eandem ob causam *Hierosolyma* κατ' ἐξοχὴν ἡ ἁγία πόλις vocatur in N. T. Matth. IV, 5. XXVII, 53. Apoc. XI, 2. XXI, 2. XXII, 19. interdum etiam ὁ τόπος ὁ ἅγιος Matth. XXIV, 15. — quanquam hac posteriori formula interdum *templum Hierosolymitanum* describitur, v. c. Act. VI, 13. XXI, 18. Neutro genere τὸ ἅγιον, sc. δῶμα vel μέρος, in singulari, est: *templum*, Hebr. IX, 1. τό τε ἅγιον κοσμικὸν templum terrestre ab hominibus exstructum. *Josephus* A. J. III, 6. 4. ὁ μὲν πᾶς νεὼς Ἅγιον ἐκαλεῖτο. Et in plurali

τὰ ἅγια (sc. μέρη) α) *ea pars templi* seu *tabernaculi fœderis, quæ sanctum vocatur.* Sic Singul. τὸ ἅγιον apud Sirac. IV, 13. *sacrarium, sanctuarium,* ex Hebr. מִקְדָּשׁ Ezech. XLV, 18. etiam קֹדֶשׁ Num. VI, 20. Hebr. IX, 2. Pluralis numerus eminentiæ causa ponitur, ut in formula: τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. β) *pars templi, quæ sancta sanctorum etiam vocabatur.* Hebr. VIII, 2. τῶν ἁγίων λειτουργὸς Christus dicitur, qui in omni loco cum summo Judæorum sacerdote comparatur. Hebr. IX, 8. ubi tamen per τὰ ἅγια *cœlum* seu *futura in cœlis felicitas* intelligi debet æque ac in locis IX, 12. 24. X, 19. de quibus legi merentur *Schoettgenii* Horæ Hebr. et Talmud. p. 1216. Per τὰ ἅγια ἁγίων vero semper fere *sanctum sanctorum* seu *sacratissimus templi locus* describitur. Hebr. IX, 3. μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα σκηνὴ ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων. Τὸ ἅγιον ἁγίων in Græca versione Exod. XXVI, 33. dicitur, et a *Josepho* A. J. III, 6. 4. τοῦ ἁγίου τὸ ἅγιον vocatur. Interdum etiam τὰ ἅγια omittitur, v. c. Hebr. VIII, 5. τῶν ἐπουρανίων sc. ἁγίων templi illius cœlestis. Vide *L. Suringar* D. *de diversis vocum* קָדוֹשׁ *ἅγιος et affinium significatibus in SS.* Francequ. 792.

ἉΓΙΟ΄ΤΗΣ, τητος, ἡ, *sanctitas, sanctimonia.* Tantum legitur Hebr. XII, 10. εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ ut perfectionis et sanctitatis divini participes reddamur. In vers. Alex. non reperitur hoc substantivum. Semel legitur 2 Macc. XV, 2. μεθ' ἁγιότητος ἡμέρᾳ.

ἉΓΙΩΣΥ΄ΝΗ, ης, ἡ,

1. *summa Dei majestas et perfectio.* Rom. I, 4. κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης quoad vim suam et majestatem divinam. Similiter in vers. Alex. non solum Hebr. הוֹד Psalm. CXLV, 4. 5. sed etiam τῷ קֹדֶשׁ respondet Ps. XCVII, 12.

2. *virtus, integritas vitæ et innocentia,* maxime vero *temperantia, castitas et ab omni pravo affectu immunitas,* i. q. alias ἁγιασμὸς dicitur. 2 Cor. VII, 1. ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ· ad quem locum *Œcumenius:* ἡ δὲ ἁγιωσύνη σωφροσύνη τε νοεῖται καὶ καθαρότης παντὸς πάθους. 1 Thess. III, 13. ἐν ἁγιωσύνῃ· ubi *Theophyl.* ἁγιωσύνη κυρίως λέγεται ἡ σωφροσύνη — καθολικῶς δὲ πᾶσα ἀρετή. *Phavor.* ἁγιωσύνη ἢ κάλλιον ἁγιοσύνη καὶ ἁγιότης ταὐτόν.

ἈΓΚΑ΄ΛΗ, ης, ἡ, pr. *curvatura* seu *sinus brachii, ulna, manus cum brachio usque ad cubitum* (ab ἀγκὴ, quod idem notat), quæ Græce etiam ὠλένη dicitur et ἀγκύλη. Luc. II, 28. καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ et ipse eum ulnis excepit et complectebatur suis, seu brevius: ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ, ut legitur Marc. IX, 36. In vers. Alex. Hebr. חֵיק respondet Prov. VI, 27. Usitatius est plurali numero, sicut et Lat. *ulnæ* quam *ulna.*

ἌΓΚΙΣΤΡΟΝ, ου, τὸ, *hamus quo pisces capiuntur* s. *uncus piscatorius,* forte ab ἄγω *duco, educo,* quia hamo pisces ex aqua educuntur; aut a verbo inusitato ἀγκίζω. Semel tantum legitur in N. T. Matth. XVII, 27. βάλε ἄγκιστρον mitte hamum. In vers. Alex. verbis Hebraicis חוֹחַ 2 Regg. XIX, 28. חַבָּה Habac. I, 15. et חֶרֶם Ezech. XXXII, 3. respondet. *Hesych.* et ex eo *Phavor.* ἄγκιστρον· θηρατήριον ἐκ σιδήρου καμπτὸν, ἀγκύλον, στρεβλόν.

ἈΓΚΥ΄ΡΑ, ας, ἡ, *ancora,* proprie est *instrumentum illud ferreum* seu *trabs ferrea, duas extremitates aduncas easque dentibus* (quos etiam diserte vocat Virgilius) *similes, habens, quam, funibus alligatam, ejiciunt nautæ magnis maxime in tempestatibus, ad sistendas et firmandas naves, ne in alia jactentur loca.* Act. XXVII, 29. ῥίψαντες ἀγκύρας τέσσαρας jactis quatuor ancoris. ib. v. 30. ἀγκύρας ἐκτείνειν ancoras demittere. v. 40. καὶ τὰς ἀγκύρας περιελόντες sublatis igitur ancoris. *Etym. M.* Ἀγκύρα ἡ μὲν πόλις προπαροξύνεται,

ἡ δὲ τῇ πλοίᾳ παροξύνεται. *Hesych.* τὸ ναυτικὸν σκεῦος. — Subauditur interdum hæc vox post verbum αἴρειν. Act. XXVII, 13. ἄραντες, sc. ἀγκύρας, solventes navem ancoris sublatis. Exempla e Græcis habet præter *L. Bos Ellipses Græcæ* p. m. 10. *Elias Palairet* Obss. in N. T. p. 343.

2. metaphorice: *præsidium quodvis, quod nos nostraque tutos præstare animoque confirmatos et certos reddere valet.* Hebr. VI, 19. ἣν ὡς ἀγκύραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν et hæc spes nobis est instar firmissimæ ancoræ, h. e. constantes nos reddit et tranquillos: ubi vide quæ e PP. GG. observavit *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 63. Apud *Eurip. Hecuba* v. 29. Hecuba Polydorum filium suum appellat familiæ gentisque suæ ancoram, ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν. *Hesych.* ἀγκύρα καὶ τὴν ἀσφάλειαν. Idem: ἀγκύραι μεταφορικῶς ἀσφάλειαι. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ. Vid. *Wetstenius* ad Hebr. VI, 19.

ἌΓΝΑΦΟΣ, ᾰ, ὁ, ἡ, *impexus, rudis, fullonem nondum expertus*, et dicitur vel de *pannis adhuc recentibus* vel de *veteribus, qui nondum sunt repurgati a sordibus* (ex α priv. et γνάπτω vel κνάπτω s. γνάφω *carmino, purgo fullonum more;* unde γναφεὺς *fullo*). Matth. IX, 16. ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου additamentum panni recentis. Marc. II, 21. coll. Luc. V, 36. ἐπίβλημα ἱματίῳ καινῷ. Scribitur etiam ἄκναφος; cf. interpretes ad *Thom. M.* Ecl. Attic. sub ἄκναπτον et *Phavorinum* sub ἄγναμπτον. [Vide infra s. v. ῥάκος.]

ἉΓΝΕΊΑ, ας, ἡ, *puritas, castitas*, ab ἁγνεύω *castus sum.* Quanquam per se latissime patet et *omnem probitatem morum et puritatem a sceleribus* et interdum adeo *verum Dei cultum, qui in ritibus externis est*, significat, ut 1 Macc. XIV, 36. tamen in libris N. T. ubi bis reperitur, *strictius* sumi videtur, ita, ut *castitatem, pudicitiam* notet. 2 Timoth. IV, 12. ἐν ἁγνείᾳ. ib. V. 2. νεωτέρας ὡς ἀδελφὰς ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ. Etiam apud Veteres haud raro de abstinentia a Venere usurpatur; vid. *Grævius* ad *Hesiod.* Ἔργ. v. 733. et Intt. ad *Æl.* V. H. II, 31. *Hesych.* ἁγνείας (ita enim legendum loco impressi ἁγνοίας) καθαρότητος. *Suidas* ἁγνεία· καθαρότης, ἐπίτασις σωφροσύνης. et *Phavorinus* ἐλευθερία παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος ex 2 Cor. VII, 1. Adde *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 64.

ἉΓΝΊΖΩ, fut. ίσω. Proprie quidem est: *purgo, sordes ab aliqua re removeo*, sed, in N. T. æque ac in versione Alexandrina maxime de *purificatione Levitica et externa*, h. e. *de ritibus illis religiosis dicitur, qui in lege Mosaica partim iis, qui se quocunque modo polluerant et inquinaverant, ut contactu cadaveris, cibis interdictis;—partim vero iis, qui se voto quodam religioso obstrinxerant, interdum etiam, qui se ad festum aliquod celebrandum præparare cupiebant, observandi et peragendi præscripti erant*, unde in vers. Hebr. טָהַר in Piel 2 Paral. XXIX, 18. XXX, 18. קִדֵּשׁ Exod. XIX, 10. et הִתְחַטָּא Num. VIII, 21. respondet. Verbo latino *lustrare* optime exprimi posse videtur in loco Joh. XI, 55. ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτούς, h. e. ut se præpararent ad festum paschatos: ubi videndus *Wetstenius*. Ante festum autem solebant Judæi in templo versari, precari, abstinere a certis cibis, lavare vestes, radere caput, etc. cf. *Lightfoot.* Hor. Hebr. et Talmud. p. 1078. In iis vero locis, ubi de *voto religioso suscepto* sermo est, significat: *in castimonia vivere, Nasiræum esse, legibus Nasiræatûs convenienter vivere.* Act. XXI, 24. ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς vive et tu cum iis in castimonia. ib. v. 26. σὺν αὐτοῖς ἁγνισθείς cum iis castimoniam suscipiens. XXIV, 18. ἐν οἷς εὗρόν με ἡγνισμένον in quibus dum occupor, offenderunt me in templo voto meo me exsolventem. Qui vero voto quodam obstricti erant, tenebantur ex lege Mosaica per aliquot dies abstinere a vino et cibis delicatioribus, non visere ægrotos et mortuos, non radere co-

mam, etc. Confer *Lightfoot. Hor. Hebr.* p. 369. et *J. D. Michaëlis Jus Mosaicum*, P. III. p. 1. seq. Est autem hic τοῦ ἁγνίζειν significatus unice ab auctoribus versionis Alexandrinæ repetendus, qui hoc verbo in exprimendo Hebraico נָזַר usi sunt v. c. Num. VI, 2, 3. ἀνὴρ ἢ γυνὴ, ὃς ἂν μεγάλως εὔξηται εὐχὴν ἁφαγνίσασθαι ἁγνείαν Κυρίῳ ἀπὸ οἴνου καὶ σικέρᾳ ἁγνισθήσεται. — Sed interdum etiam ἁγνίζειν ad animum translatum notat: *emendare, efficere, ut aliquis abstineat a sceleribus et vitæ sanctitati studeat.* Jacobi IV, 8. ἁγνίσατε καρδίας emendate animos. 1 Petr. I, 22. τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἡγνικότες. 1 Joh. III, 3. ἁγνίζει ἑαυτὸν καθὼς ἐκεῖνος (sc. Θεὸς) ἁγνός ἐστι.

ΑΓΝΙΣΜΟΣ, ῦ, ὁ, *purificatio, expiatio, lustratio* et speciatim (uti ἁγνεία, Num. VI, 21.) *illa ipsa abstinentia a vino, cibi certis generibus, visendis ægrotis et mortuis, radendo capite, cui se aliquis obstrinxerat voto suscepto,* — *Nasiræatus.* Semel tantum legitur in N. T. Act. XXI, 26. διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ significans, jam finitum esse tempus Nasiræatûs. Hinc ei Hebr. נְזִר respondet Num. VI, 5. æque ac נֶדֶר Num. XXXI, 23. in versione Alexandrina. Ἁγνισμὸν ποιεῖσθαι pro *expiare*, legitur apud *Dion. Halic. Ant. Rom.* III, 22.

ΑΓΝΟΕΩ, ῶ, fut. ήσω,

1. *nescio, ignoro, in ignorantia versor, non cognitum habeo* (ex α priv. et νοέω *cogito*). Act. XVII, 23. ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε quem igitur, etiamsi vobis ignotum, tamen colitis. Rom. X, 3. 2 Cor. II, 11. οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν non enim latent nos ejus insidiæ. Gal. I, 22. ἤμην δὲ ἀγνοούμενος τῷ προσώπῳ ne de facie quidem notas eram. 1 Tim. I, 13. 2 Petr. II, 2. Huc pertinet formula illa Paulo admodum familiaris: οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν *scitote vero, opus est, ut vos doceam et admoneam*, i. q. ἐκ ἀγνοητέον. Rom. I, 13. XI, 25. 1 Cor. XII, 1. 2 Cor. I, 8. 1 Thess. IV, 13.

2. *non intelligo, non capio, sententiam sermonis non perspicio*, Marc. IX, 32. οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο ignorabant verum hujus sermonis sensum. Luc. IX, 45. addit: καὶ ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό. Act. XIII, 27. ἀγνοήσαντες τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν nec verum vaticiniorum de Messia sensum capientes. *Xenoph. Mem.* I, 2. 33.

3. *non satis cogito et perpendo.* Rom. II. 4. ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει nec perpendis, hanc indulgentiam divinam te ad resipiscentiam provocare. Eodem sensu non solum formula לֹא יָדַע Hos. II, 10. usurpatur, sed etiam ipsum verbum ἀγνοεῖν Sapient. VII, 12.

4. *non memini, oblitus sum.* Rom. VI, 3. ἢ ἀγνοεῖτε; annon meministis? ib. VII, 1. ἢ ἀγνοεῖτε — γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ. 1 Cor. X, 1. οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν in memoriam vero vobis revoco; ad imitationem Hebr. לֹא יָדַע Hos. XI, 3.

5. *in dubium voco, dubitando infirmo.* 1 Cor. XIV, 38. εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω si quis dubitet de hac re, dubitet sane, sed suo periculo. Rarior quidem est hæc notio, nec tamen Græcis plane ignota. *Phavor.* ἀγνοῶ· σημαίνει δὲ τὸ καθόλου καὶ παντελῶς μηδὲν εἰδέναι, οἷον ἀγνοεῖν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀμφιγνοῶ τὸ ἐν τισὶν διστάζω.

6. *peccatum committo, iniquus sum, improbe ago, nulla ignorantiæ notione adjuncta.* Hebr. V, 2. μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι qui indulgere possit peccantibus. Sirac. V, 18. ἐν μεγάλῳ καὶ μικρῷ μὴ ἀγνόει, μηδὲ ἕν, h. e. nullum plane peccatum committe nec gravius nec levius. *Polyb.* V, 11. 5. πολεμεῖν τοῖς ἀγνοήσασιν bellum gerere cum iis qui deliquerunt. Eodem sensu ἀγνωμονέω usurpatur ab *Ælian.* V. H. II, 16. nec desunt loca, ubi verbis Hebraicis שָׁגַג et שָׁגָה æque ac τῷ אָשַׁם Hos. IV, 6. ἀγνοεῖν in vers. Alex. respondet.

7. Passivum ἀγνοεῖσθαι notat: *obscurum, vilem, contemtum esse.* 2 Cor.

VI, 9. ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγινωσκόμενοι, h. e. etsi videmur esse homines obscuri, tamen nobiles sumus.

ἌΓΝΟΗΜΑ, τος, τὸ, proprie : *ignorantia, defectus scientiæ* (ab ἀγνοέω).

2. *peccatum per ignorantiam* seu *imprudentiam commissum.*

3. *peccatum quodvis voluntarium.* Hebr. IX, 7. ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων, Judith. V, 19. Sirac. XXIII, 2. LI, 27. Tob. III, 3. 1 Macc. XIII, 39. Sic ἄγνοια quoque sæpius sumitur apud *Polybium*, ut multis exemplis docuit *Schweighæuserus* in *Lexico Polybiano*, p. 4.

ἌΓΝΟΙΑ, ας, ἡ,

1. *ignorantia, inscitia, imprudentia* (ab eodem). Act. III, 17. οἶδα, ὅτι κατὰ ἄγνοιαν (בִּשְׁגָגָה Lev. XXII, 14.) ἐπράξατε per ignorantiam hoc facinus commisistis. *Hesych.* ἄγνοια· ἀγνωσία, ἀμαθία.

2. et κατ' ἐξοχὴν *iis* tribuitur, *qui alieni sunt a religione divinitus tradita*, sive judaica, sive christiana. Act. XVII, 30. τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς ægre ferens hanc sui ignorantiam Deus. Etiam Arabes tempus ante Muhammedem, quo pleræque regiones tenebris ethnicismi et insano idolorum cultui mancipatæ erant, الجاهلية tempus ignorantiæ appellare solent. Cf. *Pocock* not. ad *Abulpharagii Specimen histor. Arab.* p. 82. et 343. et *Gagnier* ad *Abulfedæ vit. Muhamm.* p. 18. Ephes. IV, 18. διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς ob idololatriam superstitiosam, cui dediti sunt. 1 Petr. I, 14. ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν gentilium religioni addicti. His exemplis addi potest e libris apocryphis locus Sapient. XIV, 22. ubi ἄγνοια ponitur ἐν τῷ πλανᾶσθαι περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν.

ἌΓΝΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, proprie et universum ; *purus, remotus ab omni labe et impuritate.* Hinc

2. *remotus ab omni specie impudicitiæ, castus, pudicus.* Philipp. IV, 8. ὅσα ἁγνὰ officia, quæ nobis leges pudicitiæ injungunt. 1 Tim. V, 22. σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει semper caste vive. Tit. II, 5. Si de virgine dicitur,

3. *incorruptus, intactus.* 2 Cor. XI, 2. παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ ut sisterem vos Christo tanquam virginem illibatam. v. *Herodian.* I. c. 11. et ibi *Irmischium. Phavor.* ἁγνή· καθαρὰ καὶ ἀμίαντος ἡ παρθένος, κ. τ. λ.

4. *insons, innocens, purus a scelere.* 2 Cor. VII, 11. ἑαυτὰς ἁγνὰς εἶναι ἐν τῷ πράγματι vos esse puros ab hoc scelere. *Eurip.* Orest. v. 1642. ἁγνὸς γάρ εἰμι χεῖρας, Ἀλλ' ἐ τὰς φρένας.

5. *nullo vitio contaminatus, integer, pius, sanctus.* 1 Petr. III, 2. ἁγνὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν vitam vestram vere christianam. 1 Joh. III, 3. καθὼς αὐτὸς (sc. Θεὸς) ἁγνός ἐστι sicut Deus est omnis vitiositatis expers. Prov. XX, 9. pro verbis Hebraicis מִי יֹאמַר זִכִּיתִי לִבִּי habent Alex. τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν ;

6. *is qui alios puros a vitio postulat et reddit.* Jac. III, 17. ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν sapientia vere divina homines puros a vitiis reddit. Cf. quæ supra ad ἀγαθὸς et ἅγιος notavi, et infra s. v. δίκαιος.

ἉΓΝΟΤΗΣ, τητος, ἡ, *integritas, innocentia, mens et vita pura ab omni vitiositate.* Semel legitur in N. T. 2 Cor. VI, 6. ἐν ἁγνότητι declaramus nos Dei ministros per vitæ sanctitatem.

ἉΓΝΩΣ. Adverbium, quod probe distinguendum est ab ἁγνῶς *inscienter, ἀμαθῶς, ἀκουσίως, Phavorino* interprete (qui tamen ipse voces ἁγνὸς et ἁγνὸς pessime invicem permutavit, ut glossa, quæ in ejus Glossario legitur, ἁγνός· καθαρὸς ἢ ἄγνωστος, satis testatur), ut Latinorum *caste*, valet : *integre, sincere, puro et sincero animo.* Phil. I, 16. τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς non bono consilio religionem christianam tradunt. ἁγνῶς v. 18. explicatur per τῇ ἀληθείᾳ, quod τῇ προφάσει opponitur. *Hesiod.* Ἔργ. v. 334. καδδύναμιν δ' ἔρδειν ἱερ' ἀθανάτοισι Θεοῖσιν, Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς κ. τ. λ.

ἉΓΝΩΣΙΑ, ίας, ἡ, *ignorantia, inscitia* (ex α priv. et γνῶσις cognitio).

1 Cor. XV, 34. ἀγνωσίαν Θεοῦ τινὲς ἔχουσιν destituuntur enim adhuc quidam vestrum vera Dei cognitione. Legitur hæc vox apud Alexandrinos interpretes Job. XXXV, 16. בְּבַלִּי־דָעַת ἐν ἀγνωσίᾳ. Sapient. XIII, 1. οἷς παρῆν Θεοῦ ἀγνωσία. *Polyb.* XVI, 19, 12. διὰ τὴν ἀγνωσίαν τῆς ἐκτὸς θαλάττης.

2. *calumniæ et criminationes, quas quis mera ignorantia ductus profert.* 1 Petr. II, 15. ἀγαθοποιοῦντας φιμοῦν τὴν τῶν ἀφρόνων ἀγνωσίαν, h. e. coll. c. III, 16. recte agendo omnem paganis adimere occasionem Christianorum cœtum calumniis proscindendi.

Ἄγνωστος, ου, ὁ, ἡ, *ignotus, incognitus* (ex α priv. et γνωστὸς *notus*), et opponitur τῷ εὔγνωστος *bene notus*, Prov. III, 15. V, 6. In vers. Alex. ἄγνωστος non reperitur, sed aliquoties in libris apocryphis. Sapient. XVIII, 3. ἀγνώστου ὁδοιπορίας. 2 Macc. I, 19. ἄγνωστον τόπον. ib. II, 7. *Phavor.* ἄγνωστος· ὁ μὴ γνωστός. *Pollux* in *Onomast.* V, 44. ἄδοξος, ἀκλεὴς, ἄγνωστος et similia pro synonymis ponit, ut adeo hanc vocem, de persona adhibitam, hanc olim potestatem habuisse appareat, ut *ignobilem, minus celebrem* significaret. De qua potestate cogitantes quidam interpretes inscriptionem *aræ Atheniensis* a Paulo Act. XVII, 23. commemoratam: Ἀγνώστῳ Θεῷ: transtulerunt: *Deo minus celebri*, quæ tamen, suadente omni orationis serie, vertenda potius est: *Deo ignoto*, h. e. *Deo, cujus et nomen et natura ignorabatur ab Atheniensibus.* Posset etiam verti: *Deo peregrino.* Certe *ignotus* apud Lat. *externum, peregrinum* notat, v. c. *Propert.* L. II. El. 25. v. 8. *Virgil. Æn.* V, 795. IX, 485. Causa erectæ hujus aræ repetenda est, ut jam recte vidit Chrysostomus, a superstitione nimia Atheniensium, qui, veriti, ne forsan Dei cujusdam, quem ignorarent, cultu neglecto pœnas luerent gravissimas, vel Ignoto Deo dicaverunt aram, ne quis Deorum se neglectum ab iis existimare posset. Catalogum populorum, qui ignotis diis aras erexerunt et sacrificarunt, dedit *J. C. Dietericus* in *Lexico Philol. N. T. Græco-Latino* (Frf. ad M. 1680. fol.) p. 30. seq. et *Dougtæus* Anal. S. N. T. Exc. 58.

Ἀγορὰ, ᾶς, ἡ. Vox hæc (descendens ab ἀγείρω *congrego*, præt. med. ἤγορα) variam et multiplicem potestatem habet, et proprie quidem *conventum hominum* atque *cœtum* significat, ut vel origo satis docet, et glossariorum vett. auctores ad unum omnes testantur; v. c. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 18. ἀγορά· ἡ ἐκκλησία—καὶ τὸ συνάθροισμα. *Suid.* ἀγορά· ἡ ἐκκλησία. *Phavor.* τὸ πλῆθος τὸ συναγόμενον· quorum glossas plene exhibuit Cl. *Fischerus* de *Vitiis Lexicorum N. T.* Prolus. XI. p. 4. seq.

2. ut Latinum *forum, omnia loca, in quibus res venales exponuntur, judicia exercentur et conciones habentur*, quoniam confluere illuc solet magnus hominum numerus. *Suid.*—καὶ ὁ τόπος, ἔνθα πιπράσκεται τὰ ὤνια. *Phavor.* —καὶ ὁ τόπος, τὸ πωλητήριον. Fuerunt autem fora Judæorum in portis urbium; in quibus, quum solerent convenire, qui mercede suam locabant operam, explicari exinde poterit locus Matth. XX, 3. ubi ἐν τῇ ἀγορᾷ ἑστῶτες ἀργοὶ, sunt mercenarii, in foro versantes, a nemine conducti. Hinc ἀγορὰ in N. T.

3. in universum *omnem locum celebrem, hominibus frequentem plateas adeo et vias urbium atque vicorum* notat. Matth. XI, 16. ἐν ἀγοραῖς καθημένοις in locis publicis versantibus. Luc. VII, 32. Matth. XXIII, 7. τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς et in locis publicis salutationes. Marc. XII, 38. Luc. XI, 43. XX, 46. Act. XVII, 17. Marc. VI, 56. ἐν ταῖς ἀγοραῖς in plateis—ita Vulg. Interp. coll. Act. V, 15. Codex Cantabrigiensis loco ἐν ταῖς ἀγοραῖς in Marci l. l. habet ἐν ταῖς πλατείαις, quod est apertum glossema. Act. XVII, 17. ἐν τῇ ἀγορᾷ in foro, quod nempe in Ceramico erat. Conf. *Gottfr. Olearii* D. *de gestis Pauli in urbe Atheniensium*

c. XI. p. 662. T. II. *Ikenii Novi Thesauri philologici.*—Hinc ἀγορὰ in vers. Alex. Hebr. שׁוּק Cohel. XII, 4. 5. Cant. III, 2. et in versione *Symmachi* Job. XVIII, 17. τῷ חוּץ respondet. Adde Tob. II, 2. 3 Esdr. II, 18. 2 Macc. II, 10.

4. *res venales omnis generis, quæ in foro exponi solent, maxime illæ, quæ ad victum pertinent.* Schol. *Aristoph.* ad *Acharn.* 21. καὶ αὐτὰ τὰ ὤνια σημαίνει· quæ verba *Suidas* transtulit in suum Lexicon, unde descripsit *Phavorinus*, sed plenius, nam addit: ἤτοι τὰ πιπρασκόμενα. Marc. VII, 4. καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι nec cibos in foro venales edunt, nisi prius se abluerint. De hoc vocis ἀγορᾶς significatu rariori (obvio apud *Xenoph. Cyrop.* VI, 2, 11. *Julianum Misopog.* p. 308.) post *Casaubonum* ad *Polybium* p. 183. ed. *Gronov.* et *Cuper. Obs.* III, 20. extr. eleganter egit *Krebsius* in *Observatt. Flav.* p. 85. seq.

5. *forum, in quo judicia exercebantur* apud Græcos et Latinos, *locus judicii.* Act. XVI, 19. εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας pertraxerunt in forum ad magistratus. *Phavor.* καὶ τὸ δικαστήριον. Unde οἱ κατ' ἀγορὰν *causidici* Græcis dicebantur. *Arrian. Diss. Epictet.* I, 29. ἕλκει με εἰς τὴν ἀγοράν.

'ΑΓΟΡΑ'ΖΩ, fut. άσω, proprie: *in foro versor et ago*, ut demonstravit *Salmasius de Usuris* p. 339. et Schol. *Aristoph.* ad Equit. v. 1370. et ad Acharn. v. 720. *Hesych.* ἀγοράζειν· ἐν ἀγορᾷ διατρίζεσθαι. Idem fere *Phavorinus.* Hinc

2. *emo, quæ venalia sunt in foro* (*Suid.* ἀγοράζειν· τὸ ὠνεῖσθαί τι.) et opponitur τῷ πωλεῖν (Matth. XXI, 12. Apoc. XIII, 17.) Matth. XIII, 44, 46. XIV, 15. XXVII, 7. Apoc. XVIII, 11. Construitur tunc fere cum accusativo et genitivo pretii, interdum cum præpositione ἐν, ἐκ. In vers. Alex. Hebr. שָׁבַר respondet, v. c. Gen. XLI, 57. Deut. II, 6. Ies. LV, 1.

3. cum accusativo personæ: *redimo, in libertatem aliquem vindico,* et *de servis* aut *captivis dicitur, qui pretio dato redimuntur.* Hinc in N. T. haud raro Christo tribuitur, quatenus vita sua, doctrina et morte homines a vi et potestate vitiositatis liberavit, in veram libertatem humanam vindicavit et hoc modo *suos* fecit. 1 Cor. VI, 20. ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς magno pretio redemti estis. VII, 23. 2 Petr. II, 1. καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην. Apoc. V, 9. ἠγόρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σου morte tua nos veros Dei cultores reddidisti, s. liberasti a peccatorum servitute ac pœna, coll. I, 5. Joh. I, 29. 1 Joh. I, 7.—Apoc. XIV, 3, 4.

4. *quocunque modo mihi aliquid comparo et acquiro.* Apoc. III, 18. ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ χρυσίον κ. τ. λ. In vers. Alex. respondet τῷ קָנָה 1 Chron. XXI, 24. 2 Chron. XXXIV, 11. Ies. XXIV, 2.

'ΑΓΟΡΑΙ˜ΟΣ, αίου, ὁ, ἡ, proprie: *omnis, qui in foro versatur et agit.*

2. *forensis, ad forum pertinens, subrostranus, subbasilicanus.* Hinc maxime apud Græcos de *mercatoribus* usurpatur, qui in foro vendunt et emunt et in eorum libris sæpe κάπηλοι, ἔμποροι et ἀγοραῖοι conjunguntur, ut exempla a *Salmasio* de Usuris p. 338. *Valkenario* ad *Ammonium* p. 11. prolata satis docent, quibus addo *Aristotelem* Polit. IV, 4. λέγω ἀγοραῖον scribentem τὸ περὶ πράσεις, καὶ τὰς ὠνὰς, καὶ τὰς ἐμπορίας, καὶ καπηλείας διατρίζον. Fuit etiam ἀγοραῖος cognomen Jovis, Mercurii, Minervæ et Dianæ, qui in foro colebantur, ut ex *Phavorino* constat. Κατ' ἐξοχὴν autem ἀγοραῖοι *homines viles, contemti et otiosi* dicuntur, *qui versantur quotidie et quasi habitant in foro, inepta curiositate ducti,* quos Latini Scriptores *circumforaneos, innatos in triviis et pene forenses* vocare solent, et *Demosthenes* περιτρίμματα τῆς ἀγορᾶς appellat. Semel in N. T. hæc vox legitur Act. XVII, 5. προσλαβόμενοι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τῶν ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας πονηροὺς assu-

mentes circumforaneorum quosdam viros sceleratos. *Dion. Hal.* in *judic. de Thucyd. hist.* cap. 50. ἀγοραίοις ἀνθρώποις, ἐπιδιφρίοις κ. τ. λ. *Hesych.* ἀγοραῖοι· οἱ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀναστρεφόμενοι. *Suid.* ἀγοραῖος· προπεριστρώμενος, ὁ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀναστρεφόμενος ἄνθρωπος. Male itaque, certe non omnino recte scripsit *Ammonius:* ἀγοραῖος, ἐὰν προπαροξυτόνως, σημαίνει τὸν πονηρὸν, τὸν ἐν ἀγορᾷ τεθραμμένον· ἐὰν δὲ προπεριστρωμένως, τὸ ἐν ἀγορᾷ τιμώμενον. Ab hac voce (cujus varii usus multa exempla exstant apud *Wetstenium* in notis ad Act. XVII, 5.) probe distinguenda est altera, quæ magnopere ab ea differt, nempe:

ἈΓΌΡΑΙΟΣ, αίου, ὁ, ἡ, quæ de *rebus* et *negotiis* dicitur, *quæ in foro aguntur et tractantur, forensis, judicialis.* Unde ἀγόραιοι κρίσεις sunt *judicia, quæ in foro exercentur;* ἀγόραιοι ἡμέραι autem *dies forenses* dicuntur *habendis judiciis et causis forensibus destinati,* seu *in quibus forum agitur.* Act. XIX, 38. ἀγόραιοι ἄγονται (ita enim scribendum est loco impressi ἀγοραῖοι), sc. ἡμέραι, *dies forenses* seu *judiciales habentur,* seu magis ad usum loquendi Latinum, *conventas aguntur,* seu *forum agitur.* Vide *J. F. Gronovii* Observatt. Lib. III. c. 22. *Püttmanni Miscellan. Specim.* 13. c. 25. (Lips. 1791.) et *Joh. Amuel* ἀγόραιοι ἄνδρες καὶ ἡμέραι ex Act. XVII et XIX. Upsal. 1758. 4. *Suid.* προπαροξυτόνως δὲ ἀγόραιος, ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἡ ἀγορὰ τελεῖται. *Hesych.* ἀγοραίαν· δικαιολογίαν. Ἀγοραία· Θέμις καὶ ἐκκλησιαστική.

ἌΓΡΑ, ας, ἡ, proprie dicitur *captura, venatio quadrupedum, Eurip.* Bacch. v. 1201. *avium, Homer. Odyss.* XX, 306. ita, ut et *ipsum venandi actum* et rem, *quam venamur et capimus,* notet. *Hesych.* ἄγρα· θήρα. *Phavor.* ἄγρα· θήρα· τὸ θηρώμενον λέγεται καὶ τὸ ἔργον. *Pollux Onom.* V. 1. ἄγραν οὐ μόνον τὸ ἔργον, ἀλλὰ καὶ τὸ θηρώμενον καλοῦσι. *Eurip.* Orest. v. 1346. οὐχὶ συλλήψεσθ' ἄγραν.

2. *piscatio, piscatus.* Luc. V, 4. χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν demittite retia ad piscaturam. *Æsop.* Fab. XVII. *Hom. Odyss.* XII, 330. *Plutarch. Sympos.* VIII, 8. p. 730.

3. *ipsi pisces.* Luc. V, 9. ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων ἣν συνέλαβον ob tantam piscium prædam. Sic et Lat. *captura* pro *ipsa re capta* usurpatur apud *Plin.* H. N. X, c. 40. Adde *Ælian.* H. Anim. I, 3, 18. et *Thiemii* ac *Sturzii Lexicon Xenoph.* s. h. v.

ἈΓΡΆΜΜΑΤΟΣ, ὁ, ἡ, proprie dicitur *illiteratus, literarum rudis, qui ne ipsa quidem literarum elementa novit,* quem Græci ἀναλφάβητον vocant, h. e. μὴ τὰ παρὰ τοῖς γραμματισταῖς στοιχεῖα ἐκμεμαθηκότα (ex α priv. et γράμμα *litera*). *Xenoph. Mem.* IV, 2, 20. *Plutarch. Aristid.* c. 7.

2. *indoctus, qui non scholis formatam eruditionem habet.* Hinc

3. *qui non doctam et subtilem religionis judaicæ* (quæ κατ' ἐξοχὴν γράμμα, seu τὰ γράμματα, vocabatur: vid. infra s. v. γράμμα) *cognitionem habet, in scholis Rabbinorum non institutus, nec in scriptis prophetarum et lege Mosaica exercitatus.* Hac potestate gaudet hæc vox Act. IV, 13. ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι καὶ ἰδιῶται h. e. μὴ μεμαθηκότες τὰ γράμματα, ut legitur Joh. VII, 15. Conf. *Wetstenium* in Notis ad N. T. T. II. p. 477.

ἈΓΡΑΥΛΈΩ, ῶ, fut. ήσω, (compositum ex ἀγρὸς *ager* et αὐλίζομαι *stabulor, dego,* et παρὰ τὸ ἐν ἀγροῖς αὐλιζεσθαι,) est in universum: *sub dio ago, in agris versor et moror,* et de iis æque, qui interdiu, ac de iis dicitur, qui noctu vitam in agris sub dio degunt. *Plutarch. Num.* c. 4. Unde ἀγραυλία Græcis dicitur *vita castrensis et sub dio acta;* v. c. apud. *Diod. Sic.* XVI. c. 13. Speciatim vero *de iis* dicitur, *qui in agris pernoctant et excubias agunt;* quam notionem respexit *Hesychius:* ἄγραυλοι· οἱ ἐν ἀγρῷ νυκτερεύοντες—et *Phavor.* ἄγραυλοι τοιμένες· οἱ ἐν τοῖς ἀγροῖς αὐλιζόμενοι ἢ ὃ ἐν τῷ ἀγρῷ διανυκτερεύοντες. Semel legitur in N. T. Luc. II, 8. ἀγραυλοῦντες sub dio

agentes. *Diod. Sic.* I. c. 39. Etiam ab *Homero* (Il. XVIII, 162.), *Hesiodo* (*Theog.* 26.) et *Apollonio Rhodio* (IV, 317.) pastores ἄγραυλοι dicuntur. Hinc *bos* apud *Homer.* Il. X, 155. ἄγραυλος vocatur, ut a mansueto et in stabulum incluso secernatur: ubi *Schol.* τῷ ἐν ἀγρῷ αὐλιζομένῳ. adde *Schol. ad Hesiod. Theog.* v. 26. Eleganter de hac voce egerunt præter *Suicerum* in *Thesauro Eccles.* T. I. p. 66. *Casaubonus* Exercit. Antibar. II, 7. *Bynæus de natali J. C.* p. 376. seq. et *Grævius* Lectt. Hesiod. c. XV. p. m. 82.

ΑΓΡΕΥΩ, fut. εὑσω (ab ἄγρα *captura*). Raro hæc vox apud exteros Scriptores (*Herodot.* II, 95. *Xenoph. Anab.* V, 3, 9.) et semel tantum in N. T. reperitur. Proprie notat (vel addito substantivo θηρίον, ut in *Callimachi* H. in Dian. v. 85. vel nude positum) *venari, capere feras, volucres*, i. q. θηρεύειν, quanquam interdum etiam de piscium captura apud *Lucianum* et alios dicitur. Alexandrini pro צוּד Job. X, 16. Prov. VI, 26. pariter ac לָכַד Prov. V, 22. usurpant. Sed quia in hoc verbo, sive ad venationis sive piscaturæ notionem respicias, latet notio *dolose circumveniendi* et *struendi insidias*,

2. metaphorice significat: *insidias struere alicui*, sive sermone hoc fiat, sive alio modo. Marc. XII, 13. ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ ut ipsi quæstionibus argutis propositis insidias struerent eumque sermone minus cauto irretitum caperent, ne elabi posset: ubi nonnulli codices e glossemate παγιδεύσωσι habent. Eodem sensu Latini et formulam *captare aliquem*, v. c. *Martial.* IX, 90. et vocem *venari* usurpant.

ΑΓΡΙΕΛΑΙΟΣ, αίου, ἡ, (ex ἄγριος *sylvestris* et ἐλαία *olea*) est: *oleaster, olea agrestis, arbor, quæ nullos plane fructus fert* (opponitur τῷ καλλιέλαιος.) Inde partim in proverbium abiit: ἀκαρπότερος ἀγριελαίου (conf. *Zenobius* Adag. Cent. I. n. 60.) partim ab *Hesychio* per ἄκαρπος explicatur aut, ut plenius et rectius in *Phavorino* legitur, ἡ ἄκαρπος ἐλαία. coll. *Schol. Apollon.* II, 845. et *Theocrit. Idyll.* XXV, 21.) Monentibus *Mœride, Thoma Magistro* et *Hesychio* hæc arbor etiam κοτίνος dicebatur Græcis, qui et utraque voce promiscue usi sunt. Vid. *Theophr. Hist. Plant.* II. c. 3. et 4. *Dioscor.* I. c. 126. 138. Adde *Olaum Celsium Hierobotan.* P. I. p. 216. (Ex agresti hac olea baculi, clavæ, sagittæ conficiebantur ob duritiem). Sterilitas vero hujus arboris maxime in causa fuit, cur Paulus oleastri potissimum similitudine usus fuerit in describenda *gentilium ante conversionem ad religionem christianam conditione.* Rom. XI, ubi hæc vox bis occurrit: v. 17. σὺ δὲ ἀγριελαιος (scil. κλάδος ὤν) tu vero oleæ agrestis surculus; et v. 24. ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου.

ΑΓΡΙΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *agrestis, sylvestris* (ab ἀγρὸς *ager*), dupliciter usurpatur in Scriptt. gr. ita, ut partim de eo dicatur, *quod sponte in agris et sylvis nascitur*, adeoque opponatur illi, quod est *hortense* et *sativum, quod cura et arte humana ex parte paratum est* (v. c. ἄγριος ἐλαία et ἄμπελος ἄγριος): partim vero de *feris bestiis* et *sylvaticis*, quibus οἰκοτραφῆ et τὰ ἥμερα opponuntur, v. c. ἄγριοι ὄνοι, ἄγριοι σύες, qui et ὄναγροι et σύαγροι dicuntur. Confer *Lexic. Xenophont.* Vol. I. p. 42. E priori notione explicanda sunt loca apud Matth. III, 4. Marc. I, 6. ubi μέλι ἄγριον h. e. *mel sylvestre*, quod in arborum annosarum ramis et cavis solent parare apes, et in 1 Sam. XIV, 25. ubi דְּבַשׁ עַל־פָּנֵי הַשָּׂדֶה seu דְּבַשׁ הַיַּעַר vocatur; ad quem locum conf. notas *Michaëlis. Diod. Sic.* XIX. 94. fin. φύεται γὰρ παρ' αὐτοῖς (scil. Arabibus Nabatæis) μέλι πολὺ τὸ καλέμενον ἄγριον, ᾧ χρῶνται ποτῷ μεθ' ὕδατος. Duplex vero hujus mellis sylvestris et agrestis genus fuisse videtur: *aliud:* quod ab arborum et virgultorum foliis colligitur (de quo præter *Ælian.* Hist. Anim. V, 42. et *Isidor. Orig.* XX. 2. *Suidas* sub voce ἀκρὶς conferri meretur: " μέλι

ἄγριον, sunt ejus verba loc. laud. ὅπερ ἀπὸ τῶν δένδρων συναγόμενον Μάννα τοῖς πολλοῖς προσαγορεύεται"), *aliud:* quod ab apibus in arborum truncis et scopulorum rimis deponitur, de quo in locis Matthæi et Marci sermo mihi esse videtur. *Anacr. Od.* IX. φάγουσαν ἄγριόν τι. *Strabo* XI. p. 348. de iis, qui excelsissimas Caucasi partes inhabitant, scribit: vivunt ἀπὸ καρπῶν ἀγρίων. *Xenoph. Œcon.* XVI, 5. Ex posteriori vero hujus vocabuli notione fluxit metaphorica, ut ἄγριον

3. *omne, quod est ferum, sævum, immane, crudele* notet, unde verba ἀγριαίνω Dan. XI, 11. et ἐξαγριαίνω Dan. VIII, 7. derivanda erunt. Semel hoc sensu legitur in Ep. Jud. v. 13. κύματα ἄγρια θαλάσσης fluctus sævi maris, cum quibus homines ferocientes, indomiti et crudeles comparantur; ubi vid. *Wetstenius.* Sapient. XIV, 1. *Eurip.* Phœn. v. 1527. *Musæus* v. 203. ubi videndus *Schraderus. Hesych.* ἄγριος· ἀνήμερος.

ΑΓΡΙΠΠΑΣ, α, ὁ, *Agrippa*, h. e. ut *Gellius* N. A. XVI, 16. exponit: *ægre partus*, qui sc. in nascendo prius emittit pedes. Alii autem, ut *Salmasius* in *Exercitt. Plin.* c. I. p. 23. a Græco ἀγρεῖν et ἵππος deducunt. Ex N. T. libris duo hujus nominis sunt notissimi. *Alter, major* dictus, Aristobuli filius et Herodis M. nepos, e vinculis, in quæ erat a Tiberio conjectus, a Caligula liberatus, primum Tetrarchiæ, quæ Philippi fuerat, et Tetrarchiæ Lysaniæ rex constitutus, a Claudio in regno confirmatus est, addita insuper Judæa et aara, ut adeo fere universum Herodus M. regnum obtineret. Imperavit annos septem. Uxor ejus fuit Cypros, Pallantis, fratris Herodis M. et Salamsenis filia. *Joseph.* A. J. XVIII, 7. Interfecto in gratiam Judæorum Jacobo et in vincula conjecto Petro, misere vitam finiit. Quum enim Cæsareæ, auctore *Josepho* A. J. XIX, 17. ludos solennes pro salute Cæsaris Claudii instituisset, ob admissos divinos honores, qui ipsi a populo offerebantur, morbo graviore correptus, quinto die post vitam exspiravit, anno quarto Claudii Cæsaris. Act. XII, 23. in Actis Apostolicis Herodes dicitur. Cf. infra sub Ἡρώδης. *Alter* vero, *Agrippa minor*, sive Herodes Agrippa dictus, abnepos Herodis M. et filius Agrippæ majoris, ultimus Judæorum rex fuit, qui regnavit annos 56. Multum valuit apud Claudium imperatorem auctoritate. Uxor ejus fuit *Mariamne*, Josephi, patruelis Herodis M. et Olympiadis, ejus filiæ, filia. Coram eo causam dixit Cæsareæ Paulus ex Act. XXV et XXVI. Cf. *Deyling. Obss. SS.* P. II. p. 261. *Wetstenii notas ad N. T.* T. II. p. 627. et *Ottii Spicileg. ex Flavio Josepho ad N. T.* p. 328. seq.

ΑΓΡΟΣ, ῦ, ὁ, æque late patet ac Latinorum *ager*, et proprie quidem

1. *arvum, ager* dicitur, seu *locus in rure, qui colitur sive arando, sive conserendo.* Matth. XIII, 24. σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ. ib. v. 27. 31. 36 38. 44. XXIV, 18. καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ et qui arat agrum, agricola. Nam apud veteres agricolæ nudi arare solebant. Vide *Hesiodi Opp. et Dies* 391. *Virgil. Georg.* I. 299.

2. per synecdochen partis pro toto: *rus, campus, agri diversorum dominorum*, ita, ut etiam *arva* et *prata* complectatur, quod in vernacula lingua das Feld, *the Field*, vocare solemus. Matth. VI. 28. καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ aspicite lilia in pratis florentia. ib. v. 30. τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ herbas campestres. Ad loca hæc observant quidem Interpretes, vocem ἀγρὸς pleonastice additam esse ad imitationem Hebræorum (Ps. CIII, 15. כְּצִיץ הַשָּׂדֶה), sed elegantissimam emphasin latere in hac voce, a Jesu consulto addita, omnis orationis series docet. Luc. XII, 28. XV, 25. ἦν δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ filius autem natu major interea ruri fuerat. XVII, 7. Luc. XXIII, 26. *Etym. M.* ὁ ἔξω τῆς πόλεως χῶρος, et Alexandrini multis in locis שָׂדֶה

per πεδίον transtulerunt. Genes. XXIX, 2. 2 Sam. XVII, 8. etc.

3. *prædium rusticanum, villa, quæ est in agris.* Luc. XIV, 18. ἀγρὸν ἠγόρασα prædium coëmi. Luc. XV, 15. ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν χοίρους in fundum suum misit ad porcos pascendos. Act. IV, 37. ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, (ubi in codice uno χωρίον e glossemate legitur) coll. v. 34. Ipse Vulgatus Marci VI, 36. et Luc. IX, 12. voce *villa*, quanquam locis alienis, usus est, ubi etiam versio Syriaca conferri meretur. *Sic ager* apud Lat. *Cic.* de Officiis I. c. 20. *vixerunt*, ait, *nonnulli in agris, delectati re sua familiari.*

4. *pagus, cui circumjecti sunt agri, vicus.* Marc. V, 4. 14. εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. Marc. VI, 36. εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας in proximos pagos atque vicos. ib. v. 56. κώμας ἢ πόλεις ἢ ἀγρούς. XVI, 12. πορευομένοις εἰς ἀγρὸν in vicum, qui erat extra urbem, sc. Emauntem. Luc. IX, 12. Cf. ad h. l. *Ludov. de Dieu Crit. S.* p. 450. Eodem sensu שָׂדֶה et עִיר sibi invicem opponuntur Deut. XXVIII, 3.

5. *possessio quævis*, Matth. XIX, 29. Marc. X, 29, 30. *Ælian.* V. H. III, 28. τετυφωμένον ἐπὶ τῷ πλέθρῳ καὶ μέγα φρονοῦντα ἐπὶ τοῖς ἀγροῖς. Alexandrini κτῆμα pro Hebraico שָׂדֶה posuerunt Prov. XXIII, 10.

'ΑΓΡΥΠΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie significat: *vigilo, insomnis sum, a somno abstineo*, (ex α priv. et ὕπνος *somnus*, insertis per epenthesin litteris γρ.) *insomnem noctem duco. Ælian.* V. H. VII, c. 7. Ei Hebr. שָׁקַד in vers. Alex. respondet, v. c. Ps. CII, 8. CXXVII, 1. Sed metaphorice in N. T. denotat idem, quod latinum *vigilare* et *invigilare*, et Græcum γρηγορέω.

2. *caute, attente et circumspecte ago*, et de eo dicitur, qui prudens est futuri temporis. Marc. XIII, 33. ἀγρυπνεῖτε καὶ προσεύχεσθε vigilantes estote et preces ad Deum fundite. Luc. XXI, 36. 3 Esdr. VIII, 59.

3. *assiduus et sollicitus sum in aliqua re et negotio tractando.* Ephes. VI, 18. καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ δεήσει hanc ipsam ob causam assidui sitis in precando. Ita שָׁקַד Ies. XXIX, 20. Cf. etiam Sapient. VI, 15. Hinc sequente præpos. ὑπὲρ *diligentem et assiduam alicujus rei curam habere.* Hebr. XIII, 17. αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· ubi imago desumta videtur a pastoribus, qui gregem per campos discursitantem observant. coll. Ezech. III, 17.

'ΑΓΡΥΠΝΙ'Α, ίας, ἡ, *insomnia, vigiliæ, lucubratio. Xenoph. Cyrop.* V, 3, 16. *Memor.* IV, 5, 9. 2 Cor. VI, 5. ἐν ἀγρυπνίαις præsto me ministrum Dei patienter perferendis vigiliis. ubi vid. *Wetstenius.* ib. XI, 27. Nec tamen repugnem, si quis utrumque locum de *anxiis curis*, quæ sunt insomniæ causæ, per metonymiam explicare malit: de qua notione exposui in *Spicilegio I. Lexici in Interpretes Græcos V. T. post Bielium* p. 4.

"ΑΓΩ, fut. ἄξω.

1. transitive: *duco, deduco.* Luc. IV, 9. καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἰερουσαλὴμ et duxit eum Hierosolymam. Joh. I, 43. XVIII, 28. Act. VIII, 52. IX, 2. 21. XXI, 34.

2. *adduco, affero, apporto*, i. q. προσάγω. Matth. XXI, 2. λύσαντες ἀγάγετέ μοι solventes adducite eum huc, i. q. προσαγάγετε. Joh. VII, 45. διὰ τί οὐκ ἠγάγετε αὐτόν; quidni eum vobiscum adduxistis? ib. X, 16. ἀγαγεῖν adducere ad cœtum Christianorum; ubi tamen *Theophyl.* pro συναγαγεῖν positum existimat. Act. XIX, 37. XXI, 16. Hebr. II, 19. πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα auctorem felicitatis multorum hominum. Hinc in vers. Alex. verbis Hebraicis נָהַג Ies. XI, 6. XX, 4. נָחָה Deut. XXII, 11. Job. XXXVIII, 32. et הֵבִיא Exod. III, 1. Levit. XIII, 2. Num. V, 15. respondet. Sirac. XXX, 25. πρὸ καιροῦ γῆρας ἄγει μέριμνα et ibi Vulg. Adde *Schrader.* ad *Musæum* p. 128.

3. *abduco.* Act. XX, 12. ἤγαγον δὲ

τὸν παῖδα ζῶντα abduxerunt puerum viventem. Luc. XXII, 54. Eodem sensu ἄγειν apud *Homer.* Il. IX, 590. *Phavor.* ἄγω· ἀπάγω.

4. *comitor, comitem itineris me adjungo, prosequor*, i. q. προπέμπω. Act. XI, 25. ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἀντιόχειαν comitatus eum est Antiochiam usque. ib. XVII, 15. ἤγαγον αὐτὸν prosequebantur eum securitatis causa. ib. XXIII, 10.

5. *produco, educo.* Act. XVII, 5. ἀγαγεῖν εἰς δῆμον producere ad populum. Joh. XIX, 4. ἴδε ἄγω ὑμῖν αὐτὸν ἔξω en vobis eum produci jussi. ib. v. 13. 1 Thess. IV, 14. ἄξει σὺν αὐτῷ, sc. ἐκ τῶν νεκρῶν, pariter ac eum e mortuis resuscitabit. In vers. Alex. non solum τῷ הוֹצִיא Genes. XXXVIII, 24. Exod. XV, 22. sed etiam τῷ הֶעֱלָה Jer. LII, 9. Ezech. XVI, 40. respondet.

6. intransitive: *eo, incedo, abeo*, ita, ut omissum sit ἐμαυτὸν, me ipsum quasi moveo a loco ad locum, quocunque modo hoc fiat; cui respondet formula: *se agere*, apud *Virgilium* Æn. VIII, 465. Matth. XXVI, 46. ἐγείρεσθε ἄγωμεν surgite abeamus. Marc. I, 38. Joh. XI, 7. ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν in Judæam proficiscamur. v. 15. ἀλλ' ἄγωμεν πρὸς αὐτὸν sed proficiscamur ad illum. XIV, 31. *Etym. M.* ἄγω σημαίνει τὸ πορεύομαι. *Homer.* Iliad. VI, 252.

7. *invitum aliquem abripio et abduco. Phavor.* ἄγομαι· ἁρπάζομαι. Sic imprimis *de iis dicitur, qui vel ad judices ducuntur, ut sontes, vel ad supplicium et in carcerem, ut damnati*, et quidem modo addito nomine rem determinante, — ut Matth. X, 18. καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε et vos in jus rapient. Luc. XXI, 12. XXIII, 1. et 32. ἤγοντο—ἀναιρεθῆναι. Act. VI, 12. ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον. XVII, 19. XVIII, 12. ἤγαγον ἐπὶ τὸ βῆμα. — modo nude ac simpliciter: v. c. Marc. XIII, 11. ὅταν δὲ ἄγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες quum vero aliis prodentibus producti fueritis ad eos, quos jam dixi. Non ignota est hæc verborum ἄγειν et *ducere* notio Græcis et Latinis Scriptoribus. *Ælian.* V. H. I, 30. ἀγομένους ἐπὶ θανάτῳ. c. 34. ἤγαγε πρὸς τοὺς δικαστὰς, et ib. c. 30. κατὰ τινὰ δαίμονα τῶν ἀγομένων. *Sophocl. Antig.* v. 892. 1047. 1055. *Sueton. Calig.* c. 27. *Plin. Epp.* X, 97. *Seneca* de Ira III, 40. Cf. *Zeunium* ad *Vigerum* de *Idiotismis L. G.* p. 219.

8. *incito, impello, moveo aliquem*, et ex adjuncto: *rego, guberno, instituo*, i. q. ἐπάγω. Rom. II, 4. εἰς μετάνοιάν σε ἄγει incitat te ad emendandam vitam. *Chrysost.* ἕλκει. (*Polyb.* V, 15. εἰς μετάνοιαν ἄξειν τὸν βασιλέα. *Appian. B. I.* II. p. 766.) Rom. VIII, 14. ὅσοι γὰρ πνεύματι Θεοῦ ἄγονται qui religione Christiana vitam suam regi patiuntur. 1 Cor. XII, 2. Gal. V, 18. 2 Tim. III, 6. ἀγόμεναι ἐπιθυμίαις quæ se pravis tantum cupiditatibus duci patiuntur. Etiam apud Græcos Scriptores ἄγεσθαι notat: *alicujus rei dulcedine et voluptate tangi*, v. c. ap. *Philonem* de *Ebrietate*, Vol. III. p. 258. ed. *Pfeifer.* et ἀγωγὸν *omne* dicitur, *quod delectandi et alliciendi vim et quasi illecebras habet.* Adde *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 72.

9. si de *tempore* usurpatur: *habeo, dego, ago, perago*, ut *ducere* apud Latinos pro *transigere*; vid. *Seneca Thyest.* 466. Luc. XXIV, 21. τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον tertius jam dies agitur, h. e. hic jam est tertius dies. *Syrus:* ܗܘ ܝܘܡܐ ܬܠܝܬܝܐ ܥܡ ܗܠܝܢ ܕܥܒܕܘ ܐܠܝܢ ܬܪܝܢ ܝܘܡܝܢ ܗܫ ܘܗܐ et ecce tres dies sunt, ex quo hæc omnia facta sunt. Vide ad h. l. *Wetstenium.* Activum impersonaliter positum est pro passivo, ubi quidam male ἥλιος supplent ex *Theocrit.* Idyll. XXV. v. 85, 86. Act. XIX, 38. ἀγόραιοι ἄγονται habentur dies judiciales. *Philostrat. Vit. Apollonii* I. c. 5. ἀγούσῃ γὰρ τῇ μητρὶ τόκου ὥραν ὅναρ ἐγένετο. *Aristoph. Nub.* v. 626. et *Plut.* v. 621. ubi videndus Scholiastes. Hinc de tempore usurpatum

10. etiam *celebrandi* notionem habet, ut ἀνάγειν. (*Herodot.* I, 147. III,

192. VIII, 165.) Matth. XIV, 6. γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου cum dies natalis Herodis celebraretur. 2 Macc. I, 9. ἵνα ἄγητε τὰς ἡμέρας τῆς σκηνοπηγίας. ib. v. 18. II, 16. In hoc sensu ἄγειν in vers. Alex. τῷ עֲשָׂה respondet, Esther. IX, 17. *Ælian.* V. H. IX, 5. ἀγομένων Ὀλυμπίων. *Plutarch. Sympos.* VIII, 1. τοῦ Σωκράτους ἀγαγόντες γενέθλιον. *Ælian. H. A.* XI, 2. Alia loca e Gr. Scriptt. larga manu dedit *Elias Palairet* in *Bibl. Brem. Nov.* Cl. III. p. 211.

ἈΓΩΓΗ, ῆς, ἡ, proprie *ductio, adductio, manuductio* (ab ἄγω *duco.*) *Xenoph. Equ.* VI, 4.

2. *educatio, institutio, disciplina,* (ab ἄγεσθαι *formari, institui, educari: Steph. Thes. L. Gr.* T. 1. p. 63.) inprimis ea, quæ est in moribus formandis et componendis: unde ἀγωγὴ παίδων est: educatio puerorum: inde *Plutarchi* libellus inscriptus est: περὶ παίδων ἀγωγῆς et vocabulum παιδαγωγὸς ortum traxit. *Suid.* διὰ τῶν ἠθῶν τοῦ τρόπου κατακόσμησις. *Xenoph. Equ.* III, 4. κακὴ ἀγωγή.

3. *vivendi ratio et modus, mores, vitæ institutum.* Semel legitur in N. T. 2 Tim. III, 10. σὺ δὲ παρηκολούθηκάς μου τῇ ἀγωγῇ tu autem imitatus es meam vivendi rationem. *Theophyl.* ad h. l. per βίον καὶ πολιτείαν explicat, et *Neo-Græcus* bene vertit ἀναστροφή. 2 Macc. IV, 16. ὧν ἐζήλουν τὰς ἀγωγάς. VI, 8. XI, 24. Eodem sensu Hebr. מִנְהָג Esth. II, 20. ubi Alex. Ἐσθὴρ οὐ μετήλλαξε τὴν ἀγωγὴν αὐτῆς. *Hesych.* ἀγωγή· τρόπος, ἀναστροφή. Idem *Phavorinus.* Cf. *Suicer. Thes. Eccles.* s. h. v. *Wetstenium* ad 2 Tim. III, 10. et *Krebsii Obss. Flav.* p. 364.

ἌΓΩΝ, ῶνος, ὁ. Vox πολυσήμαντος, cujus varios significatus *Eustathius* ad *Hom.* Iliad. VI. p. 1148. ita complexus est: ὁ δὲ ἀγών, inquit, πολυσήμαντος λέξις κατὰ τοὺς παλαιούς· ἀγὼν γὰρ ὅμιλος, κύκλος μάχης, ἔρις, ἀγορά, συναγωγὴ καὶ ἀπόδειξις, ex quo etiam *Phavorinus* sua excerpsit, ex *Hesychio* hæc verba addens: ἀγών· ὀξύτονον, στάδιον, ἄθροισμα, καὶ τόπος ἔνθα ἀθροίζονται οἱ ἀγωνισταί. Adde Schol. ad *Hesiod. Theog.* v. 91. et *Wetstenium* ad *Philipp.* I, 30. Ex his verbis colligere licet

1. proprie: *certamen, certamen ludorum* significare, quo Græci veteres mirifice delectabantur, adeoque quinque certaminum genera, Πένταθλον vocata, δρόμον, δίσκον, ἅλμα, πυγμὴν, πάλην complecti.

2. est *locus ipse, in quo certamen ludorum suscipiebatur, stadium. Thucyd.* V, 50. προελθὼν εἰς τὸν ἀγῶνα et ibi Duker. Cf. etiam *Grævium* ad *Hesiod. Clyp.* v. 312. p. 107. c. 19. et *Jac. Lydii Agonistica SS.* c. 27. *Etym. M.* ἀγὼν λέγεται ὁ κυκλοτερὴς καὶ γωνίαν οὐκ ἔχων τόπος. Sed in N. T. metaphorice accipitur et

3. notat: *munus, officium, quod alicui injunctum et demandatum est.* 1 Tim. VI, 12. ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως strenue fungaris munere doctoris christiani gravissimo, tibi demandato. 2 Tim. IV, 7. τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι omni ex parte muneri meo satisfeci. ubi vid. *Wetsten.* Hebr. XII, 1. δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα constanter emetiamur stadium propositum, h. e. constantes maneamus in religionis christianæ studio. ubi vid. *Wetsten.*

4. *sollicitum studium, ardor, contentio, cura, cum molestia conjuncta.* Coloss. II, 1. ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν quantopere annitar pro vobis. Immo *ipsam molestiam, quæ alteri facessitur,* notat apud Alex. Ies. VII, 13. ubi ἀγῶνα παρέχειν bis Hebraico הַלְאוֹת respondet. *Euripid. Medea* 235. *Thucyd.* II, 89.

5. *discrimen, vitæ periculum, calamitas, miseria, ærumna,* et speciatim: *molestia, quæ certamen comitatur.* Philipp. I, 30. τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες easdem miserias et calamitates perfertis. 1 Thess. II, 2. ἐν πολλῷ ἀγῶνι multa inter mala et pericula. *Arrianus* de expedit. Alex. III, 15. 1. ὅτι ἐν ἀγῶνι ξυνέχεται τὸ κατὰ σφᾶς, καὶ βοηθεῖν δεῖ.

ἈΓΩΝΙΆ, ίας, ἡ, apud Græcos

Scriptores proprie est vocabulum gymnicum de veterum luctationibus et concertationibus usurpatum (quod constat ex *Polluce* inter complures voces gymnicas et hanc recensente in *Onom.* III, 30. sect. 141. p. 339. et sect. 142. p. 340. ed. Amstelod.) adeoque partim *certamen* notat, ut sit idem, quod ἀγὼν et ἀγώνισμα, quibus verbis *Phavorinus* et *Suidas* explicant. (*Xenoph. Cyrop.* II, 3. 5. *Ælian.* V. H. II, 41. IX, 5.); partim *angorem, timorem animique æstuationem ejus, qui est in certamen descensurus. Etym. M.* ἀγωνία ἐπὶ τοῦ εἰς ἀγῶνα μέλλοντος κατιέναι. Deinde vero est vox media et ad *omnem vehementem affectuum motum,* vel ob gaudium vel ob metum et tristitiam transfertur. In N. T. vero est simpliciter *angor, perturbatio animi, quæ est ex metu instantis periculi.* Luc. XXII, 44. καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ et angore correptus. *Syrus* usus est h. l. voce ܕܚܠܬܐ, quæ simpliciter *timorem, terrorem, pavorem* notat. 2 Macc. III, 14. 16. 17. *Demosthen.* de *Corona* c. 11. ἦν δὲ Φίλιππος ἐν φόβῳ καὶ πολλῇ ἀγωνίᾳ. *Joseph. A. J.* VI, 6. 2. XI, 8. 4. ἦν ἐν ἀγωνίᾳ καὶ δέει. *Etym. M.* ἀγωνία· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς φόβου. Male igitur Intt. ad locum Lucæ laudatum per *angorem et motum animi cum morte luctantis* explicarunt, quam emphasin Græca lingua ignorat. Eleganter de hac voce pariter ac præcedente exposuerunt *Irmisch.* ad *Herodian.* II, 3. 13. Vol. II. p. 78. seq. et *Wetstenius* ad Lucæ I, 1.

'ΑΓΩΝΙ'ΖΟΜΑΙ, *certamen ineo, certo,* verbum proprium apud Græcos Scriptt. de iis, qui in solemnibus certaminibus Græciæ se v. c. cursu, lucta, cestu, gladio, saltu et disco exercebant in stadio et circo, et inde ἀγωνισταὶ dicebantur. 1 Cor. IX, 25. πᾶς δὲ ἀγωνιζόμενος qui studet optatam cursu contingere metam. Hinc

2. *depugno, decerto,* i. q. πολεμέω. Joh. XVIII, 36. ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο. Vulg. ministri mei utique decertarent, seu depugnarent pro me, me tuerentur et defenderent. *Thucyd.* I. c. 36. ἕξετε πρὸς αὐτοὺς πλείοσι ναυσὶ ἀγωνίζεσθαι. Adde 2 Macc. VIII, 16. XIII, 14. XV, 26.

3. metaphorice: *muneri et officio mihi injuncto et demandato omni ex parte satisfacio.* 1 Tim. VI, 12. 2 Tim. IV, 7. Cf. supra sub ἀγών.

4. *omnibus viribus contendo, allaboro, annitor,* quod facere solent, qui certamen ineunt. Luc. XIII, 24. ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν omnes vires intendite, ut intretis. Coloss. I, 29. ἀγωνιζόμενος summe pro hac re obtinenda contendens. Ita *pugnare* ap. *Cic. ad Div.* III, 10. VII, 32. In hoc sensu Chald. שְׁדַר, quod in Hithpaël notat: *contendere, operam dare,* Dan. VI, 15. respondet apud Alexandrinos. 1 Macc. VII, 21.

5. *assiduus sum in aliqua re.* Coloss. IV, 12. ἀγωνιζόμενος ἐν προσευχαῖς semper pro vobis preces faciens.

'ΑΔΑ'Μ, ὁ. Nomen proprium Hebraicum indeclinabile primi parentis, generis humani auctoris, inde προπάτωρ, πρωτόγονος et πρωτοπάτωρ a Scriptoribus ecclesiasticis vocati: ab אֲדָמָה *terra,* quasi *terrigenus* sive *terræ filius,* observante jam *Eusebio* Præpar. Evang. VII. p. 180. ubi dicit Adam κατὰ τὴν 'Ελλάδα φωνὴν τὸν γηγενῆ notare. Nec aliud voluit *Josephus,* qui A. J. I, c. 2. scribit: ἄνθρωπος Ἄδαμος ἐκλήθη. σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ γλῶτταν τὴν 'Εβραίων πυῤῥὸν, ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς πυῤῥᾶς γῆς φυραθείσης ἐγεγόνει. Respexit hanc ipsam etymologiam Paulus 1 Cor. XV, 47. Quemadmodum autem solemne fuit Judæis hunc generis humani auctorem אֲדָם הָרִאשׁוֹן vel אָדָם קַדְמָאָה appellare, et Messiam, restauratorem felicitatis generis humani, אָדָם הָאַחֲרוֹן etiam אָדָם דָּלְעִילָּא, de quo bene exposuit *Schoettgen. Hor. Hebr. et Talmud.* T. I. p. 670. seq. ita et Paulus Judæorum causa Christum τὸν ἔσχατον 'Α-

δὰμ et τὸν δεύτερον ἄνθρωπον 1 Cor. XV, 45. et 47. appellavit, ita, ut, in quonam hic ab τῷ πρώτῳ ἀνθρώπῳ Ἀδὰμ differat, eleganter ostenderet.

ἈΔΑ΄ΠΑΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *sumtu carens, sine sumtu comparatus aut comparandus, gratuitus.* (ex α priv. et δαπανάω *sumtus facio.*) Semel legitur in N. T. 1 Cor. IX, 18. ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ quod gratis tradiderim religionem christianam; nullam mercedem accipere, hæc mea merces est. *Phavor.* ἀδάπανος· οὗ ἐναντίον ὁ δαπανηρὸς, καὶ ἀδάπανον· τὸ μὴ δυνάμενον δαπανᾶσθαι, ἤτοι τὸ ἀδαπάνητον. *Plutarch. Apophth.* p. 189. F.

ἈΔΑΪ΄. Nomen proprium Hebraicum ἄκλιτον viri ex majoribus Christi, qui fuit filius Cosami, pater vero Melchi. Luc. III, 28. in genealogia Christi.

ἈΔΕΛΦΗ΄, ῆς, ἡ,

1. ut Hebraicum אָחוֹת, cui in verss. Græcis respondet. proprie *sororem* notat, sive *germanam*, sive *agnatam* sive *uterinam*. Fœmininum ab ἀδελφὸς, quod vide. Matth. XIX, 29. ἢ ἀδελφάς. Luc. X, 39. XIV, 26. et alibi sæpe.

2. synecdochice: *propinqua, cognata, consanguinea.* Matth. XIII, 56. ubi αἱ ἀδελφαὶ Ἰησῦ sunt sine dubio vel sororis matris Jesu filiæ, vel omnino propinquæ, cognatæ Jesu. Marc. VI, 3. Scriptores Latinos *sorores* pro *patruelibus* vel *consanguineis* usos fuisse, docuit *Perizon. Animadv.* c. 3. p. 107. seq. Hebraicum אָחוֹת æque late patet, et non solum in genere *consanguineam*, Genes. XXIV, 59. sed etiam in specie *fratris* et *patruelis filiam* denotat, Genes. XII, 13. 19. XXVI, 7. 9.

3. *quæ tanquam soror habetur et amatur.* Matth. XII, 13. 50. ὅστις ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου, αὐτός μου ἀδελφή ἐστιν omnes veri Dei cultores sororum loco habeo, tanti æstimo, quam sorores. Marc. III, 34. Rom. XVI, 1. τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν nobis admodum caram et dilectam. 1 Tim. V, 2. Solent autem etiam Hebræi quamlibet rem conjunctissimam, aut admodum caram אָחוֹת appellare. Prov. VII, 4. Job. XVII, 14.

4. metaphorice: *quæ unam eandemque religionem cum aliis profitetur*, et κατ' ἐξοχὴν *Christiana.* 1 Cor. VII, 15. ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ Christiani utriusque sexus. ib. IX, 5. ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν uxorem christianam secum ducere. Quo loco pessime abutentes clerici quidam temporis successu soliti fuerunt propudia sua ἀδελφὰς appellare, ut docuit *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 83.—Jac. II, 15. 2 Joh. v. 13. Hinc in prophetarum libris singuli populi ob commune eorum idololatriæ studium אָחוֹת vocantur Jerem. III, 7. 8. Ezech. XVI, 45. seq. Cf. *Fesselii Adversaria Sacra* V. c. 12.

ἈΔΕΛΦΟ΄Σ, οῦ, ὁ,

1. *frater* vel *ex iisdem parentibus ortus, germanus*, αὐτοκασίγνητος, ὁμογενὴς (אָח) Genes. IV, 2. X, 21. Matth. IV, 18. XXII, 25.) vel *agnatus ex eodem quidem patre, sed diversis matribus editus*, πατράδελφος (אָח Genes. XLII, 16. XXXVII, 26. 1 Regg. II, 7. Matth. XIV, 3. Marc. VI, 17. 18. Luc. III, 1—19.); vel *uterinus ex una eademque matre, sed diversis patribus editus*, μητράδελφος, ὁμομήτριος. (אָח Judd. VIII, 19. *Phavor.* ἀδελφοί· οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς δελφύος γεγονότες, ὁμόδελφοι. δελφὺς γὰς λέγεται ἡ μήτρα. καὶ μετὰ τοῦ α τοῦ σημαίνοντος τὸ ὁμοῦ γίνεται ἀδελφός. καὶ ἀδελφοὶ ὁμοπάτριοι μὲν καὶ ὁμοπάτορες, οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρός. ὁμομήτριοι δὲ καὶ ὁμομήτορες, οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς μητρὸς κ. τ. λ. In hac propria significatione hoc vocabulum interdum omittitur, Luc. VI, 16. Act. I. 13. Ἰούδας Ἰακώβου, sc. ἀδελφός. coll. Judæ v. 1. ut אָח 2 Sam. XXI, 19. 1 Paral. XX, 5. Sed deinde ut Hebraicum אָח latissime patet, et in universum *omnem, qui est quocunque modo cum altero conjunctus*, notat, (ab Arab. أخي *coniunxit ;*) et Græcis ἀδελφὰ omni

no *res* dicuntur *in quibus quædam reperitur similitudo*, τὰ ὅμοια (interpr. *Etym. M.* et Schol. *Soph. Antig.* 198. cf. *Kœnius* ad *Gregor. de Dialect.* p. 269. et *Morus* ad *Isocr. Paneg.* c. 20.); ita etiam in N. T. ἀδελφὸς

2. dicitur *conjunctus sanguinis et familiæ vinculo, cognatus, consanguineus, qui est ex eadem familia oriundus:* ut אָח Genes. XXIV, 27. Levit. XXV, 48. Deut. II, 4. 8. Matth. XII, 47. *ἰδοὺ, οἱ ἀδελφοί σου.* XIII, 55. XXVIII, 10. Joh. VII, 3. Act. I, 14. Gal. I, 19. Omnia hæc loca, in quibus fratrum Christi mentio fit, de ejus cognatis et propinquis explicanda esse, recte jam judicarunt ecclesiæ veteris doctores, quorum sententias collegit *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 84. seq. Cf. etiam *Semleri Comment.* de *δεσποσύνοις et Evangelio Hebræorum*, (Hal. 1777. 4.) et *Pet. Tiliandri* Diss. explic. notionem *τῶν τοῦ Κυρίε ἀδελφῶν* Matth. XII, 46. etc. Upsal. 1772. 4. Etiam *frater* in Latinorum scriptis hoc sensu usurpatur. Apud *Curtium* VI, 10. 24. Amyntas, Perdiccæ filius, frater Alexandri vocatur, qui ejus patruelis erat.

3. *popularis, ex eadem gente oriundus, ejusdem populi membrum*, ad imitationem Hebr. אָח Deut. XV, 2. 3. Job. XIX, 13. Act. II, 29. *ἄνδρες ἀδελφοὶ* carissimi mei populares. ib. III, 17. 22. *ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν* e gente vestra. ib. VII, 23. 25. 26. *ἀδελφοί ἐστε ὑμεῖς* populares vos estis. ib. IX, 17. XIII, 26. Rom. IX, 3. *ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα.* Hebr. VII, 5. Non male itaque, immo convenienter usui loquendi, Alexandrini Exod. XXII, 25. verba Hebraica: אֶת־עַמִּי אֶת־הֶעָנִי עִמָּךְ transtulerunt: *τῷ ἀδελφῷ τῷ πενιχρῷ παρά σοι.*

4. *conjunctus religionis vinculis, qui unam eandemque religionem cum aliquo profitetur.* Act. XXII, 5. *πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς* ad Judæos, Damasci incolas. ib. XXVIII, 21. *οὔτε παραγενόμενός τις τῶν ἀδελφῶν* neque Judæorum quisquam advenit. Hinc in N. T. libris *κατ' ἐξοχὴν Christiani ἀδελφοὶ* vocantur, vel simpliciter: Matth. XXV, 40. Act. VI, 3. IX, 30. X, 23. XI, 29. 1 Cor. V, 11. XV, 6. vel additis verbis *ἐν Κυρίῳ*: Philipp. I, 14. qui loquendi usus diu in veteri ecclesia mansit, teste *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 86. Ita etiam Hebr. אָח accipiendum videtur Ps. CXXXIII, 1. Ies. LXVI, 20. Jer. XXXI, 34. Amos I, 9.

5. *conjunctus amoris vinculo et usus et consuetudinis, amicus quasi fratris loco habendus.* Matth. V, 47. *ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μόνον.* (ubi in codd. quibusdam e glossemate *φίλους* loco *ἀδελφοὺς* legitur.) ib. XXIII, 8. ubi tamen *ἀδελφοὶ* potius esse videntur *ejusdem disciplinæ alumni.* Magis vero huc pertinent loca, Matth. XII, 49. *ἰδοὺ οἱ ἀδελφοί μου* hos pro fratribus meis habeo. 2 Thess. III, 15. 1 Tim. V, 1. Eodem sensu אָח 2 Sam. III, 27. 1 Regg. XX, 32. et Cantic. V, 1. *ἀδελφοὶ* in vers. Alex. Hebr. דּוֹדִים respondet. *Lucianus de morte Peregrini* p. 764. *ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος ἔπεισεν αὐτοὺς, ὡς ἀδελφοὶ πάντες εἶεν ἀλλήλων. Homer. Il.* Z, 429. seq.

6. *conjunctus muneris et officii vinculis, collega, muneris socius.* (Act. XXI, 20.) 1 Cor. I, 1. 2 Cor. I, 1. II, 12. Ephes. VI, 22. Philipp. IV, 21. coll. v. 22. in quibus locis, uno tantum excepto, omnibus *ἀδελφοὶ* dicuntur, qui fuerunt Pauli in tradenda religione christiana socii et adjutores. Ita אַחִים Ezra III, 2. 2 Sam. XV, 20. 1 Regg. XIII, 30.

7. *conjunctus humanitatis et naturæ vinculis, quivis alius, alter, homo*, qui Græcis *ὁ πλησίον* et *ὁ ἕτερος* vocatur. Matth. V. 22. *πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ* quicunque temere alteri irascitur. v. 23. 24. ib. VII, 3. XVIII, 15. 21. 35. Hebr. VIII, 11. ubi *ἀδελφὸς* et *ὁ πλησίον* permutantur invicem. Rom. VIII, 29. *εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς* ut esset princeps et

quasi antesignanus omnium hominum, coll. Hebr. II, 11—17. Eodem sensu אָח Genes. XXVI, 3. Deut. I, 16. Joel. II, 8. Et Genes. XLIII, 33. ἀδελφὸς, in vers. Alex. Hebr. רֵעַ respondet. Exposuit de hoc loquendi usu fusius *Vorstius Philol. S.* c. III. p. 67. ed. *Fischeri.* Nec negligenda sunt, quæ de vocabulo ἀδελφὸς in universum docte disseruit *Fesselius* in *Adversariis S.* Lib. V. c. XI.

ἈΔΕΛΦΟ΄ΤΗΣ, *τητος*, ἡ, proprie: *fraternitas*, ἡ ἀδελφῶν ὁμόνοια, ut explicatur a *Dione Chrysost.* XXXVIII. p. 472. (1 Macc. XII, 10. 17.) *et fratrum cœtus.*

2. *Christianorum cœtus, Christiani*, i. q. ἀδελφοί. Abstractum pro concreto, uti φιλότης pro φίλοις *amicis*, συμμαχία pro συμμάχοις *sociis* apud *Herodot.* et *disciplina* pro *discipulis* apud *Gellium N. A.* II, c. 18. Bis legitur in N. T. 1 Petr. II, 17. τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε amate Christianos: *Syrus* ܐܚܘܬܐ. Ibid. V, 9. τῇ ἐν κόσμῳ ὑμῶν ἀδελφότητι Christianorum cœtui per omnem terrarum orbem disperso. Sic et *Cyprianus* Ep. 24. *fraternitatem salutate.*

Ἄ-ΔΗΛΟΣ, ε, ὁ, ἡ, *non manifestus, occultus, obscurus*, (ex α priv. et δῆλος, *manifestus.*) Luc. XI, 44. ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα similes sepulcris occultis, non apparentibus: nam statim additur; καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω, οὐκ οἴδασι. Ps. LI, 7. Alexandrini verba Hebr. וּבְסָתֶם חָכְמָה transtulerunt τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας. *Polyb.* III. 19, 2. ἄδηλοι τόποι occulta loca. Ib. III, 54, 5. *Phavor.* ἄδηλον· οὗ ἐναντίον τὸ φανερόν. καὶ ἄδηλος τόπος· ὁ σκοτεινός.

2. *incertus, dubius* (*Polyb.* VI, 56. 11. VIII, 3, 2.) adeoque, si de sono adhibetur, *non distinctus.* 1 Cor. XIV, 8. ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ si non distinctum tuba sonum edit, ut nempe quilibet intelligere possit, jam ea classicum cani.

ἈΔΗΛΟ΄ΤΗΣ, *ητος*, ἡ, *incertitudo, inconstantia, vanitas*, et inprimis rebus tribuitur, quæ sunt fluxæ et transitoriæ. Semel legitur in N. T. 1 Tim. VI, 17. μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, pro ἐπὶ πλούτῳ ἀδήλῳ, nec confidant divitiis incertis et fluxis. *Syrus:* ܥܘܬܪ̈ܐ ܕܠܐ ܫܪ̈ܝܪ̈ܐ in quibus non est securitas (aut spes.) *Polyb.* XXXVI, 4, 2. Eodem sensu ἀδηλία adhibetur. Cf. *Vorstii Philol. S.* p. 271. ed. *Fischeri.*

ἈΔΗ΄ΛΩΣ, adverb. proprie: *non manifeste, obscure.*

2. *in incertum eventum, dubio exitu, ancipiti fortuna:* (quod alias dicitur εἰς ἄδηλον. Vide *Plutarch. Sympos.* p. 1180. C.) ab ἄδηλον, quo etiam interdum *res* significatur, *de cujus eventu et exitu non constat.* 2 Macc. VII, 34. Semel legitur in N. T. 1 Cor. IX, 26. ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω ὡς οὐκ ἀδήλως in stadio mihi proposito curro non in incertum eventum, h. e. ego ita operam navo religioni christianæ, ut non incertum sit, an fructum inde percepturus sim speratum. Fortasse tamen ἀδήλως pro ἀκλεῶς ponitur h. l., ut legitur apud *Dionys. Halic.* Antiqu. Rom. l. X. c. 45.

ἈΔΗΜΟΝΕ΄Ω, ῶ, fut. *ήσω, gravissime angor et pæne animo deficio, cum gravi dolore luctor.* Hinc in versione *Symmachi* partim τῷ עָמֵק Ps. LXI, 3. partim חָפַן Ps. CXVI, 11. respondet, adeoque de mentis deliquio usurpatur. Matth. XXVI, 37. ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν summa tristitia et angore corripitur. Marc. XIV, 33. ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. Philipp. II, 26. *Hippocr.* περὶ παρθ. p. 563. ἀλύων καὶ ἀδημονέων ὁ θυμός. *Ælian. H. A.* III, 21. Alia exempla habet *Elsnerus* in Comment. ad Matth. T. II. p. 268. et *Wetstenius* ad Matth. l. l. *Hesych.* ἀδημονῶ· ἀκηδιῶ, ἀγωνιῶ. — *Suid.* λίαν λυποῦμαι. *Etym. M.* ἀδημονεῖν· ἀλύειν, ἀπορεῖν, ἀμηχανεῖν.

Ἄ-ΔΗΣ, ου, ὁ, per synæresin pro ἀΐδης, apud poëtas maxime obvium,

(ab εἴδω et α priv.) positum, proprie notat: *quod videri nequit* (q. d. ἀειδὲς, ἀόρατον, ut *Plutarchus* exponit de Isid. et Osir. p. 382.), *locum obscurum et tenebricosum*, teste auctore *Etym. M.* ᾅδης· χωρίον ἀφεγγὲς, σκότους αἰωνίου καὶ ζόφου πεπληρωμένον, παρὰ τὸ εἴδω, τὸ βλέπω. εἴδης καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α ἀειδής· ἐν ᾧ οὐδὲν βλέπομεν. Idem Schol. *Sophocl.* in *Ajacem* v. 608. Hinc

2. ita dicitur *locus, sub terra constitutus, obscurus et tenebricosus, in quem omnes manes cogi, sejunctasque a corpore animas congregari communis fuit Judæorum* (a quibus שְׁאוֹל vocabatur, Ies. XIV, 11.) *opinio* (de qua bene exposuerunt *Lowth. de Poësi sacra Hebr.* Præl. VII. *Wetstenius* ad Luc. XVI, 23. et *Bæhrens* in: Untersuchungen uber den Orcus der alten Hebraeer, Halle 1790. 8.), *orta haud dubie ex fabula poëtica*, a qua plures imagines petitas esse *Michaëlis* docuit ad *Lowthi* l. l. p. 186. Est uno verbo: *orcus*, die Unterwelt, das Schattenreich, das Reich der Todten, *the world below, the empire of shades, the region of death.* Act. II, 27. οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου non enim relinques animam meam in orco; qui locus tamen vulgo male redditur: non relinques *corpus meum in sepulcro:* verba enim desumta sunt e Ps. XVI, 10. ubi שְׁאוֹל positum est. (Vide *Pauli Slevogti Disputationem Hellenisticam* p. 234. *Th. Crenii Analectorum Philol. Critico-Historicorum.*) Ib. v. 31. ὅτε οὐ κατελήφθη εἰς ᾅδου scil. τόπον seu δῶμα s. δόμον, quod additur apud *Homerum* Il. XV, 251. Odyss. XI, 149. 626. XII, 21. (sciendum enim est, in oratione soluta pariter ac in carmine ἐλλειπτικῶς dici ἐν ᾅδου, subaudito οἴκῳ s. δώματι, seu εἰς ᾅδου, subint. οἶκον, τόπον, uti exemplis demonstrarunt *Steph. Thes. L. Gr.* T. I. p. 1110. *Jensius* in *Lectt. Lucian.* p. 140. et 351. ac *Vechnerus* in *Hellenolexia* p. 124.) Apoc. I, 18. ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ θανάτου καὶ τοῦ ᾅδου imperio meo et mors et orcus parent. Apoc. XX, 13. et 14. καὶ—ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτῷ νεκρούς. Eodem sensu ᾅδης Sirac. XLVIII, 5. LI, 8. Sapient. II, 1. *Joseph. A. J.* VI. 14, 2. ἡ δὲ ἀγνοοῦσα τὸν Σαμούηλον, ὅστις ἦν, καλεῖ τοῦτον ἐξ ᾅδου.

3. *infernum, impia tartara, locus subterraneus pœnarum, impiis post mortem, dæmonum inter consortia* (2 Pet. II, 4.), *tolerandarum*, aut ex aliorum mente, *ipsa conditio miserrima impiorum post mortem*, Luc. XVI, 23. καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ——ὑπάρχων ἐν βασάνοις, h. e. in inferno inter cruciatus. Huc etiam referrem locum admodum vexatum Matth. XVI, 18. ubi per πύλας ᾅδου *vim et potestatem Diaboli et omnium impiorum, Christi adversariorum*, intelligo, quam frustraneam et inanem fore in oppugnanda ecclesia Christiana promittit Christus l. l. quod etiam Chrysostomus voluit, qui omnem locum de *periculis gravissimis, cœtui Christianorum imminentibus*, interpretatus est. Cf. *Joh. Georg. Altmanni* D. phil. crit. de πύλαις ᾅδου in Matth. XVI, 18. quæ reperitur in *Museo Helvetico* T. I. p. 515. De eadem formula vide quoque *Valkenarium* ad *Eurip. Hippol.* 1445. p. 321.

4. *mors ipsa*, quæ ex more Hebræorum interdum ut persona inducitur. 1 Cor. XV, 55. ποῦ σου, ᾅδη (in codd. quib. θάνατε), τὸ νῖκος; ubi est vis tua, o mors, et imperium? id quod in anteced. ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; Hinc τῷ מָוֶת ᾅδης respondet in vers. Alex. Prov. XIV, 12. XVI, 25. Ipsa verba Hebraica מָוֶת et שְׁאוֹל permutantur invicem Ies. XXVIII, 15. Sirac. IX, 17. XLI, 7.

5. *omnis locus inferior, infimus*, et metaphorice: *status miserrimus, conditio deterior.* Matth. XI, 23. ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ quæ es ad astra sublata, ad infima deprimeris, h. e. admodum misera et abjecta erit tua

conditio. Luc. X, 15. Eodem sensu עַד שְׁאוֹל Ies. LVII, 9. et XIV, 13. adhibetur. *Æschyl. Sept. c. Theb.* 327. *οἰκτρὸν γὰρ πόλιν δ' Ὠγυγίαν Ἄϊδι προϊάψαι.*

ΑΔΙΑ΄ΚΡΙΤΟΣ, *ίτου*, ὁ, ἡ, proprie: *qui discerni non potest seu distingui, indiscretus, indistinctus. Cyrillus: ἀδιάκριτος, indiscretus. Hesych. ἀδιάκριτον· ἀδιαχώριστον. Phavor. μὴ ἔχων διάκρισιν.* unde in vers. *Symmachi* Genes. I, 2. Hebr. בְּהוּ respondet. *Polyb.* XV, 12. 9. *ἀδιάκριτος φωνή. Artemid.* I, 13. III, 36. *Arrian. Epict.* I, 16. Sed pro variis verbi *διακρίνεσθαι* significationibus etiam adjectivum *ἀδιάκριτος* diversimode sumitur; et cum illud interdum *litigare, contendere, rixari*, notet; etiam hoc

2. *eum, qui est ab omni contentione et rixa alienus*, significat. Jac. III, 17. *ἡ ἄνωθεν σοφία ἀδιάκριτός ἐστι*, h. e. vera sapientia divina cultores suos ab omni contentione alienos reddit et postulat, coll. v. 16, ubi vid. *Wetstenius.* Cæterum, ut jam observavit *Krebsius* ad *Schoettgenii Lexicon N. T.* non insolens est, adjectiva, quæ significationem passivam habent, interdum significationem activam induere: in quam rem exempla suppeditat *Hemsterhus.* ad *Lucian. Halcyon.* T. I. p. 179.

ΑΔΙΑ΄ΛΕΙΠΤΟΣ, *ου*, ὁ, ἡ, *non intermissus, non cessans, perpetuus*, (ex *α* priv. et *διαλείπω desino*). *Phavor. ἀδιάλειπτον· ἐπιμένον, ἀκατάπαυστον.* Rom. IX, 2. *ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου* acerbissimo semper dolore angor. 2 Tim. I, 3. *ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω περὶ σοῦ μνείαν* sicut et perpetuam tui memoriam habeo.

ΑΔΙΑΛΕΙΠΤΩΣ, Adverbium, *sine intermissione ulla, indesinenter, semper. Alberti Gloss. N. T. ἀδιαλείπτως· διηνεκὲς, ἀεί.* 1 Macc. XII, 11. 2 Macc. XV, 7. *Polyb.* IX, 3, 8.

2. *sæpe, multum.* Rom. I, 9. *ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι* me sæpius vestrum mentionem facere. 1 Thess. I, 3. II, 13. *εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ ἀδιαλείπτως.* ib. V, 17. *ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε.* Præter hæc loca non legitur in N. T.

ΑΔΙΑΦΘΟΡΙ΄Α, *ίας*, ἡ, proprie sensu physico: *incorruptibilitas, integritas*, ita, ut rebus tribuatur, quæ non sunt *corruptioni* obnoxiæ, quæ intactæ manserunt et illibatæ. *Ælian. V. H.* XII, 1. (ex *α* priv. et *διαφθείρω corrumpo.*) Vide *Wetstenium* ad Tit. II, 7.

2. sensu morali de *iis* maxime apud Græcos dicitur, *qui se pecuniis aut precibus corrumpi non patiuntur*, qui sunt, ut verbis Platonis utar, *ἀδιάφθοροι δεήσεσι καὶ χρήμασι.*

3. *integritas, veritas, puritas*, die Aechtheit, Unverfalschtheit, *purity, truth.* Tit. II, 7. *ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν* in doctrina integritatem, h. e cura ut tradas doctrinam genuinam, veram, nullis erroribus aut additamentis corruptam. *Lutherus:* mit unverfalschter Lehre, *with true doctrine.* In quibusdam codicibus *ἀφθορίαν* legitur sensu eodem. *G. Wakefield* in *Sylva Critica* P. I. p. 71. loco *ἀδιαφθορίαν*, reponi jubet *ἀδιαφορίαν*, et *ἀδιαφορίαν* eam esse dicit, quæ sine respectu personarum se gerit, neque minus pauperi consulit quam diviti potentique.

ΑΔΙΚΕ΄Ω, *ῶ*, fut. *ήσω*,

1. *injuria afficio, injuriam infero, injurius sum in aliquem, lædo.* Matth. XX, 13. *ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε* nulla a me in te injuria profecta est. Act. VII, 26. *ἵνα τί ἀδικεῖτε ἀλλήλους*; quare injurias vobis invicem infertis? et v. 27. *ὁ ἀδικῶν* auctor litis dicitur (רֵעֵהוּ Exod. II, 13.): 1 Cor. VI, 8. *ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε.* 2 Cor. VII, 2. Gal. IV, 12, *οὐδέν με ἠδικήσατε* semper enim amico et benevolo erga me fuistis animo. Philem. v. 18. *εἰ δέ τι ἠδίκησέ σοι* si autem quid tibi surripuerit. Vide ad h. l. Comment. *Scipionis Gentilis* p. 148. seq. ed. *de Ruyter.* In vers. Alex. Hebraïcis verbis חָמַס Genes. XVI, 5. Hab. I, 2. et עָשַׁק Job. X, 3. Ps. CIII, 6. respondet. Adde *Ælian V. H.* XIV, 18. Hinc

ἀδικέομαι, passivum, *injuria mihi nolenti et invito infertur, accipio injuriam.* Act. VII, 24. καὶ ἰδών τινα ἀδικούμενον et videns aliquem afflictum. s. male tractari. Medium vero, ἀδικέομαι, *æquo animo injurias patior, patior volens lubensque mihi fieri injuriam.* 1 Cor. VI, 7. διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; quidni potius injuriam vobis fieri patimini? *Aristot.* de *Morib.* V, 11. cf. *Bauer. Philol. Thucyd. Paul.* p. 245. *Dresig.* de *verbis mediis N. T.* II, 1.

2. *crimen committo publicum, in quod ex legibus humanis animadvertendum est,* ein Civil-Verbrechen begehen, *to commit a civil law crime, scelus admitto, contra jus fasque ago,* i. q. παρανομέω. cf. *Stephan. Thesaur. L. Gr.* T. I. p. 1006. Act. XXV, 10. Ἰουδαίους οὐδὲν ἠδίκησα nullius in Judæos criminis reus sum, coll. v. 7. et 8. ib. v. 11. εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ, καὶ ἄξιον θανάτου πέπραχά τι si maleficium commisi morte mulctandum. 2 Cor. VII, 12. ubi ὁ ἀδικήσας Corinthius ille dicitur, qui incestus crimen cum noverca sua admiserat, et ὁ ἀδικηθεὶς ipsa noverca est, cui persuasit, ut in sceleris sui societatem veniret.

3. in universum: *impie ago, vitiositati studeo, peccatum committo.* Coloss. III, 25. ὁ δὲ ἀδικῶν κομιεῖται, ὃ ἠδίκησε impius perversitatis suæ pœnas dabit Deo. Apoc. XXII, 11. ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι scelestus peccare pergat. In vers. Alex. respondet non solum Hebr. עָוַת *perverse egit,* 2 Sam. XXIV, 17. sed etiam רָשַׁע 2 Chron. VI, 37. *Eurip. Phœn.* v. 975. ἀδικεῖ τὰ τῶν Θεῶν. *Ælian. V. H.* XIV, 28.

4. per metonymiam causæ pro effectu: *lædo, noceo, damno afficio,* ita, ut non solum de personis, sed etiam de rebus inanimatis adhibeatur, ut exemplis comprobavit *Reitzius* ad *Lucian.* Opp. II. p. 92. Luc. X, 19. καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ ita, ut nihil horum possit vobis nocere. Apoc. II, 11. οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου non obnoxius erat morti. ib. VII, 2. 3. ἀδικῆσαι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν damnum inferre terræ marique. ib. IX, 4. 10. 19. XI, 5. Sapient. XIV, 29. ἀδικηθῆναι οὐ προσδέχονται nullum damnum metuunt. *Xenoph.* de *Re equestri* VI, 3. *Antigon. Caryst. hist. mirab.* c. 28. ἀδικεῖν τοὺς κύνας. *Thucyd.* II, 71. τὴν γῆν—μὴ ἀδικεῖν. Ib. IV, 98. ubi vid. *Schol. Hesych.* ἠδίκησεν· ἔβλαψεν. qua ratione et hanc vocem interpretatus est *Scholiastes Thucyd.* V, 84.

ΑΔΙΚΗΜΑ, τος, τὸ, proprie: *injuria, injuriæ illatio, injuste factum.* Hinc eo usi sunt Alex. pro Hebr. חָמָס 2 Sam. XXII, 49.

2. *crimen, facinus contra leges civitatis admissum adeoque capitale,* ἀδίκημα δημόσιον. Act. XVIII, 14. εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημά τι ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρὸν si ad me afferretis maleficium aliquod. ibid. XXIV, 20. τί εὗρον ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα num alicujus me criminis convincere potuerint. Hoc sensu legitur in vers. Alex. 1 Sam. XX, 1. pro Hebr. עָוֹן et pro רָעָה 1 Sam. XXVI, 18. *Polyb.* I, 66, 6. et 8.

3. *impie factum, peccatum,* Hebr. עָוֹן, cui in eodem sensu respondet in vers. Alex. Ies. LIX, 12. et Jer. XVI, 17. Apoc XVIII, 11. ubi, quæ in priori membro commemorantur ἁμαρτίαι, in posteriori ἀδικήματα appellantur.

ΑΔΙΚΙΑ, ας, ἡ, proprie

1. *injustitia, injuria, iniquitas, violatio officiorum, quæ aliis hominibus debentur.* Ita in vers. Alex sæpissime respondet Hebr. חָמָס v. c. Ps. VII, 17. XI, 5. quanquam interdum etiam pro Hebr. עֹשֶׁק legitur, Ps. LXII, 11. Luc. XVIII, 6. ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας injustus ille judex. Act. I, 18. μισθὸς τῆς ἀδικίας pecunia, merces, injusto modo parta. coll. 2 Petr. II, 15. Rom. IX, 14. μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; num Deus iniquus est? 2 Cor XII, 13. χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύ-

την condonabitis mihi hanc vobis illatam injuriam.

2. *impietas, vitiositas, improbitas omnis*, ex usu vers. Alex. in qua Hebr. עַוְלָה Hos. X, 9. עָוֶה Ezech. XXI, 27. (32.) et רִשְׁעָה Prov. XI, 5. Ies. LVIII, 6. respondet. Luc. XIII, 27. οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας impii. Act. VIII, 23. εἰς σύνδεσμον τῆς ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα video te esse improbissimum. Rom. I, 29. ubi species ἀδικίας commemorantur πορνεία, πονηρία, πλεονεξία κ. τ. λ. ibid. II, 8. ἀδικία opponitur τῇ ἀληθείᾳ, h. e. probitati (plane ut 1 Cor. XIII, 6. ib. III, 5. VI, 13. ὅπλα ἀδικίας vitiositatis instrumenta. 2 Tim. II, 19. Jacob. III, 6. 2 Petr. II, 13. His adde Sirac. XVII, 23. ἐπίστρεφε ἐπὶ κύριον καὶ ἀπόλειπε ἁμαρτίας. XXXV, 5.

3. *peccatum omnis generis*, ut עָוֶל Ps. VII, 4. Alex. ἀδικία et עָוֹן 1 Sam. III, 14. Hebr. VIII, 22. ubi ἀδικίαι, ἁμαρτίαι et ἀνομίαι conjunguntur. 1 Joh. V, 17. πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστὶ omne peccatum est aberratio a lege divina. Adde Sirac. XVII, 17.

4. *pœna vitiositatis et peccatorum*. 1 Joh. I, 9. καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας, i. q. in antecedentibus ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας.

5. *mendacium, fallacia, fraus*. Joh. VII, 18. ἔτος ἀληθής ἐστι, καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν is est verus, doctor divinus nec impostor, ab omni potius fraude alienus. 2 Thess. II, 10. et 12. ἀδικία opponitur τῇ ἀληθείᾳ, ita, ut falsam, multis erroribus contaminatam doctrinam notet. Cf. *Ludov. de Dieu Criticam Sacram* p. 468. Huc etiam vulgo refertur locus Rom. I, 18. τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων, quem vertunt; qui veram religionem per idololatriam impediunt, præeuntibus *Suida* et *Phavorino*: ἀδικία παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ ἡ τῶν εἰδώλων ἀπάτη· οἷον, ἐκεῖνοι ἓν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχουσιν. ὅσοι τὸ σέβας τῷ Θεῷ παραπέμπουσιν εἰδώλοις. τὸ δὲ κατέχουσιν ἀντὶ τοῦ φυλάττουσι. Καὶ ἀδικία, ἀνομία, παρανομία, ῥᾳδιουργία. Sed verior sensus videtur hic: *qui cum veri Dei cognitione pravitatem vitæ conjungunt.*

6. *vanitas, fragilitas*. Luc. XVI, 9. μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας divitiæ, quæ non sunt veræ, sed vanæ et fallaces. Cf. infra sub ἄδικος et *Joh. Conr. Waxii* D. de μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας p. 447. T. II. *Ikenii Novi Thes. Philol.*

Ἄδικος, ος, ὁ, ἡ, in universum dici videtur *res aut persona* apud Græcos, *quæ non talis est, qualis esse debet, ad usum suum inepta*, v. c. ἵππος ἄδικος. *Xenoph. Cyrop.* II. 2. 15. ἄδικος γνάθος. *Xenoph.* de *Re equestr.* III, 5. ubi e contrario δίκαιος *res* et *persona nomine suo digna* dicitur. Cf. *Ruhnken.* ad *Xenoph. Mem. Socr.* IV, 4. 5. Sed in N. T. libris ἄδικος dicitur

1. *injustus, iniquus, qui alios injuria afficit, vel vi, vel dolo*. Luc. XVIII, 11. ἅρπαγες, ἄδικοι. Rom. III, 5. μὴ ἄδικος ὁ Θεός; injustene agit Deus? Hebr. VI, 10.

2. *impius, scelestus, vitiositatis studiosus*. Matth. V, 45. ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς,—ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Act. XXIV, 15. 1 Cor. VI, 9. 2 Petr. II, 9. ἀδίκοις opponuntur οἱ εὐσεβεῖς. Hinc toties Hebr. רָשָׁע in vers. Alex. respondet: Prov. XVII, 15. Ies. LVII, 20. Ezech. XXI, 3. et עָוִל Job. XVI, 11.

3. *infidelis, qui officio suo non satisfacit*. Luc. XVI, 10. ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος, καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστιν qui in minimo infidelis est, idem etiam est in magno: ubi diserte τῷ πιστὸς opponitur.

4. *reus, noxius, auctor facinoris*. 1 Petr. III, 18. δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων insons pro sontibus.

5. *paganus, gentilis*. 1 Cor. VI, 1. ἐπὶ τῶν ἀδίκων coram judicibus paganis. quibus οἱ ἅγιοι, judices, e Christianorum cœtu delecti, opponuntur. Conf. infra sub ἁμαρτωλός.

6. *fluxus, vanus et fragilis*, de rebus, quæ facile pereunt, fluxæ sunt et caducæ, *et quasi nomen suum mentiuntur*. Luc. XVI, 11. εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε si non fideliter fallaces illas et caducas opes terrenas administratis; ubi opponitur τῷ

ἀληθινὸν bona vera et perennia. (Male itaque alii interpretes intelligunt divitias male partas, quas quidem *Euripides* in *Helena* v. 911. et in *Electra* v. 943. πλοῦτον ἄδικον vocat.) Eodem sensu hæc vox legitur 3 Esdra IV, 37. 38. ἄδικος ὁ οἶνος, ἄδικος ὁ βασιλεὺς, ἄδικοι αἱ γυναῖκες —— καὶ ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτῶν ἀπολοῦνται, καὶ ἡ ἀλήθεια μένει καὶ ἰσχύει εἰς τὸν αἰῶνα.

'ΑΔΙ'ΚΩΣ, Adverbium: *injuste, inique, immerito.* In N. T. semel legitur 1 Petr. II, 19. πάσχων ἀδίκως qui calamitates perfert ita, ut omnis ab eo culpa absit. Recte igitur hoc adverbio usi sunt Alexandrini pro Hebr. חִנָּם Prov. I, 11. 17. Præter hunc locum in V. T. legitur Sapient. XII, 13. 2 Macc. VII, 16.

'ΑΔΟ'ΚΙΜΟΣ, ος, ὁ, ἡ, proprie: *reprobus, rejectaneus, non sincerus, adulterinus*, et dicitur partim de metallis, nondum a scoriis purgatis, quæ non ferunt examen et hinc reprobantur, partim de nummis rejectaneis, v. c. νόμισμα ἀδόκιμον moneta adulterina. Was die Probe nicht haelt, *that which is not sterling.* (ex α negat. et δόκιμος.) Non ignota fuit hæc propria hujus vocis notio Alexandrinis, qui Prov. XXV, 4. סִיגִים מִכֶּסֶף הָגֹו transtulerunt: τύπτε ἀδόκιμον ἀργύριον. et Ies. I, 22. כַּסְפֵּךְ הָיָה לְסִגִים posuerunt: τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον. Conf. *Wetstenium* ad Rom. I, 28. Hinc, metaphora ab aurifabris ducta, ἀδόκιμος sensu morali dicitur, *qui non est talis, qualis esse debet*, adeoque

2. *non genuinus, non verus et sincerus.* 2 Cor. XIII, 6. ὅτι ἡμεῖς ἐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι me esse genuinum Apostolum nomine meo dignum. ibid. v. 5. εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε nisi fortasse non veri sitis Christiani. v. 7. 2 Tim. III, 8. ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν qui non habent talem πίστιν, qualem habere debent.

3. *improbus, pravus, perversus.* Rom. I. 28. νῦς ἀδόκιμος mens improba et perversa.

4. *indignus.* 1 Cor. IX, 27. αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι ipse indignus sim hac felicitate: nisi quis reddere malit: ipse in eorum reprehensionem haud immerito incurram.

5. *inutilis, ineptus, non idoneus ad aliquod opus.* Tit. I, 16. καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι et ad omnis virtutis studium inertes. Hebr. VI, 8. γῆ ἀδόκιμος ager non aptus frugibus ferendis.—*Hesych.* ἀδόκιμον· πονηρὸν, ἀπόβλητον, ἄχρηστον.

'ΑΔΟΛΟΣ, ος, ὁ, ἡ, et de rebus et de personis adhibetur in Scriptt. gr. ita, ut tam *hominem, qui est doli expers nec subdolus*, (*Pindar. Olymp.* VII, 99. 60. *Themist.* XXIII. p. 283. *Eustath.* in Il. β. p. 177. 44.) quam *rem*, quæ est *sincera, pura, non adulterata*, significet. Posteriori hac ratione legitur in N. T. 1 Petr. II, 1. γάλα ἄδολον lac purum et sincerum, ut vocatur a *Columella* VII, 8. Præter h. l. vero non reperitur in N. T.

'ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *Adramyttenus.* Adjectivum patronymicum. Urbs vero, a qua descendit, Adramyttum, vel Adrumetum, Græce 'Ατραμύττειον, 'Αδραμύτειον, 'Ατραμμύττειον, (tam varie enim scribitur in libris Græcis: confer *Dukerum* ad *Thucyd.* V, 1.) fuit urbs maritima, in Æolia, Asiæ minoris provincia, sita, cujus *Strabo* lib. XIII, p. 417. (qui eam vocat 'Αθηναίων πόλιν ἄποικον ἔχουσαν λιμένα καὶ ναύσταθμον) *Herodot.* VII, c. 42. *Pompon. Mela* I, 17. mentionem faciunt, Atheniensium colonia, quæ et portum habebat et navale, et bello Mithridatico magna fuit calamitate affecta. Huic viciniæ fuerunt Thebæ Hypoplaciæ, quas eandem cum Adramyttio urbem facit auctor *Etymologici*, scribens: Θῆβαι· τὸ νῦν 'Αδραμύττειον καλούμενον. Act. XXVII, 2 πλοῖον 'Αδραμυττηνὸν navis Adramyttena commemoratur. Navibus autem a loco, ubi vel constructæ erant, vel unde venere, nomen dari, olim receptum fuit. Confer etiam *P. A. Boysenii D.* de *difficili Pauli itinere*

cap. IV. p. 728. T. II. *Novi Thes. Philol.* Cæterum de nomine hujus urbis vide *Bocharti Canaan* I, 8. ac de situ ejus *Cellarii Notit. Orb. ant.* III. c. 3. §. 23. et *Wetstenium* ad Act. l. l.

ἈΔΡΙ΄ΑΣ, ίȣ, ὁ, scilicet πόντος, κόλπος, πέλαγος, *mare Adriaticum. Dion. Halic. in judic. de Lysia* c. 27. Nomen traxisse videtur ab Adria, urbe (ad Padum amnem in peninsula Rhodiginiana) Italiæ nobili, in agro Picenorum, ut perhibet *Plinius* III, 15. Vocatur etiam Ionium. Quanquam enim *Strabo* de mari Ionico et Adriatico monet: τὸ μὲν ȣ̃ν στόμα κοινὸν ἀμφοῖν ἔστιν. διαφέρει δὲ ὁ Ἰόνιος, διότι τȣ̃ πρώτȣ μέρȣς τῆς θαλάσσης ταύτης ὄνομά ἐστιν. ὁ δὲ Ἀδρίας τȣ̃ ἐντὸς μέχρι τȣ̃ μυχȣ̃ — tamen statim addit: νυνὶ δὲ καὶ τῆς συμπάσης — ut adeo Adriaticum mare (quo navis, Paulum ferens, jactabatur, appulsura Melitam, Act. XXVII, 27.) totum illum tractum maris significet, quod a montibus Cerauniis Venetias usque penetrat et Epirum subjectasque partes alluit. *Hesych.* Ἰόνιον πέλαγος· ὁ νῦν Ἀδρίας. Vide etiam *Wetstenium* ad Act. l. l.

ἈΔΡΟ΄ΤΗΣ, τητος, ἡ, *abundantia, opulentia, copia, multitudo,* (ab ἁδρὸς *copiosus, abundans, largus. Hesych.* ἁδρός· πολὺς, μέγας, πλȣ́σιος, παχύς. — ἁδρόν· μέγα, δαψιλὲς, παχύ.) Semel legitur in N. T. 2 Cor. VIII, 20. μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονȣμένῃ ὑφ' ἡμῶν ne quis me dicere possit surripuisse aliquid a magna illa pecuniæ, a me collectæ, summa. Synonymum hujus vocis est ἁδροσύνη, quod de *copiosa messe* usurpavit *Hesiodus* Ἔργ. v. 471. De utraque voce vide loca collecta a *Wetstenio* ad 2 Cor. l. l. *Hesych.* ἁδρότης· δύναμις, μέγεθος.

ἈΔΥΝΑΤΕ΄Ω, ῶ, f. ήσω, proprie: *non possum, non valeo. Phavor.* ἀδυνατῶ γράφειν, ἀδυνατῶ ποιεῖν, τȣ̃το ἀντὶ τȣ̃ ȣ̓ δύναμαι. *Xenoph. Mem.* I, 2, 23. et III, 5, 28. Impersonaliter vero sumitur: *impossibile est, fieri non potest.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. XVII, 20. ȣ̓δὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν omnia efficere poteritis. Luc. I, 37. οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα nihil est, quod Deus efficere nequeat. Verba Hebraica, quibus ἀδυνατέω in versionibus Græcis V. T. respondet, collegit, *Bielius* in Novo Thesauro Philologico s. h. v. e quo duo tantum afferre ad loca N. T. supra laudata non abs re erit. Genes. XVIII, 14. הֲיִפָּלֵא מֵיהוָֹה דָּבָר Alex. reddiderunt; μὴ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ ῥῆμα; et Job. XLII, 2. וְלֹא־יִבָּצֵר מִמְּךָ מְזִמָּה ἀδυνατεῖ δέ σοι ȣ̓δέν.

ἈΔΥ΄ΝΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, in N. T. æque ac Scriptoribus Græcis et active et passive usurpatur. In *passiva* significatione

1. *impossibilis, e, quod fieri et perfici nequit;* vel absolute per se et simpliciter, vel respectu ad præsentem alicujus rei conditionem. Prioris usus exempla sunt: Hebr. VI, 18. ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεὸν Deus fidem fallere nequit. ib. X, 4. ἀδύνατον αἷμα ταύρων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας nullo modo sanguis taurorum vim expiandi peccata habet. Posterioris vero: ib. XI, 6. χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι sine religionis christianæ observatione nullus (Christianorum nempe) Deo placere potest. Rom. VIII, 3. τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου quod lex Mosaica efficere non valebat — per hominum nempe vitiositatem. Psalm. XXI, 12. מְזִמָּה בַּל־יוּכָלוּ *Symmachus* reddidit: ἐννοίας ἀδυνάτους, consilia, quæ rata fieri nequeunt: et Prov. XXX, 18. נִפְלְאוּ מִמֶּנִּי, Alex. reddiderunt: ἀδύνατά μοι νοῆσαι. *Hesych.* ἀδύνατον· ἄπρακτον. Hinc

2. ἀδύνατος *res dicitur ardua et molesta, multis difficultatibus obsita,* i. q. χαλεπός. Matth. XIX, 26. παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατον, quod homines per se ægre efficere valent, hoc Dei auxilio adjutis facillimum est negotium. Luc. XVIII, 27. coll. v. 24. Hebr. VI, 4. ἀδύνατον γὰρ vers. Lat. *difficile enim.* Observavit jam hanc

notionem *Stephanus* in Thesauro L. Gr. T. I. 1058. et exemplis comprobavit multis, quibus addo *Aristotel. Ethic. ad Nicomach.* I, 10. et ibi *Lambin.* Idem de Cœlo I, 11.— In *activa* significatione: *invalidus, cui vires non suppetunt ad aliquid efficiendum, viribus fractus, debilis, infirmus*, construitur cum infinitivo, v. c. ἀδύνατος λέγειν, σιγᾷν, φέρειν etc. et accipitur vel sensu physico, præcipue de eo, cui aliquod corporis membrum fractum, imminutum, aut corruptum est, quem Græci vulgo ἀνάπηρον vocant, ut: Act. XIV, 8. ἀδύνατος τοῖς ποσὶν debilis pedibus (*Xenoph.* de *Venat.* c. 5. §. 14. *Herodot.* VI. c. 136. Vide *C. F. Boerneri* D. de *Actis Barnabæ et Pauli Lycaonicis* p. 630. T. II. *Novi Thes. Philol.* et *Foesii* Œconomia Hippocr. s. h. v. *Suidas* et *Harpocration*: ἀδύνατοι· οἱ πεπηρωμένοι τὸ σῶμα); vel sensu morali, Rom. XV, 1. τῶν ἀδυνάτων, scil. τῇ πίστει, qui perfecta et certa religionis scientia destituuntur, ubi videndus *Wetstenius.*

Ἄδω, pro ἀείδω, fut. ᾄσω 1. *cano*, sive *assa voce*, Apoc. V, 9. καὶ ᾄδουσι ᾠδὴν καινὴν iidem novum plane carmen canunt. XIV, 3. XV, 3. (respondet Hebraico שִׁיר in vers. Alex. sæpissime, ut: Exod. XV, 1. 21. 2 Sam. XIX, 35.) sive *fidibus. Ælian.* V. H. VIII, 7. IX, 38.

2. *laudo, celebro.* Ephes. V, 19. ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ. Coloss. III, 16. Hos. VII, 2. Alex. ὡς ᾄδοντες τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. Jerem. XXX, 19. וְיָצָא מֵהֶם תּוֹדָה iidem: καὶ ἐξελεύσονται ἀπ' αὐτῶν ᾄδοντες. *Ælian.* V. H. VII, 1. et 14. *Hesych.* ᾄσω· ψαλῶ, αἰνέσω, ὑμνήσω.

Ἀεί, Adverbium temporis, *semper, perpetuo*, ita, ut et de tempore indefinito et de tempore certo et limitato, sive longiore illo, sive breviore, dicatur. (*Suidas*: εἰώθασι γὰρ τὸ ἀεὶ καὶ ἐπ' ὀλίγου χρόνου τάττειν.) Marc. XV, 8. καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς ut quotannis singulis sacris paschalibus inde a longo tempore iis facere consueverat. Act. VII, 51. 2 Cor. VI, 10. ἀεὶ δὲ χαίροντες semper autem tranquillo animo. Tit. I, 12. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται Cres semper mendax, h. e. Cretenses habitum mentiendi sibi contraxerunt. Hebr. III, 10. 1 Petr. III, 15. Quandoque rebus, quæ ut plurimum fieri solent, tribuitur, adeoque per adverbia: *sæpe, frequenter, assidue*, vertendum est. 2 Cor. IV, 11. ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ τὸν Ἰησοῦν haud raro ob religionem christianam in summis vitæ periculis versamur. 2 Petr. I, 12. ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν vobis quavis data occasione in memoriam revocare. *Hesych.* ἀεί· πυκνῶς. *Xenoph. Cyrop.* I, 4. 27. III, 3. 9. Confer etiam *Abresch.* ad *Æschylum* p. 178.

Ἀετός, οῦ, ὁ, sive ex communi veterum sententia ab ἀΐσσειν, quod est: *cum impetu ferri et irruere*, derivare, sive cum *Bocharto* Hieroz. P. II. c. 2. ab Hebraico עוּט deducere velis, res eodem tandem redit. Nam apud Græcos vocem ἀετὸν non tam *quamvis avem rapacem* notare, quam nomen proprium esse *aquilæ* (quæ cum impetu superne irruit et fertur in prædam), usus voluit. Unde Alexandrini sæpe hac voce usi sunt pro Hebraico נֶשֶׁר Job. IX, 26. Ps. CIII, 5. Ies. XL, 31. et Daniel. VII, 4. pro Chald. נְשַׁר iidem posuerunt. Jam quia hæc avis est carnivora et potissimum cadavera petit, hinc ortum est proverbium, ab ipso Christo adhibitum, Matth. XXIV, 28. ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί et levi mutatione Luc. XVII, 37. ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί ubicunque cadaver erit, ibi etiam convolabunt aquilæ: cujus proverbii est hic sensus: cum oblata fuerit opportunitas, nec deerunt, qui ea cupide utantur; nullo, ut videtur, respectu ad Romanos habito, quorum vexilla aquilis insignita erant, Apoc. IV, 7. XII, 14.

Ἄζυμος, ου, ὁ, ἡ, proprie 1. *expers fermenti, fermentum non admix-*

tum habens, infermentatus. Hesych. ἄζυμα· τὰ ἄνευ παλαιᾶς ζύμης, ἃ καλεῖται προζύμη. (ex α priv. et ζύμη *fermentum*, seu *massa acida, quæ farinam, aqua subactam, fervere facit et turgidam reddit*) respondet Hebr. מַצָּה Gen. XIX, 3. in vers. Alex. ἀζύμους (scilicet ἄρτους, quod additur Exod. XXIX, 2.) ἔπεψεν αὐτοῖς. Jam quia apud eosdem τὰ ἄζυμα Exod. XII, 15, 20. omissa voce λάγανα, (Levit. VII, 4.) quæ speciem placentæ notat, (*Hesych.* εἶδος πλακουνταρίου, ὡς πυρώδη, ἀπὸ σεμιδάλεως ἐν ἐλαίῳ τηγανιζόμενον καὶ ἀρτιζρεχεῖ ἐλαίῳ) — *placentæ non fermentatæ* aut *panes infermentati* dicebantur, *qui a Judæis in exitûs ex Ægypto memoriam comedi solebant*, factum est, ut *ipsum festum paschale, quod quotannis a Judæis jussu divino per integros septem dies celebrandum erat, a panum non fermentatorum usu* in N. T. appellaretur Ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, Luc. XXII, 1. (חַג הַמַּצּוֹת Exod. XXIII, 15. Levit. XXIII, 6.) αἱ ἡμέραι τῶν ἀζύμων, Act. XII, 3. XX, 6. et simpliciter: τὰ ἄζυμα, Marc. XIV, 1. Πρώτη autem ἡμέρα τῶν ἀζύμων, quæ Matth. XXVI, 17. et Marc. XIV, 12. commemoratur, fuit primus festi paschatos dies, quo agnus paschalis mactandus erat.

2. metaphorice accipitur et significat *purum a vitiositate, qui immunis* est *ab erroribus æque ac pravitate vitæ et morum:* nam ζύμη tropice et *doctrinam erroribus contaminatam* et *impietatam* notat, ut infra demonstrabitur. 1 Cor. V, 7. καθώς ἐστε ἄζυμοι siquidem esse debetis puri a perversitate et vitiositate omni. ib. v. 8. τὰ ἄζυμα *ipsa sinceritas et puritas doctrinæ et vitæ. Phavor.* ἄζυμοι· καθαροί, ἄτυφοι, ἢ ἔπαρσιν μὴ ἔχοντες. Idem *Alberti* Glossarium N. T. p. 124. Adde *Suicer.* Thes. Eccl. T. I. p. 106.

Ἄζωρ, ὁ, *Asor.* Nomen proprium viri indeclinabile Hebraicum, notans *adjutorem, auxiliatorem*, ab Hebr. עָזַר *auxiliatus est.* Fuit filius Eliacim ex majoribus J. C. Matth. I, 13. 14.

Ἄζωτος, ου, ἡ, *Azotus.* Nomen urbis Palæstinæ, sitæ in littore maris mediterranei, inter Ascalonem, Gazam et Iamniam, ut ejus situm accurate determinavit *Josephus* A. J. V. 1. 22. Adde Judith. II, 18. et *Ptolemæum* V, c. 16. Hebraice אַשְׁדּוֹד, h. e. *expulsio, exilium*, vocabatur. In divisione terræ Canaan, sub Josua facta, tribui Judæ hæc urbs, quam antea Enakim inhabitabant, sorte obvenit. Josua XV, 46. Deinde una quinque Satrapiarum Philistearum fuit. 1 Sam. V, tot. Tandem vero, Maccabæis ducibus, Judæi eam iterum sibi subjecerunt. 1 Macc. X, 77. Plura vide apud *Reland.* Palæstina p. 606. Semel commemoratur in N. T. Act. VIII, 40. Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον, pro ἐν Ἀζώτῳ, Philippus repertus est Azoti; ubi legi merentur a *Wetstenio* notata.

Ἀηδία, ας, ἡ. 1. proprie *insuavitas, injucunditas, molestia quævis*, ab ἀηδὴς, *insuavis, injucundus*, quod est ex α priv. et ἦδος *suavitas, jucunditas.*

2. *tædium, fastidium. Æschin.* in *Ctesiph.* p. 551. τὴν δὲ σὴν ἀηδίαν ἡ πόλις οὐκ ἐχώρει. *Demosthenes* p. 401. ed. Reiske ἀηδίαν πρὸς αὐτὸν ἐωρακώς.

3. *odium, inimicitia.* i. q. ἔχθρα. Sic semel legitur Luc. XXIII, 12. ubi loco impressi προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτούς Codex Cantabrigiensis habet ὄντες δὲ ἐν ἀηδίᾳ cum essent autem in lite. Etiam adjectivum ἀηδὴς quandoque apud Græcos de *odioso* dici, observavit jam *Stephanus in Thes. L. Gr.* T. I. p. 1434. Confer etiam *Reiskii Indicem Græcitatis Demosthenea* p. 21.

Ἀήρ, έρος, ὁ, 1. proprie, *aër*, elementum illud spirabile, calidum et fluidum, tenue et leve, quod undequaque terram ambit, et quo vivimus, dum eum pulmone partim admittimus, partim expellimus, quod *Cicero* de N. D. II, c. 36. *animabilem spira-*

bilemque naturam recte appellavit, et in quo ab *æthere* differat, demonstravit. Act. XXII, 23. κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα pulverem in aërem jacientibus. Apoc. IX, 2. XVI, 17. coll. v. 18. Ex hac aëris natura derivandæ sunt formulæ loquendi illæ proverbiales in N. T. obviæ. Cujusmodi est α) εἰς ἀέρα λαλεῖν (quod *Suidæ* est ἀνέμῳ διαλέγειν et *Lucretio* IV, 929. *ventis verba profundere*), h. e. *frustra verba facere, ita, ut alii nec intelligant orationem, nec aliquam inde percipiant utilitatem*, εἰκῇ καὶ μάτην καὶ ἀνωφελῶς λαλεῖν, ut verbis *Theopyhlacti* utar ad 1 Cor. XIV, 9. ubi formula ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες de iis usurpatur, qui in conventibus Christianorum sacris utebantur linguis barbaris, quas nemo præsentium intelligebat. Deinde β) ἀέρα δέρειν *aërem cædere*, quam formulam vulgo (ut *Jac. Lydius* in *Agonist. SS.* c. 15.) ab Athletarum σκιαμαχίᾳ desumtam putant, quando luctatores sine adversario adversus umbram pugnare solebant, vel vanitate quadam ducti, vel exercendi se gratia. Videtur potius olim usurpata fuisse de pugilibus, qui frustra mittebant cæstus et sic in aërem verberabant. (conf. *Eustathius* ad *Iliad.* XX, v. 446. ubi formula ἠέρα τύπτειν occurrit.) de quibus Latini Scriptores formulas: *in inane brachia jactare, vires in ventum effundere*, (*Virg. Æn.* V, 446.) *verberare ictibus auras* (*Virgil. Æn.* V, 376.) usurpasse satis constat: unde deinde transferebatur ad *eos, quorum conatus sunt inanes et irriti, qui non consequuntur quod volunt et optant.* Sic 1 Cor. IX, 26. οὕτως πυκτεύω ὡς οὐκ ἀέρα δέρων pugilem ago, sed non frustra vires in ventum effundo, h. e. certo scio, me accepturum esse præmia laborum meorum conf. *L. Bos* et *Kypke* ad h. l.

2. *omne medium spatium, quod inter cœlum et terram est, regio illa et materia omnis inter cœlum et terram interjecta. Hesych.* et *Phavor.* ἀήρ· ὁ μεταξὺ οὐρανοῦ καὶ γῆς τόπος. 1 Thess. IV, 17. ἁρπαγησόμεθα εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, h. e. vel: obviam Domino nostro rapiemur, judicium exercenti medio loco inter cœlum summum et terram, quæ fuit *Grotii* sententia; vel: nubibus vecti per aërem obviam rapiemur Domino nostro. Fortasse autem, quod meliorem hujus loci sensum redderet, demonstrari posset ex ipso usu loquendi, ἀέρα etiam *ipsum cœlum* significare, sicut *et cœlum* interdum pro *aëre* ponitur. Certe ab *Aquila* et *Theod.* Job. XXXV, 11. שְׁמֵי֫ם per ἀὴρ translatum legitur.

3. *caligo, tenebræ, obscurus aër* (ut loquitur *Virgil.* Æn. I, 415.) observante jam *Eustathio* ad *Homer.* Iliad. V, 776. et *Apollonio Lexic. Homer.* p. 58. ed. *Villoison.* Hæc significatio, a *Stephano* in Thes. L. Gr. T. I, p. 130. notata, multis Scriptorum veterum locis confirmari potest: *Homer.* Il. XII, 240. ποτὶ ζόφον ἠερόεντα ad occidentem, ubi densissima est caligo, lucis nihil. *Hesiod.* Theogon. 119. τάρταρα ἠερόεντα. ibid. v. 252. ἠεροειδὴς πόντος. *Homer.* Il. XVII, 645. ἕσσαι ὑπ' ἠέρος, qui locus citatur a *Longino* de sublimitate, c. 9. a quo ἠὴρ (i. q. ἀὴρ) explicatur per σκότος. Sapient. XVII, 9. Obtinet autem hic usus loquendi Ephes. II, 2. κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, ubi tamen per principem tenebrarum metaphorice diabolus intelligendus est, quatenus ejus imperio subjecti sunt omnes scelesti. Confer infra sub σκότος. Sed alii interpretes hunc locum ad notionem, secundo loco positam, referunt, ut τοῦ ἀέρος sit: qui in aëre versatur, et provocant ad locum *Eurip. Phœn.* 1538. (T. III. Opp. ed. *Lips.* p. 1060.) ubi Schol. τοῦ ἀέρος interpretatus est τὰ ἐν ἀέρι τὴν διατριβὴν ποιοῦντα.

'ΑΘΑΝΑΣΙ'Α, ας, ἡ, l. *immortalitas.* 1 Timoth. VI, 16. Ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν Deus, qui solus absolute et per se immortalis est. *Plutarch. Aristid.* c. 6. ἀθανασίας, ἣν ἡ φύσις ἡμῶν οὐ δέχεται Conf. *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 109.

2. *corpus immortale, morti non obnoxium.* 1 Cor. XV, 53. 54. καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν oportet hoc mortale corpus induere seu assumere corpus immortale, h. e. nos jam corpore mortali instructos oportet accipere corpus interitus expers. Vide infra sub ἐνδύω.

ἈΘΕ'ΜΙΤΟΣ, ȣ, ὁ, ἡ, id. quod ἀθέμιστος (*Xenoph.* Cyrop. I, 6. 6.) *nefarius, legibus, maxime divinis, vetititus, illicitus,* et differt ab παράνομος, *legibus, maxime humanis, interdictus. Etym. M.* ἀθέμιτος· ἄδικος, ἄνομος· ἀπὸ τοῦ θέμις, θέμιτος, *lex, jus, fas. Phavor.* ἀθέμιτον· ἄδικον, ἄνομον, πονηρὸν, ἄναρχον, ἀσεβῆ, ἢ νόμοις οὐ χρώμενον. Adde *Barnes.* ad *Eurip.* Ion. v. 1093. Bis legitur in N. T. Act. X, 28. ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ nefas esse Judæo. 1 Petr. IV, 3. ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις idolorum cultu nefando. Eodem sensu reperitur 2 Macc. VI, 5. VII, 1. X, 34. *Joseph.* B. J. IV, 9. 10. *Herodot.* VII, 33.

Ἄθεος, ὁ, ἡ, nunquam apud Scriptores Græcos *eum, qui negat esse Deum* aut *qui nullam plane Dei cognitionem habet,* notat, sed partim de eo dicitur, *qui verum Deum non colit et idololatriæ studet* (Conf. *Ez. Spanhem.* ad *Juliani* Cæsares pag. 312. 483.), partim de eo, qui est *Deorum contemtor, impius, sceleratus* (*Aristoph.* Θεσμοφορ. v. 678. ἀθέων τε τρόπων. Schol. *Sophocl.* ad *Œdip. Tyrann.* v. 672. ἄθεος per ἀσεβὴς explicat. *Xenoph. Anab.* II, 5. 12. *Pollux* Onom. I, 1.) Utraque notio obtinet fortasse in loco Ephes. II, 12. ubi ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ gentiles dicuntur, destituti nempe idonea veri Dei cognitione, et hac ignorantia sua ad vitiositatem et peccata abrepti. Vide *Suicer. Thes. Eccles.* I, 109. et *Joh. Henr. a Seelen meditatt. exeget.* P. II, p. 294. sequ. Eodem modo

Ἄθεσμος, ȣ, ὁ, ἡ, non tam *ex-lex, lege carens* dicitur, quam *legum contemtor, homo nefarius, qui leges humanas æque ac divinas negligit et violat,* ὁ παράνομος, ut *Phavorinus* interpretatur. Nam θεσμοὶ Græcis est vocabulum generis, et *omnis generis leges, divinas et humanas, scriptas et non scriptas,* complectitur. Bis tantum legitur in N. T. 2 Petr. II, 7. ubi coævi et populares Lothi, omnium legum repagula perfringentes, suoque indulgentes ingenio, ἄθεσμοι appellantur, et 2 Petr. III, 17. τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ fraude hominum flagitiosorum et impiorum. Apud Græcos Scriptores hæc vox tum de persona, tum de re usurpatur: ἀθέσμου· βλάβης, ἐφ' ἣν νόμος οὐ κεῖται. ἄθεσμος· δίκη, ἄνομος, *Phavorino* interprete. *Diod. Sic.* I, 14. τῆς ἀθέσμου βίας. *Anthol.* IV, 8, 24. ἄθεσμα λέγειν. 3. Macc. V, 12. ἀθέσμου προθέσεως. Ib. VI, 26. ἀθέσμοις αἰκίαις.

ἈΘΕΤΕ'Ω, ῶ, f. ήσω, 1. proprie: *loco suo moveo,* et opponitur τῷ τίθημι *repono, statuo.*

2. metaphorice: *abrogo, irritum declaro,* et maxime dicitur de legibus, pactis etc. quæ refinguntur, et abrogantur. Galat. III, 15. ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ promissiones juratas et solemnes nemo facile irritas declarare solet. 1 Macc. XI, 36.

3. ex adjuncto: *vim et efficaciam alicujus rei impedio, infirmo, irritum reddo et vanum.* Luc. VII, 30. τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς benevolum Dei consilium in suam ipsorum perniciem irritum reddiderunt. 1 Cor. I, 19. τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω vanam reddam et inutilem prudentum prudentiam opinatam. coll. Ies. XXIX, 14. Hoc sensu Hebr. הֵנִיא respondet apud Alexandr. Ps. XXXIII, 10.

4. *sperno, contemno et contumeliose tracto, contemtu et contumelia afficio. Hesych.* ἀθετεῖ· ἀτιμάζει.—ἀθετεῖται· ὑβρίζεται, καταφρονεῖται. Galat. II, 21. οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ non vilipendo summum illud beneficium divinum. Judæ v. 8. κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι principes contumeliose tractant, despiciunt, coll. 2 Petr. II, 10. κυριό-

τητος καταφρονοῦντας. In vers. Alex. τῷ נָאַץ respondet 1 Sam. II, 17.

5. *rejicio, repudio aliquem.* Luc. X, 16. ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς ἐμὲ ἀθετεῖ, ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με qui vos vestramque doctrinam repudiat, non tam me, quam Deum, qui me misit, simul repudiat: ubi ἀθετεῖν τινὰ opponitur τῷ ἀκούειν τινὸς admittere alicujus doctrinam. Joh. XII, 48. ὁ ἀθετῶν ἐμὲ καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μου. Hoc sensu ἀθετεῖν apud Alex. pro Hebr. בָּגַד Exod. XXI, 8.

6. *repulsam do, denego petita.* Marc. VI, 26. οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι ei repulsam dare noluit: *Vulgatus:* noluit eam contristare. *Syrus:* ܢܫܒܩܝܗ *frustare, privare eam. Arabs:* لم يرد, *prohibere, recusare eam.* Similis locus est *Josephi* A. J. XV, 2. 6. οὐδενὸς ἀθετήσειν ὧν ἀξιοῖ fore, ut nihil eorum, quæ peteret, ei deneget. *Plutarch. Coriolan.* p. 232. C. μηδὲν ἀθετεῖν μήτ' ἀναίνεσθαι τῶν τοιούτων δυναμένου.

7. *violo,* nempe *legem, non observo.* Marc. VII, 9. καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ vere violatis præcepta divina: ubi opponitur τῷ τηρεῖν. 1 Thessal. IV, 8. τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν qui hæc religionis christianæ præcepta violat, præcepta violat non humana, sed divina. Hebr. X, 28. ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως qui contra leges Mosaicas peccaverat. 1 Macc. XIV, 45. ὃς δ' ἂν παρὰ ταῦτα ποιήσῃ ἢ ἀθετήσῃ τί τούτων. In versione Alexandrina Hebr. בָּגַד in notione *impie agendi, violandi præcepta divina* respondet Ies. XLVIII, 8. Jerem. IX, 2. XII, 1. et פָּשַׁע Ies. I, 2. et מָעַל 1 Chron. V, 25. Ezech. XXXIX, 23. Daniel. IX, 7. *Polyb.* XV, 1. συνθήκας ἀθετήσαιεν — ἀθετεῖν δὲ τολμῶσι τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας. Ib. III, 29. ὁμολογίας οὐκ ἀθετητέον. *Lucian.* de *vera hist.* II, 20. *Dionys. Halic. Ant. Rom.* III. p. 231. Conf. *Schweighæuser Lex. Polyb.* p. 12. *Etymol. M.* ἀθετεῖν παρὰ τοῖς Ἴωσι τὸ μὴ ποιεῖσθαι λόγον· οἷον ἀετεῖν καὶ ἀτίζειν· οὕτως Ὡρίων ἀντὶ τοῦ ἀτιμάζειν, ἀπειθεῖν.

8. Formula: ἀθετεῖν τὴν πίστιν, *fidem deserere, fallere, perfide agere,* notat, v. c. 1 Tim. V, 12, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν quod fidem olim præstitam non servaverunt. *Polyb.* VIII, 2. XIV, 1. 1 Macc. XV, 27. Psalm. XV, 4. וְלֹא יָמִיר Alex. καὶ οὐκ ἀθετῶν. Ps. LXXXIX, 34. Hinc apud eosdem ἀθετεῖν sæpissime verbo בָּגַד *fallere, perfide agere,* respondet. Judd. IX, 23. Jerem. III, 20. *Diod. Sic. Exc.* XXI. p. 562. ἀθετῆσαι πίστιν. ibid. XXXII. p. 590. *Polyb.* XI, 27. νῦν δὲ πάλιν ἀθετήσαντες τοὺς ὅρκους καὶ τὴν πίστιν. Etiam simplex substantivum ἀθεσία, teste *Suida,* παραβασίαν *perfidiam* notat.

ἈΘΕΤΗΣΙΣ, εως, ἡ, quod proprie *motionem rei e loco* notat, in N. T. ubi bis reperitur, dùplici notione usurpatur. Est enim

1. *abrogatio, abolitio.* Hebr. VII, 18. Ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται τῆς προαγούσης ἐντολῆς abrogata itaque est lex Mosaica, quæ olim locum habebat. *Theophyl.* ad h. l. ἀθέτησις· τοῦτ' ἐστιν ἀναλλαγὴ καὶ ἐκβολὴ τῆς προαγούσης ἐντολῆς.

2. *expiatio.* Hebr. IX, 26. εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας ad expianda peccata. — *Phavor.* ἀθέτησις· ἐκβολή, ἄμειψις· (ἴσως ἐξάλειψις.) οὕτως ὁ Ἀπόστολος· ἀθέτησις γὰρ γίνεται κ. τ. λ.

ἈΘΗ᾽ΝΑΙ, ῶν, αἱ, *Athenæ.* Civitas hæc Græciæ olim nobilissima, (quæ hodie sub Turcarum potestate est,) sita est in Achaia, et quidem in illa ejus parte, quæ olim *Acta,* deinde vero ab ipsa hac urbe *Attica* vocabatur, in medio fere Græciæ, immo secundum Xenophontem, *totius orbis terrarum.* Fuit olim philosophiæ studiis celeberrima, ita, ut κοινὸν πάντων ἀνθρώπων παιδευτήριον diceretur; belli pacisque artibus florentissima, virorumque illustrissimorum mater fœcundissima, sed admodum idolorum cultui addicta, (unde κατείδωλος dicitur Act. XVII, 16.) donec Philippus, Macedoniæ rex, eam sibi subjiceret. Primus eam *Cecrops* condidit, unde *Cecropia* dicta: pos-

tremo autem *Athenæ* appellata, vel ab *Attea*, Cranai filia, vel, quod verosimilius est, a Minerva, quam Græci Ἀθήνην vocabant, et quæ huic urbi præsidere credebatur, ibique impense colebatur. V. *Hygin. Fab. poët.* c. 164. Plura de urbe hac celeberrima vide apud *Joh. Meursium* in Antiquit. et fortuna Athenarum. — *Petitum* in Comment. Leg. Att. et *Franc. Rossæum* in Archæologia Attica. Act. XVII, 15. 16. XVIII, 1. 1 Thess. III, 1.

Ἀθηναῖος, ὁ, ἡ, τὸ, *Atheniensis*. Act. XVII, 21. Athenienses dicuntur pruritu aliquid novi vel dicendi vel audiendi ducti fuisse. ib. v. 22.

Ἀθλέω, ῶ, f. ήσω, proprie: *certo, certamen ineo in ludis publicis*, vel pugione, vel cæstu, vel disco, vel lucta, vel cursu, vel alia re (confer. *Pollux* Onomast. l. III. c. 30.), ex more veterum Græcorum, quibus celebrabantur certamina Olympia, Isthmia, Nemea et Pythia, atque certantes *Athletæ*, dicebantur. In hac propria, nec metaphorica aliqua, (quæ locum habet apud *Arrian. Diss. Epictet.* III, 10.) ut vulgo putatur, significatione sumenda est hæc vox in loco 2 Tim. II, 5. Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ etiamsi vero certat aliquis, non coronatur, nisi legitime certaverit. *Hesych.* ἀθλεῖν· ἀγωνίζεσθαι.

Ἄθλησις, εως, ἡ, proprie: *certamen quodcunque, quod fit corpore, quævis concertatio.* Sed quemadmodum ἆθλον Græcis de *quovis labore molesto et gravi, quem aliquis sustinet*, dicitur (confer *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. I, 24.) et, *Phavorino* teste, ἀθλῆσαι etiam κοπιάσαι, κακοπαθῆσαι, καμεῖν significat: ita et ἄθλησις metaphorice ei tribuitur, *qui multum et indefesso studio in re aliqua gravi, molesta et periculi plena laborat, et objecta impedimenta et mala removere et superare vehementer conatur*, de quo Latini Scriptores non solum verbum *conflictari*, (*Cic.* ad *Herenn.* II. 37.) sed ipsam adeo vocem *certamen* (*Horat.* I. Ep. V, 8.) usurpant. Hinc explicabis locum Hebr. X, 32. πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων cum multis et variis malis et calamitatibus vobis conflictandum fuit.

Ἀθυμέω, ῶ, fut. ήσω, *animum despondeo et abjicio, despero, animo sum dejecto et fracto*, ut formulæ, ἀθύμως ἔχειν et ἀθύμως διακεῖσθαι apud *Xenophontem* et *Isocratem* obviæ, non solum iis tribuitur, qui tristitia et mœrore commoventur et perturbantur animo, (conf. Alex. 1 Regg. I, 6. et 7. 1 Macc. IV, 27. *Hesych.* ἀθυμῶν· λυπέμενος) sed etiam in specie de militibus usurpatur, qui, hoste viso, metu perculsi, animo succumbunt, et res habent pro deplorato. *Xenoph. Cyrop.* IV, 1. 3. et c. 2. 2. In N. T. legitur tantum Coloss. III, 21. ubi tamen verba: μὴ ἐρεθίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν variis modis explicari possunt, vel: nolite ad iram provocare liberos vestros, ne vos metuant magis, quam ament, vel: *animum despondeant*, h. e. omnem spem vobis satisfaciendi et in melius progrediendi prorsus abjiciant. Posset tamen hic locus etiam ita verti: liberos vestros durius tractare nolite, ne vobis irascantur: nam ἀθυμεῖν Hebraico חָרָה *exarsit ira*, respondet in vers. Alex. 1 Sam. XV, 11. 2 Sam. VI, 8. 1 Chron. XIII, 11. et apud GG. v. c. *Xenoph. Anab.* VI, 2. 8. *Hellen.* V, 2. 21. *indignari, ægre ferre* notat. Cæterum varii hujus vocis usus exempla collegit *Wetstenius* in *notis ad N. T.* T. II. p. 294.

Ἀθῷος, ε, ὁ, ἡ, proprie:

1. *impunis, indemnis, nullam passus mulctam, damni expers*, (*Polyb.* II. 60. 1.) ὁ ἀζήμιος, ut *Suidas* interpretatur, (compositum ex α priv. et θωὴ *mulcta persolvenda, noxa, damnum, pœna imposita*, ἡ ἐπιτιθεμένη τινὶ ζημία, ut Schol. min. *Homeri* ad *Odyss.* II, 192. explicat) etiam simpliciter *immunis, Aristoph.* Nub. v. 1415. σὸν σῶμα χρὴ πληγῶν ἀθῷον εἶναι.

2. *innocens, insons, criminis expers.* Matth. XXVII, 4. παραδοὺς αἷμα ἀθῷον

(in codd. quibusdam δίκαιον) hominem innocentem vestræ tradens potestati. ibid. v. 24. ἀθῶός εἰμι ἀπὸ τῦ αἵματος τῦ δικαίυ τέτυ innocens sum in cæde hujus insontis; quæ locutio est mere Hebraica. Sic v. c. 2 Samuel. III, 28. נָקִי אָנֹכִי מִדָּמִי אַבְנֵר Alex. ἀθῶός εἰμι ἀπὸ τῶν αἱμάτων Ἀβεννήρ. Apud Græcos Scriptores ἀθῶός in hac significatione Genitivum adjunctum habet, præpositione ἀπὸ neglecta. Exempla habent *Vorstius* in Philologia Sacra cap. XIX. p. 411. ed. *Fischeri* et *Krebsius* in Observatt. Flavianis p. 73. In versione Alexandrina ἀθῶος respondet Hebraicis נָקִי Deut. XXIV, 5. Josua II, 17. 19. 20. 1 Sam. XIX, 5. — תָּמִים Psalm. XVIII, 26. et נְקִיוֹן Ps. XXVI, 6. Alex. νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μυ. Ad quem locum respiciens *Suidas*: ἀθῶος· ὁ ἀζήμιος. παροιμία. Ἐνιψάμην ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου. ἀντὶ τοῦ ἀθῶον ἐμαυτὸν ἐτήρησα, ἐκ ἐκοινώνησα τοῦ κακοῦ. Ἀθῶος ἓν ἀναίτιος.

ΑΙ΄ΓΕΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, vel ειος, εία, ειον, *hircinus, caprinus*, (ab αἴξ, αἰγὸς *capra, caper*.) Vox apud Græcos haud raro obvia: v. c. *Homer. Iliad.* XI. 638. *Odyss.* XXIV, 230. Semel in N. T. legitur Hebr. XI, 37. ἐν αἰγείοις δέρμασιν vestibus e caprinis pellibus confectis, induti. Pro Hebraico עֵז *capra* usi sunt Alexandrini hac voce Græca Exod. XXV, 4. XXXV, 6. 26. Num. XXXI, 20. *Phavor.* αἴγειος ἀσκὸς ὁ ἀπὸ τῆς αἰγὸς, ὅς παῤ Ὁμήρῳ δὲ αἴγεος λέγεται πρὸς ὁμοιότητα τοῦ χρύσεος καὶ ἀργύρεος.

ΑΙ΄ΓΙΑΛΟΣ, οῦ, ὁ, *littus, ora maritima*, Compositum esse videtur ex ἅλς *mare* et αἴγες *fluctus*, ut adeo locum significet, ad quem fluctus maris alliduntur; aut ἄγω frango, a frangendo fluctus maris. *Hesych.* αἰγιαλός· ὁ παραθαλάσσιος τόπος ψαμμώδης, ἢ ψηφῖδας ἔχων. Hebr. חוֹף Judd. V, 17. Matth. XIII, 2. ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει in littore stabat. ib. v. 48. ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν subducentes in littus. Joh. XXI, 4. Act. XXI, 5. Interdum vero non simpliciter αἰγιαλὸς littus notat, sed

2. *littus opportunum appellendæ navi, locum, ubi naves in terram appelluntur*, v. c. Act. XXVII, 39. κόλπον δέ τινα κατενόουν ἔχοντα αἰγιαλόν. ib. v. 40.

ΑΙ΄ΓΥ΄ΠΤΙΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *Ægyptius, ex Ægypto oriundus*. Nomen gentile ex Αἴγυπτος, de quo statim dicetur. Act. VII, 24. πατάξας τὸν Αἰγύπτιον cæso Ægyptio. ib. v. 28. Hebr. XI, 29. ἧς πεῖραν λαβόντες οἱ Αἰγύπτιοι quod cum Ægyptii pariter essent ausi. Cæterum constat, veteres Ægyptios, ut verbis *A. Gellii* utar, (N. A. XI. c. 18.) et in artibus reperiendis solertes extitisse, et in cognitione rerum indaganda sagaces. Descripsit has Ægyptiorum disciplinas et artes, quas Lucas τὴν σοφίαν Αἰγυπτίων vocat. (Act. VII, 22. ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων.) post *Philonem* in Vita Mosis, et *Clementem Alex.* Stromat. VI. *Bruckerus* in Hist. Crit. Philos. T. I. l. 2. c. 7. cui addendus est *Wetstenius* in Notis ad N. T. T. II. p. 497. *Ægyptius* autem ille, de quo Act. XXI, 38. agitur, ubi κατ' ἐξοχὴν ὁ Αἰγύπτιος vocatur, est idem, de quo *Josephus* A. J. XX. cap. 8. §. 6. et de Bello Jud. II, 13. §. 5. scripsit. Fuit homo seditiosus, magus et impostor (a *Josepho* l. l. ψευδοπροφήτης, ἄνθρωπος γόης, καὶ προφήτης πίστιν ἐπιθεὶς ἑαυτῷ vocatur), qui se a Deo missum jactans, ut liberaret Judæos a duro Romanorum imperio, magnam Judæorum turbam, triginta hominum millia, ex quibus tantum quatuor millia sicariorum fuerunt, in desertum et ex eo ad montem usque Olivarum perduxerat, ex quo vi armata impetum in urbem Hierosolymam faceret. Verum Felix, procurator Judææ, adversus eum progressus cum cohorte Romana, eum prævenit, et omnem hanc turbam feliciter disjecit, ita, ut Ægyptius quidem ipse cum paucis evaderet, plurimi tamen eorum, qui cum eo erant, partim trucidarentur, partim vivi caperentur. Confer *Vales.* ad *Euseb.* H. E. II, c. 21.

ΑΙ΄ΓΥΠΤΟΣ, ου, ἡ, *Ægyptus*,

1. nomen proprium regionis Africæ nobilissimæ, non longe a Judæa meridiem inter et occidentem sitæ, sacris et profanis Scriptoribus nobilissimæ. Termini ejus sunt ab occasu Libya et Cyrene; ab oriente Arabia Petræa; a meridie Æthiopia; a septentrione mare Ægyptium. Vid. *Relandi* Palæstina I, c. 11. Nomen traxit ab *Ægypto*, Beli, in illa terra olim regis, filio, Danai fratre, cum antea fuerit *Aëria* dicta, teste *Eusebio* in Chronicis. Hebraice vocatur מִצְרַיִם a filio Chami secundo, qui Ægyptiacæ gentis conditor fuisse creditur. Regio fuit celeberrima, cum soli fertilitate, quam Nilo suo plurimum debet, et agricultura; tum astronomiæ et aliarum disciplinarum et artium studio. Primos enim omnium incolas ejus constat cœlum metiri et scrutari ausos esse, teste *Macrobio* de *Somnio Scip.* I, c. 21. qui ib. c. 21. incolas ejus omnium philosophiæ disciplinarum parentes, et *Saturn.* I, 15. Ægyptum omnium artium matrem vocat. Ab antiquissimis inde temporibus Ægyptus suos habuit reges, qui communi nomine *Pharaones* appellantur in Annalibus sacris. Teste *Mela* in duas partes divisa fuit. Una inferior, quæ et *Delta* et Arabice الريف vocatur: altera superior, vulgo *Said* (صعيد) et olim *Thebais* dicta. Confer *Leonis Africani* descriptio Africæ lib. VIII. tot. In N. T. sæpius commemoratur, v. c. Matth. II, 13. 14. 15. Act. II, 10. VII, 9. Hebr. III, 16. XI, 26. 27. Jud. v. 5.

2. Apoc. XI, 8. Ægypti nomine metaphorice innuitur *Hierosolyma*, quorum incolæ Christianos gravissime persequebantur, sicut Ægyptii olim Judæos vi oppresserant: id quod clarissime docent verba ibi addita καὶ Αἴγυπτος, ὅπου καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐσταυρώθη et Ægyptus, ubi etiam dominus noster in crucem actus est.

Ἀΐ̈ΔΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *sempiternus, perpetuus, æternus*, ab ἀεὶ, ut *sempiternus* a *semper*. Est autem hæc vox admodum ambigua, ut docuit *Clericus* in Arte Critica Vol. II. p. 130. Significat enim.

1. *æternum absolute et simpliciter*, h. e. eum, qui nullam originem habuit et omnis finis expers est, i. q. ἀϊδιος. Hoc sensu Paulus Deo Rom. I, 30. ἀΐδιον δύναμιν καὶ θειότητα, h. e. æternam et divinam majestatem tribuit. Sapient. VII, 26. Deus dicitur φῶς ἀΐδιον· *Hesych.* ἀΐδιον· ἀεὶ ὑπάρχον. ἀϊδίων· αἰωνίων. *Phavor.* ἀΐδιος· ὁ ἀεὶ ὤν, ὁ μηδέποτε ἀρξάμενος, μηδὲ λήγων.

2. *id quod quidem non originem, sed tamen finem excludit; quod in æternum durat et manet.* Judæ v. 6. δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν æternis vinculis in tartaro constrictos tenet; de quo loco confer *Ikenii Nov. Thes. Philol.* T. II, p. 1015. Hoc sensu substantivum ἀϊδιότης sumitur *Sapient.* II, 23. ὅτι ὁ Θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπ' ἀφθαρσίᾳ, καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. Interdum *quodvis longius temporis spatium* indicare docet locus *Xenoph. Cyrop.* VII, 5. 26. ubi νόμος ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιος consuetudo dicitur a longo inde tempore ubivis recepta.

ΑΪΔΩ̈Σ, όος, οῦς, ἡ, 1. *pudor quivis*, sive laudabilis sit, sive vituperandus, *quo aliquis suffunditur.*

2. *verecundia, modestia.* Descendere enim recte putatur ab α priv. et εἴδω *video*, quia, qui sunt verecundi aut pudore suffunduntur, solent oculos dejicere aut avertere. Maxime autem dicitur de ea verecundia, quæ est, certe esse debet, virtus mulieribus propria. Sic 1 Timoth. II, 9. τὰς γυναῖκας μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτὰς mulieres eo amictu se ornent, qui verecundiam et modestiam præ se ferat. *Thucyd.* I, 84. αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει. *Arrian. Diss. Epict.* IV, 8.

3. *reverentia*, qua ætate, aut sapientia, aut aliqua dignitate præcellentes reveremur, et ipsum Deum colimus: nam αἰδεῖσθαί τι is dicitur Græcis, qui reverentia ductus aliquid vel facit, vel omittit, ut docuit exemplis *Irmisch.* ad *Herodian.* I. c. 6. p. 223.

Huc pertinet locus Hebr. XII, 28. λατρεύωμεν τῷ Θεῷ μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας colamus Deum summa cum reverentia et religione. Ita et pudor apud Latinos pro *reverentia*. *Terent.* Andr. I, 5. 28. *pudor patris*. *Phavor.* αἰδώς· αἰσχύνη, ἢ εὐλάβεια, ἢ φόβος. Vide etiam *Wetstenii* notas in N. T. T. II. p. 323.

ΑΙΘΙΟΨ, οπος, nomen gentile, *Æthiops* (quasi αἰθὸς τὴν ὄψιν, ab αἴθομαι *uror* et ὤψ *facies*, *homo*, *qui adusta est et nigricante facie*, ὁ κεκαυμένος τὴν ὤπα, ἡλιόκαυστος), *ex Æthiopia oriundus*, *in Æthiopia natus*, qui Hebraice dicitur כּוּשִׁי Jerem. XIII, 23. XXXVIII, 7. Est autem Æthiopia regio Africæ amplissima et nobilissima, Ægypto finitima, inter Nilum et sinum Arabicum patens, in qua Meroë insula, quæ, stricte sumta, Abissiniam continet, a Geographis Æthiopia superior seu interior dicta, eaque semper in omnibus illis S. S. locis intelligenda, ubi vel Æthiopiæ vel Æthiopum mentio fit. Nam Æthiopia inferior, quæ totam complectitur littoralem Africæ partem, antiquis prorsus incognita fuit, a Lusitanis demum sæculo XVI. inventa et perlustrata. Legi merentur, quæ de natura regionis et incolarum *Joh. Ludolf.* Lib. I. historiæ Æthiopicæ scripsit. Semel vox Αἰθίοψ occurrit in N. T. Act. VIII, 27. de Dynasta seu *Satrapa* reginæ Candaces, quæ ipsa, *Plinio* teste, (H. N. VI, 29.) in insula Meroë regnavit.

ΑΙ᾽ΜΑ, τος, τὸ, 1. *sanguis*, *cruor*, *ea pars corporis*, *qua hominis aut animalis vita continetur*, τὸ ζωτικὸν τοῦ ἀνθρώπου, ut *Suidas* interpretatur. De *sanguine hominis* dicitur in N. T. Matth. XXVI, 28. Marc. V, 25. 29. Luc. XIII, 1. Joh. XIX, 34. 1 Cor. X, 16. de sanguine *animalium* vero, *quæ* v. c. *Deo immolabantur*, usurpatur Act. XV, 20. 29. XXI, 15. Hebr. IX, 7. 12. 13. 20. Ad hanc primam et propriam vocis αἷμα notionem referenda est formula: αἷμα ἐκχέαι vel ἐκχύνειν, quæ non significat: *effundere sanguinem vase quodam contentum*, ut eam *Josephus A. J.* XIX, 1. usurpat, sed: *interficere*, *occidere*, *e medio tollere aliquem*, v. c. in locis Luc. XI, 50. τὸ αἷμα τὸ ἐκχυνόμενον cædes commissa. Act. XXII, 20. ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου κ. τ. λ. cædi Stephani me interfuisse. Apoc. XVI, 6. ὅτι αἷμα ἁγίων καὶ προφητῶν ἐξέχεαν legatos et prophetas interfecerunt. Sirac. XXXIV, 27. coll. v. 26. — vel in universum: *nocere*, *detrimentum afferre*. Rom. III, 15. coll. Ies. LIX, 7. Formula Hebr. cui Græca ista respondet שָׁפַךְ דָּם passim occurrit, v. c. Genes. XXXVII, 22. Ezech. XVIII, 10. cf. *Vorstii Philol. S.* c. XXXVII. p. 684. Nec tamen Græcam prorsus novam atque exteris Græcis Scriptoribus plane inusitatam fuisse, docuit *Schwarz. Comment. L. Gr. N. T.* p. 25.

2. *cædes*, *quæ plerumque non sine sanguinis effusione patratur*, *mors cruenta*. Matth. XXIII, 30. οὐκ ἂν ἤμεθα κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν non fuissemus eorum socii in occidendis prophetis. ib. XXVII, 6. τιμὴ αἵματος pretium pro interficiendo homine acceptum. v. 24. Act. I, 19. Coloss. I, 20. διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ morte cruenta in cruce. Hebr. X, 29. αἷμα τῆς διαθήκης mors cruenta, qua præstantior religio sancita est et stabilita. ibid. XII, 4. οὔπω μέχρις αἵματος nondum cum vitæ vestræ periculo. Apoc. VI, 10. Sirac. XXXIV, 25. ἄνθρωπος αἱμάτων homicida. Confirmari potest hæc significatio omnium fere linguarum usu et analogia. Ita Hebr. דָּם usurpatur 2 Sam. III, 28. Hos. IV, 2. et in plurali דָּמִים Genes. IV, 10. — αἷμα apud Græcos Scriptores; vid. *Herodian.* I, 13. 5. ἐμφυλίῳ αἵματος τὴν Ῥώμην ἐπλήρωσαν civium cædibus Romam impleverunt, et ibi *Irmisch.* p. 540. ib. II, 6. 6. c. 9. s. 11. 14. 16. *Josephus A. J.* VI, 13. 7. *Eurip. Electra* v. 136. et aliis in locis, quæ *Abreschius* ad *Æschyl.* lib. II. p. 481. collegit — et *sanguis* apud Latinos Scriptores; v. c. apud *Cic.* in *Catil.* I, c. 12. *Livium*

V, 21. apud quos etiam *sanguis* et *cædes* quandoque conjunguntur, ut apud *Cic.* in *Catil.* III, 10. *Liv.* I, 23. quæ loca cum aliis pluribus jam dedit *Schwarz.* in *Comment. L. Gr.* p. 24. seq. Hic vero silentio præteriri nullo modo potest, formulam admodum solemnem in N. T. libris τὸ αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ *mortem Christi cruentam* in *cruce*, non semper stricte accipi, sed partim latiori sensu sumptam *omnia omnino* complecti, *quæ Christus in utilitatem humanam fecit et suscepit, adeoque ea omnia continere, quibus felicitatem sectatorum suorum adhuc promovere studet et semper studebit*, partim in specie *doctrinam illam et religionem præstantissimam* indicare, *quam a se ipso et per Apostolos olim traditam morte sua stabilivit et confirmavit*, ut a potiori facta sit denominatio imprimis Judæorum causa. Prioris usus loquendi, probe tenendi, exempla hæc sunt obvia: Act. XX, 28. ἐκκλησίαν τῆ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, ubi αἷμα Χριστοῦ non tam mortem Christi, quam doctrinam omnemque ejus in his terris vitam, ipsam adeo resurrectionem et statum beatiorem in cœlis complectitur. Rom. III, 25. V, 9. δικαιωθέντες ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Ephes. I, 7. II, 13. ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ morte Christi accessistis ad cœtum verorum Dei cultorum. Hebr. IX, 14. 1 Joh. I, 7. Apoc. I, 5. V, 9. Posterior vero comprobatur loco Joh. VI, 53—56. ubi non solum πίνειν τὸ αἷμα Χριστοῦ is dicitur, qui religionem Christianam vera fide amplectitur, et hoc modo cum Christo arctissimis conjungitur vinculis, sed etiam αἷμα Χριστοῦ dicitur ἀληθῶς εἶναι πόσις, ob vim, quam habet religio Christiana homines ad veram felicitatem adducendi.

3. *culpa et pœna cædis, reatus ex sanguine injuste effuso contractus.* Matth. XXIII, 35. ἵνα ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον ut a vobis vindicta sumatur omnis injustæ cædis. ib. XXVII, 25. τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς nos culpam et pœnam hujus cædis suscipiamus. Act. V, 28. καὶ βέλεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου et vultis in nos transferre crimen cædis hominis istius. Eodem sensu אֵין לוֹ דָּם Num. XXXV, 27. non fit reus cædis. Jer. LI, 35. וְדָמִי אֶל־יֹשְׁבֵי כַשְׂדִּים. 2 Sam. I, 16. ubi Chald. דְּמָךְ per חוֹבַת קְטוֹלָךְ, ut Jos. II, 19. (ubi Alexandrini Hebr. דָּמוֹ בְּרֹאשׁוֹ expresserunt ἔνοχος ἑαυτῷ ἔσται) interpretatur. Ps. LI, 16. libera me a reatu cædis Uriæ. Hinc

4. per metaphoram transfertur ad *quodvis exitium* et ad *quamvis miseriam et perniciem, quatenus est pœna peccatorum, ejusque culpam.* Act. XVIII, 6. τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν, h. e. vos gravissimas hujus pertinaciæ vestræ pœnas luetis, seu, culpam exitii vestri vobismet ipsis imputetis. Act. XX, 26. καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων ego exitii vestri nullam culpam sustineo. In hoc sensu et דָּם sumi videtur Levit. XX, 9. 11. 12. Hos. XII, 15.

5. *semen humanum.* Joh. I, 13. οἱ ἐκ ἐξ αἱμάτων qui non ex semine humano, h. e. ordinario generandi modo, nati sunt. Act. XVII, 26. ἐποίησε δὲ ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν effecit, ut ex unius semine omne hominum genus prodiret. Nec ignota est hæc notio Scriptoribus Græcis atque Latinis. Sic αἷμα accipiendum apud *Eurip. Phœn.* v. 256. κοινὸν αἷμα. Schol. minor. *Homer.* ad Iliad. XIX, 105. αἵματος ἀντὶ τοῦ σπέρματος. *Joseph. A. J.* II, 6. 5. Sic sanguis apud *Ovid. Metam.* XIII, v. 705. *Virg. Æn.* I, 19. (Hinc et apud profanos utriusque linguæ Scriptores αἷμα et sanguis *prosapiam, stemma, familiam, cognationem* notat: *patrem et matrem* — *Eurip. Io.* v. 693. *Orest.* v. 351. etiam *liberos* et *posteros* — *Theocrit.* Idyll. XV, 72. et οἱ πρὸς αἵματος omnino *consanguinei* dicuntur. *Suid.* αἷμα· τὸ γένος. Adde *Drakenb.* ad *Sil. Ital.* X, 170. et *Wetstenium* ad N. T. T.

I. p. 838,) In V. T. דָּם hoc sensu me legisse non memini.

6. *homo*, Matth. XXVII, 4. παραδὲς αἷμα ἀθῷον qui tradidi hominem innocentem. Hoc sensu formula דָּם נָקִי legitur etiam Deut. XXVII, 25. 1 Sam. XIX, 5. Ps. XCIV, 21. Sed nec mere Hebraicus est hic loquendi usus, cum αἷμα etiam apud Græcos Scriptores *homines* notet, v. c. apud *Callimach. Hymn.* in *Delum* v. 282. πολυχρονιώτατον αἷμα longævi homines: ad quem locum conf. Intt. Pertinet huc etiam formula σὰρξ καὶ αἷμα in N. T. haud raro obvia, quæ, uti Hebr. בָּשָׂר וָדָם modo periphrasi *hominis* inservit, ita, ut vel simpliciter homo qualiscunque indicetur: Matth. XVI, 17. σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι id non humana indagine cognovisti. Gal. I, 16. οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι nemine in consilium adhibito. Sirac. XIV, 18. cf. *Vorstii Philol. Sacra* c. 4. p. 125.—vel adjuncta spectetur notio *imbecillitatis* et *tenuitatis*, illius quidem hominum in his terris naturæ communis. Ephes. VI, 12. οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα non est nobis cum hominibus ejusdem nobiscum conditionis pugna;—modo *totum hoc corpus, quo his in terris utimur*, carnem cum ossibus et sanguine et aliis significet. 1 Cor. XV, 50. σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται in hoc terrestre corpus (σῶμα ψυχικὸν v. 44.) non cadit futura in cœlis felicitas. Hebr. II, 14. ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος quemadmodem homines corpus mortale habent.

7. αἷμα metaphorice pro eo ponitur, *quod habet nigrum*, seu *subfuscum colorem*, quia sanguis interdum *nigricare* solet. Act. II, 20. ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα sol et luna obscurabitur; ad imitationem Hebr. דָּם Joel. III, 4. *Curtius* IV, 10. luna deficiens primum nitorem luminis sui condidit, deinde sanguinis colore suffuso lumen omne fœdavit. Apoc. VI, 12. VIII, 8. τὸ τρίτον τῆς θαλάσσης ἐγένετο αἷμα tertia pars maris conversa est in colorem atrum. XI, 6. XVI, 3. et 4. Eodem modo αἷμα metaphorice

8. *vinum* notat, *quod sanguineum colorem rubedine refert*, et a *Plinio* etiam H. N. XIV, 5. *sanguis terræ* vocatur, omissa tamen voce σταφυλῆς, quæ additur ab Alexandrinis Deut. XXXII, 14. ubi in Hebr. דַּם־עֲנָב legitur. Genes. XLIX, 11. Sirac. XXXIX, 31. L, 17. 1 Macc. VI, 34. Cf. *Eustath.* ad *Homer.* Il. β′, 636. et *Salmasii Exerc. Plin.* p. 906. Pertinet huc e N. T. locus Apoc. XIV, 20. καὶ ἐξῆλθεν αἷμα ἐκ τῆς ληνοῦ et effluxit vinum e torculari: quem male interpretes de sanguine humano interpretati sunt.

ΑΙΜΑΤΕΚΧΥΣΙΑ, ίας, ἡ, *sanguinis effusio*, (ab αἷμα et ἔκχυσις *effusio*.) Semel legitur hæc vox in N. T. Hebr. IX, 22. χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις sine effusione sanguinis victimarum nulla remissio peccatorum locum habebat; nec ulla alia auctoritate in *Stephani Thes. L. G.* T. I. p. 155. reperitur illustrata.

ΑΙΜΟΡΡΟΕΩ, ῶ, fut. ήσω. Apud Græcos medicos in universum notat hoc verbum: *sanguinis profluvio laborare, sanguinem effundere, sanguinis fluxum pati, quocunque demum modo hoc fiat*, sive per nares, qui morbus αἱμορραγία vulgo dici solet, sive per venas ad os sacrum, sive denique per os matricis, quod πάθος est fœminis proprium, (ab αἷμα et ῥόος *fluxus*.) Semel legitur in N. T. apud Matth. IX, 20. ubi mulieri tribuitur, a Christo sanatæ, quæ sanguinis profluvio per os matricis duodecim laboraverat annos; de quo morbo conf. *Bartholin. de morbis Biblicis* c. 17. et *Wedelii Exc. Med. philol.* Cent. II. Dec. V, p. 45. Ab ea Christo statuam æneam in grati animi memoriam Paneade, Palæstinæ urbe, esse positam, scribit *Euseb. H. E.* VII, 18. quam fabulosam sine dubio nar-

rationem examinavit *Gothofredus* Diss. in lib. VII. *Philostorgii* cap. III. in compendium redactus a *Suicero Thes. Eccles.* T. I. p. 116. seq. In vers. Alex. Hebr. דָּוָה h. e. *mulier, quæ est in menstruis, quæ menstrua patitur*, Levit. XV, 33. *αἱμορροοῦσα* exprimitur. In eadem significatione hæc vox occurrit apud *Plutarchum* in l. de *Fluviis* T. X. Opp. p. 791. ed. *Reiske.*

ΑΙ'ΝΕΑΣ, *ου, ὁ, Æneas.* Nomen proprium viri paralytici, quem Petrus sanavit. Historia ejus legitur Act. IX, 33. seq.

ΑΙ''ΝΕΣΙΣ, *εως, ἡ, laus, celebratio, laudatio*, a verbo proxime sequente *αἰνέω laudo, celebro.* Sæpius reperitur hæc vox in vers. Alex. V. T. ubi verbis Hebr. תּוֹדָה Ps. XXVI, 7, L, 14. LVI, 12.—תְּהִלָּה 1 Chron. XVI, 35. Ps. LXVI, 2. LXXVIII, 4.—רִנָּה 2 Chron. XX, 22.—denique זִמְרָת Ies. XII, 2. LI, 3. respondet. Sed in N. T. modo legitur Hebr. XIII, 15. *δι' αὐτοῦ ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως διαπαντὸς τῷ Θεῷ* h. e. per Christum Deo semper pias laudes gratumque animum hostiæ loco offeramus pro summis ejus beneficiis. *Θυσία* enim *αἰνέσεως* (etiam *αἴνεσις* simpliciter Jerem. XVII, 26), ut Hebr. זֶבַח תּוֹדָה est proprie quidem *sacrificium salutare, quo Deo pro ullo aliquo insigni beneficio gratiæ aguntur*, Lev. VII, 13—15. sed deinde ad *omnem piam Dei laudem gratique animi significationem* transfertur. Ps. CVII, 22. CXVI, 17. *Sirac.* XXXV, 4. Cf. *Schoettgen. Hor. Hebr. et Talmud.* T. I. p. 1005.

ΑΙ'ΝΕ'Ω, *ῶ*, fut. *έσω*, vel *ήσω, laudo, celebro, prædico, carmen dico.* Interdum quidem differt ab *ἐπαινέω*, ut hoc de hominibus, illud de Deo proprie usurpetur, observantibus veteribus grammaticis: sed ipse usus veterum Scriptorum satis probat, hoc non perpetuum esse, utrumque potius verbum et de Deo et de hominibus usurpari. Luc. II, 13. 20. ubi *αἰνεῖν* et *δοξάζειν* junguntur. ib. XIX, 37. XXIV, 53. ubi *αἰνεῖν* cum *εὐλογεῖν* conjungitur. Act. II, 47. III, 8. 9. Rom. XV, 11. ubi *αἰνεῖν* cum *ἐπαινεῖν* permutatur et utrumque de Deo dicitur. Apoc. XIX, 5. In vers. Alex. Hebr. הוֹדָה Genes. XLIX, 8.—הָלַל 1 Chron. XVII, 4. 10.—שָׁבַח Dan. II, 23.—בָּרַךְ Ps. C, 4. שׁוּר Ps. CVI, 12. respondet.

ΑΙ''ΝΙΓΜΑ, *ατος, τὸ, ænigma:* quæ vox late patet et non solum *obscurum sermonem, quæstionem obscuram*, sed etiam *quamlibet obscuram alicujus rei significationem, sive verbis, sive alio modo*, notat; a verbo *αἰνίττομαι*, seu *αἰνίσσομαι*, quod omnino *obscure aliquid vel dictis vel factis innuere* significat, ut vel loca *Æliani V. H.* II, 29. III, 40. XIV, 33. aperte docent. *Hesych.* et *Suid. αἴνιγμα· πρόβλημα, ζήτημα. Phavor. φράσις ἐπιτηδευμένη εἰς ἀσάφειαν, ἀποκρύπτουσα τὸ νοούμενον, λόγος σκοτεινὸς καὶ κεκρυμμένος κ. τ. λ. Alberti Gloss. N. T.* p. 134. *ἐν αἰνίγμασι· ἐν ζητήμασι καὶ εἰκόσι καὶ ὁμοιώμασι.* Usi sunt Alexandrini Intt. hac voce ad exprimendum Hebraicum חִידָה Num. XII, 8. 2 Chron. IX, 1. Prov. I, 6. Hæc vox a Latinis civitate donata semel in N. T. occurrit 1 Cor. XIII, 12. *βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι*, h. e. manca et imperfecta est nostra cognitio, ita, ut multa sint, quæ plane ignoremus, nam *ἐν αἰνίγματι* est: *obscure, αἰνιγματικῶς*, ut בְּחִידוֹת Num. XII, 8. Multa in vocem *αἴνιγμα* commentatus est *Eustathius* ad Odyss. XIV, v. 508. et *Wetstenius* in *Notis ad N. T.* T. II. p. 158.

ΑΙ''ΝΟΣ, *ου, ὁ.* Varias habet hæc vox significationes apud Græcos.

1. notat *orationem fabulosam, obscuram et figuratam*, testibus *Suida* et *Eustathio*, quibus *αἶνος* est: *λόγος μυθώδης, ἀπόκρυφος καὶ ἐσχηματισμένος.*

2. *Eustathio* teste simpliciter: *quodlibet dictum, quævis oratio.* Odyss. XIV, v. 508.

3. *assensio*, συγκατάθεσις, ut idem interpretatur.

4. *laus, celebratio, encomium, oratio laudatoria*, ita, ut vel active, vel passive usurpetur. *Suid.* αἶνος· ἔπαινος, ἐγκώμιον. Matth. XXI, 16. κατηρτίσω αἶνον laudaris, celebraris. Luc. XVIII, 43. ἔδωκεν αἶνον τῷ Θεῷ Deum collaudabat. *Herodōt.* VII, c. 107. ἄξιος αἴνου μεγάλου ἐγένετο. In vers. Alex. Hebr. הַלֵּל Ezra III, 11. et עֹז Ps. VIII, 3. respondet. Vide *Wetstenii Notas ad N. T.* T. I. p. 464.

ΑΙ᾽ΝΩ᾽Ν, ἡ, *Ænon*. Nomen indeclinabile urbis, sitæ prope Jordanem in finibus tribus Manasse, ubi ea tribui Issachar est finitima, juxta Salim, septem miliaribus a Scythopoli distantis. Hic baptizavit Johannes, Joh. III, 23. quod ibi multæ erant aquæ, unde etiam nomen suum accepit: nam עֵינוֹן, ut עַיִן, metaphorice *fontem* notat, ut adeo male in *Alberti Gloss. N. T.* p. 54. legatur: Αἰνών· πηγὴ δυνάμεως, quasi sit compositum ex עַיִן et עוֹן *robur*. *Euseb.* in Onomast. Urbium et locorum S. S. p. 10. Αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ, ἔνθα ἐβάπτιζεν Ἰωάννης, ὡς καὶ δείκνυται εἰσέτι νῦν ὁ τόπος ἀπὸ ἡ μιλίων Σκυθοπόλεως πρὸς νότον πλησίον Σαλείμ καὶ τοῦ Ἰορδάνου. Plura de hoc loco legi possunt in *Ludov. de Dieu Critica Sacra* p. 495. seq. *Zorn. Opusc. SS.* T. II, p. 74. *Bibl. Brem.* Class. VII, p. 349. et *Casauboni Exercitt. Antibaron.* XIII, 25. p. m. 249.

ΑΙ᾽ΡΕΣΙΣ, εως, ἡ, ut Lat. *secta*, per se est vocabulum non invidiosum. Proprie:

1. *electio, optio data inter duo proposita*. *Æschin. Socr.* Dial. II, 3. εἰ δέ τίς σοι διδοίη αἵρεσιν τούτοιν, πότερον ἂν βούλοιο; *Sophocl. Ajax Flag.* v. 265. εἰ νέμοι τις αἵρεσιν. Hinc ἐξ αἱρέσεως *sua sponte* 1 Macc. VIII, 30, et notat, et apud Alexandrinos interpretes τῷ נְדָבָה *voluntarium*, Lev. XXII, 18. et 21. respondet. Vide plura apud *D'Orville* ad *Charit.* II, c. 4. p. 306. ed. Lips. et *Schweighæuseri Lex. Polyb.* p. 15.

2. *electa disciplinæ et vitæ ratio*, seu *certa quædam et peculiaris disciplinæ formula, quam sibi aliquis delegit*. Itaque hæc vox non solum partes et factionem, cui aliquis in rebus civilibus adhæret, quo sensu *Polybius* II, c. 61. eam usurpavit, sed etiam, æque ac προαίρεσις, *religionem* sæpius apud *Philonem* notat, id quod multis exemplis docuit *I. B. Carpzov.* in *Philonianis, præfixis Ejusdem Exercitationibus Sacris in Ep. ad Hebr.* p. 6. et 7.

3. *secta*, seu *cœtus eorum, qui alicujus doctrinam vel vivendi rationem præ aliis elegerunt, amplexi sunt et sequuntur*, tam bono, quam malo sensu; (*Dion. Halic. Ep. I. ad Ammæum* c. 7. de Aristotele: οὔτε σχολῆς ἡγούμενος οὔτ᾽ ἰδίαν πεποιηκὼς αἵρεσιν) interdum etiam sensu strictiori, qui aliquem ducem sequuntur milites, aut qui stant a partibus alicujus. Hanc notionem sæpissime obtinet hæc vox in N. T. v. c. Act. V, 17. ἡ οὖσα αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων e secta Sadducæorum. ib. XV, 5. τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων qui Pharisaicæ sectæ antea addicti fuerant. ib. XXIV, 5. et 14. κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν λέγουσιν αἵρεσιν secundum illam religionem, cujus sectatores (invidioso nomine) sectam appellant. XXVI, 5. Secta Pharisæorum ἀκριβεστάτη αἵρεσις vocatur ob severiorem illam disciplinam, quam sequebatur, Act. XXVIII, 22. Hinc sectæ nomen, quod fuit familiis Philosophorum olim proprium, (cf. *Barth.* in *Claudian.* p. 92.) haud raro *Christianis* tribuit *Prudentius* contra *Symmachum*.

4. *dissensio quæcunque, dissidium hominum inter se invicem*. 1 Cor. XI, 19. δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι oportet etiam dissidia inter vos esse. v. 18. σχίσματα vocabantur. *Theodor.* ad h. l. αἱρέσεις τὰς φιλονεικίας λέγει, οὐ τὰς τῶν δογμάτων διαφοράς. Idem *Chrysost.* Homil. XXVII. in Ep. I. ad Cor. Gal. V, 20. διχοστασίαι, αἱρέσεις.

5. *perversa, falsa et perniciosa opinio et sententia, quam aliquis fovet*,

propugnat et propagare studet. 2 Petr. II, 1. ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας falsi doctores, qui furtim introducere studebant falsas et noxias opiniones. — *Phavor.* αἵρεσις ἡ ἁπλῶς βούλησις (ex *Hesychio*) καὶ ἡ περὶ πίστεως οὐκ ἀληθὴς δόξα· ἢ δόξα πλειόνων ἀνθρώπων πρὸς ἀλλήλους μὲν συμφωνούντων, πρὸς ἄλλους δὲ διαφωνούντων κ. τ. λ. Vide et *Wetstenii Notas ad N. T.* T. II. p. 147.

ΑΙ῾ΡΕΤΙ῎ΖΩ, f. ίσω, *eligo, deligo, mihi adscisco et assumo.* Non differt ab αἱρέομαι, qua voce et ab *Hesychio* explicatur. (ab αἵρεσις *electio.*) In hac notione Hebr. בָּחַר in vers. Alex. respondet 1 Chron. XXVIII, 4. 6. 18. 2 Chron. XXIX, 11. Jam cum αἱρεῖσθαι etiam *amare, diligere* significet, teste *Hesychio*: ᾑρεῖτο· ἠγάπα. denotat similiter αἱρετίζω

2. *amo, diligo, faveo alicui, aliquo mirifice delector.* Matth. XII, 18. ὃν ᾑρέτισα animo meo carissimus, i. q. ὁ ἀγαπητός μου. Significatio hæc petenda videtur partim e vers. Alex. in qua hæc vox τῷ חָפֵץ respondet, Num. XIV, 8. et חָמַל Malach. III, 17. partim ex ipso usu verbi Hebr. בָּחַר, quod non solum *eligere*, sed etiam *amare, beneficiis afficere* notat, ut infra ad ἐκλέγω uberius demonstrabitur. Pertinet huc glossa *Hesychii*: ᾑρετισάμην· ἠγάπησα, ἐπεθύμησα, ἠθέλησα, ἠράσθην. ubi cf. Cl. *Ernesti* ad *Glossas sacras Hesychii* p. 151. Idem: αἱρετίζεσθαι· αἱρεῖσθαι, ἀρέσκεσθαι. *Lex. MS. Psalm.* ᾑρετίσατο· ἐξελέξατο, ἐπεθύμησεν.

ΑΙ῾ΡΕΤΙΚΟ῾Σ, οῦ, ὁ, *hæreticus.* Æque late patet hoc adjectivum, ac substantivum αἵρεσις, de quo supra expositum est. In universum notat *eum, qui aliquid eligit*, vel *qui aptus et idoneus est ad eligendum*: in specie autem partim *sectatorem, qui sectam alicujus, disciplinam vitæque rationem amplectitur et sequitur*, partim, *qui opiniones veræ religioni Christianæ contrarias, falsas et noxias fovet, propugnat et spargere conatur.* Unde apud Scriptores ecclesiasticos αἱρετικοὶ opponuntur τοῖς ὀρθοδόξοις, et iis, qui sunt τῆς καθολικῆς πίστεως: cf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 126. seq. In N. T. tantum legitur Tit. III, 10. ubi αἱρετικὸς ἄνθρωπος, *sectarius*, est, qui præcepta et mores sequitur a præceptis institutisque Christi alienissimos.

ΑΙ῾ΡΕ῎Ω, ῶ, fut. ήσω, *manu prehendo* (*Herodian.* VIII, 4. 26.), *capio, vi capio* (*Ælian. V. H.* IV, 5.) *Passivum*: αἱρέομαι, οῦμαι, *capior, prehendor. Medium*: αἱρέομαι,

1. *eligo*, quasi *mihi aliquid capio et vindico*, nam qui sibi ex multis aliquid capit, id eligere eum oportet. Sic est 2 Thess. II, 13. ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν quod destinavit vos Deus pro summa benignitate sua felicitati Christianæ, — ubi adjuncta est notio benevolæ voluntatis: unde in vers. Alex. non solum Hebr. בָּחַר 2 Sam. XV, 15. Job. XXXIV, 4. sed etiam τῷ חָפֵץ 1 Sam. XIX, 1. et חָשַׁק Ies. XXXVIII, 17. respondet. Hebr. XI, 25. μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι malebat in societatem malorum venire. *Ælian. V. H.* III, 10. *Xenoph. Cyrop.* IV, 5. §. 2. αἱρήσονται μᾶλλον ἢ μάχεσθαι. Etiam sine addita voce μᾶλλον *malle* significat αἱρεῖσθαι apud *Xenoph. de republ. Laced.* IX, 1.

2. *opto, volo*, consequente pro antecedente posito. *Phavor.* αἱρεῖσθαι· τὸ βούλεσθαι, τὸ ἐθέλειν. Philipp. I, 22. τί αἱρήσομαι, οὐ γνωρίζω utrum optem, ignoro. Hinc formatum est substantivum αἵρεσις, de quo supra expositum est.

ΑΙ῾ΡΩ, fut. ἀρῶ, in universum *tollendi* quidem significationem habet, sed pro objectorum varietate, plane ut Hebr. נָשָׂא admodum varie sumitur in N. T. Proprie

1. notat: *sursum tollo, elevo, erigo, extollo, eveho*, ut Hebr. נָשָׂא Genes. XXIX, 1. XXXIII, 1. Ps. XXVIII, 2. Sic Joh. VIII, 59. ἦραν οὖν λίθους

sustulerunt, seu, humo tollebant lapides. Act. XX, 9. καὶ ἤρθη νεκρὸς et sublatus est mortuus. *Ælian. V. H.* XII, c. 22. λίθον ἦρεν ἕως εἰς τὰ γόνατα sustulit lapidem ad genua usque. Cf. *Irmisch.* ad *Herodian.* II, 9. 7. p. 282. In vers. Alex. τῷ חָרִים elevare Ies. XLIX, 22. respondet. *Hesych.* αἴρει· κουφίζει. Ad hanc notionem referendæ sunt formulæ loquendi in N. T. obviæ: α) αἴρειν τὴν χεῖρα δεξιὰν εἰς τὸν οὐρανὸν, quæ de iis usurpatur, *qui levando manum ad cœlum jurant*, quæ fuit apud Judæos jurandi consuetudo, nec reliquis populis inusitata, ut vel locus *Aristot. Polit.* III, c. 10. docet. Apoc. X, 5. et 6. ἦρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν δεξιὰν εἰς τὴν οὐρανὸν, καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι κ. τ. λ. ad imitationem Hebraici נָשָׂא יָד Exod. VI, 8. Num. XIV, 30. Deut. XXXII, 40. Dan. XII, 7. β) αἴρειν τοὺς ὀφθαλμοὺς *oculos tollere*, seu, ut alibi dicitur, ἐπαίρειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, quod maxime iis tribuitur, qui oculis in cœlum sublatis precantur, Deique auxilium implorant. Joh. XI, 41. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω καὶ εἶπε et Jesus sublatis oculis hunc in modum precatus est. Formula in hoc sensu mere Hebraica, נָשָׂא עֵינַיִם eodem modo usurpatur Ps. CXXI, 1. CXXIII, 1. Ezech. XVIII, 6. γ) αἴρειν φωνὴν *intendere vocem, clara et alta voce aliquid dicere.* Luc. XVII, 13. καὶ αὐτοὶ ἦραν φωνήν. (ubi in cod. Cantabr. e glossemate legitur ἔκραξαν φωνῇ μεγάλῃ.) Act. IV, 24. ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν Θεὸν alta voce ad Deum precati sunt. *Philostrat. Vit. Apollon.* V, 9. ἐπεὶ δὲ ἐξάρας τὴν φωνὴν καὶ κεχηνὼς ἐφθέγξατο, φυγῇ οἱ πλεῖστοι ᾤχοντο. Similes formulas loquendi larga manu dedit *Schwarz.* in *Commentar. L. G. N. T.* p. 29. seq.

2. *porto, vel manibus, vel humeris, mecum fero et sumo*, i. q. βαστάζω et φέρω. *Hesych.* αἴρει· βαστάζει. Matth. IV, 6. καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε manibus te gestabunt. h. e. providam tui curam habebunt. coll. Ps. XCI, 12. Matth. XXVII, 32. ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ ad ferendam crucem. Marc. II, 3. αἰρόμενον ὑπὸ τεσσάρων qui sustinebatur a quatuor hominibus. ib. VI, 8. ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς τὴν ὁδὸν ne secum aliquid ferant necessitatum ad faciendum iter, coll. Luc. IX, 3. et XXII, 36. Luc. XI, 52. ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως gestatis claves cognitionis, h. e. vobis injunctum est munus populum docendi veram ad felicitatem viam. Apoc. XVIII, 22. Hac significatione non solum נָשָׂא Genes. XLIV, 1. Ies. XLVI, 1. occurrit, sed etiam αἴρειν in Græcis Scriptoribus legitur, v. c. *Herodian.* IV, 2. 8. VII, 10. 15. *Ælian. V. H.* III, 20. *Polyæn.* VIII, 44. Cf. *Valcken.* ad *Theocrit. Adoniaz.* p. 326. seq. *J. H. Maii Obss. SS.* L. III, p. 53. seq. Adde Alexandrinos in versione loci Nehem. XIII, 19.

3. *aufero, tollo, moveo de loco suo, asporto, abduco*, sensu physico et sine ulla adjuncta violentiæ notione. Matth. IX, 6. ἆρόν σε τὴν κλίνην asporta grabbatum tuum. ib. XIV, 12. ἦραν τὸ σῶμα καὶ ἔθαψαν αὐτὸ cadaver ejus sublatum sepeliverunt. ib. XXI, 21. ἄρθητι καὶ βλήθητι dimoveas te de loco tuo et in mare projicias. ibid. XXII, 13. XXIV, 17, 18. XXV, 28. Marc. II, 11. VI, 29. Joh. II, 16. ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν hæc auferte hinc. ib. XI, 39. ἄρατε τὸν λίθον tollite saxum et v. 41. XIX, 31. καὶ ἀρθῶσιν et inde tollerentur et v. 38. ἵνα ἄρῃ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ ut Jesu corpus tollere sibi liceret. ib. XX, 2. sublatus est e sepulcro Dominus. ib. v. 13. 1 Macc. IX, 19. Per *resecare* vertendum erit verbum αἴρειν Joh. XV, 2. πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φερὸν καρπὸν αἴρει αὐτὸ omnem palmitem inutilem, nullos fructus proferentem, resecabit. Eandem notionem obtinet non solum Hebr. נָשָׂא Levit. X, 4. et 5. 1 Regg. IV, 3. Ezech. III, 14. sed etiam Græca vox αἴρω partim apud Scriptores Græcos, v. c. *Homer.* Iliad. XVII, v. 724. partim apud Alexandrinos interpretes,

apud quos τῷ הַסִּיר Genes. XXXV, 2. et הֶעֱלָה 1 Regg. VIII, 4. respondet.

4. *vi aufero et abduco, eripio. Hesych.* αἴρει· κατὰ κράτος λαμβάνει. Luc. VI, 29. ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον auferenti tibi pallium; et v. 30. καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ et ab auferente tua. Fortasse tamen audiendus est *Salmasius de Usuris*, qui p. 621. αἴρειν utroque in loco per *mutuum sumere ab aliquo* explicat. Luc. XI, 22. τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ αἴρει eripit ei armaturam totam. Joh. X, 18. οὐδεὶς αἴρει ψυχὴν ἀπ' ἐμοῦ nemo mihi invito vitam eripere valet. ib. XI, 48. καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν τὸ ἔθνος et populum Judaicum in captivitatem abducent, coll. Ezech. XXX, 18. Hinc

5. *interficio, e medio tollo, vita privo, mori aliquem jubeo*, ut Lat. *tollere*. Ac sic vel simpliciter ponitur, ut Hebr. נָשָׂא Job. XXXII, 22. e. g. Matth. XXIV, 39. καὶ ἦρεν ἅπαντας et tolleret omnes, ubi respondet Hebraico מָחָה Genes. VII, 4. 23. Luc. XXVII, 18. αἶρε τοῦτον tolle illum, i. q. v. 21. σταύρωσον. Joh. XIX, 15. Act. XXI, 36. 1 Macc. V, 2. (*Suid.* αἴρει· ἀναιρεῖ, φονεύει. — *Alberti Gloss. N. T.* p. 216. αἶρε ἀντὶ τοῦ ἆρον αὐτὸν ἐκ τῶν ζώντων.) — vel additur verbis ἐκ τοῦ κόσμου, Joh. XVII, 15. ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου ut eos mori jubeas, aut ἀπὸ τῆς γῆς, Act. XXII, 22. αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς τὸν τοιοῦτον. *Philo* in *Flaccum* T. II. p. 538. 20. ed. *Mangey*. ἀνεθόων, οἱ μὲν ἀτιμοῦν, οἱ δὲ φυγαδεύειν, οἱ δ' αἴρειν. In sequentibus cum κτείνειν permutatur.

6. *vasto, deleo, perdo*. Joh. XI, 48. καὶ ἀροῦσιν ἡμῖν τὸν τόπον et penitus vastabunt terram nostram seu templum. 2 Sam. V, 21. וַיִּשָּׂאֻם et vastarunt, delerunt ista idola.

7. *aufero*, sensu metaphorico, *efficio ut aliquid esse desinat*, (*Polyb.* XI, 5. 6. τὸν πόλεμον ἆραι, *finem bello facere*, ubi vid. *Schweighæuserus*) *libero, excludo, privo, removeo*. Matth. XXI, 43. ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ aliquando inter vos cessabit regnum Dei. Marc. IV, 15. αἴρει τὸν λόγον efficit, ut doctrina hæc cognita nullam præstet utilitatem, coll. Luc. VIII, 12. Marc. IV, 25. ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ dotibus et facultatibus animi, quas habet, privabitur. Act. VIII, 33. ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη liberatus est a conditione misera illa, ipsi a Deo destinata. Ephes. IV, 31. ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν ne locum habeant inter vos, exclusa sint ex animis cœtibusque vestris. Huc etiam referrem formulam, αἴρειν τὰς ἁμαρτίας tollere peccata, in se suscepta, Hebr. נָשָׂא עָוֹן vel סָבַל, desumptam a victimis, in quas a judaicis sacerdotibus peccata populi transferebantur, ut hoc ritu symbolico de remissione peccatorum certiores redderentur Judæi. Vide Levit. XVI, 21. 22. Ea vero ut in V. T. usurpatur de hominibus, qui vel justas pœnas luunt, Levit. XX, 19. coll. XXIV, 15. vel ob alienam culpam mulctantur. Thren. V, 7. Ezech. XVIII, 20. ita in N. T. non sine respectu ad cultum Dei Leviticum adhibetur de *Christo*, quatenus demandatum sibi a patre duplex negotium exsequutus homines expiavit, iisque remissionem peccatorum conciliavit. Hanc in rem notanda sunt maxime loca, Joh. I, 29. ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου en, (ait) hic est agnus divinus, qui culpas et scelera mortalium omnia expiat. 1 Joh. III, 5. ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἄρῃ nostræ vitiositatis tollendæ et expiandæ causa. Cui formulæ, diligenter explicatæ ab *Hackspan.* in *Not. Philol. Theol.* P. III, p. 389. sqq. lux affunditur illis V. T. locis, ubi נָשָׂא vel addita voce עָוֹן, vel sine ea, *remittere peccatum et condonare* notat: Gen. XVIII, 26. L, 17. Exod. XXXIV, 7. Num. XIV, 19. Ps. XCIX, 8. Eodem modo metaphorice sumenda est formula: αἴρειν ἐκ μέσου *e medio tollere*, quæ apud Græcos quidem Scriptores vulgo *interficere, perdere* notat, sed in N. T. *abrogare, abolere*. Coloss. II, 14. καὶ αὐτὸ ἦρκεν ἐκ μέσου et legem Mo-

saicam plane abrogavit; quam in rem paullo ante verbo ἐξαλείφω usus fuerat.

8. metaphorice: *lubenter in me suscipio et recipio aliquid.* Matth. XI, 29. ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς lubenter suscipite jugum meum, h. e. submittite vos religionis meæ præceptis. Marc. VIII, 34. ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ paratus esto perferre omnes calamitates ob religionis Christianæ professionem, coll. Matth. XVI, 24. et Marc. X, 21. Eodem modo נָשָׂא sumitur Thren. III, 27.

9. *capio, sumo, accipio.* Matth. XVII, 27. τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον primum exinde captum piscem sume. ibid. XX, 14. ἆρον τὸ σὸν sume tu tuum. Marc. XV, 24. τίς τί ἄρῃ quid quisque acciperet. Act. XXI, 11. ἄρας τὴν ζώνην τοῦ Παύλου capto Pauli cingulo. In vers. Alex. τῷ חֹתָם Ies. XXX, 14. respondet. Et נָשָׂא eodem sensu Ps. CXVI, 13. Genes. XXVII, 3. et 1 Chron. XVI, 29. legitur. In aliis vero locis, ubi eadem significatio obtinet, pleonastice ponitur, (ut לָקַח Genes. XXX, 9.) v. c. 1 Cor. VI, 15. ἄρας οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ ποιήσω πόρνης μέλη; num permittam, ut corporibus vestris, quæ sunt ipsius Christi membra, ad impudicitiam abutamini?

10. *exigo.* Luc. XIX, 21. αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας exigis, quæ non deposuisti. ib. v. 22.

11. *sublatum repono, vel tollo ad reponendum, servo.* Matth. XIV, 20. καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων et reposuerunt reliquias fragmentorum. ibid. XV, 37. Marc. VI, 43. VIII, 8. 19. 29. Luc. IX, 17.

12. *attero, sensim diminuo.* Matth. IX, 16. αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου. coll. Marc. II, 21. in quibus verbis viri docti sine causa multum difficultatis invenisse sibi visi sunt. Omnis enim locus facillime sic expediendus est, ut per πλήρωμα panniculus panni novi intelligatur, et ἱμάτιον de veste veteri jam et detrita explicetur, hoc sensu: *alioquin commissura illa nova atteret veterem vestem.* [Sed vide quæ adnotavimus sub voce ῥάκος.]

13. *suspendo, suspensum teneo aliquem*, e qua notione explicanda mihi quidem videntur verba Joh. X, 24. ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; hoc modo: quamdiu nos incertos ac dubios relinquis? seu, quamdiu nos expectatione intentos tenes? quo sensu αἴρειν et ἐπαίρειν simpliciter poni apud Græcos docuit *Blackwall.* in *Auctt. SS. Classicis* p. 129. ed. *Wollii Philostrat.* II, 4. κἀμὲ πάνυ αἴρει ὁ λόγος ὃν εἴρηκεν. Etiam usus verbi *suspendere* apud Latinos, quem multis *Suicer.* in *Thes. Eccles.* T. I. p. 134. probavit, commendat hanc interpretationem. Non potest vero plane silentio præteriri, fuisse interpretes, qui in hoc loco explicando, partim ad notionem verbi ἐπαίρειν et αἴρειν *ludificari, decipere aliquem*, quam habere ad imitationem Hebraici נָשָׂא Ies. XXXVI, 14. coll. 2 Regg. XVIII, 29. Jerem. XXXVII, 9. putarunt, confugerent, quæ fuit *Krebsii* in *Observatt. Flav.* p. 149. et *Lud. de Dieu* in *Critica S.* p. 18. opinio; partim cum *Elsnero*, quem *Wolfius* secutus est, in *Curis Philologicis* ad h. l. et *Wakefield* in *Sylva Critica* P. II, p. 99. significationem verbi αἴρειν *enecare* in auxilium vocavere hoc sensu: *quamdiu enecas nos diuturna mora, excrucias, antequam libere, te Christum esse, profitearis? Wetstenius in Notis* ad h. l. T. I, p. 911. hanc formulam de animo erecto, cui opponitur animus demissus, h. e. spe ac fiducia pleno, accepisse videtur; ut sit sensus: *quamdiu vana spe nos alis?* Sed non admittunt hanc explicationem sequentia. Restant adhuc duo N. T. loca, in quibus insolentior vocis αἴρειν notio obtinet. Alter est Act. XXVII, 13. ἄραντες ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην,—ubi post ἄραντες supplendum est, vel τὴν ναῦν, vel τὰς ἀγκύρας (quod additur apud *Plutarch. Apophth.* T. II. Opp. p. 204. *Polyb. Exc. legat.* p. 1313.) sensu eodem—*solutis ancoris propius præterlegerunt Cretam.* Nam αἴρειν τὰς ἀγκύρας solvere ancoras, est; *porro navigare* et opponitur τῷ καταίρειν, quod de navi-

bus dicitur, quæ e mari ad litus portumve applicantur, v. c. *Ælian. V. H.* IV, 25. ubi per *appellere* vertendum. *Thucyd.* I, 29. ἄραντες — — ἔπλεον. Ibid. III, 91. VII, 26. ἄρας. *Schol.* τὰ ἱστία δηλονότι. Ib. II, 23. οἱ μὲν ἄραντες. *Schol.* τὰς ναῦς δηλονότι. *Lucian. Ver. Hist.* I, 29. Cf. etiam exempla, quæ *Wolfius* in *Curis Philologicis* T. I, p. 1369. congessit et ante eum *L. Bos* de *Ellipsibus Græcis*, p. 10. seq. ed. *Michaëlis:* quibus addo *Thucyd.* I, 52. τὰς μὲν ναῦς ἄραντες ἀπὸ τῆς γῆς et *Schol. Thucyd.* ad II, c. 23. Alter locus est Act. XXVII, 17. ἦν (sc. σκαφήν v. 16.) ἄραντες. quæ verba alii: *quam subducentes*, — alii: *cujus sublatæ auxilio* vertunt. Equidem mallem: *quam cum in navem retulissemus*, seu reduxissemus, ne scilicet procellis opprimeretur. Nec minus incertæ interpretationis est locus Marc. XV, 18. ὄφεις ἀροῦσι, quem alii vertunt: *serpentes impune manu tractabunt* — alii: *serpentes interiment* — alii denique: *serpentes sublatos portabunt*, ubi aliquid definire non audeo.

ΑΙ᾽ΣΘΑ᾽ΝΟΜΑΙ, fut. ἥσομαι. Verbum anomal. commune omnium sensuum corporis, quod proprie *sentire, sensuum beneficio frui, et ope sensuum cognoscere aliquid* notat, ut adeo interdum per *audire*, interdum per *videre*, haud raro, latius patente verbo, *percipere* vertendum sit. Conf. *Abresch.* ad *Æschyl.* I, 64. et *Dilucid. Thucyd.* p. 491. Deinde vero, ut omnia sensuum verba, (cf. *Glassii Philol. S.* p. 1168. ed. *Dath.*) ad animum transfertur, et

2. *mente percipere, intelligere, capere, cognoscere* significat. Sic semel legitur in N. T. Luc. IX, 45. ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτὸ ne caperent sensum hujus orationis. coll. Job. XXIII, 5. ubi Hebr. עָנָה in vers. Alex. respondet. *Hesych.* ἤσθετο, ἔγνω, ἐθεώρει. *Phavor.* αἰσθάνομαι· τὸ νοῶ, καὶ τὸ αἴσθησιν λαμβάνω. Cf. *Wetstenii Obss.* ad *N. T.* T. I, p. 716.

ΑΙ᾽ΣΘΗΣΙΣ, εως, ἡ, quod apud Græcos Scriptores *sensus corporis, organa sensuum et ipsum sentiendi actum* notat, ab αἰσθάνομαι, (cf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, c. 12. p. 482.) in N. T. semel metaphorico sensu sumptum legitur Philipp. I, 9. ita, ut *cognitionem, intelligentiam* notet. Verba sunt hæc: ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει cognitione religionis et omni intelligentia: ubi tamen ab ἐπίγνωσις ita differre videtur, ut hoc *cognitionem* simpliciter, illud vero *sensum veri et falsi acrem, omnem intelligentiam usu et exercitatione comparatam* significet. In Proverbiis Solomonis haud raro Hebr. דַּעַת ab Alex. voce αἴσθησις redditur: Prov. I, 4. 22. III, 20. XXII, 12. XXIV, 5. eidemque Hebr. חָכְמָה eodem, quo Paulus sumpsit sensu, in cod. Alex., vers. Alex. Exod. XXVIII, 3. respondet. *Ælian. V. H.* I, c. 12. μαντικῆς (scil. τέχνης) αἴσθησιν. *Hesych.* αἴσθησις· νόησις. *Phavor.* αἴσθησις· ἐστι δύναμις αἰσθητικὴ, καὶ τὸ ὑπὸ τὴν αἴσθησιν, καὶ νοῦς, τὸ νοοῦν καὶ τὸ ὑπὸ νοούμενον κ. τ. λ.

ΑΙ᾽ΣΘΗΤΗ᾽ΡΙΟΝ, (scil. ὄργανον, seu μέλος, vid. *L. Bos* de *Ellips. Græcis* p. 102. et 154.) neutrum adjectivi αἰσθητήριος *sensificus*, proprie

1. *sensorium*, h. e. *quodvis sentiendi instrumentum, omnes corporis partes, per quas sensus agunt*, interdum etiam *ipsos sensus* notat. *Phavor.* ex *Hesych.* αἰσθητήρια· τὰ ὄργανα ἤγουν τὰ μέλη, δι᾽ ὧν αἰσθανόμεθα, καὶ αἱ αἰσθήσεις τῶν ἀνθρώπων, ἢ ἐν οἷς καθίδρυται ἡ αἴσθησις. Jer. IV, 19. ἀλγῶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου. Vide etiam *Wetstenii Notas ad N. T.* T. II, p. 403.

2. id sensu metaphorico: *vis et facultas animi intelligendi, perspiciendi et dijudicandi aliquid.* Hebr. V, 14. τῶν διὰ τὴν ἕξιν αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων qui multo usu idoneam consecuti sunt animi facultatem ad vera scilicet a falsis dijudicanda.

ΑΙ᾽ΣΧΡΟΚΕΡΔΗ᾽Σ, ές, οῦς, ὁ, ἡ, *turpis*, h. e. *injusti lucri cupidus, cui lucri bonus odor ex re qualibet, qui lucra pudenda petit*, ut loquitur *Ovid.*

A. A. III, 44, 2. (ab αἰσχρὸς *turpis*, et κέρδος, εος, *lucrum*, nam αἰσχρὸν Græcis etiam significat τὸ ἄδικον, ut observavit *Salmasius* de *fœnore trapezitico* p. 324.), seu secundum *Pollucem*: ὁ λαμβάνων ἀφ' ὧν οὐ δεῖ, καὶ μὴ διδοὺς, εἰς ἃ δεῖ, cui apud Græcos opponitur ἀφιλάργυρος. 1 Tim. III, 3. μὴ αἰσχροκερδῆ: quæ verba genuina esse, oppositum ἀφιλάργυρον docet. ibid. v. 8. ad quem locum *Theophyl.* αἰσχροκερδής ἐστιν, ὁ μηδὲν κέρδος παραιτούμενος, κἂν ὅθεν δήποτε ᾖ. Ἐνταῦθα δὲ ἀντὶ τοῦ ἀφιλαργύρου δέξαι τὸν μὴ αἰσχροκερδῆ. Tit. I, 7. *Hesych.* αἰσχροκερδὴς· ἐπιθυμητὴς κακῶν scil. κερδέων. *Aristoph. Pace* 622. *Herodot.* I, 187. *Aristot. Nicom.* IV, 3.

ΑΙΣΧΡΟΚΕΡΔΩΣ. Adverb. *ex cupiditate turpis seu injusti lucri* (a præced.) Semel legitur in N. T. 1 Petr. V, 2. μηδὲ αἰσχροκερδῶς, ubi tamen simpliciter vertendum est: *non lucri cupiditate adducti:* cf. *Œcumen.* et *Theophyl.* ad Tit. I, 7.

ΑΙΣΧΡΟΛΟΓΙΑ, ίας, ἡ, i. q. μωρολογία et εὐτραπελία *omnis obscœna et impia dicacitas et scurrilitas, dictorum turpitas et obscœnitas*, ab αἰσχρολογέω *sermones turpes, obscœnos et christiano homine indignos profero. Clemens Alex. Pædagog.* L. III, c. 11. Coloss. III, 8. ἀπόθεσθε — αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν, h. e. μὴ αἰσχρολογεῖτε. Glossæ: αἰσχρολογία *turpiloquium.* Legitur hæc vox etiam apud *Xenophontem de Republ. Laced.* c. 5. §. 6. αἰσχρουργίαν καὶ αἰσχρολογίαν ἐγγίγνεσθαι, et apud *Aristot. Polit.* VII, c. 17. *Pollux Onom.* IV, 105. ἦν ὠρχοῦντο γυμνοὶ σὺν αἰσχρολογίᾳ. Alia loca dedit *Wetstenius* ad Ephes. V, 4. et *Schweighæuserus Lex. Polyb.* p. 16.

ΑΙΣΧΡΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, proprie: *deformis, fœdus*, ita, ut τῷ καλῷ, h. e. *pulcro* opponatur. Genes. XLI, 3. רָעוֹת מַרְאֶה, Alex. αἰσχραὶ τῷ εἴδει. ibid. v. 4. 20. 21. αἰσχραὶ simpliciter vocantur. *Xenoph. Cyrop.* II, 2. 17. *Equ.* I, 17. 2. *qui honestatis et decori legibus adversatur.* Neutrum αἰσχρὸν tantum in N. T. occurrit, quod

1. notat: *turpe, indecorum, quod fugiendum est per se.* Ephes. V, 12. αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν salva honestate et illæso decoro ne nominari quidem possunt. Vide *Wetstenium* ad. h. l.

2. *quod per leges humanas et receptam consuetudinem fieri haud licet.* 1 Cor. XI, 6. αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι rasura et tonsura sexui muliebri dedecori est. 1 Cor. XIV, 35. αἰσχρὸν γάρ ἐστι γυναιξὶν ἐν ἐκκλησίᾳ λαλεῖν mulieres publice in cœtibus Christianorum verba facere contra decorum est.

3. *injustum.* Tit. I, 11. αἰσχροῦ κέρδους χάριν injusti lucri causa.

ΑΙΣΧΡΟΤΗΣ, τητος, ἡ, (ab αἰσχρὸς) *inverecundia in moribus, turpitudo, obscœnitas in rebus et in factis posita.*

2. *quivis turpes ac obscœni sermones, quævis turpitudo atque obscœnitas in verbis ac sermonibus*, i. q. αἰσχρολογία. Ephes. V, 4. καὶ αἰσχρότης καὶ μωρολογία ἢ εὐτραπελία, ubi opponitur τῇ εὐχαριστίᾳ. Eodem modo *Quinctil. Institutt. Orat.* VIII, c. ult. stultitiam opponit urbanitati in sermonibus.

ΑΙΣΧΥΝΗ, ης, ἡ, 1. *verecundia, pudor in bonam partem, honestus pudor*, i. q. αἰδώς. *Thucyd.* I, c. 84. *Sophocl. Ajax Flagell.* v. 1098. Sirac. IV, 25. seq. Sed sæpius

2. in malam partem usurpatur, ut significet *pudorem, perturbationem*, (die Beschämung, *shame*) *quum videlicet ob turpia erubescimus. Hesych.* αἰσχύνη· ἐντροπή. *Damascen. Orthod. Fid.* Lib. II, c. 15. αἰσχύνη ἐστὶ φόβος ἐπ' αἰσχρῷ πεπραγμένῳ. Luc. XIV, 9. μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν cum pudore ultimam tenere sedem. Eodem sensu בֹּשֶׁת Job. VIII, 22. sumitur, et αἰσχύνη Sirac. XX, 28.

3. *opprobrium, ignominia, contumelia, probrum, infamia.* Hebr. XII, 2. αἰσχύνης καταφρονήσας hanc contumeliosam mortem æquo ferebat animo. coll. Ies. LIII, 3. 12. *Thucyd.* II, c. 37. αἰσχύνην ὁμολογουμένην φέρουσι.

In vers. Alex. non solum *αἰσχύνη* Hebr. כְּלִמָּה respondet Ies. L, 6. et חֶרְפָּה Ps. LXXI, 13. sed etiam Heb. בּשֶׁת eadem notione legitur Ps. LXIX, 20.

4. metonymice: (ut *pudor* apud *Ovid.* Epist. XI, 79.) *id, cujus non pudere potest vel debet, factum pudendum, vitiositas, turpitudo, e quocunque vitio ea orta sit.* 2 Cor. IV, 2. *ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης*, h. e. et renunciamus omnibus consiliis pravis, seu omnibus occultis sceleribus. Philipp. III, 19. *ὧν ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν* qui gloriantur de impietate sua, cujus eos pudere deberet: ubi *αἰσχύνη* sine dubio in specie de Venere vaga et illicita explicandum erit. Judæ v. 13. *ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας* despumantes sua dedecora, h. e. flagitia, sua effutiunt palam, coll. Ies. LVII, 20. Vide *Polluc. Onom.* IV, c. 24. s. 127. p. 544. ed. *Hemsterhus.* qui inter probri nomina *αἰσχύνην* commemorat, et *αἰσχύνειν* adhibet de *homine injusto* L. III, c. 32. s. 132. p. 645. de *avaro* III, c. 23. s. 112. et de *homine impudicitia delectante* VI, c. 30. s. 127.

5. *pudenda, partes corporis, quas pudor nominare vetat,* quas etiam Hebræi מָבוּשׁ vocarunt, Deut. XXV, 11. — חֶרְפָּה Ies. XLVII, 3. et incertus Int. Ies. III, 16. *αἰσχύνωμα.* Apoc. III, 18. *μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου* ut nuditatem tuam turpissimam aliorum conspectui subtrahas. Hinc in vers. Alex. Hebr. עֶרְוָה respondet Ies. XLVII, 3. et מַעַר Nahum III, 5.

ΑΙ'ΣΧΥ'ΝΟΜΑΙ. (Medium ab *αἰσχύνω pudefacio, alterum confundo, erubescere facio. Ælian. V. H.* IX, c. 4.) *pudefacio me, pudet me, erubesco, dedecori mihi aliquid duco.* Luc. XVI, 3. *ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι* mendicare erubesco. 1 Petr. IV, 16. *μὴ αἰσχυνέσθω* ne hoc sibi ignominiosum esse ducat. Cf. *Dresig. Comment. de Verbis Mediis N. T.* p. 162. Sæpius usi sunt hac voce Alexandrini pro Hebraico בּוֹשׁ Genes. II, 25. Judd. III, 25. Ezra VI, 9. cui plane respondet. Passivum *αἰσχύνομαι pudore suffundor,* metaphorice usurpatur in N. T. partim *de eo, qui spe sua frustratur et excidit.* Philipp. I, 20. *ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι* fore, ut spe concepta non excidam, me scilicet semper opera mea collaturum aliquid esse ad propagationem religionis christianæ; (hoc sensu legitur בּוֹשׁ Ps. XXV, 3. CXIX, 80. Ies. XLIX, 23. et *αἰσχύνεσθαι* Sirac. XXIV, 30. LI, 24.) partim *de eo, qui mendax, fallax et vanus reperitur.* 2 Cor. X, 8. *οὐκ αἰσχυνθήσομαι* non mendax deprehendar. 1 Joh. II, 28. *καὶ μὴ αἰσχυνθῶμεν ἀπ' αὐτοῦ* et ab eo repudiemur, utpote non veri et genuini Christiani. Ita et verbum *καταισχύνεσθαι* usurpatur, de quo infra dicendi locus erit.

ΑΙ'ΤΕ'Ω, ῶ, fut. *ήσω*, et medium *αἰτέομαι, οῦμαι,* (nam activum et medium hujus verbi, ut permutantur invicem ab *Æschine Socratico* Dial. II, 20. ita nec differunt inter se in N. T. libris, uti *Elsnerus* docuit Observatt. Tim. I, p. 86. Observarunt tamen Grammatici vett. discrimen hoc: *αἰτῶ καὶ αἰτοῦμαι διαφέρει*, scribunt, *τὸ μὲν γὰρ αἰτῶ ἐπὶ τοῦ ἅπαξ τι λαβεῖν καὶ μὴ ἀποδοῦναι· τὸ δὲ αἰτοῦμαι ἐπὶ τοῦ χρήσασθαι εἰς ἀπόδοσιν.* confer. *Thom. M.* sub *αἰτοῦμαι*, et *Salmasius* de usuris pag. 619.)

1. *rogo, peto mihi aliquid, dona peto, volo mihi aliquid proprium dari.* Matth. X, 42. et Luc. VI, 30. *παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου* roganti te da: ad quem locum *Krebsius* in Observatt. Flavianis pag. 116. ex *Casaubono* ad *Theophrasti* Characteres p. 292. opportune differentiam inter *αἰτεῖν* et *ἀπαιτεῖν* observavit hanc, ut, *αἰτεῖν* sit: *alterum aliquid poscere, quod gratiæ apponatur acceptum; ἀπαιτεῖν* autem *repetere, quod sibi debeatur;* et multis exemplis comprobavit. Construitur haud raro cum duobus accusativis, uno personæ, altero rei, ut *αἰτεῖν τινά τι.* (*Æschin. contra Ctesiphontem,*

p. 291. μέλλετε δ' αἰτειν τοὺς Θεοὺς τὰ ἀγαθά. *Aristoph. Acharn.* v. 475.) Matth. VII, 9. ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον quem si rogaverit filius ejus panem. v. 10. ib. XIV, 7. ὃ ἐὰν αἰτήσηται. ib. XX, 20. αἰτοῦσά τι παρ' αὐτοῦ ut sibi aliquid ab eo expeteret. Marc. VI, 22. — 25. Eph. III, 13. In vers. Alex. non solum Hebraico שָׁאַל Exod. III, 22. Josua XV, 18. 1 Sam. I, 17. sed etiam Chaldaico בְּעָא Daniel. II, 49. VI, 7. 12. 13. respondet.

2. *precor, preces fundo, oro*, sive preces fiant pro obtinendo aliquo bono, sive pro avertendo aliquo malo. Matth. VI, 8. πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτὸν antequam eum precibus adeatis. VII, 7. αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν precamini, et preces vestræ ratæ erunt. v. 8. et 11. XVIII, 19. Coloss. I, 9. προσευχόμενοι καὶ αἰτούμενοι. Jacob. I, 5. αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ. v. 6. αἰτείτω δὲ ἐν πίστει. IV, 2. 3. Etiam Hebraicum שָׁאַל de hominibus usurpatur petitionem suam ad Deum dirigentibus. 1 Sam. I, 20. Ps. II, 8.

3. *posco, postulo*, ad imitationem Hebr. שָׁאַל Deut. X, 12. Luc. I, 63. αἰτήσας πινακίδιον postulata tabella. Act. III, 14. XXV, 15. αἰτούμενοι κατ' αὐτοῦ δίκην poscentes eum ad supplicium. 1 Corinth. I, 21. Ἰουδαῖοι σημεῖα αἰτοῦσι Judæi miracula postulant. 1 Petr. III, 15. παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον omni postulanti a vobis rationem. 2 Maccab. VII, 10. τὴν γλῶσσαν αἰτηθεὶς jussus linguam emittere.

4. *exigo, repeto id, quod mihi debetur*, i. q. ἀπαιτέω. Luc. XII, 48. περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτὸν ab eo multa reposcentur. Ps. XXXV, 11. אֲשֶׁר לֹא־יָדַעְתִּי יִשְׁאָלוּנִי

5. *opto, in votis habeo*. Act. VII, 46. ᾐτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ in votis habuit condere domicilium Deo. Ita שָׁאַל Deut. XIV, 26. 1 Regg. XIX, 4. Jona IV, 8.

ΑΙ"ΤΗΜΑ, τος, τὸ, 1. *petitio, postulatio*, ab αἰτέω. Luc. XXIII, 24. ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν decrevit postulatis eorum satisfacere. *Dion. Halic.* L. VI. c. 7. p. 1201. ed. *Reiske*: ἂν ᾖ μέτριόν τι τῶν αἰτημάτων, si postulata vestra modesta sint.

2. metonymice: *objectum petitionis et postulationis, res petita, desiderium*. Philipp. IV, 6. τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεὸν desideria vestra ad Deum deferte. 1 Joh. V, 15. ὅτι ἔχομεν τὰ αἰτήματα quod habeamus, h. e. obtineamus, consequamur, quæ petimus. Sæpius non legitur in N. T. Hebraicum שְׁאֵלָה, cui in vers. Alex. respondet αἴτημα, non solum *petitionem* et *postulationem*, v. c. Judd. VIII, 24. sed etiam *ipsa animi desideria, res postulatas* significat 1 Sam. I, 17. 27. Job. VI, 8. — ut מִשְׁאָלָה Ps. XX, 6. XXXVII, 5. *Phavorinus* ex *Suida* αἴτημα· ζήτημα καὶ ἡ ἐπιθυμία. Δαβὶδ, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν, ex Psalm. CV, 16.

ΑΙ'ΤΙ'Α, ας, ἡ, 1. *causa, ratio, omne id, ob quod aliquid est vel fit, vel hoc vel illo modo se habet*. Act. X, 21. τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν πάρεστε; quare huc venistis? XXVIII, 20. 2 Tim. I, 6. δι' ἣν αἰτίαν his causis commotus. v. 12. δι' ἣν αἰτίαν propter hoc munus meum Apostolicum. Hebr. II, 11. δι' ἣν αἰτίαν ob hanc communem originem. 2 Maccab. IV, 28.

2. *conditio, status, qualitas rei*, præsertim *conditio iniquior*. Matth. XIX, 10. εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ γυναικὸς si talis est conditio mariti cum uxore. (*Æthiops* vertit, *si sic est lex mulieris et viri*, et usus est vocabulo שִׁרְעָה, quod alibi pro *instituto, ritu, lege*, etiam *traditione* adhibet. Etiam Arabicum شَرْع est *præscribere quid agas*.) Ita *caussa* apud *Cicer.* Agr. III, 2. Famil. VII, 4. *Martial.* VII, 92. 5. et aliis in locis, quæ *Brissonius* suppeditat de Verborum significat. Lib. III, p. 102. Nota enim fuit hæc significatio optimis scriptoribus Græcis, v. c. *Philostrat.* vita *Apollon.* VI, 16. Vide *Schwarz.* ad *Olearium* de Stilo N. T. p. 376.

6. *culpa, crimen*. Matth. XIX, 3.

ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν repudiare uxorem ob quodcunque delictum; ubi in quibusdam codd. loco αἰτίαν e glossemate legitur ἁμαρτίαν. Joh. XVIII, 38. XIX, 4. 6. ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ ego nihil criminis morte digni in eo deprehendo;—ubi post αἰτίαν omissa est vox θανάτου, quæ additur Act. XIII, 28. Act. XXII, 24. δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐπεφώνουν αὐτῷ quæ ob crimina populus sic vociferaretur adversus illum. ib. XXV, 18. αἰτίαν ἐπιφέρειν crimen intentare seu deferre. 2 Macc. XII, 40. διὰ τήνδε τὴν αἰτίαν τούσδε πεπτωκέναι ob idololatriæ crimen eos occisos esse. Apud Græcos Scriptores αἰτία haud raro hac notione legitur, v. c. apud *Pollucem* VIII, 7. ἔξω τῆς αἰτίας criminis expers, *Ælian.* V. H. III, c. 14. Non vero quodvis crimen αἰτίαν vocabant, sed illum tantum, cujus aliquis accusatur; crimen vero, cujus aliquis convictus erat, ἀδίκημα dicebant secundum *Demosthenem* adversus *Aristocratem*. confer *Camerar.* ad *Sophocl.* Ajac. Flagell. v. 28. p. 26. Hinc in vers. Alex. respondet Hebr. עָוֹן Genes. IV, 13. μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με et Proverb. XXVIII, 17. בְּדַם־נֶפֶשׁ Alex. reddiderunt ἄνδρα τὸν ἐν αἰτίᾳ φόνου ὁ ἐγγυώμενος.

4. *vitium.* Tit. I, 13. δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτὰς ἀποτόμως ob hæc vitia (quæ v. 12. recensentur) redargue eos severe.

5. *accusatio, criminis delatio, criminatio.* Act. XXV, 27. μὴ καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ αἰτίας σημᾶναι nec, quæ ei crimina objiciantur, significare. Hac notione et Græcos Scriptores hac voce usos esse, non solum formula αἰτίαν ἔχειν accusare, seu causam culpandi quærere, et composita vox φιλαίτιος, apud *Isocratem*, *Herodotum* (V, 163.) et *Demosthenem* sæpius de eo obvia, qui libenter accusat, docere videtur: sed certissime etiam confirmatur locis *Xenoph. Cyrop.* V, 5. 8. 9. (αἰτίας ἄξιον vituperandum, incusandum) *Ælian.* V. H. III, 15. (αἰτίαν διαφεύγειν accusationem effugere) et *Phavorini* auctoritate: αἰτία· ἡ κατηγορία. Nec *accusationis* et *criminationis* notio aliena est a loco Matthæi XXVII, 37. καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην, quanquam, ut ingenue fatear, mihi eorum magis placet opinio, qui per αἰτίαν h. l. intelligunt *titulum*, *elogium* seu *litteras*, *causam mortis significantes*, *scriptas* ἐν λευκώμασι, seu tabella dealbata, ex more Romanorum. Cui sententiæ ut subscribam, moveor non solum locis parallelis Marci XV, 26. ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ. Joh. XIX, 19. ubi τίτλος vocatur; sed et maxime auctoritate *Theophylacti* in Matth. XXVII, p. 175. et *Zonaræ* Canon. XXXVI, Concil. Carthag. ἡ ἐπιγραφή, scribentis, λέγεται καὶ ἡ αἰτία, ἀλλὰ μὲν καὶ τὸ βίβλιον, ὡς ἐν τοῖς νόμοις που γέγραπται. Conf. *Suicer. Thesaur. Eccles.* Tom. I, p. 137. et *Wetstenium* in notis ad N. T. T. I, p. 536.

6. *morbus.* Luc. VIII, 47. δι' ἣν αἰτίαν ἥψατο αὐτοῦ quem ob morbum tetigisset eum. Sic αἰτία non solum in Scriptis Medicorum Græcorum, *Hippocrate*, *Galeno*, *Ægineta* haud raro usurpatur, sed etiam *causa* sic legitur apud Latinos. *Tibull.* I, Eleg. 8. v. 51. non illi fonti causa est. Conf. *Casaub.* et *Salmas.* ad *Spartian.* Adrian. p. 80. seq. et *Gronov.* Observatt. III, 14.

ΑΙ'ΤΙ'ΑΜΑ, τος, τὸ, (ab αἰτιάομαι *accuso*) semper fere activam habet significationem, ut non solum *accusationem*, *actionem*, sed etiam in malam partem sumtum *criminationem*, *calumniam*, raro autem *culpam et crimen*, *ob quod fit accusatio*, notet. Semel in plurali legitur in N. T. Act. XXV, 7. πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ Παύλου multas et graves criminationes (*Vulgatus causas* habet) contra Paulum proferentes. Raro occurrit in Scriptt. Gr. *Thucyd.* V, 72. *Hesych.* αἰτιαμάτων· ἐγκλημάτων. Vox αἰτιώματα, quam *Griesbachius* Act. XXV, 7. loco αἰτιάματα in textum recepit, quamque etiam *Stephanus* in Thesauro L. G. Tom. I. pag. 253. alteri prætu-

lisse videtur, an commode ab *αἰτιάομαι* derivari possit, equidem dubitem.

ΑΙ″ΤΙΟΝ, *ίου, τὸ*, 1. *causa et ratio alicujus rei aut facti.* Act. XIX, 40. *μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος* cum nulla subsit causa idonea hujus concursus. *Xenoph. Cyrop.* V, 3. 20. *Hellen.* VII, 3. 5.

2. *crimen civile et capitale, culpa, causa supplicii.* Luc. XXIII, 4. *οὐδὲν εὑρίσκω αἴτιον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ* nullum morte dignum crimen in ipso deprehendo. ib. v. 14. *αἴτιον, ὧν κατηγορεῖτε κατ' αὐτοῦ.* v. 22. *οὐδὲν αἴτιον θανάτου. Phavor.* Αἴτιον· Ἰστέον δὲ, ὅτι *αἴτιον ἀεὶ παρ' Ὁμήρῳ τὸ τὴν αἰτίαν τοῦ γινομένου ἔχον. οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον καὶ ἐπὶ ὑπευθύνων τὴν λέξιν τιθέασιν κ. τ. λ.*

ΑΙ″ΤΙΟΣ, *ίου, ὁ*, (ab adjectivo *αἴτιος, ία, ον*, quorum unumquodque substantive adhibetur) duas maxime notiones habet apud Scriptt. Gr. pro diversa substantivi *αἰτία* significatione.

1. *qui in culpa est, criminis reus:* v. c. *Homer. Iliad.* I, v. 153. XIII, v. 111. *Phavor. αἴτιος παρ' Ὁμήρῳ λέγεται ὁ αἰτιατέος καὶ μεμπτέος καὶ ὁ ὑπὸ μέμψιν καὶ αἰτίασιν κείμενος.* Idem tradit *Eustathius*, cujus verba laudat *Wetstenius* N. T. T. I. p. 810.

2. *qui causa est alicujus rei, auctor.* In hoc sensu semel legitur in N. T. Hebr. V, 9. *αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου* est et manet omnibus veris Christianis felicitatis æternæ auctor; quo nomine cap. II, 10. *ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας* vocatur. Confer, quem *Carpzov.* in Observatt. Philonianis ad h. l. laudat, *Eunapium* in Ædes. pag. 37. *ὁ τῶν κακῶν ἁπάντων αἴτιος ἦν Ἀβλάβιος. Herodian.* II, 2. 12. *αἴτιος τοῦ τοιούτου θανάτου. Joseph.* A. J. VIII, c. 1. *σωτηρίας αἴτιος γεγενημένος* qui sæpius salutis ipsius auctor fuerat. 2 Maccab. IV, 47. *τῆς ὅλης κακίας αἴτιον.* XIII. 4. Semel legitur apud Alex. apud quos *αἴτιός εἰμι* Hebraico סָבַב 1 Sam. XXII, 22. respondet. *Hesych. ποιητὴς, κτιστής. Etymol. M. ὁ τὴν αἰτίαν τουτέστι τὴν ἀφορμὴν δούς.* Ex utroque vero hausit sua *Phavorinus.* Vide et *Wetstenium* N. T. T. II, p. 402.

ΑΙ′ΤΙ′ΩΜΑ, *τος, τό.* Vide supra ad *αἰτίαμα* dicta.

ΑΙ′ΦΝΙ′ΔΙΟΣ, *ίου, ὁ, ἡ, repentinus, subitus, improvisus, ex improviso adveniens*, i. q. *ἀπροσδόκητος*, (ab *αἴφνης* adv. *subito, repente*, et hoc ab *ἄφνω*, quod per syncopen et apocopen ponitur pro *ἀφανῶς*). Luc. XXI, 34. *καὶ αἰφνίδιος* (nonnulli codd. habent adverb. *αἰφνιδίως*) *ἐφ' ὑμᾶς ἐπιστῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη* et vos dies ille inopinatus opprimat. 1 Thess. V, 3. *τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος* repentinum ipsis exitium imminebit. Sapient. XVII, 15. *αἰφνίδιος γὰρ αὐτοῖς καὶ ἀπροσδόκητος φόβος ἐπῆλθεν.* 3 Macc. III, 24. *Thucyd.* II, 61. *τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον.* VIII, 28. *προσβαλόντες τῷ Ἰάσῳ αἰφνίδιοι.* Confer *Fischer.* ad *Æschin. Socrat.* Dial. III, §. 2. p. 98. et *Wetstenium* ad N. T. T. II, p. 306. *Phavorin. αἰφνίδιον· τὸ ἐξαίφνης, παρὰ τὸ ἀφανὲς, ἀφανίδιον καὶ ἐν συγκοπῇ αἰφνίδιον. Hesych. αἰφνιδίως· ἐξάπινα.*

ΑΙ′ΧΜΑΛΩΣΙ′Α, *ας, ἡ*, 1. *captivitas quæcunque, in quam quis abducit alium; vel ab alio abducitur*, inprimis ea, in quam *bello victi abducebantur*; ab *αἰχμὴ*, quod non solum *cuspidem hastæ* et *ipsam hastam*, sed etiam *arma omnis generis* (*Ælian.* V. H. VI, 14.) *prælium* adeo, *pugnam* et *bellum* significat, et *ἁλόω* seu *ἁλίσκω capio.* Apoc. XIII, 10. *εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει* in captivitatem abducendus est. In versione Alexandrina Hebr. שְׁבִי Deut. XXVIII, 41. et גּוֹלָה Ezech. I, 1. respondet.

2. abstracto posito pro concreto: *turba captivorum, bello capti, hostes victi, qui captivi ducuntur*, vel proprio, vel metaphorico sensu: ut Hebr. שְׁבִי Num. XXI, 1. XXXI, 12. 19. Ps. LXVIII, 19. et גּוֹלָה Ezech. III, 11. 15. XI, 24. 25. Ephes. IV, 8. *ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν* per triumphum duxit hostes devictos; ubi per *αἰχμαλωσίαν* omnes adversarii religionis Christianæ intelligendi sunt. Apoc. XIII, 10. *εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει* qui congregavit captivos. 1 Macc. IX, 70. *καὶ ἀποδοῦναι αὐτοῖς τὴν αἰχμαλωσίαν.* v. 72.

ΑΙ'ΧΜΑΛΩΤΕΥ'Ω, fut. εὑσω, (ab eodem themate)

1. *captivum facio* vel *abduco*, i. q. αἰχμαλωτίζω. Sæpius hæc vox in versione Alexandrina est obvia, ubi Hebr. שָׁבָה 1 Sam. XXX, 3. 5. 1 Regg. VIII, 50. 2 Regg. VI, 22. — גָּלָה in Piel et Hiphil Ezech. XXXIX, 23. Amos, I, 5. — נָהַג 1 Sam. XXX, 2. et לָקַח Job. I, 15. 17. respondet.

2. *per triumphum duco hostes devictos*, vel proprie, vel metaphorice, ut שָׁבָה Ps. LXVIII, 19. Ephes. IV, 8. Confer supra sub αἰχμαλωσία.

3. in universum metaphorice: in *durissimam servitutem redigo, subjicio imperio meo.* 2 Tim. III, 6. αἰχμαλωτεύοντες τὰ γυναικάρια, h. e. subjiciunt sibi mulierculorum animos, ita, ut plane ab earum nutu pendeant, et summum iis obsequium præstent, et omnia earum verba quasi e tripode dicta colant. *Hesych.* αἰχμαλωτεύσας· προνομεύσας. Idem *Phavorinus.*

ΑΙ'ΧΜΑΛΩΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, (vox, quæ sine dubio in numero eorum verborum ponenda est, quæ Macedonum Alexandrinorumque ingenia finxerunt, repudiata propterea a *Phrynicho* p. 192. ed. *Pauw.* et *Thom. M.* qui, αἰχμάλωτον ποιῶ καὶ αἰχμάλωτος γίνομαι, scribit, Ἀττικοὶ λέγεσιν· αἰχμαλωτίζω δὲ καὶ αἰχμαλωτίζομαι καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τέτων χρόνοι ἀδόκιμοι παρ' αὐτοῖς. Confer *Fischer.* Prolus. XXXI, *de Vitiis Lexicorum N. T.* p. 7.

1. *captivum duco, in captivitatem trado.* αἰχμαλωτίζομαι *captivus fio, abducor et abstrahor.* Luc. XXI, 24. καὶ αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη per omnes gentes exsulabunt. 1 Macc. cap. X, 33. *Hesych.* αἰχμαλωτίζοντα· εἰς δελείαν ἄγοντα μετὰ βίας. Hebraico שָׁבָה respondet in versione Alexandrina 1 Regg. VIII, 46. Ies. XIV, 2. Ezech. XII, 3.

2. metaphorice: *in servitutem redigo, subjicio imperio, libertatem voluntatis eripio.* Rom. VII, 23. καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας quæ me tyrannidi vitiositatis subjicit.

3. tropice: *privo aliquid vi, potestate et effectu, irritum reddo.* 2 Cor. X, 5. καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα et irrita reddimus omnia prava adversariorum consilia contra religionem Christianam inita. Non recte sensum hujus loci assequutus esse videtur *Phavorinus:* αἰχμαλωτίζοντες ἀντὶ τοῦ αἰχμαλώτες ἐκ τῆς τῶ πονηρῶ τυραννίδος λαμβάνοντες, ἀπὸ δελείας εἰς ἐλευθερίαν. Καὶ ὁ Ἀπόστολος, αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τῶ Χριστῶ: ad quem locum confer *Ernesti* notas p. 10.

ΑΙ'ΧΜΑ'ΛΩΤΟΣ, ε, ὁ, ἡ, proprie:

1. *bello captus hasta vel armis, captivus. Hesych.* αἰχμάλωτον· αἰχμῇ ληφθέντα, τὸν ἐκ πολέμε λαμβανόμενον. Apud Alex. respondet τῷ שׁוֹבֶה Ies. XIV, 2. — שְׁבִיָּה Ies. LII, 2. — et שׁוֹלָל Job. XII, 17. 19.

2. metaphorice: *miser et afflictus.* Luc. IV, 18. κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν ad annunciandam captivis (miseris) libertatem (liberationem) ab his afflictionibus; ubi tamen αἰχμαλώτους alii de iis interpretantur, qui in servitute peccati tenentur.

ΑΙ'Ω'Ν, ῶνος, ὁ. Vox hæc, prout in N. T. occurrit, respondet Hebraico עוֹלָם, cujus varias significationes accepit. In universum utrumque *quodvis temporis spatium* s. *longius* s. *brevius, vel olim præterlapsum, vel præsens, vel adhuc futurum, integram durationem, accommodatam nempe rebus et personis, de quibus sermo est,* significat, ita tamen, ut etiam *res et personas durantes, res in tempore factas* seu *existentes* per metonymiam adjuncti complectatur. Ad hanc universam notionem referri possunt omnes ac singulæ variæ hujus vocis in N. T. significationes, quæ perspicuitatis et ordinis causa ita constituendæ sunt.

1. *certum tempus longum et diuturnum, diuturna duratio,* ad imitationem Hebraici עוֹלָם (Genes. XVII,

7. 13. 19. ubi institutum circumcisionis, quod tamen ad Messiæ usque tempora durare debebat, בְּרִית עוֹלָם vocatur. Exod. XIX, 9. XXI, 6.) Matth. XXI, 19. *μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα* ne amplius in te fructus crescant. Joh. VIII, 35. *ὁ δοῦλος οὐ μένει εἰς τὸν αἰῶνα ἐν τῇ οἰκίᾳ, ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα* servus in domum non habet jus perpetuum, sed filius. ibid. XIV, 16. *ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα* ut vobis per omnem vitam vestram adsit. Adde Ps. CIV, 5. et Baruch. III, 20. Agnoscunt etiam Græci Scriptores hanc vocis *αἰὼν* significationem. Sic, ut hoc utar, *ὀὶ αἰῶνος βασιλεύοις* fuit olim formula, fausta quævis apprecandi regibus, qua maxime cives et subditi sub initio sermonis et epistolæ utebantur. *Ælian.* V. H. I. c. 32.

2. *vita ipsa hominis, ætas, omne spatium, quo hominis vitam et durationem metimur, vitam humanam a primo ortu ad interitum usque circumscribens, ὁ τῶ ἀνθρώπω βίος*, ut Schol. *Homer. Iliad.* V, v. 685. explicavit. Hæc significatio obtinet tantum in locis his: Matth. XII, 32. *οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι* neque in hac vita. Matth. XXVIII, 20. *ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος* per omnem vitam vestram vobis adero auxilio meo. Nam quæ vulgo huc referuntur loca, Marc. IV, 19. 2 Timoth. IV, 10. aliena sunt. Eo frequentius reperitur hic usus loquendi in Scriptoribus Græcis. *Homer. Iliad.* IV, 478. *μινυνθάδιος δέ οἱ αἰών. Eurip. Phœniss.* v. 1545. et 1558. Alia loca dedit *Abresch.* ad *Æschylum* pag. 436. et *Foësius Œconom. Hippocrat.* p. 10. *Suidas αἰὼν δὲ καὶ ὁ παρὼν βίος. Hesych. ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων, ὁ τῆς ζωῆς χρόνος.* His adde usum similem vocis עוֹלָם 1 Sam. XXVII, 12. Job. XL, 23. Exod. XIX, 9.

3. *homo alicujus ætatis.* Ephes. II, 7. *ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις* hominibus futurarum ætatum: nam præpositio *ἐν*, ut infra demonstrabitur, ex Hebraismo *πλεονάζει*.

4. addito vel pronomine demonstrativo *ὅτος*, vel adverbio *νῦν*: *omnes res externæ ad vitam hac in terra pertinentes*, maxime *divitiæ, voluptates externæ* et alia hujus generis. Matth. XIII, 22. *ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου* anxiæ rerum terrenarum curæ. Marc. IV, 19. *αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος*, ubi pro *αἰῶνος* Codex Cantabrig. e glossemate habet *βίου*. Luc. XVI, 8, *οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου* homines, qui res terrenas tantum curant. 2 Tim. IV, 10. *ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα* nimio rerum terrenarum amore abreptus. Fortasse et Hebraicum עוֹלָם olim hanc significationem habuit, ut colligi posse videtur ex Eccles. IX, 6.

5. *ingenium ætatis, vivendi ratio, mores et studia singularum ætatum*, sive in bonam, sive in malam partem, frequentius autem in posteriorem, plane, ut Latinorum *sæculum* (*Tacitus* de moribus Germanorum cap. 19.) Rom. XII, 2. *μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ* nolite pravos hujus sæculi imitari mores. 1 Cor. II, 6. *σοφίαν δὲ ἐκ αἰῶνος τούτου* non sapientia, quæ jam dici et æstimari solet inter homines hujus ætatis. ibid. *ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου* principes Judæorum dicuntur, quatenus exemplum præeunt, die den herrschenden Ton angeben, *to assume the tone of command*, coll. v. 8. Galat. I, 4. *ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ* a vitiositate, quæ inter homines hujus ætatis esse et dominari solet. Ephes. II, 2. *κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου* convenienter moribus hujus sæculi agentes. Confer *Suicer. Thesaur. Eccles.* Tom. I, p. 143. Hinc

6. *ὁ αἰὼν* interdum *homines ipsi vitiosi et perversi alicujus sæculi* seu *ætatis* dicuntur, v. c. 2 Cor. IV, 4. *ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου* Satanas quem colunt seu imitantur impii et ejus voluntati obediunt. Ephes. VI, 12. ubi dæmones dicuntur *κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου* sensu eodem.

7. partim *totum systema rerum creatarum, universum*, partim *mundus, orbis terrarum* in N. T. vel *οἱ αἰῶνες* vel in singulari *ὁ αἰών* dicitur. Prioris modi loquendi exempla exhibent loca hæc: Hebr. I, 2. *δι' ἧς καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε* cujus ministerio et usus est in creatione universi. Hebr. XI, 3. *κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ* voluntate divina productum esse universum rerum creatarum. 1 Tim. I, 17. *τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων* regi hujus universi. Commode ex hac ipsa significatione explicatur formula *πρὸ τῶν αἰώνων ante mundum conditum, ab æterno*, quæ legitur 1 Cor. II, 7. coll. 2 Tim. I, 9. Tit. I, 2. Unde Deus, conditor hujus universi, non solum a judaicis Scriptoribus vocatur רִב עוֹלָמִים, sed etiam Arabicis رب العالمين dicitur.—Posterioris loquendi usus argumenta peti possunt e locis sequentibus: Matth. XXIV, 3. *καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος*, et interitus mundi. 1 Cor. I, 20. *ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου*; ubi tamen verba *τοῦ αἰῶνος τούτου* æque superflua videntur ac in loco 1 Tim. VI, 17. verba: *ἐν τῷ νῦν αἰῶνι* post *πλουσίοις*. Eodem sensu עוֹלָם adhibetur Eccles. III, 11. Confer *Fesselii* Adversaria Sacra p. 199. et *Carpzov.* Exercitt. Philon. in Epistolam ad Hebræos p. 12. seq. Huc vero pertinent etiam formulæ: *ἀπ' αἰῶνος, ἀπὸ τῶν αἰώνων* et *ἐκ τοῦ αἰῶνος, inde a mundo, olim, ab antiquissimis inde temporibus.* Luc. I, 70. *τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ* qui olim vaticinati sunt. Joh. IX, 32. *ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη* post homines natos non auditum est; ubi vid. *Wetstenius.* Act. III, 21. Coloss. I, 26. *τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν* absconditum, ex quo homines fuerunt. Quibus in locis respexisse arbitror auctores sacros formulam Hebraicam מֵעוֹלָם Genes. VI, 4. Jos. XXIV, 2. Ies. LXIV, 3. quanquam formulam *ἐξ αἰῶνος* eodem sensu *Ælianum* V. H. XII, 27. 64. *Diod. Sic.* I, 1. et *Longinum* de Sublimitate 34. usurpasse satis constat.

8. *futurum tempus quodcunque.* Joh. X, 28. *οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα* et nunquam infelices erunt. ib. IV, 14. VIII, 51, 52. XI, 26. XIII, 8. 1 Cor. VIII, 13. in quibus locis formula: *οὐ μὴ εἰς τὸν αἰῶνα* per *nunquam* vertenda est, et idem valet, quod Græcorum *οὐδέποτε* et *οὐδεπώποτε*. Eundem sensum habet formula: *μὴ* (*οὐκ, μηκέτι*) *εἰς τὸν αἰῶνα*, in locis Matth. XXI, 19. Marc. III, 29. XI, 14. obvia. Utraque enim respondet Hebraico: בַּל לְעוֹלָם et לֹא לְעוֹלָם Prov. X, 30. Ps. LV, 23.

9. *æternitas, duratio omnis*, sive sit *initii*, sive *finis expers.* De duratione, finis experte, usurpatur ad imitationem Hebraici עוֹלָם (Ps. XC, 2. CIII, 17.) Matth. VI, 13. *ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας* celebretur in æternum. Luc. I, 33. Joh. VI, 51. 58. *ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα* æterna felicitate beabitur. ibid. XII, 34. Rom. I, 25. IX, 5. XI, 36. 2 Cor. IX, 9. Gal. I, 5. *ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* 2 Petr. III, 18. *καὶ εἰς ἡμέραν αἰῶνος.* Apoc. I, 6. et alibi. Siracid. XVIII, 1. De duratione, initii experte, legitur (ut עוֹלָם Psalm. XXV, 6. XCIII, 2.) Act. XV, 18. *γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ* consilia et decreta divina sunt æterna. Ephes. III, 9. *τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν Θεῷ* quæ ab æterno latuit quasi in mente divina. ib. v. 11. *κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων* pro benigna ejus et æterna voluntate. Nunquam autem, (si recte memini,) *αἰὼν* vel *αἰῶνες* in N. T. *æternitatem absolutam* seu *durationem et finis et initii expertem* notat. Cæterum æternitatis notionem in hac voce interdum latentem probavit jam *Aristoteles* lib. 1. Cœl. c. 9. ex etymologia *ἀεὶ εἶναι*, et post eum *Phavorinus.*

10. *αἰῶνες κατ' ἐξοχὴν tempus V. T.* seu *œconomiæ Mosaicæ* notat. 1 Cor. X, 11. *ἐφ' οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε* qui vivimus tempore N. T.

quo plane abrogata est œconomia Mosaica; et Hebr. IX, 26. ἐπὶ τῇ συντελείᾳ τῶν αἰώνων sensu eodem. Restant denique illa loca, in quibus N. T. Scriptores ex usu loquendi judaico de duplici sæculo, seu, secundum alios, de duplici mundo loquuntur, de αἰῶνι τούτῳ et de αἰῶνι μέλλοντι, de quibus formulis, quæ fuerit olim inter *Witsium* inprimis et *Rhenferdium* vehementer agitata quæstio, docte et perspicue pro more suo exposuit S. V. *Koppius* in *Excurs.* I. ad Epistolam ad Ephesios T. I. N. T. pag. 381. Mihi singula loca diligenter excutienti persuasissimum est, in formula αἰὼν οὗτος (Judæi עוֹלָם הַזֶּה vocant) tantum describi *præsentem rerum humanarum in his terris statum et conditionem.* Hoc enim certissime evincitur locis omnibus, in quibus hæc formula reperitur, v. c. Matth. XIII, 40. οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου. Luc. XX, 34. οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου hujus tantum vitæ homines. 1 Cor. III, 18. Ephes. I, 21. Tit. II, 12. ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. E contrario αἰὼν ὁ μέλλων (s. ἐκεῖνος s. ἐρχόμενος) vel *futuram omnium hominum post resurrectionem conditionem* in universum (quam etiam Judæi עוֹלָם הַבָּא appellabant), vel speciatim *futuram Christianorum in cœlis felicitatem* significat. Hanc in rem maxime notabiles sunt loci Matth. XII, 32. οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι nec in hac, nec in futura vita, h. e. nunquam, plane non. (Similem formulam apud Rabbinos passim obviam esse docuit *Leusden.* de Dialectis N. T. p. 94.) Marc. X, 30. καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον. Luc. XVIII, 30. ib. XX, 35. οἱ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν homines vitæ futuræ. Ephes. I, 21. Hebr. VI, 5. δυνάμεις τοῦ μέλλοντος αἰῶνος vim et efficaciam doctrinæ de futura Christianorum in cœlis felicitate. E quibus locis satis apparet, nunquam in N. T. *mundum hunc* tempora V. T. et *mundum futurum* tempora Messiæ significare, quæ fuit olim plerorumque sententia, a *Koppio* l. l. diligenter examinata. Cæterum omnium optime de hac voce exposuerunt *Fesselius* in *Adversariis Sacris Lib.* III, cap. 2. *Vorstius Philologia Sacra* cap. II. et *Tittmann.* de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis. p. 210.

ΑΙΏΝΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, et αἰώνιος, ία, ον, ut substantivum αἰών, *de quocunque temporis spatio* ita dicitur, ut, quale sit, judicari debeat in singulis locis ex orationis serie et mente scriptoris, rebus adeo et personis, de quibus sermo est. Hinc αἰώνιον in N. T.

1. *dicitur omne, quod fuit superiori tempore, saeculis elapsis, quod est antiquum.* Rom. XVI, 25. χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου quæ olim, elapsis sæculis, haud innotuit. *Theodoret.* ἄνωθεν. *Theophyl.* πάλαι. Eodem sensu in versione Alexandrina Ps. XXIV, 7. 9. πύλαι αἰώνιοι dicuntur. Ps. LXXVI, 4. ὄρη αἰώνια, et LXXVII, 6. ἔτη αἰώνια, in quo posteriori loco verba Hebraica שְׁנוֹת עוֹלָמִים permutantur cum verbis יְמִים מִקֶּדֶם. 2 Tim. I, 9. χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν πρὸ χρόνων αἰωνίων beneficium, quod nobis promissum est ab antiquissimis inde temporibus. Tit. I, 2.

2. *omne, quod est finis expers, maxime id, quod est post hujus vitæ mundique decursum eventurum.* Huc pertinent omnia illa N. T. loca, in quibus formulæ: πῦρ αἰώνιον, κρίσις αἰώνιος, κρίμα αἰώνιον, κόλασις αἰώνιος et ζωὴ (δόξα, σωτηρία) αἰώνιος reperiuntur, v. c. Matth. XVIII, 8. XIX, 16. XXV, 41. 46. Marc. III, 29. Rom. II, 7. 2 Tim. II, 10. Hebr. V, 9. Quemadmodum enim formulis: πῦρ αἰώνιον et seqq. *pœnæ perpetuæ peccatorum, quas impii post hanc vitam luent, sorsque eorum misera futura non interrupta* indicantur, ita opposita formula: ζωὴ αἰώνιος, *perennis felicitatis piorum post mortem status et conditio* significatur, quæ 2 Cor. IV, 17. αἰώνιον βάρος δόξης, Luc. XVI, 9. σκηναὶ αἰώνιοι, Hebr. IX, 15. αἰώνιος κληρονομία et 2 Petr. I, 11. αἰώνιος βασιλεία τοῦ Θεοῦ appellatur.

Ad eandem notionem referenda etiam sunt loca: 2 Cor. IV, 18. ubi τὰ αἰώνια et τὰ πρόσκαιρα sibi invicem opponuntur. Hebr. IX, 12. αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος Christus dicitur, quatenus virtus mortis ejus nullo unquam tempore diminuetur. ib. XIII, 20. διαθήκη αἰώνιος religio Christiana vocatur, quatenus per omne vitæ tempus valebit; de qua fortasse et explicandum erit illud εὐαγγέλιον αἰώνιον Apoc. XIV, 6.

3. *æternum absolute, quod neque initium, neque finem habet.* Rom. XVI, 26. κατ' ἐπιταγὴν αἰωνίου Θεοῦ, ubi tamen Θεὸς dici videtur ideo magis αἰώνιος, quia ab æterno hominibus religionem Christianam destinaverat. Heb. IX, 14. διὰ πνεύματος αἰωνίου per æternitatem suam, aut per vitam suam æternam. coll. VII, 16. 24.

4. *duraturum, perenne, quod sui finem et initium agnoscit.* Philem. v. 15. ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς ut eo diutius, h. e. per totam vitam, eo fruaris. Genes. XVII, 7. 13. Exod. XXXI, 17. Ies. LIV, 8. Eodem modo *æternus* sumitur apud Latinos Scriptores, v. c. apud *Cic.* Catil. IV, c. 5. " Sic homo lenissimus non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculisque mandare." *Ovid. Trist.* V, 2. 15. æterna tabe. Ponto I, 2. 126. æterna civica bella. *Cicer. pro Fonteio* c. 17. ignis æternus. *Horat.* I. Ep. X, 42. serviet æternum, quia parvo nesciet uti.

Ἀκαθαρσί'α, ίας, ἡ, proprie 1. sensu physico: *sordes, fœditas, impuritas, immundities rerum externarum et corporalium.* Matth. XXIII, 27. ἔσωθεν δὲ γέμουσιν πάσης ἀκαθαρσίας intus plena sunt fœditate. (ex α priv. et καθαίρω *purgo.*) Hinc in versione Alexandrina sæpe Hebraico טֻמְאָת Levit. V, 3. 5. Num. XIX, 13. 2 Sam. XI, 4. etiam interdum τῷ נִדָּה 2 Chron. XXIX, 5. respondet. Deinde, quemadmodum apud Græcos Scriptores ἀκαθαρσία *omnis dictorum factorumque spurcitia* dicitur, ita etiam in N. T. ad imitationem Hebraici טֻמְאָת Ezech. XXXVI, 25. 29. XXXIX, 24. eadem vox de impuritate morali, quæ per peccata contrahitur, usurpatur et

2. *quamlibet animi morumque pravitatem et perversitatem, omnem improbitatem mentis ac vitæ* notat. Rom. VI, 19. ubi synonymum ponitur ἀνομία et utrique opponitur δικαιοσύνη. 1 Thess. II, 3. οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας non improbis consiliis, coll. v. 5. et 6. ibid. IV, 7. οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ hac enim conditione Deus nos regni sui cives adscivit, ut vitiositati renuntiaremus et sanctitati studeremus. 3 Esdr. I, 41.

3. *illicita libido venerea, veneris nefandæ flagitia, scortatio et adulterium.* Rom. I, 24. εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ad summam lasciviam, ut fœdentur adeo corpora ipsa per semet ipsos. 2 Cor. XII, 21. ἀκαθαρσία cum πορνείᾳ et ἀσελγείᾳ conjungitur. Galat. V, 19. Ephes. IV, 19. *Hesych.* ἀκαθαρσία· πορνεία. *Suid.* πορνεία· ἀκαθαρσία, μιαρία.

Ἀκαθα'ρτης, τητος, ἡ, per syncopen pro ἀκαθαρότης, *impuritas, immunditia.* Vox hæc, in *Stephani* Thesauro L. Gr. omissa, semel tantum legitur in N. T. Apoc. XVII, 4. καὶ ἀκαθάρτητος τῆς πορνείας αὐτῆς et immunditia scortationis suæ, pro ἀκαθάρτου πορνείας· ubi tamen in plerisque codd. legitur τὰ ἀκάθαρτα τῆς πορνείας, quæ verba, quæ mihi quidem merum glossema esse, et ob præcedens γέμον ne quidem locum habere posse videntur, *Griesbachius* in textum recepit, præeunte *Wolfio* in Curis Philologicis T. IV, p. 573. seq.

Ἀκά'θαρτος, ε, ὁ, ἡ, 1. proprie res et persona dicitur *immunda, impura,* physice scilicet, ratione sordium, externe adhærentium, qua tamen notione hæc vox in N. T. non legitur.

2. de *impuritate legali et levitica* usurpatur, ita, ut ἀκάθαρτον *omne* dicatur, *quod tanquam immundum in V.*

T. prohibitum fuit, omnis res per leges rituales Mosaicas interdicta et prohibita. Sic v. c. in V. T. certa ciborum genera, cadavera hominum ac bestiarum טָמֵא (cui *ἀκάθαρτον* in vers. Alex. respondet) dicebantur, quorum usus lege Mosaica interdictus fuit, aut quæ tangere nefas erat; v. c. Levit. V, 2. XX, 25. homo adeo ipse טָמֵא vocabatur, qui a congressu Judæorum arcebatur et se polluerat usu rerum, lege Mosaica interdictarum. Levit. XI, 25. XIII, 45. 46. Actor, X. 14. *οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον* nunquam comedi aliquid profani et impuri. ibid. v. 28. *μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον* nullum hominem profanum et impurum habendum esse; ubi *ἄνθρωπος ἀκάθαρτος* is dicitur, a cujus familiaritate sibi plane abstinendum esse Judæi credebant. ibid. XI, 8. *κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον οὐδέποτε εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου.* Apoc. XVIII, 2. Hinc factum est, ut

3. *ἀκάθαρτος* omnino *paganus, alienus a cultu veri Dei* diceretur in N. T. aut, respectu Christianorum maxime habito, *qui non pertinet ad Christianorum cœtum, ad sanctum Dei populum.* 1 Cor. VII, 14. *ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστι, νῦν δὲ ἁγιά ἐστιν* alioquin et liberi vestri remoti essent a societate Christianorum, ad quam tamen nunc pertinent. 2 Cor. VI, 17. *καὶ ἀκαθάρτε μὴ ἅπτεσθε* cum paganis versari nolite. Ies. LII, 1. עֲרֵל וְטָמֵא.

4. *impius, pravus, perversus, vitiorum quasi sordibus inquinatus.* Ita etiam Hebr. טָמֵא usurpatur Job. XIV, 4. Ies. XXXV, 8. Hinc in haud paucis N. T. locis dæmones *πνεύματα ἀκάθαρτα* appellantur, non quod inter sepulcreta, loca immunda versari olim a Judæis credebantur, quæ fuit quorundam opinio, sed ad voluntatem eorum pravam, atque veritati mentique div. inimicam indicandam; unde in aliis locis N. T. *πνεύματα πονηρὰ* (Luc. VII, 21.) vocantur. E multis locis quædam tantum nominasse sufficiat. Matth. X, 1. *ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων*, coll. Luc. IX, 1. *ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια.* Marc. I, 26. coll. Luc. IV, 35. VIII, 29. IX, 42. Act. V, 16. VIII, 7. Apoc. XVIII, 2. Siracid. XL, 15. *Suidas* et ex eo *Phavor. ἀκάθαρτος· ἁμαρτητικὸς — ἀκάθαρτός γε τὴν ψυχὴν ὅγε κακός· καθαρὸς δὲ ὁ ἐναντίος.*

5. *impudicus, libidinosus.* Ephes. V, 5. *ὅτι πᾶς πόρνος ἢ ἀκάθαρτος κ. τ. λ.* Sic *impurus* apud Latinos Scriptores, v. c. *Cic. Orat.* II. in Catilinam c. 10. Philipp. III, 14.

ΑΚΑΙΡΕ΄ΟΜΑΙ, ῶμαι, proprie: *opportunitate temporis destituor, non habeo occasionem,* (ab *α* priv. et *καιρὸς tempus opportunum.*) Sed in N. T. latius patet et omnino notat: *viribus, facultate alicujus rei perficiendæ destitui.* Philipp. IV, 10. *ἠκαιρεῖσθε δὲ* sed facultate destituebamini idonea. *Grotius* mire: non data est vobis occasio. Confer *Stephani Thesaur. L. G.* T. II. p. 12. sub *εὐκαιρέω.*

ΑΚΑΙ΄ΡΩΣ, Adv. *intempestive, tempore non opportuno.* Legitur tantum 2 Tim. IV, 2. *ἐπίστηθι εὐκαίρως ἀκαίρως* insta tempestive et intempestive, h. e. quovis tempore et loco; infirmo v. c. corpore, vel in vinculis, aut alia aliqua imminente tempestate. Verba Pauli enim proverbialiter dicta mihi videntur, ita, ut nec prohibeatur prudentia, nec commendetur imprudentia. Confer *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I, p. 146. *Anthol.* II, 47. 4. *μετὰ στάχυν ὄμβρος ἄκαιρος.* et VII, 148. *μοιχὸν ἴσως εὗρηκεν ἀκαίρως κεῖνος εἰσελθών.*

ΑΚΑΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie de *animantibus innoxiis* et *fraudis omnis expertibus* dicitur, v. c. de columbis, *Epiphan.* Hæres. 35. — de agnis, Jerem. XI, 19. (ab *α* priv. et *κακὸς noxius, dolosus.*) Deinde ad homines translatum

2. *eum* notat, *qui est ingenuæ simplicitatis, qui, ut ipse est minime malus, nec ab aliis mali quid suspicatur, adeoque facile decipi potest.* Hanc notionem Paulus respexit Rom. XVI,

18. ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων: ubi ἄκακος Hebr. פֶּתִי respondere videtur, quo etiam usi sunt Alex. Prov. I, 4. 22. VIII, 5. XIV, 15. *Phavor.* ἄκακοι· οἱ ἁπλέστεροι. Confer *Ruhnken.* ad *Glossarium Tim. Plat.* p. 11.

3. *integer vitæ scelerisque purus, perfectus, omnis vitiositatis expers.* Hebr. VII, 26. ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος. In vers. Alex. Job. II, 3. VIII, 20. Hebr. תָּם respondet. Eleganter de hac voce exposuit *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 147. et *Wetstenius* ad *N. T.* T. II, p. 99.

ἌΚΑΝΘΑ, ης, ἡ, *spina, vepres, sentis*; ita dicta ab ἀκὴ *cuspis, acies*, latissime patet apud Graecos, ita, ut tam de *arbore spinosa*, quam de *herba*, de *virgulto, quod aculeis est plenissimum*, æque ac *loco sentibus obsito* dicatur, ut jam *Salmasius Exercitatt. Plinianis* p. 529. et in *Exercitt.* de *Homonym. Hyles Iatr.* c. 2. docte demonstravit. Matth. VII, 16. συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὴν ubi de virgulto explicandum est. Matth. XIII, 7. ἐπὶ τὰς ἀκάνθας. *Syrus:* ܒܝܬ ܟܘܟܐ in locum spinarum. Ib. 22. Joh. XIX, 2. στέφανος ἐξ ἀκανθῶν. coll. Matth. XXVII, 29. *Pearce* in *Commentario* in *Evangelistas*, Anglice scripto, ἀκανθῶν h. l. non ab ἄκανθα deducit, sed ab ἄκανθος (*acanthus*, Bärenklau, *the herb Acanthus, or Bear's-foot*,) derivare mavult. Hebr. VI, 8. ἀκάνθας καὶ τριβόλους. In vers. Alex. vocibus Hebraicis קוֹץ 2 Sam. XXIII, 6. Ps. CXVIII, 12. הָדֶק Prov. XV, 19. הוֹח Hos. IX, 6. et שַׁיִת Ies. V, 6. VII, 23. 24. respondet.

ἈΚΑ΄ΝΘΙΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *spineus, ex spinis factus et contextus*, ab ἄκανθα. Bis legitur in N. T. de corona spinea, a militibus Romanis capiti Christi imposita, quæ Marc. XV, 17. Joh. XIX, 5. ἀκάνθινος στέφανος vocatur, de qua varias variorum sententias collegit *Wolfius* in *Curis Philol.* in N. T. Tom. I, p. 402. *Phavorinus*, ad N. T. loca respiciens, ἀκάνθινος· ἐξ ἀκανθῶν, ἀκάνθινος στέφανος.

ἌΚΑΡΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. *infructuosus, sterilis, qui nullos fructus fert.* (ex α priv. et καρπὸς *fructus.*) Judæ v. 12. δένδρα φθινοπωρινὰ, ἄκαρπα similes arboribus aridis et infructuosis. Damnavit quidem hanc vocem, ut minus Græcam, *Thomas M.* Ecl. p. 385. ed. *Bernard.* sed ejus bonitatem vindicarunt ibi interpretes.

2. metaphorice ἄκαρπος dicitur *omnis, qui non præstat id, quod præstare debet; qui nullam utilitatem, nullum fructum affert, iners.* 1 Cor. XIV, 14. ὅδε νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι, h. e. si ego afflatu Sp. S. in conventibus publicis preces facio lingua peregrina, ita, ut Deus mihi et ideas et verba suppeditet, mens mea non ipsa excogitat, quæ lingua profert, seu iners manet. Matth. XIII, 22. καὶ ὁ λόγος ἄκαρπος γίνεται et doctrina usum suum exserere non valet. Marc. IV, 19. Hinc in N. T. ἄκαρπος speciatim *is* dicitur, *qui non convenienter sentit et agit religionis Christianæ præceptis, adeoque fructum ejus perdit.* Tit. III, 14. 2 Petr. I, 8. Sapient. XV, 4. σκιαγράφων πόνος ἄκαρπος. *Plutarch. Philopœm.* c. 4. ἄκαρπος λαλιὰ loquacitas inutilis.

3. *noxius, perniciosus.* Ephes. V, 11. μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους ne indulgeatis sceleribus, quibus gentiles se miseros reddunt. Adjectiva enim negantia sæpe contrarium eo fortius affirmant. Sap. XV, 4.

ἈΚΑΤΑ΄ΓΝΩΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie 1. *qui condemnari nequit sensu forensi.* ex α priv. et καταγινώσκω *decerno adversus aliquem, condemno.* 2 Maccab. IV, 47. ἀπελύθησαν ἂν ἀκατάγνωστοι.

2. *irreprehensibilis, in quem reprehensio nulla cadit*, i. q. ἀνεπίληπτος. Semel legitur in N. T. Tit. II, 8. λόγον ἀκατάγνωστον sermonem in quo nihil est, quod reprehendi et culpari

queat. *Hesych.* ἀκαταγνώστως· ἀνεπιλήπτως.

ἈΚΑΤΑΚΑ΄ΛΥΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *non opertus, non velatus, non tectus*, ex α στερητικῷ et κατακαλύπτω *tego*. Tantum legitur in N. T. 1 Cor. XI, 5. ἀκατακαλύπτῳ κεφαλῇ non operto capite; et v. 13. γυναῖκα ἀκατακάλυπτον τῷ Θεῷ προσεύχεσθαι mulierem non velatam ad Deum preces mittere. *Polyb.* XV, 25. τὴν γὰρ Δανάην—ἐλκύσαντες ἀκατακάλυπτον. Alia loca collegit *Wetstenius* in notis ad N. T. T. II, p. 145. Similis vox est ἀκάλυπτος, quæ Levit. XIII, 45. Hebraico פָּרוּעַ in vers. Alex. respondet, et de capite apud *Plutarchum* in *Cat. min.* c. 5. usurpata reperitur. Lectu digna ad utrumque Pauli locum protulit *Dietericus* in Lexico Philologico N. T. p. 68.

ἈΚΑΤΑ΄ΚΡΙΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *indemnatus, cui indicta causa pœna infligitur, cujus causa in foro vel plane non, vel non satis cognita est*, quem Latini *indefensum* et *inauditum* vocant: ex α priv. et κατακρίνω, quod interdum pro simplici κρίνω ponitur. Act. XVI, 37. ἀκατακρίτους indicta causa. ibid. XXII, 25. In libris apocryphis V. T. adverbium ἀκρίτως eodem sensu usurpatur 1 Macc. II, 37. XV, 33. 35.

ἈΚΑΤΑ΄ΛΥΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *indissolubilis, qui dissolvi et finiri non potest*. Semel legitur in N. T. Hebr. VII, 16. κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου per immutabilitatem suam. *Dion. Hal.* X, c. 31. ἀκατάλυτον κράτος τῆς ἐπαρχίας.

ἈΚΑΤΑ΄ΠΑΥΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *perpetuus, indesinens, finem non habens*; aut passive: *qui sedari et coërceri, qui refrenari et reprimi nequit*, ex α priv. et καταπαύω *sedo, cohibeo*, it. *requiesco*. Semel legitur in N. T. 2 Petr. II, 14. ἀκαταπαύστους (ἀπὸ) ἁμαρτίας qui a libidine venerea coërceri nequeunt — aut, sec. lectionem aliorum codicum, ἀκαταπαύστου ἁμαρτίας intemperantis impudicitiæ. Vocem hanc in hoc sensu haud raro obviam esse apud Scriptores Græcos, (v. c. *Polyb.* IV, 17. ἐν ἀκαταπαύστοις καὶ μεγάλαις στάσεσιν. *Heliodor.* I, 13. ἀκαταπαύστῳ θορύβῳ. *Diod. Sic.* XI, 67. τὴν ὁρμὴν ἀκατάπαυστον.) multis locis ad h. l. *Kypke* et *Elsnerus* docuere.

ἈΚΑΤΑΣΤΑΣΙ΄Α, ας, ἡ, 1. pr. *instabilitas in loco*, seu *crebra loci mutatio*, ex α et κατάστασις, *constitutio in sede sua, status, consistentia*.

2. in universum apud Græcos de *omni re non bene constituta et perturbata, de omni statu et conditione rei instabili et perturbato* dicitur, v. c. *exercitus, civitatis, rei familiaris*, ita, ut etiam interdum *motus turbidos animi, iræ et cupiditatis*, significet, ut docet locus *Diog. Laërt.* VII. S. 110. a καθίστασθαι, quod de eo dicitur, quod est in statu tranquillo, quieto et stabili. Hinc in N. T.

1. notat *turbam bellicam, seditionem, bellum intestinum*. Luc. XXI, 9. ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκαταστασίας cum vero audieritis omnia commisceri bellis ac seditionibus.

2. *perturbatio, ordo nullus, confusio*, ita, ut simul omnia illa mala complectatur, quæ ex altercationibus et dissidiis oriri solent. 1 Cor. XIV, 33. οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς Deus non vult, ut sit perturbatio in conventibus sacris Christianorum. 2 Cor. XII, 20. Jacob. III, 16. ὅπου ζῆλος καὶ ἐρίθεια, ἐκεῖ ἀκαταστασία. Tob. IV, 13.

3. *exilium, vita inquieta, incerta et vaga*, quæ ei tribuitur, qui tempore belli aut persequutionis nullo loco constans permanet, sed vagus et instabilis oberrat. 2 Cor. VI, 5. ἐν ἀκαταστασίαις in exiliis, ut *Schmidius* recte vertit. Est enim, inquit, ἡ ἀκαταστασία, τὸ ἐν ἑνὶ τόπῳ μὴ ἵστασθαι, ἀλλ' ἐξελαύνεσθαι καὶ διώκεσθαι. Alii tamen de *tumultibus* intelligunt, qui contra Apostolos excitabantur.

ἈΚΑΤΑ΄ΣΤΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie: *vagus et instabilis, qui non consistit in uno loco, qui pedibus suis firmiter insistere nequit, vacillat et ad labendum proclivis est*. Hinc in vers. Alex.

Ies. LIV, 11. respondet Hebraico סֹעֲרָה, et a *Symmacho* Thren. IV, 10. נָעָה translatum est *ἀκατάστατοι ἐγένοντο.* Confer *Spicilegium nostrum Thesauri Bieliani* II, p. 6.

2. *inconstans, mutabilis, levis.* Jacob. I, 8. *ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ* inconstans est in omnibus actionibus suis. *Hippocr. de humoribus* Sect. II. p. 18. l. 20. *διόπερ καὶ αἱ ὧραι ἄκριτοι καὶ ἀκατάστατοι γίνωνται.* Vide plura apud *Heisenium* in *Diss. ad Epist. Jacobi* p. 487. seq.

Ἀκατάσχετος, ου, ὁ, ἡ, *infrenis, qui coërceri et domari nequit, incoërcibilis.* ex α priv. et *κατέχειν coërcere, continere intra certos fines.* Jacob. III, 8. *γλῶσσα* dicitur *ἀκατάσχετον κακὸν*, h. e. *malum, cujus vis infringi nequit.* Sic Job. XXXI, 12. *θυμὸς ὀργῆς ἀκατάσχετος* marito tribuitur, cui perfida est uxor. 3 Macc. VI, 17. *Joseph. de bell. Jud.* II, 11. p. 173. ed. *Hav. Diodor. Sic.* XVII, 38. *ἀκατάσχετα ὀάκρυα*, ad quem locum confer *Wesselingium ;* et alia loca veterum collecta in Observatt. Miscell. Amstel. Vol. VI. p. 61. et apud *Wetstenium* in Notis ad N. T. T. II. p. 672.

Ἀκελδαμά. Vox contracta Syro-Chaldaicæ linguæ, ex חֶקֶל (חֲקַל) *demensa terræ pars, ager, et* דְּמָא *sanguis* (*Syr.* ܕܡܐ), *ager sanguinis* seu *ager pretio sanguinis emtus.* Fuit nomen agri, pecunia, qua Judas Christum vendiderat, in sepulturam peregrinorum emti, quem *Hieronymus* in tractatu de locis Hebraicis, testatur monstrari in Ælia ad australem partem montis Sion. Act. I, 19. Ἀκελδαμὰ, *τουτέστι χωρίον αἵματος.* Conf. *Laur. Fabricii reliquias Syras* p. 304. *Th. Crenii Analect. Philol. Crit. Historicorum.*

Ἀκέραιος, ου, ὁ, ἡ. Varias hujus adjectivi etymologias afferunt Grammatici. Alii enim, sed satis jam refutati a *Bocharto Hieroz.* P. II. p. 20. a *κέρας cornu* deducunt, ut sit i. q. *ἀκέρατος, qui est sine cornibus, nec cornibus ferit.* Ita *Etym. M.* ὁ ὑγιὴς—ὁ ἀόργητος καὶ ἀζήλωτος, κυρίως ὁ μὴ θυμούμενος· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν διὰ τῶν κεράτων ἀμυνομένων ζώων. Alii a κεράω, seu usitatiori *κεράννυμι, misceo*, ut proprie *purum, sincerum, immixtum* (*Dioscor.* V, 129. VII, 77. *πᾶς ἀμιγὴς οἶνος καὶ ἀκέραιος*) notet, quorum sententiam jam ab auctore *Etym. M.* notatam video, qui superioribus addit: *ἢ ἐκ τοῦ κερῶ, τὸ μιγνύω, ὁ μὴ κεκραμένος κακοῖς, ἀλλ' ἁπλοῦς καὶ ἀποίκιλος.* Equidem, ut jam aliorum sententias, a *Suicero Thes. Eccles.* T. I. p. 155. collectas, silentio prætereram, assentior *Eustathio*, qui ad *Homeri* Iliad. II, 855. *ἀκέραιος* a *κεραΐζειν lædere, nocere*, deducit, ut adeo proprie

1. et passive eum significet, *qui est illæsus, salvus et intactus manet. Vales.* Exc. ex *Diodor.* p. 273. *τὴν πόλιν καὶ τὰς κτήσεις ἀκεραίους ἔασεν. Joseph.* A. J. V, 1. 15. et active eum notet, *qui neminem lædit, nemini nocet, qui est ab omni dolo ac fraude alienus, hominem ingenuæ simplicitatis, ὁ μή τινα κεραΐζων*, quæ sunt ipsa *Eustathii* verba, seu *ὁ ἁπλοῦς*, ut Scholiastes *Euripidis* Orest. v. 920. interpretatur. In hoc sensu legitur Matth. X, 16. *ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραὶ* simplices ut columbæ. Rom. XVI, 19. *ἀκεραίους εἰς τὸ κακὸν* simplices, ut non fallatis. Additam. Esther. XVI, 4. *Joseph.* A. J. I, 2. 2. *Arrian. Epict.* III, 23. *μεγαλοφυὴς καὶ ἁπλοῦς καὶ ἀκέραιος.*

2. *homo perfectus, integer vitæ scelerisque purus.* Philipp. II, 15. *ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι. Joseph.* A. J. I, 2. 2. *Krebs.* Observ. Flav. p. 331. *Suid. ἀκέραιον· ἄκακον, ὁλόκληρον, καθαρόν. Hesych. ἀκέραιον· ἀνεπίπληκτον*, (legendum est sine dubio *ἀνεπίλημπτον*) *καθαρὸν, ἄκακον.*

Ἀκλινὴς, ές, ὁ, ἡ, proprie 1. *stabilis, non inclinans*, seu *declinans, non vacillans*, de rebus æque ac personis usurpatur, ex α priv. et *κλίνω flecto, inclino. Symmachus* hac voce

usus est Job. XLI, 15. ad Hebraica בַּל־יִמּוֹט. Sed deinde

2. omnino *certus, firmus, constans.* Hebr. X, 23. *κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως ἀκλινῆ*, h. e. firmi et constantes maneamus in spe felicitatis futuræ, quam profitemur. Sic a *Luciano* Encom. *Demosthenis* p. 913. animi magnitudo et constantia in rebus Græcorum turbidis, quam habuerit Demosthenes, *ἀκλινὴς ψυχὴ* vocatur. *Ælian.* V. H. XII, 64. *βασιλείας ἀσφαλοῦς καὶ ἀκλινοῦς ὅμηρον.*

ἌΚΜΑΖΩ, fut. *άσω*, si de plantis ac floribus, arboribus ac vitibus usurpatur, duas notiones habet apud Græcos Scriptores:

1. *vireo, floreo, frondesco. Ælian.* V. H. XIII, 1.

2. *maturus sum* vel *maturesco: Thucyd.* II, 19. *καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος.* unde translatum est *ad eos, qui ætate vigent et ad ætatis robur perveneruntˌ* qui *ἀκμάζοντες* dicuntur. Apoc. XIV, 18. *ἤκμασαν αἱ σταφυλαὶ αὐτῆς* maturuerunt uvæ ejus. Eleganter de hac voce exposuit *Irmisch.* Excurs. ad *Herodian.* I, 3. 3. Tom. I, p. 814. seq. Vide et *Schweighæuserus Lexic. Polyb.* p. 18.

ἌΚΜΗ, ῆς, ἡ, proprie: *mucro, cuspis qua pungitur. Josephus* A. J. VI, 15.

2. *quævis corporum extremitas, summum in aliqua re.* Confer *Jensii Lectt. Lucian.* p. 194.

3. *vigor ætatis et maturitas, status florentissimus alicujus rei. Polyb.* VI, 2. 41. et 49. Confer *Biel.* in *Thesaur. Philol.* s. h. v. Inde est adverbium *ἀκμήν.* Matth. XV, 16. *ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε*, ubi *ἀκμὴν* (elliptice nempe adhibitum pro *κατ᾽ ἀκμήν, in ipso negotii fervore*) aliis vertendum videtur *valde, admodum, plane, omnino*, hoc sensu: *plane etiam vos non intelligentes estis;* alii contra per *adhuc* interpretantur, vertentes: *vosne etiam adhuc* (post tot et tanta scilicet miracula) *insipidi estis?* ut *ἀκμὴν* positum sit pro *κατ᾽ ἀκμὴν τούτου τοῦ χρόνου*, h. e. *ἔτι καὶ νῦν* in ipso hoc temporis articulo sive momento, uti etiam Syrus interpretatus est ܒܗܕ ܙܒܢܐ ܗܢܐ. Neutra quidem explicatio repugnat usui loquendi. Nam *ἀκμὴν* interdum *valde, admodum*, valere, docuit exemplo quodam *L. Bos Ellips. Gr.* p. 445. cui adderem locum *Justini M. Dial. cum Tryphon. Jud.* p. 317. ed. Paris. Longe frequentius autem *ἀκμὴν* usurpatur, ut *adhuc* significet. *Polyb.* I, 13. *Xenoph. de Expedit. Cyr. M.* IV, 3. 19. ubi *Morus* conferendus. *Hesych.* et *Suid. ἀκμήν· ἔτι. Mœris: ἀκμὴν οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν ἀντὶ τοῦ ἔτι, εἰ μὴ μόνος Ξενοφῶν ἐν τῇ Ἀναβάσει. Ἑλληνικῶς δὲ χρῶνται*, adstipulante *Phrynicho.* Cf. etiam Intt. ad *Thom. M.* sub *ἔτι.* Et ita equidem ob omnem orationis seriem explicare mallem Matthæi locum.

ἌΚΝΑΦΟΣ, vide *ἄγναφος.*

ἈΚΟΗ, ῆς, ἡ, 1. *auditio*, i. e. *ipsa audiendi actio.* Matth. XIII, 14. *ἀκοῇ ἀκούσετε* audiendo audietis, pro: *ἀκούσετε*, ex Hebraismo. coll. Ies. VI, 9. Act. XXVIII, 26. 1 Thess. II, 13. *λόγον ἀκοῆς παρ᾽ ἡμῶν·* pro: *λόγον ἀκούομενον*, seu, *ὃν ἠκούσατε, παρ᾽ ἡμῶν.* Hebr. IV, 2. *ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς.* Sirac. XLII, 29. *Polyb.* I, 63. X, 2. — שֵׁמַע Job. XLII, 5.

2. *sensus* seu *facultas audiendi.* 1 Cor. XII, 17. *ποῦ ἡ ἀκοή; εἰ ὅλον ἀκοή, ποῦ ἡ ὄσφρησις;* 2 Petr. II, 8. *βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ κ. τ. λ.*

3. per metonymiam *adjuncti pro subjecto* notat *aurem, cui inest auditus, cujus illa organon est. Suid. ἀκοή· τὸ μέρος τοῦ σώματος. Etym. M. ἀκοὴ — λέγεται καὶ τὸ οὖς ὅλον.* Marc. VII, 35. *καὶ εὐθέως διηνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαί* et statim apertæ sunt ejus aures. Luc. VII, 1. *εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ* coram populo; *Vulg.* in aures plebis. 2 Tim. IV, 3. *κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν* prurientes auribus. ibid. v. 4. *τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσι* aures avertent. Pertinet huc etiam formula: *εἰσφέρειν τί εἰς ἀκοὰς τινὸς inferre aliquid auribus alicujus*, quæ de eo dicitur, *qui aliquid alteri narrat* seu *annunciat.* Act. XVII, 20.

ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν nova et inaudita nobis narras. Frequens est hic hujus vocis usus non solum in plurali, sed et in singulari numero apud Scriptores Græcos v. c. *Polyb.* XV, 27. 10. XXIV, 5. 9. ψιθυρίσας πρὸς τὴν ἀκοήν. *Eurip. Phœn.* v. 1501. *Xenoph. Venat.* I, 8. 7. *Maximus Tyr.* Diss. V, p. 50. ἀκούουσιν αἱ ἀκοαί. Quorum dicendi rationem imitatus esse videtur *Symmachus*, in cujus fragmento hæc vox Hebraico אֹזֶן 1 Sam. XX, 2. respondet.

4. per metonymiam *illud ipsum, quod auditur et auribus percipitur. Pollux Onom.* IV, 17. ἀλλὰ καὶ τὸ ἄκουσμα ἀκοή. Sic. v. c. *fragor, strepitus*, qui longe exauditur, ἀκοὴ dicitur *Homero* Iliad. XVI, 634. Eodem modo ἀκοὴ legitur de *narratione, relatione rerum, quæ olim acciderunt*, apud *Thucyd.* I, 20. Frequentissime autem de *sermone, oratione, doctrina, institutione, quæ fit ore*, usurpatur apud veteres, ut partim *Musgrave* ad *Eurip. Iphig. in Taur.* v. 818. docuit, partim loca N. T. quæ sequuntur, demonstrant. Joh. XII, 38. τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; quis fidem habet orationi nostræ? coll. Ies. LIII, 1. Rom. X, 17. ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς· ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος Θεοῦ atqui igitur fides institutione efficitur, ad institutionem vero opus est mandato divino. Sirac. XXVII, 16. Per metonymiam etiam ἀκοὴ in N. T. non minus, quam in Scriptoribus Græcis

5. *rumor et fama* dicitur. Matth. IV, 24. καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ (pro περὶ αὐτοῦ) et exiit fama de eo; ad quem locum cf. *Krebsii Obss. Flav.* p. 14. sq. ibid. XIV, 1. ἤκουσεν Ἡρῴδης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ ad Herodem fama de Jesu penetravit. ib. XXIV, 6. ἀκοὰς πολέμων rumores bellorum. Marc. I, 28. Multus fuit *Krebsius* l. l. ut ostenderet, hanc vocis ἀκοῆς significationem mere Hebraicam, Græcisque adeo incognitam, et loca, a *Schwarzio* in *Comment. L. Gr. N. T.* p. 42. contra allata, ἀπροσδιόνουσα esse. Et sine dubio respexerunt Scriptores N. T. usum vocum Hebraicarum שְׁמוּעָה et שֵׁמַע in hac significatione sæpius in V. T. obviarum, v. c. 2 Sam. IV, 4. 2 Regg. XIX, 7. Loca vero N. T. supra laudata in mente habuisse *Suidas* videtur, scribens: ἀκοή· ἐστι καὶ ἡ φήμη. Negari tamen non potest, ἀκοὴν sæpe apud Græcos *relationem, narrationem alicujus rei*, cum qua significatione arctissime cohæret *famæ* notio, denotare, et ipsam adeo Latinorum vocem *auditionem* apud *Ciceronem* pro Plancio c. 23. *Jul. Cæs. de B. G.* VII, 42. pro rumore positam esse.

6. *facultas et vis intelligendi et capiendi aliquid.* Hebr. V, 11. ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς nam vos hebetes et stupidi estis.

7. *obedientia*, i. q. ὑπακοὴ, Galat. III, 2. ubi ἀκοὴ πίστεως observatio præceptorum religionis Christianæ, opponitur τοῖς ἔργοις νόμου studio legis Mosaicæ. ib. v. 5. cf. infra sub ἀκούω.

ἈΚΟΛΟΥΘΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *sequor, subsequor*, unde ἀκόλουθος *pedissequus.* Matth. IX, 19. 27. XIV, 13. XXI, 9. οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες et præcedentes non minus quam subsequentes, ibid. XXVI, 58. Marc. XIV, 13.

2. *comitor, socium viæ et itineris me adjungo.* Matth. IV, 25. VIII, 1. 10. καὶ εἶπε τοῖς ἀκολουθοῦσιν dixit ad comitantes seu circumstantes, XII, 15. XXVII, 55. Marc. V, 24. X, 52. καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ἐν τῇ ὁδῷ. 1 Cor. X, 4. ἐκ—ἀκολουθούσης πέτρας, h. e. aquam ex rupe — fluvii instar stillantem et ad latus Judæorum fluentem. Vide *Pearcium* in Commentario ad h. l. et *Ælian. V. H.* XII, 40. Ὕδωρ ἠκολούθει Ξέρξῃ τὸ ἐκ τοῦ Χοάσπου.

3. metaphorice: *partes alicujus sequor, alicujus sectator et discipulus sum* seu *fio.* Matth. IV, 20. ἠκολούθησαν αὐτῷ se illi discipulos adjunxerunt. v. 22. ἠκολούθησαν αὐτῷ illum doctorem sequuti sunt. ibid. IX, 9. ἀκολούθει μοι sectare me. XIX, 27. 28. Marc. I, 18. VIII, 34. ὅστις θέλει ὀπίσω

μου ἀκολουθεῖν qui vult meus discipulus fieri. IX, 38. Joh. I, 41. VIII, 12. ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ qui meam doctrinam amplectitur. In hoc sensu ἀκολουθεῖν τινι in N. T. formulæ Hebr. הָלַךְ אַחֲרֵי אֱלֹהִים respondet, ut e loco insigni 1 Regg. XIX, 20. 21. satis apparet. Causa vero hujus lŏquendi usus e consuetudine veterum doctorum apud Hebræos et Græcos petenda est, qui semper corona discipulorum stipati incedebant et proficiscebantûr, ut haberent, cum quibus de rebus humanis et divinis colloquerentur.

4. *imitor aliquem, me ad alicujus exemplum compono et conformo.* Matth. X, 38. καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου et hoc modo mea vestigia legit. ib. XVI, 24. καὶ ἀκολουθείτω μοι et ita exprimat meum exemplum. Luc. IX, 23. Joh. XII, 26. ἐμοὶ ἀκολεθείτω me imitetur in perferendis malis. Illustrari commode potest hic loquendi usus e plurimis V. T. locis, v. c. Exod. XXIII, 2. לֹא־תִהְיֶה אַחֲרֵי־רַבִּים לְרָעֹת, et 2 Regg. XIII, 2. וַיֵּלֶךְ אַחַר חַטֹּאת יָרָבְעָם. Patrum explicationes huc pertinentes collegit *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 162. seq.

5. Accipitur hæc vox de præmiis et pœnis, quæ virtutem et vitiositatem post hanc vitam excipiunt. Apoc. XIV, 13. τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν justa pietatis suæ præmia reportabunt; sunt sua ipsi virtute felices. coll. *Sophocl. Philoct.* v. 1437. Apoc. XVIII, 5. ὅτι ἠκολούθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ nam peccata Babylonis in tantum excreverunt cumulum, ut ipsum Deum judicem ad vindictam provocaverint. — Cæterum observandum est, Scriptores N. T. quamquam in plurimis locis Græcorum usum loquendi imitantes τῷ ἀκολουθεῖν dativum personæ addant, interdum tamen ei genitivum, præcedente ὀπίσω (Matth. X, 38.) vel μετὰ (Apoc. VI, 8. XIV, 13.), jungere solere. Utrumque pleonastice addi, uti Hebraicam particulam אַחֲרֵי post הָלַךְ, multis exemplis docuit *Blackwall. Auct. Class.* p. 419. ed. *Wolle.* Sed nec desunt exempla hujus constructionis apud Græcos Scriptores. Sic. v. c. τῷ ἀκολουθεῖν jungit ὄπισθεν *Callimachus Hymn. in Del.* v. 19. κατόπιν *Polyb.* I, 27. *Aristoph. Plut.* v. 13. plane, ut *Sallust. B. J.* c. 59. post gloriam sequi invidiam. Præpositionem vero μετὰ interdum addi τῷ ἀκολουθεῖν, partim ex *Eurip. Medea* v. 1143. partim e locis veterum apparet, quæ *Gottleber* ad *Platonis Menex.* p. 64. et *Hemsterhus.* ad *Aristoph. Plut.* v. 824. collegere.

ΑΚΟΥΩ, οὐσω, 1. *audio, auribus percipio.* Persona, ex qua aliquid auditur, plerumque collocatur in genitivo, ita, ut præpositio ἐξ, παρὰ, ἀπὸ subintelligenda sit, v. c. Act. I, 4. ἣν ἠκούσατε μου quam audivistis a me. (*Theophr. Char.* c. 9.) Res vero, quæ auditur, ponitur in accusativo. Matth. XIII, 17. ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε. Interdum tamen etiam genitivus rei additur; eum vero non ab omisso substantivo ejusdem originis ἀκοή, sed ab omissa præpositione ἐκ vel περὶ pendere, *Zeunius* ad *Vigerum de Idiotismis Gr. L.* p. 219. observavit. Marc. XIV, 64. ἠκούσατε τῆς βλασφημίας audivistis blasphemiam. Joh. V, 28. ἀκούσονται φωνῆς αὐτοῦ. Sæpius autem in N. T. in hac propria notione ἀκούειν legitur, v. c. Matth. II, 18. VIII, 10. IX, 12. X, 27. ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε quæ ego vos privatim doceo. Ibid. XI, 14. XII, 19. XXI, 16. Marc. VI, 20. ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε et lubenter eum disserentem audivit. Luc. VI, 27. οἱ ἀκούοντες auditores. Joh. III, 8. V, 25. IX, 32. οὐκ ἠκούσθη inauditum est. 1 Cor. II, 9. Apoc. XVIII, 22. Pertinet huc etiam formula: ἀκοῇ ἀκούειν audiendo audire, posita pro simplici ἀκούειν. Matth. XIII, 14. ἀκοῇ ἀκούσετε—שָׁמוֹעַ תִּשְׁמְעוּ Job. XIII, 17.

2. *rescisco, audiendo comperio, audio aliquid ex fama vel rumore,* ich bringe etwas in Erfahrung, *I bring something to knowledge,* or, *to experience.* Matth. II, 3. 22. ἀκούσας δὲ cum autem comperisset. ib. IV, 12. XI, 2.—quum fama accepisset in carcere, quæ Christus ageret. Ibid. XIV, 13. XXII, 7.

XXIV, 6. Marc. III, 21. V, 27. VI, 14. Act. XV, 24. XXIII, 16. Galat. I, 23. ἀκούοντες ἦσαν hic rumor apud illos erat. Philem. v. 15. Hinc in universum

3. *cognosco aliquid, quocunque modo id fiat;* sive *e libris scriptis, legendo,* (unde apud *Polyb.* IX, 1. οἱ ἀκούοντες sunt lectores. conf. *Krebs.* ad *Plutarch.* de audiendis poëtis sub initium.) —vel *prælegentem audiendo,* Jacob. V, 11. τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε cognovistis e libris sacris exemplum constantiæ Jobi. — sive *ex traditione,* Matth. V, 43. ἠκούσατε, ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις traditione a majoribus accepistis hoc præceptum. — sive *denique ex revelatione divina,* 2 Cor. XII, 4. ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα cognovit res, quæ verbis exprimi nequeunt. Interdum commode per *nosse, scire* verti potest, v. c. Matth. V, 21, — hanc esse nostis majoribus traditam disciplinam. v. 27. 33. 38. Joh. XII, 34. ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐκ τοῦ νόμου constat nobis e litteris sacris. Galat. I, 13. ἠκούσατε τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν. IV, 21. Ephes. III, 2. Coloss. I, 6.

4. *instituor, edoceor, disco.* Matth. XIII, 22. ὁ τὸν λόγον ἀκούων qui instituitur in doctrina Christiana. Marc. IV, 15. Luc. XV, 1. ἀκούειν αὐτοῦ ejus doctrinæ audiendæ gratia. ib. XIX. 48. Joh. V, 30. καθὼς ἀκέω, κρίνω. ib. VI, 45. πᾶς ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ μαθών. ib. VIII, 26. ἃ ἤκουσα παρ' αὐτοῦ a Deo acceptam doctrinam. v. 40. XII, 47. XV, 15. Act. XV, 7. διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη ut gentilibus traderem doctrinam Christianam. Rom. X, 14. οὗ οὐκ ἤκουσαν sine prævia institutione. ibid. v. 18. μὴ οὐκ ἤκουσαν; num ipsis non tradita est doctrina Christiana? ibid. XV, 21. Ephes. I, 13. ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας cujus benignæ voluntati etiam vos institutionem in religione Christiana debetis. Coloss. I, 23. Hebr. II, 1. τοῖς ἀκουσθεῖσι doctrinæ quam didicimus. Pertinet huc glossa *Suidæ:* ἀκούω γενικῇ καὶ αἰτιατικῇ——καὶ ὁ ἀκούων τὸν λόγον μου καὶ μὴ πιστεύων, τουτέστι διδασκόμενος, ὅτι τὸ ἀκούω, εἰ μὲν σημαίνει τὸ πυνθάνομαι καὶ μανθάνω, μετὰ αἰτιατικῆς συντάσσεται.

5. *intelligo, capio, sensum assequor.* Matth. II, 9. οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως intellecta regis mente. ib. XI, 15. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω qui facultatem hos sermones intelligendi habet, utatur ea. ib. XIII, 9. qui potest hæc percipere, percipiat. v. 13. ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσι apertis auribus non intelligunt. Marc. IV, 33. καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν ut captus eorum erat. ib. VIII, 18. ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε non utimini facultate vestra intelligendi. Act. XXII, 9. τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι sensum verborum mecum loquentis non assequuti sunt. Rom. XI, 8. 1 Cor. XIV, 2. οὐδεὶς γὰρ ἀκούει nemo enim intelligit. Apoc. I, 3. Idem usus loquendi reperitur quidem etiam in Græcis Scriptoribus, v. c. *Lucian. Parasit.* T. II, p. 246. ed. *Græv. Plutarch.* de puerorum educatione c. 10. et aliis in locis, quæ collegit *Reitzius* ad *Lucian.* T. III, p. 848. sed dubitari non potest, N. T. Scriptores hanc hujus verbi ἀκούειν notionem ex Hebraico שָׁמַע petiisse. Genes. XI, 7. XLII, 23. 2 Regg. XVIII, 26. Ies. XXXVI, 11. quam et auctores librorum apocryphorum V. T. respexerunt. Sirac. XXV, 12. Baruch. II, 31.

6. *obtempero, obedio, audiens sum dicto, morem gero,* i. q. ὑπακούω. Matth. XVII, 5. αὐτοῦ ἀκούετε huic obedientiam denegare nolite. Joh. V, 24. VIII, 47. coll. 1 Joh. II, 29. Act. III, 22.—huic parebitis in omnibus. v. 23. IV, 29. VII, 37. Luc. XVI, 29. ἀκουσάτωσαν αὐτῶν hos sequantur. Interdum τῆς φωνῆς additur, sine ulla emphasi, ad imitationem formulæ Hebraicæ שָׁמַעְתָּ לְקוֹל אִשְׁתֶּךָ Genes, III, 17. Judd. II, 3. v. c. Joh. X, 3. καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει ejus voci obediunt. v. 8. 16. 27. XVIII, 37. Eadem est significatio Hebraicæ vocis שָׁמַע Deut. XIII, 3. וְלֹא־שָׁמְעוּ אֶל־מֹשֶׁה Exod. XVI, 20. Quin etiam in Græcis Scriptoribus

reperitur, v. c. *Ælian. V. H.* III, 16. ὅτι λυσιτελέστερόν ἐστι τῶν Ἀθηναίων ἀκούειν. *Liban.* Ep. 28. p. 65. *Tzetzes* ad *Hesiod.* Ἔργ. v. 213. ἄκουε explicat per πειθόμενος ἔσο. Conf. *Musgrav.* ad *Eurip. Helen.* v. 739. Atque *audire* apud Latinos (v. c. *Cic. in Verr.* IV, 12.) idem valere. *Vechnerus* docuit in Hellenolexia p. 484. ed. *Heusing.*

7. *assentior, credo, fidem habeo.* Matth. X, 14. μηδὲ ἀκούσῃ τοὺς λόγους ὑμῶν vestramque doctrinam respuerit. Marc. VI, 11. Luc. X, 16. ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει qui vestram doctrinam admittit, meam admittit: Joh. IX, 27. καὶ οὐκ ἠκούσατε neque tamen mihi fidem habuistis, coll. v. 18. 1 Joh. IV, 5. καὶ ὁ κόσμος αὐτῶν ἀκούει homines pravi fidem habent his falsis doctoribus. v. 6.

8. *patienter, æquo animo audio.* Joh. VI, 60. τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν; quis eum potest perferre?

9. ἀκούειν τινὸς *is* dicitur, *qui se ab aliquo corrigi et emendari patitur, aut monitis alicujus paret.* Matth. XVIII, 15. ἐάν σου ἀκούσῃ si male se fecisse agnoverit, aut si monitis tuis paruerit, coll. Luc. XVII, 5. ib. v. 16. Eodem sensu nos in lingua vernacula formula: einen hören, *to listen to some one*, usurpamus.

10. *audio attente, animum intendo, ausculto.* Marc. IV, 3. ἀκούετε aures porrigite attentas. ib. VII, 14. XII, 29. Act. II, 22. ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους ut benevole me disserentem audiatis, rogo. ib. VII, 2. XIII, 16. Eandem notionem אָזַן et הִקְשִׁיב habent, cui in vers. Alex. ἀκούειν respondet 2 Chron. XX, 15. Ies. XLVIII, 18. Job. XXX, 20.

11. sensu forensi: *examino alicujus causam, quæro ex aliquo, interrogationem instituo.* Joh. VII, 51. μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ πρότερον; num per leges nostras licet hominem damnare indicta causa et nondum cognita? Act. XXV, 22. ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι vellem et ipse ejus causam examinare.

12. *auditum, facultatem audiendi recipio et recupero,* sensu physico. Marc. VII, 37. καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν surdis restituit facultatem audiendi. Matth. XI, 5. κωφοὶ ἀκούουσιν surdi auditum recipiunt. Luc. VII, 22. Fortasse non alienus est ab hac significatione locus Ies. XXXV, 5. וְאָזְנֵי חֵרְשִׁים תִּפָּתַחְנָה Alex. καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται.

13. ἀκούεσθαι *divulgari, palam fieri.* Matth. XXVIII, 14. ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος si fama hujus rei ad aures præfecti pervenerit. Marc. II, 1. καὶ ἠκούσθη, ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι eum domum ingressum esse fama percrebuit. Luc. XII, 3. ἐν τῷ φωτὶ ἀκουσθήσεται palam aliquando fiet. Act. XI, 22. ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα pervenit harum rerum fama ad aures. 1 Cor. V, 1. ἀκούεται ἐν ὑμῖν fama fert, inter vos esse. 2 Paral. XXVI, 15. וַיֵּצֵא שְׁמוֹ עַד־לַמֶּרְחוֹק Alex. ἠκούσθη ἡ κατασκευὴ αὐτῶν ἕως πόρρω.

14. ἀκούειν τινὸς Deus dicitur, vel: *quando annuit hominum precibus, eorumque conatus potentia sua adjuvat,* v. c. Joh. IX, 31. ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει, ἀλλ' — — — τούτου ἀκούει non adjuvat miraculis Deus impostorum fraudem, quorum patrandorum facultatem veris suis legatis largitur. ibid. XI, 41. εὐχαριστῶ σοι ὅτι ἤκουσάς μου gratias tibi ago, quod me jam exauditum sentio, coll. v. 42. (Eodem sensu aures et auditum exteri quoque scriptores Deo tribuunt, v. c. *Plato* de Legibus IV. *Hesiod.* Ἔργ. 9. *Ovid. de Ponto* II, 9. *Horat. Carm. sæc.* 39.) vel: *quando in eo est, ut jam misericordiæ suæ erga homines et providæ curæ edat specimina,* v. c. Act. VII, 34. καὶ τοῦ στεναγμοῦ αὐτῶν ἤκουσα. quam in rem e V. T. notanda sunt loca: Genes. XVI, 11. Exod. II, 24. Ps. IV, 4. et alia, quæ habet *Glassius Philol. Sacra* p. 964. ed. *Dathii.*

ΑΚΡΑΣΙΑ, ίας, ἡ, 1. proprie *intemperies*, cui opponitur εὐκρασία *temperies, bona temperatura*, v. c. ἀκρασία ἀέρος apud *Theophrastum* (ab α negat. et κρᾶσις *mixtura, temperamentum*, a κεράννυμι *misceo*). Hanc propriam no-

tionem *Hesychius* respexit: *ἀκρασίας· ἀνωμαλίας, παρὰ τὸ μὴ συγκεκρᾶσθαι.* 2. *intemperantia, incontinentia,* 1 Cor. VII, 5. *διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν* per vitam vestram incontinentem. Opponitur *ἐγκράτεια,* apud *Aristotel. Nicom.* VII, 1. De intemperantia edendi legitur apud *Ælian. V. H.* I, 5. et de cupiditatibus apud *Joseph. B. J.* I, 1.

3. *cibus et potus, qui intemperanter sumitur.* Matth. XXIII, 25. *γέμουσιν ἀκρασίας* plena sunt bonis, quibus ad luxum abutuntur. *Syrus* h. l. voce generaliori ܥܘܠܬܐ *iniquitate* usus est.

ἈΚΡΑΤΗ῾Σ, ές, οῦς, ὁ, ἡ, 1. proprie: *invalidus, debilis, imbecillus, robur* seu *vires non habens,* κράτος οὐκ ἔχων, ut *χεὶρ ἀκρατὴς manus debilis. Phavor. ἀκρατές· ἀσθενές.*

2. *intemperans, incontinens, qui immodice fertur ad aliquid;* subintelligitur ἑαυτοῦ, quasi *impos sui,* uti plene legitur apud *Ælian. V. H.* XI, 41. e lectione *Perizonii.* Sic v. c. *ἀκρατὴς θυμοῦ, ὀργῆς, κέρδους, τιμῆς. Aristoteles Ethic.* VIII, 4. Prov. XXVII, 20. Opponitur *ἐγκρατής.* Speciatim in N. T. *ἀκρατὴς is* dicitur, *qui voluptati indulgens frena laxat lascivis quibusque cupiditatibus.* 2 Tim. III, 3. Præterea non legitur. *Polyb.* VIII, 11. 2. *ἀκρατέστατος πρὸς γυναῖκας.* Legi merentur, quæ de hac voce *Irmisch.* ad *Herodian.* I, c. 8. §. 4. p. 279. observavit, et *Wetstenius* in *Notis ad N. T.* T. I, p. 125.

῎ΑΚΡΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *non dilutus, purus, merus, sincerus.* Compositum est ex α priv. et *κεράννυμι* misceo. *Hesych. ἄκρατος· ἀμιγῆς, ἀσυγκέραστος.* Sic *οἶνος ἄκρατος* legitur in vers. Alex. et *Symmachi Fragmentis* Ps. LXXIV, 9. et apud *Galenum* in *Hippocr. de præcnot.* II. Deinde vero transfertur ad *omne, quod est purum, liquidum et immixtum,* sensu metaphorico, v. c. in *Æschin.* Dial. III, 17. *ἡδοναὶ ἄκρατοι ἀπασῶν ἀλγηδόνων* gaudia liquida et incorrupta. De qua notione conferendus est *Thom. Gataker. Adversar. Miscell.* c. V, p. 42. ed. Lond. Inde factum est substantivum

῎ΑΚΡΑΤΟΝ, ου, τὸ, *merum vinum, carens dilutione, non aqua dilutum,* et opponitur *οἶνος κερασθείς.* In hoc sensu semel legitur in N. T. Apoc. XIV, 10. *τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου* de *infuso mero,* ubi tamen *merum* metaphorice *pœnas divinas* notat. Cf. *Glassii Philologia S.* p. 1112. ed. *Dath.* In vers. Alex. Hebr. חֲמַר Ps. LXXV, 9. etiam חֲמָה Jerem. XXV, 15. respondet.

῎ΑΚΡΙΒΕΙΑ, είας, ἡ, in universum *summum studium, exactam curam, exactam diligentiam circa aliquid* notat. Sic v. c. Sirac. XVI, 24. *ἐν ἀκριβείᾳ ἀπαγγέλλω ἐπιστήμην* diligenter, summa cum cura te instituam. Sirac. XLII, 4. *ἀκρίβεια ζυγοῦ καὶ σταθμίων.* In N. T. *severitatem, rigorem* notat. Act. XXII, 3. ubi Paulus se institutum esse dicit a Gamaliele *κατὰ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου* ad severissimam Judæorum disciplinam, nempe sectæ Pharisæorum, coll. c. XXVI, 5. Sapient. XII, 21. *μετὰ πόσης ἀκριβείας ἔκρινας τοὺς υἱάς σε;*

῎ΑΚΡΙΒΗ῾Σ, ές, ὁ, ἡ, *diligens, intentus, accuratus, rigidus,* interdum etiam *tenax* et *parcus.* Positivus nunquam legitur in N. T. sed superlativus *ἀκριβέστατος, άτη, ον, accuratissimus, severissimus, rigidissimus.* Act. XXVI, 5. ubi Paulus sectam Pharisæorum vocat *αἵρεσιν ἀκριβεστάτην,* h. e. præ se ferentem exactissimam et rigidissimam legis Mosaicæ et patriorum morum observationem, ut et minutissima observare videretur. Comparativus *ἀκριβέστερον* adverbialiter sumitur: *diligentius, exquisitius, accuratius,* et quater legitur in N. T. Act. XVIII, 26. *ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδὸν* plenius et accuratius exposuerunt ipsis doctrinam Christianam. ib. XXIII, 15. *ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ* quasi velitis aliquid certius de eo cognoscere, et v. 20. ibid. XXIV, 22. *ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ* accuratius scire cupiens, quæ ad hanc doctrinam pertinerent.

῎ΑΚΡΙΒΟ῾Ω, ῶ, ut *ἀκριβάζω,* in universum: *exacte, accurate et diligenter aliquid facio;* unde Hebraico חָקַק in

Aquilæ Fragmentis respondet Ies. XLIX, 16. Sed in N. T. speciatim

2. notat: *diligenter inquiro et exploro, omni studio percontor vel sciscitor*, i. q. ἀκριβῶς ζητῶ, Dan. VII, 19. et ἀκριβῶς ἐξετάζω, Matth. II, 8. Hæc notio locum habet apud Matth. II, 7. ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον accurate percontatus est ab illis tempus: ubi *Theophylactus* ἀκριβοῦν per ἀκριβῶς ἀναμανθάνειν explicat.

3. ex adjuncto: *diligenti percontatione cognosco*. Matth. II, 16. κατὰ τὸν χρόνον, ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων pro temporis ex Magis cogniti ratione, Cf. *Syrum* ad Matth. II, 7. Etiam apud Græcos Scriptores ἀκριβοῦν τι *accurate cognitum habere aliquid* notat; vid. *Ælian. H. A.* III, 9. *Strabo* lib. VII, p. 496. *Herodian.* I, c. 11, 14. et quæ ibi *Irmisch.* T. I, p. 464. notavit.

ἈΚΡΙΒΩ̃Σ. Adv. *diligenter, exacte, accurate, perfecte, exquisite*. Matth. II, 8. ἀκριβῶς ἐξετάζετε admodum sollicite sciscitamini. Luc. I, 3. παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς omnia accurate examinanti. Act. XVIII, 25. ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου. Ephes. V, 15. βλέπετε, πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε operam date, omni adhibita diligentia, ne quid a vobis omittatur aut negligatur: qui locus sine dubio causa fuit, cur *vita pia et voluntati divinæ respondens* vocata olim fuerit a Scriptoribus ecclesiasticis ἀκρίβεια, ut *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 165. docuit. In vers. Alex. τῷ הַיּוֹטֵב Deut. XIX, 18. respondet.

2. *certo, certissime*. 1 Thess. V, 2. αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε certissime nostis, satis enim superque vobis constat.

ἌΚΡΙΣ, ίδος, ἡ. *Locustis* omnibus commune nomen, sic dictis (teste auctore *Etym. M.*) ab ἄκρα *cacumen, summitas*, propterea quod depascant summitates aristarum et plantarum et perdant, παρὰ τὸ ἄκρας τῶν ἀσταχύων καὶ τῶν φυτῶν νέμεσθαι, unde etiam locusta Arabice: جراد dicitur a جرد *avulsit, detraxit*: ut folia de ramis. Speciatim enim ἀκρὶς illud locustarum genus notat, quod est arboribus et frugibus noxium, vagum et instabile, et Hebraice גּוֹב, חָגָב, אַרְבֶּה et יֶלֶק dicitur, quibus vocabulis respondet ἀκρὶς Deut. XXVIII, 38. Eccles. XII, 5. Amos VII, 1. Jerem. LI, 14. 27. Locustæ lege Mosaica animalibus puris annumerabantur et eas comedere permissum fuit Judæis ex Levit. XI, 22. Orientalibus et Libyæ populis omnino esum locustarum receptum abunde testantur itineraria (v. c. *Shawius* in *Itineratio* p. 165 seq. et *Niebuhr* Præf. *Descriptionis Arabiæ* p. 37.) et jam olim testatus est *Hieronymus* in *Jovianum* Lib. 2. cap. 6. *Plin. H. N.* VI, c. 30. Commemorantur speciatim ἀκριδοφάγοι apud *Photium Bibl.* p. 736. Æthiopiæ populi, qui ex locustis, tempore verno, flantibus Africo et Zephyro, ad se delatis, victum sibi parasse dicuntur, sale maxime illis conditis. His adde, quæ de usu locustarum apud veteres multo doctrinæ apparatu collegerunt *Bochart. Hieroz.* P. II, Lib. 4. c. 2. *Joh. Ludolf. Hist. Æthiop.* I, c. 13. et in *Comment. ad eam* p. 168. seqq. et *Jo. Casaubonus Exercitt. Antibaron.* XIII, 7. Nihil proinde mirum, si in N. T. legimus Matth. III, 4. Marc. I, 6. Johannem Baptistam in deserto locustas comedisse: quæ tamen loca plerique veterum diversimode, sed mire, (v. c. de *siliquis*; vid. *Olai Celsii Hierobot.* T. I. p. 229. et T. II, p. 74.) interpretati sunt, ut docuit *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 169. seqq. Vide *Clem. Gutherr* D. de *victu Johannis Baptistæ in deserto commorantis*. Frf. 1785. 4. Commemorantur præterea ἀκρίδες Apoc. IX, 3. 7. ubi tamen metaphorice *hostes crudeles et numerosi* intelligendi erunt.

ἈΚΡΟΑΤΉΡΙΟΝ, ίου, τὸ, 1. *auditorium, quivis locus, in quo audiendi aliquid causa conveniunt*, ab ἀκροάομαι *audio, auscultо*, quod pro Hebr. קָשַׁב

Ies. XXI, 7. legitur in versione Alexandrina.

2. *locus judicii, ubi rei audiuntur et causæ ventilantur et dijudicantur*, ein Gerichtssaal, *a hall of justice*. Ita legitur in N. T. Act. XXV, 23. καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸ ἀκροατήριον, ubi ἀκροατήριον, ut omnis orationis series docet, est *locus, causis audiendis et cognoscendis destinatus*, quemadmodum Job. XXXIV, 34. שֹׁמֵעַ ipse judex dicitur. Cf. *Cangius* in *Gloss.* T. I, p. 853. " Explicandus autem est " Act. XXV, 23. locus," (liceat enim mihi verbis *Krebsii* ad *Schoettgenii Lexicon N. T.* in re præsenti, non meis, uti) " ex præsidum et procu- " ratorum Romanorum more, quo " παρέδρους h. e. assessores et consilia- " rios in causis judicandis sibi adscis- " cebant, in quibus non solum erant " tribuni militum, qui semper erant " in provinciali imperatoris aut præ- " sidis consilio, sed etiam, ut h. l. di- " cuntur, ἄνδρες κατ' ἐξοχὴν ὄντες τῆς πό- " λεως, h. e. vel viri urbis præcipua " aliqua dignitate conspicui, provin- " ciæ præsidi, ut assessores, in con- " silium dati, vel cives Romani, in " magna aliqua dignitate constituti, " qui in provinciis negotiandi aut " aliarum rerum causa commoraban- " tur. Hos enim interdum etiam a " provinciarum præfectis in consi- " lium, honoris causa, fuisse adhibi- " tos, vel e *Ciceronis Verr.* I. c. 29. " constat."

Ἀκροατὴς, οῦ, ὁ, proprie: *auditor*, sed in N. T. latius patet quam latinum *auditor*, et *omnem, qui aliquid quovis modo didicit, callet et cognovit, sive audiendo, sive legendo*, significat. Rom. II, 13. οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου, quibus nota est lex Mosaica, οἱ γνόντες τὸν νόμον. Tunc enim temporis, cum exempla scripta legis Mosaicæ in paucorum manibus versarentur, cognitio ejus maxime ex prælectionibus publicis comparabatur. Cf. *Krebsii Comment.* ad *Plutarch.* de *audiendis poëtis* sub init. et *Observatt. Flav.* p. 272. Jac. I, 22. 23. 25. ἀκροατὴς λόγου qui scientiam quidem religionis Christianæ habet, sed sterilem et inefficacem, et opponitur ei ὁ ποιητὴς, qui ipso facto præstat, quod didicit et cognovit. *Phavor.* ἀκροατής· ὁ μαθητής.

Ἀκροϐυστία, ας, ἡ, 1. proprie: *præputium, ipsa pellicula, quæ glandem membri genitalis tegit*, ab *Aristotele* de *Part. Animal.* c. 13. ἀκροποσθία dicta: ab ἄκρος *extremus* et ϐύω vel ϐύζω *tego*, ὅτι τὸ ἄκρον ϐύει quod extremam pudendi partem tegat. Hebraice עָרְלָה dicitur Genes. XVII, 11, 14. 23—25. Sic legitur in N. T. Act. XI, 3. πρὸς ἄνδρας ἀκροϐυστίαν ἔχοντας ad viros præputium habentes, h. e. gentiles. 1 Macc. I, 15. καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἀκροϐυστίας sibi præputium attrahentes.

2. *status et conditio hominis non circumcisi*. *Suid.* ἀκροϐυστία· τὸ μὴ περιτετμῆσθαι. Rom. IV, 10. ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροϐυστίᾳ; num jam circumcisus, an adhuc præputiatus? v. 11. ἡ πίστις ἡ ἐν ἀκροϐυστίᾳ fidem, quam probavit, cum adhuc præputiatus esset. ib. οἱ πιστεύοντες δι' ἀκροϐυστίας pagani, ad religionem Christianam conversi. 1 Cor. VII, 18. ἐν ἀκροϐυστίᾳ, scil. ὤν, seu ἀκρόϐυστος. ib. v. 19. Galat. V, 6. Coloss. I, 11.

3. id quod ἀκρόϐυστος, *is, qui præputium habet, non circumcisus, paganus, non Judæus*, qui Act. XI, 3. vocatur ἀνὴρ ἀκροϐυστίαν ἔχων, abstracto pro concreto posito. Rom. II, 26. ἐὰν ἡ ἀκροϐυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ si pagani præcepta legis observant. Ibid. v. 25. et 27. Rom. III, 30. IV, 9. Galat. II, 7. εὐαγγέλιον τῆς ἀκροϐυστίας doctrina Christiana paganis tradenda. Ephes. II, 11. οἱ λεγόμενοι ἀκροϐυστία qui per contemtum præputiati vocabamini. Fuit enim עֲרֵלִים nomen contumeliosum, quo olim per contemptum utebantur Judæi adversus gentes exteras. Judd. XIV, 3. XV, 18. Ies. LII, 1. Ezech. XXVIII, 10.

4. Restat formula: *ἀκροδυστια τῆς σαρκὸς*, Coloss. II, 13. obvia, quæ vel ex quorundam sententia *statum et conditionem paganorum*, seu *paganismum* notat, vel *vitiositatem, cui Colossenses, olim pagani, dediti fuerunt*, significat. Posterior sententia mihi quidem præferenda videtur, partim ob comma 11. ubi *τῇ ἀκροδυστίᾳ τῆς σαρκὸς* opponitur *ἡ περιτομὴ ἀχειροποίητος*: partim ob *Theodoreti* auctoritatem, ad h. l. scribentis: *ἀκροδυστίαν σαρκὸς τὴν πονηρίαν ἐκάλεσε·* ut adeo omnis locus sit ita vertendus: *et vos miseros et infelices ob peccata et vitiositatem vestram, cui olim gentiles dediti eratis* etc. Cf. *Fesselii Adversaria Sacra* p. 112. et infra sub *περιτομή*.

΄ΑΚΡΟΓΩΝΙΑΙΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, vi etymi: *angularis, in extremitate anguli constitutus, quoquoversum ille tendat.* Compositum enim est ex *ἄκρος extremus, summus*, et *γωνία angulus.* Sed in N. T. semper ita usurpatur, ut vel omissum sit *λίθος*, v. c. Ephes. II, 20. vel addatur, ut 1 Petr. II, 6. *ἀκρογωνιαῖος λίθος*, Hebraice אֶבֶן פִּנָּה Ies. XXVIII, 16. et רֹאשׁ פִּנָּה *Symmach.* Ps. CXVIII, 22. est *lapis, qui in extremitate anguli constitutus fundamenti loco* duos parietes sibi innixos sustinet et conjungit. Differt itaque a *θεμελίῳ*, a fundamento ipso, a quo diserte distinguitur Ephes. II, 20. et Jerem. LI, 26. quamquam jure inter eos lapides refertur, quibus tanquam fundamento innititur ædificium. Jam quia lapis angularis, *in conspicuo loco positus*, partim summam utilitatem præstat in quovis ædificio, et maxime necessarius est, partim duos invicem conjungit parietes, facile apparet, Christum 1 Petr. II, 6. et Ephes. II, 20. coll. v. 21. et 16. duplici respectu *λίθον ἀκρογωνιαῖον* vocari, partim, quia est *summus et princeps religionis divinæ doctor a Deo in summo honore et dignitate constitutus*, coll. Ps. CXVIII, 22. Ies. XXVIII, 16. partim, *quia in unam societatem religionis vinculis Judæos ac paganos conjunxit*, *διὰ τὸ ἐπισφίγξαι περιτομήν τε καὶ ἀκροδυστίαν εἰς μίαν ἕνωσιν*, ut verbis utar *Epiphanii de hæres.* p. 324. Cf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 172.

΄ΑΚΡΟΘΙΝΙΟΝ, *ίου*, τὸ, aut, quod usitatius, *ἀκροθίνια, ίων*, τὰ, proprie

1. *summitas acervi frumenti*, ab *ἄκρος* et *θὶν* vel *θὶς acervus frumenti.* Jam quia primitiæ frugum ex summitatibus acervorum decerpi et offerri solebant, factum est, ut *ἀκροθίνια*

2. *primitiæ frugum, quæ Deo offerebantur*, dicerentur. *Hesych. ἀκροθίνιον· ἀπαρχὴ τῶν θινῶν. Θῖνες δέ εἰσιν οἱ σωροὶ τῶν πυρῶν ἢ κριθῶν.* Schol. *Eurip.* ad *Phœniss.* v. 213. *κυρίως αἱ τῶν καρπῶν ἀπαρχαὶ παρὰ τὸν θῖνα, ὅ ἐστι τὸν σωρὸν τῆς ἅλω.* Vide etiam *Wetstenii Notas ad N. T.* T. II, p. 408. Deinde vero

3. *ἀπαρχαὶ* dicuntur *primitiæ quælibet omnium aliarum rerum, quæ Diis dantur*, maxime *prædæ et spoliorum*, quas Latini *manubias* vocant, h. e. quidquid e præda delectum, velut primitiæ, Deo consecratur. Solebant enim veteres decimas hostilis prædæ sacris usibus devote dicare. *Herodot.* VIII, c. 121. IX, 8. *Arrian. de exped. Alex. M.* I. c. 17. *Hesych. σκῦλα, λαφύρων ἀπαρχαί.* Schol. *Eurip.* l. l. *καταχρηστικῶς δὲ λέγονται καὶ αἱ ἀπαρχαὶ τῆς λείας.* *Alberti Gloss. Gr. N. T.* p. 174. *ἀκροθινίων τῶν ἐκλεκτῶν εἰς ἀναφορὰν θεϊκὴν αἱ ἀπὸ πάντων λαμβανόμεναι ἀπαρχαί.* In hoc sensu non solum legitur Hebr. VII, 4. *ἐκ τῶν ἀκροθινίων* e spoliis, detractis regibus prostratis, sed etiam apud *Xenoph. Cyrop.* VII, 5. 13.

΄ΑΚΡΟΣ, ου, ὁ, *summus, extremus.* Neutrum *τὸ ἄκρον* sumitur substantive, ita, ut *μέρος* subintelligatur, pro *summo, extrema parte, extremitate*, in quamcunque vergat partem, sive superam, sive inferam, sive ad latera. Luc. XVI, 24. *ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος* ut extremum digiti sui intingat in aquam. *Theocrit.* Idyll. XIX, 2. pro *ἄκρον τοῦ δακτύλου* posuit *ἄκρον δάκτυλον.* Hebr. XI, 21.

τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου extremum et summum baculi. קְצֵה הַמַּשְׁעֲנֹת Judd. VI, 21. קְצֵה הַמַּטֶּה 1 Sam. XIV, 27. 43. Matth. XXIV, 31. ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν ab extremis finibus cœlorum usque ad extremos terminos eorum. Marc. XIII, 29. ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ. Utraque formula, qua Matthæus et Marcus usi sunt, de *toto terrarum orbe, de locis terrarum remotissimis* explicanda est, ob usum loquendi Hebraicum, Deut. IV, 32. מִקְצֵה הַשָּׁמַיִם וְעַד קְצֵה הַשָּׁמָיִם ibid. XXVIII, 64. מִקְצֵה הָאָרֶץ וְעַד־קְצֵה הָאָרֶץ. Ies. XIII, 5. Jer. XII, 12. *Themist.* XIII, p. 179. ἐξ ἄκρας εἰς ἄκραν. *Herodot.* VII, 100. ἐξ ἐσχάτων ἐς ἔσχατα ἀπίκετο.—*Etym. M.* ἄκρον—ἡ εἰς ἔσχατον πέρας ἄφιξις, οὗτινος οὐκ ἔστιν ἐπέκεινα.

Ἀκύλας, ου, ὁ, *Aquila*. Est nomen proprium, origine Latinum, viri, gente Judæi, genere Pontici, Act. XVIII, 2. tentoriorum opificis, hominis religiosissimi, ab Apostolis ad religionem Christianam conversi. Cum uxore Priscilla, Claudio imperante, qui omnes gente Judæos Roma ejecerat, anno Dionys. 48. Roma ejectus comitem se Paulo in itineribus et socium adjunxit in religione Christiana propaganda, cum quo et anno circiter Dionys. 52. Romam rediit. Sæpius et cum laude in libris N. T. commemoratur, v. c. Act. XVIII, 2. 18. 26. Rom. XVI, 3. συνεργὸς Pauli vocatur. 1 Cor. XVI, 19. 2 Tim. IV, 19.

Ἀκυρόω, ῶ, fut. ώσω, *auctoritate privo, abrogo, irritum reddo* (ab α priv. et κῦρος *plena auctoritas et imperium;* unde κύριος *dominus*) opponitur τῷ ἐπικυρόω vel κυρόω simpliciter, quod notat: *auctoritate sua et judicio aliquid ratum facere.* Matth. XV, 6. Marc. VII, 13. ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν institutis vestris humanis tollitis omnem auctoritatem legum divinarum. Galat. III, 17. νόμος οὐκ ἀκυροῖ lex non abrogat. *Joseph. A. J.* XVIII, 8. 8. ἀκυροῦν αὐτοκράτορος ἀνδρὸς ἐντολάς. *Diod. Sic.* XVI, 24. τὰ δόγματα τῶν Ἀμφικτυόνων ἀκυρώσει. Alia loca e *Diodoro Siculo* attulit *Munthe* in *Observationibus in N. T.* p. 67. In *Aquilæ* fragmentis Hebr. הֵפִיר respondet Num. XXX, 13. Alexandrini formula ἄκυρον ποιεῖν usi sunt Prov. I, 25. V, 7. *Hesych.* ἀκυρῶσαι· ψευδοποιῆσαι, καταργῆσαι.

Ἀκωλύτως. Adverb. *sine prohibitione aut impedimento, nullo vetante,* frey, ungehindert und ungewehrt *free, not hindered, not prevented:* ex α priv. et κωλυτὸς *impeditus, retentus.* Semel tantum legitur in N. T. Act. XXVIII, 31. διδάσκων—ἀκωλύτως docens—nemine prohibente. *Herodian.* VIII, 2. 1. διέβησαν ἀκωλύτως, μηδενὸς ἐμποδὼν γενομένου. *Dion. Halic. Ant.* lib. V, c. 7. Adjectivum ἀκώλυτος legitur Sap. VII, 23.

Ἄκων, οντος, ὁ, ἄκουσα, ης, ἡ, *invitus, invita.* Est per crasin pro ἀέκων, ex α priv. et ἐκὼν *qui sponte aliquid facit, volens, voluntarius.* Legitur tantum 1 Cor. IX, 17. εἰ δὲ ἄκων si vero invitus tradam religionem Christianam.

Ἀλάβαστρον, ου, τό. Vox hæc, quæ tam in genere masculino quam neutro apud Græcos occurrit, proprie

1. ut jam observavit *Casaub. Exc.* XIV, 16. *alabastrum,* h. e. *lapidem candore ac lævitate insignem,* significat, *ex quo vasa veteres excavabant.* Alias vocatur ὁ ἀλαβαστρίτης λίθος, it. a *Plinio* appellatur *Onyx.*

2. *vas unguentarium, quod ex alabastrite lapide ad unguenta a corruptione conservanda excavare solebant;* (*Athen.* VI, 19. XV, 13. *Plin. H. N.* XIII, 2. *Martial.* XI, 9.) ex aliorum opinione sic dictum, quia difficulter manibus prehenditur ob lævorem; ex α priv. et λαμβάνω *capio:* ἕ λαβέσθαι διὰ τὴν λειότητα ἀδύνατον, ut loquitur *Methodius* in Etymol. ex aliorum vero sententia ab α priv. et λαβὴ *ansa,* quod esset sine ansa, secundum *Suidam,* ἄγγος μύρου μὴ ἔχον λαβάς, λίθινον,

ἢ λίθινος μυροθήκη. Cf. *Adami Obss. theol. philol.* p. 168. Sed, ut recte demonstravit *Spanhemius* ad *Callimachi Hymn. in Palladem* p. 540. ἀλάβαστρον deinde latius usurpatur, et

3. in genere pro *quibuslibet vasis unguentariis* sumitur, ut adeo *vasculum* significet, *in quo unguenta condebantur*, sive *illud e lapide alabastrite*, ut plerumque, *formatum*, sive *ex aliis materiis, lapide, vitro, auro* etc. *confectum*. In quo consentientes habet Lexicographos veteres et Scholiastas. Schol. *Theocriti* Idyll. XV, 114. ἀλάβαστρα· σκεύη μύρων δεκτικά. Auctor *Etym. M.* ἀλάβαστρον· λήκυθος λιθίνη πρὸς μύρων ἀπόθεσιν — σκεῦος τὶ ἐξ ὑέλου, ἢ μυροθήκη. *Pollux Onomast.* VI, 19. 105. τὰ δὲ ἀγγεῖα τῶν μύρων, λήκυθος, μυρηρὰ καὶ ἀλάβαστρον. In hac latiore significatione accipienda videtur hæc vox in N. T. Matth. XXVI, 7. ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα cum vase unguentario. Marc. XIV, 3. συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον. Erant enim vascula unguentaria sæpe orificio angustiore et obsignato, vid. *Theophr. Char.* 10. *Pollux* X, 11. ut adeo confractio, h. l. commemorata, non intelligenda sit de tota lagenula unguentaria, sed de superiore ejus parte, seu orificio obsignato, quod signum erat unguenti genuini et foris advecti. Luc. VII, 37. In vers. Alex. semel ἀλάβαστρος legitur 2 Regg. XXI, 13. Hebr. צַלָּחַת.

ἈΛΑΖΟΝΕΊΑ, ας, ἡ, *gloriatio, jactantia, ostentatio, arrogantia, qua quis sibi plus arrogat et tribuit, quam decet et in rei veritate est.* Jacob. IV, 16. νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν jam vero jactabundi, seu, pro vestra arrogantia, gloriamini. coll. 2 Macc. XV, 8. nisi in h. l. ἀλαζονείας per metonymiam effectus pro causa de *ipso prospero et florente rerum statu, divitiis*, explicare malis, quod pluralis ἀλαζονείαις suadere videtur. 1 Joh. II, 16. ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, h. e. vel ostentatio facultatum, ad vitæ hujus sustentationem pertinentium, (cf. infra sub *βίος*) vel, quod mihi quidem ob seriem orationis magis placet, *nimia cupiditas, nimius rerum externarum amor*, qui arrogantiam et aliorum præ se contemptum gignere solet. *Suid.* ἀλαζονεία· ὑπερηφανία. *Theophr. Char.* 25. In vers. *Theod.* בַּאֲוָה Prov. XIV, 3. et in *Symmachi* reliquiis תֹּהַב רָהַב Job. IX, 13. et שַׁאֲנַן Ies. XXXVII, 29. respondet: qui posterior locus confirmat quodammodo explicationem, ad Jacobi locum prolatam. Nam שַׁאֲנַן est: περισσεύειν ἀγάθοῖς, εὖ πάσχειν, εὐθύνειν. Cf. Intt. gr. ad Job. III, 18. XXI, 24. Jer. XXX, 10.

ἌΛΑΖΩΝ, όνος, ὁ, ἡ, *arrogans, bonis, quæ non habet elatus, inanis jactator, ostentator*, ὁ μείζονα τῆς ἑαυτοῦ ἀξίας κομπάζων καὶ φρονῶν, ut Schol. *Aristoph.* ad *Equites* v. 269. explicat. Bis legitur in N. T. Rom. I, 30. ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας· ubi *Theodor.* τοὺς οὐδεμίαν μὲν ἔχοντας πρόφασιν εἰς φρονήματος ὄγκον, μάτην δὲ φυσιωμένους. 2 Tim. III, 2. ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι. *Suidas* in voce ἀλαζονεία· παρὰ δὲ τῷ Ἀποστόλῳ τοὺς ἐφ' οἷς οὐκ ἔχουσιν αὐχοῦντας ὡς ἔχοντας ἀλαζόνας νοητέον. Alexandrini usi sunt hac voce Job. XXVIII, 8. pro שָׁחַץ et Prov. XXI, 24. pro יָהִיר. Conf. *Wetstenii Notas ad N. T.* T. II, p. 29.

ἈΛΑΛΆΖΩ, fut. άξω. Verbum, ut videtur, fictitium ad sonum ἀλαλὰ, quæ erat vox inarticulata excitandi, quam milites vel pugnam inituri, vel post pugnam cum victoria redeuntes, edere solebant. *Xenoph. Agesil.* II, 10. *Hist. Gr.* IV, c. 3. 10. *Polyæn.* I, 20. 1. p. 48. VIII, 23. 2. p. 735. In universum deinde notat:

1. *clamorem et sonum edere quemcunque*, sive *ob rem lætam*, et tunc *in jubila erumpere* vertendum est, ut Hebr. הָרִיעַ Ps. XLVII, 2. LXXXI, 2. sive *ob rem tristem*, et tunc per *ejulare, lamentari, clamorem et sonum tristem edere* reddendum erit. Posteriorem notionem habet hæc vox Marc. V, 38. κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά.

ubi est i. q. ὀλολύζειν, et de præficis, nænias cantantibus, usurpatur. Eodem modo הָרִיעַ, quod, ut supra vidimus, in gaudio proprie usurpatur, sæpe de lamentis et ejulatu adhibetur, v. c. Ies. XV. 4. Micha IV, 9. Interdum etiam Alexandrini Intt. verbo ἀλαλάζειν expresserunt Hebr. הֵלִיל Jer. IV, 8. XXV, 34. Cf. præterea *Ez. Spanhem.* ad *Juliani Imp. Oratt.* I, p. 234.

2. *tinnio, sonum inconditum et confusum profero et edo*, i. q. ἠχέω 1 Cor. XIII, 1. ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον similis essem cymbalo tinnienti. *Psellus* de *Operatt. Dæmon.* p. 101. βάρβαρόν τινα γλῶσσαν ὑπετόπαζεν ἀλαλάζουσα. *Strabo.* l. X. ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει ex *Æschyli Tragœdia deperdita* ἡδωνοί. *Alberti Gloss. N. T.* p. 133. ἀλαλάζον· εὔτονον, ἐξηχοῦν. — *Hesych.* ἀλαλάξατε· ἀνυψώσατε τὴν φωνήν.

ΑΛΑ΄ΛΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Male in Lexicis N. T. fere omnibus ἀλάλητον redditur *ineffabile, inenarrabile, quod verbis exprimi non potest:* nam hoc ἀνεκλάλητον dicitur. Ex analogia linguæ Græcæ (ἀκίνητον, *quod non movetur*) potius significat *id, quod ore non profertur, non verbis exprimitur, sed tacetur et occultatur.* Semel legitur in N. T. Rom. VIII, 26. ἐν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις desideriis animi, quæ pectore premuntur, nec voce proferuntur, occultis suspiriis. Cf. *Lamb. Bos Exercitt. in N. T.* p. 111. et *Alberti Obss. Philol. in SS. LL.* p. 310. seq.

ΆΛΑΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Late patet hæc vox apud Græcos Scriptores. Significat enim non solum *mutum, qui plane caret facultate loquendi et sonum tantum inarticulatum edit*, sed etiam de *eo* dicitur, *qui linguæ est maxime impeditæ*, ita, ut aliquid quidem, sed magna cum difficultate, idque vix intelligibile et misere depravatum, proferre queat, quem Græci μογιλάλον vulgo vocant. Dubium videtur, utro modo hanc vocem in loco Marc. VII, 37. accipiamus, ob v. 32. ubi commemoratur μογιλάλος, cui loquendi facultas a Christo reddita fuit. Sed fortasse rectius statuere ii videntur, qui utrumque locum de *muto*, proprie sic dicto, explicant.

2. per metonymiam: *qui aliquem mutum facit et reddit.* Marc. IX, 17. ἔχοντα πνεῦμα ἄλαλον a morbo correptum, qui eum mutum reddidit. ib. v. 25. Sic etiam *mors* apud *Horat.* I, Od. IV, 13. *pallida* dicitur, quia pallidos reddit, et *Plutarch. de orac. def.* p. 438. B. spiritum Delphicum, qui Pythiam mutam reddidit, appellat πνεῦμα ἄλαλον. Cæterum ἄλαλος in versione Alex. Hebr. אִלֵּם Ps. XXXVIII, 14. respondet, et adeo de eo usurpatur, *qui silet et obmutescit.* Ps. XXXI, 18.

ΆΛΑΣ, ατος, τὸ, etiam ἅλς, ἁλός, ὁ. Utrumque enim vocabulum in singulari numero apud veteres occurrit pro *sal, condimentum ciborum;* uti ex locis *Homeri* Il. IX, v. 214. Odyss. XVII, v. 455. contra *Stephanum* probavit *Gataker.* Adversar. Sacr. cap. 43. Legitur etiam utrumque in N. T. et quidem ita, ut

1. *sal* notet, *quo cibi condiuntur et sapidi redduntur*, v. c. Matth. V, 13. ἐὰν τὸ ἅλας μωρανθῇ si vero sal fatuus factus fuerit, h. e. suam salsedinem seu acrimoniam naturalem amiserit. Marc. IX, 49. καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται et omnis victima sale conspergenda est. v. 50. et Luc. XIV, 34. καλὸν τὸ ἅλας bona res et utilis sal est. Sed sæpius tropice ad alia designanda adhibetur. Sic v. c.

2. metaphorice per metonymiam *hominem* significat, *qui vita sua pariter ac doctrina veram aliorum utilitatem et felicitatem promovet et in integritate vitæ conservat*, quemadmodum sal cibos condit et a corruptione immunes reddit. Sic Matth. V, 13. Christus ad Apostolos: ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς, h. e. præstate vos veros generis humani doctores. Vide ad h. l. *Wetstenium* T. I, 291.

3. *sapientia et prudentia, quæ ho-*

minis vitam, mores et sermones moderatur, et hoc modo aliquid ad aliorum felicitatem et integritatem confert. *Donatus* ad *Terent. Eun.* III, 1. 10. *Sal neutraliter condimentum est, masculinum sapientia. Catull. Carm.* 87. Marc. IX, 50. ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας semper instructi sitis vera sapientia et prudentia vitæ. *Theodoret.* Opp. T. III, p. 498. ed. Hal. per τὴν πνευματικὴν σύνεσιν explicat; et *Pricæus* ad Matth. V, 12. notat, Scholiastem ineditum in Bibliotheca Florentina habere: ἅλας παρὰ τὸ εὐαγγέλιον ἡ φρόνησις.

4. *ea ingenii vis, quæ, salvo veritatis studio, lepore et festivitate condit orationem, qua sermonibus suavitas quædam et gratia conciliatur ad aliorum promovendam utilitatem, urbanitas. Cic.* de Orat. II, c. 54. Orat. c. 26. Coloss. IV, 6. ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος sermo vester sit gratiosus et sale conditus, h. e. sermones vestri semper sint suaves et gratiosi et apti ad utilitatem Christianorum promovendam. coll. Ephes. IV, 29. Conferri de hoc loco meretur *Wakefield* in *Sylva critica* P. III, p. 128. seq.

ΑΛΕΙΦΩ, fut. εἰψω, 1. in universum: *lino, illino. Herodot.* III, 8. ἀλείφει τῷ αἵματι λίθους.

2. speciatim: *ungo, oleo vel unguento illino alium*, vel simpliciter positum, ut Marc. XVI, 1. Joh. XII, 3. vel additis vocibus ἐλαίῳ, Marc. VI, 13. Jacob. V, 14. et μύρῳ, Luc. VII, 38. et 46. Joh. XI, 2. Ἀλείφομαι in medio significat: *me ipsum ungo, meum ipsius caput oleo vel unguento illino.* Matth. VI, 17. σὺ δὲ νηστεύων ἄλειψαί σου τὴν κεφαλήν. Judith. XVI, 10. *Thucyd.* IV, 68. *Ælian.* V. H. IX, 30. Fuit autem frequentissimus unctionis usus apud veteres, præsertim apud Judæos. In conviviis maxime et alio tempore læti animi testandi causa caput suum unguentis perungere solebant. Mos adeo invaluerat, eorum pedes et capita inungendi, quibus honorem exhibere et contestari cupiebant. Judæis adeo receptum fuit, adhibere ægrotorum unctionem, partim ut oleo refectionis aliquid eorum corpori adferretur, partim ut hoc signo externo, cui preces adjunctæ erant, valetudo eorum restitueretur, non sine superstitione et ceremoniis incantatoriis. Confer *Lightfoot.* Hor. Hebr. et Talm. in Matth. VII, 17. p. 305. Mortuorum denique unctio fiebat partim honoris exhibendi, partim corporum eorum a putredine conservandorum causa. Confer *Gejer.* de Luctu Hebræorum cap. 21. Cæterum usi sunt Alexandrini hoc verbo non solum pro מָשַׁח Gen. XXXI, 13. et סוּךְ 2 Sam. XII, 20. sed etiam pro טוּחַ *linere, oblinere,* Ezech. XIII, 10. XXII, 28.

Ἀλεκτρυών, ὁ, *gallus*, τὸ ζῶον τὸ κατοικίδιον, ut auctor *Etym. M.* explicat. Ex α priv. et λέγω *cubo*, quod suo cantu excitet homines ex suo cubili. Græcis frequentius ἀλεκτρυὼν vocatur, ut jam *Thom. M.* sub ἀλεκτρυὼν observavit: ad quem vero *Hemsterhusius* et alii exemplis docuerunt, ἀλέκτωρ fuisse olim vocabulum poëticum e Dorica dialecto in communem arcessitum, quo poëtæ lyrici, tragici et comici usi fuerint. Sæpius legitur in N. T. Matth. XXVI, 34. πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι priusquam gallus cecinerit. Marc. XIV, 30. 68. 72. Luc. XXII, 34. 60. 61. Joh. XIII, 38. XVIII, 27. coll. Alex. Prov. XXX, 31. ubi *Aquil.* et *Theodot.* habent ἀλεκτρυών. *I. I. Altmanni* miram opinionem de *buccinæ* et *buccinatoris* significatione, quam apud Græcos SS. et in N. T. locis vocabulis ἀλέκτωρ et ἀλεκτρυὼν subjiciendam esse, ostendere conatus est in *Bibl. Brem.* Cl. V. Fasc. III. copiose ac docte refutavit *Joh. Doitsma* in *Museo Bremensi.* Vol. I. p. 377. seq.

Ἀλεκτοροφωνία, ας, ἡ, 1. *galli cantus, gallicinium.*

2. *tertia noctis vigilia Judæorum, quam galli cantus finit, tempus nocturnum, quo galli experrecti canere*

incipiunt et quod πρωΐα sequitur. Marc. XIII, 35. ὀψὲ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ, h. e. quæcunque noctis vigilia. Tempus autem, quo galli cantus edunt creberrimos, æquo circiter ab aurora et nocte media intervallo, etiam ab Hebræis vocabatur קְרִיאַת הַגֶּבֶר, ut *Buxtorf.* in *Lex. Talmud.* p. 384. docuit, et a Latinis Scriptoribus *gallicinium* (*Ammian.* XXII, 33.) dicebatur. His adde locum 2 Maccab. V, 23.

ἈΛΕΞΑΝΔΡΕΥ̓Σ, έος, ὁ, *Alexandrinus.* Est nomen gentile, notans *eum, qui ex Alexandria oriundus est.* Ἀλεξανδρεία autem erat *urbs* Ægypti celeberrima, ad Nili ostium, quod Canopicum dicitur, sita, portuque gemino instructa atque ab Alexandro M. qui eam condidit, adpellata: cujus de laudibus plura collegit *Barth.* ad *Zach. Mitylenæum* p. 282. seq. Act. XVIII, 24. Judæus Apollo memoratur fuisse Ἀλεξανδρεὺς γένει Alexandrinus genere. Act. VI, 9. commemoratur συναγωγὴ Ἀλεξανδρέων, h. e. Synagoga, quæ Judæi, Alexandriæ habitantes, utebantur. Ingens enim fuit Judæorum numerus, qui Alexandriæ consederant et κατ' ἐξοχὴν Ἀλεξανδρεῖς vocabantur, teste *Josepho* A. J. XIX, c. 5. §. 2. τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἰουδαίους Ἀλεξανδρεῖς λεγομένους.

ἈΛΕΞΑΝΔΡἸΝΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *Alexandrinus.* Est nomen derivatum, quod ejusdem cum præcedente originis et significatione est. Proprie notat

1. *civem Alexandrinum*, sed deinde etiam

2. ad res transfertur, *quæ Alexandria in alia loca transferuntur.* Act. XXVII, 6. XXVIII, 11. πλοῖον Ἀλεξανδρῖνον navis frumentaria, quæ Alexandria Ægypti Romam vehebatur. Navibus enim olim haud raro a provinciis et urbibus, ubi exstructæ fuerunt et unde venerunt, nomen datum fuisse, exempla navium Carthaginiensium apud *Reinesium* Inscriptt. Class. III, n. 21. Ægyptiarum, Syriacarum et Rhodiarum apud *Cæsar.* de B. C. III, 5. Corinthiacarum apud *Herodot.* VI, 89. et aliarum confirmant. Confer *Gyraldus* Lib. de navigiis cap. 17. Opp. T. I, p. 615. De navibus Alexandrinis speciatim copiose egit *Wetstenius* N. T. T. II, p. 638.

ἈΛἘΞΑΝΔΡΟΣ, ἀνδρου, ὁ, *Alexander.* Nomen proprium viri. Quatuor vero hoc insigniti nomine in N. T. leguntur,

1. *filius Simonis Cyrenæi*, qui crucem Christi portavit. Marc. XV, 21. τὸν πατέρα Ἀλεξάνδρου καὶ Ῥούφου.

2. *unus ex sacerdotibus summis*, qui Apostolos examinavit. Act. IV, 6. Ἀλέξανδρον ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ.

3. *Judæus quidam*, in seditione Ephesiorum a plebe comprehensus et protractus, ut ad populum diceret, Act. XIX, 33. coll. v. 34.

4. *faber quidam ærarius*, a quo Paulus se multa mala perpessum fuisse queritur, 1 Tim. I, 20. 2 Tim. IV, 14. quem non fuisse Gnosticum, contra *Moshemium* Ven. *Tittmann* in libro: de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 148. docuit.

ἌΛΕΥΡΟΝ, ου, τὸ, *far molitum, farina pura illa, cujus nondum usus fuit, cujuscunque sit frumenti aut leguminis*, ab ἀλεύω *molo.* Matth. XIII, 33. εἰς ἀλεύρου σάτα τρία. Luc. XIII, 21. Sæpius non legitur. Vulgo a Græcis Scriptoribus ἄλευρον ab ἄλφιτον distinguitur, sic, ut illud de *frumento*, hoc de *hordeo* dicatur: quam differentiam etiam Latini inter *farinam* et *polentam* constituerunt. Confer *Hesych.* ἄλευρα κυρίως τὰ τοῦ σίτου· ἄλφιτα δὲ τὰ τῶν κριθῶν — et *Salmas. Exercitatt. Plinian.* p. 328. qui ibidem p. 1037. docuit, ἄλευρον interdum etiam *massam, quæ fit ex farina conspersa*, notare.

ἈΛἨΘΕΙΑ, είας, ἡ, 1. *veritas* et quidem ea, quæ vulgo logica dicitur, et in *convenientia verborum cum re ipsa* consistit: quo sensu *veritas* apud *Ciceronem* Læl. c. 25. legitur. *Phavor.* ἀλήθεια· ἀπόφασις λέγουσα τὸ ὑπάρχον ὡς ὑπάρχον, καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὡς μὴ ὑπάρχον. Luc. XXII, 59. ἐπ' ἀλη-

θείας *profecto, revera*, i. q. ὄντως, Act. IV, 27. Marc. XII, 32. 2 Cor. XI, 10. ἔστιν ἀλήθεια Χριστοῦ ἐν ἐμοί est formula asseverandi et jurandi: *per Christum vobis affirmo*, verissima sunt, quæ dico. 1 Tim. II, 7. 1 Joh. I, 6. οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν a vero aberramus, i. q. v. 8. ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. ibid. II, 4. Hac significatione אֱמֶת sæpius legitur in V. T. v. c. Zach. VIII, 16. *Jamblich.* V. Pythag. 32. μετ' ἀληθείας πᾶσης ἀπεκρίνατο.

2. *convenientia rerum inter se*, seu *ipsa alicujus rei aut facti natura et ratio*, ut אֱמֶת Deut. XXII, 20. Marc. V, 33. εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν narravit ei omnem rem, uti facta erat. *Joseph. B. J.* VII, 2. πυθόμενος παρ' αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. *Homer. Il.* ω. 407. πᾶσαν ἀλήθειαν καταλέξω. *Herodot.* VIII, 82. Joh. V, 33. καὶ μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ et verum professus est. 2 Joh. v. 3. 3 Joh. v. 12.

3. *certitudo, certa persuasio*, seu *certa et indubitata signa et indicia, e quibus veritas colligi ac demonstrari potest.* Act. X, 34. ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι perspicue jam intelligo, ita, ut nullus dubitandi locus sit relictus. Jos. II, 12.

4. *perfectio, integritas*, ita, ut de rebus dicatur, quæ nomine suo maxime dignæ sunt, quibus nihil deest. Joh. I, 14. πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας plenus summa, excellentissima gratia ac benignitate. ibid. v. 17. ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια religio christiana, summum illud beneficium. Jerem. II, 21. זֶרַע אֱמֶת semen præstans, optimum.

5. *veracitas*, quæ et in consensione sermonis cum cogitatis, et in constantia in servandis promissis aut comminationibus consistit. Rom. III, 4. ἀλήθεια Θεοῦ veracitas Dei in servandis promissis. XV, 8. ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ ut fides Dei in promissis servandis appareret. Ephes. V, 9. καὶ ἀλήθεια et veritatis studium. IV, 25.—veracitati studete. Eandem significationem habet Hebraicum אֱמֶת Ies. XXXVIII, 19. Ps. LXIX, 14.

6. *vera religio*, sive sit *naturalis* illa, Rom. I, 18. τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων qui cum veri Dei cognitione pravitatem vitæ conjungunt—et v. 25. μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει verum Dei cultum cum idololatria permutarunt. coll. v. 19. seq.—sive *christiana*, Joh. VIII, 32. ubi ἀλήθεια i. q. λόγος Χριστοῦ v. 31. XIV, 17. τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας spiritus ille divinus, qui vos veram doctrinam meam edocebit. XVII, 17. 19. 2 Cor. IV, 2. τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας tradenda vera religione divina. Gal. III, 1. Coloss. I, 6. 2 Thess. II, 10. 12. 1 Tim. II, 4. III, 16. 2 Tim. II, 18. Tit. I, 14. 1 Petr. I, 22. 2 Joh. v. 2. Hæc religio, a Christo tradita, sincera illa et pura doctrina divina, in N. T. ut modo multis exemplis comprobavimus, κατ' ἐξοχὴν dicta ἀλήθεια, aliis in locis vocatur ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας, 2 Pet. II, 6. ὁ λόγος τῆς ἀληθείας, 2 Cor. VI, 7. Ephes. I, 13. Jacob. I, 18.—ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου, Galat. II, 5. 14. denique ὁ λόγος τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου, Coloss. I. 5. De religione judaica etiam אֱמֶת interdum usurpatur, maxime in Psalmis, XXVI, 3. LXXXVI, 11. His adde testimonia veterum ecclesiæ doctorum, collecta a *Suicero Thesaur. Eccles.* Tom. I, p. 188. seq.

7. *integritas et sanctitas mentis et vitæ, probitas, pietas*, ad imitationem Hebraici אֱמֶת Ps. LI, 8. Joh. III, 21. ὁ ποιῶν ἀλήθειαν qui recte agit: opponitur enim τῷ φαῦλα πράσσοντι v. 20. Joh. VIII, 44. ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔστηκεν deflexit a virtute et integritate sua. coll. 1 Joh. III, 8. Rom. II, 8. τῇ ἀληθείᾳ opponitur ἡ ἀδικία. 1 Cor. V, 8. εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας vera et non fucata pietas. Ephes. IV, 21. V, 14. Jacob. V, 19. coll. v. 20. Tob. III, 5. Conf. *Ludov. de Dieu* Criticam S. p. 495. Speciatim vero ita dicitur

8. *justitia et æquitas*, ita, ut Deo æque ac hominibus tribuatur. Prioris exemplum est Rom. II, 2. κρίμα τοῦ Θεοῦ ἐστὶν κατ' ἀλήθειαν pœna divina eaque justa. Posterioris autem exem-

plum præbet locus 1 Cor. XIII, 6. *συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ* justitia et æquitate mirifice delectatur: ubi opponitur *ἡ ἀδικία*. Ita אֱמֶת sumitur Prov. XXIX, 14. Ies. LIX, 24. Ps. XIX, 10, LXXXV, 11. 12. quæ vox haud raro per *δικαιοσύνην* redditur ab Alexandrinis, v. c. Genes. XXIV, 49. et *ἀλήθεια* in libris apocryphis, Tob. III, 2. 1 Macc. VII, 18. Nec a linguæ Latinæ et Græcæ usu hanc significationem alienam esse, ex *Cicer.* XIII. ad Famil. 57. et iis, quæ *Grævius* in Lectt. Hesiodd. c. 6. et *Irmisch.* ad *Herodian.* Tom. I, p. 761. in hanc rem contulerunt, satis apparet.

9. *sinceritas, quæ omnem simulationem, dolum, fraudem et fucum excludit, candor animi.* Philipp. I, 18. *εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ* ubi *ἀληθείᾳ* est i. q. *ἀγνῶς* v. 16. et notat: *ingenue, bono consilio.* 1 Joh. III, 18. ubi *ἐν ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ* opponitur *λόγῳ καὶ τῇ γλώσσῃ.* Huc etiam referrem locum Joh. IV, 23. 24. *ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ.* Ita אֱמֶת Esther. IX, 30. Judd. IX, 15. 16.

ἈΛΗΘΕΎΩ, fut. *εὑσω.* 1. *vera loquor, veritatis studiosus sum,* i. q. alibi dicitur *λέγω* vel *ποιῶ τὴν ἀλήθειαν.* Galat. IV, 16. *ἀληθεύων ὑμῖν* cum veram religionem Christianam vobis trado. Gen. XLII, 16. הַאֱמֶת אִתְּכֶם Alex. *εἰ ἀληθεύετε*; *Xenoph.* Anab. IV, 4. 10.

2. *sincero sum animo.* Ephes. IV, 15. *ἀληθεύοντες ἐν ἀγάπῃ* sincero animo nos invicem diligamus. *Phavor. ἀληθεύων λέγεις· ἀληθῆ λέγεις. Συντάσσεται τὸ ἀληθεύω καὶ αἰτιατικῇ, ὡς παρ' Ὁμήρῳ· πάντα δὲ ἀληθεύσον. καὶ παρὰ Ξενοφῶντι· λέγειν οὐδὲν ὅ,τι ἂν μὴ ἀληθεύω— καὶ ἀληθεύει τοῦτο, ἀντὶ τοῦ ἀληθὲς ἐστι.*

ἈΛΗΘΉΣ, ὁ, ἡ, ἐς, τὸ, 1. *verus, veritati rei* seu *rei ipsi congruens et conveniens.* Joh. X, 41. *πάντα δὲ ὅσα εἶπεν περὶ τούτου, ἀληθῆ ἦν* tamen testimonium Johannis de persona Jesu verissimum fuit. ibid. XIX, 35. XXI, 24. Act. XII, 9. Tit. I, 13. *ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθὴς* sententia hæc ipso usu confirmatur. 1 Petr. V, 12. 2 Petr. II, 22. 1 Joh. II, 8. Neutrum *ἀληθὲς* eleganter ponitur pro adverbio *ἀληθῶς vere.* Joh. IV, 18. *τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας* recte dixisti. *Herodian.* III, 8.

2. *verus, qui talis est, qualem se profitetur.* Joh. VII, 18. *οὗτος ἀληθής ἐστι καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν* hic est verus doctor divinus nec impostor. 2 Cor. VI, 8. *ὡς πλάνοι καὶ ἀληθεῖς* tanquam impostores et tamen sumus veri legati divini. Matth. XXII, 16.

3. *verax, fide dignus, qui fidem datam servat.* Joh. III, 33. *ἐσφράγισεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν* is, veracem Deum esse, facto suo confirmat. ibid. VIII, 26. Rom. III, 4. *γενέσθω δὲ ὁ Θεὸς ἀληθὴς, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης* si vel omnes homines mendaces reperirentur, tamen Deus fidem datam fallere nequit. Ita et Latinum *verus* pro *verace, veridico* ponitur apud *Terent. Andr.* II, 5. 12. *Virgil. Æn.* III, 310. VI, 456.

4. *firmus, ratus, vim juris habens,* rechtskräftig *valid by law.* Joh. V, 31. *ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθὴς* in dubium vocari testimonium meum posset. Joh. VIII, 13. 17. *ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστι* duorum hominum testimonium fidem habere publicam.

5. *honestus, probus, rectus.* Philipp. IV, 8. *ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ* quidquid rectum est: quæ verba tamen alii cum Grotio reddunt: quidquid est a mala fide et mendacio alienum. Sic *verum* apud Latinos Scriptores, v. c. *Horat.* Epist. I, 1. 11. Vide *Ludov. de Dieu* Criticam S. p. 501.

6. (ut Lat. *verus.* Vid. *Burmann.* ad *Propert.* p. 638.) *justus, æquitati conveniens.* Joh. VIII, 16. *ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστι,* h. e. judicium meum justum et æquum est: nam opponitur v. 16. *τῷ κρίνειν κατὰ ὄψιν. Hesych. ἀληθής· δικαία ἢ δίκαιος. Thucyd.* III, 56. *οὐκ ἀληθεῖς κριταὶ ὄντες. Joseph.* A. J. VI, 3. 2. *τὰς κρίσεις οὐ πρὸς τὴν ἀλήθειαν.* Ib. VII, 5. 4. Simili modo Hebraicum קְשֹׁט *veritas* est a rad. Arab. قسط

justus fuit; et contra צָדַק *justus fuit* in lingua Arabica notat *verax fuit*.

'ΑΛΗΘΙΝΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1. *verus, fide dignus, rei naturæ et veritati conveniens.* Joh. IV, 37. ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς comprobatur in vobis proverbium illud. ib. XIX, 35. καὶ ἀληθινὴ αὐτοῦ ἐστὶν ἡ μαρτυρία. Apoc. III, 14. ὁ μάρτυς πιστὸς καὶ ἀληθινός. ib. XXI, 5. XXII, 6.

2. *genuinus, qui natura et vere est id, quod dicitur; qui talis est, qualis esse debet:* et opponitur modo fictitio et speciem præbenti. Joh. I, 9. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινον erat doctor vere divinus. ibid. IV, 29. ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ veri Dei cultores. VI, 32. τὸν ἄρτον τὸν ἀληθινὸν cibum vere cœlestem. XVII, 3. τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, qui 1 Thess. I, 9. τοῖς εἰδώλοις diis fictitiis opponitur. 1 Joh. II, 8. V, 20. Apoc. III, 7. In aliis vero locis, quæ ad eandem significationem pertinent, ἀληθινὸν reddi potest per *certum, perenne, firmum et perpetuum, optimum, præstantissimum.* Luc. XVI, 11. τὸ ἀληθινὸν opponitur τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ, h. e. vanis et fluxis divitiis, adeoque *veras divitias cœlestes, non fluxas et vanas*, significabit. Joh. XV, 1. ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ ego sum vitis præstantissima. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 765.

3. *verax, promissis stans.* Joh. VII, 28. ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με verax est, qui me misit.

4. *integer, probus et sincerus.* Hebr. X, 22. μετ' ἀληθινῆς καρδίας mente integra et pura ab omni vitiositate. Ies. XXXVIII, 3. בֶּאֱמֶת וּבְלֵב שָׁלֵם Alex. μετὰ ἀληθείας ἐν καρδίᾳ ἀληθινῇ. coll. 1 Regg. VIII, 62. XI, 4. XV, 14. In aliis versionis Alex. locis ἀληθινὸς Hebr. תָּמִים Deut. XXXII, 4.— יָשָׁר Job. VIII, 6. et נָקִי Job. XXVII, 17. respondet. *Œcumen.* in Epist. ad Ephes. VI, p. 694. ἀληθινός ἐστιν ἐκεῖνος, ὁ μὴ ὑποκρινόμενος μηδὲ ἐπιμορφιζόμενος τὴν ἀρετήν.

5. *justus, æquus.* Apoc. VI, 10. ὁ δεσπότης ὁ ἅγιος καὶ ὁ ἀληθινὸς, ubi confer sequentia, XV, 3. δίκαιαι καὶ ἀληθιναὶ αἱ ὁδοί σου juste et æque moderaris fata humana. XVI, 7. ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις σου. XIX, 2. 11.

6. *realis, non typicus.* Heb. VIII, 2. καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς et templi illius cœlestis, quod adumbratum fuit tantum templo Hierosolymitano. coll. cap. IX, 25. Sæpius Scriptores ecclesiastici hujus, ἀληθείας quæ opponitur *umbris* et *ceremoniis legalibus*, mentionem faciunt, locis interdum plane alienis. Confer *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 190.

'ΑΛΗ'ΘΩ, fut. ήσω, *molo, molam manuariam circumago* (Hebr. טָחַן Num. XI, 8. Judd. XVI, 21.), pro quo frequentius quidem Græci Scriptores ἀλέω ponunt; sed ideo non omnino repudiandum erat hoc verbum a *Phrynicho* p. 58. et *Thoma Magistro* p. 31. sub ἀλεῖν. Legitur enim ἀλήθω in *Diodor. Sic.* III, 13. Matth. XXIV, 41. δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι. Luc. XVII, 35. δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτό. In utroque loco (sæpius enim non legitur in N. T.) priscorum consuetudinem Christus respexit. Olim enim mulieres seu ancillæ in molendina mittebantur et molam trusatilem circumagebant: Exod. XI, 5. Talis serva molendinaria quæ erat infimæ conditionis γυνὴ ἀλετρὶς dicitur *Homero*, Odyss. XX, v. 105. confer Warnekros Entwurf der hebraischen Alterthumer p. 202. *Etym. M.* ἀλήθω· τὸ ἐπὶ τῆς μύλης σῖτον ἢ κριθὴν ἀλευροποιεῖν. ἀπὸ τοῦ ἀλῶ, ἀλήθω, ὡς πρῶ, πρήθω, νῶ, νήθω κ. τ. λ. Idem *Phavor.* Vide etiam notata de hac voce a *Wetstenio* in notis ad N. T. T. I. p. 505.

'ΑΛΗΘΩ̃Σ. Adverb. 1. *vere, revera, re ipsa*, ita, ut ad alicujus rei naturam et essentiam referatur. Matth. XIV, 33. ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ. XXVI, 73. Joh. I, 48. ἀληθῶς 'Ισραηλίτης pro ἀληθινὸς 'Ισραηλίτης en! verum et genuinum Israëlitam.

2. *vere, veraciter*, ita, ut ad sermo-

nem et orationem referatur. Luc. IX, 27. λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς hoc enim vobis assevero. XII, 44. XXI, 3. Joh. IV, 18. secundum lectionem quorundam codd.

3. *certo, certis indiciis, idoneis argumentis.* Joh. VII, 26. μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν; num forte certis indiciis cognoverunt? XVII, 8.

ΑΛΙΕΥΣ, έος, ὁ, 1. *piscator*, Hebr. דַּיָּג Ies. XIX, 8. Jer. XVI, 16. et דַּוָּג Ezech. XLVII, 10. ab ἅλς *mare*. *Hesych.* ἁλιεῦσι· θαλαττουργοῖς ἢ ἰχθυοθηρευταῖς. Matth. IV, 18. Marc. I, 16. ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς.

2. metaphorice; *qui sibi vel aliis aliquid comparat et conciliat.* Matth. IV, 19. Marc. I, 17. ἁλιεῖς ἀνθρώπων qui institutione sua religioni Christianæ plures sectatores conciliant; non tamen sine respectu ad externam apostolorum conditionem. Hoc metaphorico sensu et θηρᾶν apud *Xenoph.* Mem. II, 6. 8. et *venari* apud Latinos occurrit. Confer *Burmann.* ad *Phædr.* IV, 4. p. 172. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 277.

ΑΛΙΕΥΩ, fut. εύσω, (pro quo, teste *Phavorino*, frequentius ἁλιεύομαι dicitur) *piscor, pisces capio*, Hebr. דָּוָג Jerem. XVI, 16. Semel legitur in N. T. Joh. XXI, 3. ὑπάγω ἁλιεύειν abeo piscatum.

ΑΛΙΖΩ, fut. ίσω, (ab ἅλς, ἁλὸς *mare, sal.*)

1. *sale condio, sale conspergo, salio*; pro quo et ἁλατίζω reperitur, sed raro, v. c. apud *Vet. Schol.* in *Rhet. Aristot.* II. c. 23. p. 46. Marc. IX, 49. ἁλὶ ἁλισθήσεται sale conspergetur. Bene distinguenda est hæc vox ab ἁλίζω *congrego, colligo*, ab adverbio ἅλις *confertim, coacervatim*, descendens, de qua infra sub συναλίζω uberius dicendi locus erit.

2. ἁλίζομαι *salsedinem, saporem recipio.* Matth. V, 13. ἐὰν μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; qui si perdiderit saporem et salsedinem, quomodo eam recuperabit? i. e. non erit, quo corrigatur. — Alii vertunt: quomodo cibi condiendi erunt? Sed priorem interpretationem præferendam esse, docet locus parallelus Marc. IX, 50. ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; Jam vero quia quælibet victima, Deo offerenda e præscriptis legis Mosaicæ (Levit. II, 13.), antea sale conspergenda erat, ob vim lustrandi, quam sali veteres inesse opinabantur, factum est, ut ἁλίζειν

3. metaphorice significaret: *aliquem morti et perniciei destinare* aut *consumere, perdere, delere*, et ἁλίζεσθαι *consumi, perdi, deleri.* Marc. IX, 49. πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται omnis enim impius igne pereat necesse est, quemadmodum victima sale conspersa interficitur. Eandem significationem habet Hebr. נְמַלַּח Ies. LI, 6. כִּי־שָׁמַיִם כֶּעָשָׁן נִמְלָחוּ cœli sicut fumus evanescent. Esra IV, 14. Jerem. XXXVIII, 11. 12.

ΑΛΙΣΓΗΜΑ, τος, τό. Vox hæc mere hellenistica, quæ apud reliquos Scriptores Græcos non occurrit, in universum *quamvis pollutionem et inquinationem*, sive physicam et legalem, sive moralem significat; ab ἁλισγέω, quod *Heyschius* per μολύνω et μιαίνω explicat, et Sirac. XL, 33. (ἁλισγεῖν ψυχήν) Daniel. I, 8. Malach. I, 7. 12. (ubi Hebr. גָּאַל respondet) legitur. Speciatim vero significat *inquinationem* legalem, quæ est per nutrimenta vetita, de quibus lex Mosaica agebat: id quod luculenter apparet e loco Act. XV, 20. ubi verba: ἀπὸ τῶν ἁλισγημάτων τῶν εἰδώλων vertenda sunt; a pollutione per carnes ex victimis paganorum residuas, propterea quod v. 29. per verba ἀπὸ εἰδωλοθύτων, illorum loco posita, ab ipso auctore sunt explicata. Neque hoc fugit Lexicographos vett. qui omnes hunc locum respexerunt. *Hesychius* enim vocem ἁλισγημάτων explicat per τῆς μεταλήψεως τῶν μιαρῶν θυσιῶν, ubi confer. *Ernesti*; *Suidas* per τῶν μιασμάτων ἐκ μυσαρᾶς τῶν εἰδώλων θυσίας—denique *Alberti* Glossarium N. T. τῶν μεταλήψεων τῆς μιαροφαγίας.

ΑΛΛΑ. Conjunctio, tam inter *copulativas*, quam inter *adversativas* a Grammaticis numerata, de cujus vario apud Scriptores Græcos usu eleganter disputavit *Devarius* in libro: de Græcæ L. particulis, ex edit. *Reusmann.* p. 1. seq. Nos potiores ejus significationes, in libris N. T. obvias, dabimus: nam omnem rem exhaurire difficultas judicii, de ea in singulis locis constituendi, non permittit.

1. *sed.* Matth. VII, 21. VIII, 4. IX, 13. 17. 24. Deficit in hac significatione Tit. II, 3. ante καλοδιδασκάλους et III, 2. ante ἐπιεικεῖς.

2. *ast, verum, at.* Matth. IX, 18. XXIV. 6. ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος. Marc. IX, 22. XIII, 20. XIV, 28. 36. Ita ἀλλὰ etiam apud Græcos Scriptores objectionibus et oppositionibus servit: confer *Devarium* l. l. p. 8. seq.

3. *e contrario.* Matth. XX, 26. ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ e contrario qui cupiat. v. 28. οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι ἀλλὰ διακονῆσαι. Marc. XI, 32.

4. *quin etiam, adeo.* Matth. XXI, 21. Luc. XII, 7. ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες κ. τ. λ. Joh. XVI, 2. Act. XIX, 2. ἀλλ' οὐδὲ ἠκούσαμεν adeo ne audivimus quidem. 1 Cor. III, 2. ἀλλ' οὐδὲ νῦν ne nunc quidem. 2 Cor. VII, 11.

5. *quam potius, sed potius*, inprimis præcedente particula negandi. Matth. IV, 4. V, 15. 17. 39. VI, 13. X, 20. 34. XV, 11. XVII, 12. XVIII, 30. Marc. IX, 37. XVI, 7. Joh. VII, 16. Act. V, 4. 1 Cor. X, 24. 2 Cor. VIII, 5. Ita כִּי Gen. XLV, 8. Exod. XVI, 8. et כִּי־אִם Jerem. VII, 23. E Græcis Scriptoribus huc pertinent loca: *Herodot.* III, c. 151. IX, 6.

6. *nisi, præter.* Matth. XIX, 11. XX, 23. ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται nisi quibus destinata fuerit. Marc. IX, 8. ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον, (in loco parallelo Matth. XVII, 8. εἰ μὴ positum est. Hinc Alexandr. Hebr אִם לֹא per ἀλλὰ reddiderunt Genes. XXIV, 38.

7. *tamen, sed tamen.* Joh. XVI, 20. 1 Cor. IV, 15. VIII, 6. IX, 2. 12. 2 Cor. XIII, 4. Coloss. II, 5. Hanc significationem ἀλλὰ etiam apud Græcos habet, præsertim si particulæ εἰ respondet. Confer *Blackwall.* Tom. II. Class. Sacr. p. 54. et כִּי־אִם Num. XXIV, 22, ut אֲבָל Daniel. X, 21. 2 Paral. XXXIII, 17.

8. *vel, aut*, i. q. ἤ, maxime in interrogationibus. Matth. XI, 8. 9. ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; aut ad quidnam videndum exiistis? *Arrian. Epictet.* p. 64. *Andocides Orat.* III, p. 273.

9. *igitur, ideo, itaque.* Act. X, 20. XXVI, 16. Eph. V, 24. 2 Cor. VIII, 7. Galat. II, 14. 1 Joh. II, 27. ad imitationem Hebraici כִּי־אִם 1 Regg. XX, 6. Ies. LXV, 18. 1 Macc. X, 56. *Aristoph.* Thesmophor. v. 223. Pace v. 570.

10. *utique, sane, profecto.* Rom. VI, 5. Jacob. I, 26. Hinc ἀλλὰ Hebraico אֲבָל sane, utique, in versione Alex. respondet Job. XXXII. 8. *Ælian.* V. H. IV, 13. XIV, 4.

11. *quæso;* quam elegantem vim obtinet in precationibus, quibus præfigi solet. Marc. IX, 22. ἀλλ' εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν si quid itaque vales, auxiliare quæso nobis. *Homer.* Iliad. I, 393. ἀλλὰ σὺ, εἰ δύνασαί γε, περίσχεο παιδὸς ἑῆος. *Aristoph.* Nub. v. 183. ἀλλ' ἄνοιγε τὴν θύραν aperi quæso ostium. Idem in *Acharn.* 578. 582. *Plut.* 1203. Alia exempla dedit *Krebs.* in Observatt. Flav. p. 90. et *Kœnius* ad *Gregor. de Dialectis* p. 36. Sic et Latini *tamen* adhibent, v. c. *Terent. Andr.* V, 1. 23.

12. interdum ἀλλὰ pleonastice ponitur, v. c. Matth. VIII, 8. interdum deficit, Marc. XVI, 13. Joh. II, 10. ante σύ. IV, 22. ante ὑμεῖς. Act. XXVIII, 19. ante οὐχ'. Coloss. II, 23. Philem. v. 9. Hebr. IV, 25. Exempla defectus similium particularum apud Hebræos dedit *Noldius* in Concordantiis particularum Hebræo-Chaldaicarum p. 2.

13. ἀλλὰ sæpe post se repeti jubet verba quædam ex superiore oratione subintelligenda et ellipsin indicat.

Exempla e Græcis dedit *Devarius* l. l. p. 12. seq. E N. T. vero hæc loca præcipue sunt notatu digna: Marc. XIV, 28. ἀλλὰ scilicet ne plane dispergamini, ibid. v. 49. ἀλλ' sc. γέγονε τοῦτο. coll. Matth. XXVI, 56. Joh. I, 8. ἀλλ' sc. ἦλθεν e v. 7. Joh. IX, 3. ἀλλ' sc. cœcus factus est. XV, 25. ubi post ἀλλ' e v. 24. supplendum est μεμισήκασιν. 1 Joh. II, 19. ἀλλ' scilicet egressi sunt e nobis.

14. ἀλλὰ καὶ *quin immo, quin etiam.* Luc. XII, 7. XVI, 21. ubi jam *Erasmus Schmidius* in notis observavit, hic non esse ἀντίθεσιν, sed αὔξησιν.

15. ἀλλ' ἢ *nisi.* 1 Cor. III, 5. ἀλλ' ἢ διάκονοι nisi ministri Dei. 2 Cor. I, 13. *præterquam. Diogen. Laërt.* Proœm. p. 12. μηδένα γὰρ εἶναι σοφὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἢ θεόν. Interdum ἀλλ' ἢ per *sed potius* vertendum est, v. c. Luc. XII, 51. Confer *Devarius* l. l. p. 25. seq. et *Zeunius* ad *Vigerum* de præcipuis Græcæ dictionis idiotismis p. 461. seq.

16. ἀλλὰ *præterea.* Rom. X, 8. ἀλλὰ τί λέγει; quid præterea dicit? Conf. *Clerici Artem crit.* P. I. p. 65. Cæterum non a re præsenti alienum erit particulas Hebraicas breviter recensere, quibus ἀλλὰ in vers. Alexandrina respondet. Usi autem sunt Alexandrini pro ו Genes. XVII, 5. Exod. III, 22. Deut. I, 26. pro כִּי Num. XXXVI, 9. pro אִם Gen. XLIV, 26. pro כִּי־אִם Genes. XV, 14. Jos. XXIII, 8. pro אֲבָל 2 Chron. I, 4. Daniel. X, 7. 21. pro Chald. בְּרַם *verumtamen*, Esra V, 13. et לָהֵן *nisi*, Daniel. II, 11. pro אֶפֶס *tantummodo*, Num. XXIII, 13. pro זוּלַת *præter*, Deut. IV, 12. pro רַק *tantum*, Jos. VI, 18. XIII, 6. pro אַךְ 1 Sam. XVI, 6. 1 Regg. XVII, 13. pro אוּלָם *profecto*, Job. I, 11, XII, 7. pro אַף *quin etiam*, 1 Sam. XIV, 30. pro אָכֵן *utique, sane*, Job. XXXII, 8. pro הֲבֵה Job. XL, 15. Ies. V, 17. Quibus adde, quæ *Phavorinus* ad vocem ἀλλὰ e Græcorum scriptis congessit. Sed hæc sufficiant.

ἌΛΛΑΤΤΩ vel ἌΛΛΑΣΣΩ, fut. άξω,

1. *muto, immuto* et quidem ita, ut de mutatione in melius dicatur. *Hesych.* ἤλλαξεν· ἄλλον ἐξ ἄλλου ἐποίησεν. 1 Cor. XV, 51. πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα sed omnium corpora mutationem subitura sunt, nempe qua substantiam, conditionem et qualitates corporis. In vers. Alex. Hebr. חָלַף Genes. XXXI, 7. et חָמִיר Levit. XXVII, 33. Jerem. II, 11. respondet.

2. ubi de mutatione in pejus agitur, *deturpo, corrumpo.* Rom. I, 23. καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ et deturparunt formam adspectabilem aut summam majestatem Dei incorruptibilis. Eodem sensu חָמִיר Jerem. II, 11. וַיָּמִירוּ אֶת־כְּבוֹדָם בְּתַבְנִית שׁוֹר אֹכֵל עֵשֶׂב Ps. CVI, 20.

3 *efficio, ut aliquid cesset, finem impono, abrogo.* Act. VI, 14. καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς et abrogaturum ritus a Mose præscriptos. Hinc Ἀλλάττομαι sensu physico: *intereo, pereo, evanesco,* v. c. Hebr. I, 12. οὐρανοὶ ἀλλαγήσονται cœli peribunt, destruentur, coll. Ies. II, 18. וְהָאֱלִילִים כָּלִיל יַחֲלֹף et idola plane destruentur.

4. *vario.* Galat. IV, 20. καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου et variare orationem meam, h. e. loqui pro diverso rerum statu; in qua significatione respondet Hebr. שָׁנָה Jerem. II, 36. *Artemid.* II, 20. de corvo: διὰ τὸ πολλάκις ἀλλάσσειν τὴν φωνήν. coll. IV, 58. ubi formula πολλαῖς χρᾶσθαι φωναῖς usus est. *Dio. Chrys.* LIX, p. 575. C.

ἈΛΛΑΧΟΎΘΕΝ. Adverbium loci, *aliunde*, ab ἄλλος: nam adverbia, in θεν desinentia, significant *de* seu *a loco.* Semel occurrit in N. T. Joh. X, 1. ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν sed aliunde inscendit. Hebraicum מִמָּקוֹם אַחֵר Esther IV, 14. Vide *Wetstenii* N. T. T. I, p. 907.

ἈΛΛΗΓΟΡΕΎΩ, ῶ, fut. ήσω, ab ἄλλος

alius et ἀγορέω loquor, proprie

1. *aliud loquor quam sentio.*

2. *aliud verbis, aliud sensu ostendo; aliter interpretor quam verba præ se ferunt: alium sensum ex oratione eruo, quam qui verbis proprie intellectis gignatur:* unde allegoria, quæ nota est figura rhetorica. *Hesych.* ἀλληγορούμενον· τροπολογούμενον, φυσιολογούμενον. Idem: ἀλληγορία· ἄλλο τι παρὰ τὸ ἀκουόμενον ὑποδεικνύουσα. *Alb.* Gloss. N. T. p. 150. ἀλληγορούμενα· ἑτέρως κατὰ μετάφρασιν νοούμενα καὶ οὐ κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν. Semel legitur in N. T. Galat. IV, 24. ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα hæc narratio Mosis alium sensum sublimiorem admittit, quam ipsa verba proprie intellecta monstrant; seu ad nostram rem accommodari potest. Inter omnes vero populos cultos obtinuit mos allegoricæ interpretationis, ut vel ex *Heracliti* libro de allegoriis Homeri (cujus nova editio Goettingæ prodiit curante *N. Schow* cum notis Ill. *Heynii*) satis apparet. Fuerunt autem maxime inter Judæos haud pauci viri docti, qui adeo narrationes V. T. allegorice explicarent; ad quorum numerum præter auctores Kabbalæ antiquioris Judæorum et N. T. scriptores maxime *Eleazarus* Pontifex et *Aristobulus* (*Euseb.* Præp. Evang. VIII, c. 8.) *Esseni* et *Philo* referendi sunt. Confer *Koerner.* Spec. I. et II. de allegorica interpretandi ratione. De ipsa voce ἀλληγορεῖν vide notata a *Wetstenio* N. T. T. II, p. 228. seq.

ἈΛΛΗΛΟΥΪΑ. Vox origine Hebraica, terminationem suam retinens, composita ex secunda persona pluralis imperativi Piel verbi הָלַל *laudavit* et nomine divino יָהּ, יָהּ, הַלְלוּ celebrate Jehovam, αἰνεῖτε τὸν Κύριον, Apoc. XIX, 1. 3. 4. 6. *Hesych.* ἀλληλούϊα· αἶνος τῷ ὄντι Θεῷ· αἰνεῖτε τὸν Θεόν. Idem *Suidas* et Lex. MS. Bibl. Coislin. p. 503. 2 Macc. VII, 13. ἐπιφωνήσαντες τὸ ἀλληλούϊα.

ἈΛΛΗΛΩΝ. Est genitivus pluralis nominis defectivi tum numero, tum casibus. Singularis plane non est in usu: dualis rarius reperitur in Scriptoribus profanis, sed in nullo codice N. T. Pluralis vero frequentissime in libris N. T. legitur, non quidem in omnibus ac singulis casibus, attamen in genitivo ἀλλήλων, in dativo ἀλλήλοις, ἀλλήλαις, et in accusativo ἀλλήλους, ἀλλήλας, ἄλληλα. Latine variis modis reddi potest: *invicem, mutuo, inter sese, inter nos vel vos, alius alium, alter alterum.* Regitur autem vel a verbo, cui jungitur, vel a præpositione, quæ ei præmittitur, v. c. πρὸς, εἰς seq. accus.—κατὰ, μετὰ, ἀπὸ, ὑπὲρ, sequente genitivo, vel ab alia quadam particula, v. c. μεταξύ. E pluribus N. T. locis hæc pauca sufficiant. Matth. XXIV, 10. ἀλλήλους παραδώσουσι καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους alius alium prodet et odio habebit. Joh. XIII, 35. ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις si mutuo vos amore prosequimini. Act. VII, 26. ἵνα τί ἀδικεῖτε ἀλλήλους; quid alter alterum læditis? XXVIII, 25. ἀσύμφωνοι ὄντες πρὸς ἀλλήλους cum invicem discordes essent. Jacob. V, 16. εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων orate pro vobis mutuo. Genes. XV, 10. לְקַרַאת רֵעֵהוּ Alex. ἀντιπρόσωπα ἀλλήλους. ib. XLII, 21. אִישׁ אֶל־אָחִיו Alex. πρὸς ἀλλήλους, coll. Exod. XVIII, 7. Exod. XIV, 20. זֶה אֶל־זֶה Alex. ἀλλήλοις. *Suid.* ἀλλήλων· ἀντὶ τοῦ ἑαυτῶν.

ἈΛΛΟΓΕΝΗΣ, ους, ὁ, ἡ, *alienigena, ex alia tribu et gente oriundus, peregrinus.* (ex ἄλλος et γένος *gens, genus.*) In vers. Alex. respondet Hebr. נֵכָר Ies. LVI, 3. et זָר Ies. LXI, 5. Jerem. LI, 51. Dicebatur autem in universum ἀλλογενὴς a Judæis omnis, qui non ad populum Judaicum pertinebat: unde apud Lucam XVII, 18. Samaritanus ita vocatur. coll. v. 16. Sæpius non legitur.

ἌΛΛΟΜΑΙ, fut. ἁλοῦμαι, (activum est inusitatum, passivum autem et medium sæpius leguntur).

1. *salio, subsilio, exsilio,* et dicitur non solum de hominibus, sed etiam de animalibus, præ gaudio tripudiantibus. *Hesych.* ἁλεῖται· πηδήσει.

2. *leviter incedo et me moveo saltan-*

tium instar. In hac significatione derivata quam propria accipere hanc vocem mallem in loco Act. III, 8. ubi homo claudus, a Petro sanatus, narratum templum intrasse περιπατῶν καὶ ἀλλόμενος, h. e. *pedibus integer;* si lectio sana est: nam desunt verba Græca laudata in bonis codicibus. ibid. XIV, 10. καὶ ἥλλετο καὶ περιεπάτει. coll. Ies. XXXV, 6. τότε ἀλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλός. *Syr.* ܟܐܣܐ ܘܩܦ ܘܗܠܟ *et exsiliens surrexit, et ambulavit.*

3. metaphorice usurpatur de *aquis fontanis scaturientibus et ebullientibus.* Joh. IV, 14. πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου fons scaturiens, fons perennis. Eodem modo *salire* apud Latinos Scriptores: *Virgil.* Eclog. V, 47. *Sueton.* Octav. 82. Vide etiam *Pearson.* annot. in *Ignatii* Epistolam ad Romanos p. 56. *Hesychius:* ἁλλομένου, ἀεὶ ῥέοντος ἢ βλύζοντος.

Ἄλλος, η, ο, *alius, a, ud,* in universum *diversitatis* notionem habet, quacunque se habeat ratione, sed non uno eodemque sensu, pro diversitate subjecti. Nam

1. adhibetur *inclusive, alius præter aliquem vel aliquos.* Matth. IV, 21. εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελφοὺς vidit præter Andream et Petrum alios fratres duos. Marc. VII, 4. καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν et præter ea alia multa sunt. Luc. V, 29. Act. XV, 2. et in Apocalypsi sæpissime. Hinc οἱ ἄλλοι *reliqui.* Joh. XX, 25. XXI, 8. 1 Cor. XIV, 29. Unde interdum a librariis pro οἱ ἄλλοι scriptum est οἱ λοιποί, ut apud *Xenoph.* Cyrop. III, 3. 4. in MS. Guelf. et Philelphi libris.

2. *diversus ab aliquo ac distinctus.* Matth. II, 12, δι' ἄλλης ὁδοῦ *per aliam viam, diversam a priore.* Joh. V, 32. Joh. XIV, 16. ἄλλον παράκλητον alium a me diversum doctorem seu adjutorem. 1 Cor. XV, 39. οὐ πᾶσα σὰρξ ἡ αὐτὴ σάρξ· ἀλλὰ ἄλλη μέν. 2 Cor. XI, 4. ἄλλον Ἰησοῦν, i. q. εὐαγγέλιον ἕτερον in sequentibus. Ita אַחֵר, cui ἄλλος respondet, in vers. Alex. Ies. XLII, 8. Ps. XVI, 4. 1 Regg. XIII, 10.

3. *distributive* sumitur, non solum si repetitur, ut Lat. *alius—alius,* Marc. VI, 15. ἄλλοι ἔλεγον — ἄλλοι δὲ ἔλεγον alii dicebant—alii vero dixerunt, 1 Cor. XII, 8. 9. 10. sed etiam, si semel tantum ponitur, v. c. Matth. VIII, 9. ibid. XXI, 8.

4. *alienus, qui est alterius.* 1 Cor. X, 29. ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως. Hinc Hebr. זָר respondet in vers. Alex. Job. XIX, 27.

5. *alter e binis,* i. q. ἕτερος. Matth. V, 39. στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην ei alteram quoque præbe. XII, 13. ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη sana ut altera. Marc. III, 5. Luc. VI, 10. 29. XIX, 32. Loca e Scriptoribus Græcis et Latinis dederunt *Burmann.* ad *Phædr.* I, 4. 4. et *Schrader* ad *Musæum* p. 151.

Ἀλλοτριοεπίσκοπος, ὁ, ἡ, *qui res alienas curat et quæ nihil ad se attinent, qui se alienis rebus immiscet,* i. q. ὁ πολυπράγμων, ὁ περιεργαζόμενος τὰ τῶν ἄλλων (ex ἀλλότριος alienus et ἐπίσκοπος inspector.) Semel legitur hæc vox in N. T. 1 Petr. IV, 15. ἢ ὡς ἀλλοτριοεπίσκοπος: quæ verba plurimi interpretes de curioso alienarum rerum inspectore interpretati sunt, præeunte *Œcumenio* ad h. l. (ὁ τὰ ἀλλότρια περιεργαζόμενος, ἵνα ἀφορμὴν λοιδορίας ἔχῃ) pauci vero de *nimis severo alienorum vitiorum censore, sua autem negligente* explicarunt, ducti fortasse auctoritate *Phavorini:* ὁ τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας ἀφείς, τὰς δὲ ἑτέρων περιεργαζόμενος. Sed neutra explicatio ob præcedens πασχέτω locum habere potest. Videtur potius ἀλλοτριοεπίσκοπος *hominem omnibus sceleribus deditum* ex usu linguæ hellenisticæ significare, in qua ἀλλότριος, simpliciter positum, *hominem scelestum, qui non obedit præceptis divinis,* notat. v. c. Ps. I, 1. ubi in vers. Vta et VIta ἀλλότριοι Hebraico רָשָׁעִים respondet. Sirac. XLV, 22. Confer nostrum Spicileg. I. Lexici in interpretes Græc. V. T. p. 8.

Ἀλλότριος, ὁ, ἡ, τὸ, 1. *alienus, non proprius,* et opponitur τῷ ἴδιος

proprias, peculiaris. Luc. XVI, 12. καὶ εἰ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε et si in alienis infideles fueritis: ubi opponitur τὸ ὑμέτερον. Joh. X, 5. ἀλλότριος ποιμὴν *alienus custos*, prouti vocatur *Virgil.* Ecl. III, 5. coll. v. 12. οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια: ubi tamen ἀλλότριος etiam commode de *ignoto* explicari potest. coll. Sirac. VIII, 21. Rom. XIV, 4. ἀλλότριος οἰκέτης. Hebr. IX, 25. αἵματι ἀλλοτρίῳ.

2. *alienigena, peregrinus, exterus, extraneus.* Act. VII, 6. ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ in terra peregrina, ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ Gen. XV, 13. Hebr. XI, 9. 1 Macc. XV, 33. Sæpius in vers. Alex. τῷ נֵכָר Gen. XVII, 12. 1 Sam. VII, 3. et נָכְרִי Judd. XIX, 12. Deut. XVII, 15. XXIII, 20. respondet.

3. *qui non ad familiam alicujus pertinet.* Matth. XVII, 25. ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων a liberis suis aut ab iis, qui non sunt familiares. coll. v. 26. Ita אֲחֵרִים Ps. XLIX, 11.

4. *alius, diversus et distinctus ab aliquo*, i. q. ἄλλος. Rom. XV, 20. ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ. 2 Cor. X, 15. 16. 1 Tim. V, 22.

5. *hostis.* Hebr. XI, 34. παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων. 1 Maccab. I, 40. *Homer.* Il. V, 214. *Xenoph. Anab.* III, 5. 4. χώραν κάεσιν ὡς ἀλλοτρίαν. *Suid.* ἀλλοτρίως· πολεμίως. καὶ ὁ Δαβὶδ (Ps. XVIII, 13.) καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου, τοῦτ' ἔστιν τῶν δυσμενῶν. *Hesych.* ἀλλότριος· πολέμιος, ξένος. Idem tradit *Etym. M.* et *Apollonius* Lex. Hom. Tom. I, p. 118. Apud *Thucydid.* IV, 94. ἀλλόφυλος στρατὸς exercitus hostilis, et ibi *Duker.* Confer et *Schweighæuser.* in *Lex. Polyb.* p. 24.

Ἀλλόφυλος, ου, ὁ, ἡ, proprie: *qui est ex alia tribu, qui est diversæ gentis, alienigena, barbarus*, (ex ἄλλος et φυλὴ *tribus, gens*, i. q. ἀλλόεθνος 2 Maccab. X, 5.) Opponitur ei ὁμόφυλος *in eadem terra genitus.* *Thucyd.* I, 102. IV, 64. 86. et 92. In N. T. libris speciatim ἀλλόφυλος dicitur, *qui non est de judaica gente ortus, paganus.* Act. X, 28. προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ congredi cum gentili. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro נָכְרִי Ies. II, 6. et בֶּן־נֵכָר Ies. LXI, 5. haud raro etiam pro פְּלִשְׁתִּים Judd. III, 3. posuerunt. Confer quæ *Krebsius* e *Josepho* in Observv. Flav. p. 208. notavit, et nos dedimus in *Spicileg. I. Lexic. Biel.* p. 8. *Hesych.* ἀλλόφυλος· ἐξ ἄλλου γένους, μὴ ἔχων φυλήν. Conf. *Schweighæuser. Lex. Polyb.* p. 24.

Ἄλλως. Adverbium ab ἄλλος, *aliter, alio modo, alia ratione.* Legitur in N. T. tantum 1 Tim. V, 25. καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα et quæ aliter se habent, quæ nondum manifesta sunt, sed latent hactenus, suo tempore manifesta fient. Alii ἄλλως *temere, inconsulto et sine certa ratione* interpretantur, quam notionem, vindicatam quidem huic adverbio a *Perizonio* ad *Ælian.* V. H. II, 13. p. 77. *Ruhnkenio* ad *Timæum* p. 199. et *Foësio* in Œconomia *Hippocrat.* p. 20. tamen ad h. l. alienissimam judico.

Ἀλοάω, ῶ, fut. ήσω et άσω, 1. proprie: *verbero, percutio;* unde per τύπτειν ab *Hesychio* explicatur. Confer *Hemsterhus.* ad *Jul. Pollucis* Onomast. p. 1346.

2. *trituro, in area fruges excutio*, sive hoc fiat baculis et τριβόλοις, sive pedibus calcando. *Etym. M.* ἀλοᾷν· τύπτειν καὶ τὸ θρύπτειν ἐπὶ τῆς ἅλω σῖτον. *Ammon.* τὸ ἐπὶ τῇ ἅλῳ πατεῖν καὶ τρίβειν τοὺς στάχυας: ubi confer *Valkenar.* 1 Cor. IX, 9. οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα ne camum injicias bovi trituranti. 1 Tim. V, 18. Ex more enim Orientis boves grana ex aristis exterebant pedibus, ut docuit *Paulsen.* in libro: de agricultura Orr. Helmst. 1724. 4. lingua vernacula scripto. 1 Cor. IX, 10. ἀλοᾷν tribuitur hominibus, qui ministerio boum triturationem perficiebant. Alexandrini usi sunt hac voce pro דּוּשׁ Deut. XXV, 4. Ies. XLI, 15. et דָּרַךְ *calcavit* Jerem. LI. 33.

ἌΛΟΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie 1. apud Græcos et *eum, qui est facultatis dicendi expers, mutum, elinguem,* ἄφωνον (Exod. VI, 12. וַאֲנִי עֲרַל שְׂפָתַיִם Alex. ἐγὼ δὲ ἄλογός εἰμι) et *rationis expertem, brutum, irrationabilem* significat. 2 Petr. II, 12. ὡς ἄλογα ζῶα animalia bruta. *Syrus:* ܚܝܘܬܐ ܚܪܫܬܐ Jud. v. 10. ubi vulg. *muta animalia. Xenoph. Hier.* 7. 3. Sapient. XI, 16. 2. *rationi non consentaneus, cum ratione pugnans, absurdus, temere dictus et factus.* Act. XXV, 27. ἄλογόν μοι δοκεῖ ineptum et absonum mihi videtur. *Polyb.* III, 15. 9. ἄλογοι προφάσεις. Ib. III, 81. 9. ἄλογος θυμός. Cf. *Symmach.* ad Job. XIII, 4. *Hesych.* ἄλογος· μωρός.

ἈΛΟ΄Η, ης, ἡ, *aloë.* Nomen duabus diversissimi generis plantis commune: alteri *herbæ,* e qua succus amarissimus eliciebatur. *Hesych.* ἀλόη· πόας εἶδος καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς. *Etym. M.* eodem modo habet;—alteri *arbori aromaticæ* ad thymiamata vulgo usurpatæ, quæ in India et Arabia gignitur, et vulgo ξυλαλόη et ἀγάλλοχον, Hebr. אֲהָלִים et אֲהָלוֹת Cant. IV, 14. Arab. *Alluwe,* et a vulgo *arbor Paradisi* vocatur. Conf. *Celsii Hierobotan.* T. I, p. 135. *Isidor.* Cap. de *arborib. arom. Salmasius* ad *Solinum* p. 1153. et de *Homonymis Hyles Iatricæ* cap. 6. Aloë hæc aromatica condiendis cadaveribus ab Ægyptiis adhibita, teste *Aëtio* et *Herodoto,* sine dubio fuit, qua Nicodemus Joh. XIX, 39. usus fuisse legitur ad unguendum et pollingendum Christi corpus.

ἌΛΣ, ἁλὸς, τὸ, *sal.* Differt ab ἅλς, ἁλὸς, ἡ, *mare,* solo genere. Marc. IX, 49. ἁλὶ ἁλισθήσεται sale condietur. Alex. pro מֶלַח Ps. LX. 2. Ezech. XLIII, 24. Vide quæ supra ad vocem ἅλας notavimus.

ἈΛΥΚΟ΄Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *salsus, marinus,* ab ἁλύκη, quod *Hesychio* teste, est id quod θάλασσα, aut secundum alios ab ἅλς, *sal, mare.* Jacob. III, 12. οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ nullus fons salsam simul aquam et dulcem emittere potest. In vers. Alex. מֶלַח respondet Num. XXXIV, 3. 12. Jos. XV, 2. 5. Conf. de hac voce *Sallierium* ad *Mœridem* p. 29. sqq.

ἌΛΥΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *vacuus a molestiis et ærumnis, tristitiæ ac mœroris expers,* ex α priv. et λύπη *dolor.* Sic v. c. ψυχὴ ἐκ τοῦδε τοῦ χωρίου μετασταθεῖσα vocatur ἄλυπος ab *Æschine* Dial. III, §. 22. Comparativus ἀλυπότερος, α, ον, *minus dolens, minus molestiis ac ærumnis expositus,* legitur tantum Philipp. II, 28. κἀγὼ ἀλυπότερος ὦ et ego magis ab ærumnis vacuus esse possim, seu, egoque minus doleam, *Xenoph. Œcon.* VIII, 2. ἀλυποτέρα δὲ αὕτη ἡ ἔνδεια. *Phavor.* ἀλυπότερος· ὁ μὴ λυπούμενος.

ἌΛΥΣΙΣ, εως, ἡ, (Ita enim scribendum est, non ut in vulgaribus libris ἅλυσις: nam descendit ab α priv. et λύω *solvo,* catena enim non solvi potest. *Phavor.* ἅλυσις παρὰ τὸ λύω, λύσω· ἄλυτος γάρ ἐστιν. Cf. *Zeunius* ad *Xenoph.* de *Re equestri* X, §. 9.) æque late patet ac δεσμὸς, et *catenam, vinculum ex qualibet materia confectum* notat, *et manicas æque ac compedes complectitur.* Nec strictiori sensu sumitur Marc. V, 3. καὶ οὔτε ἀλύσεσιν οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι. Act. XXVIII, 20. τὴν ἄλυσιν ταύτην περίκειμαι his catenis circumdatus sum. Ephes. VI, 20. Apoc. XX, 1. 2 Tim. I, 16. καὶ τὴν ἄλυσίν μου οὐκ ἐπῃσχύνθη nec se mihi vincto, captivo subtraxit. *Etym. M.* ἄλυσις· ἡ ἐκ χαλκοῦ ἢ σιδήρου ἢ ἀργυρίου ἢ χρυσοῦ πεπλεγμένη σειρά. Interdum tamen, præsertim si diserte distinguitur a πέδαις, tantum *manicas, vincula, quibus manus constringuntur,* indicat, v. c. Marc. V, 4. πέδαις καὶ ἀλύσεσι. (*Polyb.* III, 82. 8.) Luc. VIII, 29. Act. XII, 6. 7. XXI, 33.

ἈΛΥΣΙΤΕΛΗ΄Σ, έος, ὁ, ἡ, vi etymologiæ proprie diceretur is, *qui nullum vectigal solvit;* q. d. ὁ μὴ λύων τὰ τέλη: a λυσιτελέω *vectigal et pensionem*

debitam solvo: sed quia λυσιτελεῖν frequentius *prodesse, utilitatem afferre*, notat, etiam ἀλυσιτελὴς

2. *inutilis, nihil lucri afferens*, dicitur. *Hesych.* ἀλυσιτελές· ἀσύμφορον, ἀνωφελές.

3. per litoteta: *noxius, perniciosus*, uti *inutilis* apud Latinos, v. c. *Cic. Offic.* III, 21. de *Invent.* I, 49. Hebr. XIII, 17, ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο, h. e. quod pœnas gravissimas vobis conciliaturum esset. *Polyb.* III, 117. ἀλυσιτελῆ δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοῦ τῇ πατρίδι πεποιημένος. Sic etiam adverbium ἀλυσιτελῶς *magno cum damno. Theophr. Char.* VIII, 4. ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι. Cf. *Clarkium* ad *Homer.* Iliad. II, v. 269. Ἀλυσιτέλεια est *damnum, jactura*, apud *Polybium* IV, 47. 1.

Ἀλφαῖος, αίου, ὁ, *Alphæus*. Nomen proprium viri, qui alias vocatur *Cleophas;* id quod luculenter e comparatione locorum Marc. XV, 40. et Joh. XIX, 25. apparet. Fuit hic frater germanus Josephi mariti matris Jesu et Mariæ sororis matris Jesu, pater vero Apostolorum Jacobi minoris, Matth. X, 3. et Matthæi, Marc. II, 14. Cf. *Euseb. H. E.* III, c. 11. et *Lightfoot. Hor. Hebr. et Talmud.* ad Matth. X, 3. et loca N. T. Marc. III, 18. Luc. VI, 15. Act. I, 13.

Ἅλων, ωνος, ὁ et ἡ, (scribitur etiam ἅλως, ἅλω, ἡ,)

1. proprie: *area, locus terendis et exprimendis frugibus aptus* aut *triturationi frumentorum destinatus*, Hebr. גֹּרֶן Genes. L, 10, 11. Hos. IX, 1. 2. Derivari solet haud incommode ab ἁλίζω *congrego*, quod in eo fruges colligi et coacervari soleant. Sed hæc notio, apud exteros scriptores admodum frequens, non habet locum in N. T. libris, in quibus potius

2. *ipsa frumenta, quæ in area excutiuntur et exterunntur*, notat, ad imitationem Hebraici גֹּרֶן v. c. Exod. XXII, 6. Alex. καὶ προσεμπρήσῃ ἅλωνας. Ruth. III, 2. λικμᾷ τὸν ἅλωνα τῶν κριθῶν. Job. XXXIX, 12. quod ab ipsis Alexandr. Deut. XV, 14. per σῖτος redditur: apud quos ἅλων adeo Hebr. גֹּרֶן *acervus frugum* Jud. XV, 5. respondet, quibus adde locum Ies. XXV, 10. Sic Matth. III, 12. καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ quo frumenta sua purgabit. Luc. III, 17. *Phavor.* ἅλως τῆς ἅλω κλίνεται Ἀττικῶς. καὶ ἅλως τὸ ἁλώνιον παρὰ τὴν τῶν ἀσταχύων ἁλόησιν καὶ συντριβήν.

Ἀλώπηξ, εκος, ἡ, 1. *vulpes*, animal callidissimum, cujus descriptionem dedit *Bochartus Hieroz.* P. I, Lib. III, c. 13. Matth. VIII, 20. αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι vulpes intimis in foveis habitant. Luc. IX, 58.

2. metaphorice: *homo callidus ac versutus.* Sic Christus Luc. XIII, 32. Herodem vulpem vocat ob fraudulentas insidias, quas ipsi clam struebat. Eodem modo Græci Scriptores hac voce utuntur. Vide *Palæph.* de *Incred.* c. 8. *Sophocl. Aj. Flag.* v. 103. *Plutarch. in Sulla* c. 28. p. 139. ed. *Reiske. Suid.* ἀλωπεκίζων· ἐπὶ τῶν ἐξαπατᾶν ἐγχειρούντων. Cf. etiam *Riccii* Diss. *Homer.* X, p. 105. et *J. H. Maii. Obss. SS.* l. II, p. 97. seq.

Ἅλωσις, εως, ἡ, *captura*, ab ἁλίσκω seu ἁλόω *capio*, fut. ἁλώσω. 2 Petr. II, 12. ζῶα γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν destinata capturæ et morti, nata ut capta ab hominibus interficiantur. *Hesych.* ἁλώσεως· ἀπωλείας, θανάτου. Idem: ἅλωσιν· φόνον, πόρθησιν. In vers. Alex. semel legitur Jer. L, 46. ubi Hebr. נִתְפָּשָׂה a תָּפַשׂ *prehendit, apprehendit*, respondet.

Ἅμα. Adverbium temporis. 1. *una, simul cum*, quo sensu construitur fere cum dativo, qui regitur ab omissa præpositione σὺν, quæ additur 1 Thess. IV, 17. V, 10. Matth. XIII, 29. ἐκριζώσητε ἅμα (σὺν) αὐτοῖς τὸν σῖτον eradicetis una cum illis triticum. *Theocrit.* Idyll. XVI, v. 188. *Homer.* Iliad. XII, v. 87. *Tacit. Annal.* III, c. 64. Huc pertinet etiam formula: ἅμα πρωΐ, (pro: ἅμα σὺν τῷ χρόνῳ ὄντι πρωΐ) quæ legitur Matth. XX, 1. h. e. *pri-*

mo mane, summo diluculo, i. q. ἅμα τῇ ἡμέρᾳ 1 Macc. IV, 6. quam primum dies illuxit. Hac de formula, etiam apud *Theophr. Char.* 24. obvia, eleganter exposuit *Foësius Œconom. Hipp.* p. 25. et *Bielius* in *Thes. Philol.* sub hac voce, qui non male contulit Hebraicam formulam בְּאוֹר הַבֹּקֶר Micha II, 1. Jud. IX, 31. Similes sunt formulæ: ἅμ' ἡμέρᾳ, ἅμ' ἡλίῳ ἀνιόντι, quibus usi sunt *Diod. Sic.* T. I, p. 613. et 698. ed. *Wesselingii* et *Athenæus* VI, p. 273. et ἅμα τῷ φωτὶ *prima luce* apud *Polyb.* I, 12.

2. *simul etiam*, cum casum nullum habet et absolute ponitur. Act. XXIV, 26. ἅμα δὲ καὶ ἐλπίζων simul etiam sperans. ib. XXVII, 40. ἅμα ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας. Coloss. IV, 3. 1 Tim. V, 13. Philem. v. 22.

3. *ad unum omnes.* Rom. III, 12. ἅμα ἠχρειώθησαν nemo insons, ad unum omnes impii facti sunt; ubi ἅμα Hebr. יַחְדָּו Ps. XIV, 3. respondet, ut aliis in locis multis, v. c. Genes. XIII, 6. XXII, 6. 8. 19.—*Hesych.* ἅμα· ὁμοῦ, ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, καὶ ἐκ διαφόρων τόπων καὶ εἰς ἕνα τόπον καὶ ὁμόσε. *Suid.* κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, εὐθέως, παραχρῆμα. In universum conferendus est *Vigerus* de *Idiotismis L. G.* p. 369. seq. ed. *Zeunii.*

ἈΜΑΘΗ'Σ, ές, ὁ, ἡ, 1. *indocilis, indoctus, imperitus, literarum rudis*, ex α στερητικῷ et μανθάνω *disco.* Schol. ad *Aristoph. Nub.* v. 135. ἀμαθής· ἰδιώτης καὶ ἀπαίδευτος. *Xen. Mem.* I, 2. 49. IV, 2. 33.

2. *impius, perversus;* nam omnia verba cognitionis aut ignorantiæ non solum nudam scientiam et inscitiam, sed etiam affectus et effectus notant, qui cognitioni aut ignorantiæ conjuncti esse solent, ut bene docuit *Glassius* in *Philol. S.* p. 828. ed. *Dathii.* Sic legitur in N. T. 2 Petr. III, 16. ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν quæ impii et nondum satis confirmati in religione pervertunt. Certe apud Græcos Scriptores ἀμαθὴς interdum *hominem impolitum, vastis et inhumanis moribus* notare, *Casaubonus* docuit ad *Athen.* p. 391. et ἀμαθίαν interdum *malitiam* et *perversitatem* significare, exempla docent a *Krebsio* in *Obss. Flav.* p. 408. prolata. Non tamen magnopere repugnarem, si quis ἀμαθεῖς in loco Petri laudato de hominibus a perfecta religionis Christianæ cognitione alienis explicare mallet.

ἈΜΑΡΑ'ΝΤΙΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *non marcescens et flaccescens*, ex α priv. et μαραίνομαι *marcesco* et *flaccesco.* Dicitur maxime de arboribus et floribus, nunquam virorem et speciem floridam amittentibus, et quidem peculiariter de certo quodam flore *amarantus*, cujus flores, ut testatur *Dioscorides*, nunquam marcescunt, unde olim coronæ contextæ victoribus imponebantur, ac etiam in funeribus adhiberi solebant, observante *Philostrato* in *Heroicis* c. 19. p. 741. ed. *Olear.* Adde *Plin. H. N.* XXI, 25. et *Athenæum* XV, 11. Illustrari exinde potest locus 1 Petr. V, 4. ubi στέφανος ἀμαραντινος corona non marcescens, seu ex immortali amaranto (ut verbis *Columellæ* utar) contexta de futura Christianorum in cœlis eaque perenni felicitate usurpatur. *Hesych.* ἀμαράντινον· ἄσηπτον, et *Lex. Reg. MS.* ab *Alberti* ad h. l. citatum: ἀμαράντινον· ἀειθαλές. Cf. *Adami Obss. theol. philol.* p. 436. ac *Wetstenii N. T.* T. II, p. 696.

ἈΜΑ'ΡΑΝΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ejusdem significationis et originis cum præced. ἀμαράντινος. Semel tantum in N. T. legitur 1 Petr. I, 4. κληρονομίαν ἀμαράντου felicitatem æternam. In eadem metaphorica perennitatis notione legitur etiam in libro Sapient. VI, 12. λαμπρὰ καὶ ἀμαράντός ἐστιν ἡ σοφία. *Phavor.* ἀμαράντος· εἶδος φυτοῦ, ἀφ' ἧς στέφανοι πλέκονται.

ἈΜΑΡΤΑ'ΝΩ, fut. ἁμαρτήσω, 1. proprie: *non collineo, aberro a scopo proposito, scopum non attingo et teneo;* etiam *aberro a via quæ est calcanda. Xenoph. Cyrop.* IV, 6. 2. *Herodot.* I, 43. *Homer. Odyss.* XI, 510. Eandem notionem proprie habet Hebraica

vox חָטָא ut Arabica خطي . v. c. Judd. XX, 16. Job. V, 24. Ies. LXIV, 5. Ab hac significatione propria commode omnes reliquæ metaphoricæ derivari poterunt. Sic ἁμαρτάνω

2. *aberro a virtutis tramite, pecco, legibus divinis non consentaneus sentio et ago*, ut חָטָא Eccles. VII, 20. IX, 2. Matth. XXVII, 4. Luc. XV, 18. ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν peccavi contra Deum, (חָטָא cum לְ constructum legitur 1 Regg. VIII, 31. et 50.) Joh. IX, 2. Rom. II, 12. III, 23. V, 12. 14. 16. 2 Petr. II, 4. 1 Joh. I, 20. Interdum latius patet et omnino *vitiosum et perversum esse, deditum esse impietati*, notat, v. c. 1 Joh. III, 6. καὶ οὐ δύναται ἁμαρτάνειν non potest delectari peccatis, seu vitiosus esse. ib. v. 8. ὁ διάβολος ἁμαρτάνει. v. 9. V, 18.

3. *aberro a veritatis tramite, in errores incido, errores alo*, ita, ut omissum sit τοῦ ἀληθοῦς, vel τῆς ἀληθείας. 1 Cor. XV, 34. μὴ ἁμαρτάνετε, i. q. μὴ πλανᾶσθε, v. 33. Tit. III, 11. ἁμαρτάνειν tribuitur τῷ αἱρετικῷ ἀνθρώπῳ, ei, qui falsas opiniones alit et religioni Christianæ contrarias. Loca vett. Scriptt. hanc notionem confirmantia dedit *Palairet. Obss. Phil. Crit.* p. 415.

4. ἁμαρτάνειν εἴς τινα *injuria afficere, offendere, lædere aliquem, violare officia alteri debita*. Matth. XVIII, 15. ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σε si quis te injuria affecerit. Luc. XVII, 3. XV, 21. ἥμαρτον ἐνώπιον (1 Sam. XX, 1.) σοῦ violavi officia tibi debita. Eodem modo חָטָא cum לְ Genes. XX, 9. Judd. XI, 27. 1 Sam. XIX, 4. usurpatur, quod Alexandrini haud raro per ἀδικεῖν interpretati sunt. Genes. XLII, 22. Jerem. XXXVII, 18. *M. Antonin.* VII, 26. ὅταν τις ἁμάρτῃ τι εἴς σε. *Cic. ad Attic.* III, 15. in me enim ipsum peccavi vehementius. — Formula vero ἁμαρτάνειν εἴς τι significat: *noxam, damnum alicui rei inferre*, v. c. 1 Cor. VI, 18. εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει sibi damnum infert, quasi violat officia corpori suo debita,

5. *committo scelus, flagitium legibus humanis interdictum et pœna civili dignum*; et ut omnino de omnis generis gravioribus delictis usurpatur, ita speciatim de adulterio, scortatione et omnis generis Venere illicita dicitur, v. c. Joh. V, 14. μηκέτι ἁμάρτανε castitati in posterum stude. ib. VIII, 11. coll. v. 3. et 4. Apud Græcos ἁμαρτάνειν haud raro *adulterari, scortari* notat, v. c. apud *Ælian. V. H.* IV, 1. *Eurip. Hippolyt.* v. 507. (cf. *Munker.* ad *Antonin. Lib. Metam.* c. 41. p. 337. et *D'Orville* ad *Chariton.* p. 220. ed. Lips.) uti *peccare* apud Latinos, v. c. apud *Horat.* I. Od. 33. v. 9. *Martial.* I, 35. Vide *Wetstenii N. T.* T. I, p. 702. Sed in N. T. etiam in latiori illa significatione occurrit. Act. XXV, 8. ἔτε εἰς Καίσαρά τι ἥμαρτον nec contra Cæsarem quid commisi. 1 Petr. II, 20. εἰ ἁμαρτάνοντες κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε si quis verbera patienter sustineat, quæ tamen malefactis meruerit.

6. *rebello, inobediens, immoriger sum*. 1 Tim. V, 20. τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε. ubi, ut series orationis docet, ἁμαρτάνοντες sunt, qui disciplinæ ecclesiasticæ se submittere nolebant, qui legibus ecclesiasticis non parent. Hebr. III, 17. οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν; nonne Israëlitis, qui, Deo diffisi, contra Mosen in deserto rebellabant? qui v. 18. ἀπειθήσαντες vocantur.

7. *desero religionem Christianam, deficio ab ea*. Hebr. X, 26. ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν sponte enim nobis deficientibus a religione Christiana. Cf. *Phavor.* sub ἁμαρτάνειν et ἁμαρτάνω.

ΑΜΑ'ΡΤΗΜΑ, ατος, τὸ, descendit a præterito passiv. ἡμάρτημαι.

1. *peccatum, quævis violatio præceptorum divinorum, quævis aberratio a virtutis tramite*. Marc. III, 28. πάντα ἀφεθήσεται ἁμαρτήματα. ib. IV, 12. καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα. Rom. III, 25. διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων.

2. *scelus, flagitium vel legibus humanis interdictum*. 1 Cor. VI, 18. Alex:

usi sunt hac voce pro Hebr. חַטָּאָה Genes. XXXI, 36. עָוֹן Exod. XXVIII, 38. פֶּשַׁע Ies. LVIII, 1.

ΑΜΑΡΤΊΑ, ίας, ἡ, proprie 1. *aberratio a scopo præfixo*, seu *a recto tramite*, ἡ ἀποτυχία, ut auctor *Etym. M.* explicat.

2. *aberratio a virtutis tramite, actiones et affectiones animi pravæ, quæ legi divinæ adversantur*, ἡ τοῦ καλοῦ ἐκτροπὴ εἴτε τοῦ κατὰ φύσιν εἴτε τοῦ κατὰ νόμον interprete *Phavorino*. Matth. III, 6. ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. ibid. IX, 2. 5. 6. ubi obiter moneo, ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας in omni hoc loco significare removere ab aliquo pœnas peccatorum. ibid. XII, 31. XXVI, 28. Rom. VI, 13. ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ. In vers. Alex. iisdem vocibus Hebraicis respondet, quibus præcedens ἁμάρτημα.

3. *ipsa vitiositas et perversitas animi, quæ est fons actionum pravarum*, die moraliſche Verdorbenheit, die herrſchende Fehlerhaftigkeit, *moral corruption, the prevailing errors*. Joh. VIII, 34. πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας qui vitiositati deditus est, est ejus servus. ib. IX, 34. ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος totus, quantus quantus es, vitiosus es. Rom. V, 12. VI, 1. 2. 6. 12. 14. VII, 9. et alibi sæpius.

4. *injuria alteri illata*. Act. VII, 60. μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην noli ulcisci hanc cædem, seu injuriam mihi insonti illatam.

5. *impudicitia, adulterium, scortatio*. 2 Petr. II, 14. ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας indesinenter libidini venereæ indulgentes. *Appianus Alex.* p. 594. ed. Paris. narrat, Claudiam Quintam, stupri suspectam, ἐπιθειάσαι πολλὰ περὶ τῆς ἁμαρτίας. Simili sensu *peccatum* dixit *Ovid. Amor.* II. Eleg. 7. v. 11. et חַטָּאָה auctor poster. libri Sam. XII, 13.

6. *pervicacia, contumacia credendi, dubitandi obfirmatio, incredulitas*. Joh. VIII, 21. et 24. ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε incredulitatis vestræ pœnas dabitis. ib. XV, 22. νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν nunc vero hanc suam ipsorum pervicaciam nullo modo excusare possunt. ibid. XVI, 8. coll. v. 9. περὶ ἁμαρτίας ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ. Hebr. III, 13.

7. *defectio a religione divina* sive *patriarchali illa puriori*, Hebr. XI, 25. ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν quam fluxis illis cum idolorum cultu conjunctis commodis frui; sive *Christiana*. 2 Thess. II, 3. ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, h. e. ἀποστασίας, insignis ille impostor, qui multos abstrahet a religione Christiana.

8. *incitamentum et sollicitatio ad peccatum et speciatim ad defectionem a religione divina*. Rom. VII, 7. ὁ νόμος ἁμαρτία; num lex divina peccandi libidinem auget, promovet peccata? τῆς ἁμαρτίας διάκονός ἐστι, ut Paulus loquitur Galat. II, 17. Hebr. XII, 1. εὐπερίστατος ἁμαρτία. vide sub εὐπερίστατος. ibid. v. 4. πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι, ubi ἁμαρτίαν de ipsis calamitatibus, persecutionibus ob religionem Christianam, quatenus incitamenta sunt τῆς ἀποστασίας, intelligendum esse, series orationis docet.

9. *impostura, fraus, mendacium, fallacia*, quasi *aberratio a veritate*, inprimis si opponitur τῇ ἀληθείᾳ, ut Joh. VIII, 46. τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; num aliquis vestrum me fraudis, seu imposturæ, convincere et arguere potest? Huc etiam ex opinione quorundam interpretum locus supra jam commemoratus 2 Thess. II, 3. referendus esset.

10. *culpa et pœna peccati*. Joh. IX, 41. οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν — ἡ ἓν ἁμαρτία ὑμῶν μένει nullam incredulitatis vestræ culpam haberetis — manet vos pœna pervicaciæ vestræ. ibid. XV, 22. 24. Joh. I, 29. ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου qui aufert pœnas peccatorum omnium hominum. 1 Cor. XV, 17. ἔτι ἐστὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν nondum sunt vobis peccata remissa. 1 Petr. II, 24. Eodem modo עָוֹן Genes. IV, 13. חֵטְא Ps. VII, 17. חַטָּאָה Zach. XIV, 19. coll. v. 18. et

ἁμαρτία in libris apocryphis, Sirac. VII, 1. XXIII, 21. legitur. Conf. *nostrum Spicilegium I. post Bielium* p. 9.

11. *sacrificium pro peccatis oblatum*, ἱλαστικόν. Hebr. IX, 28. χωρὶς ἁμαρτίας sine victima pro peccatis, sine sacrificio piaculari, ad imitationem Hebr. חַטָּאָה Ps. XL, 7. *Sacrificium pro peccatis* in N. T. etiam vocatur περὶ ἁμαρτίας, ita, ut omissum sit θυσία aut προσφορά. Rom. VIII, 4. πέμψας περὶ ἁμαρτίας, sc. θυσίαν, qui misit filium suum, tanquam sacrificium expiatorium. Hebr. X, 6. ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἠθέλησας non delectaris holocaustis et sacrificiis expiatoriis, coll. v. 18. ubi προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας dicitur. Imitati sunt Scriptores N. T. Alexandrinos interpretes, qui חַטָּאָה et אָשָׁם, quod idem significat, περὶ ἁμαρτίας verterunt Levit. IV, 25. Num. VIII, 8. Ps. XL, 7. nisi in omnibus his locis conjunctim περιαμαρτίας *expiationem* legere quis malit, a περιαμαρτέω, περιαμαρτίζω *expio*, unde περιαμαρτισμὸς *expiatio*, quibus vocibus haud raro usos esse interpretes Græcos V. T. *Bielius* docuit in *Thesaur. Philol.* s. h. v.

12. *is, qui peccat*, ἁμαρτωλὸς, abstracto posito pro concreto. 2 Cor. V, 21. ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν pro nobis punivit et tractavit ut peccatorem, nam sequitur ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ. Ies. I, 18. Cf. *Glassius Philol. S.* p. 873. seq.

ἈΜΑ'ΡΤΥΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *carens testibus, expers testimonii*, apud Græcos aut is dicitur, qui nullum perspicuum de se testimonium, documentum et argumentum edit, e quo, quis et qualis sit, cognoscatur; aut res, idoneis argumentis non comprobata, incerta, v. c. *Thucyd.* II, c. 41. ἀμάρτυρόν γε τὴν δύναμιν παρασχόμενοι. Fragmenta *Callimcahi* T. I. ed. *Ernesti* p. 575. ἀμάρτυρον οὐδὲν ἀείδω haud incerta cano. *Josephus A. J.* XIV, 7. 2. οὐκ ἔστι δὲ ἀμάρτυρον. In N. T. semel legitur Act. XIV, 17. καίτοι γε οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν multa voluit extare sui documenta, seque Optimum Maximum satis probavit. Alia loca Scriptt. Gr. dedit *Schwarzius* in *Comment. L. Gr.* p. 70.

ἉΜΑΡΤΩΛΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, 1. *vitiosus, pravus, perversus*, ein moralisch Verdorbener, *a moral transgressor, vitiositati addictus* (nam adjectiva, in ωλος desinentia, studium alicujus rei, virtutis aut vitii indicant). *Suid.* ἁμαρτωλοι· οἱ παρανομίᾳ συζῆν προαιρούμενοι, καὶ βίον διεφθαρμένον ἀσπαζόμενοι. *Phavor.* ἁμαρτωλοί· οἱ ἑκουσίως ἁμαρτάνοντες μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας. Luc. XIII, 2. ὅτι οἱ Γαλιλαῖοι οὗτοι ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας ἐγένοντο istos Galilæos pessimos fuisse omnium Galilæorum. ib. XV, 7. ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. et v. 10. XVIII, 13. O Deus propitius esto mihi peccatori! Rom. III, 7. V, 8. 19. Jacob. IV, 8. V, 20. quanquam in hoc loco ἁμαρτωλὸς etiam *eum* notare potest, *qui a veritatis tramite aberrat et errores alit.*

2. *qui interdum aberrat a virtutis tramite et violat præcepta divina.* Luc. V, 8. ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι ego enim sum homo peccator. 1 Tim. I, 15. Hebr. VII, 26. κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν qui secessione sua in cœlum effugit peccatorum his in terris commercia.

3. *scelestus, flagitiosus, qui dira et atrocia crimina committit legibus humanis et civilibus interdicta.* Hinc notionem obtinet hoc vocabulum maxime tum, cum ab ἀσεβὴς distinguitur. 1 Tim. I, 9. ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς. Jud. v. 15. ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς. Sic רָשָׁע et חוֹטֵא pariter junguntur Prov. XI, 31. ubi LXX. ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται; Hinc κατ' ἐξοχὴν in N. T. *is* dicitur ἁμαρτωλὸς, *qui rem veneream illegitimam exercet, pudicitiæ et castitatis leges violat*, v. c. Luc. VII, 37. ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, h. e. vel meretrix, scortum prostitutum, vel *adultera*. ib. v. 39. Imitati sunt hunc loquendi usum mere Hebraicum etiam

Latini Scriptores, v. c. *Lactant. Institutt.* VI, 23. 27. Huc referenda est etiam formula, sæpius in N. T. obvia: τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ portitores et peccatores, seu *scelesti.* Matth. IX, 10. XI, 19. Marc. II, 15. 16. Luc. V, 30. VII, 34. XV, 1. in qua vox ἁμαρτωλοὶ omnes significat, qui diris criminibus famosi sunt, qui vulgo maxime scelesti habentur, sive sint portitores, sive ex alio hominum genere, nam Matth. XXI, 31. 32. οἱ τελῶναι καὶ πόρναι conjunguntur, et *portitores* præ aliis olim exosi erant ob summam ipsorum acerbitatem et iniquitatem. Vide infra sub τελώνης.

4. *paganus, gentilis, idolorum cultor, qui non est civitati judaicæ adscriptus,* ita dicebatur a Judæis, neminem extra ecclesiam judaicam sanctitati vitæ studere posse opinantibus, et idololatriam κατ' ἐξοχήν חַטָּאָה Exod. XXXII, 31. 35. 1 Regg. XIV, 16. appellantibus. Matth. XXVI, 45. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας τῶν ἁμαρτωλῶν, collato loco parallelo Luc. XVIII, 32. παραδοθήσεται τοῖς ἔθνεσιν. Luc. VI, 32. 33. coll. Matth. V, 47. Marc. XIV, 41. Luc. XXIV, 7. et in Epistola ad Galat. II, 15. οἱ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοὶ opponuntur τοῖς φύσει Ἰουδαίοις. Sic חַטָּאִים 1 Sam. XV, 18.

5. *pervicax, dubitandi contumax, incredulus.* Sic v. c. Marc. VIII, 39. Judæi vocantur γενεὰ μοιχαλὶς καὶ ἁμαρτωλὸς, ubi μοιχαλὶς de impietate in universum, ἁμαρτωλὸς vero de contumacia explicandum erit. Hebr. XII, 3. ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν. Vide supra sub ἁμαρτία.

6. *impostor, falsus doctor, qui se falso a Deo missum prædicat et legatum divinum venditat.* Joh. IX, 16. ubi cœcus a Christo sanatus, Pharisæis, audacter contendentibus, Jesum οὐκ εἶναι παρὰ τοῦ Θεοῦ, respondet, πῶς δύναται ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν; h. e. quomodo impostor talia miracula patrare potest? ibid. v. 24. 25. et 31. ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει non adjuvat miraculis Deus impostorum fraudem. coll. v. 33.

7. adjective interdum sumitur, et tunc vel per *scelestus, vitiosus,* vel per *puniendus, pœna dignus, detestabilis* explicandum est. Luc. XIX, 7. παρὰ ἁμαρτωλῷ ἀνδρί. Rom. VII, 13. ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία ut appareret, peccatum esse maxime detestabile et pœna dignum. Restant denique illa loca, in quibus singulari quodam sensu ἁμαρτωλὸς etiam *is* dicitur, *qui vitiositatis suæ sensu tactus ad veram pietatem adspirat.* Sic Matth. IX, 13. οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλούς. Cf. infra sub δικαίος. Marc. II, 17. Luc. XVIII, 13. Fortasse etiam 1 Tim. I, 15. huc referendus est.

ΑΜΑΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Apud Græcos Scriptt. vulgo *passive* usurpatur, ita, ut eum significet, *qui vinci nequit, insuperabilem,* (*Hesych.* ἀκαταμάχητον, ἀκαταγώνιστον. *Suid.* δυσκαταμάχητον) v. c. *Æschin. Socr.* Dial. II, 1. *Xenoph. Cyr.* VI, 1. 28. Sed in N. T. fere *active* sumitur de eo, *qui non est pugnax ex rixosus, litium et rixarum abstinens,* cui πλήκτης opponitur; nam μάχεσθαι haud raro *litigare, rixari, contendere,* notat. Sic 1 Tim. III, 3. δεῖ οὖν ἐπίσκοπον ἄμαχον εἶναι non pugnacem esse oportet Episcopum. Tit. III, 2. ἀμάχους εἶναι non rixosos esse. Eodem sensu ἄμαχος dicitur Sirac. XIX, 5. sec. ed. Complut. ὁ ἐγκρατευόμενος γλώσσῃ ἀμάχῳ συμβιώσεται, qui compos est linguæ suæ, cum aliis sine rixis vitam traducet suam. Fortasse etiam accommodari posset *Suidæ* locus: ἄμαχος ἀντὶ τοῦ μὴ μαχόμενος, Ξενοφῶν (*Cyrop.* IV, 1. 8.).

ΑΜΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *meto, demeto,* synonymum τοῦ θερίζω (Vid. *D'Orville* ad *Charit.* p. 366. seq.) respondet Hebr. קָצַר Levit. XXV, 11. Ies. XXXVII, 27. unde nomen ἀμητὸς *tempus messis* et ἄμητος *messis.* Non tamen de sola messe et campi frugibus, sed et de reliquis etiam fructibus anni colligendis reperitur adhibitum, teste *Hesychio,* unde etiam de amputatione vitium occurrit apud *Pol-*

lucem Onom. I, s. 224. immo quoque de aliis operis et laboribus colonorum, et qui manu victum quærunt, usurpatur. Certe, teste *Polluce*, l. l. ἄμη rusticum non modo dicitur instrumentum, quod Latinis *rastrum*, vel *marca* audit, sed etiam tale, quod ædificandis ædificiis inservit. Semel legitur in N. T. Jacob. V, 4. τῶν ἐργατῶν τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν merces operariorum, qui messuerunt agros vestros; qui h. l. commemorantur pro omnibus, qui aliis operam suam locant. Cum accusativo semper construitur, v. c. *Aristoph. Equitt.* v. 391. τἀλλότριον ἀμῶν ἔργος. *Callim. H.* in *Cerer.* 138. *Hesych.* ἀμῆσαι. θερίσαι—ἀμησάμενος· συναγαγών, θερίσας.—ἀμησάντα· θερίσαντα, ἀποτεμόντα.

ΑΜΕΘΥΣΤΟΣ, ου, ὁ, *Amethystus.* Nomen *gemmæ* violacei coloris, cujus varia genera commemorantur a *Salmasio* in *Exercitt. Plin.* p. 563. Nomen accepisse videtur a μέθυ *vinum*, quia ad vini colorem proxime accedit, observante jam *Plin. H. N.* XXXVII, c. 9. Nec enim audiendi sunt, qui putant, hanc gemmam nomen ab ebrietate duxisse, cujus arcendæ vim ei vere inesse veteres credidisse auctor est *Athen.* I, c. 25. quorum sententia explosa et refutata jam satis est a *Casaubono* ad *Athen.* p. 74. et *Krebsio Anim.* ad *Plutarch.* de *audiendis poëtis* p. 106. Semel commemoratur in N. T. Apoc. XXI, 20. ὁ δωδέκατος ἀμέθυστος. in codd. quibusdam legitur ἀμέθυσος. Alex. pro אַחְלָמָה Exod. XXVIII, 18. *Phavor:* ἀμέθυσος βοτάνη καὶ λίθος. ἀμέθυσος καὶ ἀμέθυστος οὐ μόνον βοτάνη καὶ λίθος οὕτω καλοῦνται διὰ τὸ ἀπείργειν τῆς μέθης, ἀλλὰ πᾶν ὅ,τι τὴν τοιαύτην ἔχῃ δύναμιν. Vide *Salmas.* ad *Epiphan. de gemmis* c. IX, p. 107. *M. Hilleri* tr. *de XII. gemmis in pectorali Pontif. Hebr.* p. 59. et *Braun* de *Vestitu Sacerd. Hebr.* II, c. 16. p. 563.

ΑΜΕΛΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *negligo, curæ non habeo*, et ex adjuncto: *rejicio, contemno, sperno*, ex α priv. et μέλει *curæ est.* Construitur cum genitivo. Sic 1 Tim. IV, 14. μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος facultates tibi concessas negligere noli. 2 Petr. I, 12. διὸ οὐκ ἀμελήσω propterea non *intermittam.* Hebr. VIII, 9. κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν ideo et ego nullam eorum curam habui, ex Jerem. XXXI, 32. ubi in Hebr. est בָּעַל, de quo cf. *Pocock.* ad *Portam Mosis* p. 8. Matth. XXII, 5. οἱ δὲ ἀμελήσαντες alii autem invitationis hujus nulla ratione habita. Hebr. II, 3. τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας non reverenter tractantes talem doctrinam salutarem. Sapient. III, 10. 2 Macc. IV, 14. *Phavor.* ἀμελῶ· ὀλιγορῶ, ἀφειδῶ, ἀφροντιστῶ, γενικῇ συντάσσεται.

ΑΜΕΜΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ex α priv. et μέμφομαι *conqueror*, proprie

1. active usurpatur apud Græcos *de eo, qui nec conqueritur, nec conqueri potest.* Grammatici veteres τὸν μὴ μεμφόμενον interpretantur. *Xenoph. Cyrop.* IV, 5. 17. VIII, 4. 13. cf. *Pierson.* ad *Mœrid.* p. 88. seq. Sed in N. T. semper passive usurpatur, et quidem partim de personis, et tunc

2. significat *eum, qui est inculpatus, irreprehensibilis, integer ab omni vitiositate.* Luc. I, 6. πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Κυρίου ἄμεμπτοι e formula divinorum præceptorum vitam agebant integram, aut, observantes omnia præcepta divina, ita, ut essent irreprehensibiles. Philipp. II, 15. ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι ut in vos nulla cadat justa reprehensio. III, 6. 1 Thess. III, 13. Ita ἄμεμπτος etiam a *Xenophonte* usurpatur in *Cyrop.* V, 5. 10. et in vers. Alex. Hebr. תָּם et תָּמִים sensu eodem respondet Genes. XVII, 1. Job. I, 1. 8. IX, 20. *Hesych.* ἀμέμπτους· ἀκαταγνώστους.—partim de rebus

3. *de eo, quod est perfectum, et omnibus numeris et modis absolutum.* Hebr. VIII, 7. εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἄμεμπτος si enim prior illa œconomia perfecta fuisset, seu, ut verbis *Chrysostomi* utar, εἰ οὐδὲν εἶχεν ἐλλιπὲς, εἰ ἀ-

μέμπτους ἐποίει. *Thom. M.* quem *Phavorinus* compilavit, ἄμεμπτος· καὶ ὁ μὴ μέμψιν δεχόμενος, καὶ ὁ μὴ μεμφόμενος τινί. τῷ δευτέρῳ δὲ χρῶνται κυρίως οἱ Ἀττικοί.

ΑΜΕΜΠΤΩΣ. Adverbium, *inculpate, irreprehensibiliter, sine querelâ*, i. q. ἀμέμφως. *Hesych.* ἀμέμφως· ἀμέμπτως, ἀφειδῶς. Bis legitur in N. T. de perfecta animi integritate vitæque sanctitate. 1 Thess. II, 10. ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως, ubi, ut recte observavit Ven. *Koppe*, in discrimine harum vocum non est argutandum. ibid. V, 23. Reperitur præterea semel in libris apocryphis V. T. sc. in Addit. Esther. XIII, 3. Cf. *nostrum Spicileg. II. post Bielium* p. 10.

ΑΜΕΡΙΜΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *securus, vacuus curis, absque anxia cura et sollicitudine*, ex α priv. et μέριμνα *cura*. Unde substant. ἀμεριμνία (*Herodian.* II, 4. 13.) etiam neutrum τὸ ἀμέριμνον (*Herodian.* I, 6. 26.) *securitatem, animum curis vacuum*, notat. Cf. *Irmisch.* ad *Herodian.* l. l. In N. T. bis tantum legitur, Matth. XXVIII, 14. ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν vos tutos et securos præstabimus, ita, ut nulla pœna sit vobis metuenda. 1 Cor. VII, 32. θέλω δὲ ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι velim autem vos anxiis curis liberos esse. *Sophocl. Ajax Flagell.* 1225. *Anthol.* I, 13. 3. ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος ἔσσεαι. Ibid. I, 19. 1. In vers. Alex. hæc vox non legitur, sed in *Symmachi* fragmentis Ps. CXII, 7. sec. Hebr. בָּטַח, qui etiam verbo ἀμεριμνέω pro Hebr. חָסָה usus est Ps. XXXIV, 9. Sapient. VI, 16. VII, 23.

ΑΜΕΤΑΘΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Vox hæc, a *Bielio* plane neglecta, in Lexicis sine ulla auctoritate adfertur.

1. proprie: *immotus, qui transponi non potest*, aut *non transponitur*, ex α priv. et μετατίθημι *transpono*, i. q. ἀμετακίνητος.

2. metaphorice: *immutabilis, constans*. Neutrum autem τὸ ἀμετάθετον substantive sumitur, et *immutabilitatem* notat. Sic Hebr. VI, 17. τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς Θεοῦ immutabilitas decreti, seu voluntatis divinæ benignæ. ibid. v. 18. διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων per duas res immutabiles, scil. decretum divinum et jusjurandum. Legitur præterea sensu eodem 3 Macc. V, 1. et 12. apud *Polyb. Hist.* II, c. 3. 5. XXX, 17. 2. *Diod. Sic.* I, 23. ἰσχυρὰν πίστιν καὶ ἀμετάθετον. XIII, 83. νόμους ἀμεταθέτους, et aliis in locis, quæ congessit *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XVI, 69. ἀμετάθετος, διαφορά. *Hesych.* ἀμετάθετος· ἄτρεπτος, ἀκίνητος, ἀμεταποίητος.

ΑΜΕΤΑΚΙΝΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *immotus, qui e loco suo non dimovetur nec transmoveri potest*, ex α priv. et μετακινέω *transmoveo, dimoveo*.

2. metaphorice: *qui constans est in aliqua re et perseverat*. Sic semel legitur 1 Cor. XV, 58. ἑδραῖοι γίνεσθε ἀμετακίνητοι constantes permanete in doctrina Christiana, et nominatim in doctrina de futura resurrectione mortuorum. *Dion. Halic.* VIII, c. 74. βέβαιόν τε καὶ ἀμετακίνητον ἐν τοῖς κριθεῖσι. *firmum et in judicatis constantissimum.*

ΑΜΕΤΑΜΕΛΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ,

1. proprie secundum etymologiam *res* dicitur, *cujus nos non pœnitet*; (*Polyb.* XXI, 9. 11. ἀμεταμέλητος προαίρεσις. Ib. XXIV, 12. 11. ἀμεταμέλητος πίστις. *Julian. Orat.* VIII, p. 447. ἀμεταμέλητος προθυμία) nam compositum est ex α priv. et μεταμέλομαι *pœnitet me*: aut *is, qui est pœnitentiæ expers. Cic.* ad *Attic.* VII, 3. XIII, 52. Sed quoniam id, cujus nos non pœnitet, constanter retinemus, nec mutare facile solemus, inde ἀμεταμέλητον eleganter

2. notat *immutabile, certum, firmum, irrevocabile*, et ex adjuncto: *optimum, saluberrimum*. Sic Rom. XI, 29. ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα τοῦ Θεοῦ certa et immutabilia sunt beneficia divina, ad quem locum *Koppius* docuit, ἀμεταμέλητον esse vocabulum apud Græcos frequentissimum. 2 Cor. VII, 10.

ἡ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται, ubi ἀμεταμέλητον non cum *Luthero* ad μετάνοιαν referendum videtur (emendationem vitæ et animi, cujus neminem unquam pœnitet), sed ad σωτηρίαν, hoc sensu: *verus* et divinus dolor de peccatis efficit mutationem mentis, quæ ad summam et certissimam felicitatem ducit. Cf. *Glassium Philol. S.* p. 944. et *Wetstenii N. T.* T. II, p. 76. et 195.

ἌΜΕΤΑΝΌΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *inemendabilis, insanabilis, qui vix ac ne vix quidem emendari et ad sanam mentem redire potest.* Semel legitur in N. T. Rom. II, 5. ἀμετανόητος καρδία animus, qui omnem emendationem respuit. Ex α priv. et μετανοέω. Alio sensu legitur hæc vox apud *Lucian. Abdicat.* c. 11. ubi ἀνάληψις ἀμετανόητος est *receptio pœnitentiæ non subjecta.*

Ἄ́ΜΕΤΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *immensus, mensura carens,* (*Xenoph. Cyr.* V, 2. 3.) et ex adjuncto: *immoderatus, immodicus,* (*Xenoph. Ep.* I, 8.) ex α priv. et μέτρον *mensura. Pollux Onom.* IV, 13. τὸ ἄνευ μέτρου ἄμετρον εἴρηκε Πλάτων. *Hesych.* ἄμετρον· ἀμέτρητον, ἄπειρον. Hinc ἀμετρία *incredibilis et immensa multitudo,* v. c. τῶν κακῶν, apud *Æschin. Socr.* Dial. III, 8. Bis tantum legitur in N. T. 2 Cor. X, 13. ἡμεῖς δὲ οὐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα, h. e. non extra terminos meos de me prædicare soleo, non ultra modum. ibid. v. 15. quanquam in utroque loco, sensu non minus commodo, εἰς τὰ ἄμετρα verti posset: *ultra fines constitutos,* regionum scilicet et provinciarum, in quibus Paulus doctrinam Christianam tradiderat.

ἌΜΉΝ, *Amen.* Proprie adjectivum esse, et notare *omne, quod est verum, firmum et fide dignum* adeoque de personis æque ac de rebus usurpari, partim etymologia docet, (nam descendit a verbo אָמַן, quod in Niphal *firmum, certum, verum, fide dignum esse* notat, unde אֱמֶת *verus,* Ies. LXV, 16. וְתִבָּרֵךְ בֵּאלֹהֵי אָמֵן) partim locis N. T. confirmari potest. v. c. 2 Cor. I, 20. ἐπαγγελίαι Θεοῦ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμὴν promissiones Dei sunt certissimæ, eventu carere non possunt. Apoc. I, 18. ὁ ἀμὴν e lectione quorundam codd. suspecta. ibid. III, 14. τὰ δὲ λέγει ὁ ἀμὴν hæc loquitur is, cujus omnia dicta rata sunt ac certa; et explicationis causa additur, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ὁ ἀληθινός. Sed sæpius transit in particulam, quæ, in initio sententiæ posita, est *adseverantis, confirmantis, jurantis* adeo, et *vere, certo, profecto, indubitate,* notat, (geminatum ἀμὴν, quod superlativi locum habet et asseverationem magis intendit, *verissime, certissime,* in Evangelio Johannis sæpius occurrit, v. c. Joh. I, 51. et ad h. l. *Lightfoot.* III, 3. V, 19. XII, 24. XIV, 12. XXI, 18.) unde etiam interpretes Græci V. T. in illis locis, ubi vocem Hebraicam non retinuerunt, pro ea posuerunt ἀληθῶς, Jer. XXVIII, 6. Alex. ὄντως, Alex. Num. XXII, 37. πεπιστωμένως, Aquila Num. V, 22. Deut. XXVII, 15. Hinc *Suid.* ἀμήν· πεπιστωμένως, ἀληθῶς interpretatur, et in N. T. mox per ἀληθῶς, Matth. XVI, 28. coll. Luc. IX, 27. mox per ἐπ' ἀληθείας explicatur Luc. IV, 24. 25. Eadem particula, in fine orationis posita, est *approbantis* et *optantis: Est! ita fiat! utinam! ita mihi contingat!* γένοιτο, quam vocem Alex. pro ea adhibuerunt Num. V, 22. Deut. XXVII, 15. Ps. XLI, 13. *Suid.* ἢ ἀντὶ τοῦ γένοιτο. Rom. I, 25. XV, 33. Galat. I, 5. Ephes. III, 21. Philipp. IV, 20. 1 Tim. I, 17. Maxime autem notabilis est locus 1 Cor. XIV, 16. πῶς ἐρεῖ τὸ ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; quomodo ad tuam gratiarum actionem, ad preces tuas, quas non intelligit, accinere *Amen* potest? Receptum autem erat in ecclesia veteri Christianorum, ex consuetudine sine dubio Judæorum, Deut. XXVII, 15. seq. Nehem. VIII, 6. (conf. *Wetstenium* N. T. T. II, p. 162.) ut, si episcopus aut alius quivis

ad Deum preces fuderat, aut laudes ejus recitaverat, plebs accineret *Amen*. *Euseb*. H. E. VII, 9. *Suicer*. *Thesaur*. *Eccles*. T. I, p. 229. Cæterum lectu digna de hac voce habet *Glassius* Philol. S. p. 396. ed. *Dath*.

ἌΜΗΤΩΡ, ορος, ὁ, ἡ. Variis modis hæc vox apud Græcos Scriptores usurpatur. Dicitur ἀμήτωρ

1. *qui matrem non habuit*, ex α priv. et μήτηρ *mater*. *Oppianus* Lib. II. Cyneget. v. 567. Ita *Deus* appellatur, quod origo illi non sit aliunde. *Lactant*. de falsa relig. I, c. 7. *Hesych*. ἀμήτορες· μὴ ἔχοντες μητέρας. *Suid*. ἀμήτωρ· ἄνευ μητρός. Conf. *Wetstenii N. T*. T. II. p. 407.

2. *qui matrem morte præmatura, aut alio quovis acerbo casu, amisit*. *Herodot*. IV, 154. *Suid*. μητρὸς ἐστερημένος.

3. *cujus mater obscura et ignota est, ignobili matre natus*. Conf. infra sub ἀπάτωρ.

4. *is, cui mater fuit immitis et minus benigna*. *Eurip*. *Ion*. 837. *Hesychius* ἀμήτωρ· κακομήτωρ et provocat ad *Sophocl*. *Electram* v. 1158. Sed in N. T. ubi semel tantum legitur,

5. *is* dicitur ἀμήτωρ, *cujus mater non recensetur in genealogiis sacerdotum*, seu, ut *Philo* Lib. II. de Monarch. p. 827. loquitur, μὴ ἔχων μητέρα ἱερείαν ἐξ ἱερέων. Hebr. VII, 3. ubi Melchisedechus vocatur ἀμήτωρ, (coll. v. 6.) ubi conferri meretur versio Syriaca. Confer vocem ἀγενεαλόγητος.

ἌΜΙΑΝΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie physice: *purus, non pollutus, intaminatus*, ut *Horat*. III. Od. 2. 18. *alienus ab inquinamentis et sordibus*, ex α priv. et μιαίνω *polluo*. Hinc nomen accepisse videtur lapis ille, *amiantus* dictus (etiam ἄσβεστος), lapis fossilis, plerumque albus, sed interdum cinereus vel ferreus, qui, igni injectus, nec consumitur, nec inquinatur, sed purior et clarior evadit, teste *Dioscoride* V, c. 156. *Plin*. H. N. XXXVI, 19. Sed in N. T. semper metaphorice usurpatur et ita dicitur

2. *non profanatus*. Hebr. XIII, 4. ἡ κοίτη ἀμίαντος ἔστω torus genialis ne profanetur, quasi adulterio ne contaminetur. 2 Macc. XIV, 36. διατήρησον ἀμίαντον τὸν κεκαθαρισμένον οἶκον, ibid. XV, 35.

3. *probus, integer, pius, qui se peccatorum sordibus non contaminavit*. Hebr. VII, 26. Sic ἀμίαντος Sapient. III, 13. mulier dicitur casta et pudica. *Plutarch*. *Pericl*. p. 173. D. βίος καθαρὸς καὶ ἀμίαντος.

4. *perfectus, sincerus*. Jacob. I, 27. θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος verus et perfectus Dei cultus. 1 Petr. I, 4. εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον καὶ ἀμίαντον, ubi κληρονομία ἀμίαντος est *perfecta, summa felicitas*, cui nihil doloris admixtum est.

ἈΜΙΝΑΔΑΒ. *Aminadab*. unus ex majoribus J. C. filius Arami (1 Paral. II, 10.) pater Nahasson, principis tribus Juda. Matth. I, 4. ubi codd. nonnulli mendose Ἀμιναδὰμ legunt. Confer *Pfaff*. de variis lectionibus N. T. p. 148. Luc. III, 33. Nomen est Hebraicum ab עַמִּי *populus meus* et נָדִיב *princeps*.

ἌΜΜΟΣ, ου, ἡ, per aphæresin pro ψάμμος, quod reliqui Græci teste *Mœride* et *Thoma M*. ponere solent

1. *arenam, sabulum, pulverem tenuem et aridum ex ramentis lapidum factum*, notat. Apoc. XIII, 1. Jam quia arenæ, maxime maris, est innumerabilis copia et multitudo, ubi *ingens* quidam *numerus* significandus est, non semel in N. T. legitur formula: ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, v. c. Rom. IX, 27. Hebr. XI, 12. ὡσεὶ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἡ ἀναρίθμητος. Apoc. XX, 8. quæ Hebraicæ כְּחוֹל בַּחוֹל אֲשֶׁר עַל־שְׂפַת־הַיָּם et הַיָּם respondet Genes. XXXII, 12. XLI, 49. Jos. XI, 4. 1 Regg. IV, 29. Eadem fere imagine ad ingentem multitudinem designandam etiam usi sunt Græci, v. c. *Homer*. Iliad. II, v. 305. *Callim*. H. in Dian. v. 252.

2. *terra arenosa, solum arenosum*. Matth. VII, 26. ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ἄμμον qui domum

exstruit suam in solo arenoso, coll. Luc. VI, 49. *Phavor.* ἄμμος· ψάμμος.

ΑΜΝΟ῾Σ, οῦ, ὁ, *agnus, fœtus ovis*, sic dictus secundum auctorem *Etymol. M.* vel, quod sit *placidus et innoxius*, ex α priv. et μένος *ira*, vel a *teneritudine lanæ et pelliculæ*, a μνοῦς *mollis lana:* confer *Stephan. Thesaur. L. Gr.* T. I. p. 399. *Suid.* ἀμνόν· τὸν ἐνιαύσιον ἄρνα. *Hesych.* ἀμνόν· μᾶλλον ἢ τὸ ἄρτι τεχθὲν πρόβατον. Act. VIII, 32. sicut agnus coram tonsore mutus est. Metaphorice autem in N. T. Christus vocatur ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ Joh. I, 29. 36. 1 Petr. I, 19. quasi agnus Deo consecratus et offerendus, quod insons et summa cum patientia humanæ salutis causa mortem cruentam in cruce subiit, non sine respectu ad animalia; ad quæ tempore V. T. scelera populi judaici quasi deferebantur. Confer supra sub αἴρω et *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I, p. 232. nec non *Wetstenii* N. T. T. I, p. 842.

ΑΜΟΙΒΗ᾽, ῆς, ἡ, 1. proprie: *permutatio*, v. c. *mercatorum more*, ἀλλαγή. *Etym. M.* ἡ μεταλλαγὴ καὶ πόρευσις.

2. *retributio*, in utramque partem. *Suid.* ἀνταπόδοσις. *Aquil. Symmach. Theod.* pro Hebr. גְּמוּל Prov. XII, 14. maxime autem *retributio in bonam partem, remuneratio, gratiæ relatio.* 1 Tim. V, 4. ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις parentibus gratias referre, beneficia eorum beneficiis rependere, quod ἀντιπελαργεῖν Græci vocant. *Eurip.* Orest. v. 467. Confer *Elsner.* Obss. T. II, p. 302. et *Wetstenii* N. T, T. II. p. 340. *Hesych.* ἀμοιβαί· χάριτες καὶ τιμωρίαι, ἀνταποδόσεις καὶ ἐκτίσεις, χρεία.

῎ΑΜΠΕΛΟΣ, ου, ἡ, 1. *vitis, arbor vinifera*, Hebr. גֶּפֶן Genes. XLIX, 11. Ps. LXXVIII, 47. Matth. XXVI, 29. γέννημα τῆς ἀμπέλου id quod nascitur de vite, *vinum*. Vide infra sub γέννημα. Marc. XIV, 25. Luc. XXII, 18. Jac. III, 12.

2. metonymice notat *fructus, quos vitis fert, botros.* Apoc. XIV, 19. καὶ ἐτρύγησεν τὴν ἄμπελον τῆς γῆς et vindemiavit uvas terræ. Confer seqq. et v. 20. Ita גֶּפֶן 2 Regg. XVIII, 31. Ies. XXXVI, 16.

2. metaphorice Christus ita vocatur ob arctissimam ejus cum omnibus suis veris sectatoribus unionem et conjunctionem Joh. XV, 1. 4. 5.

῾ΑΜΠΕΛΟΥΡΓΟ῾Σ, οῦ, ὁ, ἡ, contracte pro ἀμπελόεργος, *vinitor, cultor vineæ*, ex ἄμπελος et ἔργον, *labor, opus*, quasi *in vitibus operans*, Hebr. כּוֹרֵם 2 Chron. XXVI, 10. Ies. LXI, 5. *Plutarch. l. de Stoic. repugn.* T. X. Opp. p. 338. ed. *Reiske.* Semel legitur in N. T. Luc. XIII, 7. sed allegorice. *Phavor.* ἀμπελεργῶ· κλαδεύω— ἀμπελεργία· ἡ κλάδευσις· ἀμπελουργική· ἡ τέχνη.—ἀμπελουργός· ὁ κλαδευτής.

῾ΑΜΠΕΛΩ῾Ν, ῶνος, ὁ, 1. *vinea, locus vitibus consitus, vinetum.* Alex. sæpe usurparunt pro Hebr. כֶּרֶם, quod æque late patet, v. c. Genes. IX, 20. Deut. VI, 11. Matth. XX, 1—4. 7. 8. XXI, 28. 33. 39. 40. 41.

2. *vitis.* 1 Cor. IX, 7. 1 Maccab. III, 56. Alex. Jerem. V, 17. pro Hebr. גֶּפֶן. *Phavor.* ἀμπελών· ἡ οἰνόφυτος ἢ ἀμπελόφυτος γῆ. (ex *Suida*) κ. τ. λ. Rarior est hæc vox apud Græcos, ut adeo dubitet *Heupelius* ad Marc. XII, 1. an apud ullum Scriptorem Græcum reperiatur, sed extat illa in *Plutarchi* libro, pro nobilitate, c. 3. Vid. *Wolf.* Anecdot. Gr. T. IV, p. 184.

῾ΑΜΠΛΙ῎ΑΣ, ου, ὁ, *Amplias*, decurtatum ex integro Latino *Ampliatus*, nomen proprium viri cujusdam Romani et Christiani, Paulo maxime cari, cujus ipse semel mentionem fecit Rom. XVI, 8. ἀσπάσασθε ῾Αμπλίαν (in codd. multis et verss. legitur ῾Αμπλιάτον) τὸν ἀγαπητόν μου ἐν Κυρίῳ.

῾ΑΜΥ῎ΝΩ, fut. υνῶ, 1. proprie significat: *propulsare, arcere, propellere*, et dicitur vel ἀμύνειν τινὸς τί vel τινί τί. Hinc

2. *auxilior alteri, suppetias fero, opitulor*, seu *injuriam alii factam ab eo defendo*, et tum cum solo dativo per-

sonæ construitur. *Thucyd.* I, c. 105. *Polyb.* VI, 4. 8. At Medium *ἀμύνομαι* vel simpliciter positum, vel cum accusativo, *injuriam mihi ab aliis factam a me propulso, ulciscor et vindico. Thucyd.* I, 123. *Eustathius ad Hom. Iliad.* V, p. 546. *Ammon. ἀμύνεσθαι καὶ ἀμύνειν διαφέρει. ἀμύνεσθαι μὲν γάρ ἐστι τὸ κολάζειν τοὺς προαδικήσαντας, ἀμύνειν δὲ τὸ βοηθεῖν. Suid. ἀμύνω σοι· βοηθῶ σοι. ἀμύνομαι δέ σε, ἀντὶ τοῦ τιμωρῶ σε.* Sed non semper medium *ἀμύνομαι* tam diligenter distinguitur ab activo *ἀμύνω* in Scriptoribus Græcis. Interdum Medium vim Activi habet, v. c. Act. VII, 24. *καὶ ἰδών τινα ἀδικούμενον, ἠμύνατο, καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ*, ubi *ἠμύνατο* est: opitulatus est ipsi, propulsavit ab eo injuriam. *Dionys. Halic.* I, 12. Cæterum conf. de hac voce, quæ habet *Kiisterus* de Verbis Mediis I, 34. et *Wetstenii* N. T. T. II. p. 498. seq.

ΑΜΦΙΒΑ΄ΛΛΩ, 1. proprie: *circumjicio, cingo, circumdo,* unde *ἀμφιβάλλομαι circumdor, induor, accingo me.*

2. *jacio, projicio,* i. q. *βάλλω.* Ita Marc. I, 16. *ἀμφιβάλλοντες, ἀμφιβλήστρον ἐν τῇ θαλάσσῃ*, e lectione scilicet optimorum codicum, loco *βάλλοντες*, vulgo impressi, quod e loco parallelo Matth. IV, 18. huc venisse videtur.

ΑΜΦΙ΄ΒΛΗΣΤΡΟΝ, ου, τὸ, *retis piscatorii majoris genus, quod expanditur,* ita dictum ab *ἀμφιβάλλω*, vel, quod jactum pisces intrantes undique cingit et claudit, vel hinc, quod utrinque prensum manu jacitur. Piscatores, qui his retibus utuntur, *ἀμφιβολεῖς* dicuntur Ies. XIX, 8. et Habac. I, 17. Videtur proprie adjectivum esse, ad quod intelligatur *δίκτυον. Eurip.* Helen. v. 1085. Confer *Barnes.* ad *Eurip.* Iphigen. in Taur. v. 96. In vers. Alex. vocibus Hebraicis מַכְמֹור Psalm. CXLI, 10. מַכְמֶרֶת Habac. I, 16. חֵרֶם, Habac. I, 15. 17. respondet, ut adeo ejus auctores voci *ἀμφίβληστρον* notionem *cujuscunque retis piscatorii* subjecisse appareat, præeunte *Hesychio*, et auctore *Etym. M.* qui eam per *δικτυον* interpretatur. Bis legitur in N. T. Matth. IV, 18. Marc. I, 16. *Menandr. Fragm.* p. 12. *ἀμφιβλήστρῳ περιβάλλεται. Herodot.* I, 141. II, 95. *Hesiod. Clyp.* 215.

ΑΜΦΙΕ΄ΝΝΥΜΙ, fut. *ἀμφιέσω*, 1. *induo alterum vestibus, vestio. Aristoph.* Plut. v. 937. Sed Medium *ἀμφιέσασθαι se inducre et vestibus ornare.* Luc. VII, 25. *ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον* eum, qui mollibus vestibus utitur. Matth. XI, 8. Confer. *Dresig.* de Verbis Mediis N. F. I, 4.

2. improprie: *orno colore speciæque induo.* Matth. VI, 30. *εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσιν* quodsi vero Deus gramen et flores agri ita colore et specie condecorat. Luc. XII, 28. Verba autem *ἐνδύσασθαι* et *ἀμφιέννυσθαι*, ut et Lat. *indui, vestiri,* de plantis et arboribus eleganter dici, ubi hæ quidem fructibus onerantur, illæ vero flore ac foliis ornantur, multa veterum loca certissime evincunt, collecta partim a *Schwarzio* in Commentariis Crit. et Phil. L. Gr. p. 73. partim a *Wolfio* in Curis Philol. T. I, p. 142.

ΑΜΦΙ΄ΠΟΛΙΣ, εως, ἡ, proprie et in universum *quælibet urbs* dicitur, *aquis cincta, quam fluvius circumluit. Pollux* Onom. IX, 4. *ἡ ἰσθμῷ ἢ ποξθμῷ προσοικοῦσα πόλις* Ἀμφίπολις. Sed

2. speciatim ita dicebatur urbs Macedoniæ, Thraciæ finitima, quæ nomen habet a fluvio Strymone, fluente in mare Ægæum, et ex monte Hæmo delabente, eam fere undique alluente et cingente, ut peninsulæ formam obtineret. Fuit autem colonia Atheniensium, condita a Cimone, dicta antea *Novem Viæ. Stephanus,* Cradennam et Ariadrounum, *Harpocration,* Ἄργος πόλιν antiquitus appellatam dicit; sed deinde Christopolis dicta fuit. Confer *Wesseling.* ad Anton. Itiner. p. 320. *Etym. M. πόλις Θρᾴκης, ἥτις ἐκαλεῖτο πρότερον Ἐννέα Ὁδοί, διὰ τὸ περίεχεσθαι καὶ περιοδεύεσθαι ὑπὸ*

τοῦ Στρυμόνος ποταμοῦ. Adde *Phavorin.* Semel tantum in N. T. commemoratur Act. XVII, 1. ad quem locum videndus *Wetstenius* T. II, p. 559.

ΑΜΦΟΔΟΝ, ου, τὸ, etiam ΑΜΦΟΔΟΣ, ου, ἡ, vulgo per *bivium* explicatur secundum etymologiam, ex ἄμφω *ambo* et ὁδὸς *via*, q. d. *ambæ viæ.* Glossar. vett. apud *Labbæum* p. 10. ἄμφοδον· *compitum, quadrivium*; et ἄμφοδα· *compitalia, compita.* Sed in N. T. libris *plateam* seu *vicum pagi* vel *urbis* notat. Semel tantum legitur in N. T. Marc. XI, 4. ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου, non longe a bivio: ubi Syrus posuit ܦܬܓܐ. Unde et in fragmentis verss. gr. V. T. Hebraico חוּץ respondet. v. c. Prov. I, 20. Amos V, 16. Jerem. XI, 13. *Hesych.* ἄμφοδα· αἱ ῥύμαι, ἀγυιαὶ, δίοδοι. *Suid.* ἄμφοδον· δίοδον, ῥύμην. *Pollux* Onomast. IX, 36. Conf. etiam *Casaubonum* ad *Athenæum* XII, c. 10. et *Wetstenii* N. T. T. I, p. 609. et *Bocharti Hieroz.* P. I, p. 211.

ΑΜΦΟΤΕΡΟΙ, οἱ, αἱ, τὰ, 1. *uterque, ambo,* pro ἀμφότερος, α, ον, ab ἄμφω *ambo* vel *ambæ.* Latini raro *utrique* pro *uterque* ponunt, sed tamen interdum v. c. *Virgil.* Æn. V, 685. *Terent.* Heaut. II, 3. 14. Matth. IX, 17. καὶ ἀμφότερα συντηροῦνται· ut utrumque conservetur. Ib. XIII, 30. XV, 14. et in aliis pluribus locis. *Herodian.* III, 6. 8. c. 10. s. 6. Alexandrini usi sunt pro שְׁנֵיהֶם Gen. XXI, 27. 31. et שְׁנֵיהֶם Exod. IX, 22. 23. Non semper autem τὰ ἀμφότερα de duobus tantum dicitur, sed etiam de *tribus* et pluribus, v. c. Act. XXIII, 8. Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσιν τὰ ἀμφότερα, scilicet: εἶναι ἀνάστασιν καὶ ἄγγελον καὶ πνεῦμα, ad quem locum *Theophyl.* τὰ ἀμφότερα καὶ ἐπὶ τριῶν λέγεται. *Homer.* Odyss. XV, v. 78. *Aristot. Rhetor.* c. V, 36. confer *Wetstenii N. T.* T. II, p. 614.

2. *dissentientes, studiis invicem dissidentes.* Ephes. II, 14. ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα (pro τοὺς ἀμφοτέρους) ἕν qui diversis studiis invicem distractos in unam societatem coëgit. ibid. v. 16. et 18.

ΑΜΩΜΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *nulla macula notatus, omnis vitiositatis expers, qui jure non reprehendi, carpi et sceleris accusari potest,* ex α priv. et μῶμος *macula,* seu μωμέομαι *vitupero.* Bis legitur in N. T. Phil. II, 15. τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα filii Dei omnis vitiositatis expertes; ubi tamen in haud paucis codd. ἄμωμα legitur, quæ varietas lectionis etiam in altero loco 2 Petr. III, 14. reperitur. Merum interpretamentum librarii vocis ἀμώμητος alteram lectionem ἄμωμος continere, docet *Hesychius,* qui ἀμώμητος explicat per ἄμωμος, ἄψογος, ἀγαθὸς ἢ σώματι ἢ ψυχῇ. *Plutarch.* in *Lacon. Instit.* Vol. VI. *Opp.* p. 889. ed. *Reiske.* Exempla adjectivi ἀμώμητος, et adverbii ἀμωμήτως, a Lexicographis partim neglecti, partim sine ulla auctoritate prolati, dedit *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I, p. 237.

ΑΜΩΜΟΝ, ου, τὸ, *Amomum,* ex α et μῶμος. Nomen exigui fruticis ex ligno uvæ modo in se ipsum convoluti, ex quo veteres unguentum parare solebant. Commemoratur semel Apoc. XVIII, 13. ubi in nonnullis Codicibus, Versionibus et Patribus antiquis post verba καὶ κινάμωμον probante *Millio* καὶ ἄμωμον legitur, quod mihi quidem a librario, antecedentibus verbis decepto, huc invectum esse videtur. De Amomo ipso vide *Dioscor.* I, 14. *Theophr. Hist. Plant.* IX. c. 7. et *Plinium H. N.* XII, 13. s. 28. Laudatur etiam *Amomum* inter unguenta præstantissima, quibus crines perfundebantur, ab *Ovidio* Her. XXI, 166. *Silio Ital.* XI, 404. *Martial.* VIII, 77. et aliis. Observat præterea *Salmasius* ad *Solinum* p. 284. videri veteres omne aroma sincerum et inculpatum ἄμωμον appellasse, quod ἄμωμον Græcis sit καθαρὸν καὶ ἀκηράσιον. Sic ἄμωμον λιβάνιον thus sincerum; et κινάμωμον quasi κίνναμον ἄμωμον.

ΑΜΩΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *maculæ, vitii et labis omnis expers,* a

μωμος, Hebr. מוּם Levit. XXI, 17. XXII, 25. *macula, labes, vitium quodvis*, cui opponitur ἔμμωμος *vitiosus, debilis, morbidus*, apud *Aquil.* et *Symmach.* Malach. I, 14. Dicebatur ἄμωμος maxime de *victimis piacularibus Judæorum*, quas Deus labe et vitiis carere, eximias et egregias esse voluit, ut Hebr. תָּמִים cui sæpius respondet in vers. Alex. Num. VI, 14. XIX, 2. Levit. XXII, 22. Semel in hoc sensu legitur in N. T. 1 Petr. I, 19. ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ. Deinde metaphorice

2. *integer, ab omnis vitiositatis sordibus liber, irreprehensibilis. Suid.* ὁ καθαρὸς καὶ ἀναίτιος. *Hesych.* ἄμεμπτος, καθαρὸς, ἄψεκτος. Ephes. I, 4. V, 27. conjungitur cum voce ἅγιος. Coloss. I, 22. cum ἀνέγκλητος. Judæ v. 24. ubi cod. Alex. ἀμέμπτους. Apoc. XIV, 5. Vid. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 237.—In loco Ep. ad Hebr. IX, 14. Christus vocatur ἄμωμος, sine dubio ob perfectam expiationem hominum, quam effecit.

'ΑΜΩ'Ν, ὁ, *Amon.* Nomen proprium viri Hebraicum אָמוֹן *verax, fidelis.* Fuit rex Judæ, filius Manasse, pater Josiæ. Matth. I, 10.

'ΑΜΩ'Σ, ὁ, *Amos*, Hebr. אָמוֹס *robustus, fortis.* Fuit pater Mattathiæ et filius Nahumi. Commemoratur in genealogia Christi Luc. III, 25.

"ΑΝ. Particula seu conjunctio potentialis vel expletiva, quæ construitur cum optativo, conjunctivo, interdum etiam cum indicativo; de qua diligenter exposuit *Vigerus* de Idiot. L. Gr. p. 464—472. ed. *Zeun.* et *Devarius* de Linguæ Græcæ particulis p. 44. ed. *Reusmann.*

1. est potentialis, et valet idem quod Latinorum *cunque.* Marc. VIII, 35. ὃς γὰρ ἂν *quicunque enim*—ὅς δ' ἂν *quicunque autem.* ibid. v. 38. ὅς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με quemcunque enim puduerit mei. Rom. IX, 15. XVI, 2. Apoc. III, 15.

2. conditionalis *si* per aphæresin pro ἐάν. Joh. XX, 23. ἂν τινῶν ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας si quorum peccata condonaveritis. Sic centies apud *Platonem*, ut docuit *Zeunius* ad *Vigerum* de Idiotismis L. Gr. p. 472.

3. interdum usurpatur instar adverbii affirmandi pro *utique, certe, profecto.* Matth. XI, 21. πάλαι ἂν μετενόησαν olim profecto mentem mutassent. ibid. v. 23. ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον. Joh. IV. 10. σὺ ἂν ἤτησας αὐτὸν certissime eum rogares. Vulgatus interpres male dubitative exposuit per *forte.* 1 Joh. II, 19. Joh. V, 46. VIII, 19. Confer *Glassii* Philol. Sac. p. 427. ed. *Dathii.*

4. cum ἕως, ὅτι, οὗ, conjuncta, indefinite futurum tempus significat. Matth. II, 13. ἕως ἂν ε�ίπω σοι usque dum dixero tibi. ibid. V. 18. X, 11. Marc. VI, 10. IX, 1. XIV, 9. Luc. IX, 27. Act. II, 35. 1 Cor. IV, 5.

5. haud raro est particula mere expletiva, quæ in versione plane omitti debet. Matth. VI, 5. ὅπως ἂν φανῶσι. XXVI, 48. ὃν ἂν φιλήσω. Luc. VII, 39. Rom. III, 4.

'ΑΝΑ'. Adverbium distributivum, seu, ut verbis *Glassii* Philol. S. p. 493. utar, *præpositio, quæ numerum distributivum æqualitatis exprimit et per nomina numeralia distributiva explicanda est.* Matth. XX, 9. 10. ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον acceperunt *singuli* denarium. Marc. VI, 49. ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα *centeni* et *quinquageni.* Ita ἀνὰ ἑκατὸν apud *Xenoph.* Anab. III, 4. 13. Luc. IX, 3. ἀνὰ δύο χιτῶνας *binas* tunicas. Apoc. XXI, 21. ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων *singulæ* portæ; ubi tamen pleonastice positum esse videtur. Vide plura apud *Wetstenium* N. T. T. I. p. 454.

'ΑΝΑ'. Præpositio, regens accusativum, quæ exprimit significationes *per, in* et *inter.* Raro tantum in N. T. occurrit, et semper fere cum μέσον conjunctum. Formula ἀνὰ μέσον omnino, quod est intermedium, notat et mox per *in, in medio* vertendum est, Apoc. VII, 17. mox per *inter* reddendum, Matth. XIII, 25. ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου inter triticum. 1 Cor.

VI, 5. ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ inter fratrem suum et fratrem. Marc. VII, 11. Semel tantum in N. T. 1 Cor. XIV, 27. ἀνὰ μέρος *per vices*, h. e. *vicissim, alternis*, legitur. Per ἀνὰ μέσον sæpe expresserunt Alexandrini vocem בֵּין *inter* Gen. X, 12. XIII, 3.—

'Ανὰ in compositione significat

1. *sursum*, i. q. ἄνω, v. c. ἀναβαίνω, ἀναφέρω, ἀνακύπτω.

2. *rursus, iterum*, v. c. ἀναβλέπω, ἀναζάω.

3. *separationem*, ut: ἀναχωρέω.

4. *intendit notionem simplicis verbi*, v. c. ἀναβοάω.

5. interdum otiosum est et simplicis notioni nihil superaddit, v. c. ἀνατρέφω et alia, quæ usus facile suppeditat.

'ΑΝΑΒΑΘΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, pro quo Attici ἀναβασμὸς, teste *Thoma M.* scripserunt, (Vide *Pausan.* X, c. 5. p. 808.) duas maxime notiones apud Græcos habet.

1. *ascensus, ipse actus ascendendi in loca edita. Suid.* ἀναβαθμοί· ἀναβάσεις.

2. per metonymiam, *medium ascensus*, h. e. *gradus, per quos ascenditur in locum editum.* Act. XXI, 35. ὅτε δὲ ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμούς cum igitur pervenisset ad gradus, qui nempe ab arce Antonia ad templum ducebant. ibid. v. 40. ἑστὼς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν stans in gradibus. Æque late patet vox Hebr. מַעֲלָה pro qua ἀναβαθμὸς posuerunt Alexandrini 2 Regg. IX, 13. XX, 11. 2 Chron. IX, 18. 19.

'ΑΝΑΒΑΙ'ΝΩ, fut. βήσομαι. Anomalon. In universum quidem *omnem motum e loco inferiori in altiorem* significat, *qualicunque demum fiat modo*, sed pro subjectorum diversitate variæ hujus vocis constituendæ sunt notiones, hoc fere ordine.

1. *adscendo, me moveo in locum editum.* Matth. V, 1. ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος in montem adscendit. III, 16. ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος e fluvio adscendit. Luc. V, 19. ἀναβάντος ἐπὶ τὸ δῶμα conscenso tecto. XIX, 4. ἀνέβη ἐπὶ συκομορέαν conscendit morum. Act. VIII, 39. ἀνέβησαν ἐκ τοῦ ὕδατος.

2. *iter facio per loca et ad loca edita, proficiscor ad regionem superiorem*, et in N. T. maxime de iis usurpatur, qui Hierosolymam, in monte sitam, petebant, vel additis verbis εἰς Ἱεροσόλυμα, v. c. Matth. XX, 17. 18. vel simpliciter positum. Joh. VII, 8. 10. XII, 20. Act. XVIII, 22. Judæa enim ad alios Palæstinæ tractus, maxime ad Galilæam, et tota Palæstina ad exteras regiones relata, sublimior erat, et adeo olim omnes, qui ex Galilea in Judæam (Luc. II, 4.) et ex reliquis regionibus in Palæstinam proficiscebantur, ἀναβαίνειν dicebantur. Eandem significationem habet עָלָה (quod Alex. sæpe per πορεύομαι reddiderunt. Jos. XIX, 47. 1 Sam. VI, 9.) Ezra II, 1. Nehem. VII, 6. quod speciatim de Hierosolymam contendentibus usurpatum legitur 1 Regg. XII, 27. 28. Ezra VII, 6. 7. Zach. XIV, 16. 17. et aliis in locis, quæ collegit *C. B. Michaelis* in Diss. de notionibus superi et inferi in S. S. (Hal. 1735.) et *Wetstenius* N. T. T. I, p. 456. *Ælian.* V. H. VIII, 17. ἀνέβη εἰς Ἀσίαν profectus est in Asiam superiorem. Confer *Mori* Obss. ad *Xenoph.* Anabasin Cyri statim ab initio. Vide infra sub καταβαίνω.

3. *afferor, deferor in loca edita, quocunque modo hoc fiat.* Hinc *inanimatis rebus* interdum tribuitur, v. c. Apoc. VIII, 4. ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων et sursum agebatur seu surgebat fumus. ib. IX, 2. XIV, 11. XIX, 3. Interdum de *piscibus* usurpatur, *qui emergunt et protrahuntur ex aqua.* Matth. XVII, 27. καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον et primum exinde hamo eductum piscem. Haud raro autem de *Christi reditu in cœlum* ἀναβαίνω dicitur, ita, ut partim simpliciter ponatur, Joh. VI, 62. ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν πρότερον, partim verba addantur, locum superiorem seu cœlum significantia, v. c. πρὸς τὸν πατέρα, Joh.

XX, 17. εἰς ὕψος, Ephes. IV, 8—10. 4. *conscendo*, v. c. *navem*, Marc. VI, 51. καὶ ἀνέβη πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ πλοῖον et cum ad eos in navem ascendisset. Joh. XXI, 3. ἀνέβησαν εἰς τὸ πλοῖον, nisi ibi legendum est ἐνέβησαν (sic *ascendere navem* seu in *navem* etiam apud Latinos legitur, v. c. *Terent.* Adelph. IV, 5. 69. *Nepos* II, 8. 6.) aut *currum*, v. c. Act. VIII, 31. Similis locus *Apollodor.* Bibl. I, 7. 2. εἰς ταύτην, scil. λάρνακα, μετὰ Πύῤῥας ἀνέβη Δευκαλίων. quanquam nec repugnarem, si quis in omnibus his adductis locis τῷ ἀναβαίνειν notionem *intrandi*, *sibi in aliquid parandi ingressum*, subjicere mallet, quæ necessario locum habet Apoc. IV, 1. ἀνάβα ὧδε. Joh. X, 1. ἀλλ' ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν sed aliunde ingreditur, aut, quod in h. l. eodem redit, *irrumpit*. Certe Hebr. עָלָה Alex. haud raro per εἰσέρχομαι reddiderunt. Job. VI, 5. Daniel. II, 16. V, 10.

5. metaphorice: *succresco*, *enascor*, *progermino*, i. q. ἀναφύομαι. Matth. XIII, 7. καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι et spinis succrescentibus. Marc. IV, 8. καρπὸν ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα. ib. v. 32. καὶ ὅταν σπαρῇ, ἀναβαίνει, coll. Matth. XIII, 32. Ita etiam עָלָה Hebræis idem valet, quod צָמַח et פָּרַח Genes. XLI, 22. Prov. XXIV, 31. et ab Alexandrinis interdum per φύομαι, Prov. XXVI, 9. et ἀναφύω, Ies. XXXV, 1. redditur. E Græcis Scriptoribus notabiles sunt loci *Xenoph.* Sympos. IV, 23. *Theophr. Hist. Plant.* VIII, 3. *Hippocrates* de glandulis c. 3. p. 416. ed. *Linden. Hesych.* ἀναδρομαί, αὐξήσεις, βλαστήσεις. Ita etiam voce *surgere* usus est *Virgil. Ecl.* V. 39.

6. *pervenio*, *perferor*, *deferor*, sensu metaphorico Act. XXI, 31. ἀνέβη φάσις τῷ χιλιάρχῳ rumor delatus est ad tribunum militum. 1 Macc. V, 31. ἡ κραυγὴ τῆς πόλεως ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανόν. Sæpe autem etiam apud Græcos nomina *fama*, *rumor*, *sermo*, dici *ascendere*, *ire*, *venire*, *Schwarzius* docuit in Commentariis L. Gr. p. 76.—Restant adhuc formulæ quædam, Scriptoribus N. T. propriæ, quæ ad nullam hucusque collectarum significationum verbi ἀναβαίνειν referri commode possunt, ideoque seorsim erunt tractandæ. Sunt autem hæ; α) ἀναβαίνειν εἰς τὸ μνημόσυνον ἐνώπιόν τινος *res* dicitur, *cujus aliquis bene memor est*, vel in bonam, vel in malam partem. In bonam partem accipitur Act. X, 4. αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ h. e. si libere vertatur: haud ignorat Deus et preces tuas et benefacta, et jam illas exaudire, hæc autem justis præmiis ornare decrevit. Hoc sensu enim Deus recordari dicitur in litteris sacris: confer *Glass.* Phil. S. p. 948. β) ἀναβαίνειν εἰς τὸν οὐρανὸν *is* dicitur *qui perfectissimam et omnibus numeris absolutam cognitionem de Deo rebusque divinis habet*, seu *qui arctissime est cum Deo et ita conjunctus, ut omnia ejus consilia et decreta, omnem adeo ejus naturam cognitam habeat et perspectam.* Joh. III, 13. καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν nemo res divinas satis cognitas habere potest præter eum, qui originem cœlestem habet. Similis formula est Prov. XXX, 4. מִי עָלָה־שָּׁמַיִם וַיֵּרֶד h. e. quis satis cognitas habet res cœlestes, ut eas hominibus annunciare possit? ubi docere vult auctor libri, opera Dei et consilia esse impervestigabilia hominibus et plane ignota. Longe diverso ab hoc sensu reperitur hæc formula in loco Rom. X, 6. μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σε, τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν noli putare, insuperabilibus difficultatibus obsitam esse doctrinam de origine J. C. cœlesti: ubi *in cœlum ascendere* est formula loquendi mere proverbialis, qua usi sunt sacri scriptores, ut indicarent, alicujus rei esse tantam difficultatem, ut omnes vires humanas superet. Respexisse autem videtur Paulus locum Deut. XXX, 12. מִי יַעֲלֶה־לָּנוּ הַשָּׁמַיְמָה, ubi docere vult Moses, non esse adeo difficilem hominibus legum divinarum cognitionem. Alio iterum sensu usus videtur hac formula Jesus Joh. I, 52.

ὄψεσθε τὰς ἀγγέλας τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, h. e. in posterum usu vestro experiemini, Deum mihi peculiari quodam modo adfuturum; videbitis me summa miracula quævis auxilio Dei potentissimo adjutum, patraturum. coll. Genes. XXVIII, 12. γ) ἀναβαίνειν εἰς, seu ἐπὶ τὴν καρδίαν, seu ἐν τῇ καρδίᾳ τινὸς de *cogitationibus* usurpatur, *quæ animum subeunt, oboriuntur animo, in mentem veniunt.* Luc. XXIV, 38. διατί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; quare hæ dubitationes oboriuntur animo vestro? Act. VII, 23. ἀνέβη ἐπὶ (in aliis εἰς) τὴν καρδίαν αὐτοῦ venit ipsi in mentem. 1 Cor. II, 9. ἃ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη de quo nemo cogitavit. Est hæc formula mere Hebraica: עָלָה עַל־לֵב Ies. LXV, 17. Jerem. III, 16. XLIV, 21. LI, 50. Ies. LXV, 16. וְלֹא נָסְתְּרוּ מֵעֵינָי Alex. καὶ οὐκ ἀναβήσεται αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν. Confer infra sub καρδία, et *Wetstenii* N. T. T. I. p. 828.

ΑΝΑΒΑ΄ΛΛΟΜΑΙ, Medium ab ἀναβάλλω *sursum tollo, erigo*, et *remoror, protraho*, notionem *differendi et procrastinandi* habet in Scriptoribus Græcis, et non solum cum accusativo rei (interdum etiam cum infinitivo) construitur, ita, ut ei tribuatur, *qui ipse differt aliquod negotium*, sed etiam regit accusativum personæ, quando de eo sermo est, *qui alios remoratur et impellit ad procrastinanda ea, quæ agere aut volunt aut debent.* Utriusque usus loquendi exempla extant apud veteres. Illius apud *Philostrat.* Vit. *Apoll.* IV, 10. οὐκ ᾤετο δεῖν ἀναβάλλεσθαι τὴν ὁδὸν. *Xenoph.* Memor. III, 6. 6. πλουσιωτέραν τὴν πόλιν ποιεῖν ἀναβαλούμεθα. Hujus in N. T. æque ac in Latinis Scriptoribus. Act. XXIV, 22. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φῆλιξ ἀνεβάλετο αὐτοὺς his auditis Felix eos *ampliavit.* (confer *Ernesti* Clav. Cic. sub *ampliare.*) *Cicero* ad *Lucceium* Lib. V. ep. 12. extr. sin autem *differs me* in aliud tempus. *Hesych.* ἀνεβάλλετο· προοιμιάζετο. ἀνάβαλε· ἀναβολὴν δίδου. *Phavor.* ἀναβάλλομαι τὸ πρᾶγμα ἀντὶ τοῦ ῥαθυμῶν ὑπερτίθεμαι. αἰτιατικῇ συντάσσεται. Plura de hoc verbo habet *Budæus* Comment. G. L. p. 542. *Wetstenius* in notis ad N. T. T. II. p. 622. et *Dresig.* de Verbis Mediis III, 3.

ΑΝΑΒΙΒΑ΄ΖΩ, fut. ἀσω, *ascendere et prodire facio, produco*, eleganter in N. T. ubi semel tantum legitur, iis tribuitur, *qui naves ad littus subducunt.* Matth. XIII, 48. ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν subducentes navigium in littus. *Xenoph.* Hist. Græc. I, c. 1. 2. πρὸς τὴν γῆν ἀνεβίβαζε τὰς ἑαυτοῦ τριήρεις. *Herodot.* III, 75. ἀνεβίβασαν αὐτὸν ἐπὶ τὸν πύργον. In versione Alex. Hebraico הֶעֱלָה respondet Genes. XXXVII, 28. Exod. XVII, 3. Ies. LVII, 7. *Alb.* Gloss. N. T. ἀνεβίβασεν· εἰσήγαγεν. *Hesych.* ἀναβιβάζων· ἀναφέρων. Idem *Phavorinus.*

ΑΝΑΒΛΕ΄ΠΩ, fut. ψω. 1. *suspicio, sursum* seu *sublatis oculis aspicio, oculos attollo*, quasi ἄνω βλέπω, quod aliis in locis ἐπαίρειν τοὺς ὀφθαλμοὺς dicitur. Matth. XIV, 19. ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν cœlum intuens. Marc. VI, 41. VII, 34. VIII, 24. καὶ ἀναβλέψας et oculos intendens, explorandi caussa an aliquid videre possit. Luc. IX, 16. *Xenoph.* Hist. Græc. VII, 1. 20. ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς ὄμμασιν. 2 Macc. VII, 28. ἀναβλέψαντα εἰς τὸν οὐρανόν. *Pollux* II, c. 4. 5. 7. λέγεται ἀναβλέπειν μὲν εἰς τὸν οὐρανὸν, καταβλέπειν δὲ εἰς τὴν γῆν.

2. *visum recipio, facultatem videndi recupero.* Matth. XI, 5. τυφλοὶ ἀναβλέπουσι cœcis videndi facultas restituitur. ibid. XX, 34. καὶ εὐθέως ἀνέβλεψαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ statim dispexerunt. Marc. X, 15. ἵνα ἀναβλέψω, coll. Matth. XX, 33. ἵνα ἀνοιχθῶσιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί. Luc. VII, 22. Act. XXII, 13. Et in hac quidem notione centies hæc vox apud Græcos legitur. *Aristoph.* Plutus v. 95. ubi Chremes ad Plutum, visu orbatum, εἰ πάλιν ἀναβλέψειας, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ. ibid. v. 117. 126. *Philostrat.* Vit. Sophist. II. c. 1. p. 547. et apud *Hippocratem.* Confer *Foësii* Œconomia Hippocr. p. 28.

3. *visum accipio*, neglecta plane vocula ἀνά. Sic Joh. IX, 11. 15. 18. ubi ἀναβλέπειν homini tribuitur, qui visum nunquam inde a nativitate habuit, sed eum a Jesu miraculoso modo accepit, coll. v. 1. seqq. Conf. *Ludov. de Dieu* Criticam S. p. 512.

4. *contemplor, intueor, aspicio.* Marc. XVI, 4. καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσι. Act. XXII, 13. ἀνέβλεψα εἰς αὐτὸν recepto visu eum aspexi. Hinc in versione Alexandrina haud raro τῷ הַבֵּט Genes. XV, 5. פָּנָה Ies. VIII, 21. et רָאָה 1 Sam. XIV, 27. respondet.

ἈΝΆΒΛΕΨΙΣ, εως, ἡ, *redditus visus*, seu *recuperatio visus*.

2. metaphorice: *plenior et perfectior religionis cognitio.* Luc. IV, 19. κηρύξαι τυφλοῖς ἀνάβλεψιν ad imbuendos inscios idonea veritatis cognitione. Sæpius non legitur in N. T. nec in versionibus Græcis V. T. occurrit.

ἈΝΑΒΟΆΩ, ῶ, fut. ήσω, *vociferor, exclamo, vocem attollo*, nam ἀνὰ in compositione simplicis verbi notionem intendit. Tantum ter legitur in N. T. Matth. XXVII, 46. ἀνεβόησεν Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ. Sic Ezech. XI, 13. καὶ ἀνεβόησα φωνῇ μεγάλῃ, Hebr. וָאֶזְעַק קוֹל־גָּדוֹל. Marc. XV, 8. ἀναβοήσας ὁ ὄχλος vociferans turba. Luc. IX, 38. ἀνεβόησε λέγων. In versione Alexandrina positum est pro צָעַק, Num. XX, 16. זָעָק 1 Sam. IV, 13. et קָרָא Ies. XXXVI, 13. LVIII, 1. *Plutarch. Coriolan.* c. 36.

ἈΝΑΒΟΛΉ, ῆς, ἡ, *dilatio, mora, cunctatio*, ab ἀναβάλλομαι *differo*, in perfecto: ἀναβέβολα. Semel legitur in N. T. Act. XXV, 17. ἀναβολὴν οὐδεμίαν ποιησάμενος dilationem nullam faciens, absque mora. *Phavor.* ἀναβολή· ἀνοχή. Αἰλιανός· Λοξίας καὶ Ζεὺς πατὴρ ἀναβολὴν θανάτου ἐψηφίσαντο Φαλάριδι ἔτη δύο. *Dionys. Hal. A.* XI, 33. τοῦ πράγματος μηδεμίαν ἀναβολὴν ποιησάμενον. Thucyd. II, 42. Confer Fragmenta *Æliani* e *Suida* collecta, subjuncta ejus Variis Historiis edit. *Perizonii* et *Kuhnii* T. II, p. 320.

ἈΝΑΓΓΈΛΛΩ, fut. ελῶ. 1. *annuntio, denuntio, narro, renuntio.* Construitur cum dativo personæ et accusativo rei. Ἀναγγέλλομαι *nuntius de me* seu *mihi affertur.* Dicitur in utramque partem de re læta ac tristi; et in codd. haud raro cum ἀπαγγέλλειν permutatur. Marc. V, 14. ἔφυγον καὶ ἀνήγγειλαν. in plurimis codd. ἀπήγγειλαν legitur. ibid. v. 19. ἀνάγγειλον αὐτοῖς, ὅσα σοι ὁ Κύριος πεποίηκεν. Act. XIV, 27. XV, 4. XVI, 38. 2 Cor. VII, 7.

2. sensu forensi: *defero*, angeben *to denounce.* Joh. V, 15. καὶ ἀνήγγειλε τοῖς Ἰουδαίοις et nomen ejus detulit ad assessores Synedrii magni.

3. *prædico, præsignifico.* Joh. XVI, 13. καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν et futura etiam vobis significabit.

4. *doceo, instituo, sensum rei obscuræ aperio, explico, docendo illustro.* Joh. IV, 25. ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα veram Dei colendi rationem nos docebit. XVI, 14. ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν meam doctrinam vobis uberius et perfectius tradet. ibid. v. 15. 25. Act. XX, 20. μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν καὶ διδάξαι ὑμᾶς. ibid. v. 27. Rom. XV, 21. 1 Petr. I, 12. *Theodot. Daniel.* II, 26. εἰ δύνασαί μοι ἀναγγεῖλαι τὸ ἐνύπνιον. Deut. XXIV, 8. νόμον, ὃν ἂν ἀναγγείλωσιν ὑμῖν οἱ ἱερεῖς.

5. *fateor, profiteor.* Act. XIX, 18. ἐξομολογούμενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν. Ita הִגִּיד Deut. XXVI, 3. Ies. XLVIII, 6. *Hesych.* ἀναγγέλλει· κηρύσσει, λέγει. *Phavorin.* ἀναγγελήσεται· διηγηθήσεται — ἀναγγέλλω τὸ ἀναφέρω ἀπὸ ἐλάττονος εἰς μεῖζον πρόσωπον λεγόμενον, οἷον ἀναγγέλλει ὁ δοῦλος τῷ δεσπότῃ κ. τ. λ.

ἈΝΑΓΕΝΝΆΩ, ῶ, fut. ήσω, *regenero, regigno.* Nunquam sensu physico in ullo Scriptore usurpatur, sed semper metaphorice dicitur *de eo, qui alterum transfert in meliorem statum et conditionem, quicunque demum ille sit, sive ad animum, sive ad corpus pertineat*, et æque late patet ac vox παλιγγενεσία, de qua infra dicendi locus erit. In N. T. vero speciatim Deus dicitur ἀναγεννᾷν homines, quatenus religionis, Christianæ maxime, auxilio eos non solum facultate, res

divinas intelligendi et vera fide amplectendi, sed etiam viribus eas desiderandi, amandi et earum cognitione convenienter agendi instruit et exornat, et ita ex conditioine infelici transfert ad longe felicissimam. Nam γεννᾷν, quod proprie physice est: *vitam dare*, ex usu loquendi Judæorum sæpe ad *vitam spiritualem* transferebatur, quæ est in pleniore ac perfectiore religionis divinæ cognitione et observatione, quam deinde felicitas perennis sequitur. Confer loca Scriptorum judaicorum a *Schoettgenio* ad Joh. III, 3. et 2 Cor. V, 17. allata in Horis Hebraicis et Talmudicis. 1 Petr. I, 3. ὁ ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν qui nos emendavit per religionem Christianam, ut jam certissimam spem resurrectionis et felicitatis futuræ fovere possimus. ib. v. 23. ἀναγεγεννημένοι οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς, ἀλλὰ ἀφθάρτου, διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ. Confer quæ infra sub γεννάω, καινὴ κτίσις et παλιγγενεσία sunt notata.

ἈΝΑΓΙΝΏΣΚΩ, fut. γνώσομαι, 1. *cognosco, intelligo*. Matth. XXIV, 15. ὁ ἀναγινώσκων νοείτω, qui hæc (sc. oracula *Danielis*) intelligit, animum advertat suum. Confer *Kypke* Observatt. Sac. T. I, p. 119.

2. *lego, perlego*, Matth XII, 3. οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαεὶδ; nonne legistis quid fecerit Davides? ibid. v, 5. XIX, 4. XXI, 16. Joh. XIX, 20. Act. VIII, 28. 30. XXIII, 34. ἀναγνοὺς δὲ perlectis litteris. 2 Cor. I, 13. ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε id quod legitis scriptum in litteris meis est vere mea mens. ibid. III, 2. Ephes. III, 3. Alexandrini usi sunt hac voce pro Hebraico קָרָא, quod inter alia etiam *legere* notat. Exod. XXIV, 7. 2 Chron. XXXIV, 18. 24. 30. Jer. III, 12.

3. *prælego*. Luc. IV, 16. ἀνέστη (ἕνεκα τοῦ) ἀναγνῶναι, h. e. surrexit, ut prælegeret particulam V. T. et prælectam interpretaretur; unde particula librorum sacrorum, quæ in synagoga prælegi populo et commentario illustrari solebat, ἀνάγνωσις et ἀνάγνωσμα vocabatur. Cf. *Heinsii Exerc. Sac.* ad h. l. et *Vitring. de Synagoga Vet.* T. I. p. 998. sqq. Act. XIII, 27. τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας. XV, 21. 2 Cor. III, 15. ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς. 1 Thess. V, 27. Apoc. I, 3. ubi τῷ ἀναγινώσκοντι opponuntur οἱ ἀκούοντες *auditores*. Eodem modo קָרָא sumitur Jer. XXXVI, 8. 10. 13. 14. 15. Cf. *Buxtorf. Lex. Talmud. et Rabbin.* p. 2108. 1 Macc. X, 7. καὶ ἀνέγνω τὰς ἐπιστολὰς εἰς τὰ ὦτα παντὸς τοῦ λαοῦ. *Ælian. V. H.* XIV, 43.

ἈΝΑΓΚΆΖΩ, fut. άσω, 1. *cogo aliquem, ita, ut vim adhibeam, vi adigo*. Act. XXVI, 11. ἠνάγκαζον βλασφημεῖν cogebam blasphemare. ib. XXVIII, 19. ἠναγκάσθην ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα coactus sum provocare ad Cæsarem, Galat. II, 3. ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι ib. v. 14. *Xenoph. Mem.* I, 2. 44. In vers. Alex. Prov. VI, 7. ἀναγκάζων τῷ שֹׁמֵר respondet.

2. *jubeo aliquem aliquid facere, invito persuadeo, moveo aliquem rationibus*. Matth. XIV, 22. καὶ εὐθέως ἠνάγκασεν τοὺς μαθητὰς ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον illico jussit Jesus discipulos conscendere navem. Marc. VI, 45. Luc. XIV, 23. καὶ ἀνάγκασον εἰσελθεῖν invita, compelle eos ad cœnam. Similis formula reperitur apud *Diog. Laërt.* II, c. 73. Galat. VI, 12. ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι cogunt, nempe persuadendo, sollicitando etc. De hac hujus vocis significatione fere omnes Græci testantur. *Joseph. A. J.* VII, 1. 6. *Aristoph. Equit.* v. 505. *Herodian.* IV, 9. 6. Cf. *Valkenar.* ad *Eurip. Hippolytum* v. 921. Eodem sensu *cogere* apud Latinos, vid. *Nepos* Dio 2. *Cic.* V, Ep. 6. ad Famil. *Horat.* I. Sat. IV, 14.

ἈΝΑΓΚΑΙ῎ΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, vel ἈΝΑΓΚΑΙ῎ΟΣ, ου, ὁ, ἡ, æque late patet ac Latinorum vox *necessarius*, et

1. *is* dicitur, *qui deesse non potest, ut aliquid sit integrum et nomine suo dignum*, unentbehrlich *indispensable*. 1 Cor. XII, 22. τὰ ἀσθενέστερα μέλη τοῦ σώματος ἀναγκαῖά (pro ἀναγκαιότερα)

ἐστι membra corporis humani, quæ vulgo vilipendi solent, sunt tamen maxime necessaria. Tit. III, 14. εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας ad vitæ subsidia, quæ natura desiderat. *Artemidor.* I, 75. 82. *Euseb. H. E.* VIII, 12.

2. *id quod est legibus et præscriptis divinis consentaneum.* Act. XIII, 46. ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. coll. Matth. X, 6. Hebr. VIII, 3. ὅθεν ἀναγκαῖον unde et Christus, ut scilicet munere sacerdotali, sibi a Deo injuncto, bene fungeretur, habere debebat.

3. *utilis, proficiens, fini consequendo conducibilis.* 2 Cor. IX, 5. Philipp. I, 24. ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς vobis majorem utilitatam affert. ib. II, 25.

4. ἀναγκαῖοι dicuntur, qui Latinis *necessarii*, (*Gellius N. A.* XIII, 3. *Tacit. Annal.* III, 67. 4. IV, 63. 3. *Hist.* II, 45.

5. *omnes, qui sunt affinitatis et familiaritatis vinculis arctissime invicem conjuncti, affines, consanguinei et amici*, sine dubio propterea, quia ἀναγκαῖον Græcis etiam id dicitur, *quod est carum et pretiosum*, τίμιον, ut *Salmasius* docuit in *Exercitt. Plin.* p. 259. Hinc Act. X, 24. ἀναγκαῖοι φίλοι commemorantur, h. e. vel *amici, affinitate conjuncti*, vel *amici intimi*, quos *Polybius* VIII, c. 9. τοὺς ἀναγκαιοτάτους τῶν φίλων et *Euripides Androm.* 651. φίλους ἀναγκαίους appellat. Conf. *Joseph. A. J.* VII, 14. 4. Adde *Xenoph. Mem.* II, 1. 4. *Phavor.* οἱ ἀναγκαῖοι δμῶες κατὰ τὴν Ὁμηρικὴν ἑρμηνείαν οἱ φίλα ἐργαζόμενοι. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II, p. 518.

ΑΝΑΓΚΑΣΤΩΣ. Adverbium, *coacte*, ab ἀνάγκη *vis, necessitas*. Semel legitur in N. T. 1 Petr. V, 2. μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως non coacte, sed sponte.

ΑΝΑΓΚΗ, ης, ἡ, ut Lat. *necessitas*, in universum dicitur, *quidquid animum suæ spontis esse non patitur*, et apud veteres *affectibus* tribuebatur, qui hominem invitum adeo rapiunt et trahunt. Conf. quæ bene de hoc verbo exposuit *Salmasius* in *Exercitt Plin.* p. 1085. unde in N. T. libris sortita est hæc vox varias significationes. Nam

1. ita dicitur *necessitas, quæ mihi ab aliis imponitur, vis, coactio.* 2 Cor. IX, 7. μὴ ἐξ ἀνάγκης non coactus. Conf. de hac formula *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 4. 12. Philem. v. 14. τῷ κατὰ ἀνάγκην opponitur κατὰ ἑκούσιον. 1 Cor. VII, 37. μὴ ἔχων ἀνάγκην si est sui arbitrii, non ab aliis pendet. *Polyb.* II, 39. οὐχ ἑκουσίως, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην αὐτῶν, ἀπέστησαν. *Philostr. vit. Apollon.* VII, 1. p. 281. oratio non concedit longius vagari τῷ γε ἀνάγκην ἔχοντι καὶ πρὸς ταῦτα εἰπεῖν.

2. *id quod est in more positum et usu receptum, aut legibus et institutis humanis stabilitum, necessitas ex consuetudine et jure.* Luc. XXIII, 17. ἀνάγκην δὲ εἶχεν ἀπολύειν αὐτοῖς κατὰ ἑορτὴν ἕνα cum autem esset ita in more positum, ut per diem illum festum aliquem dimitteret, coll. Joh. XVIII, 39. et *Syro*, qui habet: ܣܘܟܢܐ ܓܝܪ ܗܘܬ ܠܗ *consuetudo enim erat.* Hebr. IX, 16. θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου ibi ex consuetudine et jure civili mors testatoris intercedere debet. (Hoc in loco, ut hæc obiter addam, ἀνάγκη vel pro adjectivo ἀναγκαῖον positum est, aut omissum est ἐστι. Hujus ellipseos exempla sunt in *Epicteti Enchirid.* c. 7. 18. 20. illius autem loquendi usus vestigia in *Philone* et aliis notavit *Carpzovius* in *Exercitt. Philon. in Ep. ad Hebr.* p. 419.)

3. *necessitas, quæ est e nexu rerum humanarum inter se invicem et ipsa natura humana.* Huc referrem locum Matth. XVIII, 7. ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, coll. Luc. XVII, 1. ἀνένδεκτόν ἐστιν τοῦ μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, ubi ἀνάγκη, *Aristotele* interprete, est τὸ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν, quod ut aliter se habeat, non contingit. Hæc *necessitas*, quam eruditi vocant *consequentiæ*, qua posito uno alterum necessario sequitur, innuitur etiam in loco Hebr. VII, 12. ἐξ ἀνάγκης καὶ νό-

μου μετάθεσις γίνεται translato sacerdotio ad aliam tribum, necessario etiam omnis œconomia Mosaica immutata est. Hebr. IX, 23.

4. *necessitas, quæ est ex officio legis et religionis divinæ jussu, officium, officii ratio.* Rom. XIII, 5. διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, coll. v. 1. 2. 4. 1 Cor. IX, 16. ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται nam satisfaciendum mihi est voluntati divinæ. Eandem huic voci notionem subjecerunt Græci Scriptores, quorum loca habet *Schwarz.* in *Comment. L. Gr.* p. 82.—E serie orationis etiam dijudicandum erit, quid sibi in singulis locis velit formula: ἀνάγκην ἔχειν *necesse, opus habere*, quam a Græcis (*Herodian.* VII, 1. 9. *Eurip. Hippolyt.* v. 634.) mutuati videntur Latini: (conf. *Olearius* de *Stilo N. T.* ed. *Schwarz.* p. 22.). Luc. XIV, 18. καὶ ἔχω ἀνάγκην ἐξελθεῖν καὶ ἰδεῖν αὐτὸν quem invisere decrevi. Hebr. VII, 27. ὃς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην cui per sanctitatem et summam suam præstantiam non necesse erat quotannis sacrificium offerre. Jud. v. 3. ἀνάγκην ἔσχον jam in præsenti utile ac necessarium duxi.

5. *calamitas, miseria, afflictio, quæ est inevitabilis et duram necessitatem nobis imponit.* Luc. XXI, 23. ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς erit enim magna miseria in terra, 1 Cor. VII, 26. διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην ob præsentes Christianorum persecutiones. 2 Cor. VI, 4. ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις. ibid. XII, 10. 1 Thess. III, 7. ubi ἀνάγκη est *paupertas*. Confirmatur hic loquendi usus omnium fere linguarum analogia. In vers. Alex. Hebraicis vocabulis מָצוֹק 1 Sam. XXII, 2. Ps. CXIX, 143. מְצוּקָה Ps. CVII, 6. 13. 19. 28. et צָרָה vel צָרָה Job. XXVII, 8. XXXI, 7. respondet. Et pro נַפְּשִׁי לְאֶבְיוֹן Job. XXX, 25. habent Alex. ἄνδρα ἐν ἀνάγκαις. His adde e libris apocryphis Epist. Jerem. v. 32: Tob. V, 11. Nec desunt exemplia e Græcis Scriptoribus, v. c. *Xenoph. Mem.* III, 12. 2. *Diod. Sic.* III, c. 13. *Æschyl. Prometh. Vinct.* v. 107. *Ælian. V. H.* XIV, c. 24. Latinorum *necessitas* adeo de *quavis adversa fortuna* et *paupertate* usurpatur a *Tacito Annal.* II, 27. 4. *Sueton. Cæs.* 48. *Tiber.* 47. — *Phavor.* ἀνάγκη διττὴ, ἡ μὲν πρὸς βίαν, ἡ δὲ κατὰ φύσιν.

ΑΝΑΓΝΩΡΙΖΩ, fut. ίσω, *agnosco, recognosco.* Ἀναγνωρίζομαι *cognoscendum me præbeo, agnoscor.* In N. T. legitur tantum Act. VII, 13. ἀνεγνωρίσθη Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ cognoscendum se præbuit fratribus suis Josephus. *Syrus:*  notum fecit Joseph. se ipsum fratribus suis. Respondet Hebraico הִתְוַדַּע Genes. XLV, 1. de Josepho ἡνίκα ἀνεγνωρίζετο τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. *Phavor.* ἀναγνωρίζω· ἐπιγινώσκω, μιμνήσκομαι, ἐνθυμοῦμαι, ἀναπολῶ, ἀναλογίζομαι, ἀναμιμνήσκομαι.

ΑΝΑΓΝΩΣΙΣ, εως, ἡ, *lectio, ipsa legendi actio, prælectio,* (ab ἀναγινώσκω *lego*), et speciatim *prælectio solemnis singularum pericoparum librorum V. T. in Synagogis Judæorum et conventibus sacris Christianorum.* Act. XIII, 15. μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν. 2 Cor. XIII, 14. ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης. 1 Tim. IV, 13. πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει. Semel tantum in vers. Alex. reperitur Nehem. VIII, 3. pro Hebr. מִקְרָא, Curatius de hac voce egit *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 247.

ΑΝΑΓΩ, fut. άξω, 1. *sursum duco, in loca superiora deduco.* Act. IX, 39. ἀνήγαγον εἰς τὸ ὑπερῷον duxerunt in cœnaculum, ibid. XVI, 34. ἀναγαγὼν δὲ αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ubi οἶκος est i. q. ὑπερῷον. Rom. X, 7. Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν Christum educere e sepulcro. Hebr. XIII, 20. ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν qui Christum excitavit e mortuis, in vitam revocavit. (Recte huc referri formulam ἀνάγειν ἐκ νεκρῶν in vitam revocare, quæ præterea etiam legitur Sapient. XVI, 13. clare docet Hebraica dictio הֶעֱלָה מִן־שְׁאוֹל cui

respondet in locis Ps. XXX, 4. LXXI, 20. obvia, orta sine dubio a fabula poëtica Judæorum de שְׁאוֹל.) Luc. IV, 5. Hinc etiam de *iis* usurpatur, *qui alios in regiones paulo editiores proficisci jubent*, v. c. Luc. II, 22. ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα.

2. *duco*, ut simplex, ἄγω, et ἀνάγομαι *duci jubeor, me confero, secedo.* Matth. IV, 1. τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον, coll. Luc. IV, 1. ἤγετο εἰς τὴν ἔρημον. *Vulg. ductus est* Ita et *Syrus:* ܐܬܝܒܪ. 2 Macc. V, 9. *Ælian. V. H.* XII, 1. ἀνήγαγεν αὐτὴν πρὸς κῦρον. *Hesych.* ἀνάγειν· ἄγειν. — ἀνάγεται· ὁδηγεῖται.

3. *produco, sisto.* Luc. XXII, 66. καὶ ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον ἑαυτῶν produci jusserunt in concilium suum. Act. XII, 4. βουλόμενος ἀναγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ, h. e. volebat eum publico supplicio afficere; nam, qui publico supplicio afficiebatur, antea populo producebatur et sistebatur.

4. si de sacrificio sermo est et vocabulum *victima, munus*, additur, significat: *offerre*, quia per gradus ad altaria ascendendum erat, Act. VII, 41. καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ sacra fecerunt illi idolo. Eodem modo הֶעֱלָה sequente עוֹלָה Judd. VI, 26. 2 Paral. XXIX, 21. sumitur et extant adeo hujus loquendi usus exempla apud Græcos, v. c. *Herodot.* II, c. 60. μεγάλας ἀνάγοντες θυσίας. Cf. *Abresch.* ad *Æschyl.* p. 212.

5. ἀνάγομαι, omissa voce ναῦν, est verbum nauticum, *proveho, solvo navem, in altum maris duco, oram solvo.* Oppositum est: κατάγεσθαι. De nautis, qui solvunt navem e littore vel portu et in altum provehunt, etiam Græci frequenter partim vocem ἀνάγεσθαι, partim ἀπαίρειν et καταίρειν usurparunt. Cf. tantum loca sequentia: *Aristoph. Lys.* v. 608. *Homer. Iliad.* 1. 478. *Ælian. V. H.* I, 15. XI, 13.—Luc. VIII, 22. καὶ ἀνήχθησαν et oram solverunt. Act. XIII, 13. ἀναχθεντες δε ἀπὸ τῆς Πάφου Papho solventes. ibid. XVI, 11. Troade profecti XXI, 1. XXVII, 12. Ex his et aliis N. T. locis apparet, ἀνάγεσθαι, quando hanc significationem obtinet, vel absolute poni, nulla termini definitione addita, vel determinate, adhibitis præpositionibus ἀπὸ et εἰς. *Alberti Gloss. N. T.* T. I, p. 74. ἀναχθέντες· πλεύσαντες. *Hesych.* ἀνάγοντο· ἀνέπλεον. ἀνάγου· ἀνάπλευσον. Cf. etiam *Wetstenii, N. T.* T. I. p. 708. et *Schweighæuser Lex. Polyb.* p. 30.

ἈΝΑΔΕΙ΄ΚΝΥΜΙ vel ἈΝΑΔΕΙΚΝΥ΄Ω, fut. δείξω,

1. proprie: *in sublime elatum aliquid ostendo, monstro. Polyb.* VIII, 30. 10. τὸν πυρσὸν ἀναδείξαντες, *facem ostendentes, tollentes.*

2. *designo, constituo, denomino, eligo aliquem ad dignitatem, munus* v. c. nam, qui olim ad munus aliquod publicum eligebatur, populo et civibus sisti et quasi monstrari solebat. Luc X, 1. ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα elegit (quasi ἐξελέξατο) etiam alios septuaginta discipulos. 2 Macc. IX, 23. 25. X, 11. XIV, 12. et aliis in locis librorum apocryphorum, nam in versionibus Græcis V. T. plane non legitur hæc vox. *Diodor.* I, 66. ἀνέδειξαν ἑαυτοὺς βασιλεῖς. *Polyb.* XIII, 4. ὧν προστάτην καὶ βασιλέα αὐτὸν ἀναδείξας.

3. *palam significo et declaro aliquid*, i. q. simplex δεικνύω. Act. I, 24. ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα declara jam signo quodam, quem tibi ex his duobus elegeris.

ἈΝΑ΄ΔΕΙΞΙΣ, εως, ἡ, 1. *ostensio, demonstratio.* Sirac. XLIII, 6. εἰς ἀνάδειξιν χρόνων. *Polyb.* XV, 24. πρὸς τὴν τοῦ διαδήματος ἀναδειξιν.

2. *designatio, inauguratio ad munus aliquod publicum, inauguratio et auspicium muneris.* Luc. I, 80. ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραὴλ usque ad tempus, quo munus suum inter Israëlitas auspicaturus erat.

ἈΝΑΔΕ΄ΧΟΜΑΙ, fut. έξομαι, 1. proprie physice: *suscipio in me aliquid, porto*, ex ἀνὰ et δέχομαι *capio.* Sic *Appian.* apud *Gellium N. A.* VII, c.

8. de delphine, puerum amante, *ὁ ἰχθὺς ἀνεδέχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων.* Unde apud Græcos deinde factum est verbum rei pecuniariæ et idem valuit quod *ἐγγυᾶσθαι* spondere, promittere, se pro altero soluturum. Cf. *Salmasius* de *Mod. Usur.* p. 721.

2. *excipio aliquem hospitio, domo excipio.* Act. XXVIII, 7. *ὃς ἀναδεξάμενος ἡμᾶς* qui cum hospitaliter et humaniter nos excepisset. *Ælian. V. H.* IV, 9. ubi voces *ἀναδέχεσθαι* et *ὑποδέχεσθαι* invicem permutantur.

3. *accipio.* Hebr. XI, 17. *ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος* cui data tamen erat promissio. In versione Alexandrina non legitur.

ΑΝΑΔΙ'ΔΩΜΙ, fut. *δώσω*, 1. proprie: *emitto, produco*, quasi *sursum do.* Sic de agro, arbore dicitur, *καρπὸν ἀναδίδωσι.* Vide *Antigoni Caryst. hist. mirab.* c. 12.

2. *trado.* Act. XXIII, 33. *καὶ ἀναδόντες τὴν ἐπιστολὴν τῷ ἡγεμόνι* tradentes epistolam præsidi. Nuspiam usi fuerunt interpretes Græci V. T. hoc verbo *Polyb.* XXIX, 10. 7. *ἀνέδωκαν τοῖς ἄρχουσιν ἐπιστολάς.* Ib. XV, 31. 8.

ΑΝΑΖΑ'Ω, ῶ, fut. *ήσω*, 1. *revivisco, in vitam redeo*, ex *ἀνὰ* et *ζάω vivo.* Rom. XIV, 9. de Christo *καὶ ἀνέζησεν* et in vitam rediit, aut: post resurrectionem se vivum ostendit, ut hæc verba vertenda esse non male conjecit *I. B. Carpzov.* in *Stricturis theol. et crit. in Ep. ad Rom.* p. 334. Si lectio sana est nec potius rescribendum est *καὶ ἔζησεν, et jam vivit*, probantibus *Millio* et *Wetstenio*, quos vide. Eadem lectionis varietas etiam est Apoc. XX, 5. ubi loco vulgati *οὐκ ἀνέζησαν Griesbachius οὐκ ἔζησαν* in textum recepit ob codd. auctoritatem.

2. metaphorice: *incipio vim meam exserere, vigorem meum ostendo*, nostrum: aufleben, aufwachen, *to spring to life, to awake.* Rom. VII, 9. *ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν* major vis vitiositatis exarsit, ut jam in vetitum nitar, coll. v. 7. et 8. Explicationes hujus loci, a *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 263. collectæ, alienæ sunt.

3. metaphorice: *renuntio vitiositati, mente et consiliis immutatis nova vitæ instituta declaro.* Luc. XV, 24. 32. *νεκρὸς ἦν καὶ ἀνέζησε* mortuus qui erat, revixit; ubi *Theophyl. ἀπὸ ἁμαρτίας ἐκαθαρίσθη, ἐκ νεκρώσεως ἀνέζησε καὶ ἐξ ἀπωλείας εὑρέθη.* Vide quæ nos infra sub *θάνατος* et *νεκρὸς* dabimus.

ΑΝΑΖΗΤΕ'Ω, ῶ, fut. *ήσω*, proprie: *rem amissam iterum quæro, requiro*, deinde autem *diligenter inquiro, pervestigo, perquiro*, ex *ἀνὰ*, quod vim augendi habet, et *ζητέω quæro*, etiam *quæro* simpliciter, nostrum: aufsuchen *to seek.* Luc. II, 44. *καὶ ἀνεζήτουν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσι* et conquisiverunt eum inter cognatos. v. 45 ubi tamen loco *ἀναζητοῦντες* simplex *ζητοῦντες* in codd. optimæ notæ legitur. Act. XI, 25. *ἀναζητῆσαι Παῦλον — καὶ εὑρὼν αὐτόν.* Alexandrini usurparunt Job. III, 4. pro דָּרַשׁ et Job. X, 6. pro בַּקֵּשׁ. *Thucyd.* II, 8. *Polyb.* IV, 33, 6. *ἀναζητήσαντες τὴν προδοσίαν.*

ΑΝΑΖΩΝΝΥ'Ω vel ΑΝΑΖΩ'ΝΝΥΜΙ, fut. *ζώσω, cingo, succingo alium*, i. q. simplex *ζωννύω.* In medio *ἀναζώννυμαι me ipsum succingo*, seu *præcingo.* Gentes scilicet orientales laxas et ad imos usque pedes demissas vestes gestabant, quas cingulo coriaceo adstringebant et colligabant, ut ad opus aliquod aut iter faciendum, etiam ad pugnandum, aptiores se redderent et expeditiores. Hunc ritum Orientalium respexit Petrus 1 Ep. cap. I. v. 13. *διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν* succincti lumbos mentis vestræ, h. e. parate, componite animum vestrum, setzet eure Seele in die gute Verfaſſung *have your souls in good disposition, or preparation.* Sic אֵזֹר ad animum translatum, *fortitudinem animi, præparationem et expeditionem ad opus aliquod peragendum* significat, uti ex locis Job. XXXVIII, 3. Prov. XXXI, 17. Jerem. I, 17. *Glassius* docuit in *Philol. S.* p. 1190. ed. *Dathii.*

ΑΝΑΖΩΠΥΡΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *ignem sopitum et sub cinere latentem flatu, folle,* vel *flabello suscito, ne extinguatur, sed ut flammam concipiat,* nam descendit a ζώπυρον, quod et *reliquias ignis cineribus sopiti,* et *suscitabulum, follem, instrumentum omne, quo ignis, latens in cineribus, excitatur et incendium augetur,* significat, quod a Græcis etiam πύρδαλον vocatur. *Hesych* πύρδαλα· τὰ λείψανα καὶ τὰ ζώπυρα τοῦ πυρός. *Suid.* ζώπυρα τοῦ ζῆν ποιητικὰ, φυσητῆρες, ὅθεν οἱ χαλκεῖς τὸ πῦρ φυσῶσι—λείψανα, scil. τοῦ πυρός.

2. metaphorice: *aliquid, quod quasi semiextinctum est, excito, alo, foveo quovis modo; vigorem pristinum revoco, cum ardore animi alicui rei vel recuperandæ vel conservandæ vel augendæ sedulam operam navo.* Sic Paulus usus est hac voce 2 Tim. I, 6. ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ hortor te et moneo, ut facultates, tibi a Deo concessas, omni studio alas, augeas et conserves. Visum est hoc verbum ita elegans Scriptoribus Græcis, ut eo sæpius, quanquam diversis modis, metaphorice uterentur. Sic v. c. apud *Xenoph.* de *Re equestri* X, 8. 16. de equo excitato et commoto usurpatur. *Marc. Antonin.* VII, c. 2. ἀναζωπυρεῖν φαντασίας, Vorstellungen erregen *to raise an image. Dionys. Halicarn. Ant.* L. VIII. prudenter reipublicæ præsides dicit ἀεί τινὰς ἐκ τῶν ἀλλοεθνῶν ἀναζωπυρεῖν ἔχθρας. 1 Macc. XIII, 7. καὶ ἀνεζωπύρησε τὸ πνεῦμα τοῦ λαοῦ et excitavit animum populi, coll. Genes. XLV, 27. ut jam alia loca omittam, quæ quisque ab interpretibus ad *Mærid.* p. 170. et *Suicer.* in *Thes. Eccles.* T. I, p. 266. excitata legere et evolvere potest. *Alberti Gloss. in N. T.* p. 161. ἀναζωπυρεῖν· ἀναφλέγειν, ἀνακτᾶσθαι. *Hesych.* ἀναζωπυρεῖν· ἀνεγείρειν. ἀναζωπυρῆσαι· ἀνανεῶσαι, ἀνεγεῖραι, ζωῶσαι. *Gloss. in Octat. Cod. Fabric.* ἀνεζωπύρησεν· ἀνεκτήσατο τὴν ψυχὴν καὶ ἀνενεώσατο. In universum cf. *Krebsii Obss. Flav.* p. 360. *Wetstenii N. T.* T. II, p. 354. et *I. C. Stemleri Comm. de Emphasi vocis* ἀναζωπυρεῖν ad 2 Tim. I, 6. Lips. 1729. 4.

ΑΝΑΘΆΛΛΩ, fut. αλῶ, 1. sensu physico: *reviresco, refloresco, regermino, repullulo,* de herbis, floribus et arboribus dicitur, quæ pristinum suum vigorem recipiunt. Interdum etiam transitive usurpatur, ut significet: *revirescere, reflorescere facere,* certe in vers. Alex. loci Ezech. XVII, 24. ἀναθάλλων Hebraico הַפְרַחְתִּי *germinare faciam,* respondet, quam significationem etiam retinuit in libris apocryphis, v. c. Sirac. I, 22. XI, 23. L, 11.

2. ut Latinorum *reviresco, meliori conditione utor, ad meliorem et feliciorem rerum statum redeo.* Philipp. IV, 10. ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν admodum gaudeo meliore loco esse jam res vestras, ut iterum mei curam gerere possitis. Hunc locum, varie tractatum ab interpretibus (quorum haud pauci ἀνεθάλετε transitive exponere maluerunt: *revirescere fecistis*), hac unica ratione recte explicari, præter verba sequentia ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε, ἠκαιρεῖσθε δὲ, analogia linguarum orientalium fere omnium docet, in quibus verba *florendi, germinandi* etc. metaphorice de *prospero hominum statu* accipiuntur. Cf. *Glassium Philel. S.* p. 1104 sqq. Sic, ut hoc unico utar, apud *Harir. Consess.* XIII, legitur اغبر العيش الاخضر pulverulenta evasit vita viridis. Conf. *Arnoldi Symbolas ad rem criticam et exegeticam V. T.* P. I, p. 68. seq. *Homer Il.* I, 236. *Curtius* X, 9. 5. non revirescit solum, sed etiam floret imperium.

ΑΝΆΘΕΜΑ, τος, τὸ, ejusdem originis est atque *ἀνάθημα,* ut ipsa ratio grammatica docet, nam utrumque descendit ab *ἀνατίθημι sepono.* Nec ullum mihi certe dubium est, quin hæc vocabula, quæ sæpius permutata invicem reperiuntur in codicibus (v. c. Levit. XXVII, 29. Judd. XVI, 19.), promiscue olim sæpe usurpata

fuerint a Græcis Scriptoribus, (conf. *Deyling. Observatt. S.* P. II, n. XLII.) inprimis cum omnia *ἀναθήματα*, si primam utriusque vocis significationem spectes, vere sint *ἀναθέματα*. Sed Grammatici veteres, invalescente, successu temporis, consuetudine, *ἀνάθεμα* etiam in deteriorem partem usurpandi, discrimen esse voluerunt utriusque vocis, ut perspicuitati orationis inservirent. Horum exemplo ducti et nos utramque separatim tractabimus. Significat autem *ἀνάθεμα*

1. et proprie, ut Hebraicum חֵרֶם Levit. XXVII, 28. (*ἀφόρισμα* Alex. vertunt Ezech. XLIV, 29.) *omne id, quod est humanis usibus exemptum Deoque repositum, rem, Deo devotam, et a vulgari ac communi usu separatam*, v. c. victimam, sacrificium. Hanc notionem primitivam respexit sine dubio *Hesychius*, qui per *ἀκοινώνητος* explicat. *Suid. τὸ ἀνατιθέμενον τῷ Θεῷ*. Jam quia victima Deo devota occidebatur,

2. *ἀνάθεμα* catachrestice etiam dicebatur *omne, quod est exitio destinatum, quod perditur, deletur, exscinditur*, (*Suid. τὸ εἰς ἀφανισμὸν ἐσόμενον*) ita, ut æque de rebus et animalibus ac hominibus dicatur, ut bene docuit *Perizonius* ad *Sanctii Minervam* IV, 14. p. 752. Hinc הַחֵרִים Alex. non solum per *ἀναθεματίζειν*, sed etiam per *ἐξολοθρεύειν* verterunt in locis plurimis infra laudandis. Et quia Græci nominatim hoc vocabulo designabant *hominem ex scelestorum, aut infimæ plebis vulgo selectum, qui, ingruente peste aut alia calamitate publica, ad urbis et civitatis lustrationem diis manibus et inferis mactabatur, ut eos expiaret* (cf. *Schwarz. Comment. L. Gr.* p. 85. seq.), *ἀνάθεμα* etiam speciatim *is* dicebatur

3. *qui est diris devotus, ut mactetur expiandi causa, homo abominabilis, detestandus ac e conspectu hominum removendus*, (*Alberti Gloss. N. T.* p. 105. *ἐπάρατος*; idem *Hesychius* tradit:) quemadmodum etiam Hebræos חֵרֶם *rem abominabilem ac a facie Dei et hominum removendam* vocasse, loca Deut. VII, 25. 26. Jos. VI, 7. VII, 12. Ies. XXXIV, 2. satis testantur. Ex his notionibus, quas huic voci, apud Scriptores Græcos satis obviæ, vindicarunt viri docti, etiam omnia loca N. T. in quibus legitur, explicari commode possunt. In N. T. libris autem *ἀνάθεμα* dicitur *α) qui sponte se pro aliis devovet, ita, ut vel mortem violentam et ignominiosam pro aliis suscipiat, aut se ipsum societate omni cum aliis excludat.* Sic Paulus Rom. IX, 3. ad amorem vehementissimum Judæis significandum optabat *ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν Ἰουδαίων ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ*, h. e. vel *emori, atrocissimam mortem subire pro Judæis* (ut verba *ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ* ad præcedens *ηὐχόμην* referantur) vel *omnis societatis cum Christo, si fieri posset, expers fieri*, quasi *καταργεῖσθαι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ* (Galat. V, 4.), qua formula, sive hoc, sive illo modo explicetur, tantum promtum paratumque Pauli promovendi Judæorum felicitatem Deique pœnas ab iis avertendi animum indicari, sponte apparet, ut *Koppius* ad h. l. bene docuit. [Vide quæ notabimus sub voce *ηὐχόμην*.] De hac loquendi ratione, quatenus etiam Arabibus est familiaris, vide *Reiske* ad *Taraph.* p. 42. et *Lette* ad *Caab ben Zoheir* p. 96. seq. *β) qui est pœnis divinis gravissimis dignus et obnoxius, ab omni favore Dei exemptus.* Galat. I, 8. et 9. *ἀνάθεμα ἔστω* hunc Deus puniat, expers sit favoris divini. 1 Cor. XVI, 22. *ἤτω ἀνάθεμα. γ) dira exsecratio, qua et erga alios utimur et nos ipsos devovemus, devotio, qua quis sibi omnis generis mala imprecatur, obstrictio voto acerrimo.* Act. XXIII, 14. *ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτοὺς μηδενὸς γεύσασθαι ἕως κ. τ. λ.* voto acerrimo nos obstrinximus de re nulla comedenda, donec etc. 1 Cor. XII, 3. *λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν* Christo maledicit, diris eum devovet, h. e. religionem ejus abnegat, coll. *Plin.* Epp. X, 97.

Cæterum legi de hac voce meretur *G. C. Bosii* Comm. philol. de anathemate, excusa in *I. D. Winkleri Tempe anecdota sacra* p. 229.

ΑΝΑΘΕΜΑΤΙ΄ΖΩ, fut. *ίσω*, (ab antecedente *ἀνάθεμα*, ut *γραμματίζω* ex *γράμμα* et a *παράδειγμα*, *παραδειγματίζω*.)

1. *separo a communi usu, eximo usibus humanis et Deo devoveo*, ad imitationem Hebr. הֶחֱרִים Levit. XXVII, 28. Micha IV, 13. quod Alexandrinis non solum *ἀναθεματίζειν* vertitur Num. XVIII, 14. sed etiam *ἀνατίθημι*, Levit. XXVII, 29. et ibid. v. 21. *ἀφορίζω*.

1. *funditus deleo, occido, ad internecionem usque exstirpo, diruo.* Hinc הֶחֱרִים, quod et de urbibus, quæ totæ diripiuntur, Num. XXI, 2. et de gentibus, quæ victæ exstirpantur, Judd. XXI, 11. Zach. XIV, 11. usurpatur, ab Alexandrinis per *ἐξολοθρεύω*, Jos. X, 1. 2 Paral. XX, 24. *ἐρημόω*, Ies. XI. 15. *ἐξερημόω*, Jer. XXV, 9. *ἀφανίζω*, Deut. VII, 2. *φονεύω*, Jos. X, 35. *ἀπόλλυμι*, Ies. XXXIV, 2. XXXVII, 11. XLIII, 28. redditur

3. *me devoveo, mihi imprecor dira, me quasi declaro esse ἀνάθεμα.* Marc. XIV, 71. *ἤρξατο ἀναθεματίζειν καὶ ὀμνύναι* sibi male imprecatus juravit, coll. Matth. XXVI, 74.

4. *diris exsecrationibus interpositis me obstringo et conjuro.* Act. XXIII, 12. 21. *ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς* diris exsecrationibus interpositis se obstrinxerunt. v. 15. nos devovimus. Conf. *A. Schultens* ad *Monum. vetust. Arab.* Carm. IX, v. 1. p. 27.

ΑΝΑΘΕΩΡΕ΄Ω, ῶ, fut. *ήσω*, 1. sensu physico: *contemplor, attente, diligenter considero, fixis oculis intueor et specto.* Act. XVII, 23. *ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν* cum inspicerem sacra vestra. Conf. *Wesseling.* ad *Diod. Sicul.* XVIII, c. 74.

2. metaphorice: *mente perspicio et accurate considero, diligenter perpendo.* Hebr. XIII, 7. *ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς* diligenter considerate, quem eventum eorum adversa fata habuerint. *Chrysost.* ad h. l. habet: *ζητοῦντες ἀκριβῶς.* Non legitur hæc vox apud Alex. interpretes. *Diod. Sic.* XII, 15. *ἀναθεωρούμενος καὶ μετ' ἀκριβείας ἐξεταζόμενος.* ib. XVII, 74. *Theophr. Hist. Plant.* I, 8.

ΑΝΑ΄ΘΗΜΑ, *τος*, *τὸ*, ab *ἀνατίθημι*, quod præter notionem *imponendi*, (*Hesych. ἐπιθεῖναι*) *roponendi, separandi*, etiam *suspendendi, dedicandi* et *consecrandi* habet,

1. in universum quidem *de quibusvis rebus Deo consecratis* usurpatur, observante *Suida*, *ἀνάθημα πᾶν τὸ ἀφιέρωμα Θεῷ*, sed frequentius tamen strictiori sensu sumitur ita, ut

2. indicet *non omnia donorum Diis consecratorum genera, sed ea tantum, quæ in templo reponebantur pro ornatu, aut ex parietibus aut columnis templorum suspendi aut excelso et conspicuo loco statui poterant, ut essent ipsi templo ornamento*, quæ communi vocabulo *donaria* vocabantur. Schol. *Aristoph.* ad *Plutum* v. 944. observat: *ὅτι ἐπὶ τῶν κοτίνων καὶ ἄλλων δένδρων πανταχοῦ ἐν τοῖς ἱεροῖς προσπαταλεύουσι τὰ ἀναθήματα.* Ἀναθήματα templis inferebantur non solum ab iis, qui sperabant aliquid a Deorum benignitate, sed etiam ab iis, qui eorum opem cognovisse videbantur, grati animi declarandi causa. Varia præterea erant, pro ingenio, consilio, vel etiam re familiari donantis, coronæ v. c. vasa aurea et argentea, tabulæ pictæ, arma et alia dona, quæ interdum ostentationis tantum causa offerebantur, quorum catalogum contexuit *Pollux Onom.* I, 25. et auxerunt Interpretes ad *Callimachi Hymn. in Ven.* v. 219. Idem in more positum fuisse apud Judæos, et templum Hierosolymitanum splendidissimis et optimis donariis instructum fuisse, præter loca 2 Macc. V, 16. IX, 16. 3 Macc. III, 17. clare docet locus Luc. XXI, 5. *καί τινων λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται,* ubi per *ἀναθήματα* necessario donaria ejusmodi, quæ, Deo dicata, in orna-

tum templi cedebant, intelligenda sunt. *Hesych.* ἀνάθημα· κόσμημα. *Pollux.* l. l. ἀναθήματα ποιήσασθαι· ἀναθεῖναι εἰς τὸν νεών. Conf *Salmasius* ad *Solinum* p. 767. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 277. et *Schwarz.* in *Comment. L. Gr.* p. 89.

'ΑΝΑΙ'ΔΕΙΑ, ας, ἡ, 1. proprie: *imprudentia, inverecundia*, ex α priv. et αἰδὼς *pudor, verecundia*, inserta soni causa littera N. *Hesych.* ἀναίδειαν· ἀναισχυντίαν. Idem Schol. *Homer.* ad *Iliad.* I, 149.

2. speciatim partim ei tribuitur, quem Latini *importunum* vocant, *qui nec temporis nec loci et personarum rationem habet*, partim de eo usurpatur, *qui moleste urget, nec ullo responso aut alio modo abigi potest*, qui Latinis *improbus* dicitur, ut v. c. *musca*, quæ repulsa non fatigatur, sed subinde redit, *improbum animal* vocatur *Phædro* V, 3. 8. Utraque notio conjungenda erit in loco Luc. XI, 8. διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ ἐγερθεὶς δώσει αὐτῷ ob flagitantis importunam pertinaciam dabit ei, ubi *Vulg.* bene voce *improbitas* usus est. Gloss. V, improbus, ἀναιδής. improbitas, ἀναίδεια. *Syrus:* ܝܘܬܪܐ, h. e. molesta alicujus rei petitio, importunitas.

'ΑΝΑΙ'ΡΕΣΙΣ, εως, ἡ, *interfectio, cædes, internecio*, a verbo ἀναιρέω. Bis tantum legitur in N. T. Act. VIII, 1. Σαῦλος ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ Saulus in ejus cædem consentiebat. ib. XXII, 20. Bis etiam tantum in versione Alex. reperitur, Num. XI, 15. pro הָרֹג et Judd. XV, 16. pro רָמַת Judith. XV, 5. 2 Macc. V, 13. *Hesych.* ἀναίρεσις· ἡ τῆς κάρας ἐκτομὴ καὶ ἄλλως θανατῶσαι.

'ΑΝΑΙΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω. 'ΑΝΑΙΡΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, quod sæpe activam significationem habet,

1 proprie: *humo tollo, aufero, quod humi jacet, suscipio.* Sic *Ælian. V. H.* V, 16. πέταλον χρυσοῦν ἐκπεσὸν παιδίον ἀνείλετο. ib. XIII, 40. *Xenoph. Cyrop.* II, 3. 7. VIII, 3. 12. unde maxime apud Græcos de *iis* usurpabatur, *qui tollunt aliquem ad sepulturam. Isocrat. Panegyr.* c. 15. τελευτήσαντας ἀνελέσθαι. Cf. *Wesseling.* ad *Herodot.* IX, 27. Alex. pro Hebr. נָשָׂא Jos. IV, 3. Dan. I. 16. et הֵרִים Num. XVI, 37. posuerunt. Hinc

2. ἀναιρεῖσθαι κατ' ἐξοχὴν *ii* dicuntur, *qui liberos expositos tollunt et educant.* Act. VII, 21. ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραὼ quem expositum Pharaonis filia sustulit.—*Recolligere parvulum* dixit *Justin.* XXIII, 4. Hac notione satis frequenter in Græcis occurrit. Sic v. c. *Aristoph. Nub.* v. 531. τῷ ἐκτιθέναι *exponere infantes* (quod erat verbum hac in re proprium, *Eurip. Phœn.* v. 25.) opponit τὸ ἀναιρεῖν *tollere* et *educare.* Cf. *D'Orville* ad *Charit.* p. 329. et *Turnebi Adverss. SS.* II, 6. *Hesych.* ἀνείλετο· ἀνέλαβεν· — ἀναιρεῖν τὸ τεχθέν· ἀνατρέφειν.

3. *occido, e medio tollo, interimo*, quocunque modo hoc fiat, sive clam, Luc. XXII, 2. coll. v. 6. sive palam, ibid. XXIII, 32. lapidibus, Act. XXII, 20. gladio, Act. XII, 2, crucis supplicio, Act. X, 39. aut alio modo, Matth. II, 16. Hinc in vers. Alex. τῷ הֵמִית Exod. XXI, 29. Jer. XLI, 8. הָרַג 2 Sam. X, 18. Ezech. XXVI, 15. הִכָּה Ies. XXXVII, 36. etiam קָטַל Dan. II, 13. 14. respondet. *Hesych.* ἀναιρῶ· φονεύω.—ἀνεῖλεν· ἐφόνευσεν. Conf. Intt. ad *Thom. M.* sub. ἀνεῖλεν et *Irmisch.* ad *Herodian.* T. I, p. 516.

4. *aboleo, abrogo.* Hebr. X, 9. ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον abrogat prius, scilicet leges de oblationibus et sacrificiis Leviticis. Sic *Xenoph. Cyrop.* I, c. 1. §. 1. ὅσαι δὲ ὀλιγαρχίαι ἀνῄρηνται, ubi ἀναιρεῖν ὀλιγαρχίαν est: eam tollere, alia civitatis forma constituta. *Æschin. c. Ctesiph.* p 404. ed. *Reiske:* τοὺς νόμους ἀναιρήσειν. ib. p. 430. et 590. *Polyb.* XXXII, 1. 3.

'ΑΝΑΙ'ΤΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, *insons, innoxius, qui est culpa vacuus*, ex α priv.

et αἴτιον *noxa, culpa, crimen.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. XII, 5. καὶ ἀναίτιοί εἰσι et impune agunt. ibid. v. 7. οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους vos sane non damnaretis innocentes. *Ælian. V. H.* V, 18. *Herodot.* VI, 8. *Homer. Iliad.* λ', 653. et *Od.* ω', 135. In vers. Alex. τῷ נָקִי respondet, Deut. XXI, 8. 9. *Hesych.* ἀναίτιος· ἀθῷος, ἀνέγκλητος.

ΑΝΑΚΑΘΙΖΩ, fut. ίσω, *resideo, me ipsum erigo, erecto corpore sedeo.* Luc. VII, 15. ἀνεκάθισεν ὁ νεκρὸς statimque, erecto corpore sedit. *Vulgatus* h. l. voce *residere* usus est. Act. IX, 40. καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον ἀνεκάθισε viscque Petro resedit. Sæpius medici Scriptores apud Græcos usi sunt hoc verbo de ægrotis, in lectis residentibus. *Plutarch. Philopoëm.* c. 20. Cf. *Foësii Œconom. Hippocr.* p. 30. et *Wetstenii N. T.* T. I, p. 700.

ΑΝΑΚΑΙΝΙΖΩ, fut. ίσω, 1. sensu physico: *redintegro, instauro, renovo,* v. c. ea, quæ vetustate detrita aut aliunde corrupta sunt. In vers. Alex. ponitur pro Hebr. תְּתַחֵדֵּשׁ Ps. CIII, 5. CIV, 30. Thren. V, 21. De instauratione et renovatione templi legitur apud *Joseph. A. J.* IX, 8. 2. *Appian. bell. Mithrid.* p. 330. ἀνακαινίζων τὸ ἔργον, opus redintegrans.

2. metaphorice: *immuto et emendo totam intelligendi, sentiendi, vivendique rationem vel meam vel aliorum.* Hebr. VI, 4. et 6. ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας — καὶ παραπεσόντας πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν vix ac ne vix quidem a professione cognitæ religionis Christianæ deficientes emendari possunt: ubi, ut recte jam vidit *Vulgatus* interpres, infinitivus ἀνακαινίζειν passivam significationem habet, quemadmodum etiam apud Hebræos infinitivus activi sæpe passive sumi solet, v. c. Ps. LI, 6. בְּשָׁפְטֶךָ. Alii tamen subjectum, seu eum, qui tales homines renovare possit, omissum, et verbi divini ministros intelligendos esse arbitrantur.

ΑΝΑΚΑΙΝΟΩ, ῶ, fut. ώσω, 1. *renovo, instauro,* sensu physico.

2. *novis viribus instruo, reficio, recreo.* 2 Cor. IV, 16. ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἄνθρωπος ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ tamen animus noster indies novas vires sumit. Sic *renovare* apud Latinos, v. c. *Liv.* XXI, 21. milites renovati quiete. *Quinctil. Instit. Orat.* VI, 3. risus renovat a satietate.

3. *emendo totam intelligendi, sentiendi, et vivendi rationem per religionem Christianam.* Coloss. III, 10. ἐνδυσάμενοι τὸν ἀνακαινούμενον sumite sensus emendatos et plane immutatos per religionem Christianam.

ΑΝΑΚΑΙΝΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1. *renovatio, restauratio, restitutio in pristinum meliorem statum.*

2. metaphorice: *studium vitæ purioris, quod excitatur et alitur religione Christiana.* Rom. XII, 2. τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν assumendis sensibus novis et vere Christianis. Tit. III, 5. λουτρὸν ἀνακαινώσεως baptismus, quo nos meliori et sanctiori vitæ obstringimur. *Phavor.* ἀνακαίνισις ἢ ἀνανέωσις. λέγεται δὲ καὶ ἀνακαίνωσις.

ΑΝΑΚΑΛΥΠΤΩ, fut. ψω, 1. proprie; *revelo, velamen removeo, retego,* ex ἀνὰ et καλύπτω *operio, velo,* unde κάλυμμα *velum.* Alexandrini sæpius usi sunt non solum pro Hebr. גָּלָה Job. XII, 22. Ps. XVIII, 15. sed etiam loco עָרָה et חָשַׂף *nudavit,* Ies. III, 17. XX, 4.

2. metaphorice: *efficio, ut alter cognoscat aliquid et intelligat.* (*Polyb.* IV, 85. 6.) et ἀνακαλύπτεσθαι *is* dicitur, *qui habet idoneam facultatem intelligendi et perspiciendi veritatem.* 2 Cor. II, 14. ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ubi sermo est de Judæis, qui, verum vaticiniorum V. T. de Messia sensum non capientes, persuadere sibi non poterant, abrogandam fuisse legem Mosaicam per Christum. ib. v. 18. ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ

δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι nos omnes retecta facie, sine ullis cognitionis impedimentis, cognoscimus majestatem Christi. Quanquam vero in utroque loco ἀνακαλύπτεσθαι a Paulo in hoc sensu metaphorico non sine respectu ad Mosis πρόσωπον κεκαλυμμένον, quod v. 13. commemoraverat, positum est, tamen constat, etiam Hebraicum גִּלָּה, ut Syr. ܓܠܐ et Arab. جلي eodem sensu haud raro usurpari, v. c. Ps. CXIX, 18. גַּל־עֵינַי וְאַבִּיטָה נִפְלָאוֹת מִתּוֹרָתֶךָ Cf. infra sub κάλυμμα.

ἈΝΑΚΑ΄ΜΠΤΩ, fut. ψω, 1. proprie transitive: *recurvo, reflecto ea, quæ in curvitatem flexa sunt, ut recta evadant et ad pristinum locum et statum revertantur.*

2. intransitive: *revertor, redeo, ad pristinum quasi me reflecto locum*, ita, ut subaudiatur vel pronomen ἐμαυτὸν, vel nomen δρόμον. Cf. *L. Bos Ellips. L. Gr.* p. 72. et 77. Matth. II, 12. μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην ne ad Herodem reverterentur. Act. XVIII, 21. πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς. Hebr. XI, 15. εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι non deerat ipsis potestas et opportunitas redeundi. *Diod. Sic.* III, 55. ἀνακάμψαι· πάλιν εἰς Λιβύην. Et centies pro Hebr. שׁוּב in vers. Alex. ponitur, v. c. Exod. XXXII, 27. Job. XXXIX, 4. *Suid.* ἀνακάμψαι· καταφυγεῖν, ὑποστρέψαι.

3. metaphorice: *de bonis votis, quæ irrita fiunt et eventu carent*, quæ ad eum redire dicuntur, qui ea fecerat. Luc. X, 6. ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει vota vestra carebunt eventu.

ἈΝΑ΄ΚΕΙΜΑΙ, fut. είσομαι, 1. *jaceo, situs, repositus sum, recubo.* Marc. V, 40. καὶ εἰσπορεύεται ὅπου ἦν τὸ παιδίον ἀνακείμενον ubi puella decubuerat, aut, ubi puella erat jacens; seu ejus cadaver repositum erat; (apud Græcos enim, v. c. *Ælian. V. H.* III, 28. ἀνακεῖσθαι etiam adhibetur de rebus conclavi interiore seclusis, aut templo reconditis.) ubi tamen est magna lectionis varietas in codd. nam alii codd. κατακείμενον, κείμενον, καταβεβλημένον legunt, alii plane omittunt. Cæterum *Palairet.* ad h. l. docuit, ἀνακεῖσθαι de *ægrotis, lecto affixis*, usurpari.

2. ut Latinorum *recumbo* (v. c. apud *Horat.* III, Od. 3. 11.) *discumbo, accumbo ad mensam, cœno, convivor*, i. q. κατάκειμαι, ex more convivandi apud veteres recepto. Solebant enim non solum Græci et Romani, sed etiam Judæi tempore Christi, (nam in V. T. libris nunquam legimus, Judæos convivantes accubuisse, sed semper erectos sedisse. Conf. Genes. XXVII, 19. 1 Sam. XX, 5. 24. Ezech. XLIV, 3.) cibum capientes, non sedere, sed accumbere in lectis super latus sinistrum, ita, ut mensa poneretur in medio et circa illam *lecti triclinares.* Singulis in lectis accumbebant tres, interdum quatuor, raro aut nunquam plures. Conf. *Zornii Bibl. Antiq. Exeget.* p. 550. sqq. Hinc ὁ ἀνακείμενος *conviva.* Matth. XXII, 10. καὶ ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων et abundabat cœnaculum convivis. ibid. v. 19. Luc. VII, 37. ὅτι ἀνάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου eum advenisse in domum Pharisæi ad epulum. ibid. XXII, 27. ὁ ἀνακείμενος ἢ ὁ διακονῶν; qui accumbit, an qui ministrat accumbenti? 3 Esr. IV, 10. αὐτὸς ἀνάκειται, ἐσθίει καὶ πίνει. *Suid.* ἀνακεῖσθαι ἐπὶ ἀνδριάντων, (Græcos usos esse hoc verbo de statuis et aliis donariis, quæ diis consecrabantur, satis superque docuerunt Intt. ad *Thom. M.* sub hac voce) κατακεῖσθαι δὲ ἐπὶ τῆς τραπέζης· καὶ ἀνακεῖσθαι πολλάκις ἀντὶ τοῦ κατακεῖσθαι. Conf. *Abresch. Auctar. Dilucidatt. Thucyd.* p. 393. et *Nunnesium* ad *Phrynichum* p. 93. ed. *Pauw.*

ἈΝΑΚΕΦΑΛΑΙΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω. Est proprie verbum arithmeticum, quod notat *omnium capitum* (nam κεφάλαιον, ut infra docebimus, *caput, summa numeri* apud Græcos haud raro dicitur) *brevem summam ducere, summatim comprehendere, in caput* seu *unam summam redigere.* Cf. *Bib-*

lioth. Brem. Cl. V, p. 535. seq. Sed deinde latiori sensu sumtum

2. in universum notat: *plura paucis comprehendere, brevibus omnem rem tractare.* Hinc ἀνακεφαλαίωσις oratoribus Græcis est *recapitulatio*, cum in fine orationis ejus summa repetitur. Eodem seusu τῷ συγκεφαλαιοῦσθαι usus est *Polyb.* Lib. V, c. 32. συγκεφαλαιοῦσθαι τὰ πράγματα res exponendas summatim comprehendere. Hinc lucem fœneratur locus Rom. XIII, 9. καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολὴ ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται omnia reliqua præcepta divina in hoc uno præcepto veluti summa comprehenduntur, nempe ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· unde in aliis locis ἡ ἀγάπη, κεφάλαιον legis dicitur. *Hesych.* ἀνακεφαλαιοῦται· συμπληροῦται, ἐπαναλαμβάνεται (ita enim legendum est loco impressi ἐπαναλαμβάνει.). *Suid.* ἀνακεφαλαιοῦται· ἀναπληροῦται, ἀνακτίζει· καὶ ἀνακεφαλαίωσις ἡ ἐξ ἀρχῆς ἔρευνα, h. e. repetitio, summa rerum capita exhibens. Eandem notionem etiam simplex κεφαλαιόω habet, v. c. Sirac. XXXII, 18. κεφαλαίωσον λόγον ἐν ὀλίγοις. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II, p. 85.

3. *homines, diversis studiis invicem distractos, unius imperio et voluntati subjicio, in studiorum animique consensum et ejusdem felicitatis societatem adduco.* Sic Ephes. I, 10. ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ ut omnes omnino homines, Judæi et pagani, in unum corpus redigerentur et ad unum caput, nempe Christum, revocarentur, i. q. Coloss. I, 20. dicitur, ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν. *Chrysost.* bene: μίαν κεφαλὴν ἅπασιν ἐπέθηκε, nam κεφαλὴ haud raro in N. T. *is* dicitur, *penes quem est summum imperium et dominium.* Plerique interpretes, *Suidæ* auctoritate ducti, qui ἀνακτίζει *renovat* habet, ἀνακεφαλαιοῦσθαι per *revocare ad pristinam integritatem* interpretati sunt; sed locus parallelus II, 14. 15. contrarium suadet. Conf. tamen, quæ hujus notionis confirmandæ causa congessit *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 278.

ΑΝΑΚΑΊΝΩ, fut. νῶ, 1. *reclino, reclinem facio, repono.* Luc. II, 7. καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ in præsepi eum posuit. *Homer. Iliad.* IV, v. 113. ποτὲ γαίῃ ἀγκλίνας (poëtice per syncopen pro ἀνακλίνας) ubi *Eustathius* monuit, εἰς γῆν ἀνακλῖναι esse idem, quod εἰς γῆν καταθεῖναι.

2. *discumbere facio, recumbere jubeo,* more Hebraico conjugationis Hiphil. Marc. VI, 39. καὶ ἐπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλιθῆναι (ἀνακλῖναι) πάντας, ubi αὐτοῖς ad Apostolos, πάντας vero ad turbam præsentem referendum est, coll. Luc. IX, 14. Luc. IX, 15. καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας et fecerunt, ut omnes discumberent. ib. XII, 37. καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς eos accumbere ad cœnam jubebit. Cf. infra sub κατακλίνω.

3. Medium Ἀνακλίνομαι, uti κατακλίνομαι, est verbum convivale et sicut Latinorum *recumbere, accumbo ad cœnam, accubo in conviviis, convivor* notat, ἀνακλίνομαι εἰς τὸ ἐσθίειν, ut plene legitur Judith. XII, 15. Luc. VII, 36. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Φαρισαίου ἀνεκλίθη. Cf. *Dresig.* de *Verbis Mediis* p. 165. sqq. Formula: ἀνακλίνεσθαι μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, quæ Matth. VIII, 11. legitur, seu ἀνακλίνεσθαι ἐν τῇ βασιλείᾳ Θεοῦ Judaicum ingenium spirat et significat: *participem fieri felicitatis futuræ et conditionis beatæ, quam post hujus vitæ angustias in cœtu puriore civium cœlestium et Christi promissio et justitia divina sperare jubet.* Hanc enim futuram felicitatem æternam Judæos סְעוּדָה *convivium* appellasse, docuit *Maius* in *Obss. Sacr.* Lib. III, p. 113. sqq.

ΑΝΑΚΌΠΤΩ, fut. ὀψω, 1. et proprie: *retundo, obtundo,* et κατ' ἐξοχὴν ἀνακόπτεσθαι ferrum dicitur, cujus acies obtunditur. Cf. *Abresch. Dilucidat. Thucyd. Auctar.* p. 297. In versione *Theodot.* Judd. V, 22. pro הָלְמוּ legitur ἀνεκόπησαν. Hinc

2. *inhibeo, remoror, inhibeo et retardo*, v. c. *cursum et iter*, i. q. ἐγκόπτω, cum quo verbo sæpissime permutatur in codd. quemadmodum etiam *Hesychius* alterum per alterum explicavit. Scribit enim: ἐγκόπτει· ἀνακόπτει. Nec desunt exempla e Græcis Scriptoribus, hanc verbi ἀνακόπτειν notionem confirmantia. *Theophr. Charact.* XXV, 1. καὶ τοῦ κυβερνήτου ἀνακόπτοντος, scil. ναῦν, cursum navis gubernatore inhibente. Sapient. XVIII, 23. ἀνέκοψε τὴν ὀργὴν cohibuit, sedavit iram, et aliis in locis, quæ in *Krebsii Obss. Flav.* p. 323. et *Læsneri Obss. Philon.* p. 335. collecta reperiuntur. Semel tantum, sed sensu eodem, in N. T. legitur Galat. V, 7. τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε (in aliis codd. ἐνέκοψε e glossemate) τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; quis cursum vestrum ita inhibuit, ut jam veram religionem Christianam sectari nolitis? ubi, quia præcessit ἐτρέχετε καλῶς, Paulus allusisse videtur ad cursores in certaminibus publicis, qui variis artibus adversariorum cursum inhibere conabantur, ut jam vidit *Lamb. Bos* p. 175.

ΑΝΑΚΡΑ΄ΖΩ, fut. άξω, *exclamo, vociferor, ingentem clamorem ad sidera usque tollo*, ab ἀνὰ et κράζω *clamo*. Marc. I, 23. καὶ ἀνέκραξε λέγων. Zach. I, 17. ἔτι ἀνέκραγε λέγων. Marc. VI, 49. καὶ ἀνέκραξαν et metu perculsi clamorem edebant. Luc. IV, 33. καὶ ἀνέκραξε φωνῇ μεγάλῃ, plane ut 1 Sam. IV, 5. וַיָּרִעוּ כָל־יִשְׂרָאֵל תְּרוּעָה גְדוֹלָה Alex. ἀνεκράξε πᾶς Ἰσραὴλ φωνῇ μεγάλῃ. Luc. VIII, 28. ἀνακράξας καὶ φωνῇ μεγάλῃ εἶπε. ibid. XXIII, 18. Sæpius non legitur. Variis verbis exprimendis hæc vox apud Alexandrinos inservit. Frequentius quidem pro קָרָא usurpatur, Judd. VII, 20. sed etiam pro הָרִיעַ Jos. VI, 5. legitur, pro זָעַק 1 Regg. XXII, 32. et pro שָׁאַג Joel. IV, 16.

ΑΝΑΚΡΙ΄ΝΩ, fut. ινῶ, 1. proprie de judicibus usurpatur, qui verum quæstionibus propositis vel interrogando et examinando, vel per tormenta indagare student: *quæstionem habeo, examino reum, interrogo*, sensu Latino, verhören *to interrogate*. Luc. XXIII, 14. ἐγὼ ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας ego vobis præsentibus quæstionem de eo habui. Act. XII, 19. ἀνακρίνας τοὺς φύλακας quæstione habita de custodibus: nos diceremus: nachdem er ihnen hatte den Prozeß machen lassen, *after he had instituted an action against them*. ibid. XXIV, 8. Eodem sensu forensi legitur apud *Æschin. Socr.* Dial. III, 20. de Minoë et Rhadamantho, qui dicuntur δικασταὶ ἀνακρίνοντες τῶν ἀφικνουμένων ἕκαστον. Jam e contrario ἀνακρίνεσθαι *reus* dicitur, *qui a judice interrogatus cogitur alicujus facti rationem reddere*. Act. IV, 9. εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ κ. τ. λ. quandoquidem nunc quæstio est de etc. Germanice verterem: da man uns jetzt zur Rechenschaft und Verantwortung zieht, *now that we are brought to answer and render an account*. *Arrian. de Exped. Alex.* I, 25. 7. Vid. *Wetstenii N. T.* T. I, p. 813. *Hesych.* ἀνακρινόμενος· ἐξεταζόμενος. Hinc ἀνακρίνω

2. in universum: *examino, diligenter et adhibito judicio perpendo aliquam rem*. Act. XVII, 11. καθ' ἡμέραν ἀνακρίνοντες τὰς γραφὰς, εἰ ἔχοι ταῦτα ἅτως, h. e. quotidie excutientes oracula V. T. an res ita vere sese haberet. *Vulgatus* bene: quotidie scrutantes Scripturas etc. Sic etiam *Xenoph. Cyrop.* I, 6. 12. hac voce usus est, quam Alexandrini 1 Sam. XX, 12. non incommode pro חָקַר *percontari, perscrutari* posuerunt. Parum differt autem hæc significatio ab alia, qua usos esse interdum Græcos voce ἀνακρίνω constat, nempe: *diligenter interrogandi aliquem de re aliqua, et alterum quasi judicem constituendi, in cujus sententia acquiescendum sit* (cf. *Apollod.* III, 6. 7. ἀμφισβητοῦντες — τοῦτον ἀνέκρινον, et 10. 2. τοὺς κατοικοῦντας ἀνέκρινεν), quam si quis Lucæ verbis subjicere mallet, non omnino inepte ageret.

3. *diligenti exploratione facta de ali-*

quo judicium facio, dijudico, æstimo, pretium statuo rei in utramque partem. 1 Cor. IX, 3. ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν αὕτη ἐστι, ubi ἀνακρίνοντες Παῦλον sunt, qui de causa ejus cognituri quasi judices sedebant, qui sibi jus ejus actiones dijudicandi arrogabant et vindicabant. 1 Cor. II, 14. ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται præstantia religionis Christianæ tantum ab eo dijudicari potest, qui eam usu suo cognovit. ibid. v. 15. ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται homo emendatus per religionem Christianam omnibus ejus doctrinis pretium statuere valet, ipse vero ab adversariis religionis Christianæ dijudicari non potest. Hinc interdum *probare, laudare, magnifacere* notat et ἀνακρίνεσθαι *is* dicitur, *qui probatur alicujus judicio.* Sic sumitur 1 Cor. IV, 3. ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ—ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω an vestro judicio probor — neque me ipse laudo, neque de me ipse magnifice sentio. ibid. v. 4. ὁ δὲ ἀνακρίνων με, Κύριός ἐστι Deus aut Christus est, cui maxime probari cupio. — Interdum autem contrariam significationem *damnandi, repudiandi, rejiciendi* habet. 1 Cor. X, 25. πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίετε μηδὲν ἀνακρίνοντες nullum ciborum, qui in foro venduntur, pro impuro habete, et cum contemtu rejicite. Sed, ut ingenue fatear, possunt hæc verba etiam sic explicari: *omnes cibos, qui in foro venduntur, comedite ita, ut non anxie et sollicite anquiratis, an ad puros aut impuros sint referendi;* quam interpretationem sequentia διὰ τὴν συνείδησιν suadere mihi videntur. Eadem ambiguitas est in verbis: πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν, quæ ibidem v. 27. leguntur; certe tamen non locum habet in verbis Pauli, quæ extant 1 Cor. XIV, 24. ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων, quæ, sive vertas, *pudore afficietur* (i. q. ἐντρέπεται) *ab omnibus, nempe admonitus suæ conditionis,* seu, *ad sui notitiam adductus:* sive cum aliis interpreteris: *ab omnibus damnatur ejus opinio falsa, quam de Christianis eorumque sacris conventibus habuerat, quos inscius malitiosa conventicula esse sibi persuaserat:* tamen *damnandi* notionem huic voci Paulum interdum subjecisse, certe ex hoc loco demonstrari potest.— *Phavor.* ἀνακρίνω· τὸ πραχθὲν ἐξετάζω εἰ καλῶς ἢ κακῶς ἐπράχθη. — ἀνακρίνειν· ἐξετάζειν, ἀναπυνθάνεσθαι, ἐπερωτᾶν, ἐλέγχειν, βασανίζειν.

ΑΝΑ΄ΚΡΙΣΙΣ, εως, ἡ, *rei disquisitio, percunctatio, examen, cognitio causæ, interrogatio,* et est proprie *judicum, pro potestate reos vel testes interrogantium,* ut bene observavit *Budæus in Comment. L. Gr.* Maxime autem, eodem bene monente, *significationem judicialem reorumque interrogationem* significat, *quæ in causis judicii constitutionem præcedit vel litis contestationem.* Nullo alio sensu hæc vox legitur Act. XXV, 26. ubi ἀνάκρισις est prævia inquisitio, quæ judices edocendi causa instituitur. Cf. *Taylor.* ad *Demost.* T. III, p. 555. Simili modo etiam usurpatur 3 Macc. VII, 4. ἄνευ πάσης ἀνακρίσεως καὶ ἐξετάσεως. *Polyb.* VIII, 19. 8. XII, 27. 3. *Phavor.* ἀνάκρισις· ἐξέτασις.

ΑΝΑΚΥ΄ΠΤΩ, fut. ψω, 1. *erigo, recurvo, oculos et caput attollo, suspicio,* interdum etiam *corpore erecto incedo,* ex ἀνὰ, pro ἄνω *sursum* et κύπτω *flecto.* Subauditur autem in ἀνακύπτειν vel ἑαυτὸν vel πρόσωπον. Luc. XIII, 11. μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελὲς quæ se omnino non erigere, non erecta incedere poterat. ubi opponitur τῷ συγκύπτειν, quod vide. Joh. VIII, 7. ἀνακύψας εἶπε oculos et caput attollens dixit, ubi τῷ κάτω κύπτειν seu κατακύπτειν v. 6. opponitur. ibid. v. 10. Semel tantum legitur in vers. Alex. Job. X, 15. לֹא־אוּכַל רֹאשִׁי οὐ δύναμαι ἀνακύψαι. *Josephus A. J.* XIX, c. 8. 2. ἀνακύψας δ' οὖν μετ' ὀλίγον — εἶδεν. Conf. alia apud *Duportum* ad *Theophrast.* Char. c. II, p. 377. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 745. Quia vero, qui sunt animo hilari et fiducia pleno, fere semper erecto capite incedere solent, translate eleganter ἀνακύπτειν

2. *ii* dicuntur, *qui animum e tristitia resumunt, spe eriguntur, bono et tranquillo animo sunt, spe lætioris fortunæ quasi erecti.* Luc. XXI, 28. *ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν*, h. e. animum vestrum, mœrore dejectum, spe lætioris fortunæ recuperate et erigite, ubi *Syrus* eleganter ܒܠܒܐ ܛܒܐ *bono animo estote.* Sic *Polybius*, I, 55. *τὰ μὲν τῶν Καρχηδονίων αὖθις ἀνέκυψε*, et explicationis causa additur *καὶ πάλιν ἐπιῤῥεπεστέρας εἶχε τὰς ἐλπίδας.* *Xenoph.* Œcon. XI, 5. *Joseph.* B. J. VI, 8. 5. *ἀνακύψαντες ἐκ τοῦ δέους.* Confer in universum *D'Orville* ad *Chariton.* p. 307. ed. Lips. et *Wetstenii* N. T. T. I, p. 801.

ΑΝΑΛΑΜΒΆΝΩ, fut. *λήψομαι*, anomalon,

1. proprie, ut videtur, *suscipio, attollo, tollo humo*, quasi *ἄνω λαμβάνω.* Act. X, 16. *καὶ ἀνελήφθη τὸ σκεῦος εἰς τὸν οὐρανὸν* et utensile in cœlum rursus sublatum est. Dan. IV, 34. *Theod. τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλαβον.* Hinc *ἀναλαμβάνεσθαι sursum ferri* in N. T. sic usurpatur, ut significet: *in cœlum recipi*, et *de receptione Christi in beatiores illas sedes, quæ omnes pios ex hoc orbe migrantes excipiunt*, adhibeatur, omissis verbis *εἰς τὸν οὐρανὸν*, uti plene legitur formula Marc. XVI, 19. et Act. I, 11. Elliptice vero usurpatur Act. I, 2. *ἀνελήφθη* in cœlum sublatus est. Vulgatus, *assumtus est*; unde dies festus, memoriæ in cœlum evecti Christi sacer, in veteri ecclesia Latina *Festum assumtionis Christi* vocabatur. ibid. v. 22. *ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀνελήφθη ἀφ' ἡμῶν.* 1 Tim. III, 16. *ἀνελήφθη ἐν δόξῃ.* 2 Regg. II, 11. וַיַּעַל אֵלִיָּהוּ הַשָּׁמָיִם Alex. *ἀνελήφθη Ἡλιοὺ εἰς οὐρανόν.* Sirac. XLVIII, 9. de Elia *ὁ ἀναληφθεὶς ἐν λαίλαπι.* 1 Macc. II, 58. Eodem verbo usus est *M. Antoninus* IV, 14. de reditu animæ ad Deum post mortem. vid. ibi *Gataker.* p. 136.

2. *recipio, assumo, excipio.* Act. XX, 13. *ἐκεῖθεν μέλλοντας ἀναλαμβάνειν τὸν Παῦλον* ibi Paulum recepturi, nempe in navigium, aut etiam socium itineris assumentes. ibid. v. 14. XXIII, 31. *ἀναλαβόντες τὸν Παῦλον* assumentes Paulum. 2 Tim. IV, 11. *Μᾶρκον ἀναλαβὼν* Marcum socium itineris tibi assumens. Sic legitur etiam apud *Xenoph.* Hist. Gr. I, 1. 3. Cyrop. I, 5. 7.

3. *humeris aut manibus porto.* Act. VII, 43. *καὶ ἀνελάβετε* (in Hebr. וְנְשָׂאתֶם Amos V, 26.) *τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ* in pompa portastis ædem Molochi. h. e. Molochum cultu religioso prosequuti estis. Confer ad h. l. *Spencer.* de Legg. Hebr. Rit. Lib. III, c. 10. Hinc haud raro *τῷ* נָשָׂא in vers. Alex. respondet, Exod. XIX, 4. Num. I, 50. 1 Regg. IX, 9.

4. *sumo, induo, instruo me*, id quod *ἐνδύομαι* et speciatim de armis omnis generis dicitur, quibus instructus miles adversariorum ictus repellit. Ephes. VI, 13. *διὰ τοῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ* sumite armaturam, quam Deus vobis suppeditat, et v. 16. *ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως.* Et sic centies in Græcis Scriptoribus. *Herodian.* II, 23. *ἀναλαβόντες τὰς πανοπλίας.* *Xenoph.* Hist. Græc. II, 4. 12. *ἀνέλαβε τὰ ὅπλα.* *Diod. Sic.* XX, 33. Deut. I, 41. תַּחְגְּרוּ אִישׁ אֶת־כְּלִי מִלְחַמְתּוֹ Alex. *καὶ ἀναλαβόντες ἕκαστος τὰ σκεύη τὰ πολεμικὰ αὐτοῦ.* Jerem. XLVI, 3. 2 Macc. X, 27.

ΑΝΆΛΗΨΙΣ, εως, ἡ, in universum: *omnis elatio ad locum superiorem*, speciatim vero *receptio in cœlum* seu in *sedes beatiores* et *κατ' ἐξοχὴν sollemnis illa ascensio Christi in cœlum, aspectabili modo facta quadragesimo die ab ejus in vitam reditu.* Semel in N. T. legitur Luc. IX, 51. *ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ* cum jam immineret tempus abitus ejus ex his terris. Syrus: ܥܠܝܬܗ ܕܡܪܝܐ, *dies ascensionis ejus.* Ita etiam *Arabs* يوم صعوده. Vide Alex. 2 Regg. II, 11. *Heinsius* voci *ἀνάληψις mortis* notionem h. l. subjicere mavult, quam etiam apud Græcos *ἀναλαμβάνεσθαι* habuisse, docet locus *Antonin. Imp.* IV.

§. 14. Cæterum confer *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 281. seq.

ἈΝΑΛΙΣΚΩ, fut. *ἀναλώσω*, 1. *insumo, impendo*, v. c. pecuniam, tempus etc. id quod *ἀναλόω*, *Æschin. Socr.* Dial. II, 14. *ἀργύριον δυνατὸς ἀναλῶσαι — — ἐκ ἔχων ὁπόθεν ἀναλίσκοι. Ælian.* V. H. II, 5. *χρόνος ἀναλισκόμενος πρὸς τὰ ἔξω τῆς ἀρετῆς.* Jam quia id, quod impenditur, quodammodo consumitur et perit, hinc

2. *occidere, destruere, penitus perdere, abolere* notat. Luc. IX, 54. *καὶ ἀναλῶσαι αὐτοὺς* et igne eos perdere. 2 Thess. II, 8. *ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ* quem Jesus penitus perdet efficacissima sua voluntate; ubi in codd. haud paucis *ἀνελεῖ* e glossemate legitur, ut opinor. *Ælian.* V. H. IV, 28. Sæpius usi sunt Alex. hac voce pro בָּלָה, Genes. XLI, 30. תָּמַם Num. XIV, 35. אָכַל Jerem. L, 7. (*comedendi* notionem etiam habet *Theophr.* Charact. XII, 1.) et מוּת, Ezech. V, 12. *Suidas ἀνήλωται· πεφόνευται. Hesych. ἀναλῶσαι· ἀφανίσαι.* Metaphorice magis quam proprie usurpata est hæc vox a Paulo Galat. V, 15. *μὴ ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε* ne societas vestra christiana detrimenta capiat et dissolvatur. *Phavor. ἀναλίσκω· τὸ πορθῶ καὶ δαπανῶ.*

ἈΝΑΛΟΓΙ'Α, *ας, ἡ, analogia, proportio, similis ratio*, Verhältniß, verhältnißmäßige Gleichheit, *proportion, equality after a settled proportion*, ab *ἀνάλογος consentaneus*. Vox hæc est arithmeticis et geometris usitatissima, quibus *ἀναλογία* est: cum numeri plures aut magnitudines inter se comparantur ad similitudinem secundæ comparationis juxta æqualitatem et inæqualitatem. Semel occurrit hæc vox Rom. XII, 6. *κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως*, h. e. pro ratione virium et facultatum, a Deo concessarum, i. q. v. 3. *κατὰ τὸ μέτρον τῆς πίστεως*. Nam de *analogia fidei* sensu theologico sive *congruentia articulorum et capitum doctrinæ, quæ credenda proponuntur in litteris sacris*, h. l. ne cogitasse quidem Paulum, omnes jam sponte largiuntur. Respexit hunc locum *Hesych. κατ' ἀναλογίαν· κατὰ μέτρον ἢ κανόνα.* Nec alio sensu usus est substantivo *ἀναλογία Demosthenes* Orat. de Coron. cap. 30. *κατ' οὐσίας ἀναλογίαν*, quemadmodum verbo *ἀναλογέω Josephus* A. J. IV, 8. 4. *πολιτείαν τῷ τε Μωϋσέως ἀξιώματι καὶ τῇ ἀρετῇ ἀναλογοῦσαν.* Confer *Wetstenii* N. T. T. II, p. 79.

ἈΝΑΛΟΓΙ'ΖΟΜΑΙ, verbum arithmeticis et geometris proprium: *per collationem secundum proportionem considero aliquid, proportionali instituta collatione expendo, reputo*, monente *Er. Schmidio* in Obss. ad N. T. sed deinde in universum notat: *prope considerare, perpendere et reputare.* Sic semel legitur Hebr. XII, 3. *ἀναλογίσασθε γὰρ* cogitate jam et reputate vobiscum. *Plutarch. Vita Marii* c. 46. *Xenoph.* Memor. II, 1. 5. apud quem Hist. Græc. V, 1. 16. *ἀναλογισμὸς rationem et consilium, quod aliquis sequitur*, notat. Pro Hebr. חָשַׁב occurrit in *Symmachi* fragmentis Psalm. LXXVII, 5. et a *Phavorino* explicatur per *ἐνθυμοῦμαι.* Vide etiam *Pollucis Onom.* VI, 115.

"ΑΝΑΛΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, insulsus, sale carens* (*Plutarch. Symp.* L. V. T. VIII. Opp. p. 728. ed. *Reiske τὸν ἄρτον ἄναλον προσφέρεσθαι.*) *insipidus, vi salis nativa privatus, vi saliendi carens, non salsus amplius*, ex *α* priv. et *ἅλς sal.* Semel tantum legitur in N. T. Marc. IX, 50. *ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται* si vero sal insulsus factus fuerit, seu acrimoniam suam amiserit. Nuspiam hac voce usi sunt Alexandrini. Aliquoties tamen in *Aquilæ* reliquiis reperitur, quæ loca *Bielius* in Thesauro Philologico s. h. v. collegit. Alia dedit *Wetstenius* N. T. T. I, p. 601.

ἈΝΑ'ΛΥΣΙΣ, *εως, ἡ*, 1. proprie: *resolutio, dissolutio*, ab *ἀναλύω solvo, dissolvo.*

2. *discessus, abitus*, v. c. *ex convivio. Joseph.* A. J. XIX, 4. 1.

3. per metaphoram: *mors, discessus*

c vita, seu *destructio corporis*, λύσις καὶ χωρισμὸς τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, ut a *Socrate* in Phædone et Gorgia describitur. Sic semel in N. T. 2 Tim. IV, 6. καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε et brevi mihi moriendum erit; de qua significatione præter *Krebsii* Observatt. Flav. p. 366. *Alberti* in Peric. Crit. p. 102. conferendus erit. Cæterum constat, etiam Judæos mortem מִפְּטָה et פְּטָרָה vocasse, et de ea formulam הִפְּטִיר מִן הָעוֹלָם usurpasse. Confer *Schoettgen.* Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 796.

ἈΝΑΛΎΩ, fut. ύσω, 1. proprie: *solvo, dissolvo*, et haud raro de nautis dicitur, qui, e portu migraturi, naves alligatas solvunt.

2. *migro, abeo, discedo, redeo, revertor.* Luc. XII, 36. πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων quando ex convivio, ex compotatione discedat aut redeat. Nihil autem est frequentius hoc loquendi usu apud Scriptores Græcos, apud quos ἀναλύειν interdum sine ullo addito vocabulo notat: *ex compotatione discedere. Philostrat.* Vit. Apoll. II, 7. ἐκ πότου—ἀναλύοντες. IV, 86. ἀναλύων ἀπὸ τῆς Ῥώμης. *Polyb.* III, 69. Confer *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. IV, 23. 3 Esdr. III, 3. Tob. II, 9. Sap. II, 1. 2 Macc. VIII, 25.

3. *morior*, quasi *discedo e vita tanquam ex convivio*, aut *ad Deum redeo.* Philipp. I, 23. τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι gestio migrare de vita. Confirmari hæc notio analogia omnium fere linguarum potest, maxime autem Græcæ, cujus Scriptores, (v. c. *Ælianus* V. H. IV, 23. V, 6. XIII, 20.) boni ominis causa mortem significaturi, verbis, ab itinere, convivio, desumtis, utebantur. Loca Græcorum huc pertinentia collegit *Gataker*, in Opp. Crit. p. 319. et *D'Orville* ad *Charit.* p. 317. Qui urgent propriam *solvendi* et *dissolvendi* notionem, hi adeant *Duker.* ad *Florum* IV, 11. extr. qui docuit, *solvi* etiam metaphorice apud Latinos pro *mori* poni. Conf. *Joh. Floderi* D. de vi verbi ἀναλῦσαι. Phil. I, 23. Upsal. 1773. 4.

ἈΝΑΜΆΡΤΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, in universum dicitur, *qui non aberrat a lege, immunis ab omni peccato et vitiositate, peccati expers, impeccabilis.* (ut loquitur *Gellius* N. A. XVII, 19.) *Xenoph.* Agesil. VI, 7. Memor. IV, c. 2. 26. Deut. XXIX, 19. 2 Macc. VIII, 4. τῶν ἀναμαρτήτων νηπίων. XII, 42. Sed quemadmodum ἁμαρτία haud raro de *libidine venerea* usurpatur, ut supra ad ἁμαρτία a nobis evictum est, ita et ἀναμάρτητος κατ' ἐξοχὴν eum notat, *qui est immunis ab adulterii et scortationis crimine.* Sic sine dubio sumenda est hæc vox apud Joh. VIII, 7. ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν, qui vestrum nullius facinoris impudici reus est; partim ob omnem orationis seriem, partim ob loca, quæ *Kypke* in Observ. Sacr. T. I, p. 379. hanc in rem laudavit.

ἈΝΑΜΈΝΩ, fut. ενῶ, 1. proprie et secundum etymologiam, *aliis abeuntibus remaneo*, ex ἀνὰ et μένω *maneo.* Deinde

2. ut Latinorum *maneo, expecto, patienter* et *placido animo expecto.* 1 Thess. I, 10. καὶ ἀναμένειν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν et patienter expectare Christi e cœlo reditum. Sæpius non legitur in N. T. sed aliquoties in vers. Alex. pro Hebr. קָוָה Job. VII, 2. Ies. LIX, 11. Jerem XIII, 16. 2 Macc. VI. 14. ἀναμένει μακροθυμῶν. Sirac. II, 7. VI, 20.

ἈΝΆΜΕΣΟΣ, ὁ, ἡ, *medius, intermedius*, ὁ ἀνὰ μέσον ὤν. Vox, quæ inprimis frequenter apud *Herodotum* legitur, cui urbes, in medio sitæ, πόλεις ἀνάμεσοι vocantur. Neutrum ἀνάμεσον adverbialiter in usu est, *in medio, inter, per*, conjunctim pro ἀνὰ μέσον. Sæpe autem conjunctim hoc sensu scribitur in N. T. codicibus, v. c. Marc. VII, 31. 1 Cor. VI, 5. Apoc. VII, 17.

ἈΝΑΜΙΜΝΉΣΚΩ, 1. *in mentem vel memoriam revoco alteri, commonefacio, suggero.* 1 Cor. IV, 17. ὃς

ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου τὰς ἐν Χριστῷ qui vobis in memoriam revocabit, quam hucusque methodum in tradenda religione Christiana secutus fuerim, aut doctrinæ meæ præcepta. Regit autem, ut vel ex h. l. apparet, duos accusativos, rei et personæ. *Xenoph.* Memor. III, c. 5. §. 9. προγόνους αὐτῶν ἀναμιμνήσκοιμεν αὐτούς. Conf. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XVII, 10. Medium ἀναμιμνήσκομαι *revoco mihi ipse aliquid in animum*, i. e. *recordor*, *memoria repeto*, construitur et cum genitivo et cum accusativo rei. Marc. XI, 21. καὶ ἀναμνησθεὶς ὁ Πέτρος et recordatus est Petrus rei gestæ. XIV, 72. καὶ ἀνεμνήσθη τοῦ ῥήματος. 2 Cor. VII, 15. ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπακοήν. Hebr. X, 32. ἀναμιμνήσκεσθε τὰς πρότερον ἡμέρας. Paullo aliter constructum legitur apud *Lysiam* Orat. I. pro cæde Eratosthen. c. 5. ἀναμιμνησκόμενος δὲ, ὅτι κ. τ. λ. In vers. Alex. haud raro τῷ זִכָּרוֹן respondet Gen. VIII, 1. Ps. CIX, 14.

2. *hortor*, *moneo*. 2 Tim. I. 6. δι' ἣν αἰτίαν ἀναμιμνήσκω (in aliis codd. ὑπομιμνήσκω) σε igitur te gravissime hortor et moneo. Nec aliter ipsi Græci, apud quos cum παρακαλεῖν permutatur, v. c. apud *Plutarch.* Tom. II, p. 33. ἐφ' ἡδονὰς παρακαλεῖν καὶ ἀναμιμνήσκειν ἀφροδισίων, quem locum debeo *Dresigio* Comment. de Verbis Med. p. 166.

'ΑΝΆΜΝΗΣΙΣ, εως, ἡ, late patet apud Græcos et non solum *recordationem*, *memoriam*, *reminiscentiam* notat, sed etiam *ipsam actionem commonefaciendi alium*, seu *id, quod vim habet alteri aliquid in memoriam revocandi* significat, ut adeo nullum sit discrimen illud, quod inter ἀνάμνησις et ὑπόμνησις *Ammonius* de differentiis verborum posuit, quum scribit: ἀνάμνησις, ὅταν τις ἔλθῃ εἰς μνήμην τῶν παρελθόντων· ὑπόμνησις δὲ, ὅταν ὑφ' ἑτέρου εἰς τοῦτο προαχθῇ. Contrarium *Hesychius* docet, qui ἀνάμνησις per ὑπόμνησις interpretatus est. Luc. XXII, 19. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν id facite in mei recordationem, seu, ut habeatis aliquid, quo gratam mei memoriam in vobis excitetis. 1 Cor. XI, 24. 25. Hebr. X, 3. ἀλλ' ἐν αὐταῖς (scilicet θυσίαις) ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν per hæc sacrificia quotannis renovabatur peccatorum commissorum memoria, ubi vid. *Wetstenius.* Hinc aliquoties in Alex. vers. ἀνάμνησις Hebraico זִכָּרוֹן *memoriale* μνημόσυνον Num. X, 10. etiam חִזָּכִּיר Psalm. XXXVIII, 1. LXX, 1. respondet.

'ΑΝΑΝΕΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie sensu physico: *renovo*, *restauro*, et usurpatur maxime de *rebus*, *vetustate corruptis*. Sic v. c. Job. XXXIII, 24. Alex. ἀνανεώσει δὲ αὐτοῦ τὸ σῶμα, ὥσπερ ἀλοιφὴν ἐπὶ τοίχου. Deinde vero metaphorice:

2. *veterem conditionem alicujus rei aboleo*, *in meliorem statum et conditionem redigo*, et speciatim: *immuto animum*, *vim cogitandi*, *sentiendi*, *et agendi*. Sic legitur Ephes. IV, 23. ἀνανεοῦσθαι δὲ τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν ut novos plane et per religionem Christianam emendatos sensus sumatis. Sic *Antonin.* ad se ipsum IV, c. 3. συνεχῶς οὖν δίδου σεαυτῷ ταύτην τὴν ἀναχώρησιν, καὶ ἀνανέου σεαυτόν. Ita etiam חַדֵּשׁ Ps. LI, 10. cui ἀνανεόω respondet, etiam in *Symmachi* reliquiis Job. XXIX, 20.

'ΑΝΑΝΗ'ΦΩ, fut. ήψω, 1. proprie: *ad sobrietatem redeo*, *ex ebrietate ad me redeo*, *crapulam et veternum excutio*. *Porphyr.* de Abstinent. IV, 20. ἐκ τῆς μέθης ἀνανῆψαι. *Lucian. Hermotim.* 83.

2. per metaphoram: *ad sanitatem mentis redeo*, *me recipio et colligo ex quacunque demum perturbatione*. Ita sumitur 2 Tim. II, 26. καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος et ad sanam mentem redeant diaboli potestati erepti. Sic etiam *Marc. Antonin.* ad se ipsum VI, 31. ἀνάνηφε καὶ ἀνακάλου σεαυτόν. *Lucian. de Saltat.* 48. *Joseph. A. J.* VI, 11. 10. μόλις ἐκ τῶν θρήνων ἀνανήψαντες.

ἈΝΑΝΙ'ΑΣ, α, ὁ, *Ananias*. Nomen proprium viri Hebr. חֲנַנְיָה et חָנַן *gratiosus fuit*, et יָה contract. pro יְהוָֹה. Tres autem hujus nominis in N. T. libris occurrunt,

1. Christianus quidam, maritus Sapphiræ, qui ex pretio suæ venditæ possessionis aliquid interverterat, et hanc ob fraudem a Petro morte repentina mulctatus fuit, Act. V, 1—6.

2. vir Christianus, Damascenus, qui, oraculo divino admonitus et singulari vi instructus, non solum Saulo facultatem videndi restituit, sed eum etiam satis institutum in religionis Christianæ initiis baptismi ritu initiavit, Act. IX, 10—18. XXII, 12. seqq.

3. Pontifex maximus Judæorum, Nebedæi filius, munere suo functus inde ab anno Claudii septimo usque ad Neronis imperii initia, vir potentissimus quidem, sed non magnopere laudatus in commentariis Lucæ Act. XXIII, 2. seqq. et XXIV, 1. Teste *Josepho* A. J. XX, 5. 2. fuit successor Josephi, Camydi filii, ab Herode, rege Chalcidis, remoti. Confer *Valesium* ad *Euseb.* H. E. II, 23. et *Wetstenii* N. T. T. II, p. 612.

ἈΝΑΝΤΙ'Ρ'Ρ'ΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *irrefutabilis, cui contradici non potest, qui in dubium vocari nequit*, ex α priv. et ἀντὶ *contra* et ῥέω *dico*. Semel legitur tantum in N. T. Act. XIX, 36. ἀναντιῤῥήτων οὖν ὄντων τούτων quæ cum sint extra omne dubium posita. Frustra quidem hæc vox quæritur in versione Alexandrina, bis tamen reperitur in *Symmachi* reliquiis Job. XI, 2. הֲרֹב דְּבָרִים לֹא יֵעָנֶה μὴ ὁ πολυλάλος ἀναντίῤῥητος ἔσται; ibid. XXXIII, 12. Adde *Polyb.* VI, 7. 7. et XXVIII, 11. 4. *Suid.* ἀναντίῤῥητον· τὸ ἀντιλογίαν μὴ δεχόμενον.

ἈΝΑΝΤΙ'Ρ'Ρ'ΗΤΩΣ. Adverbium, *citra contradictionem, sine omni dubitatione et hæsitatione, lubenter, prompte.* Semel extat in N. T. Act. X, 29. διὸ καὶ ἀναντιῤῥήτως ἦλθον μεταπεμφθεὶς non repugnavi venire arcessitus. *Vulg. Sine dubitatione. Syrus:* ܠܬܫܕܝܬܐ i. e. *prompte. Polyb.* XXIII, 8. 11. *Hesych.* ἀναντιῤῥήτως· ἀναμφιβόλως.

ἈΝΑ'ΞΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, 1. *indignus*, ex α priv. et ἄξιος *dignus*. Deinde quia ἄξιος etiam Græcis dicitur, *qui aptus est et idoneus alicui rei perficiendæ*, est

2. *ineptus, minus idoneus.* 1 Cor. VI, 2. ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων; essetisne minus idonei dirimendis causis minutissimis? Sæpius non legitur in N. T. Construitur fere cum genitivo. Sirac. XXV, 11. *Joseph. A. J.* VI, 1. 4. *Polyb.* XV, 26. 10.

ἈΝΑΞΙ'ΩΣ. Adverbium, *indigne, indigno nec conveniente modo.* Bis in N. T. legitur. 1 Cor. XI, 27. ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον Κυρίου ἀναξίως, ubi ἀναξίως est: *non eo consilio, quo hoc epulum a Christo est institutum, modo non conveniente dignitati et gravitati rei.* ibid. v. 29.

ἈΝΑ'ΠΑΥΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *requies, intermissio a labore, quies a laboribus multis fatigatorum ad reficiendas corporis vires*, ab ἀναπαύω. *Dion. Halic. Ant.* IX, c. 24. ἀναπαύσει τὰ σώματα δόντες.

2. per synecdochen: *quævis cessatio, requies a quacunque re, remissio, intermissio.* Apoc. IV, 8. ubi quatuor animalia, a Johanne visa, dicuntur ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχειν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, h. e. sine ulla intermissione Deum laudare et celebrare. ibid. cap. XIV, 11. impii dicuntur οὐκ ἔχειν ἀνάπαυσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, h. e. nullam requiem habere a tormentis et suppliciis infernalibus. *Dion. Halic. Ant.* lib. IV, c. 43.

3. per metonymiam: *locus quietis, sedes fixa, domicilium, habitaculum.* Matth. XII, 43. ζητοῦν ἀνάπαυσιν habitaculum quærens, h. e. hominem, in quo quasi sedem fixam habeat. Luc. XI, 24. Sic מָנוֹחַ Genes. VIII, 9. Alex. οὐχ εὑροῦσα ἡ περιστερὰ ἀνάπαυσιν. Ps. CXXXII, 14. Ies. XXXIV, 14.

4. metaphorice: *recreatio, solatium, liberatio a molestiis, tranquillitas animi.* Matth. XI, 29. καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ego vos recreabo, ego vos tranquillos et felices præstabo. Sic Sirac. VI, 29. ἐπ' ἐσχάτων γὰρ εὑρήσεις τὴν ἀνάπαυσιν αὐτῆς, nempe σοφίας, aliquando usu tuo cognosces felicitatem et animi tranquillitatem, quam largitur cultoribus suis sapientia. Syrus pro more suo duobus verbis usus est ܢܝܚܐ ܘܬܦܢܝܩܐ: prius, *tranquillitatem*, posterius, *voluptatem* et *delectationem* notat. Sirac. LI, 35. Sic et מְנוּחָה usurpatur Ps. CXVI, 7.

ἈΝΑΠΑΥ'Ω, fut. αύσω, 1. *facio requiescere alterum, do requiem iis, qui sunt labore, cursu, itinere, vel pugna fatigati vel onere aliquo gravati, ut vires recipiant ac colligant.* Medium Ἀναπαύομαι *facio requiescere me post exantlatas molestias et labores graves, a labore me in otium recipio, vires exhaustas recolligo.* Hæc propria notio locum habet apud Marc. VI, 31. ubi Christus discipulis longo itinere defatigatis dicit: ἀναπαύεσθε ὀλίγον requiescite paululum. Luc. XII, 19. ἀναπαύου utere otio tuo post exantlatos labores, fruere partis. *Ælian.* V. H. X, 4. πρὶν ἀναπαῦσαι τὸ στρατόπεδον. *Polyb.* III, 42. 9. et 53. 9. Speciatim medium ἀναπαύομαι de iis

2. usurpatur, *qui decumbunt ad somnum capiendum*, et notat: *somnum capio, somno me recreo et reficio. Suid.* ἀναπαύσασθαι· τὸ κατακλίνεσθαι ὡς πρὸς ὕπνον. Matth. XXVI, 45. καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε per me jam vobis licet dormire et requiescere. Marc. XIV, 41. *Arrian.* Expedit. Alex. VII, 25. p. 307. edit. *Gronov.* κἀκεῖ αὖθις λουσάμενον ἀναπαύεσθαι. *Herodot.* I, 12. *Ælian. H. A.* III, 14. Hinc ἀναπαύεσθαι

3. partim de *placide morituris*, partim de iis usurpatur, *qui in futura vita ab omnibus hujus vitæ molestiis liberati, placide requiescunt; morior, post mortem liberor ab omnibus vitæ molestiis.* De *placide mortuis* sat sæpe in Græcis Scriptoribus legitur, v. c. *Ælian.* V. H. IV, 7. *Herodot.* I, 4. et tunc omissum est τοῦ βίου, quod additur *Herodot.* VII, 9. De expectanda illa molestiarum omnium in futura vita cessatione legitur Apoc. XIV, 13. ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν. *Sallust.* Catil. IV, 1. Confer *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 4. 18. p. 127. Vulgo huc etiam referunt locum Apoc. VI, 11. ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον, sed ibi ἀναπαύεσθαι est simpliciter: *quiescere, patienter aliquid expectare*, nostrum: sich ruhig verhalten, *to keep one's self tranquil*, coll. v. 9. et 10. et verba ipsa sic explicanda erunt: *ut patienter expectent vindictam divinam brevi sumendam.*

4. metaphorice: *recreo animum, exhilaro, voluptate et felicitate afficio.* Matth. XI, 28. κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, h. e. ego adimam vobis peccatorum vestrorum sensum et liberabo vos a legum judaicarum arbitrariarum duro imperio. 1 Cor. XVI, 18. ἀνέπαυσαν γὰρ τὸ ἐμὸν πνεῦμα καὶ τὸ ὑμῶν solatio et gaudio et me et vos replerunt. 2 Cor. VII, 13. ὅτι ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν quia recreatus est animus ejus a vobis omnibus. Philem. v. 7. τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων ἀναπέπαυται διὰ σοῦ admodum liberalis fuisti erga pauperes Christianos. v. 20. ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα fac mihi gratum. Repetendus hic usus loquendi e libris Hebraicis videtur. Sic v. c. Prov. XXIX, 17. יַסֵּר בִּנְךָ וִינִיחֶךָ Alex. παίδευε υἱόν σου καὶ ἀναπαῦσει σε. Ies. XIV, 3. Zachar. VI, 8. הֵנִיחוּ אֶת־רוּחִי Alex. ἀνέπαυσαν τὸν θυμόν μου. Sirac. III, 7. ὁ εἰσακούων Κυρίου ἀναπαύσει μητέρα αὐτοῦ.

5. medium ἀναπαύομαι *sedem fixam et perpetuam habeo, semper sum et versor in aliquo loco.* 1 Petr. IV, 14. καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται Deus vobis semper adest favore et auxilio suo. Deut. XXVIII, 65. וּבַגּוֹיִם הָהֵם לֹא תַרְגִּיעַ Alex. ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις οὐκ ἀναπαύσει σε. Ies.

XXXIV, 14. שָׁם הִרְגִּיעָה לִילִית Alex. ἐκεῖ ἀναπαύσονται ὀνοκένταυροι. Hinc etiam τῷ יָשַׁב, Micha IV, 4. et שָׁכֵן Deut. XXXIII, 20. in versione Alexandrina respondet.

ἈΝΑΠΕΊΘΩ, fut. εἴσω, 1. proprie et secundum etymologiam est *primam persuasionem, novis rationibus labefactatam, evello*, ex ἀνὰ et πείθω.

2. *persuadeo, aliquem persuadendo sollicito et impello ad aliquid, auctor et suasor existo.* Semper fere in deteriorem partem usurpatur, et interdum iis adeo tribuitur, qui alios donis corrumpere et ad suas partes pertrahere conantur. *Xenoph. Cyrop.* I, 5. 3. *Suid.* ἀναπείσετε, ἀντὶ τοῦ δώροις πείσετε. Tantum legitur in N. T. Act. XVIII, 13. παρὰ τὸν νόμον οὗτος ἀναπείθει τοὺς ἀνθρώπους σέβεσθαι τὸν Θεόν. h. e. commendat ipsis cultum divinum, qui est contra legem nostram. Hebraico הִשִּׁיא *decepit, seduxit* in vers. Alexandrina Jerem. XXIX, 8. respondet, et הַסִּית *incitare*, in *Aquilæ* reliquiis Deut. XIII, 6. 1 Macc. I, 12. *Xenoph.* Œconom. III, 7. καὶ ἐμὲ ἀναπείθοντα προθύμως συνθεᾶσθαι. *Polyb.* XXIX, 3. 3. Confer *Abresch.* Auctar. Dilucid. Thucyd. p. 258.

ἈΝΑΠΈΜΠΩ, fut. πέμψω, 1. *remitto.* Luc. XXIII, 11. ἀνέπεμψεν αὐτὸν Πιλάτῳ remisit eum Pilato. Philem. v. 12.

2. *mitto*, nam ἀνὰ in compositione sæpe abundat. Luc. XXIII, 7. ἀνέπεμψεν αὐτὸν πρὸς Ἡρῴδην. ibid. v. 15. Hinc in loco Philem. v. 11. ἀναπέμπειν et πέμπειν permutantur in codicibus. Non usi sunt hac voce interpretes Græci V. T. In notione autem *mittendi* ea usus est *Polybius* aliquoties, v. c. I, 7. 12. et XXX, 9. 10. et *Xenoph. Cyrop.* VII, 5. 12.

ἈΝΆΠΗΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, idem est, qui Græcis etiam πεπηρωμένος vocari solet. Est vocabulum generis, quo significatur, *quicunque vel membro aliquo et parte corporis caret* (quem *Latini membris captum* vocant), vel certe *membrorum quorundam usu destituitur*, (qui Latinis *debilis* dicitur) *mancus, mutilus, læsus quacunque demum corporis parte*, et æque late patet ac nostrum gebrechlich, *lame or feeble.* Sic v. c. *Herodotus* de vita Homeri p. 755. ed. *Wesseling.* Homerum oculis captum ἀνάπηρον vocat. *Diog. Laërt.* VI, 2. 6. Interdum additur ἐν τοῖς μέλεσιν, 2 Macc. VIII, 24. ἐν τοῖς μέλεσιν ἀναπήρους. *Suid.* ἀνάπηρος· ὁ χωλὸς, ὁ καθ' ὑπερβολὴν πεπηρωμένος μέλει τινὶ τοῦ σώματος. *Hesych.* ἀνάπηρος· πηρὸς, τυφλὸς, νοσώδης. *Pollux* Onom. II, 4. sect. 10. Bis tantum legitur in N. T. Luc. XIV, 13. ἀναπήρους, χωλοὺς, τυφλούς. ibid. v. 21. Eleganter pro more suo de hac voce egit Celeb. *Fischer.* ad *Platon.* Criton. §. 14. p. 208. edit. rec. et *Wetstenius N. T.* T. I. p. 754. Confer etiam, quæ de vocabulis πηρὸς et πήρωσις notavit *Relandus* ad *Joseph.* A. J. III, 12. 2.

ἈΝΑΠΊΠΤΩ, fut. πεσοῦμαι, 1. *discumbo, accumbo, recumbo;* proprie *reclino, recido, resupinus jaceo.* Matth. XV, 35. ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν ut discumberent in terra. Marc. VI, 40. ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαὶ discubuerunt areolatim. VIII, 6. ἀναπεσεῖν ἐπὶ τῆς γῆς. Interdum ἀναπίπτειν simpliciter positum *recumbere in terra* notat, v. c. Joh. VI, 10. ubi bis occurrit. *Ælianus* V. H. IX, 24. composito quoque ἐπαναπίπτειν notionem *recumbendi* subjecit. Vide et *Wetstenii* N. T. T. I. p. 426.

2. ponitur pro ἀνακλίνομαι et ἀνάκειμαι *discumbo ad mensam, recumbo ad cibum sumendum*, vel simpliciter positum, v. c. Luc. XI, 37. εἰσελθὼν δὲ ἀνέπεσεν ingressus autem accubuit ad mensam. XIV, 10. XVII, 7. XXII, 14. vel additis verbis ἐν τῷ δείπνῳ, Joh. XXI, 20. seu τοῦ φαγεῖν, Tob. II, 1. Supra autem demonstratum est, Judæos tempore Christi ad mensam non sedisse, sed jacuisse, ad quem convivantium ritum respicitur hac voce, quæ eodem sensu legitur apud *Athenæum*, Deipnosoph. I, c. 19. p. 23. ed. *Casaub. Lucian.* Asin. c. 23. Tom. II, p. 590. (ed. *Reitz.* quem vide)

αὐτοὶ δὲ ἀναπεσόντες ἐδείπνουν, et aliis in locis, quæ diligenter collegit *Schwarzius* in Commentariis L. Gr. p. 98. Errat igitur, ut solet, *Thomas M.* cum scribit: ἀναπεσεῖν βέλτιον ἐπὶ τοῦ ἀδημονῆσαι ἢ ἐπὶ τοῦ ἀνακλιθῆναι. Quanquam enim negari non potest, ἀναπίπτειν eleganter Græcis eos dici, *qui concidunt animo et animum despondent*, (v. c. *Polyb.* IV, 51. 8. et XX, 4. 6. *Thucyd.* I, 70.) ut jam post *Suidam* (ἀναπίπτειν· τὸ ἀθυμεῖν παρὰ τοῖς παλαιοῖς.) *Abresch.* ad *Æschylum.* p. 398. observavit, tamen etiam alteram illam notionem optimæ notæ Scriptoribus Græcis usitatam fuisse, et loca jam a nobis allata docent, et interpretes ad *Thom. M.* satis superque probarunt.

'ΑΝΑΠΛΗΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *impleo, compleo, repleo*, v. c. vas aliquod, et minime differt a simplici verbo πληρόω, sed in hac propria notione nec in N. T. nec in verss. Græc. V. T. legitur. In N. T. libris 2. notat: *suppleo, compenso defectum alicujus rei* sensu metaphorico. 1 Cor. XVI, 17. τὸ ὑμῶν ὑστέρημα οὗτοι ἀνεπλήρωσαν vestrum absentium partes egerunt, sie haben in eurer Abweſenheit eure Stelle vertreten, *they have supplied your places in your absence.* Philipp. II, 30. ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα ut vestram absentiam suppleret, coll. Philem. v. 13. Huc referrem locum Genes. II, 21. ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς. Maxime autem huc faciunt loca a *Schwarzio* in Commentariis L. Gr. p. 98. opportune notata. *Zosim.* I, c. 17. extr. τῶν πραγμάτων ἐλλεῖπον ἀναπληροῦν. *Plato* Conviv. p. 321. ἀλλ' εἴ τι ἐξέλιπον, σὸν ἔργον, ὦ 'Αριστόφανες, ἀναπληρῶσαι. *Polyb.* VII, 7. 7.

3. ἀναπληρόω νόμον *præsto et omitto, quæ lex præcipit et vetat, obedio et observo.* Galat. VI, 2. καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ et ita observabitis præcepta religionis Christianæ. Sic et simplex πληροῦν, quod vide.

4. si sermo est de vaticiniis: *eventu comprobo.* Matth. XIII, 14. καὶ ἀναπληροῦται αὐτοῖς ἡ προφητεία 'Ησαΐου, ubi tamen ἀναπληροῦσθαι in hac significatione non nimis urgerem: nam ἀναπληροῦσθαι in hac significatione, ut simplex πληροῦσθαι, etiam usurpatur tum, *quando simile quid contingit illi, quod olim jam factum et dictum erat*, (ut infra ad πληρόω pluribus docebitur) ut adeo inprimis ob ipsum locum Iesaiæ equidem verterem: *et valet de illis, quod jam Iesaias de coævis suis conquestus est.*—Restant adhuc formulæ quædam loquendi plane singulares, in quibus verbum ἀναπληρόω ita usurpatur, ut nulla hucusque observatarum notionum locum habeat.

5. ἀναπληροῦν τὸν τόπον τινὸς *esse in statu et conditione alicujus.* Semel legitur in N. T. hæc formula 1 Cor. XIV, 16. ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου *qui est idiota* seu *imperitus, indoctus.* Formulam hanc esse mere Hebraicam, *Hottingerus* de Usu Scriptorum Hebraicorum in N. T. apud *Rhenferdium* p. 399. probavit, qui bene confert formulam מָלֵא מָקוֹם, v. c. מָלֵא מָקוֹם אֲבוֹתָיו implet locum patrum suorum, h. e. patrissat. Confer etiam *Buxtorf.* Lexicon Talmudicum et Rabbinicum p. 2001.

6. ἀναπληροῦν τὰς ἁμαρτίας, quæ de *eo* usurpatur, *qui ita peccata sua et scelera auget, ut pœna evitari non amplius nec differri possit*, ex opinione Judæorum, qui statuebant, permittere Deum, ut homines certum quendam malefactorum numerum implerent, et usque eo pœnas differre; qui numerus si confectus fuerit, pœnas esse inevitabiles et atrociores. 1 Thess. II, 16. εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε quo ipso scelerum suorum mensuram implent. Genes. XV, 16. οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν 'Αμορῤῥαίων ἕως τοῦ νῦν.

'ΑΝΑΠΟΛΟ'ΓΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui nulla ratione defendi et excusari potest, inexcusabilis, non excusandus*, ex α priv. et ἀπολογέομαι *me defendendi causa loquor*, inserta littera ν euphoniæ causa. Bis tantum legitur hæc

vox in N. T. Rom. I, 20. εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους ut jam vitiositatis suæ nullam habeant excusationem. ibid. II, 1. διὸ ἀναπολόγητος εἶ igitur gravissime peccas. Raro etiam hæc vox apud exteros Scriptores occurrit, sed tamen legitur apud *Dion. Halic. Antiqu.* L. VII, cap. 46. *Plutarch. Brut.* c. 46. *Polybium* XII, 12. p. 927. ἀναπολόγητον γίνεται τὸ ψεῦδος. Idem Excerpt. Legat. 86. et *Cic.* ad *Atticum* XVI, ep. 7.

ΑΝΑΠΤΎΣΣΩ, fut. ύξω, *expando, revolvo, explico, replico ea, quæ sunt convoluta.* In expandendi notione usi sunt hac voce Alexandrini pro Hebr. פָּרַשׂ Deut. XXII, 17. Judd. VIII, 25. et *Xenoph.* in libro de re equestri XII, 6. πτέρυγες ἀναπτύσσωνται. *Revolvendi* et *explicandi* notio locum habet Luc. IV, 17. ἀναπτύξας (in quibusdam codd. legitur ἀνοίξας e glossemate) τὸ βιβλίον replicans volumen, ubi v. 20. πτύσσειν *complicare* opponitur. *Syrus* habet: ܦܬܚ et aperuit. Respicitur autem hac formula ad formam codicum Hebraicorum, qui non erant foliis distincti, ut nunc sunt libri nostri, sed in formam cylindri convoluti duabus rotulis utrique extremitati annexis, ut lecturis evolvendi et explicandi essent. Ideo Hebraïcis מְגִלּוֹת vocabantur. Confer *Wagenseil.* ad Sota p. 677. 2 Regg. XIX, 14. ἀνέπτυξεν αὐτὰ, sc. γράμματα, Ἐζεκίας ἐναντίον τοῦ Κυρίου. *Herodot.* I, 125. ἀναπτύξας τὸ βιβλίον. Aliam verbi ἀναπτύσσειν notionem metaphoricam servavit nobis *Suidas*: ἀνάπτυξις· ἑρμηνεία, διασάφησις, καὶ ἀναπτύσσω ἀντὶ τοῦ ἐπιδείξω, Εὐριπίδης. De ipsa voce vide *Wetstenii* N. T. T. I. p. 680.

ΑΝΆΠΤΩ, fut. ψω, *accendo, incendo*, ex ἀνὰ, quod h. l. πλεονάζει, et ἅπτω *incendo. Hesych.* ἀνάπτω· ἀνεγείρω. ἀνάπτεται· φλέγεται. Ter legitur in N. T. Luc. XII, 49. καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη; sed quid dico, cum jam accensus sit? seu, ecce jam accensus est. Recte monuit autem *Krebsius* ad h. l. εἰ in vers. Alex. haud raro τῷ הִנֵּה respondere, Genes. IV, 14. Ezech. IV, 14. de quo infra dicendi locus erit. Cæterum ἀνάπτειν πῦρ in illo loco metaphorice notat: *dissidia spargere et seminare*, aut certe *causam esse, ut dissidia oriantur.* Act. XXVIII, 2. ἀνάψαντες γὰρ πυρὰν ignem accendentes. Jacob. III, 6. ἰδοὺ ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει exiguus ignis quantam materiam incendere valet. Usi sunt Alexandrini hac voce maxime pro נְצִיּוּת Jerem. IX, 12. נְשִׁיךְ. Ps. LXXVIII, 21. בָּעַר 2 Chron. XIII, 11. לָהַט Malach. IV, 1. 2 Maccab. I, 22. *Eurip.* Phœniss. v. 356. *Dion. Halic. Ant.* I. c. 59.

ΑΝΑΡΊΘΜΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *innumerabilis*, ex α priv. et ἀριθμὸς *numerus.* Hebr. XI, 12. ὡσεὶ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἡ ἀναρίθμητος sicut arena illa innumerabilis, quæ est ad littus maris. Sæpius non legitur in N. T. Haud raro tamen occurrit in vers. Alex. pro אֵין מִסְפָּר Job. XXI, 33. et עֲצוּמִים Proverb. VII, 26. Adde *Polyb.* IV, 75. 5. et IX, 6. 9. Sap. VII, 11, 3 Macc. II, 26. Confer *Wetstenii* N. T. T. II, p. 426.

ΑΝΑΣΕΊΩ, fut. είσω, 1. proprie; *magno cum impetu aliquid moveo, concutio, quatio. Suid.* ἀνασείειν· ἐκτινάσσειν. *Philostrat.* Vit. Sophist. II, c. 32. ἀνασείων τὴν χεῖρα καὶ τὸν κόλπον τῆς χλαμύδος. Haud differt itaque a simplici verbo σείω, quod etiam de *concussione rei firmæ et stabilis* usurpatur.

2. metaphorice ad commotionem animi transfertur, *concito, compello, commoveo, persuadeo, traho aliquem in alicujus sententiam aut partes.* Marc. XV, 11. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον summi sacerdotes concitabant populum: ubi in uno vetustissimo codice legitur ἔπεισαν τῷ ὄχλῳ, e glossemate. Luc. XXIII, 5. ὅτι ἀνασείει τὸν λαὸν concitat plebem et sollicitat ad rebellionem. Hinc in *Aquilæ* reliquiis Job. II, 3. Hebraico הַסִּית respondet. *Diod. Sic. Eclog.* p. 532.

συχνοὺς ἀνέσειον τῶν οἰκετῶν. *Aristoph. Acharn.* v. 346. *Dionys. Halic.* VIII, 81. τοῖς ἀνασείουσι τὸ πλῆθος. Eodem fere sensu voce *concutere* usus est *Lucanus* Lib. IV, v. 235. "et omneis concussit mentes scelerumque reduxit amorem." Confer *Wesseling.* ad *Diodor. Sicul.* XIII, 91. Tom. I. p. 615. et *Wetstenii* N. T. T. I. p. 634. et 811. *Suid.* ἀνασείω· ἀναπείθω, ἢ πρὸς μάχην ἐρεθίζω. *Hesych.* ἀνασείοις· ἀναπείθοις.

ἈΝΑΣΚΕΥΆΖΩ, fut. *άσω*, et ἈΝΑΣΚΕΥΆΖΟΜΑΙ,

1. proprie: *supellectilem loco moveo* (*Hesych.* ἀνασκευάζειν· μετατιθέναι, scil. τὰ σκεύη,), *vasa colligo*, ab ἀνὰ et σκεῦος *vasa*, *supellex*. Sic *Thucyd.* I, 18. καὶ ἀνασκευασάμενοι ἐς τὰς ναῦς ἐμβάντες, ubi Schol. ἀνασκευασάμενοι· τὰ σκεύη ἀναλαβόντες.

2. speciatim, ut ἀναζευγνύω, de *iis* dicitur, *qui vasis collectis alio migrant et proficiscuntur*, v. c. *Xenoph.* Cyrop. VIII, 5. 3. ὅταν δὲ ἀνασκευάζωνται, συντίθησι μὲν ἕκαστος τὰ σκεύη. *Hesych.* ἀνασκευαζόμενοι· μετοικιζόμενοι. *Suid.* ἀνασκευασάμενοι. ἀπάραντες. Hinc

3. *diruo, vasto, deleo, destruo, everto. Thucyd.* IV, 116. τὴν Λήκυθον καθελὼν καὶ ἀνασκευάσας. *Xenoph.* Cyrop. VI, 2. 10. *Onom. Vet. Destruo*, ἀνασκευάζω· *Gloss. Destruit*, καταλύει, ἀνασκευάζει. Confer *Rhoer.* Ferias Daventrienses p. 64. Hinc

4. *labefacto, perturbo, perverto, corrumpo*, quocunque tandem modo hoc fiat, maxime *animos falsa doctrina imbuo et corrumpo*. Act. XV, 24. ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν perdentes mentes vestras, h. e. labefactantes, incertos ac dubios reddentes animos vestros, et ita felicitatem vestram minuentes: posset etiam reddi: *abducentes vos a veritate*. Confer *Krebs.* Obss. Flav. p. 229. et *Wetstenii* N. T. T. II, p. 550.

ἈΝΑΣΠΆΩ, fut. *άσω*, *retraho, sursum traho, extraho*, ex ἀνὰ et σπάω *traho*. Luc. XIV, 5. καὶ οὐκ εὐθέως ἀναστάσει αὐτόν; nonne statim eum retrahet? Act. XI, 10. πάλιν ἀνεσπάσθη ἅπαντα εἰς τὸν οὐρανὸν deinde omnia in cœlum rursus sublata sunt. Sæpius non legitur in N. T. Alex. usi sunt pro הֶעָלָה Habac. I, 15. *Joseph. A. J.* II, 11. 2. ἐκ τοῦ φρέατος ἀνέσπασαν ὕδωρ.

ἈΝΆΣΤΑΣΙΣ, εως, ἡ, 1. et proprie: *erectio, resurrectio jacentis, sedentis*, vel *lapsi*, ab ἀνίστημι, *erigo. Etym. M.* ἄνω στάσις ἤτοι ἔγερσις. Hinc etiam קִימָה *surrectio* Thren. III, 63. et קוּם Zeph. III, 8. in vers. Alex. respondet.

2. *futura communis resurrectio mortuorum, resurrectio a morte*, ita, ut partim addantur vel verba τῶν νεκρῶν, v. c. Matth. XXII, 31. Act. XVII, 32. XXIII, 6. vel ἡ ἐκ νεκρῶν, ut plene legitur Luc. XX, 35. Act. IV, 2. partim simpliciter ponatur, Matth. XXII, 23. Marc. XII, 18. Luc. XX, 27. 36. 1 Cor. XV. 12. Joh. XI, 24. Hæc autem futura hominum omnium resurrectio eodem sensu ἀνάστασις vocatur, quo Christi post triduum mortis in vitam reditus semper ἀνάστασις appellatur a Scriptoribus N. T. Act. I, 22. II, 31. IV, 33. Rom. I, 4. 1 Petr. I, 3. III, 21.

3. *auctor resurrectionis, qui homines resuscitare et iis vitam reddere valet*. Joh. XI, 25. ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή mihi est potestas a Deo data homines in vitam revocandi. Metonymiæ hujus exempla multa sunt in N. T. v. c. Deut. XXX, 20. כִּי הוּא חַיֶּיךָ וְאֹרֶךְ יָמֶיךָ.

4. *status hominum et conditio post resurrectionem e mortuis, qualiscunque demum illa sit*. Matth. XXII, 28. ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει in futura igitur vita. ib. v. 30. ἐν τῇ γὰρ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν οὔτε ἐκγαμίζονται. Marc. XII, 23.

5. *felicitas æterna, quæ olim piorum resurrectionem excipiet*, ita, ut antecedens positum sit pro consequente. Dicitur autem a Scriptoribus N. T. vel simpliciter ἀνάστασις, Rom. VI, 5. coll. 2 Tim. II, 18. vel

ἡ ἀνάστασις τῆς ζωῆς, (2 Macc. VII, 14. coll. v. 36. ἀνάστασις εἰς ζωὴν Ib. XII, 43.) Joh. V, 29. vel ἀνάστασις τῶν δικαίων, Luc. XIV, 14. et ei opponitur ἀνάστασις τῆς κρίσεως, Joh. V, 29.

6. *auctor felicitatis.* Luc. II, 34. οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ hic auctor felicitatis et miseriæ multorum Judæorum evadet. Confer *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 304.

'ΑΝΑΣΤΑΤΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, quo Græci vulgo in notione *evertendi* et *vastandi* utuntur, proprie

1. significare videtur *ejicio aliquem sedibus suis*, quasi ἀνάστατον ποιῶ, certe ἀνάστατος Græcis dicitur, *qui, sedibus suis pulsus, vagus oberrat. Isocrat.* Panegyr. c. 31. τοὺς ὁμόρους ἀναστάτους ποιήσαντες. *Ælian.* V. H. III, 43. ἀνάστατοι ἐγένοντο. Vide *Wetstenii* N. T. T. II, p. 561. Hinc in universum de iis usurpatur, *qui alios quocunque modo a statu suo et conditione dimovent*, et tunc metaphorice partim est:

2. *perturbo civitatem, ad tumultum et seditionem concito*, die burgerliche Ruhe und Ordnung ſtöhren, *to disturb the civil order and tranquillity.* Act. XVII, 6. οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατοῦντες qui perturbaverunt hucusque totum imperium Romanum. ibid. XXI, 38. ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας qui non ita longe excitavit seditionem; partim

3. *perturbo animos hominum erroribus spargendis et disseminandis, dubium et incertum reddo*, quod interdum etiam ταράσσειν dicitur. Galat. V, 12. οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς qui vobis circumcisionem suadent, coll. v. 10. Sæpius non legitur in N. T.— *Hesych.* ἀναστατοῦντας· ἀνατρέποντας.

'ΑΝΑΣΤΑΥΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω. Errant in constituenda hujus verbi notione interpretes, qui, præeunte *Syro* interprete, et emphaseos nescio cujus causa, ei significationem *rursus cruci affigere* dederunt, ne scilicet syllaba periret. Nam partim recte jam monuit *Fischerus* de Vitiis Lexicorum N. T. Prol. I. p. 20. particulam ἀνὰ in plerisque verbis compositis vi carere omni, ut particulam *re* apud Latinos, v. c. ἀνέρεσθαι, *Homer.* Odyss. I, 231. ἀνερωτᾷν, *Xenoph.* Cyrop. I, 4. 3. ἀνεγείρειν, *Zosim.* III, 34. *redire, Sallust.* Jugurth. IV, 9. ubi vid. *Cort. reposcere, Flor.* II, 15. 12. et *remiscere. Horat.* A. P. 151. partim ipsa usus loquendi, quemadmodum rei ratio, docet, ἀνασταυροῦν Græcis simpliciter esse *crucifigere, in crucem agere* aut *palo adfigere. Gloss.* enim *Vett.* ἀνασταύρωσις· *suspendium. Hesych.* ἀνεσκολόπισαν· ἀνεσταύρωσαν. *Suid.* ἀνεσταυρώθη· ἀνεσκολοπίσθη. *Polybius* Hist. I, 11. Καρχηδόνιοι τὸν μὲν στρατηγὸν αὐτῶν ἀνεσταύρωσαν. Ib. V, 54. 6. *Lucian.* Prometheus cap. 1. Tom. I, p. 186. ed. *Reitz.* Confer *Schwarzii* Commentarios L. Gr. p. 101. et *Krebs.* Observatt. Flav. p. 375. Nec aliam notionem postulat locus Hebr. VI, 6. ἀνασταυροῦντες ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ filium Dei quasi in crucem agentes, h. e. contumeliose tractantes, repudiando et rejiciendo ejus doctrinam, ubi ipse *Chrysost.* male ἀνασταυροῦν per ἄνωθεν σταυροῦν explicavit. Vide quæ ad h. l. disputavit *I. H. Maius* in Obss. SS. IV, p. 30.

'ΑΝΑΣΤΕΝΑ'ΖΩ, fut. άξω, 1. *ingemisco, suspiro, gemo*, nec differt a simplici στενάζω, quod tamen visum est nonnullis Lexicographis, qui *sursum, alte ingemiscere* verterunt. Non solum enim respondet Hebraico נאנח, quo simpliciter *gemitus* ac *suspiratus* indicatur, ideoque ab Alex. Intt. verbo στενάζειν Thren. I, 8. 21. æque ac voce ἀναστενάζειν Thren. I, 4. expressum est, sed etiam ab ipsis codicum N. T. librariis utrumque verbum permutatum invicem reperitur, ut docuit Celeb. *Fischer.* de Vitiis Lexicorum N. T. Prol. V, p. 7. seqq.

2. ex adjuncto: *irascor, indignor, ægre fero.* Marc. VIII, 12. καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι et valde iis indignatus.

'ΑΝΑΣΤΡΕ'ΦΩ, fut. ψω, 1. et pro-

prie: *inverto, subverto, everto*, idem quod ἀνατρέπω, cum quo in codicibus haud raro permutari solet. *Hesych.* ἀναστρέφειν· ἀνατρέπειν. ἀνατρέπειν· ἀναστρέφειν. Joh. II, 15. καὶ τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε (in codd. quibusdam ἀνέτρεψε legitur, probante *L. Bos* in *Exercitt. philol.* p. 60. contra quem disputarunt *Kypke* et *Alberti* in Obss. ad h. l.) et mensas eorum subvertit. *Polybius* Hist. V, 9. *Isocrates* Orat. ad Philippum p. 212. ἀλλὰ μεταναστατέον καὶ ἀναστρεπτέον ἅπαντα ταῦτ' ἔστιν. Alia loca veterum collegit *Schelhornius* in *Bibl. Brem.* Cl. VII, p. 73.

2. ἀναστρέφομαι *iter facio, proficiscor per aliquam regionem, sum et versor in aliquo loco.* Matth. XVII, 22. ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ per Galilæam autem iter facientibus, coll. Marc. IX, 30. παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας. In versione Alex. τῷ הָלַךְ et הִתְהַלֵּךְ eodem sensu respondet, Jos. V, 5. Ezech. XIX, 6. *Polyb.* III, 33. καθ' οὓς καιροὺς ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τόποις ἀνεστρέφετο. *Hesych.* ἀναστρεφόμενος· περιερχόμενος. Confer *Wetstenii* N. T. T. I. p. 438.

3. per ellipsin pronominis ἑαυτὸν, *redeo, revertor.* Act. V, 22. ἀναστρέψαντες δὲ ἀπήγγειλαν reversi nunciarunt. Ibid. XV, 16. μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω, ubi tamen ἀναστρέψω pleonastice positum est, coll. Amos IX, 11. Sic *Ælian.* V. H. II, 14. ἀναστρέφουσαι αἱ ὧραι. *Polyb.* IV, 11. 2. Nec ignota fuit hæc notio Alex. intt. qui verbo ἀναστρέφειν centies Hebraicum שׁוּב expresserunt, Genes. VIII, 7. 9. 1 Sam. III, 5. Zach. VII, 14.

4. ἀναστρέφομαι metaphorice *rationem vivendi et agendi* indicat, et idem est ac Latinorum *versari, se gerere.* 2 Cor. I, 12. ὅτι ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ quod gessi me hucusque inter vos virum bonum et simplicem. Ephes. II, 3. ἀνεστράφημεν ποτὲ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν vitam olim pravis nostris cupiditatibus consentaneam agebamus. 1 Tim. III, 15. πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι familiæ Dei s. ecclesiæ curam gerere. 1 Petr. I, 17. 2 Petr. II, 18. Usi sunt etiam Græci Scriptores verbo hoc de *iis, qui in negotiis versantur* aut *artem aliquam manuariam exercent. Polyb.* Hist. I, 14. τοὺς ἐν πράγμασι ἀναστρεφομένους. *Arrian. Epict.* IV, 4. *Epictet.* c. 20. οἷον σκυτικὴ περὶ δέρματα ἀναστρέφεται. Eodem sensu הָלַךְ et הִתְהַלֵּךְ. Prov. XX, 8. ὃς ἀναστρέφεται ἄμωμος ἐν δικαιοσύνῃ. Sirac. XXXVIII, 29. ἀναστρεφόμενος ἐν ἔργοις αὐτοῦ. Conf. *Schweighæuser. Lex. Polyb.* p. 40.

5. ἀναστρέφομαι *sortem habeo, fata experior,* in utramque partem. In malam partem sumitur Hebr. X, 33. κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες qui iisdem calamitatibus et afflictionibus premebantur. coll. Hebr. XIII, 7. Confer ἀναστροφή.

Ἀ̓ΝΑΣΤΡΟΦἨ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *inversio, eversio, conversio, subversio,* sed hæc notio tantum apud Græcos Scriptores obvia est, v. c. *Polyb.* IV, 54. 4. X, 21. 2.

2. *locus ubi aliquis est et versatur:* quam notionem e Græcis Scriptoribus comprobavit *Abreschius* ad *Æschylum* Lib. III, p. 3.

3. *vitæ genus ac modus, vivendi et agendi ratio, mores, vitæ instituta,* in utramque partem. Galat. I, 13. τὴν ἐμὴν ποτὲ ἀναστροφὴν ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ quomodo me olim Judæus gesserim. 1 Tim. IV, 12. ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ. Jacob. III, 13. καλῆς ἀναστροφῆς. 1 Petr. I, 15. et 18. ἐκ τῆς ματαίας ἀναστροφῆς. II, 12. III, 1. διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναστροφῆς puris et castis uxorum moribus. v. 2. ἁγνὴν ἀναστροφήν. v. 16. τὴν ἀγαθὴν ἐν Χριστῷ ἀναστροφήν. 2 Petr. II, 7. ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς. ibid. III, 12. Tob. IV, 14. ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ. *Polyb.* IV, 82. *Arrian. Epict.* I. 9, IV, 7. *Gloss. Vet.* ἀναστροφή· διαγωγὴ, βίος. *Hesych.* ἀναστροφῆς· ζωῆς. Cæterum etiam Græcos Scriptores hanc vocem ita usurpasse, ut *omnem vitæ instituendæ et cum aliis hominibus vivendi rationem, familiaritatem adeo et conversationem* significaret, multis docuit *Wesseling.* in Diatribe

de Judæorum Archontibus, cap. 2. p. 14.

4. *sors, fata, quæ aliquis per omnem vitam suam experitur*, sive *adversa*, sive *lætiora*. Hebr. XIII, 7. ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, ubi, ut omnis orationis series docet, ἀναστροφὴ *calamitates, quas aliquis perfert, adversa quæ quis subit*, τὴν κακὴν ἀναστροφήν, ut auctor 2 Macc. V, 8. loquitur, significat.

'ΑΝΑΤΑ'ΣΣΟΜΑΙ, fut. άξομαι, idem quod συντάσσομαι, *compono, in ordinem redigo*, ab ἀνὰ et τάσσω *ordino*. Proprie quidem de militibus usurpatur, sed deinde etiam ad alia transfertur. Sic v. c. Luc I, 1. ἀνατάξασθαι διήγησιν *componere, contexere, ordine quodam perscribere narrationem*. *Vulgatus* voce militari *ordinare* usus est. *Syrus:* ܟܬܒ *scribere*. Sæpius non legitur. Respexerunt fortasse hunc locum *Hesychius* et *Suidas*, qui ἀνατάξασθαι per εὐτρεπίσασθαι *concinnare* interpretati sunt.

'ΑΝΑΤΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ et *transitive* et *intransitive* usurpatur in N. T. libris. *Intransitive* si sumitur, significat

1. *orior, exorior, progermino, floreo, cresco*, ita, ut æque de plantis, e terra progerminantibus, ac de sole, luna et stellis emicantibus usurpetur, atque adeo de omni *ortu* rei, quacunque ille fiat aut se habeat ratione, dicatur. Sic de aqua e terra prosiliente usus est hac voce *Ælian.* V. H. XIII, 16. de plantis *Theoph.* Caus. Plant. III, c. 7. et *Josephus* A. J. I, 1. 1. κατ' αὐτὴν δὲ τὴν ἡμέραν εὐθὺς φυτά τε καὶ σπέρματα γῆθεν ἀνέτειλε. *Suid.* ἀνατεῖλαι δοτικῇ, ἀνθῆσαι, ἐκ μεταφορᾶς τῶν βοτανῶν: de stellis et sideribus Num. XXIV, 17. *Polyb.* IX, 15. 10. Matth. IV, 16. φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς magna lux affulsit aut sol exortus est ipsis. ibid. XIII, 6. ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος sole autem exorto. Marc. XVI, 2. ἀνατείλαντος ἡλίου cum sol oriri inciperet, ob antecedens λίαν πρωΐ. Luc. XII, 54. ὅταν ἴδητε νεφέλην ἀνατέλλουσαν ἀπὸ δυσμῶν si videritis nubem ab occasu ascendentem. Jacob. I, 11. 2 Petr. I, 19.

2. metaphorice: *nascor, ortum habeo*. Hebr. VII, 14. ὅτι ἐξ 'Ιούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν Jesum Christum e tribu Juda natum esse. *Hesych.* ἀνατέταλκεν· ἀνέτειλεν. Quonam vero respectu Christo ἀνατολὴ tribuatur in loco Pauli laudato, certo evinci non potest. In V. T. enim cum sole æque ac cum germine comparabatur, ut sub ἀνατολη demonstrabitur.

3. *Transitive: jubeo exoriri et affulgere, oriri facio*. Matth. V, 45. τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς solem suum affulgere jubet probis et improbis. Videtur quidem hic usus verbi ἀνατέλλειν ex Hebraica lingua repeti debere, nam verba neutra apud Hebræos sæpius habent notionem Hiphilicam. Gen. III, 18. ἡ γῆ ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι. ibid. II, 9. Ps. XIV, 8. Ies. LXI, 11. Judd. XVI, 3. 14. 1 Sam. VIII, 22. nec tamen negari potest, etiam reliquos Scriptores Græcos sæpius ita locutos esse, v. c. *Pindar.* Isthm. Od. VI, v. 110. seq. *Eurip. Herc. Fur.* v. 686. Confer *Barnes.* ad *Eurip.* Ion. v. 1596.

'ΑΝΑΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. θήσω, 1. proprie; *impono alteri aliquid:* et medium ἀνατίθεμαι de re aut *onere* usurpatur, *quod sibi aliquis in humeros suos ferendum imponit*. Hanc in rem est locus *Ælian.* V, H, III, 22. de Æneа: τὸν πατέρα ἀναθέμενος ὤμοις ἔφερεν.

2. *repono, suspendo, pono in loco edito, consecro*, et κατ' ἐξοχὴν de donariis dicitur, quæ suspendebantur e parietibus templorum, quæ inde ἀναθήματα, vocantur. Eleganter itaque usi sunt hac voce Alexandrini pro תְּצִיג 2 Sam. VI, 17. et תְּחֵרִים Levit. XXVII, 28. 29. *Philostrat.* vit. Sophist. I, 9. 2. χρυσοῦς ἀνετέθη τοῦ Πυθίου ἱεροῦ. *Polyb.* I, 86. 6. ubi vide *Schweighæuserum*.

3. Medium ἀνατίθεμαι *expono*, seu *propono alicui rem, communico aliquid cum altero deliberandum*. Act. XXV,

14. Φῆστος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο τὰ κατὰ τὸν Παῦλον Festus regi proposuit omnem causam Pauli. Galat. II, 2. ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον, h. e. examinandam ipsis proposui doctrinam, quam inter paganos tradere soleo, *Vulg.* bene: *contuli cum iis.* Sic *Artemidor.* Onirocrit. II, 64. ἀνατιθέμενος τινὶ τῶν ἐπιστημόνων τὸ ὄναρ. *Heliodor.* II, 21. *Aristoph.* Nub. 1455. 2 Maccab. III, 9. ἀνέθετο περὶ τοῦ γεγονότος ἐμφανισμοῦ. *Hesych.* ἀνεθέμην· ὡμολόγησα.

ἈΝΑΤΟΛΗ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *ortus, exortus, actus oriendi,* et speciatim de *ortu solis* dicitur.

2. et in singulari et in plurali numero, *oriens, plaga orientalis,* (quæ Hebraice קֶדֶם Ezech. XL, 9. et קֶדֶם Ies. IX, 11. vocatur) ita, ut omissum sit ἡλίου, quod additur *Herodot.* I, 201. p. 81. Jos. I, 15. Sic Matth. XXIV, 27. ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, ab oriente ad occidentem penetrat. Apoc. VII, 2. ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου. ibid. XXI, 13. Cæterum observandum est, numerum pluralem hujus nominis multo usitatiorem esse singulari ob ipsam cœli et ortus solis rationem, etiam apud exteros Scriptores, v. c. *Polyb.* Hist. II, 14. *Apollodor.* I, 4. 3.

3. *regio orientalis, terra orienti soli subjecta.* Matth. VIII, 11. πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσιν permulti ex omnibus terræ regionibus et gentibus venient. Etiam in Arabica lingua oriens et occidens de toto mundo habitabili, aut certe variis ejus regionibus adhibetur. Confer *Coran. Sur.* II, 114. *Hist. Timur.* p. 3. et *Elmacin hist. Saracen.* p. 239. Luc. XIII, 29. Apoc. XVI, 12. ὁδὸς τῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου. Hic vero observandum est, ἀνατολὰς respectu ad Judæam in N. T. dici *Arabiam,* inprimis *felicem,* et Hebræos omnes, qui inter Ægyptum atque Euphratem habitabant, orientales populos vocasse, atque ipsam regionem קֶדֶם appellasse. Gen. XVI, 12. XXV, 9. coll. v. 18. Job. I, 3. Jerem. XLIX, 28. Cf. *Olai Celsii Hist. Erudit. Arabum* c. 2. §. 17. et *Titmann. de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis* p. 3. Hinc lucem fœneratur locus Matth. II, 1. 2.

4. *proles, propago, is, qui ortum habet ab aliquo.* Hanc enim notionem necessario postulat locus Luc. I, 78. ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ὑμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους: ubi, ut omnes consentiunt interpretes, ἀνατολὴ ἐξ ὕψους Christus vocatur quatenus de cœlo venit in has terras (Joh. III, 13.) insigni beneficio divino hominibus concessus. Sed in eo dissentiunt, an in hac formula metaphora petenda sit a *surculo ex radice arboris propullulante,* (ἀνατολὴ autem interdum *surculum* notat, v. c. Zach. VI, 12. ab ἀνατέλλειν *progerminare,* de quo supra expositum est.) Solent etiam Hebræi liberos cum surculis s. ramis comparare. Vide Ies. LX, 21. Jer. XXIII, 5. XXXIII, 15. Eodem modo ἀποβλάστημα (apud *Platonem* in *Sympos.* p. 1197. μὴ θαύμαζε, εἰ τὸ αὐτοῦ ἀποβλάστημα φύσει τῶν τιμᾷ) et *germen* (apud *Ovid. Metam.* IX, 280.) de liberis adhibetur. Vide *Wetsten. N. T.* T. I, p. 657.) qui Hebraice צֶמַח vocatur, quo ipso vocabulo usos esse prophetas V. T. de Messia ex locis Ies. IV, 2. Zach. III, 8. VI, 12. plerique statuunt, aut a *sole,* omnem terrarum orbem luce sua collustrante, (Certe Ies. LX, 19. ἀνατολὴ apud Alexandrinos Hebraico נֹגַהּ *splendor* respondet, ut adeo commode verti possit h. l. *splendor ex alto.*) ob illa loca N. T. haud pauca, in quibus Christus se ipsum φῶς τοῦ κόσμου appellat. Ego nihil quidem definire audeo, nec tamen negari posse arbitror, Hebraicum צֶמַח cui ἀνατολὴ in vers. Alex. haud raro respondet, omnino sæpe *filium, posteros* significare. Cf. Jer. XXIII, 5. ἀναστήσω τῷ Δαβὶδ ἀνατολὴν δικαίαν (צֶמַח צַדִּיק), coll. XXXIII, 15. et Ies. XI, 1.

ἈΝΑΤΡΈΠΩ, fut. ψω, 1. proprie:

everto, subverto, v. c. ἀνατρέπειν τὰς πόλεις: interdum etiam *prosterno*. *Xenoph. Hist. Gr.* II, 4. 10. *Hesych.* ἀνατρέπειν· ἀναστρέφειν. *Suid.* ἀνατραπέντες· σκελισθέντες, συμπεσόντες.

2. metaphorice: *dejicio de statu, corrumpo, labefacto*. i. q. καταστρέφω. 2 Tim. II, 18. ἀνατρέπουσι τὴν τινῶν πίστιν et quorundam fidem ita labefactant, ut jactura eorum necessaria sit. Tit. I, 11. 18. οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι qui integras familias corrumpunt, dissidia scil. aut errores spargentes. Sæpius in N. T. non legitur. Opportune notavit *Palairet.* in *Obss. Phil. Crit.* p. 471. locum *Diod. Sic.* Lib. I, 77. p. 88. τὴν μεγίστην τὴν παρ' ἀνθρώποις πίστιν ἀνατρεπόντων. Alia loca dedit *Wetstenius N. T.* T. II. p. 359. et *Schweighæuser.* in *Lex. Polyb.* p. 42.

'ΑΝΑΤΡΕ'ΦΩ, fut. θρέψω, 1. *enutrio, alo, educo*, ex ἀνὰ et τρέφω *alo*. Act. VII, 20. ὃς ἀνετράφη μῆνας τρεῖς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ et nutritus fuit tres menses in domo patris sui. ibid. v. 21. καὶ ἀνεθρέψατο αὐτὸν ἑαυτῇ εἰς υἱὸν ut filii loco educaret. Sapient. VII, 4. ἐν σπαργάνοις ἀνετράφην. Vis præpositionis ἀνὰ in hoc verbo nulla videtur, quam tamen quidam urgent, præcipientes, ἀνατρέφειν, ut nostrum aufziehen, *to bring up*, significare: *alendo et nutriendo faceré, ut aliquis augescat et in majorem molem exsurgat*: nam τρέφειν eandem significationem habet. Cf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 2. p. 37. Sed non solum de ea parte educationis, quæ est in alendo et nutriendo, usurpatur, sed de universa, adeoque etiam de παιδεύσει, ut Latinum *educare*. Hinc

2. *instituo, formo, effingo*. Sic Act. XXII, 3. ἀνατεθραμμένος ἐν τῇ πόλει παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ educatus in hac ipsa urbe in schola Gamalielis. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 609.

'ΑΝΑΦΑΙ'ΝΩ, fut. ανῶ, *ostendo, manifesto, in lucem profero, spectandum prodo*: *Polyb.* V, 22. 10. et ἀναφαίνομαι *appareo, conspicuus fio, manifestus reddor*, (*Aquil.* Deut. XXXIII, 3. Alex. Job. XI, 18. XIII, 18. XL, 3.) *solemni et adspectabili modo venio et adsum*. Sic *Xenoph. Mem.* IV, 3. 4. ἄστρα ἐν τῇ νυκτὶ ἀνέφηναν. *Suid.* ἀναφαίνεις· φανερὰ ποιεῖς. ἀναφῆναι· ἐκφῆναι. Illustrari exinde possunt duo illa loca N. T. in quibus tantum hæc vox legitur. Alter est Luc. XIX, 11. ὅτι παραχρῆμα μέλλει ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἀναφαίνεσθαι illico solemni et adspectabili modo Messiam regnum suum esse instauraturum, coll. XVII, 20. Alter vero reperitur Act. XXI, 3. ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον cum e longinquo Cyprum conspexissemus. (Dicitur enim ἀναφαίνειν τὴν γῆν nauta, cum e longinquo terram continentem detegit, et ipsa terra, quæ detegitur, a nautis ἀναφαίνεσθαι. *Apollod. Biblioth.* I, 9. 26. τῷ δὲ παρὰ προσδοκίαν ἀναφανῆναι, προσορμισθέντες Ἀναφὴν ἐκάλεσαν. Conf. *Abresch. Dilucidd. Thucyd.* p. 521. et *Wetstenii N. T.* T. II, p. 601.) Syros sensum non male expressit, habet enim: ܡܛܝܢ ܠܕܘܟܐ ܠܘܬ ܩܘܦܪܘܣ cum pervenissemus Cyprum. Cæterum, qui quam varie hic locus ab interpretibus pariter ac librariis tractatus fuerit, scire cupiat, is adeat *Wolfii Curas Philolog. et Crit.* T. I. p. 1315. et *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 324. seq.

'ΑΝΑΦΕ'ΡΩ, fut. ἀνοίσω, aor. 1. ἀνήνεγκα. Verbum anomalon:

1. proprie significat: *sursum fero, sursum duco, e loco inferiori tollo in altum*. Matth. XVII, 1. καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν et subduxit eos in montem altum. Marc. IX, 2. *Polyb.* VIII, 31. 1. Hinc ἀναφέρεσθαι de Christi in cœlum abitu usurpatur Luc. XXIV, 51. καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανὸν et in cœlum paulatim tollitur.

2. metonymice: *sacrificium offero, offero, sacrifico*, ita, ut vel vox θυσίας addatur, v. c. Hebr. VII, 27. πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν θυσίας ἀναφέρειν. ibid. XIII, 15. ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως. 1 Petr. II, 5.—vel omittatur, v. c.

Jacob. II, 21. ἀνενέγκας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον postquam Isaacum filium aræ mactandum admoverat. Scilicet victimæ solebant attolli in locum superiorem aræ, ad quam per gradus ascendendum erat: propterea Scriptores N. T. non solum verbo ἀναφέρειν usi sunt in re sacrificiali, sed etiam a Judæis ipsa victima, hoc modo oblata, עוֹלָה dicebatur, ab עָלָה *ascendere*, quod substantivum per ἀναφορὰν Alexandrini Ps. L, 20. et *Symmachus* Job. XLII, 8. transtulerunt. Ipsam vocem ἀναφέρειν quod attinet, eandem ejus significationem retinuerunt Alexandrini pro חֲבִיא 2 Paral. XXIX, 31. הוֹבִיל, Ies. XVIII, 7. עָשָׂה, 1 Regg. XII, 27. עָלָה in Hiph. Judd. VI, 26. Ex hac vero notione orta est alia, ut nempe

3. *auferre, tollere*, et ex adjuncto, *expiare* significaret, non sine respectu ad victimas, ad quas ab Judæorum sacerdotibus peccata populi transferebantur, Levit. XVI. 22. ut hoc ritu symbolico de remissione peccatorum certiores redderentur, ut supra ad αἴρω jam observatum est. Sic legitur Hebr. IX, 28. Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας Christus semel Deo oblatus ad tollenda et expianda peccata multorum. 1 Petr. II, 24. ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον cum nostra scelera corpore suo in cruce expiavit. Ies. LIII. 12. וְהוּא חֵטְא־רַבִּים נָשָׂא Alex. αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκεν. Respondet adeo Hebr. חָטָא *expiavit*. Levit. VI. 26.

ἈΝΑΦΩΝΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *exclamo, pronuncio, alta voce pronuncio.* Semel tantum legitur in N. T. Luc. I, 42. καὶ ἀνεφώνησε (in quibusdam codd. ἀνεβόησε) φωνῇ μεγάλῃ, et magna voce exclamavit. Alex. pro הַשְׁמִיעַ 1 Chron. XV, 28. 2 Chron. V, 13. usi sunt. *Mœris:* ἀνακεκραγέναι Ἀττικῶς, ἀναφωνῆσαι, Ἑλληνικῶς. Vide Intt. ad *Thom. Mag.* s. v. ἀνακραγεῖν.

ἈΝΆΧΥΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *effusio, profusio*, ab ἀναχύω, quod idem significat, ac ἀναχέω *effundo, profundo.*

2. *colluvies, confluxus aquarum*, maxime, *putridarum et sordidarum, palus, sentina*, ut ex *Strabone* III, p. 206. docuit *Elsnerus* in *Obss. S. T.* II, p. 410. Vide etiam *Wetstenii N. T.* T. II, p. 693.

3. metaphorice: *omne, quod abominabile, turpe et inhonestum est.* 1 Petr. IV, 4. μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν non ruentibus vobis in eandem scelerum sentinam, seu, non concurrentibus vobis ad easdem luxuriæ sordes et inquinamenta. *Hesychius*, hunc locum sine dubio respiciens, ἀνάχυσιν· ῥυμὸν, βλακείαν, i. e. sordes, mollitiem, ῥυμὸν autem alibi μολυσμὸν, ῥύπον et μίασμα interpretatur. *Suid.* ex h. l. ἀνάχυσιν· βλακείαν, ἔκλυσιν, quem secuti multi interpretes ἀνάχυσιν l. l. de ipsa mollitie animi viriumque solutione interpretati sunt.

ἈΝΑΧΩΡΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *recedo, regredior, pedem refero, redeo, revertor:* unde a quibusdam grammaticis explicatur εἰς τοὔπισθεν βαδίζω, ut multis exemplis docuit *Stephanus* in *Thes. G. L.* T. IV, p. 672. Matth. II, 12. δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν alia via in patriam reversi sunt. ibid. v. 13. ἀναχωρησάντων αὐτῶν postquam illi redierant. Matth. IV, 12. ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, coll. Luc. IV, 14. ὑπέστρεψεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Vid. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 249.

2. *abeo, discedo, secedo.* Matth. IX, 24. ἀναχωρεῖτε discedite. ibid. XV, 21. ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος profectus est in tractum Tyri et Sidonis. ib. XXVII, 5. Marc. III, 7. Joh. VI, 15. Act. XXVI, 31. καὶ ἀναχωρήσαντες ἐλάλουν πρὸς ἀλλήλους et secedentes locuti sunt hoc inter se. *Polyb.* I, 11. 15. et XXXIII, 11. 4.

3. *fugio, secedo, salutis, securitatis et incolumitatis causa.* Matth. II, 14.

καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον, coll. v. 13. καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, ib. v. 22. ἐφοβήθη — ἀνεχώρησεν. XII, 15. coll. v. 14. XIV, 13. coll. v. 12. Sic apud *Herodian.* I, 3. 13. ἀνακεχωρήκεσαν δέει τῆς παρουσίας τοιούτου βασιλέως, ubi conf. *Irmisch. Homer. Iliad.* XVII, v. 729. Unde haud raro in vers. Alex. Hebraicis verbis בָּרַח, Exod. II, 15. Hos. XII, 12. et נוּס, 1 Sam. XIX, 10. 2 Sam. IV, 4. respondet.

4. *abire et secedere jubeo, seduco.* Act. XXIII, 19. καὶ ἀναχωρήσας κατ' ἰδίαν seducens eum seorsim. Eodem sensu apud Græcos ἀναχωρίζω sumitur, v. c. apud *Xenoph. Cyrop.* VII, 1. 20. *Anab.* V, 2. 9. *Suid.* ἀναχωρίζει ἀντὶ τοῦ ἀναχωρεῖν ποιεῖ Ξενοφῶν.

ΑΝΑΨΥΞΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *refrigeratio post æstum, refrigerium, quo recreantur qui æstu fessi sunt, refocillatio, respiratio,* a ψυχὴ *halitus,* ut Hebr. רְוָחָה a רוּח, unde Vulgatus, etymologiam premens, Act. III, 19. voce *refrigerium* usus est. Deinde

2. *omnis refectio virium, recreatio, remissio corporis post exantlatos labores molestos, liberatio a malis.* Sic רְוָחָה Exod. VIII, 11. Hinc

3. *omnis felicior, quietus et tranquillus status et conditio.* Act. III, 19. ubi καιροὶ ἀναψύξεως sunt *tempora felicissima Messiæ,* et sensus loci est: *ut participes reddamur felicitatis, per Christum hominibus partæ.* — *Hesych.* ἀνάψυξις· ἀνάπαυσις.

ΑΝΑΨΥΧΩ, fut. ξω, 1. proprie: *refrigero aliquid nimio æstu exsiccatum, respiro.* [Bion. Id. I. 40.] *Gellius, N. A.* XIII, 29.

2. *quietem do, reficio, recreo a gravibus et molestis laboribus vel me, vel alios.* Alexandrini usi sunt hac voce ad exprimendum Hebr. נָפַשׁ, quod de omni recreatione a laboribus et molestiis hujus vitæ usurpatur, Exod. XXIII, 12. 2 Sam. XVI, 14. interdum etiam pro רָוַח *respiravit,* 1 Sam. XVI, 23. et אָבְלִיג *recreavit, confortavit se.* Ps. XXXIX, 13. *Herodot.* in *Polymnia* c. 59. 25. ἐς τοῦτον τὸν αἰγιαλὸν καταισχόντες τὰς νέας, ἀνέψυχον ἀνελκύσαντες. *Hesiod. Opp.* v. 608. Cf. *Wesseling.* ad *Diod. Exc.* T. II, p. 627.

3. *recreo, beneficiis afficio.* 2 Tim. I, 16. πολλάκις με ἀνέψυξεν multa ab eo in me redundarunt beneficia. Servavit nobis plures hujus vocis notiones *Hesych.* ἀναψύξαι· ἀνεμίσαι.—ἀναψύχειν· ῥιπίζειν.—ἀναψύχοντα· ἀναπνέοντα. —ἀναψυχῆναι· ἀναπαύσασθαι.—ἀνέψυξεν· ἀνέπαυσεν, quibus glossis an ad ullum Scriptt. sacr. locum respexerit, ob loca Scriptorum Græcorum plurima, in quibus hæ significationes occurrunt, v. c. *Xenoph. Anab.* I, 5. 6. VII, 1. 8. jure dubitari potest.

ΑΝΔΡΑΠΟΔΙΣΤΗΣ, οῦ, ὁ, Græcis dicitur *plagiarius, qui variis pravis artibus hominem liberum furatur et allectum aliis servum vendit.* Interdum autem latiori sensu sumtum non solum *eum, qui liberum hominem in servitutem abducit,* sed etiam, *qui aliorum servos et servas rapit et vendit,* significat. *Julius Pollux Onom.* III, 8. ὁ τὸν ἐλεύθερον καταδουλωσάμενος ἢ τὸν ἀλλότριον οἰκέτην ὑπαγόμενος. Reperitur hoc vocabulum in *Aristoph. Plut.* v. 521. ubi Schol. εἴρηται δ' ἀνδραποδιστὴς παρὰ τὸ ἄνδρας ἀποδίδοσθαι τοῦτ' ἔστι πωλεῖν — οὐ μόνον τοὺς ἐλευθέρους δι' ἀπάτης ἀπάγων εἰς δουλείαν, ἀλλὰ καὶ ὁ τοὺς δούλους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀποσπῶν εἰς ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ ἀπαγαγεῖν ἀλλαχοῦ καὶ διαπωλῆσαι. Idem *Etym. M.* Descendit ab ἀνδράποδον *servus, mancipium.* Hinc ἀνδραποδίζειν *in servitutem redigere, captivum abducere,* αἰχμαλωτίζειν, βιάζειν, *Hesychio* interprete. Semel tantum hæc vox in N. T. occurrit, 1 Tim. I, 10. ἀνδραποδισταῖς, quibus mulctam mortis destinaverant leges Mosaicæ Exod. XXI, 16. Deut. XXIV, 7. Cf. *Marklandus* ad *Lysiam Orat.* II, 551. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 318. et *Valesius* in *Harpocrat.* s. h. v.

ἈΝΔΡΈΑΣ, ου, ὁ, *Andreas.* Nomen proprium viri, quod originis Græcæ (Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 277.) esse videtur. Hoc nomine autem insignitus fuit unus ex duodecim Apostolis, frater Simonis Petri, (Matth. IV, 18.) natione Galilæus, oriundus ex vico Bethsaida, (Joh. I, 44.) discipulus olim *Johannis Baptistæ.* Sæpius in Evangelistarum commentariis commemoratur. Matth. X, 2. Marc. I, 16. XIII, 3. Joh. VI, 8. XII, 22. Cæterum *Epiphanius Hæres.* 47. 61. 63. commemorat *Acta Andreæ*, librum spurium, quo utebantur *Encratitæ*, *Apostolici* et *Origeniani.*

ἈΝΔΡΊΖΩ, fut. *ίσω*, *fortem* seu *virum reddo.* Notavit quidem *Stephanus* in *Thes. L. Gr.* T. I. p. 440. hanc vocem, et a *Suida* per *τὸ ἀνδρὸς τί ποιεῖν* explicari monuit, ut idem sit, quod *ἀνδρίζομαι*, sed ita, ut ipse de hac ejus notione dubitasse videatur, nec satis perspicue aliam hujus verbi notionem tradiderit. Effugit vero diligentiam viri locus in *Xenoph. Œc.* V, 4. *τοὺς δὲ τῇ ἐπιμελείᾳ γεωργοῦντας ἀνδρίζει.* Medium *ἀνδρίζομαι* (ab *ἀνὴρ*, ut הִתְאַשֵּׁשׁ Ies. XLVI, 8. ub אִישׁ) *viriliter ago, virum me præsto, mascule me gero*, quod sæpius legitur in vers. Alex. pro חָזַק in Kal et Hithp. Deut. XXXI, 6. 7. 23. Jos. X, 25. Ps. XXVII, 14. et pro אָמַץ, 2 Chron. XXXII, 7. Nahum II, 1. semel tantum in N. T. occurrit 1 Cor. XVI, 13. *στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε*, ubi *ἀνδρίζεσθαι* videtur esse; *constanter et mascule tueri et defendere religionem Christianam*, aut etiam *constanter eam observare*, partim ob seriem orationis, partim ob locum 1 Macc. II, 64. *ἰσχύσατε καὶ ἀνδρίζεσθε ἐν τῷ νόμῳ.*

ἈΝΔΡΌΝΙΚΟΣ, ου, ὁ, *Andronicus.* Nomen proprium viri Græcum. Fuit Judæo-Christianus, consanguineus Pauli et una cum Paulo aliquando in vincula conjectus ob religionem Christianam. Paulus ipse eum Rom. XVI, 7. *ἐπίσημον ἐν τοῖς ἀποστόλοις* vocat, non quod ipse fuerit e numero Apostolorum, sed, aut, quod fuerit bene notus reliquis Apostolis, aut, quod in numero doctorum fuerit, ab Apostolis rite constitutorum in singulis ecclesiis, quo sensu etiam *Titus* et *Epaphroditus* Apostoli vocantur.

ἈΝΔΡΟΦΌΝΟΣ, ου, ὁ, *homicida*, ab *ἀνὴρ vir*, et *φόνος cædes*, sed in composit. *cædem perpetrans.* Hinc *ἀνδροφονέω* et *ἀνδροφονία*, apud *Plutarch. Romul.* c. 22. Semel tantum in N. T. legitur. 1 Tim. I, 9. *πατραλῴαις καὶ μητραλῴαις, ἀνδροφόνοις.* Sæpius hæc vox apud *Homerum* (vide *Eustathium* ad Il. Ψ, p. 1398. 29.) et alios poëtas occurrit, sed usurpatur etiam in prosa, v. c. 2 Macc. IX, 28. *Dion. Hal. Ant.* I. c. 38.

ἈΝΈΓΚΛΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *qui non in jus vocari potest propter scelus manifestum, criminis expers*, aut, *qui in jus vocatur, tamen a judice absolvitur*, ab α priv. et *ἐγκαλέω in jus voco. Alberti Gloss. N. T.* p. 117. *ἀνεγκλήτους· ἀνευθύνους* (ita etiam *Hesych.*) *ἀπράγμονας.*

2. *irreprehensibilis, inculpatus, perfectus, vir vitæ sanctissimæ et inculpatissimæ*, ut loquitur *Gellius*, non sine omni tamen respectu ad judicia humana. 1 Cor. I, 8. *ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους κ. τ. λ.* Coloss. I, 22. *ἁγίους καὶ ἀμώμους καὶ ἀνεγκλήτους.* 1 Tim. III, 10. Tit. I, 6. 7. Legitur præterea etiam 3 Macc. V, 31. *Artemid. Onirocr.* V, 38. *Xenoph. Hell.* VI, 1. 4. *Mem.* II, 8. 5.

ἈΝΕΚΔΙΉΓΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *inenarrabilis, ineffabilis*, et de *eo* dicitur, *quod tantum est, ut explicari, laudari, exponi et celebrari satis nequeat*, ex α priv. et *ἐκδιηγέομαι enarro.* Semel legitur in N. T. 2 Cor. IX, 15. *ἐπὶ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ* pro ineffabili ejus beneficio. *Arrian. Exped. Alex.* p. 310. ed. *Gronovii. Hesych. ἀνεκδιήγητον· ἀνεκλάλητον, ἄῤῥητον.*

ἈΝΕΚΛΆΛΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *inenar-*

rabilis, ineffabilis, qui verbis satis exprimi nequit, et plane non differt a præcedente ἀνεκδιήγητος. Descendit autem ab ἐκλαλέω *eloquor, sermone exprimo*. In N. T. tantum legitur 1 Petr. I, 8. ἀγαλλιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ summa erit vestra felicitas. Frustra etiam quæritur, ut præcedens, in verss. Græcis V. T. *Eunap. Proæres.* τὴν ἄλογον ταύτην καὶ ἀνεκλάλητον σωτηρίαν.

ἈΝΕ΄ΚΛΕΙΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Est ἅπαξ λεγόμενον in N. T. *Inexhaustus, nunquam deficiens et cessans, qui nunquam exhauriri et consumi potest*, ab α priv. et ἐκλείπω *deficio, desino*. Luc. XII, 33. θησαυρὸς ἀνέκλειπτος ἐν τοῖς οὐρανοῖς thesaurus, qui non deficit in cœlis; futura nempe illa et æterna felicitas in cœlis. Eodem sensu apud auctorem libri Sapientiæ VII, 14. θησαυρὸς ἀνεκλιπὴς, et VIII, 18. πλοῦτος ἀνεκλιπὴς legitur. Dubitavit quidem *Jensius* in *Ferculo Litterario* p. 47. an vox ἀνέκλειπτος in ullo Scriptore Græco reperiatur, sed legitur apud *Diod. Sic.* IV, 84. χορηγίαν εἰς τροφὴν ἀνέκλειπτον, et aliis pluribus in locis, quæ collegit *Munthe* in *Obss. Philol.* e *Diod. Sic.* p. 162. Extat etiam ipsa formula Lucæ θησαυρὸς ἀνέκλειπτος apud *Stobæum Serm.* 182. p. 607. ed. *Wechel.* observante *Palaireto*. Conf. *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 332.

ἌΝΕΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, etiam ἈΝΕΚΤΟ΄Σ, ἡ, ὸν, *ferendus, tolerabilis, tolerandus*, ab ἀνέχω *tolero, perfero*. *Polyb.* XII, 9. 5. in N. T. comparativus ἈΝΕΚΤΟ΄ΤΕΡΟΣ, α, ον, *tolerabilior*, tantum legitur Matth. X, 15. ἀνεκτότερον ἔσται *non tam graviter de ea statuetur*. ib. XI, 22. Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται Tyrum et Sidonem mitius supplicium manet. ib. v. 24. tolerabilior erit conditio. Marc. VI, 11. Luc. X, 12. 14. Unus est etiam hoc comparativo *Cic.* ad *Attic.* XII, ep. 45. et positivo ἀνεκτὸν ib. XV, ep. 19. *Etym. M.* ἀνεκτά· ἀνασχετὰ, ὑπομονῆς ἄξια, ὑπομονητά. *Hesych.* ἀνεκτόν· φορητὸν, ὑπομονητικόν.—ἀνεκτοτέρων· ἐλαφροτέρων, ἡμερωτέρων.

ἈΝΕΛΕΗ΄ΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *immisericors, durus, immanis, crudelis*. Compositum est ex α negat. et ἐλεήμων *misericors*. In N. T. tantum legitur Rom. I, 31. ἀνελεήμονας, ad quem locum *Theodoret.* τοὺς τῶν θηρίων τὴν ὠμότητα μιμουμένους. *Suid.* ἀνελεήμονας· τοὺς ἀκαμπεῖς καὶ ἀνενδότους πρὸς ἔλεον. In vers. Alex. sæpius Hebr. אַכְזָר respondet, v. c. Prov. V, 9. XI, 7. XVII, 11.

ἈΝΕΜΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, *ventis agito, impello*, ab ἄνεμος *ventus*. Passivum ἀνεμίζομαι *ventis, agitor, huc et illuc jactor*, in N. T. tantum legitur Jacob. I, 6. ubi preces faciens animo dubitante et incerto similis esse dicitur κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ fluctibus marinis, qui ventis agitantur. De voce hac, rarissime, aut, quod pæne dixerim, nunquam in veterum Græcorum scriptis occurrente, copiose egit *Heisenius* in *Novis hypothes. ad Ep. Jacobi* p. 438.

Ἄ΄ΝΕΜΟΣ, ου, ὁ, 1. *ventus, aëris vaporumque in aëre existentium agitatio, ventus procellosus, secundus et adversus, aurula*. Recte deducitur ab ἄημι, *flo, spiro*. Act. XXVII. 15. ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ obniti vento adverso. Matth. VII, 25. ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι καὶ προσέπεσον τῇ οἰκίᾳ irruerunt venti procellosi in domum istam. ib. XI, 7. κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον arundinem, quavis aura, quovis ventulo agitatam. Interdum tamen adjectivum additur ad naturam venti indicandam, v. c. Matth. XIV, 24. ἐναντίος ὁ ἄνεμος. ib. v. 30. ἄνεμος ἰσχυρός. Jacob. III, 4. ἄνεμος σκληρὸς ventus vehemens, et quæ sunt reliqua.

2. metaphorice ἄνεμος dicitur *omne, quod leve est, inconstans et nullius momenti et pretii*, nam venti motus est incertus et nihil in se solidum et subsistens habet. Ephes. IV, 14. καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας et qui se dubios et incertos reddi, abripi etiam patiuntur quavis doctrina inani, a veritate plane aliena, omni adeo veri specie carente. Sic רוּחַ

sumitur Job. VI, 26. XV, 2. ut bene docuit et exemplis aliis comprobavit *Glassius* in *Philol. S.* p. 1066. ed. *Dathii*, omisso tamen loco insigni Sirac. V, 9. μὴ λίκμα ἐν παντὶ ἀνέμῳ καὶ μὴ πορεύου ἐν πάσῃ ἀτραπῷ.

3. *regio, plaga, unde venti spirant;* et οἱ τέσσαρες ἄνεμοι dicuntur κατ' ἐξοχήν quatuor terræ plagæ, unde quatuor venti cardinales (qui κατ' ἐξοχὴν οἱ τέσσαρες ἄνεμοι τῆς γῆς Apoc. VII, 1. vocantur) flare solent, quæ etiam Hebræis אַרְבַּע רוּחוֹת vocantur 1 Chron. IX, 24. Ezech XXXVII, 9. interdum etiam כָּל־רוּחַ Jer. XLIX, 32. Sic Matth. XXIV, 31. ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων congregabunt cultores ejus e quatuor terræ plagis. Marc. XIII, 27. coll. Luc. XIII, 29. Conferri etiam possunt, quæ *Bielius* in *Novo Thes. Philolog.* s. h. v. et *Wetstenius* in *N. T.* T. I, p. 503. de hac loquendi ratione notarunt.

ἈΝΕΝΔΕΚΤΟΝ, ου, τὸ, *quod fieri aut contingere non potest, impossibile, quod fieri aut contingere aliter non solet*, ex α priv. et ἐνδέχεσθαι, quod de iis usurpatur, quæ possunt et solent evenire. Sic semel legitur in N. T. Luc. XVII, 1. ἀνένδεκτόν ἐστι τοῦ μὴ ἐλθεῖν σκάνδαλα non contingit, ut scandala non perpetrentur, quod Matthæus XVIII, 7. sic expressit: ἀνάγκη ἐστὶν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα. *Theophyl.* per ἀδύνατόν ἐστι interpretatur, ut idem sit, quod οὐκ ἐνδέχεται apud *Arrian.* I, 19. ab *Hesychio* per ἀδύνατόν ἐστι expositum. Aliena vero plane a N. T. libris est glossa ejusdem *Hesychii:* ἀνένδεκτον. ἀπαράδεκτον, ab *Ernesti* tamen inter glossas sacras relata, qua, quæ sit hujus verbi per compositionem significatio, scilicet: *non receptus, non recipiens*, a δέχεσθαι *capere, continere*, indicare voluit.

ἈΝΕΞΕΡΕΎΝΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *imperscrutabilis, qui cognosci, perspici et indagari, viribus humanæ rationis sibi relictæ frustra tentatis, non potest*, ex α priv. et ἐξερευνάω *perscrutor, scrutor omni studio.* Semel in N. T. legitur Rom. XI, 33. ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ quam imperscrutabilia sunt decreta divina, aut ratio Dei agendi, regendi et gubernandi hoc universum. Cæterum in fragmentis *Aquilæ* Prov. XXV, 3. occurrit pro אֵין חֵקֶר, et *Symmachus* Jerem. XVII, 9. ἀνεξερεύνητος ἡ καρδία posuit loco Hebr. עָקֹב הַלֵּב, h. e. animus, multos recessus habens. *Suid.* et *Phavor.* ἀνεξερεύνητον· τὸ μὴ ἐπιδεχόμενον ἔρευναν.

ἈΝΕΞΊΚΑΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui æquo ac magno animo mala et injurias æque ac aliorum errores et vitia perfert, patiens, tolerans malorum*, ab ἀνέχομαι *tolero, sustineo*, et κακὸν *malum, incommodum hujus vitæ.* Semel in N. T. legitur 2 Tim. II, 24. δοῦλον Κυρίου δεῖ εἶναι ἀνεξίκακον doctorem Christianum oportet esse commodum et facilem, seu multas devorare molestias. *Lucian. judic. vocal.* c. 9. ἀνεξίκακον γράμμα, *litera injuriarum patiens*, seu *quæ nulli nocere studet. Gloss. Vet.* ἀνεξίκακος· *patiens. Hesych.* ἀνεξίκακος· ὑποφέρων κακά. Vide *Wetstenii N. T.* T. II, p. 360. Substantivum ἀνεξικακία *patientia* a *Vulgato* vertitur Sapient. II, 19. et ab auctore *Etym. M.* explicationis causa additur παρὰ τὸ ἀνέχεσθαι τῆς κακίας, ἢ διὰ τὸ μὴ ἔχεσθαι κακίας. Verbum ἀνεξικακέω sæpe in Scriptoribus ecclesiasticis obvium esse, eoque inprimis *Cyrillum Alexandr.* delectatum esse, *Suicerus* ostendit in *Thes. Eccles.* T. I. p. 336.

ἈΝΕΞΙΧΝΊΑΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *qui investigari non potest, cujus nulla vestigia supersunt, impervestigabilis*, ex α priv. et ἐξιχνιάζω *investigo*, quod est ab ἴχνος *vestigium.* Sed deinde metaphorice sumitur et

2. de *omni* dicitur, *quod mens humana non satis assequi, investigare et perspicere valet*, i. q. ἀνεξερεύνητος. Bis legitur in N. T. Rom. XI, 33. καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ providentia divina ingenio humano penetrari non potest. Ephes. III, 8. τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ gratiam et be-

nignitatem Christi, quæ tanta est, ut ejus magnitudinem et dignitatem nulla mens humana capere possit. *Orat. Manass.* v. 6. ἀνεξιχνίαστον τὸ ἔλεος. In vers. Alex. Hebr. אֵין חֵקֶר Job. V, 9. IX, 10. respondet. *Hesych.* ἀνεξιχνίαστος· ἀκατάληπτος. *Suid.* ἀνεξιχνίαστον· ἀνεξερεύνητον, οὗ μηδὲ ἴχνος ἐστὶν εὑρεῖν.

ἈΝΕΠΑΙΣΧΥΝΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *is, qui omnem pudorem deposuit, qui est perfrictæ frontis, impudicus, qui non erubescit*, ex α priv. et ἐπαισχύνομαι *erubesco.* Deinde in bonam partem etiam accipitur, ut ita dicatur

2. *is, qui ea agit, quorum eum pudere non debet, inculpatus, irreprehensibilis.* 2 Tim. II, 15. ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον doctorem, qui strenue munere suo et ita fungitur, ut nulla neglecti officii memoria pudorem ipsi injiciat. Sæpius non legitur, nec in verss. Gr. V. T. occurrit. Veterum SS. loca nonnulla, ubi adverbium ἀνεπαισχύντως occurrit, laudavit *Wetstenius N. T.* T. II. p. 358.

ἈΝΕΠΙΛΗΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *qui non apprehendi potest*, ab ἐπιλαμβάνω *capio, apprehendo.* Est autem, ut bene docuit *Krebsius* in *Observatt. Flav.* p. 351. hæc vox e palæstra veterum petita, et de *pugile* usurpabatur, qui ab utraque corporis parte satis munitus neque adversarii ictibus expositus est. Hinc factum est, ut ἀνεπίληπτος sensu metaphorico diceretur

2. *prudens et cautus in rebus agendis, in quo nullus patet reprehensioni locus, cui nihil objici, nihil crimini dari potest*, qui a Græcis ἀνεπίκλητος vulgo vocatur. Et in hoc metaphorico sensu ter legitur in N. T. 1 Tim. III, 2. δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, h. e. interprete *Theophyl.* ὡς μήτε ἄλλους αὐτοῦ μήτε αὐτὸν ἑαυτοῦ ἐπιλαμβάνεσθαι. ib. V, 7. VI, 14. ubi ἀνεπίληπτος videtur esse, qui munere suo strenue fungitur, ὁ τὰ δέοντα πράττων. *Eurip. Orest.* 920. ἀνεπίληπτον ἠσχηκὼς βίον, ubi Schol. ἀναμάρτητον, ἀδιάφθορον, ἀζηλωτῆ, οὐκ ἄξιον ἐπιπλήττεσθαι. *Thucyd.* V, 17. τοῖς ἐχθροῖς ἀνεπίληπτος εἶναι. Schol. μὴ ἂν παρέξων κατηγορίας ἀφορμήν. *Plutarch.* de *puer. educ.* c. VII. §. 5. τοῖς βίοις ἀδιάβλητοι καὶ τοῖς τρόποις ἀνεπίληπτοι. *Hesych.* ἀνεπίληπτον· ἄμεμπτον, ἀκατάγνωστον.

ἈΝΕΡΧΟΜΑΙ, fut. ἀνελεύσομαι,

1. proprie: *ascendo.* Joh. VI, 3. ἀνῆλθε δὲ εἰς ὄρος Ἰησοῦς ascendit vero in montem Jesus.

2. ut ἀναβαίνω, *iter facio per loca ad loca edita, proficiscor in regionem superiorem*, et maxime de iis usurpatur, qui Hierosolymam, in monte sitam, petebant. Sic Galat. I, 17. οὐδὲ ἀνῆλθον (in quibusd. codd. ἀπῆλθον) εἰς Ἱεροσόλυμα, ubi tamen vertendum est: *nec redii Hierosolymam*, ex usu loquendi, ab *Hesychio* jam notato, ἀνερχομένῳ· ὑποστρέφοντι. ibid. v. 18. In vers. Alex. τῷ הָלַךְ *proficisci* respondet 2 Regg. XIII, 11.

ἌΝΕΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie sensu physico: *relaxatio, remissio*, ab ἀνίημι *remitto, relaxo.* Hanc propriam notionem respexit sine dubio Lucas Act. XXIV, 23. διαταξάμενος τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον ἔχειν τε ἄνεσιν præcipiens, ut asservaretur Paulus haberetque relaxationem, scil. vinculorum, h. e. ut remissius haberetur, seu, in libera custodia esset: unde Paulus, quia remissius habebatur in hac custodia, ἄνεκτος vocatur ab *Eusebio H. E.* II, c. 22. 2 Chron. XXIII, 15. וַיָּשִׂימוּ לָהּ יָדַיִם Alex. καὶ ἔδωκαν αὐτῇ ἄνεσιν. *Plato* de *Rep.* I. ἐν τῇ ἐπιτάσει καὶ ἀνέσει τῶν χορδῶν. Ἄνεσις καὶ σχολὴ legitur apud *Polybium* I, 66. 3.

2. metaphorice: *tranquillitas animi, gaudium, hilaritas.* 2 Cor. II, 12. οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου fui admodum sollicitus, non potui animo placido et tranquillo esse.

3. per metaphoram: *requies, liberatio ab ærumnis, laboribus et molestiis hujus vitæ, sive in hac, sive in futura vita.* 2 Cor. VII, 5. οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν vix respirare nobis licuit a malis et calamitatibus, seu, indesinenter nobis cum afflictionibus

pugnandum fuit. 2 Thess. I, 7. καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν et vobis afflictis æque ac nobis requiem ab his afflictionibus in futura vita. coll. Apoc. XIV, 13. Cf. *Læsner. Observatt. Philon.* p. 383.

4. *prosper rerum status, abundantia, commoditas rerum.* 2 Cor. VIII, 13. οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλῖψις non postulo, ut aliis bene sit, vobis autem male; alii abundent, vos laboretis penuria. coll. v. 14. *Hesych.* ἄνεσις· ἀνάπαυσις.

ἈΝΕΤΆΖΩ, fut. άσω, in universum notat: *examinare, explorare aliquid, quocunque modo hoc fiat*, et idem valet ac ἐξετάζω, quod proprie de *auro* et *metallis, quæ lapide explorantur*, dicitur. Deinde vero, ut simplex ἐτάζω, (Sapient. II, 10. idem valet quod βασανίζω, adeoque significat: *dare aliquem in tormenta, tradere tormentis, per tormenta quæstionem habere de aliquo.* Si ipsum autem genus tormentorum additur, est per *quæstionem habere de aliquo, inquirere, quæstioni subjicere*, reddendum. En! ipsa exempla. Act. XXII, 24. εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν jussit, ut in eum flagris inquireretur. ib. v. 29. ἀπέστησαν οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν discesserunt ab eo, qui erant de eo quæstionem habituri per flagra. Sæpius in N. T. non legitur. Ipsa tormenta ἐτασμὸς vocantur 2 Macc. VII, 37. Propriam *inquirendi, percontandi* et *sciscitandi* notionem confirmatam videmus locis Hist. Susann. v. 14. ἀνετάζοντες ἀλλήλους τὴν αἰτίαν. et Judd. VI, 29. ubi in vers. Alex. ἀνετάζειν in Alex. A. et Compl. Codicibus Hebr. דָּרַשׁ respondet.

ἌΝΕΥ. Præpositio regens genitivum, *sine, absque, citra.* Matth. X, 29. ἄνευ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν inscio et invito Deo patre vestro. Hanc enim notionem ἄνευ τινὸς haud raro habet in Scriptoribus Græcis, ut sit: *inscio et invito aliquo, sine alterius consilio et voluntate.* Sic *Thucyd.* I, c. 91. ἄνευ ἐκείνων ἔφασαν γνόντες τολμῆσαι. Conf. *Duker.* ad *Thucyd.* IV, 78. 1 Petr. III, 1. ἄνευ λόγου *sine institutione*, ita, ut ne opus quidem sit institutione. Eodem modo ἄνευ, ut sit: *sine alterius auxilio et subsidio*, legitur apud *Homer. Odyss.* II, v. 372. ἐπεὶ οὔ τι ἄνευ Θεοῦ ἥδε γε βουλή. 1 Petr. IV, 9. ἄνευ γογγυσμῶν sine murmuratione. In vers. Alex. Hebr. בְּלַעֲדֵי, 2 Regg. XVIII, 25. Ies. XXXVI, 10. בִּלְתִּי, Job. XXXI, 39. et בְּלֹא Ps. XLIV, 13. Ies. LV, 1. respondet.

ἈΝΕΎΘΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie, vi etymologiæ, *non bene positus* seu *dispositus, non appositus* dicitur, nam est ex α priv. et εὔθετος *bene positus, appositus.* Sed deinde

2. *incommodus, non opportunus, non aptus, non idoneus.* Et sic semel tantum legitur in N. T. Act. XXVII, 12. ἀνευθέτου τοῦ λιμένος cum portus non aptus esset ad hiemandum, ut reddidit interpres *Vulgatus.* *Hesychius*, hunc locum fortasse respiciens, ἀνευθέτου· ἀχρήστου.

ἈΝΕΥΡΊΣΚΩ, fut. ήσω, *reperio, invenio*, ita, ut nulla emphasis in particula ἀνὰ quærenda sit; quod jam viderunt grammatici veteres, qui, ut compositum ἀνευρίσκειν a simplici εὑρίσκειν minime differre ostenderent, partim ἀνευρίσκειν per εὑρίσκειν explicarunt, v. c. *Hesych.* ἀνευρόντες· εὑρόντες, partim ad hanc vocem repetierunt observationem illam, a nobis supra jam ad ἀνασταυρόω satis exemplis comprobatam, ἀνὰ in compositione haud raro otiosum esse; v. c. *Suid.* ἀνεῦρον· καὶ ἀνεῦρον τήν τε Μαριὰμ καὶ τὸν Ἰωσήφ· ὅτι ἡ ἀνὰ πρόθεσις χάριν κόσμου κεῖται· quæ glossa sacra *Suidæ* effugit diligentiam *Ernesti.* In N. T. bis legitur. Luc. II, 16. καὶ ἀνεῦρον τήν τε Μαριάμ. Act. XXI, 4. καὶ ἀνευρόντες τοὺς μαθητὰς cum reperissemus Christianos, Tyri degentes. Cæterum nihili est, certe non ubique valet observatio *Wolfii* in *Curis Philolog.* T. I. p. 1316. dum præcipit, habere verbum ἀνευρίσκειν in *præsenti* tempore significationem *quærendi*, in *aoristo secundo* autem *inveniendi, quod quæsivimus*, adduc-

to loco *Arriani Epictet.* II, 11. *καὶ διατί οὐ ζητοῦμεν αὐτὸν καὶ ἀνευρίσκομεν, καὶ ἀνευρόντες λοιπὸν ἀπαραβάτως χρώμεθα*; nam partim locus Arriani mihi quidem plane alienus a re præsenti videtur, partim contrarium ex ipso *Xenophonte Mem.* II, 9. 3. probari potest.

'ΑΝΕ'ΧΩ, fut. ἔξω, *sustineo, onus susceptum* seu *impositum fero.* Sic *Ælian. V. H.* IX, 3. *χρυσοῖ κίονες τὸν ὄροφον αὐτῆς ἀνεῖχον.* Interdum etiam *coërceo, contineo, Herodian.* I, 6. 23. Sirac. XLVIII, 3. Sed nunquam forma activa in N. T. legitur, semper media *ἀνέχομαι*, quæ, quanquam propria significatione non differt ab activa, tamen frequentius metaphorice sumitur, ut sit: *se coërcere, continere se ipsum* (*Herodot.* VIII, 26. *οὐκ ἠνέσχετο σιγῶν*) et ex adjuncto: *patienter perferre, et tolerare vel rem* (2 Macc. IX, 12.) *vel personam, æquum animum præstare*, interdum etiam pro diversitate subjecti *patienter audire, assensum præbere.* Construitur autem in Græcis quidem Scriptoribus non solum cum genitivo, *Herodian.* VIII, 5. 9. sed etiam cum accusativo, *Herodot.* I, 196. VII, 149. (Vide et *Schweighæuseri Lex. Polyb.* p. 47.) in N. T. vero genitivum interdum, etiam dativum adjunctum habet. Sic Matth. XVII, 17. *ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν*; quousque vestræ incredulitati indulgeam? Marc. IX, 19. Luc. IX, 41. Act. XVIII, 14. *κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν* aures præberem vestræ delationi, aut admitterem eam. *Polyb.* IX, 30. et p. 873. ed. *Gronov. Herodian.* I, 17, 10. et II, 10. 12. 1 Cor. IV, 12. *διωκόμενοι ἀνεχόμεθα* persecutiones patienter perferimus. 2 Cor. XI, 1. *ἠνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ* utinam paululum perferretis me jactabunde loquentem. ibid. v. 4. *καλῶς ἠνείχεσθε* non indignaremini. ib. v. 19. *ἀνέχεσθε ἀφρόνων.* et v. 20. Ephes. IV, 2. *ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ* amanter et benevole aliorum perferte vitia et errores. Coloss. III, 13. 2 Thess. I, 4. *ταῖς θλίψεσιν αἷς ἀνέχεσθε*, 2 Tim. IV, 3. *τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται* veram et salutarem doctrinam Christianam repudiabunt. Hebr. XIII, 22. *ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως* admittite nec ægre ferte monita mea. Respondet autem *ἀνέχεσθαι* in vers. Alex. *τῷ* אִתְאַפַּק *continere, reprimere se.* Ies. XLII, 14. LXIV, 12. *Hesych. ἀνέξεται· ὑπομενεῖ, ἐνδέχεται, μακροθυμεῖ. ἀνέξομαι· ὑπομενῶ.* — *οὐκ ἀνέχομαι· οὐ καταδέχομαι.* Cf. etiam *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 6. 23. p. 227.

'ΑΝΕΨΙΟ'Σ, οῦ, ὁ. Olim videtur latius patuisse significatio hujus vocabuli, et de *omnibus, qui sunt conjuncti inter sese cognatione et sanguine*, usurpatum fuisse, ut ex etymologia fortasse colligi posset, nam descendere videtur ab *ἀνάπτω annecto, conjungo.* Sed successu temporis *ἀνεψιοὶ* tantum *fratris aut sororis liberi, consobrini* dicebantur. Sic semel legitur in N. T. Coloss. IV, 10. *Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα* Marcus Barnabæ consobrinus. Pro בְּנֵי דֹדִיהֶן in vers. Alex. Num. XXXVI, 11. legitur. Tob. VII, 2. *Hesych. ἀνεψιοί· ἀδελφῶν υἱοί.* Idem tradit præter *Ammonium Scholiastes* ad *Lycophron. Cassandr.* v. 547. qui addit *οἱ καὶ καλοῦνται ἐξάδελφοι.* Cf. *Wetstenii N. T.* T. II, p. 295.

'ΑΝΗΘΟΝ, ου, τὸ, *anethum*, herbæ genus, satis notæ, qua multæ res olim condiebantur (testibus *Suida* et *Columella* XII, 8.) et morbi quidam depellebantur, et secundum auctorem *Etym. M.* ita dictæ *παρὰ τὸ ἄνω θεῖν*, h. e. quod cito crescat, aut crescendo in altum tendat. Fuisse *anethum* olim consuetum ac vilem Græcorum cibum, *Spanhemius* docuit ad *Aristoph. Nub.* v. 978. Usus est etiam hac voce *Aristophanes* in *Thesmoph.* v. 493. ubi inter medicamina refertur. In N. T. semel legitur Matth. XXIII, 23. ubi pro quovis vili ciborum genere ponitur. Cf. *Ol. Celsii Hierobot.* T. I. p. 494. seq.

'ΑΝΗ'ΚΩ, proprie: *ascendo, pervenio, porrigor, pertingo, pertineo*, ex

ἀνὰ et ἥκω. 1 Macc. X, 40. ἀπὸ τῶν τόπων ἀνηκόντων a locis, meo domino subjectis. ibid. v. 42. XI, 35. 2 Macc. V, 8. Conf. *Duker.* ad *Thucyd.* IV, 35. Impersonale ἀνήκει *decet, convenit,* (*Herodot.* VI, 109.) et ἀνῆκον *quod convenit, decorum est atque decens.* Ephes. V, 4. τὰ οὐκ ἀνήκοντα quæ Christianorum gravitati non conveniunt. Coloss. III, 18. ὡς ἀνῆκεν ἐν Κυρίῳ ut Christianas mulieres decet. Philem. v. 8. ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον injungendi tibi id quod est tui officii. *Suid.* ἀνῆκον· πρέπον. Interdum ἀνῆκον omittitur in oratione, v. c. Luc. XIV, 28. τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν, scilicet ἀνήκοντα, quæ ad ædes perficiendas requirantur. ibid. v. 32. ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην, scilicet ἀνήκοντα, pacis conditiones. Act. XXVIII, 10. τὰ πρὸς τὴν χρείαν, sc. ἀνήκοντα. Alia hujus ellipseos exempla dedit *El. Palairet.* in Observatt. Philol. Crit. p. 348.

ἈΝΉΜΕΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *immansuetus, immitis, inhumanus, ferox, qui feris et agrestibus moribus aliis molestus est,* ex α priv. et ἥμερος *mansuetus, mitis.* Semel legitur in N. T. 2 Tim. III, 3. ubi *Œcumenius* ἀνήμερος per ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος explicat. Ab *Arriano* in Epictet. I, 3. ἄγριοι, θηριώδεις καὶ ἀνήμεροι junguntur. *Dion. Hal. Ant.* I. c. 41. et 42. *Hesych.* ἀνημέρων· ἀγρίων. *Alberti* Glossar. N. T. p. 163. ἀνήμεροι· ἄγριοι.

ἈΝΉΡ, ἀνδρὸς, ὁ, 1. *vir,* respectu ad ætatem, *ætatem virilem habens, qui ad maturam et adultam ætatem pervenit.* 1 Cor. XIII, 11. ὅτι δὲ γέγονα ἀνὴρ vir plenæ ætatis factus, ubi opponitur τῷ νήπιος, ad imitationem Hebr. אִישׁ 1 Sam. XVII, 33. *Etym. M.* ἄνδρα· τὸν ἀνδρὸς ἡλικίαν ἔχοντα. Sic et legitur apud *Homerum* Odyss. XI, v. 448. νήπιος, ὅς που νῦν γε μετ' ἀνδρῶν ἴζει ἀριθμῷ.

2. *vir,* respectu ad sexum, *mas,* quatenus fœminæ opponitur. Et sic vel centies in N. T. legitur, sed pauca eaque selecta loca sufficiant. Matth. XIV, 21. οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες πεντακισχίλιοι χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων. XV, 38. Marc. VI, 44. Eodem sensu אִישׁ Genes. II, 23. VII, 2. legitur.

3. *homo,* nulla habita ætatis et sexus ratione, *sive sit mas, sive fœmina, sive juvenis sit, sive jam ad adultam ætatem pervenerit.* Luc. XI, 31. μετὰ τῶν ἀνδρῶν τῆς γενεᾶς ταύτης contra hujus ætatis homines. Matth. VII, 24. ἀνδρὶ φρονίμῳ. v. 26. ἀνδρὶ μωρῷ. Act. IV, 4. V, 36. Jacob. I, 20. In plurimis vero locis N. T. in quibus ἀνὴρ hanc notionem habet, aut plane superfluum est, et in versione commode omitti potest, aut per *quidam, aliquis, quilibet, unusquisque* reddendum erit; ponitur enim a Scriptoribus N. T. fere tum, ubi Græci pronomen indefinitum τὶς posuissent. Prioris observationis exempla hæc sunto e multis: Rom. IV, 8. μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος τὴν ἁμαρτίαν, ubi μακάριος ἀνὴρ pro μακάριος ad imitationem Hebraici אַשְׁרֵי הָאִישׁ Ps. I, 1. positum est. Rom. XI, 4. Jacob. I, 8. 12. et 23. III, 2. Posterioris observationis veritas locis sequentibus confirmatur. Luc. I, 27. πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ad virginem desponsatam cuidam Josepho. V, 18. IX, 38. ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου quidam e turba. Joh. I, 30. Act. III, 14. ἄνδρα φονέα homicidam. VI, 11. IX, 38. X, 5. 28. 30. XI, 13. Et quanquam negari nullo modo potest, Hebræos etiam vobabulo אִישׁ ita usos fuisse, ut partim pro *aliquis, quisquam, quilibet,* v. c. Prov. VI, 27. 28. Eccles. VI, 3. posuerint, partim ornatus magis, quam sensus causa addiderint, v. c. Zach. VIII. 23. et Scriptores N. T. etiam hac in re imitatos esse Scriptores Judaicos, concedendum tamen erit, in hoc dicendi genere omnes fere populorum cultorum linguas convenire. Certe Græcos Scriptores quod attinet, non uno in loco ἀνὴρ ita posuerunt, ut ei notionem *hominis* vel distributive, vel indefinite subjicerent; v. c. *Callim.* Hymn. in Jovem v. 25. *Xenoph.* Œconom. I,

7. *Ælian.* V. H. XII, 56. confer *Abresch.* ad *Æschylum* Lib. III, p. 71. Eosdem constat *ἀνὴρ* haud raro ornatus causa addidisse, ubi sensus causa commode abesse poterat; v. c. *Eurip.* Hecub. v. 644. *Pálæph.* de Incredib. c. 38. confer *Munker.* ad Antonin. Liberal. Metam. p. 284. seq.

4. *maritus*, ita, ut opponatur *ἡ γυνὴ uxor.* Marc. X, 12. *καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς.* Luc. II, 36. *ζήσασα ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἑπτὰ* post septem annos matrimonii. XVI, 18. *ἀπολελυμένην ἀπὸ ἀνδρὸς* dimissam a marito. Joh. IV, 16. 18. 1 Cor. VII, 2. 3. Sirac. IV, 10. Eodem modo Hebraicum אִישׁ, cum refertur ad feminam, *maritum* notat. Jerem. III, 1. Hos. II, 7. *Theophrast.* Char. XIII, 3. *Xenoph.* Mem. II, 2. 5. *Etym. M. ἄνδρα· τὸν γήμαντα.* Sic etiam *vir* legitur apud *Terent.* Hecyr. Act. V. Sc. 1. Singulari autem quodam modo formula *ἔχειν ἄνδρα*, Galat. IV, 27. de *uxore* usurpatur, *quæ fœcundum habet conjugium*, cui opponitur *ἡ ἔρημος*, h. e. *στεῖρα.*

5. *sponsus, desponsatus.* Matth. I, 16. ubi Josephus vocatur *ὁ ἀνὴρ Μαρίας*, h. e. sponsus Mariæ, ut jam vidit auctor versionis Æthiopicæ, qui usus est verbo פָּחַד sponsus. ibid. v. 19. coll. Luc. I, 27. Apoc. XXI, 2. Causa hujus significationis repetenda videtur a jure desponsationis apud Judæos, quod a jure matrimonii parum aut nihil differebat. Confer *Surenhusii* Βίβλος καταλλαγῆς p. 137. unde desponsata æque ac sponsus אִשָּׁה et אִישׁ ab Hebræis vocabatur, Genes. XXIX, 21. Deut. XXII, 23. Confer etiam *Eustath.* ad *Hom. Odyss.* I, 56. et *Libanii* Ep. 658. qui *τῆς Πηνελόπης τὸν ἄνδρα* Penelopes sponsum dixit. Vicissim *νυμφίος* de *marito* adhibetur apud *Aristoph. Thesmoph.* v. 32.

6. *vir honoratus, eximius et præstans, qui opibus et dignitate valet*, ita, ut sit nomen honoris, quo in allocutionibus et compellandi formulis maxime veteres utebantur ad captandam benevolentiam auditorum, et plane respondeat Hebraico אִישׁ, quod ab Arabico إِنْسٌ *vis, robur*, recte deductum, interdum ab אָדָם et אֱנוֹשׁ ita distinguitur, ut hæc quidem vocabula *hominem vilem, ignobilem, calamitosum* et *ærumnosum* significent, illud vero de *homine potente* et *nobili* usurpetur, v. c. Ps. XXII, 7. XLIX, 3. Commode vero huc referri possunt loca N. T. hæc: Luc. XXIV, 19. *ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης* qui fuit insignis propheta. Act. II, 22. *ἄνδρα ἀπὸ Θεοῦ* insignem doctorem divinum. VIII, 27. *ἀνὴρ Αἰθίοψ* vir potens Æthiops. XIV, 15. o viri, cur ista facitis? XVII, 22. *ἄνδρες Ἀθηναῖοι* XIX, 25. Jacob. II, 2. (Loca vero Act. XXVII, 10. 21. 25. aliena mihi a re præsenti videntur, nam ibi *ἄνδρες* valet id, quod Latinorum *o mei* et compellatio amica magis est quam honorifica.) Nec desunt exempla e Græcis Scriptoribus. Sic v. c. Jupiter apud *Lucianum* in Jove Tragœdo c. 15. Deos alloquens introducitur: *ὦ ἄνδρες Θεοί.* Et apud Athenienses constat compellationem *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* semper aliquid honorificum habuisse, qua totus populus mirifice delectatus esse legitur. Idem valet de formula: *ἄνδρες Ἕλληνες, ἄνδρες Πέρσαι* et aliis, quæ *Schwarzius* in Commentar. G. L. p. 113. collegit. Locus vero Jacob. II, 2. ubi *ἀνὴρ*, quod omnis orationis series docet, *virum potentem, divitem et omnibus hujus vitæ bonis affluentem* notat, mirifice illustratur loco Sirac. X, 23. ubi hæc leguntur: *οὐ δίκαιον ἀτιμάσαι πτωχὸν συνετὸν, καὶ οὐ καθήκει δοξάσαι ἄνδρα ἁμαρτωλόν.* ubi confer *Vulgat.* et *Syrum* interpretem. Quod vero ad locum Act. VIII, 27. attinet, ut probetur, *ἄνδρα* etiam *principem, ministrum, in dignitate constitutum* significare, conferenda sunt loca 1 Macc. II, 25. 31. VI, 57. de quibus a nobis uberius disputatum est in Spicilegio I. Lexici Bieliani p. 11. seq.

7. Nominibus propriis et vocabulis locorum junctum *ἀνὴρ eum* notat, *qui alicubi est et versatur, civem, incolam.* Sic Matth. XIV, 35. *οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου* incolæ hujus regionis. Luc. XI, 32. *ἄνδρες Νινευΐ* Ninevitæ, qui Matth. XII, 41. *ἄνδρες Νινευῖται* vocantur, ut Thebani *ἄνδρες Θηβαῖοι* ab *Ælian.* V. H. II, 7. Imitati autem sunt Scriptores N. T. Hebræorum dicendi consuetudinem, cujus vestigia reperiuntur Genes. XIX, 4. XXVI, 7. אַנְשֵׁי הַמָּקוֹם 1 Sam. V, 7. אַנְשֵׁי אַשְׁדּוֹד.

8. *miles.* Luc. XXII, 63. ubi per *τοὺς ἄνδρας* sunt Romani milites intelligendi, coll. Joh. XVIII, 3. *Homer.* Iliad. I, 7. *ἄναξ ἀνδρῶν.* Etiam apud *Polybium* II, 64. 6. *ἄνδρες* opponuntur *τῷ ἡγεμόνι. Virgil.* Æn. XII, v. 709.

ἈΝΘΙΣΤΗΜΙ, fut. *ἀντιστήσω.*

1. proprie: *oppono, resisto, repugno,* ita, ut de militibus usurpetur, qui hostibus aggressuris strenue armis resistunt, ut vel ex loco Ephes. VI, 13. *ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι,* colligi potest, etiamsi verba ipsa in hoc certe loco non proprie posse accipi quisque videt. Observavit etiam *P. Faber* in Agonist. Lib. I, c. 12. *ἀντιστῆναι* etiam *pugiles* dictos esse, *qui contra adversarios invicti stabant.* Hinc

2. metaphorice notat: *renitor, resisto quocunque modo hoc fiat,* seu *efficio, ne, quod alter vult aut molitur, fiat et obtineatur,* ita, ut in singulis locis pro subjecti aut rei diversitate variis modis verti et exponi sensus causa possit. Matth. V, 39. *μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ* injuriam illatam non vicissim rependendam esse. Luc. XXI, 15. *σοφίαν ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντιστῆναι* sapientia cui *impares* erunt. Act. VI, 10. ubi idem fere legitur. Act. XIII, 8. *ἀνθίστατο αὐτοῖς Ἐλύμας adversarium se eorum præstitit.* Rom. IX, 19. *τῷ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε;* quis decreta ejus *irrita reddere* valet? ibid. XIII, 2. *οἱ δὲ ἀνθεστηκότες* qui vero *obsequium denegant*—*τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν opponit se* instituto divino. Galat. II, 11. *κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην* palam ei *contradixi.* Ephes. VI, 13. ut possitis *constanter tueri ac observare religionem Christianam.* 2 Tim. III, 8. *ἀντέστησαν Μωϋσεῖ rebellabant* contra Mosen. IV, 15. *ἀνθέστηκεν τοῖς ἡμετέροις λόγοις* propagationem doctrinæ nostræ *impedire* admodum conatus est. Jacob. IV, 7. *ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ* imperio vitiositatis vos subjicere nolite. 1 Petr. V, 9.

ἈΝΘΟΜΟΛΟΓΈΩ, ῶ, fut. *ήσω,* vel potius ἈΝΘΟΜΟΛΟΓΈΟΜΑΙ, *οῦμαι,* apud Græcos vulgo quidem ita ponitur, ut significet: *convenire inter se de re aliqua, pacisci, conventum et pactum inire,* (*Polyb.* V, 105. 2. XIV, 19. 9.) ut exemplis docuit *Stephanus* in Thesauro Gr. L. T. II, p. 636. interdum tamen, teste *Suida,* etiam notat *διηγεῖσθαι, rem exponere.* Hinc venit notio *fatendi, confitendi,* in qua apud *Josephum* A. J. VIII, 10. 3. occurrit. Nunquam autem ita legitur, ut significet: *vicissim confiteri* seu *confessione respondere,* prout reddiderunt hanc vocem Lexicographi N. T. haud pauci. In N. T. autem libris, ubi semel tantum legitur *ἀνθομολογεῖσθαι,* notat: *laudare, celebrare, gratias agere.* Luc. II, 38. *ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ,* h. e. celebrabat Deum, seu, laudes ejus canebat; ad imitationem Hebr. הוֹדָה, quod, seq. אֶת vel ל, eandem notionem habet, v. c. Psalm. LXXIX, 13. נוֹדֶה לְךָ לְעוֹלָם Alex. *ἀνθομολογησόμεθά σοι εἰς τὸν αἰῶνα.* coll. Esdr. III, 11. et Sirac. XX, 2. Eodem sensu *ἀνθομολόγησις* et *ἐξομολόγησις* legitur apud Sirac. XVII, 25. 26. coll. v. 27. *Suid. ἀνθομολογησόμεθα· ἀντὶ τοῦ εὐχαριστήσομεν, Δαβίδ.* (Ps. LXXIX, 13.) *ἀνθομολογησόμεθά σοι ὁ Θεὸς ὑπὲρ τὰς εὐεργεσίας ὁμολογοῦμεν χάριτας καὶ ἀναγράπτους ταύτας ποιήσομεν.* Conf. *Schweighæuser. Lex. Polyb.* p. 47.

Ἄνθος, εος, τὸ, *flos, flos graminis* seu *herbæ,* qui, quia facile flaccescit et perit, metaphorice *omnem rem flux-*

am et *caducam* significat. Jacob, I, 10. ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται ut flos graminis peribit. ib. v. 11. καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε et flos ejus excidere solet. 1 Petr. I, 24. Sæpius non legitur. Expresserunt hac voce Alexandrini Hebr. צִיץ Num XVII, 8. Ies. XL, 6. 7. נֵצֶה Job. XV, 33. et פֶּרַח Ies. V, 24. XVIII, 5.

ΑΝΘΡΑΚΙΑ, ας, ἡ, *prunæ ardentes, strues*, seu *congeries prunarum ardentium*, ab ἄνθραξ *carbo*. Bis tantum legitur in N. T. Joh. XVIII, 18. ἀνθρακιὰν πεποιηκότες qui prunas congesserant. ibid. XXI, 9. βλέπουσι ἀνθρακιὰν κειμένην viderunt prunarum acervum. *Homer.* Iliad. IX, v. 213. ἀνθρακιὴν στορέσας. *Aristoph. Equit.* 777. *Plut.* Symp. p. 693. In fragmentis *Aquilæ* Ps. CXX, 4 Hebr. גֶּחָלִים respondet. *Suid.* ἀνθρακιά· πεπυρακτωμένοι ἄνθρακες.

ΑΝΘΡΑΞ, ακος, ὁ, *carbo, pruna*, Hebr. גֶּחָל. Formula: ἄνθρακας πυρὸς σωρεύειν ἐπὶ τὴν κεφαλήν τινος, quæ semel tantum Rom. XII, 20. occurrit, non *beneficiis aliquem ornare* notare potest, ut quibusdam interpretibus placuit, qui verba ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ita reddenda esse quoad sensum judicabant: *et cumulatis mutuis omnis generis beneficiis mutuum in hoste tuo amorem accendes;* sed, ut vel rei natura docet, significat: *ægritudinem et molestiam alicui haud levem creare*, seu *efficere, ut alter, malitiæ suæ convictus, erubescat et dolere incipiat.* Nec voluit Paulus, ut eo consilio adversarios nostros beneficiis afficiamus, ut ipsis dolorem injiciamus ob injuriam, qua nos, benefacientes, affecerunt, sed de effectu tantum beneficiorum, in hostes collatorum, quem non temere sperare licet, locutus esse videtur. Cæterum dubio caret, respexisse Paulum locum Proverb. XXV, 22. כִּי גֶחָלִים אַתָּה חֹתֶה עַל־רֹאשׁוֹ Alex. ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Vid. *Joh. Floderi* D. explicantem ἐῆσιν Paulinam ἄνθρακας πυρὸς σωρεύειν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν. Rom. XII, 20. Upsal. 1770. 4.

ΑΝΘΡΩΠΑΡΕΣΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, (ex ἄνθρωπος et ἀρέσκω *placeo*) *qui studet hominibus placere, auram popularem captans, qui, ut cujusvis gratiam aucupetur et captet, unice studet.* Semper enim fere in malam partem sumitur in exteris æque ac sacris Scriptoribus. Bis tantum legitur in N. T. Ephes. VI, 6. ὡς ἀνθρωπάρεσκοι ut homines, qui favorem hominum favori divino longe præferunt. Coloss. III, 22. ad quem locum *Œcumenius:* τῶν ὁρώντων μόνον τῶν δεσποτῶν πράττειν τὰ δέοντα ἀνθρωπαρεσκείας ἐστὶ καὶ οὐ φόβου Θεοῦ. Nec in meliorem partem accipitur hæc vox apud Græcum interpretem Psalm. LIII, 5. אֱלֹהִים פִּזַּר עַצְמוֹת חֹנֵף Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων. *Suid.* ἀνθρωπαρεσκεία· ἡ πρὸς ἀνθρώπους σπουδή.

ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, æque late patet ac Latinorum *humanus, et omne, quod est humanæ naturæ, rationi, consuetudini conveniens, omne, quod ad homines pertinet, et ab hominibus quocunque demum modo ortum suum repetit*, complectitur et semper ita ponitur, ut in singulis locis ejus sensus e serie orationis tantum recte constitui possit. Quod quam verum sit, singula N. T. loca, in quibus hoc adjectivum (pro quo apud Græcos interdum ἀνθρώπειος legitur, confer *Duker.* ad *Thucyd.* III, 40.) reperitur, quemvis docebunt. Rom. VI. 19. ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν, ubi ἀνθρώπινον λέγειν est idem, quod alibi (Galat. III, 15.) κατ' ἄνθρωπον λέγειν dicitur, *ad captum hominum accommodate dicere et disserere, adeoque formulis uti, quæ sunt vitæ communis, vulgaria et omnibus nota proferre*, quod *Athenæus* Deipnosoph. IX, c. 7. ἀνθρωπίνως λαλεῖν vocat; ad quem locum confer *Casaubon.* p. 660. — 1 Cor. II, 4. οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ubi ἀνθρωπίνη σοφία est *sapientia et doctrina, uti vocatur ab*

hominibus tantum, quæ ab hominibus æstimari et laudari solet, qualis erat tunc temporis theologia Judæorum et philosophia paganorum, cujus utriusque studium a Paulo neglectum tunc ei vitio verti solebat. Eodem sensu ibid. v. 13. legitur οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις. — 1 Cor. IV. 3. ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας aut ab ullo humano judicio, aut foro humano; conf. quæ infra ad ἡμέρα dicentur. — 1 Cor. X, 13. πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν εἰ μὴ ἀνθρώπινος, h. e. experti estis adhuc calamitates tantum et afflictiones vulgares, leves, breves et exiguas; ubi ἀνθρώπινον est *idem, quod vulgo inter homines reperitur, vulgare, frequens*, (Sic dicitur v. c. ἀνθρώπινα ἁμαρτάνειν apud *Xenoph.* Cyrop. III, 1. 40. ἀνθρώπινῃ κακίᾳ Polyb. I, 67. Epict. 33, V. *Pollux. Onom.* III, 131.) et ex adjuncto: *mediocre, leve nec commemoratione dignum*, μικρὸν, βραχὺ, ut *Chrysostomus* ad l. l. interpretatur, aut σύμμετρον, μικρὸν, ut verbis *Phavorini* utar, qui *Theodoretum* compilavit. Simili modo scripsit *Æschylus* in Persis v. 703. ἀνθρώπεια δ' ἄν τοι πήματ' ἐντύχοι βροτοῖς, ubi conf. Ill. *Schützii* Commentarium. 2 Sam. VII, 14. וְהֹכַחְתִּיו בְּשֵׁבֶט אֲנָשִׁים וּבְנִגְעֵי בְנֵי אָדָם — Jacob. III, 7. τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ, pro διὰ τῆς φύσεως ἀνθρωπίνης, h. e. per homines, hominum ingenio et arte. — 1 Petr. II, 13. ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει subjiciatis vos omni instituto humano, seu, omnibus omnino magistratibus, qui sunt ab hominibus constituti et electi. Sic et Græcis ἀνθρώπινα *res* dicuntur, *quæ proficiscuntur ab opera et industria hominum*, v. c. *Xenoph.* de Rep. Laced. X, 3. Eleganter egit de hoc vocabulo *Stolbergius* in Exercitatt. L. G. c. 22. p. 113. In versione Alexandrina pro אָדָם, Num. V, 6. XIX, 16. Ezech. IV, 12. 15. et pro אֱנוֹשׁ, Job. X, 4. ponitur.

ἈΝΘΡΩΠΟΚΤΌΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. *homicida*, qui vulgo ita vocatur, qui alias Græcis dicitur ἀνδροφόνος (*Hom. Il.* I, 241. *Lucian. Tyrann.* T. I. Opp. p. 793.) et ἀνδροκτόνος. Conflatum enim est ex ἄνθρωπος et κτείνω *occido*. Sed in N. T. libris latius sumitur, ut sit non ille tantum, qui manu sua trucidat hominem, sed etiam

2. *is* dicatur, *qui alterum odio persequitur, ægritudine et molestia afficit, et variis modis vitæ et felicitati aliorum insidias struit*, adeoque sive animum sive effectum spectes, parum aut nihil differat ab homicida, proprie sic dicto. Sic Joh. VIII, 44. diabolus fuisse dicitur ἀνθρωποκτόνος ἀπ' ἀρχῆς, qui, ex quo homines fuerunt, auctor omnis infelicitatis humanæ a Judæis credebatur. Unde etiam in *Constitutt. Apostol.* VIII, 5. ὁ ἀνθρωποκτόνος ὄφις vocatur. Nec alio sensu 1 Joh. III, 15. ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ vocatur ἀνθρωποκτόνος. Substantivum ἀνθρωποκτονία legitur apud *Heliodor. Æthiop.* X. p. 464.

ἌΝΘΡΩΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. et proprie *homo* dicitur, h. e. *humana natura præditus, qui omnia ea habet, quæ hominis natura postulat*, nulla habita sexus ratione, sive sit mas, sive femina; (Confer *Valcken.* ad *Theocr. Adon.* p. 395.) ab ἄνω *sursum* et ὤψ, ὠπὸς *vultus, facies*, quia Deus os homini sublime dedit, cœlumque intueri jussit, et erectos ad sidera tollere vultus, ut cum *Ovidio* loquar: aut παρὰ τὸ ἄνω ὄρειν τῇ ὠπὶ secundum *Etym. M.* Et sic centies in N. T. legitur. Matth. V, 13. 16. VI, 5. VIII, 27. οἱ ἄνθρωποι turba, quæ adstabat, X, 32. 33. ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων palam. XII, 12. XV, 11. 18. 20. Philipp. II, 7. ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, qui locus nobis honorem, quod filius Dei in humanæ naturæ ac imbecillitatis consortium venerit, vindicat, nec male conferri potest cum loco *Platonis in Phæd.* T. X. Opp. p. 326. ed. Bipont. αἱ δ' εἰς τοῦ οὐρανοῦ τινα τόπον ὑπὸ τῆς δίκης κουφισθεῖσαι, διάγουσιν ἀξίως οὗ ἐν ἀνθρώπου εἴδει ἐβίωσαν βίου. 1 Cor. XV, 47. ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Adam, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος Messias. conf. supra sub Ἀδάμ. In aliis vero locis sexus diserte respicitur et tunc ἄνθρωπος

2. aut omnino *mas* dicitur, *qui est virilis sexus*, aut respectu ad uxorem, *maritus*. 1 Cor. VII, 1. καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι melius quidem est, virum a conjugio abstinere. Sic *homo* apud *Plautum* Cistellar. Act. IV. Sc. II, v. 57. legitur; ubi conf. *Taubmann*. Matth. XIX, 3. εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ; num marito licitum est repudiare uxorem suam? ibid. v. 5. et 10. Marc. X, 7. Tob. VI, 10.

3. *femina*, seu, relate ad maritum, *uxor*. Rom. VII, 1. ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ (pro τῆς) ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ scil. ἄνθρωπος, leges conjugii obligare uxorem per omnem vitam mariti. Et hæc significatio in omnibus illis locis (octogies minimum formula ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου reperitur in N. T. necessaria est, in quibus Christus vocatur ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, h. e. filius Mariæ, v. c. Matth. VIII, 20. IX, 6. coll. Luc. I, 42. ubi ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας τῆς Μαρίας appellatur, et Gal. IV, 4. ubi γενόμενος ἐκ γυναικὸς dicitur. Formula enim ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου in genere quidem notat *hominem quemlibet, qui est naturali modo in lucem editus*, v. c. Hebr. II, 6. ad imitationem Hebr. בֶּן־אָדָם. Ezech. XXXIII, 10, sed κατ' ἐξοχὴν tamen Christus dicitur ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, et ipse hoc nomine, quo nullus Apostolorum usus est, mirifice delectatus reperitur, non eo consilio, ut hoc modo *ultimus hominum et contemtissimus* declararetur, cui opinioni (quam *Lessius* defendit in Progr. de filio hominis, Goetting. 1776.) contrarius est locus Joh. V, 27. sed, ut vel hoc nomine edocerentur homines, Jesum esse promissum illum in V. T. Messiam et insignem doctorem divinum, (Ezech. I, 26. Dan. VII, 13. 14.) qui communi nascendi lege e Maria virgine, interveniente divina virtute, initia vitæ, vere humanæ, haberet et corpus indueret vere humanum, ut, quod fuit sapientiæ divinæ decretum, homines per hominem adjuvarentur. Tantum igitur abest, ut hac formula vilissimus ille, ad quem Jesum descendisse fingunt haud pauci, *servorum status* describatur, ut potius, sive decreti divini sapientiam, sive origines Christi, quas interventu divinæ virtutis cepit, spectes, nihil hoc nomine sublimius, illustrius et magis honorificum fingi et cogitari possit.— Interdum tamen vox ἄνθρωπος sumitur *de iis, qui sunt matrimonii legibus invicem juncti*, v. c. Rom. VII, 1. ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου leges matrimonii vim habent. Conf. Intt. ad *Vigerum* de Idiotismis L. Gr. p. 76. ed. *Zeun*.

4. *filius*, si patri opponitur. Matth. X, 35. ἦλθον διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ per meum adventum eveniet, ut filius adversetur patri; sequitur enim: καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρός. Deut. XXII, 30. οὐ λήψεται ἄνθρωπος τὴν γυναίκα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Sirac. III, 11. ἡ γὰρ δόξα ἀνθρώπου ἐκ τιμῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Hebr. אִישׁ, cui in vers. Alex. haud raro ἄνθρωπως respondet, in eadem redditum legitur υἱὸς, Amos. II, 7.

5. *infans, puer*. Joh. VII, 23. εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, si licet puerum sabbati die circumcidere, ib. XVI, 21. ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον, antea παιδίον vocabatur. *Herodian*. I, 5. s. 14. 15. cum primum prodiissem ex utero, regia me excepit purpura, ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα.

6. *herus, paterfamilias*, maxime si τοῖς οἰκιακοῖς opponitur, unde et אִישׁ per δεσπότης Prov. XXII, 7. ab Alexandrinis redditur. Matth. X, 36. καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ et patremfamilias domestici ejus infestabunt. ibid. XIII, 24. coll. v. 27. ubi οἰκοδεσπότης dicitur.

7. *servus*, si opponitur τῷ Κύριος. Luc. XII, 36. ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν Κύριον servis expectantibus dominum, coll. v. 37. ubi δοῦλοι vocantur. *Ælian*. Hist. Anim. VII, 28. τοῦ γὰρ ἄνθρωπος ἐπὶ τῷ δεσπότῃ τέθνηκεν. In Phædone *Platonis* cap. 65. et 66. minister publicus judicum capitalium ἄνθρωπος vocatur conf. *P. Petit*. Ob-

servatt. Miscell. III, c. 15. Sic et Latinorum *homo* pro *servo* dicitur, v. c. in *Petron.* Satyr. c. 63. "habebamus tum hominem Cappadocem," ubi conf. *Burmann.* et apud *Gellium* N. A. V, 14. Fortasse huc etiam referri possit Joh. V, 7. ἄνθρωπον οὐκ ἔχω non est mihi servus, nisi cum *Grotio* ex Hebraismo vertere malis: *neminem habeo.*

8. *miles.* Matth. VIII, 9. καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν nam et ego miles alienæ potestati subjectus sum.

9. *incola, civis alicujus regionis aut urbis.* Joh. IV, 28. ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις, sc. τῆς πόλεως, et incolas ejus monuit; ubi in codd. quibusdam πολίταις e glossemate legitur. Matth. XXVII, 32. ἄνθρωπον Κυρηναῖον, ubi ἄνθρωπος in hac significatione abundat, Luc. XXIII, 6. εἰ ὁ ἄνθρωπος Γαλιλαῖός ἐστι. Act. XVI, 37. ἄνθρωποι Ῥωμαῖοι cives Romani. ibid. XXI, 39. XXII, 25. 26.

10. ut Latinum *homo* (*Terent. Heaut.* V, 3. 1. homo tu. *Schol.* cum contemtu et stomacho pronunciandum est. *Adelph.* I, 2. 31. *homo vilis et contemtus, miser et infelix,* ad imitationem Hebraici אָדָם et אֱנוֹשׁ cum e contrario ἀνήρ, ut supra docuimus, *virum honestum et potentem* notet. Joh. XIX, 5. ἴδε ὁ ἄνθρωπος *En! vobis hominem miserum,* quem miror vos tanquam regnum affectantem metuere posse. Joh. XI, 47. οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ hic abjectus homo multa miracula patrat. Locus Matth. XXVI, 72. 74. huc non pertinere videtur. Majori autem cum veri specie a *I. H. Maio* in Obss. SS. l. II. p. 63. locus Phil. II, 8. huc refertur. Hinc interdum in allocutionibus ignotorum (confer *Donatum* ad *Terent. Andr.* IV, 4. 5.) potissimum et contemtorum adhibetur. Luc. V, 20. XXII, 58. 60. Frequentem vocis ἄνθρωπος, etiam apud Græcos (v. c. *Ælian.* V. H. XII, 17.), usum esse in contemtu, docuerunt *Mounteney* ad *Demosth. Philipp.* I, p. 221. et P. *Petitus Obss. Miscell.* l. III, c. 15. p. 181. (Nonnunquam autem ἄνθρωπον esse etiam vocabulum *honoris* et *laudis,* ut Latinum *homo,* docuit *Valckenarius* ad *Herodot.* p. 604.) Jam quia Judæis pagani erant *maxime contemti et abjecti homines,* hinc ὁ ἄνθρωπος interdum

11. *paganum, gentilem, omnem, qui religioni Judaicæ non est addictus,* et ex adjuncto *impium* significat. Sic Matth. XVII, 22. μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, coll. Marc. X, 33. παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν. Marc. IX, 31. ubi videndi codices. et Luc. XVIII, 32.

12. accipitur *distributive,* ut idem sit, ac *unusquisque, quilibet, quicunque,* ἕκαστος, ut אָדָם ab Alexandr. Prov. XXIV, 12. redditur ac אִישׁ sumitur 1 Sam. VIII, 22. 1 Cor. IV, 1. οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος sic unusquisque vestrum de nobis statuat. Luc. VI, 31. Joh. II, 25. Rom. III, 28. omnem Christianum. IV, 6. 1 Cor. XI, 28. Galat. II, 6.

13. indefinite ut אִישׁ (1 Sam. XXIV, 20.) pro τὶς (qua ipsa voce usi sunt Alexandrini pro אִישׁ Gen. XIII, 8. Exod. II, 1. Levit. XIII, 40. ponitur, *quidam, aliquis,* et cum particula negandi vel interrogandi, *quisquam.* Matth. IX, 9. εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον vidit aliquem sedentem XIII, 28. adversarius quidam. XXII, 11. Marc. XII, 1. XIV, 13. Joh. I, 6. III, 1. erat quidam e Pharisæis. Ib. VII, 51. numquid lex nostra condemnat quemquam? IX, 11. Exod. II, 11. ὁρᾷ ἄνθρωπον Αἰγύπτιον. Matth. XIX, 6. ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω ne quisquam sejungito. Marc. XI, 2. οὐδεὶς ἀνθρώπων *nemo.* Luc. IV, 4. IX, 25. Hebr. XIII, 6. In haud paucis vero locis, in quibus ἄνθρωπος aut indefinite aut distributive sumitur, pleonastice ponitur, v. c. Matth. XX, 1. ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ hero, seu patrifamilias. Luc. II, 15. οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες, loco οἱ ποιμένες. Matth. VII, 9. τὶς ἄνθρωπος, pro τίς. XI, 19. ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης. Matth. XIII, 45. ἄνθρωπος ἔμπο-

ρος. XVIII, 23. ἄνθρωπος βασιλεύς. Sic Genes. IX, 20. ἄνθρωπος γεωργός. Gen. XLVI, 32. הָאֲנָשִׁים רֹעֵי צֹאן Levit. XXII, 2. ubi est in Hebraico בְּנֵי־כֹהֵן, in versione Alexandrina legitur: θυγάτηρ ἀνθρώπου Ἱερέως. Quid? quod ipsi Scriptores exteri voce ἄνθρωπος quæ pleonasmum habet, haud raro utuntur; conf. *Vechneri* Hellenolexiam p. 86.

14. *pars hominis potior, animus* nempe *omnesque ejus sensus et facultates*, qui κατ' ἐξοχὴν ὁ Ἔσω ἄνθρωπος, etiam a Græcis philosophis vocabatur, ut distingueretur ab ὁ Ἔξω ἄνθρωπος (2 Cor. IV, 16.), seu corpore humano. Rom. VII, 22. κατὰ τὸν Ἔσω ἄνθρωπον animus quidem meus delectatur legibus divinis, ubi cum νοῦς permutatur v. 23. 25. conf. ad h. l. quæ *Koppius* notavit. Ephes. III, 16. εἰς τὸν Ἔσω ἄνθρωπον quoad animum, qui 1 Petr. III, 4. ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, et 2 Cor. IV, 16. ὁ ἔσωθεν ἄνθρωπος vocatur. Pari ratione sibi invicem in N. T. respondent ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος, h. e. animus erroribus infectus et alienus a veræ religionis cognitione et vitiositate contaminatus, quo Judæorum ac gentilium plerique ante conversionem ad religionem Christianam laborabant; et ὁ καινὸς ἄνθρωπος, h. e. animus, purioris et perfectioris religionis Christianæ luce illustratus et emendatus. Rom. VI, 6. ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη renuntiavimus pristinæ perversæ vivendi et cogitandi rationi. Ephes. IV, 22. τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον et explicationis causa additur: κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν — τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης. Coloss. III, 9. Ephes. II, 15. εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον homines plane emendatos et in melius mutatos religionis Christianæ auxilio. Ephes. IV, 24. ubi ὁ καινὸς ἄνθρωπος a Paulo sic describitur: ὁ κατὰ Θεὸν κτισθεὶς ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας.

15. pro adjectivo ἀνθρώπινος *humanus, terrenus*, quo etiam usi sunt Alexandrini interdum pro אָדָם, v. c. Num. V, 6. Ezech. IV, 12. 15.) ita ut opponatur ei, quod *divinum* est. 1 Cor. I, 25. τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί quod stultum, ineptum in rebus divinis seu doctrina christiana videtur, præstantius tamen est omni sapientia humana seu institutis humanis sapientissimis. ibid. III, 21. μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις nemo glorietur rebus humanis, h. e. eruditione et sapientia humana. Hinc illustrari et aliæ formulæ, in N. T. haud raro obviæ, commode possunt, v. c. κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖν, 1 Cor. III, 3. est i. q. κατὰ Σάρκα περιπατεῖν, seu Σαρκικὸν εἶναι, vivere, ut plerique homines vivere solent, se gerere, ut homines, nondum satis emendati per religionem Christianam et instituti. Huc etiam referenda est formula κατὰ ἄνθρωπον λέγειν aut λαλεῖν, h. e. *populariter aliquid proponere, ut et rudiores intelligere possint* (quod etiam *Petronius* in Satyrico *humane loqui* dixit), dum nempe partim ex opinione et more dicendi et agendi aliorum loquor, partim illustro rem exemplis, e vita communi desumtis. Rom. III, 5. κατὰ ἄνθρωπον λέγω e persona hominum, a vero aberrantium, loquor. 1 Cor. IX, 8. μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ; num putatis ad hanc sententiam adstruendam exempla tantum humana afferri posse? (Hinc κατὰ ἄνθρωπον *exempli causa*, ut: 1 Cor. XV, 32. εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ cum exempli gratia Ephesi concertandum mihi fuit cum bestiis.) Galat. III, 15. κατὰ ἄνθρωπον λέγω, h. e. interprete *Theophylacto*, ἀνθρώπινον ὑπόδειγμα μέλλω ὑμῖν παραγαγεῖν.

16. ἄνθρωποι Θεοῦ in N. T. dicuntur *doctores religionis Christianæ*, quasi ἀπεσταλμένοι παρὰ Θεοῦ ad imitationem Scriptorum V. T. qui *prophetas omninoque omnes doctores et interpretes voluntatis divinæ* אַנְשֵׁי אֱלֹהִים vocare solebant. 1 Regg. XIII, 1. 2 Regg. IV, 40. 1 Tim. VI, 11. Timotheum Paulus compellat verbis: ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ! 2 Tim. III, 17.

coll. 2 Petr. I, 22. Haud raro omittitur, v. c. Matth. V, 11. ὅταν ὀνειδίσωσι ὑμᾶς καὶ διώξωσι, sc. ἄνθρωποι, quod *Vulgatus*, h. l. recte addidit. *Aristoph. Concion.* v. 664. et 876. Multa alia hujus ellipseos exempla collegit *Dukerus* ad *Thucyd.* VII, c. 69. p. 490. et *Georgius* in *Vindiciis* p. 246.

ἈΝΘΥΠΑΤΕΎΩ, fut. εύσω, *proconsul sum, proconsulare imperium gero, pro consule provinciam administro.* Semel occurrit Act. XVIII, 12. Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, ubi ἀνθυπατεύοντος est i. q. ἀνθυπάτου ὄντος. *Herodian.* VII, 5. 2. ἐπὶ τὴν τοῦ ἀνθυπατεύοντος οἰκίαν.

ἈΝΘΎΠΑΤΟΣ, ου, ὁ, *proconsul, qui consulatu functus erat, et in provinciam Romanam mittebatur cum consulari auctoritate*, ex ἀντὶ *loco, vice*, et ὕπατος, i. q. ὑπέρτατος, *summus, consul*, penes quem erat Romæ summa potestas. Legitur hæc vox Act. XIII, 7. 8. 12. XIX, 38. Dicebantur autem *proconsules* sub Augusto præsides provinciarum senatus populique Romani, ut distinguerentur a *legatis Cæsaris*, qui provincias Cæsaris administrarent. Proconsules ipsi erant annui, postquam a toto senatu creati et sorte delecti essent, et proconsulare imperium ἀνθυπατεία vocabatur. Confer *Nic. Funccii* D. de proconsulari dignitate: in *Symbol. Brem.* T. II. p. 4.

ἈΝΊΗΜΙ, fut. ήσω, perfect. ἀνεῖκα,

1. *remitto, relaxo, quod nimis arcte constrictum est*, et ex adjuncto: *solvo.* Act. XVI, 26. καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη, *Vulgatus:* et omnium vincula soluta sunt, ubi in uno codice loco ἀνέθη legitur ἀνελύθη e glossemate. ibid. XXVII, 40. ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων solutis vinculis gubernaculorum. *Lucian.* de *Sacerdot. Cybel.* XIII, ἀνεὶς τὴν κόμην.

2. tropice: *mitigo, minuo, omitto, intermitto.* Ephes. VI, 9. ἀνιέντες τὴν ἀπειλὴν remittite nimiam vestram severitatem et acerbitatem, desinite eos duriter tractare. *Thucyd.* III, 10. *Epictet.* 54. τὴν αἰδὼ ἀνίεναι.

3. *relinquo aliquem, desero auxilio meo.* Hebr. XIII, 5. οὐ μὴ σὲ ἀνῶ semper tibi auxilio meo adero. Ad imitationem Hebraici רָפָה, quod propr. *remittere, relaxare*, notat, sed deinde metaphorice *auxilio suo aliquem deserere*, significat. Deut. XXXI, 6. לֹא יַרְפְּךָ וְלֹא יַעַזְבֶךָּ Alex. οὔτε μή σε ἀνῇ Κύριος ὁ Θεὸς, οὔτε μή σε ἐγκαταλίπῃ. Jos. I, 5. 1 Paral. XXVIII, 20. *Alberti* Gloss. N. T. p. 88. ἀνέντες· ἀφέντες et p. 186. ἀνῶ· ἀφήσω. *Hesych.* ἀνείς· ἀφείς, ἐάσας. — ἀνειμένον· ἀπολελυμένον, ἐκλελυμένον. — ἄνες· ἄφες, ἀπόλυσον. Usurpatur enim hæc vox, æque ac vernacula loslassen *to release*, etiam de captivis, qui emittuntur e carcere et liberantur, ita, ut vel addatur δεσμῶν, ut apud *Eunap. Maxim.* p. 106. vel nude ponatur. *Eustath. in Od.* θ', p. 313. 17. ἐκ δεσμοῦ λῦσαι, τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἀνίεναι λέγεται. Idem p. 668. 45.

ἈΝΙΊΛΕΩΣ, ω, ὁ, ἡ, *immisericors, qui nullo misericordiæ sensu tangitur*, ex α priv. et ἵλεως *misericors.* Proprie de personis quidem usurpatur, sed interdum etiam *actionibus* tribuitur, v. c. Jacob II, 13. ἡ κρίσις ἀνίλεως pœna gravissima. Sæpius non legitur in N. T.

ἌΝΙΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *illotus*, ex α priv. et νίπτω *lavo.* Matth. XV, 20. ἀνίπτοις χερσὶν φαγεῖν illotis manibus edere. Marc. VII, 2. 5. De Judæorum more lavandi, ad quem in omnibus his locis respicitur, conf. *Mischnam* in libro, qui inscribitur: יָדַיִם Tom. VI. Operis *Surenhus.* p. 480. seq. et *Buxtorf.* in Synagog. c. 11. p. 235. ed. Basileens.

ἈΝΊΣΤΗΜΙ, fut. στήσω. Recte jam observatum est a *Schoettgenio, Krebsio* et aliis, quod jam tironum tantum causa repetere licet, verbum ἵστημι, ἀφίστημι, ἀνίστημι, et cetera composita hujus verbi in voce activa pro diversa temporum ratione maxime diversas habere significationes, nunc *activam*, nunc *neutralem*, ut scilicet tempus *præsens, imperfectum, aorist.* 1. et *fut.* 1. semper sua natura

significationem activam, e contrario, *perfectum*, *plusquamperfectum*, et *aoristus* 2. *neutralem* seu *intransitivam* notionem habeant. His præmissis notiones verbi *ἀνίστημι* ita optime constitui posse arbitror. Notat autem *ἀνίστημι* vi sua genuina

1. *excito*, *surgere facio*, *stare facio*, *statuo*, *colloco*. Act. IX, 41. *δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα ἀνέστησεν αὐτὴν* et manu porrecta excitavit eam, seu effecit, ut residere posset. *Polyb.* XIII, 7. 8. Hinc

2. metaphorice: *in vitam revoco*, *spiritum restituo*, *suscito*, *vitam reddo*. Act. II, 24. *ὃν ὁ Θεὸς ἀνέστησε* quem Deus suscitavit. ibid. v. 32. XIII, 33. Eodem modo *ἀνίστημι* usurpatur ab *Homero* Iliad. XXIV, v. 551. *Palæphato* de incredibilibus c. 27. 1. et *Apollodoro* Bibl. III, 3. 1. Hinc ex adjuncto

3. per metaphoram: *beo aliquem felicitate æterna*, quæ in N. T. ut supra jam dictum est, haud raro *ἀνάστασις* vocatur. Joh. VI, 39. *μὴ ἀπολέσω ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ* non excludam eos a felicitate æterna, ad quam eos certissime adducam. ibid. v. 54.

4. *efficio*, *ut aliquid sit et oriatur*, *exoriri*, *nasci jubeo*, ad imitationem Hebraici הֵקִים (Genes. XXXVIII, 8. Deut. XVIII, 18.) et usurpatur imprimis de *sobole procreanda et excitanda*. Matth. XXII, 24. *καὶ ἀναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ* ut fratri suo posteros conciliaret. Act. II, 30. *ὤμοσεν ὁ Θεὸς τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν* jurejurando interposito promisit Deus nasciturum Christum e posteris ejus. Act. III, 22. *προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς* prophetam vobis exoriri jubebit Deus. VII, 37. Eodem sensu *ἐγείρειν* legitur Rom. IX, 17.

7. *surgo*, *resurgo*, *excito et erigo me de loco meo*, sive a *lapsu*, sive a *sede*, sive a *cubili*, sive alio modo. Matth. IX, 9. *καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ* et ille surgens a sede sua comitem se ei adjunxit. XXVI, 62. *καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ*. Marc. IX, 27. *ἤγειρεν αὐτὴν καὶ ἀνέστη*. Observent autem tirones, *ἀνίστημι* in hac significatione aut omnino pleonastice positum esse ex more Hebræorum, qui verbis agendi formulam præmittunt, quæ aliam actionem necessario præcedentem significat, aut per *statim*, *illico*, *confestim* reddendum esse. Marc. I, 35. *ἀναστὰς ἐξῆλθε*, pro *ἐξῆλθε*. II, 14. *καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ* et statim eum secutus est: unde et interdum (v. c. Act. V, 17. a Syro et Arab.) in verss. antiquioribus plane omissum reperitur. Sic קוּם pleonastice ponitur Deut. XXXII, 38. Exod. XXXII, 1. קוּם עֲשֵׂה־לָנוּ אֱלֹהִים Alex. *ἀνάστηθι καὶ ποίησον ἡμῖν θεούς*. Deut. XVII, 8. *καὶ ἀναστὰς ἀναβήσῃ εἰς τὸν τόπον*. Tamen subinde sic quoque apud Græcos Scriptores legitur, v. c. apud *Dionys. Halicar.* II, 38.

6. *in vitam revocor*, *resurgo*, *suscitor*, ita, ut vel sequantur verba *ἐκ τῶν νεκρῶν*, vel simpliciter ponatur. Matth. XVII, 9. *ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ*. XX, 19. *καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται*. Marc. VIII, 31. *μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι*. IX, 9. 10. 31. Sed hæc ipsa formula *ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν* interdum etiam metaphorice usurpatur, ita, ut significet: *a misera conditione transire ad meliorem*, *renuntiare pristinæ vitiositati et ad sanam mentem redire*. Ephes. V, 14. *ἀνάστα ἐκ νεκρῶν* e vita scelesta te excita; ad quem locum recte intelligendum, partim metaphoricam notionem vocabuli *νεκρὸς* recte tenere opus est, partim redeundum erit ad loca V. T. in quibus *ἀνιστάναι* omnino notat: *efficere*, *ut aliquid statum pristinum recuperet*, adeoque de sanatione Ies. XXXVIII, 9. æque ac de restitutione reipublicæ Ies. XXVI, 19. Dan. XI, 39. usurpatur.

7. *insurgo contra aliquem*, *sive verbis*, *sive factis*, *impugno*, i. q. *ἐπανίστημι*. Marc. III, 26. *εἰ ὁ Σατανᾶς ἀνέστη ἐφ' ἑαυτὸν* si Satanas se ipsum op-

pugnat. Matth. XII, 41. Luc. X, 25. Act. VI, 9. Construitur autem tunc fere cum ἐπὶ aut μετὰ, quemadmodum Hebræi τῷ קוּם, in hac significatione usurpato, אֶל addunt, Gen. IV, 8. quod haud raro pro עַל ponitur. Eodem sensu cum κατὰ constructum legitur apud *Palæphatum* de Incredib. VI, 3. ἀνέστησαν κατὰ Κάδμου. et cum præpositione εἰς apud *Thucyd.* VIII, c. 45. p. 530.

8. *discedo, abeo*, Marc. X, 1. καὶ ἐκεῖθεν ἀναστὰς et inde discedens, coll. Matth. XIX, 1. μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας. Marc. VII, 24. καὶ ἐκεῖθεν ἀναστὰς ἀπῆλθεν κ. τ. λ. Haud raro etiam in Græcis Scriptoribus hæc significatio reperitur, ut multis exemplis docuit *Kypke* Observatt. Sacr. T. I. p. 178.

9. *exorior, nascor, existo*, et ex adjuncto: *in publicum prodeo, auspicor munus*, ut v. c. apud *Herodotum* III, 66. et 67. Act. VII, 18. ἄχρις οὗ ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος donec exortus esset rex alius. Rom. XV, 12. καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν natus rex nationum. Act. V, 36. πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς ante hoc tempus prodiit Theudas. ibid. v. 37. Hebr. VII, 11. ἀνίστασθαι ἱερέα constitui sacerdotem. ibid. v. 15. Eodem modo קוּם Exod. I, 8. Judd. II, 10. 1 Regg. III, 12. 2 Regg. XXIII, 25. Sirac. XLVII, 1.

Ἄννα, ης, ἡ, *Anna*. Nomen proprium Hebraicum (a radice חָנַן *gratiosus fuit*) mulieris prophetissæ, filiæ Phanuel ex tribu Aser, quæ commemoratur Luc. II, 36.

Ἄννας, α, ὁ, *Annas*. Nomen proprium Hebraicum (a radice eadem) pontificis, qui a *Josepho* passim Ἄνανος vocatur. Fuit autem socer Caiphæ, et pontificatum a *Quirinio*, Syriæ præside, acceperat, (*Joseph. A. J.* XVIII, 2. 1.) sed sub Tiberio honore illo iterum privatus est a Valerio Grato, Judææ præside, qui ejus loco constituit Caipham. Dignitate Pontificis motus, factus videtur summi pontificis vicarius, quem Hebræi סְגָן vocant. Conf. *Seldenus* de *Success. in Pontif.* II, c. 1. Legitur ejus nomen Luc. III, 2. Joh. XVIII, 13. 24. Act. IV, 6. Cf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 670.

ἈΝΌΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Nimis vage hæc vox a Lexicographis fere omnibus explicata reperitur vocabulis *amens, demens, stultus, mente carens, insipiens*, nec circumscriptius interpretatus est *Hesychius*, ἀνόητος· μωρὸς, ἠλίθιος, ἀσύνετος, ἄφρων. Varias autem habet significationes, quæ tantum ope contextæ orationis erui certo possunt; et quod ad N. T. libros attinet, ἀνόητος

1. *qui facultate verum cognoscendi aut plane non, aut certe non recte utitur*, dicitur. Luc. XXIV, 25. ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ o vos insipientes et difficiles ad credendum! Sic *Joseph. A. J.* VI, 3. 6. Judæos ἀνόητον τὸ πλῆθος πρὸς προῤῥήσεις τῶν συμβησομένων appellat.

2. *incautus, imprudens, inconsideratus, qui facile decipitur*. Galat. III, 1. et 3. ubi Galatæ ἀνόητοι vocantur, turbati et decepti a falsis doctoribus judaizantibus, eoque levitatis progressi, ut perfectiorem doctrinam cum imperfectiore permutare haud dubitarent.

3. *incultus et rudis*. Rom. I, 14. σοφοῖς δὲ καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμὶ populis cultis et incultis, Græcis æque ac Barbaris, debeo officia. *Hesych.* Ἕλληνες· φρόνιμοι. Βάρβαροι· ἀπαίδευτοι.

4. *qui destituitur idonea religionis divinæ cognitione*. Tit. III, 3. ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι eramus enim etiam nos olim alieni a religione Christiana.

5. *qui aliquem insanum reddit, aut in causa est, ut alter mente sua et sana ratione non utatur, quamvis possit*. 1 Tim. VI, 9. ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους καὶ βλαβερὰς. In versione Alex. ἀνόητος Hebr. אֱוִיל Prov. XVII, 28. et אִוֶּלֶת XV, 21. respondet: et Ps.

XLIX, 12. Hebraicum בְּשְׁמוֹת τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις redditur, ubi ἀνόητος sensu proprio de eo, qui caret et destituitur sana ratione, usurpatur.

Ἄνοια, ας, ἡ, 1. in universum: *stultitia, amentia,* ex α priv. et νοέω *cogito,* νοῦς *mens. Hesych.* ἀνοίας· μωρίας. *Suid.* ἄνοια· ἡ ἀναισθησία. Conf. *Schweighæuser. Lex. Polyb.* p. 49.

2. *impietas, vitiositas, fraus, qua aliis fucum facimus, et errores spargimus.* 2 Tim. III, 9. ἡ γὰρ ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν, ὡς καὶ ἡ ἐκείνων ἐγένετο impietas enim eorum detegetur aliquando, ut et illorum detecta est. Haud raro autem in libris apocryphis ἄνοια *impietatem* notat, v. c. 2 Macc. IV, 6. XIV, 5. XV, 33. 3 Macc. III, 11. de quibus locis vide *nostrum Spicilegium I. Lexici Bieliani* p. 12.

3. *summa indignatio et furor, qui animum perturbatum reddit, et hominem quasi mente privat.* Luc. VI, 11. αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας illi vero furore quasi et rabie correpti sunt. *Syrus* h. l. usus est voce ܚܣܡܐ quæ *zelum, invidiam, æmulationem* et *indignationem* notat. et Act. V, 17. XIII, 45. pro ζῆλος posita reperitur. Vide et loca a *Wetstenio N. T.* T. I. p. 691. laudata.

Ἀνοίγω, fut. ξω, proprie: *aperio aliquid quacunque ratione quod clausum est,* ex ἀνὰ et οἴγω *aperio.* Matth. II, 11. ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς postquam aperuerunt thesauros. Act. V, 19. ἤνοιξε τὰς θύρας τῆς φυλακῆς. ibid. v. 23. XII, 10. 14. Hinc interdum significat: *resignare, demere et removere sigillum,* ut sæpius in Apocalypsi legitur, v. c. V, 2. 3. 4. 5. 9. VI, 1. 3. 5. 7. 9. 12. X, 2. 8. XX, 12. et in aliis locis de *cœlo hiante, dehiscente,* aut potius de *nubibus, quæ fulgurum impetu separantur et secantur quasi,* usurpatur Matth. III, 16. Luc. III, 21. Act. X, 11. Hanc propriam notionem deseruerunt N. T. Scriptores haud paucis in locis et formulis, quibus usi reperiuntur, inter quas maxime memorabiles sunt: ἀνοίγειν τὸν οὐρανὸν, θύραν, ὀφθαλμοὺς, στόμα, quæ, quia ad notiones universas revocari commode non possunt, separatim tractandæ sunt. Jam I. formula: ἀνοίγειν τὴν θύραν, pro qua interdum etiam simpliciter ἀνοίγειν ponitur, cujus ellipseos nulla exempla notavit *Lamb. Bos.* metaphorice sumta, (nam proprie est *intromittere,* Luc. XII, 36. Joh. X, 3.)

1. *voti compotem reddere, precibus alicujus annuere* notat. Matth. VII, 7. κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν, h. e. αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν, quæ formulæ h. l. permutantur invicem. Luc. XI, 9. 10.

2. *recipere aliquem et excipere, admittere.* Luc XIII, 25. Κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν participes nos redde felicitatis cultorum tuorum, aut, recipe nos in cœtum cultorum tuorum beatorum, coll. v. 28. 29. Apoc. III, 20. καὶ ἀνοίξῃ τὴν θύραν si religionem meam salutarem admittat.

3. *facultatem* aut *occasionem alicui suppeditare alicujus rei perficiendæ.* Act. XIV, 27. ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι θύραν πίστεως quod gentibus patefecerit aditum ad religionem Christianam. 1 Cor. XVI, 9. θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργὴς non deest mihi occasio et facultas potenter tradendi religionem Christianam. (Perfectum medii ἀνέῳγεν, quod legitur h. l. habet significationem reciprocam, activam nempe et passivam, ut sæpissime apud Scriptores Græcos: cf. *Thom. M.* sub ἀνέῳγεν, *Suidam* sub ἀνεῴγεισαν, *Ælian. H. A.* I, 45. et *Grævium* ad *Luciani Solœcistam* c. 8. T. III. Opp. p. 575.) 2 Cor. II, 12. καὶ θύρας μοι ἀνεῳγμένης ἐν Κυρίῳ. Coloss. IV, 3. Apoc. III, 8. v. 7. ὁ ἀνοίγων καὶ οὐδεὶς κλείει, καὶ κλείει καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει a quo unice pendet facultas et occasio cum fructu tradendi religionem Christianam. Cf. infra sub θύρα. II. ἀνοίγειν οὐρανὸν Deus dicitur, *cum, quocunque demum fiat modo, majestatis suæ et summæ potentiæ specimina edit inter homines.* Joh. I, 51. ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα futurum est ab hoc tempore,

ut divina majestas conspicua fiat hominibus. Cœlum enim haud raro in litteris sacris de divina gloria et majestate usurpatur, ut docuit *Glassius* in *Philol. S.* p. 1040. ed. *Dath.* Act. VII, 56. θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους præsens mihi sentio summum Dei numen. III. ἀνοίγειν τοὺς ὀφθαλμοὺς proprie

1. dicitur *is, qui oculos suos aperit et cilia diducit, ut videre possit.* Act. IX, 8. ἀνεῳγμένων δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ οὐδένα ἔβλεπε sublatis oculis nihil vidit; sed deinde

2. notat: *facultatem videndi alicui dare*, seu *reddere*. Matth. IX, 30. καὶ ἀνεῴχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί et visum ipsis restituit. XX, 33. Joh IX, 10. 14. 17. 21. 26. 30. 32. X, 21. XI, 37. Act. IX, 40. Sic Ies. XXXV, 5. אָז תִּפָּקַחְנָה עֵינֵי עִוְרִים tum cœcis restituetur visus. Vide *Wetstenii N. T.* T. I, p. 363. Hinc

3. metaphorice: *facultatem intelligendi et cognoscendi verum alicui dare* seu *reddere*, *augere alicujus cognitionem*. Act. XXVI, 18. ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν et explicationis causa additur τοῦ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς. Similis locus est Genes. III, 5.—IV. ἀνοίγειν τὸ στόμα

1. proprie quidem *aperire os*, seu *diducere*, notat, ut legitur Matth. XVII, 27. καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ et si os ejus, nempe piscis capti, aperueris: sed deinde

2. *facultatem loquendi alicui reddere.* Luc. I, 64. ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα statim recepit facultatem loquendi. Hoc fit more Hebræorum, Num. XXII, 28. וַיִּפְתַּח יְהוָה אֶת־פִּי הָאָתוֹן h. e. et dedit Jehova asinæ loquendi facultatem.

3. ἀνοίγειν τὸ στόμα αὐτοῦ aperire os suum, est: *loqui, verba facere, docere.* Matth. XIII, 35. ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου loquar, seu utar parabolis. Act. VIII, 32. οὗτος οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ ne verbum quidem profert contra adversarios suos. Sic Ps. LXXVIII, 2. אֶפְתְּחָה בְמָשָׁל פִּי loquar per parabolas. *Lucian.* in *Philopseude* §. 33. p. 286. Vol. VII, ed. *Bipont.* ἀλλά μοι καὶ ἔχρησεν ὁ Μέμνων αὐτὸς, ἀνοίξας τὸ στόμα ἓν ἔπεσιν ἑπτά. *Virgil. Æn.* II, 246.

4. ἀνοίγειν τὸ στόμα αὐτοῦ *initium dicendi facere, exordiri orationem.* Act. VIII, 34. XVIII, 14. μέλλοντος δὲ τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα cum Paulus sui defensionem suscipere, respondere ad has criminationes vellet. Eadem formula

5. *libere loqui, libertate dicendi uti*, notat. 2 Cor. VI, 11. τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς libere vobis exposui sententiam meam. Eodem sensu hæc formula (quæ comparari potest cum Hebraico רָחַב פִּי עַל־אוֹיְבַי 1 Sam. II, 1.) legitur apud Sirac. XV, 5. XXII, 22. XXIX, 24. Interdum autem formula hæc plane abundat, Matth. V, 2. Act. X, 34. more Hebræorum, Dan. X, 16. Sirac. LI, 25.

'ΑΝΟΙΚΟΔΟΜΈΩ, ῶ, fut. ήσω,

1. proprie: *reædifico, rursus ædifico*, ex ἀνὰ et οἰκοδομέω. *Herodian.* VIII, 2. 12. *Aristoph. Vesp.* 789.

2. *restauro, reficio aliquid.* Act. XV, 16. ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ, καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω restaurabo palatium Davidis, et diruta ejus reficiam h. e. restituam rempublicam judaicam pristino splendori. Ita בָּנָה Amos IX, 11.

'ΑΝΟΙΞΙΣ, εως, ἡ, *apertio*, ab ἀνοίγω. Semel tantum legitur hæc vox in N. T. Ephes. VI, 19. ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου quoties tradenda mihi sit religio Christiana.

'ΑΝΟΜΊΑ, ας, ἡ, proprie 1. *statum hominis* indicare videtur, *qui legibus plane caret, certe earum idonea cognitione destituitur*, ut ex vocibus ἄνομος et ἀνόμως colligere licet: sed ita in N. T. non legitur, in quo potius

2. *illegalitatem, violationem legum omnium, vitiositatem, impietatem*, notat, in locis quidem his: Matth. XXIII, 28. Rom. VI, 19. ubi τῇ ἀνομίᾳ opponitur τῇ δικαιοσύνῃ. Tit. II, 14. ἵνα

λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας. 1 Joh. III, 4. ubi ἁμαρτία eo, quo in fine commatis sequentis legitur sensu, ἀνομία, aberratio a legibus divinis dicitur. Sic ἀνομία Sapient. V, 7. 24. Sirac. XLII, 21. legitur et in vers. Alex. ubi τῷ עָוֹן, Genes. XIX, 5. עוֹלָה, Ps. LVIII, 2. רֶשַׁע, Ps. V. 4. et aliis similibus vocabulis respondet.

3. *actio quævis illegitima et impia, peccatum.* Matth. VII, 23. οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. ib. XIII, 41. Rom. IV, 7. μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι. ib. VI, 19. εἰς τὴν ἀνομίαν. Hebr. VIII, 12. X, 17. Sic etiam in libris apocryphis: Sirac. XXI, 3. XXXVIII, 10. Hist. Susann. v. 37. et 57. Pro חַטָּאָה, legitur etiam Exod. XXXIV, 9. Ies. V, 18. Thren. IV, 6. Speciatim vero ἀνομία

4. notat *injustitiam, crudelitatem, sævitiam, violentiam.* Matth. XXIV, 12. διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ob ingravescentem violentiam et persecutionem. Hebr. I, 9. ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν. unde etiam Alexandrini τὸ חָמָס per ἀνομίαν interdum expresserunt, v. c. Ezech. VII, 23. VIII, 17.

5. *defectio a religione Christiana*, i. q. ἀποστασία. 2 Thess. II, 7. τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας jam multi clam deficiunt a religione Christiana. Ad hanc significationem confirmandam non tam ad Hebr. פֶּשַׁע *defectio*, cui respondet in vers. Alex. ἀνομία interdum, v. c. Job. VII, 21. VIII, 4. Ps. LI, 3. ob ambiguitatem vocis provocarem, quam ad locum Ies. I, 5. ubi סָרָה ab Alex. per ἀνομίαν, a *Theodot.* per ἔκκλισιν redditum legitur.

6. *ipsa paganorum religio.* 2 Cor. VI, 14. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; quænam est conjunctio religioni Christianæ cum religione paganorum? Vide quæ ad sequens vocabulum notata sunt.

ΆΝΟΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *exlex, carens lege, cui lex non est data*, dicitur, unde ἄνομοι in N. T. κατ' ἐξοχὴν vocantur *gentiles, qui legem Mosaicam non habent, qui non adstricti sunt legi Mosaicæ et ceremoniali.* Sic Act. II, 23. διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλατε per Romanos ad palum alligatum sustulistis. 1 Cor. IX, 21. τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος erga paganos me gessi, quasi nec ipse olim adstrictus fuissem legi Mosaicæ. Sic et legitur 1 Macc. II, 44. III, 5. Sap. XVII, 2. *Fragm. Esther*, c. 4. *Etym. M.* ἄνομοι· οἱ ξένοι τῶν θείων νόμων παντελῶς. *Hesych.* ἄνομον· τὸ μὴ ὑποκείμενον νόμῳ. — πρὸ τοῦ νόμου.

2. *impius, scelestus, legum divinarum contemptor.* 1 Cor. IX, 21. μὴ ὢν ἄνομος quanquam non sum violator legis divinæ. 2 Petr. II, 8. ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν ægre tulit eorum impie facta. Sic Sirac. XVI, 4. XXXIV, 22. *Suid.* ἄνομος· παράνομος.

3. *maleficus, qui a judicibus publice punitur.* Luc. XXII, 37. καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη et inter sceleratos relatus est. coll. Ies. LIII, 12. Marc. XV, 28. 1 Tim. I, 9. Sic apud *Sophocl. Œdip. Tyr.* v. 183.

4. *qui alios sollicitat ad defectionem a religione Christiana.* 2 Thess. II, 8. καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος tunc palam prodibit impostor ille et corruptor, qui v. 3. ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας vocatur. Ies. I, 4. τῷ מַשְׁחִית in vers. Alex. respondet.

ΆΝΟΜΩΣ. Adv. *sine lege, ἄνευ νόμου*, et speciatim *sine cognitione legis Mosaicæ.* Semel tantum legitur in N. T. Rom. II, 13. ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται qui religionis Mosaicæ cognitione destituti peccant, non secundum eum rigorem, quem postulat legis Mosaicæ cognitio, damnati peribunt. Opponitur ibi τῷ ἀνόμως, διὰ νόμου et ἐν νόμῳ. Bene *Alberti* adduxit ad h. l. verba *Isocratis Panegyr.* p. 94. ubi de Græcis, cum scilicet nullos adhuc legislatores haberent, scribit: τοὺς Ἕλληνας ἀνόμως ζῶντας καὶ σποράδην οἰκοῦντας. Conf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 366. Alias est: *injuste, inique, contra legem latam.* 2 Macc. VIII, 16.

ἈΝΟΡΘΌΩ, ῶ, fut. ώσω, 1. *surrigo, sursum vel rursus erigo.* Passiv. ἀνορθοῦμαι *erigor, erecto sum capite et corpore.* Luc. XIII, 13. καὶ παραχρῆμα ἀνωρθώθη et protinus erecto stetit corpore, liberata est a κυφώσει, qua laborabat. 2. *iterum ædifico, rursum exstruo.* Act. XV, 16. καὶ ἀνορθώσω αὐτὴν palatium Davidis collapsum et dirutum iterum erigam, h. e. reddam familiam Davidis pristino splendori. *Herodot.* I, 19. τὸν νηὸν τῆς Ἀθηναίης ἀνορθώσωσι, τὸν ἐνέπρησαν. Apud *Libanium Or.* IV, p. 179. ἀνορθοῦν τῷ κατασκάπτειν opponitur. Etiam simplex ὀρθοῦν *ædificare, exstruere* notat. 3. metaphorice: *reficio, restauro, in pristinum meliorem statum restituo.* Hebr. XII, 12. διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε manus remissas et genua labantia confortate. Simili sensu legitur apud Siracid. XI, 12. καὶ ἀνώρθωσεν αὐτὸν ἐκ ταπεινώσεως αὐτοῦ.

ἈΝΌΣΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *impius, profanus, qui nullis se divinis et humanis legibus teneri patitur, qui officia, quæ cum Deo tum hominibus præstanda sunt, negligit.* Tam late enim patet hæc vox non solum apud exteros Scriptores, *Xenoph. Mem.* I, 1. 11. —4. 19. sed etiam in N. T. libris, in quibus bis tantum legitur. 1 Tim. I, 9. ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, ubi ἀνόσιοι sunt, qui fœda faciunt, turpia committunt, ἀνοσιουργοί, qui alias vocantur, Ezech. XXII, 9. 2 Tim. III, 2. 2 Macc. VII, 34. VIII, 32. *Hesych.* ἀνόσια· βέβηλα, ἄδικα, ἄνομα.

ἈΝΟΧΉ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *dilatio, procrastinatio, prolatio,* ab ἀνέχω. *Joseph. A. J.* VI, 5. 1. ἀνοχὴν ἑπτὰ ἡμερῶν. *Idem. B. J.* I, 8. 6. ἀνοχὴν τοῦ πολέμου διδόντος. 2. *tolerantia, lenitas animi, longanimitas, quæ se maxime pœnis differendis exserit,* Langmuthigkeit, Schonung *meekness, sparing mercy,* ab ἀνέχεσθαι *tolerare.* Sic in N. T. bis usurpatur de tolerantia Dei erga impios. Rom. II, 4. καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας. ib. III, 26. ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ. *Hesych.* ἀνοχῇ· μακροθυμίᾳ. πάρα τὸ ἀνέχειν καὶ ἀνέχεσθαι, ἢ ἀνατολῇ (lege ἀναζολῇ) ἢ χάριτι. ad quem locum conf. *Ernesti. Alberti Gloss. N. T.* p. 94. ἀνοχῆς· ἀναζολῆς.

ἈΝΤΑΓΩΝΊΖΟΜΑΙ. Verbum Medium, ut probavit *Dresigius de Verbis Mediis N. T.* I, 81. quod proprie notat, 1. *decertare, repugnare, adversarium esse in certaminibus,* ut vel etymologia docet. 2. sensu metaphorico: *resistere, obniti.* Hebr. XII, 4. πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι resistentes sollicitationibus ad defectionem a religione Christiana. Sæpius non legitur.

ἈΝΤΆΛΛΑΓΜΑ, τος, τὸ, 1. proprie: *commutatio, permutatio, compensatio, redemtio,* ex ἀντὶ *pro, contra* et ἀλλάσσω *muto, permuto.* 2. *pretium redemtionis,* seu *omne, quod datur alicujus rei emendæ aut permutandæ gratia, sive sit pecunia, sive aliud possessionum genus,* ex more commerciorum apud veteres, quæ non moneta, sed rerum permutatione exercebantur. Matth. XVI, 26. τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; quonam pretio dato redimere poterit homo felicitatem animi deperditam? De hac sententia proverbiali vide *Wetstenium N. T.* T. I, p. 434. Marc. VIII, 37. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. VI, 15. φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστι ἀντάλλαγμα nihil tanti pretii est, quanti fidus amicus, ibid. XXVI, 21. Job. XXVIII, 15. de sapientia: οὐ σταθήσεται ἀργύριον ἀντάλλαγμα αὐτῆς. *Eurip. Orest.* v. 1158. seq. οὐ πλοῦτος, οὐ τυραννὶς, ἀλόγιστον δέ τι τὸ πλῆθος ἀντάλλαγμα γενναίου φίλου. In vers. Alex. Hebraicis vocabulis תְּמוּרָה Ruth. IV, 7. et מָחִיר Jer. XV, 13. respondet. *Hesych.* ἀντάλλαγμα· ἀνθόμοιον.

ἈΝΤΑΝΑΠΛΗΡΌΩ, ῶ, fut. ώσω, proprie secundum etymologiam: *vicissim expleo* seu *impleo, alterius loco aliquid impleo seu facio,* ex ἀντὶ *pro, loco, vice,* ἀνὰ *iterum* et πληρόω *impleo.* Sed præpositionis ἀντὶ nulla quoque hic vis est, uti nec in verbis ἀνταποδί-

δωμι, ἀνταποκρίνομαι et aliis, ut bene docuit *Fischerus* in *Animadvv. ad Welleri Grammat. Gr.* p. 369. ut adeo ἀνταναπληρόω idem sit quod ἀναπληρόω, et significet: *explere, supplere defectum alicujus rei.* Sic semel legitur in N. T. Coloss. I, 24. ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν σαρκί μου, h. e. perfero, quod reliquum est calamitatum, ob religionem christianam mihi perferendarum. Raro hæc vox occurrit apud Græcos Scriptores, ut adeo exemplis plane destitui visum sit plerisque. Sed contrarium docuit *Alberti* in *Periculo Critico* p. 54. et *Wetstenius N. T.* T. II, p. 283.

ΑΝΤΑΠΟΔΙΔΩΜΙ, fut. δώσω, in universum *reddo, rependo, retribuo, quocunque modo hoc fiat*, Sirac. (XXXV, 19.) ut adeo in utramque partem accipiatur, et partim in bonam partem,

1. *reddere alicui gratiam, remunerari alicui beneficium, præmiis afficere*, significet, ad imitationem Hebraici שָׁלַם in Piel שִׁלֵּם, Prov. XIII, 21. 1 Sam. XXIV, 20. et גָּמַל Ies. LXIII, 7. Ps. XVIII, 21. v. c. Luc. XIV, 14. ὅτι οὐκ ἔχουσιν ἀνταποδοῦναί σοι, ἀνταποδοθήσεταί σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων cum tibi gratiam referre non valeant, rependetur tibi olim in resurrectione piorum. Rom. XI, 35. ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; quis mercedem benefactorum ab eo postulare potest? 1 Thess. III, 9. τίνα εὐχαριστίαν δυνάμεθα τῷ Θεῷ ἀνταποδοῦναι; Sirac. III, 31. XXX, 6. partim in deteriorem partem,

2. *punire, ulcisci, vindictam sumere* notet, ut Hebr. גָּמַל Ies. III, 9. Psalm. CIII, 10. et שָׁלַם Prov. XX, 22. Rom. XII, 19. ἐγὼ ἀνταποδώσω ego vindictam sumam. 2 Thess. I, 6. ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν punire eos ob calamitates vobis inflictas. Hebr. X, 30. Sirac. VIII, 19.

ΑΝΤΑΠΟΔΟΜΑ, τος, τὸ, *retributio, compensatio*, et in bonam partem

1. *præmium, retributio, qua bonum collatum rependitur.* Luc. XIV, 12. καὶ γένηταί σοι ἀνταπόδομα et rependatur tibi beneficium. Sirac. XII, 2. εὐποίησον εὐσεβεῖ καὶ εὑρήσεις ἀνταπόδομα. In deteriorem autem partem

2. *pœna facinori adæquata, ultio, vindicta.* Rom. XI, 9. καὶ εἰς ἀνταπόδομα αὐτοῖς ut ob malefacta puniantur. Sirac. XIV, 6. καὶ τοῦτο ἀνταπόδομα τῆς κακίας αὐτοῦ. Eodem sensu ἀνταπόδοσις apud *Polyb.* V, 30. Æque late patet Hebraicum גְּמוּל cui in vers. Alex. ἀνταπόδομα respondet, 2 Chron. XXXII, 25. Ps. XXVIII, 4. et CXXXVII, 8.

ΑΝΤΑΠΟΔΟΣΙΣ, εως, ἡ, 1. *retributio, remuneratio*, ab eodem themate. *Plutarch. Opp.* T. VI, p. 269. et 516. VIII, p. 942. ed. *Reiske.*

2. *merces, præmium, beneficium.* Semel tantum in N. T. legitur. Coloss. III, 24. ἀπὸ Κυρίου ἀπολήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας a Deo præmia pietatis vestræ et constantiæ accipietis, felicitatem nempe æternam. Hebraicum גְּמַל interdum simpliciter notat *benefacere, benignitatem præstare*, v. c. Ies. LXIII, 7. ideoque ab Alex. Ps. XIII, 6. εὐεργετεῖν redditur, uti *Symmachus* Ps. CIII, 2. גְּמוֹלָיו reddidit τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ. Conf. *Ernesti Institut. Interpr. N. T.* p. 173. ed. 3.

ΑΝΤΑΠΟΚΡΙΝΟΜΑΙ. 1. *respondeo*, (Non autem *vicissim respondeo*, ut vulgo vertitur, nam ἀντὶ haud raro in compositione abundat, ut supra ad ἀνταναπληρόω monitum est.) Luc. XIV, 6. καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα ad hæc nihil plane poterant respondere. Hinc Hebraico עָנָה Judd. V, 29. respondet apud Alexandrinos, apud quos etiam substantivum ἀνταπόκρισις *responsio* interdum, v. c. Job. XIII, 22. occurrit.

2. *respondendo contradico et refello, altercor, disputo.* Rom. IX, 20. σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; quo jure audes cum Deo *altercari?* ad imitationem Hebraici עָנָה Job. XVI, 8. XXXII, 12. In utroque loco Alexandrini hac voce nostra usi sunt.

ἈΝΤΕΊΠΩ, *contradico, refragor*, i. q. ἀντιλέγω. (Verbum anomalon, ex ἀντὶ et ἔπω *dico*.) Bis legitur in N. T. Luc. XXI, 15. ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν cui contradicere seu *resistere* non potuerunt adversarii. Act. IV, 14. οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν nihil habebant, quod contradicerent. 1 Macc. XIV, 44. Legitur præterea in vers. Alex. pro עָנָה Job. IX, 2. et הֵשִׁיב Esther. VIII, 8. XIII, 18. *Aristoph. Plut.* 485. *Xenoph. Ages.* 2. 21. *Hell.* I, 4. 8.

ἈΝΤΕΊΧΟΜΑΙ, fut. θέξομαι, 1. proprie est: *firmiter teneo aliquid et amplector, ne eripiatur, concidat, et pereat; adhæreo*, et verbo הֶחֱזִיק æque ac אָחַז et תָּפַשׂ respondet in versione Alex. Sed deinde etiam metaphorice usurpatur et

2. significat: *totus deditus sum et addictus alicui rei aut personæ, sto a partibus alicujus, inservio alicujus commodis, magno studio ago, incumbo in aliquid.* Sic Matth. VI, 24. Luc. XVI, 13. ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει in exsequendis alterius jussis magis diligens erit, alteri autem minus studebit. *Syrus:* ܢܫܩܪ *honorabit. Arabs:* ويطيع *et obediet.* Vide Prov. III, 18. Cf. etiam ad h. l. *Wetst. Notas N. T.* T. I. p. 333. Apud Græcos etiam ἀντέχεσθαι τινὸς interdum ita usurpari, ut significet: *diligentem esse in exsequendis alicujus jussis*, post alios docuit *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* T. I. p. 126. 1 Thess. V, 14. ἀντέχεσθε ἀσθενῶν causam infirmorum suscipite, et eorum commodis inservire studete. Tit. I, 9. episcopus jubetur esse ἀντεχόμενος τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου qui operam det doctrinæ veræ tradendæ, in id quasi incumbat, ut doctrinam Christianam pure et sincere tradat. *Chrysost.* φροντίζοντα ἔργον τοῦτο ποιούμενον. *Diod. Sic.* II. c. 12. ἀντέχεσθαι ἐκβάσεως summo studio exire conniti. Cf. ad h. l. *Wesselingium.* Simili modo Hebraicum הֶחֱזִיק Ezech. XVI, 49. Prov. IV, 13. Ies. LVI, 2. 4. 6. usurpatur. *Suid.* ἀνθέξεται· ἀντιλήψεται, ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου, ex Deut. XXXII, 41. Idem *Hesychius* sub ἀνθέξεται (ubi cf. observatt. *Ernesti*) tradit, et paulo post ἀντέχεται· ἀντιλαμβάνεται, φροντίζει, περιποιεῖται.

ἈΝΤΙ', est præpositio, quæ Latinorum *pro* in universum respondet, sed varii usus est extra compositionem.

1. *pro loco*, ita, ut successionem significet, qua unus in locum alterius succedit, ut Hebr. תַּחַת Levit. XVI, 32. 2 Sam. III, 12. Sic Matth. II, 22. Archelaus dicitur regnasse ἀντὶ Ἡρώδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, i. e. loco Herodis, patris sui. 1 Macc. XIII. 32. καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ. *Eurip. Alcest.* 282. et 433.

2. *pro*, ut significet commutationem, qua unum tollitur, ut alterum locum habeat. Luc. XI, 11. μὴ ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; Hebr. XII, 16. ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ qui pro cibo uno vendidit jus primogenituræ suæ. 1 Regg. XXI, 2. Eodem modo legitur hæc præpositio in libro Sapientiæ VII, 10. XI, 6.

3. *pro, loco*, ita, ut indicetur retributio, qua paria rependuntur. Matth. V, 28. ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ oculum pro oculo, ubi de jure talionis Hebræorum sermo est. Rom. XII, 17. κακὸν ἀντὶ κακοῦ, 1 Thess. V, 15. 1 Petr. III, 9. λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας. Sic תַּחַת legitur Exod. XXII, 1. 1 Sam. XXV, 11.

4. *pro, loco*, ita, ut de redemtione et liberatione ab aliqua re sermo sit. Sic Matth. XX, 28. et Marc. X, 45. Christus dicitur eo consilio in has terras venisse, τοῦ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν ut vitam suam daret quasi pretii loco, quo multi a vitiositate et miseria liberarentur. Sic תַּחַת sumitur Jos. II, 14. ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἀνθ' ὑμῶν εἰς θάνατον, נַפְשֵׁנוּ תַּחְתֵּיכֶם לָמוּת.

5. *loco ejus, quod.* Jacob. IV, 15. ἀντὶ τοὺ λέγειν ὑμᾶς loco ejus, quod dicere debebatis.

6. *super*. Joh. I, 16. χάριν ἀντὶ χάριτος summa ac præstantissima beneficia. Sic *Theognis Sentent.* v. 344. ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας calamitates super calamitates.

7. *propter, gratia, causa*, pro χάριν vel ἕνεκα, ut תַּחַת Ies. LX, 15. Job. XXXIV, 26. Ephes. V, 31. ἀντὶ τούτου καταλείψεται κ. τ. λ. propterea derelinquet. Hebr. XII, 2. ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ob felicitatem sibi præmii loco in cœlis propositam. Pertinet huc etiam formula: ἀνθ' ὧν *propterea quod, pro eo, quod, quamobrem, quare, quocirca*, elliptice posita pro ἀντὶ πραγμάτων ἅ, quæ Luc. I, 20. XII, 3. XIX, 44. Act. XII, 23. 2 Thess. II, 10. occurrit et Hebr. תַּחַת אֲשֶׁר Deut. XXVIII, 47. Ezech. V, 11. respondet, etiam τῷ יַעַן אֲשֶׁר Jud. II, 20. et עַל אֲשֶׁר Jer. XXII, 9. Judith. VII, 15. Sed nec Græcis Scriptoribus ignota est hæc formula; cf. tantum *Ælian. V. H.* XIII, 28. *Lycurg. adv. Leocratem* c. 18. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 650. — In compositione autem ἀντὶ indicat

1. *oppositionem*, seu *contrarium*, v. c. ἀντιδιατίθεσθαι, ἀντειπεῖν, ἀντιτάσσεσθαι.

2. *vicissitudinem*, v. c. ἀντιμετρέομαι, ἀντιλοιδορέω, ἀντικαλέω.

3. *æqualitatem*, v. c. ἀντίγραφον.

4. *permutationem*, seu *successionem in locum alterius*, v. g. ἀντωνεῖσθαι *emere in locum alterius rei*, ἀντιπαρέχειν.

5. *redemtionem*, v. g. ἀντίλυτρον. Interdum etiam plane abundat, ut supra jam ad ἀνταναπληρόω monitum est. Cæterum tenendum est, ἀντὶ in vers. Alex. maxime quidem Hebræorum תַּחַת respondere, sed haud raro etiam legi pro עֵקֶב *pro, propter*, Deut. VIII, 20. חֵלֶק, Num. XVIII, 21. 31. בַּ, Exod. XXII, 3. בַּעֲבוּר *propter*, Amos VIII, 6. et יַעַן Ezech. XXIV, 8.

Ἀντιβάλλω, propr. *vicissim jacio, ex adverso jacio*, ut lusitantes pila. Hinc ob similitudinem quandam ἀντιβάλλειν λόγους *miscere, conferre sermones, de aliqua re disputare* notat, quia nempe tunc alter suas dubitationes et argumenta objicit, quæ ab altero vel rejiciuntur vel admittuntur. Sic in N. T. semel legitur Luc. XXIV, 17. τίνες οἱ λόγοι, οὓς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους; de quo jam confertis sermones? *Syrus: qui sunt sermones hi, quos loquimini unus cum altero? Hesych.* ἀντιβάλλει· ἀντιστρέφει, ἢ διαβάλλει, ἢ διορθοῖ, ἢ ἐπιστρέφει. Occurrit etiam formula: πρὸς ἑαυτὸν ἀντιβάλλειν τι apud se ipsum reputare aliquid 2 Macc. XI, 13.

ΑΝΤΙΔΙΑΤΙΘΗΜΙ, 1. proprie: *e contrario, ex adverso pono, sisto, statuo*, ex ἀντὶ, διὰ, et τίθημι *pono*.

2. Medium ἀντιδιατίθεμαι *contrario animo affectus sum, adversarius sum, aliter sentio et statuo, quam alter*. Sic semel in N. T. occurrit 2 Tim. II, 25. ἐν πραΰτητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους (in quibusdam codicibus legitur ἀντικειμένους e glossemate) humaniter corrigere et edocere diversas a nobis sententias foventes.

ΑΝΤΙΔΙΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *adversarius in lite et judicio, qui in foro contra aliquem stat et agit*, ex ἀντὶ et δίκη *judicium*. Sic Matth. V, 25. ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ mature compone res tuas cum adversario tuo Luc. XII, 58. *Jamblich. Vit. Pythagor.* c. 27. μεθ' ἑκατέρου τῶν ἀντιδίκων ὁδῷ προάγειν. Cf. *Ez. Spanhem.* ad *Aristoph. Nub.* v. 774. In vers. Alex. τῷ רִיב *actor, qui causam agit*, Jer. L, 4. מְרִיב 1 Sam. II, 10. et אִישׁ רִיב Ies. XLI, 11. respondet. Sed deinde latius patet, et

2. *quemvis adversarium, hostem et inimicum*, etsi non reum peragat alium coram tribunali judicis, notat, et maxime *eum, qui vim et injuriam alteri facit*. Sic Luc. XVIII, 3. ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου vindica me ab adversario meo, s. ulciscere injuriam mihi illatam. 1 Petr. V, 8. ὁ ἀντίδικος ὑμῶν ὁ διάβολος diabolus, qui felicitati vestræ et pietati insidiatur. Jer. LI, 36. הַנִּי־רָב אֶת רִיבֵךְ Alex. ἰδοὺ ἐγὼ κρινῶ τὴν ἀντίδικόν σου. *Hesych.* ἀντιδίκος· ἀντίπαλος, ἐχθρὸς, ἐναντίος. *Gloss.*

V. ἀντίδικος· adversarius, obtrectator, contrarius. *Phavor.* ἀντίδικος παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ὁ διάβολος, ad 1 Petr. V, 8.

ΑΝΤΙΘΕΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *oppositio*, ab ἀντιτίθημι *oppono*.

2. *doctrina opposita, quæstio, quæ ad disceptandum proponitur, disputatio*, quia is, qui cum altero disputat, contrariam et oppositam sententiam tuetur. 1 Tim. VI, 20. ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως disputationem de doctrina judaica, quibus scientiam suam et sapientiam, quam jactant, demonstrare gestiunt. *Hesych.* ἀντίθεσις· ἀντιλογία. *Phavor.* ἀντίθεσις· σχῆμα λέξεώς ἐστι, καθ' ἣν ἀντιτιθέασιν ἀλλήλοις τὰ ἐναντία, ἢ κατὰ μέρος, ἢ ἀθρόως. οὕτως Ἰσοκράτης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ. Idem: ἀντιλογία· ἐρώτησις.

ΑΝΤΙΚΑΘΙΣΤΗΜΙ, *oppono, facio resistere oppugnanti, resisto.* Semel legitur in N. T. Hebr. XII, 4. οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε nondum usque ad sanguinem restitistis, h. e. nondum ea pericula ob religionem Christianam subiistis, ut sanguinem profundere cogeremini. *Suid.* ἀντικάθηται· ἀντὶ τοῦ ἐναντιοῦται, καὶ ἀντικαθίστασθαι ὁμοίως. Οὐ δυνάμενος τῷ πλήθει ἀντικαθίστασθαι.

ΑΝΤΙΚΑΛΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *vicissim voco, vicissim invito*, speciatim *ad convivium*, ex ἀντὶ, quod hic *vicissitudinem* indicat, et καλέω *voco, invito.* Semel legitur in N. T. Luc. XIV, 12. μήποτε καὶ αὐτοί σε ἀντικαλέσωσι nam vicissim te invitabunt ad cœnam. *Xenoph. Sympos.* I, 15. Eodem sensu verbo *revocare* utuntur *Cic.* pro *Rosc. Amer.* c. 19. et *Martial.* in *Gallum* Lib. V, " nunquam me *revocas*, venias cum sæpe *vocatus*," ut sit *revocare* idem, quod *invitare* eum ad convivium, a quo ante excepti sumus. Cf. infra sub καλέω.

ΑΝΤΙΚΕΙΜΑΙ, fut. κείσομαι,

1. proprie: *e regione, ex adverso positus aut situs sum, oppositus sum*, ut loci tantum ratio habeatur. Sic v. c. ut bene monuit *Schwarzius* in *Comment. L. Gr.* p. 125. Asia Europæ ex adverso sita ἀντικεῖσθαι dicitur ab *Herodian.* VI, 4. s. 9. et apud eundem IV, 2. s. 10. castra inter se opposita ἀντικείμενα ἀλλήλοις τὰ στρατόπεδα dicuntur. Sed ita in exterorum Scriptorum monumentis tantum legitur. In N. T. metaphorice usurpatur, ita, ut hominibus tribuatur, et

2. omnino *se opponere, adversari alteri, quacunque ratione et modo*, notet. Luc. XXI, 15. πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν omnes adversarii vestri aut accusatores. 1 Cor. XVI, 9. καὶ ἀντικείμενοι πολλοὶ et multi sunt, qui propagationem religionis Christianæ impedire conantur. Philipp. I, 28. ἀντικείμενοι dicuntur, qui Christianos acerrime persequebantur. 2 Thess. II, 4. ὁ ἀντικείμενος qui Deo reniti audet. 1 Tim. V, 14. Luc. XIII, 17. omnes obtrectatores illos ad silentium redegit. Hinc in versione Alex. עָטָן, Zach. III, 2. רָדַף, Job. XIII, 25. צוּר, Exod. XXIII, 22. et aliis vocabulis, quæ *hostem, adversarium* indicant, respondet. Interdum etiam de rebus usurpatur et tunc

3. significat, *repugnare, contrarium esse.* Gal. V, 17. ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις hæc sibi invicem ita contraria sunt. 1 Tim. I, 10. καὶ εἴτι ἕτερον τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται et si quid aliud veræ doctrinæ Christianæ repugnat. *Hesych.* ἀντίκειται· ἐναντίος κεῖται, aut, ut fortasse rescribendum erit, ἐναντίον κεῖται, ex conjectura nempe *Pricæi*, qui respici putabat hac glossa ad 1 Tim. I, 10. *Sext. Empir. Hypoth.* II, 14. ἀντίκειται δὲ ταῦτα ἀλλήλοις.

ΑΝΤΙΚΡΥ, *e regione, ex adverso.* Adverbium, habens secum genitivum, ab ἀντί. Semel legitur in N. T. Act. XX, 15. τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν ἀντικρὺ Χίου sequenti die venimus in locum, qui est e regione Chii. *Hesych.* ἀντικρύ· κατέναντι, ἐξ ἐναντίας. Idem *Suidas* et *Etym. M.* Conf. interpretes ad *Thomam M.* sub ἀπαντικρύ, p. 83. ed. *Bernard.* et *Wetstenii N. T.* T. II, p. 593.

ΑΝΤΙΛΑΜΒΆΝΩ, fut. λήψομαι, et Medium ΑΝΤΙΛΑΜΒΆΝΟΜΑΙ,

1. proprie: *apprehendo, arripio, porrectis manibus rego, vel juvo, suscipio periclitantem.* Non male *Joh. Arrowsmith* in *Tacticis Sacris* p. 241. monuit, maxime de iis dici, qui infantes lapsantes manu porrecta retinent, aut ægros vacillantes sustentant. *Suid.* ἀντιλαμβανόμενοι· κρατοῦντες, ἐξεχόμενοι. Sed deinde metaphorice.

2. *opitulor, sublevo, defendo, juvo, curam gero quovis modo,* et maxime de iis usurpatur, qui benefici sunt erga pauperes et afflictos. Luc. I, 54. ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ opem tulit populo suo dilecto Israëli. Act. XX, 35. δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων oportere nos juvare inopes. Sirac. II, 6. πίστευσον Θεῷ καὶ ἀντιλήψεταί σου. XII, 4. Judith. XIII, 7. *Thucyd.* II, 61. τοῦ κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀντιλαμβάνεσθαι salutis reipublicæ curam suscipere, eique succurrere. *Aristoph. Pac.* v. 484. et *Novell.* XIII, c. 1. §. 1. *Diod. Sic.* XI, 13. Cf. *Alberti* in *Notis ad Glossar. Gr. N. T.* p. 104. *Hesych.* ἀντιλαμβάνεται· βοηθεῖ. Sic et *Cicero suscipere* et *tueri* sæpe conjungit.

3. *sentio, percipio, cognosco,* sive *sensu corporis,* sive *animo,* et ex adjuncto: *particeps fio, fruor aliqua re.* Illustrari exinde potest locus obscurior 1 Tim. VI, 2. οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι, qui vulgo quidem ita explicatur, ut ἀντιλαμβανόμενοι ad dominos referatur hoc sensu: qui beneficentiæ student erga servos, οἱ φροντίζοντες εὐεργετεῖν τοὺς δούλους, ut *Theophylactus* interpretatur, non repugnante usu loquendi, nam ἀντιλαμβάνεσθαι haud raro est: *studere alicui rei,* sed æque commoda h. l. est notio altera, *fruendi, percipiendi,* (quæ *Vulgati* auctoritate h. l. commendatur, qui habet; *qui beneficii participes sunt;* quem etiam secutus est *Lutherus*) sive ἀντιλαμβανόμενοι cum aliis ad servos referas, hoc sensu: *qui multis a dominis ad se redundantibus commodis et beneficiis fruuntur,* sive, quod tamen minus placet, de ipsis dominis ex aliorum opinione explices, *qui participes facti sunt per religionem Christianam omnis felicitatis per Christum partæ.* Certe negari non potest, ἀντιλαμβάνεσθαι in ipsis Græcorum monumentis interdum ita positum reperiri, ut *sentire, percipere, frui* notet. En! quædam exempla. *Theod.* Orat. V. de providentia p. 458. ed. Hal. T. IV. καὶ τῶν ὁσμῶν ἀντιλαμβάνεται. ib. p. 572. Schol. *Thucyd.* VII, 66. ἀντελάβεσθε· ἀντὶ τοῦ ἠσθάνεσθε. *Æschin.* Dial. III, 16. ὁ δὲ οὐκ ὢν οὐδὲ τῆς στερήσεως ἀντιλαμβάνεται. Alia exempla dedit *Elsnerus* in *Obss. Sacris.* T. II. p. 306. Cf. etiam ad h. l. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 347.

ΑΝΤΙΛΈΓΩ. Duas habet easque maxime contrarias significationes apud Græcos, partim enim, *eadem dico et profero, quæ alter,* notat, observante *Suida*: ἀντιλέγειν· ἀντὶ τοῦ Ἴσα λέγειν. Πλάτων· partim autem significat: *contradico, contra disputo, reclamo, repugno;* et in hac posteriore notione tantum in N. T. legitur, v. c. Act. XIII, 45. καὶ ἀντέλεγον τοῖς ὑπὸ Παύλου λεγομένοις, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες contradixerunt sententiis a Paulo propositis, additis etiam conviciis. Act. XXVIII, 19. ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Ἰουδαίων repugnantibus autem Judæis. ibid. v. 22. ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται eam ubique contradictioni expositam esse. Eodem modo *Xenoph. Hist. Gr.* VI, 5. 37. ἀλλὰ ταῦτα μὲν Ἴσως ἀντιλέγεται. *Achill. Tat.* V. p. 287. Facta est hæc vox successu temporis *ecclesiastica,* et ea maxime *Eusebius* in *Hist. Eccles.* delectatus est, qui sæpe τῶν μὴ ἀντιλεγομένων γραφῶν. (v. c. VI, 14.) et τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν mentionem facit. Interdum in ipsis N. T. libris post ἀντιλέγειν particula negativa μὴ ponitur, v. c. Luc. XX, 27. οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι qui negant futuram esse resurrectionem mortuorum, (Vide *Thucyd.* III, 41. VIII. 24.) ubi μὴ æque pleonastice ponitur, ac post

ἔξαρνος apud *Herodotum*, ut *Raphelius* in *Obss. Herodot.* ad h. l. demonstravit.

2. *refractarius et rebellis sum, adversor, non obedio.* Luc. II, 34. οὗτος κεῖται εἰς Σημεῖον ἀντιλεγόμενον cui maxime adversabuntur Judæi. Joh. XIX, 12. ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι is est rebellis adversus Cæsarem. Rom. X, 21. ubi cum ἀπειθεῖν conjungitur. Tit. II, 9. μὴ ἀντιλέγοντας non immorigeros. Ies. XXII, 22. καὶ ἄρξει, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἀντιλέγων, et Ies. LXV, 2. אֶל־עַם סוֹרֵר πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.

Ἀντίληψις, εως, ἡ, 1. *auxilium, quod aliquis alteri præstat, opitulatio, patrocinium*, i. q. βοήθεια aut ἐπίλημψις, ut *Phavorinus*, interpretatur, ab ἀντιλαμβάνομαι. Haud raro autem sic legitur in libris apocryphis. Sirac. XI, 12. προσδεόμενος ἀντιλήψεως. ib. LI, 10. 2 Macc. VIII, 19. XXI, 16. XV, 17. et in vers. Alex. ubi Ps. XXII, 20. τῷ עֶזְרָה, Ps. CVIII, 8. מָעוֹן et Ps. LXXXIII, 8. זְרוֹעַ respondet.

2. *munus diaconorum primitivæ ecclesiæ, qui curam pauperum et ægrotorum gerebant.* 1 Cor. XII, 28. ἔθετο ἀντιλήψεις (*Vulgatus: opitulationes*) alios diaconos constituit in ecclesia, aut, inter alia munera ecclesiæ etiam munus diaconorum esse voluit. *Alberti Gloss. N. T.* p. 132. ἀντιλήψεις· προστασίαι *præfecturæ*. *Theophyl.* τὰς ἀντιλήψεις, τοῦτ' ἔστι τὸ ἀντέχεσθαι τῶν ἀσθενῶν. *Glossar.* in Bibl. Med. ad h. l. a *Pricæo* laudatum ἀντιλήψεις· προστασίαι καταπονουμένων. *Glossæ* aliæ ibidem: ἀντέχεσθαι τῶν ἀσθενῶν καὶ προστατεῖν αὐτῶν.

Ἀντιλογία, ας, ἡ, 1. *contradictio.* Hebr. VII, 7. χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας sine omni contradictione et controversia.

2. *dissidium, lis, causa.* Hebr. VI, 16. καὶ πάσης ἀντιλογίας πέρας ὁ ὅρκος juramentum omnem litem dirimit et componit. Alexandrini ideo usi sunt hac voce pro מָדוֹן, Psalm. LXXX, 7. מְדָנִים, Prov. XVIII, 18. et רִיב Deut. I, 12. 2 Sam. XV, 4. Psalm. XXXI, 20.

3. *rebellio.* Jud. v. 11. καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ Κορὲ ἀπώλοντο et ad exemplum Corachi seditiosi et rebellis pereunt, coll. Prov. XVII, 11. ubi τῷ מְרִי *rebellio*, in vers. Alex. respondet. Interdum autem latius patet, et

4. *omnis generis contumeliam et injuriam, sive factis se exserat, sive verbis tantum*, notat. Sic Hebr. XII, 3. τὴν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν qui tot injurias et contumelias a scelestis Judæis pertulit. *Matthæi Glossaria Græca Minora* Vol. I, p. 65. (Mosquæ 1774.) ἀντιλογίαν· τὸν γέλωτα, τὰς πληγὰς, τοὺς χλευασμούς.

Ἀντιλοιδορέω, ῶ, fut. ήσω, *convicium regero, vicissim convicior*, Legitur in N. T. tantum 1 Petr. II, 23. ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει qui conviciis cum proscinderetur non maledicta regerebat. *Lucian. Conviv.* c. 40. Διονυσόδωρος ἀντελοιδορείτω τὰ εἰκότα. In *Glossario vet.* apud *Labbæum* p. 16. vertitur *remaledico.* (ex ἀντὶ *contra* et λοιδορέω *convicior, maledico.*)

Ἀντίλυτρον, ου, τὸ, 1. *pretium redemtionis rei in aliena potestate sitæ, pecunia, quæ datur ad aliquem captivum aut servum redimendum*, ex ἀντὶ et λύτρον, *pretium, quod pro aliquo solvitur.* Quam varie olim utrumque vocabulum a Græcis usurpatum fuerit, *Schwarzius* inprimis docte exposuit in *Comment. L. G.* p. 127. *Hesych.* ἀντίλυτρον· ἀντίδοτον. Sed deinde

2. metaphorice, *omnis ratio ac modus, quo aliquis liberatur et immunis redditur ab aliqua re, maxime a miseria et ærumnis*, ἀντίλυτρον dicitur. 1 Tim. II, 6. ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων qui morte sua omnes liberavit a vitiositatis vi et pœnis, a servitute quasi et miseria peccatorum. Sæpius non legitur in N. T.

Cf. infra sub ἀπολύτρωσις, λύτρον, λύτρωσις, et *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 376.

ἈΝΤΙΜΕΤΡΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *remetior, vicissim metior, ut mensura mensuræ ex adverso respondeat*, ex ἀντί, et μετρέω *metior*.

2. metaphorice: *par pari refero, rependo*. Bis tantum in N. T. legitur. Matth. VII, 2. Luc. VI, 38. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν eadem mensura, qua metimini, remetietur vobis, h. e. vel a Deo vel ab hominibus par pari vobis referetur. Fuit autem hæc formula proverbialis frequentata apud Orientales, quæ fere totidem verbis expressa legitur in Targum ad locum Iesaiæ cap. XXVII, 8. בסאתא דהויתא כאל בה ובילון לר et de qua bene exposuit *Vorstius* in *Diatribe de Adagiis N. T.* c. VIII.

ἈΝΤΙΜΙΣΘΊΑ, ας, ἡ, 1. proprie: *compensatio per mercedem, merces*, i. q. μισθαποδοσία, ex ἀντὶ *pro* et μισθὸς *merces*. Sed deinde *quævis compensatio et retributio* ita dicitur, sive in bonam partem, et tunc

2. *mutuum officium, mutuam gratificationem* significat, 2 Cor. VI, 13. (κατὰ) τὴν αὐτὴν ἀντιμισθίαν vos jam vicissim hoc gratum mihi facite; sive in deteriorem partem, et tunc

3. *justa pœna* reddendum erit. Rom. I, 27. τὴν ἀντιμισθίαν τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες mercedem promeritam impietatis suæ per semet ipsos acceperunt.

ἈΝΤΙΌΧΕΙΑ, ας, ἡ, *Antiochia*. Plurium urbium nomen. In N. T. memoratur

1. *Antiochia* urbs, quæ fuit totius Syriæ metropolis, et sedes regia, ad Orontem fluvium a Seleuco Nicanore condita, et a patris sui Antiochi nomine ita denominata, (*Justin.* XV, 4. *Dionys. Perieg.* v. 917.) cujus cognomen *Epidaphnes*, ob Daphnen (famosum illum et deliciis refertissimum lucum) adjacentem, fuit. Et quia nobilissima fuit omnium urbium Syriæ, κατ' ἐξοχὴν Ἀντιόχεια in monumentis veterum dicitur. *Ptolemæus* V, c. 15. Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ τοῦ Ὀρόντου ποταμοῦ. *Plin. Hist. Nat.* V, c. 21. Antiochia libera *Epidaphnes* (ἐπὶ Δάφνης) cognominata, Oronte amne dividitur. *Strabo* Lib. XVI, p. 516. ἔστι δὲ ἡ Ἀντιόχεια καὶ αὐτὴ τετράπολις ἐκ τεττάρων συνεστῶσα μερῶν. *Cic.* pro *Archia* c. 3. urbem celebrem et copiosam atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis adfluentem vocat. qui in hac urbe Christianam religionem professi sunt, primum Christiani vocati fuerunt. Act. XI, 26. Memoratur præterea Antiochia Syriæ Act. XI, 19. XIII, 1. XIV, 26. XV, 22—35. XVIII, 22. Galat. II, 11. Magna in hac urbe fuit Judæorum et postea Christianorum multitudo, alliciente eos, magnis commodis propositis, *Seleuco Nicanore*. Urbem ex professo descripserunt *Wilhelmus Tyrius* de *Bello sacro* II, 9. et *de la Roque Voyage de Syrie et du Mont-Liban*. T. I. P. II. p. 199.

2. *Antiochia*, vulgo *Antiochia Pisidiæ* vocata, quæ quidem in Pisidia non sita, eidem tamen annumerata fuit ob confinium. *Strabo* Lib. XII, p. 397. Ἀντιόχεια ἡ πρὸς Πισιδίᾳ καλουμένη. *Ptolemæus* autem Lib. V. c. 4. *Ælian.* de Anim. XVI, 7. et Lucas Act. XIII, 14. Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας vocavit. *Plinius H. N.* V. c. 27. "Insident verticem Pisidæ, quondam Solymi appellati, quorum colonia Cæsarea eadem Antiochia." Cf. *Cellar. Geograph.* III, c. 4. p. 187. et *Wetstenii N. T.* T. II, p. 535. Ejus mentio fit Act. XIII, 14. XIV, 19. 21. 2 Tim. III, 11.

ἈΝΤΙΟΧΕΎΣ, έως, ὁ, *Antiochenus*. Nomen gentile, significans eum, qui ex Antiochia oriundus est. Semel tantum in N. T. legitur Act. VI, 5. Νικόλαον προσήλυτον Ἀντιοχέα: ubi sine dubio de Antiochia, Syriæ urbe, sermo est,

ἈΝΤΙΠΑΡΈΡΧΟΜΑΙ. Nullo plane jure suo emphasin quandam in hac voce invenerunt Interpretes, vertentes: *ex*

adverso prætereo, deflectens a via e regione prætereo, nam *ἀντὶ* in compositis sæpe otiosum est. Non differt *ἀντιπαρέρχομαι* a simplici voce *παρέρχομαι*, uti et *ἀντιπέραν* idem quod simplex *πέραν* significat, et in universum *transire, præterire* notat, qua posteriore voce jam *Vulgatus* (cum quo h. l. etiam *Syrus* et *Arabs* consentit) usus est Luc. X. 31. et 32. *καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἀντιπαρῆλθεν* et eo viso præteriit. Sæpius non legitur in N. T. nec in versionibus Græcis V. T. reperitur, præter unum locum Sapient. XVI, 10. *τὸ Ἔλεος γάρ σου ἀντιπαρῆλθεν*, ubi conf. Intt.

Ἀντίπας, *α*, *ὁ*, *Antipas*. Nomen cujusdam Christiani, qui constantissimam religionis Christianæ professionem apud Pergamenos, (quos in Christianos sæpius grassatos esse tradit *Eusebius H. E.* IV, 14.) morte sua obsignavit, contractum, ut videtur, pro Ἀντίπατρος, quod memoratur Apoc. II, 13. De etymologia vocis dissentiunt viri docti, quam alii ex *ἀντὶ* et *πᾶς*, quasi qui est instar omnium, compositam, alii autem conflatam judicant ex *πᾶς pater*, vocula infantum, ut eum significet, *qui est patris similis*. Sed res ipsa nullius plane est momenti.

Ἀντιπατρίς, *ίδος*, *ἡ*, *Antipatris*. Nomen urbis, sylvis ac pascuis adjacentibus abundantis, in ora campestri Palæstinæ, sitæ inter Joppen et Cæsaream, quæ, ut *Lightfoot.* in *Cent. Chorogr. Matthæo præmissa* p. 109. notat, olim Καφαρσαλαμᾶ et secundum *Josephum A. J.* XIII, c. 15. §. 1. ed. Hav. Χαβαρζαβᾶ dicta fuit, sed ab Herode M. Judæorum rege, in egregiæ urbis formam redacta, ex patris sui *Antipatri* nomine (*Joseph.* de *B. J.* c. 21. §. 9. *καὶ γὰρ τῷ πατρὶ μνημεῖον κατέστησε, πόλιν, ἣν ἐν τῷ καλλίστῳ τῆς βασιλείας πεδίῳ κτίσας, ποταμοῖς τε καὶ δένδρεσι πλουσίαν, ὠνόμασεν Ἀντιπατρίδα*) in ipsius memoriam et honorem Antipatris vocata. Eam nunc dici Nephisum, tradit *Wilh. Tyrius*, L. I. c. 20. p. 129. Memoratur Act. XXIII, 31. ad quem locum videndus *Wetstenius*.

Ἀντιπέραν. Adv. *e regione, ex adverso littore, trans*, i. q. simplex *πέραν*. Construitur cum genitivo. Semel tantum legitur Luc. VIII, 26. *ἥτις ἐστὶν ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας* quæ est e regione vel in opposito littore Galilææ. In versione Alexandrina non legitur hoc adverbium, sed reperitur apud *Josephum* A. J. II, 16. 3. *εἰς τὴν ἀντιπέραν γῆν*. *Diodor. Sic.* III, 38. *Apollodor. Bibl.* III, 11.

Ἀντιπίπτω, 1. sensu physico: *resisto, obnitor* instar pugilis vel luctatoris, *irruo more hostili*, (*Polyb.* III, 19.) ex *ἀντὶ contra* et *πίπτω cado*.

2. metaphorice, vel per synecdochen speciei pro genere: *resisto, obnitor, obstrepo, repugno, refragor*, quocunque modo hoc fiat. Sic semel tantum in N. T. legitur Act. VII, 51. *ὑμεῖς τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε* renitimini Deo, vos omnibus modis ad veram emendationem vitæ et felicitatem invitanti. *Hesych. ἀντιπίπτειν· ἐναντιοῦσθαι.* Num. XXVII, 14. בְּמְרִיבַת הָעֵדָה Alex. *ἐν τῷ ἀντιπίπτειν τὴν συναγωγήν*. *Polyb.* XXV, 9. 5. *ὁ νόμος ἀντιπίπτει τούτῳ*. et in *Fragm. gramm.* 12. *οἱ δὲ ἀντέπιπτον hi refragabantur, opponebant se*. Confer in universum de hac voce *Rhoer.* Ferias Daventrienses p. 150.

Ἀντιστρατεύω et Ἀντιστρατεύομαι,

1. *milito, exercitum educo contra aliquem, pugno contra aliquem*.

2. metaphorice: *adversor, repugno, contrarius sum*. Sic semel legitur in N. T. Rom. VII, 23. *ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου* quod est plane contrarium dictamini rationis meæ. Huc fortasse pertinet glossa apud *Hesychium ἀντιστρατευόμενον· ἀνθιστάμενον*, quam etiam habet *Alberti* Gloss. N. T. p. 101. *Aristænet.* II, ep. 1. *ἔρως ἀντιστρατεύειν τοῖς ὑπερηφανοῦσι φιλεῖ.*

Ἀντιτάσσω vel Ἀντιτάττω, fut. *άξω*,

1. proprie: *oppono aliquem alteri*, aut, *ex adverso aliquid statuo*. Medium ἀντιτάττομαι *me alteri oppono, alteri obsisto*, et dicitur de *militibus, qui se acie instructa hosti opponunt, qui in acie positi repugnant*. Sic apud *Demosth.* Olynth. 3. et alibi passim. Conf. *Elsner.* Observv. Sacr. T. I. p. 452. Deinde

2. in genere: *oppono me, resisto*, et speciatim: *obsequium nego*. Rom. XIII, 2. ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ magistratibus qui obsequium negat; ubi opponitur τῷ ὑποτάσσεσθαι v. 1. Esther. III, 4. Æque late hæc vox patet apud exteros Scriptores, v. c. *Arrian.* de Expedit. II, 7. *Eurip.* Heraclid. v. 801. Hinc

3. *fidem denego, non admitto*. Act. XVIII, 6. ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν qui cum Apostolorum doctrinam admittere nollent; quanquam et ἀντιτάσσεσθαι h. l. per *contradicere, verbis se opponere*, reddi posset, coll. c. XIII, 45. cujus notionis etiam quædam exempla *Elsnerus* l. l. dedit. Hinc

4. *vim vi repello, punio, ulciscor injuriam mihi illatam*. Jacob. V, 6. ἐφονεύσατε τὸν δίκαιον· οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν et nemo vindictam a vobis sumere audet. Jacob. IV, 6. ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται deprimit superbos et punit Deus. 1 Petr. V, 5, coll. Prov. III, 34. אִם־לַלְּצִים הוּא יָלִיץ Alex. Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται. *Hesych.* ἀντιτάσσεται· ἀντίκειται.

ΑΝΤΙΤΥΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie apud Græcos dicitur *quævis res seu materia dura, quæ tactui non cedit, quæ alterius ictum repellit, durus, renitens*, τὸ ἀντικείμενον τῷ μαλακῷ, καὶ μὴ ὑπεῖκον τῇ ἁφῇ exponente *Suida*: unde sæpe cum σκληρὸς in libris Græcorum conjungitur. Sic apud *Xenoph.* de re equestri cap. 1. §. 4. *Sophocl.* Antigon. v. 136. ἀντίτυπα ἐπὶ γᾷ κ. τ. λ. Confer *Wesseling.* ad *Herodotum* I, c. 67. *Etymol. M.* ἀντίτυπα· ἀντιπίπτοντα. *Hesych.* ἀντιτύποις· σκληροῖς. Descendit enim ab ἀντὶ et τύπος, quod propr. *notam* seu *vestigium* notat, *quod percussione factum est*. Jam quia τύπος etiam *imaginem, effigiem, simulacrum* notat, factum est, ut ἀντίτυπος

2. diceretur *imago, simulacrum, ad exemplum aliquod* (τύπον πρωτότυπον) *efformatum*, die von einem Original-Gemälde genommene Copie, *a copy taken from an original picture*, et *omnino omne, quod est ectypum, ad exemplum aliquod compositum* quasi πεποιημένον κατὰ τὸν τύπον. Sic sine omni controversia legitur Hebr. IX, 24. χειροποίητα ἅγια—ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν templum ab hominibus ad exemplum veri cœlestis illius exstructum, coll. cap. VIII, 5.

3. *omne, quod similitudinem aliquam cum altero habet*, et de *omnibus rebus* dicitur, *quæ quodammodo inter se comparari possunt*. Sic 1 Petr. III, 21. ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα h. e. potest autem cum illo diluvio Noachico haud male comparari baptismus certo quodam modo. *Hesych.* ἀντίτυπος· (ita enim legendum est loco impressi ἄντυπος) ἴσος, ὅμοιος, h. e. res, formæ et naturæ alterius respondens. *Sophocl. Philoct.* 1455. ubi vid. Schol. E regione autem plane opposita est huic interpretationi loci Petrini ea, quam protulit *Schwarzius* in Commentariis L. Gr. p. 129. qui, in dubium vocata notione *similitudinis*, quam huic voci inesse ipsa rei ratio et analogia linguæ Græcæ docet, (nam ἀντὶ in compositione haud raro *comparationem* et *similitudinem* significat, ut vel ex voce ἀντίδουλος apparet,) ἀντίτυπον per translationem *contrarium, quod est naturæ et conditionis diversæ* dici, et nostrum locum ita vertendum judicavit: *cui diluvio plane opposita est immersio sacra;* quam explicationem, si vel linguæ ratio ferret, nihil tamen probant loca, ab ipso in hanc rem prolata, certe non admittit omnis contexta oratio in loco Petrino, nec ullo modo in loco Pauli Hebr. IX, 24. quem vertit; *in adyta, manu*

facta, quæ veris sunt opposita, ob locum parallelum habere locum potest. Vide *Casauboniana* p. 109. et 306.

ἈΝΤΙΧΡΙΣΤΟΣ, ου, ὁ, vi compositionis quidem *eum* notare potest, *qui se gerit ἀντὶ Χριστοῦ pro Christo, qui se Christum jactat*, quemadmodum ἀντίθεος, (*Homer Il.* φ'. v. 594.) est ἰσόθεος, interprete *Hesychio;* et ἀντιλέων (*Aristoph. Equitt.* v. 1041.) est *quasi leo;* sed in N. T. libris semper *adversarium Christi ejusque religionis* significat, et collective de *falsis doctoribus* usurpatur, qui, a puriore doctrina Christiana deficientes, Christianos, Apostolorum coævos, in gravissimos errores conjiciebant, qui alibi ψευδοπροφῆται et ψευδαπόστολοι vocantur. Sic 1 Joh. II, 18. καθὼς ἠκούσατε, ὅτι ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν, ubi ὁ ἀντίχριστος non est insignis quidam hostis Christi et Christiani nominis, ut illi sibi persuaserunt, qui in h. l. Gnosticorum vestigia quærebant, sed est nomen collectivum de *omni turba falsorum doctorum Christianorum* explicandum, nec a proxime sequente ἀντίχριστοι differt, qui v. 19. dicuntur deseruisse religionem Christianam. ibid. v. 22. ἀντίχριστος, seu ὁ ψεύστης, ut ibidem vocatur, describitur a Johanne tanquam ὁ ἀρνούμενος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς, ὁ ἀρνούμενος τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα dubitantes de divina Jesu natura. ibid. c. IV, 3. describitur *antichristus* tanquam μὴ ὁμολογῶν τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα negans, Jesum hominem esse Christum a Deo missum in hunc mundum. 2 Joh. v. 7. ubi eadem descriptio legitur, et ἀντίχριστος et ὁ πλάνος tanquam synonyma junguntur. Sæpius autem non legitur hæc vox in N. T. de qua eleganter exposuit *Tittmannus* de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis, p. 179. seq.

ἈΝΤΛΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *haurio, exhaurio sentinam*, ab ἄντλος *sentina*. Quater in N. T. de *aqua* usurpatur. Joh. II, 8. ἀντλήσατε νῦν transfundite jam. v. 9. οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ qui aquam hauserant. Joh. IV, 7. et 15. ubi ὕδωρ ad ἀντλεῖν e v. 7. supplendum est. Usi sunt Alexandrini hac voce Genes. XXIV, 13. 20. 43. et Ies. XII, 3. pro שָׁאַב et Exod. II, 16. 19. pro דָּלָה.

ἌΝΤΛΗΜΑ, τος, τὸ, *haustrum, quodvis instrumentum ad hauriendam aquam* quod Hebraice דְּלִי vocabatur. Semel in N. T. legitur Joh. IV, 11. Κύριε οὔτε ἄντλημα ἔχεις. *Vulgatus: neque in quo haurias, habes;* ubi ἄντλημα de *situla cum fune, quæ in puteum demittitur*, præeunte *Nonno*, explicari debet.

ἈΝΤΟΦΘΑΛΜΕΩ, ῶ, fut. ήσω,

1. proprie: *oculos contra aliquem dirigo, ex adverso aspicio*, et tribuitur *iis, qui faciem faciei confidenter opponunt* ich ſehe einem ſtarr in das Geſicht, *I look one keenly in the face. Suid.* ἀντοφθαλμῶ· ἀντιβλέπω ἐκ ἐναντίας. *Alberti* Gloss. N. T. p. 87. ἀντοφθαλμεῖν· ἀντιβλέπειν. Apud *Antigonum Caryst.* in Hist. Mirab. c. 52. ἀντοφθαλμεῖν est i. q. in antecedentibus πρὸς τὸν ἥλιον βλέπειν, et *aquilis* tribuitur. Exempla hujus usus loquendi quædam dedit *Suicer.* in *Thesauro Eccles.* T. I. p. 394. Jam quia hæc vox speciatim de iis usurpatur, qui, oculis in hostes intentis, resistunt et obnituntur, factum est, ut ἀντοφθαλμεῖν æque ac ἀντιβλέπειν (conf. *Krebs.* Observv. Flav. p. 262.) in universum significaret

2. *obniti, resistere, obluctari*, e quo vulgo explicatur locus Act. XXVII, 15. ubi navis, qua Paulus vehebatur, dicitur μὴ δυνάμενος ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, h. e. non potuisse vento vehementi reluctari; nisi quis *Bezæ* opinioni accedere, et ἀντοφθαλμεῖν *obversa prora luctari* vertere malit: nam pars quædam proræ ὀφθαλμὸς dicebatur a Græcis teste *Polluce* Onomast. I, c. 9. Sed nimis arguta hæc explicatio videtur, et tutius est, in altera *obnitendi, resistendi* notione acquiescere, quam e Polybio *Raphelius* ac *Wetste-*

nius N. T. T. II, p. 641. et ex libris apocryphis, v. c. Sapient. XII, 14. *Boisius* in collatione p. 501. satis superque comprobarunt. Confer et *Schweighæuser Lex. Polyb.* p. 57.

ἌΝΥΔΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. *aqua carens, aridus, siccus.* (ex α priv. et ὕδωρ *aqua.*) 2 Petr. II, 17. πηγαὶ ἄνυδροι fontes, aut potius putei, aqua carentes, cum quibus homines comparantur, qui specie turpiter aliorum spem deludunt, et spem mentiuntur. In versione Alex. Ps. LXIII, 2. pro בְּלִי־מַיִם ponitur. *Arrian. Indic.* 32. ἐρήμῳ τε τῇ γῇ καὶ ἀνύδρῳ καὶ φλογώδει. *Polyb.* V, 80. 2.

2. ex adjuncto: *desertus*, i. q. ἔρημος. Matth. XII, 43. διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων peragrat loca deserta et siticulosa, in quibus dæmones versari Judæi statuebant. Luc. XI, 24. Hinc in versione Alexandrina partim pro יְשִׁימוֹן *solitudo.* Ies. XLIII, 19. 20. partim pro מִדְבָּר Ies. XLI, 19. ponitur.

3. *aquas non fundens.* Jud. v. 12. νεφέλαι ἄνυδροι, h. e. *arida nubila*, ut *Virgil.* Georg. III, v. 197. canit, nubes, quæ pluviam quidem promittunt, sed nullam fundunt et a ventis differuntur; cum quibus eleganter doctores comparantur, qui multa jactabant et pollicebantur, sed nihil præstabant. *Schultens. Sentent. Arab.* 89. p. 299. Doctus sine opere est كسحاب لا مطر ut nubes sine pluvia.

ἈΝΥΠΟΚΡΙΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *alienus ab omni simulatione, non fucatus, sincerus, non fictus*, ita, ut rebus æque ac personis tribuatur, ex α priv. et ὑποκρίνομαι *simulo, judicio aliorum subduco.* Rom. XII, 9. ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος (h. e. ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας 1 Tim. I, 5.) amor vester erga Christianos sit sincerus, et ab omni personarum respectu alienus. Sic κρίσις ἀνυπόκριτος Sapient. V, 18. legitur 2 Cor. VI, 6. ad quem locum confer *Theodoretum.* 1 Tim. I, 5. πίστεως ἀνυποκρίτου veri religionis Christianæ studii. Eodem sensu 2 Tim. I, 5. Jacob. III, 17. ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία ἀνυπόκριτος vera sapientia homines ab omni fuco alienos, candidos et sinceros reddit. 1 Petr. I, 22. εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον, ubi explicationis causa additur, ἐκ καθαρᾶς καρδίας ἀλλήλους ἀγαπήσατε ἐκτενῶς. *Hesych.* ἀνυπόκριτος· ἄδολος, ἀπροσωπόληπτος, καὶ μὴ ἐν πλάσματι περιπατῶν, ὡς ὁ Ἀπόστολος, ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος, καὶ, μὴ πλάσμα ἀγάπης ἔστω.

ἈΝΥΠΟΤΑΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Tres fere notiones habet in Scriptoribus Græcis.

1. si de rebus adhibetur, *quidquid est confusum, sine ordine et numero*, ἀνυπότακτον dicitur. *Polybius* Hist. III, c. 36. ἀνυπότακτος καὶ κωφὴ γίνεται ἡ διήγησις confusa et vaga evadit narratio.

2. *non subjectus et subditus, qui alterius imperio et potestati non subest*, quasi μηδενὶ ὑποτασσόμενος, ex α priv. et ὑποτάσσω *subjicio, subordino.* Heb. II, 8. οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον nihil superest, quod ejus imperio non sit subjectum. *Arrian. Epictet.* l. II, c. 10. *Achm. Oneir.* c. 196. *Philo lib.* 9. *rer. div. her.* T. I. p. 473. Glossæ: ἀνυπότακτος· *indomitus.*

3. *contumax, refractarius, qui lege se nulla teneri putat, qui se ordini, semel constituto, non subjicit.* 1 Tim. I, 9. ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις. Tit. I, 6. ἀνυπότακτα parentibus parere recusantes. ibid. v. 10. ἀνυπότακτοι dicuntur, qui imperium Apostolorum ferre nolebant, et a pura doctrina Christiana aberrabant. Sæpius non legitur in N. T. et semel tantum in Verss. gr. V. T. apud *Symmachum* legitur 1 Sam. II, 12. pro אַנְשֵׁי בְלִיָּעַל.

Ἄνω. Adverbium. 1. *supra, superne, in loco superiori.* Act. II, 19. καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω et prodigia edam in cœlo supra, ubi tamen ἄνω, quia ἐν τῷ οὐρανῷ præcedit, superflum est: confer Jos. II, 11. בַּשָּׁמַיִם מִמַּעַל In vers. Alex.

pro מַעֲלָה Deut. XXVIII, 43. et loco מִמַּעַל Deut. IV, 39. V, 8. legitur.

2. *sursum, ad* seu *versus locum superiorem.* Hebr. XII, 15. ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα radix amarulenta sursum crescens. Joh. XI, 41. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω Jesus autem sursum attollebat oculos. Hinc interdum pro לְמַעְלָה Ies. VIII, 21. XXXVII, 31. ab Alex. positum reperitur. *Thucyd.* IV, 34. καὶ ὁ κονιορτὸς τῆς ὕλης νεωστὶ κεκαυμένης ἐχώρει πολὺς ἄνω. Si præponitur ipsi articulus, aut subintelligendus est, nominis naturam induit et pro locorum diversitate varias notiones habet. Sic v. c. τὸ seu τὰ ἄνω α) *extremitatem, summam alicujus rei partem* significat. Joh. II, 7. καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω, pro ἕως τοῦ ἄνω ὄντος μέρους impleverunt usque ad extremam amphoræ partem. β) *cœlum, et omne quod cœlum continet.* Galat. VI, 26. ἡ δὲ ἄνω Ἰερουσαλὴμ Hierosolyma cœlestis seu ecclesia Christiana: confer infra sub Ἰερουσαλήμ. Joh. VIII, 23. ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμὶ ego e cœlo veni, a Deo originem meam repeto; ubi partim in sequentibus additur οὐκ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, partim τοῖς ἄνω in antecedentibus opponuntur τὰ κάτω. Philipp. III, 14. ἡ ἄνω κλῆσις τοῦ Θεοῦ futura illa felicitas cœlestis apud Deum, vel a Deo promissa, coll. Hebr. III, 1. κλήσεως ἐπουρανίου. Coloss. III, 1. τὰ ἄνω ζητεῖτε futuram Christianorum in cœlis felicitatem, bona cœlestia consequi studete, quæ et Judæis מַעֲלָה dicuntur. ibid. v. 2. τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς non tam terrenis, quam cœlestibus bonis studium dicate vestrum. Eodem modo etiam apud Græcos ἄνω de *cœlo* usurpatum legitur, v. c. apud *Æschin. Socr.* Dial. III, 22. *Hesych.* ἄνω ἐπὶ τοῦ ἀνωτέρου τόπου καὶ χρόνου τάσσεται. *Phavorin.* ἄνω—ποτὲ μὲν ἐπὶ στάσεως, ποτὲ δὲ ἐπὶ τῆς κινήσεως τίθεται.

ἈΝΩ΄ΓΕΟΝ, ου, τό. Varie scribitur hæc vox in libris veterum, ἀνώγαιον, ἀνώγεων, ἀνάγαιον. Proprie

1. in universum vi etymi *omne conclave, quod est terra altius,* notat, quasi ἄνω τῆς γῆς *supra terram.* Sed in N. T. libris speciatim ἀνώγεον dicitur

2. *conclave in superiore parte domus, in quod veteres Judæi cœnandi, orandi, confabulandi et otii causa secedere solebant,* quod in aliis N. T. locis ὑπερῷον (nam ὑπερῷον ab *Hesychio* ἀνώγαιον, οἴκημα redditur) et ab ipsis Judæis עֲלִיָּה vocabatur, *conclave superius, contignatio ædium superior.* Bis tantum legitur in N. T. Marc. XIV, 15. καὶ αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα vobis ostendet conclave superius amplum, tricliniis stratum, seu cœnaculum. Luc. XXII, 12. *Suid.* ἀνώγαιον· τὸ οἴκημα κ. τ. λ. T. I. p. 215. Legitur hæc vox etiam apud *Xenophontem* Anabas. V, 4. 16. ubi tamen cellam frumentariam in superiore parte domus notat.

ἌΝΩΘΕΝ. Adverbium, quod, absolute positum, et de loco et de tempore usurpatur. *Suid.* ἐκ τόπου ἢ χρόνου. Si localiter sumitur, significat

1 *desuper, superne, e loco superiori,* et Hebraico מִמַּעַל Genes. XXVII, 39. et מִמַּעַל Exod. XXVIII, 27. in vers. Alex. respondet.

2. per synecdochen: *cœlitus, de cœlo, a Deo,* i. q. οὐρανόθεν. Joh. III, 31. ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος qui de cœlo venit, a Deo originem habet. ib. v. 3. et 7. γεννηθῆναι ἄνωθεν a Deo per religionem emendari. ibid. XIX, 11. εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν nisi tibi ab ipso Deo concessa esset hæc potestas. Jacob. I, 17. πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστιν, h. e. ut ipse explicat, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φωτῶν Jacob. III, 15. οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ σοφία ἄνωθεν κατερχομένη non est hæc cœlestis et divina sapientia. ibid. v. 17. Eodem sensu מִמַּעַל Job. III, 4. *Ælian.* H. A. IX, 30. ταῦτα μὲν λεόντων

ἐστιν ἴδια δῶρα φύσεως, ἄνωθεν αὐτοῖς δοθέντα. *Dio Or.* XXXII, p. 365. Alia loca Græcorum, huc pertinentia, dabit *Schwarzius* in Commentar. L. Gr. p. 132. Cum præpositione constructum nominascit ac

3. *rei partem superiorem, summum* significat. Matth. XXVII, 51. et Marc. XV, 38. τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω velum Sancti sanctorum a summo ad imum scissum est; ubi ἄνωθεν Hebr. מִלְמַעְלָה Jos. III, 16. respondet. Joh. XIX, 23. ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου a superioribus partibus contextus per totum. Interdum tamen etiam de tempore usurpatur, et tunc *omne tempus superius* significat, et est

4. partim per *olim*, partim per *iterum, denuo*, (*Artemid.* I, 14. ἄνωθεν γεννᾶσθαι,) vertendum. Act. XXVI, 5. προγινώσκοντές με ἄνωθεν quibus olim (nempe ante conversionem meam ad religionem Christianam) notus fui. *Herodian.* IV, 13. 5. θεραπεύοντι δὲ αὐτὸν ἄνωθεν. VIII, 6. 13. κατ' εὔνοιαν ἣν εἶχον πρὸς αὐτὸν ἄνωθεν: quibus, jam ab aliis allatis locis, addo *Justin. Martyr.* Dial. c. Tryph. Jud. §. 24. p. 123. ὥσπερ ἄνωθεν ἐκηρύσσετο. ibid. p. 160. et 210. Luc. I, 3. παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, ubi per τὰ ἄνωθεν πάντα aut omnes, quæ tunc temporis circumferebantur relationes de vita et factis Christi intelligendæ sunt, aut sensus loci ita constituendus erit: res altius repetitas ab ipsis initiis vitæ Christi et Johannis exponenti. Utrumque enim fert lingua Græca. Sic v. c. *Antonin.* XI, c. 18. ἄνωθεν δὲ ἔπιδε ἀπὸ τοῦ κ. τ. λ. *Euseb. Hist. Eccl.* I, c. 1. fin. Gal. IV, 9. οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε quibus iterum servire vultis: ubi ἄνωθεν a πάλιν minime differt, et alterutrum redundat, ut in formula; πάλιν ἐκ δευτέρου Matth. XXVI, 42. Rarioris hujus significatus exemplum extat apud *Josephum* A. J. I, c. 18. s. 3. φιλίαν ἄνωθεν ποιεῖται πρὸς αὐτόν.

ἈΝΩΤΕΡΙΚΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *supernus, superior*, (ab ἀνώτερος.) Semel tantum in N. T. legitur in neutro plurali Act. XIX, 1. διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, ubi per superiores regiones Asia minor, mediterraneo remota a mari, intelligenda est, nam altera pars Asiæ, ad mare sita, inferior pars τὰ κατώτερα μέρη dicebatur. Vide *Wetstenii* N. T. T. II. p. 579.

ἈΝΩ'ΤΕΡΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *superior*. Est comparativus irregularis ab adverbio ἄνω. Neutrum ἀνώτερον bis tantum in N. T. reperitur adverbialiter sumtum, et significat

1. *in superiorem locum, superius, altius.* Luc. XIV, 10. φίλε, προσανάβηθι ἀνώτερον amice, altius adscende seu superiorem occupa locum. Hinc Hebraico לְמַעְלָה *sursum* Ezech. XXI, 7. respondet in vers. Alex.

2. *supra, paulo ante.* Hebr. X, 8. ἀνώτερον λέγων in priore parte loci allegati, seu paulo ante dixerat.

ἈΝΩΦΕΛΗ'Σ, ἐος, οῦς, ὁ, ἡ, dupliciter legitur in N. T. ita, ut

1. *eum* significet, *qui non solum nullam plane utilitatem affert, sed adeo damnum et noxam infert.* Tit. III, 9. ἀνωφελεῖς καὶ μάταιοι, ubi ita vocantur μάχαι νομικαὶ quæstiones et controversiæ de valore legis Mosaicæ, quas inter quæstiones leves et noxias referendas esse recte judicat.

2. indicat *eum, qui aliquam quidem utilitatem præstat, sed non eam, quam quis jure sperare possit.* Hebr. VII, 18. διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελὲς quia lex et œconomia Mosaica non eam utilitatem præstabat, quam tamen promittebat, non perfecte homines emendare, expiare et tranquillos reddere valebat. Sæpius non legitur. In Alex. vers. pro לֹא יוֹעִילוּ Jer. II, 8. legitur. *Phavor.* ἀνωφέλητος· ὁ μὴ ὠφελημένος, ἀνωφελὴς δὲ, ὁ μὴ ὠφελήσας.

ἈΞΙ'ΝΗ, ης, ἡ, *bipennis, securis, bipennis utrinque aciem habens, instrumentum, quo arbores vel ligna cæduntur* (confer *Polyænus* I, 28. 2.), quod Hebraice בַּרְזֶל Deut. XX, 19. et קַרְדֹּם 1 Sam. XIII, 20. Jer. XLVI, 22. dicitur. *Hesych.* δίστομος πέλεκυς.

Spanhemius in notis ad *Callim.* Hymn. in Cererem v. 36. hoc discrimen constituit inter πέλεκυν et ἀξίνην, ut hoc de utrinque ancipiti securi, illud de securi, una tantum parte acuta, dicatur. Recte autem *Eustathius* ad *Homer.* Iliad. XXIV, p. 1511. derivat ab ἄγειν vel ἄξαι *frangere*, eo quod ἄγει vel ἦξε τὰς Ἴνας δένδρων. Bis tantum legitur in N. T. Matth. III, 10. et Luc. III, 9. ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται securis jam posita est ad radicem arborum; formula, ut videtur, proverbialis, de imminentibus jam periculis et divinis suppliciis intelligenda. coll. Jerem. XLVI, 22.

Ἄξιος, ὁ, ἡ, τὸ, 1. *dignus*, würdig *worthy*, ita, ut in bonam partem de eo, qui meretur laudem, beneficium, dignitatem, aut quodcunque demum aliud commodum, usurpetur. Matth. X, 10. ἄξιος γὰρ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ dignus enim est victu, qui operas præstat. v. 11. ubi ἄξιος absolute et sine casu de eo ponitur, *qui dignus est, cui tradatur religio Christiana.* (Ἄξιος autem interdum etiam apud Græcos absolute poni, ita, ut subintelligendum sit aliquid, quod de contexta oratione a lectore facile suppleri possit, v. c. apud *Lysiam* Oratt. p. 309. ed. *Taylor.* abunde probavit *Alberti* Obss. in N. T. p. 79.) ibid. v. 37. et 38. οὐκ ἔστί μου ἄξιος non est me doctore dignus, non verus meus sectator. ibid. XXII, 8. Luc. VII, 4. ἄξιός ἐστιν ᾧ παρέξει τοῦτο dignus est cui hoc beneficium tribuas. XV, 19. 1 Tim. V, 18. VI, 1. πάσης τιμῆς ἀξίους. Hebr. XI, 38. Et sic in Apocalypsi passim. Interdum etiam in hoc sensu rebus tribuitur. 1 Tim. I, 15. IV, 9.

2. in deteriorem partem *meritus, obnoxius*, de *eo, cui aliquid*, v. c. *pœna, malum, mors, ex merito contingit*, werth *worthy*, de quo etiam Latini voce *dignus* utuntur. Sic Luc. XII, 48. ἄξια πληγῶν animadversione dignum. XXIII, 15. οὐδὲν ἄξιον θανάτου nullum morte dignum facinus, ut *Seneca* Hippol. 12. loquitur. ibid. v. 41. ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν scelerum nostrorum luimus pœnas. Act. XXIII, 29. Rom. I, 32. Sic etiam Sap. XII, 26. XIX, 4. Confer *Symmachum* 1 Regg. XXVI, 16. *Aquil.* et *Symmach.* 2 Regg. XII, 5. *Plutarch. de mulier. virtut.* p. 256. Θανάτου δὲ οὐκ ἄξια.

3. *conveniens, congruus, decens, æquum.* Matth. III, 8. ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας factis et moribus animi emendationem comprobate. Luc. III, 8. Act. XXVI, 20. ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα. 2 Thessal. I, 3. καθὼς ἄξιον, h. e. καθῆκον, ἐστί, ut est officii nostri. 2 Macc. VI, 24. οὐ γὰρ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας ἀξιόν ἐστι ὑποκριθῆναι. *Polyb.* III, 44. et 116. *Ælian.* V. H. XIV, 37. ἄξιος Μουσῶν βίος. XIII, 33. τοῦ κάλλους ἄξια. Ita etiam *dignus* apud Latinos, v. c. *Virgil.* Æn. VI, v. 662. " Phœbo digna locuti." *Curt.* IV, 15.

4. *par, qui est æqualis ponderis ac momenti*, metaphora deducta a rebus, quæ ponderantur, uti bene *Grotius* monuit ad Rom. VIII, 18. οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν omnia mala hujus vitæ nihili esse æstimanda relate ad futuram felicitatem. Sirac. XXVI, 20. οὐκ ἔστι σταθμὸς πᾶς ἄξιος ἐγκρατοῦς ψυχῆς. Prov. III, 15. לֹא יְשֻׁוּוּךְ בָּהּ Alex. οὐ ἄξιον αὐτῆς. et VIII, 11. πᾶν τὸ τίμιον οὐκ ἄξιον σοφίας ἐστίν. *Æschines Socr.* II, 3. *Xenoph.* Cyrop. VIII, 5. 11. *Homer.* Iliad. VIII, v. 234. *Etym. M.* ἄξιος — ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν σταθμῶν, τῶν ἴσην ῥοπὴν ἐχόντων.

5. *necessarium, quod operæ pretium est.* 1 Cor. XVI, 4. ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον si res postulet seu desideret.

Ἀξιόω, ῶ, fut. ώσω, 1. *dignum habeo et judico, dignor*, ab ἄξιος. Luc. VII, 7. διὸ οὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα πρός σε ἐλθεῖν igitur me ipsum indignum censui. Sic *Ælian.* V. H. III, 24. ἀξιῶν ἑαυτὸν τῶν καλῶν. *Hesych.* ἀξιῶν· ἄξιον ἡγούμενος. Hinc et apud Græcos ἀξιοῦν simpliciter notat: *judicare, existimare. Xenoph.* Mem. I, 4. 10. *Suid.*

ἀξιῶν· ἀντὶ τοῦ νομίζων, ὑπολαμβάνων. Λυσίας καὶ Πλάτων.

2. *dignum reddo.* 2 Thess. I, 11. ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ut vos dignos reddat Christianæ religionis sectatores, vel, dignos, qui potiamini futura Christianorum felicitate.

3. *cupio, volo, opto,* i. q. βούλομαι, cum quo etiam haud raro in codicibus permutatur. Act. XV, 38. Παῦλος δὲ ἠξίου — μὴ συμπαραλαβεῖν Paulus autem nolebat — eum secum itineris socium sumere. *Vulgatus* h. l. usus est verbo *rogare*, quam significationem haud raro habet hæc vox apud Græcos, v. c. *Xenoph.* Memor. III, 11. 12. Sapient. XIII, 18. Sirac. L, 19. *Suid.* ἀξιῶν· — καὶ ἀντὶ τοῦ παρακαλῶν, λιπαρῶν. Idem *Hesychius.* Conf. *Wetstenii* N. T. T. II. p. 551. Sed rectius sine dubio Syrus vertit: ܐܝܟ ܕ quemadmodum et in quibusdam codd. pro ἠξίου μὴ e glossemate legitur οὐκ ἐβούλετο. Act. XXVIII, 22. ἀξιοῦμεν δὲ παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι scire ex te et cognoscere cupimus. 2 Macc. II, 8. ὁ Σαλωμὼν ἠξίωσεν, ἵνα ὁ τόπος καθαγιασθῇ μεγάλως. *Xenoph.* Memor. II, c. 1. 9. 12. *Gloss.* ἀξιῶ· *desidero, oro, postulo, posco.* Confer *Krebs.* Observatt. Flav. p. 230.

4. ἀξιοῦσθαι τινὸς *is* dicitur, *qui aliquid consequitur et habet, et aliqua re afficitur* in utramque partem. 1 Tim. V, 17. διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν accipiant mercedem aliorum majorem. Hebr. III, 3. πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωσῆν ἠξίωται eo majorem autem Christus præ Mose dignitatem habet. ibid. X, 29. πόσῳ χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας quanto majori pœna afficietur. Sic *Ælian.* V. H. XII, 10. *Xenoph.* Cyrop. II, 1. 6. *Diod. Sic.* XIX, 11. *Heliodor.* I, 11.

ἈΞΙΏΣ. Adverbium, *digne, convenienter, congruenter, decenter;* construitur cum genitivo. Rom. XVI, 2. ἀξίως τῶν ἁγίων ut Christianos decet. Ephes. IV, 1. ἀξίως τῆς κλήσεως ut postulat a vobis religio Christiana. Philipp. I, 27. Coloss. I, 10. 1 Thess. II, 12, 3 Joh. v. 6. Sæpius non legitur.

ἈΌΡΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Apud Græcos *active, qui non cernit* (*Polyb.* III, 108. 6. II, 27. 2.) *passive* autem partim is dicitur, *qui non cernitur,* (*Joseph.* A. J. XIV, 4. 4. τὸν ναὸν ἄξεατον καὶ ἀόρατον. *Polyb.* III, 36. 7.) partim is, *qui visui non est expositus per naturam suam, invisibilis. Hesych.* ἀόρατον· μὴ θεωρούμενον. *Suid.* ἀόρατον· τετραχῶς λέγεται, ἢ τὸ καθάπαξ ἀδύνατον ὁραθῆναι, οἷον τὰ ὑποκείμενα ἄλλῃ αἰσθήσει, καὶ γὰρ ἡ φωνὴ ἀόρατος καὶ ἡ ὀσμὴ καὶ τὰ ὅμοια. ἢ τὸ πεφυκὸς μὲν εἶναι ὁρατὸν, μὴ ὁρώμενον δὲ κ. τ. λ. In posteriore tantum notione legitur in N. T. libris. Coloss. I, 15. εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου qui Dei invisibilis effigies est. ibid. v. 16. τὰ ἀόρατα quæ oculis humanis cerni non possunt. 1 Tim I, 17. Hebr. XI, 27. Rom I, 20. τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ natura et virtutes Dei, quæ invisibiles sunt, sed ab hominibus ex rebus creatis satis cognosci possunt, ἡ ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, ut ipse explicat Apostolus in sequentibus. Sic etiam a *Diod. Sic.* II, 21. Deus ἀόρατος dicitur. Conf. *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 401. seq.

ἈΠΑΓΓΈΛΛΩ. fut. ελῶ, 1. *renuncio, refero ad aliquem, indico, enarro, quæ gesta sunt et quomodo. Suid.* ἀπηγγέλη· ἐμηνύθη. Matth. II, 8, ἀπαγγείλατέ μοι renuntiate mihi. VIII, 33. ἀπήγγειλαν πάντα omnem rem enarrarunt. XI, 4. XXVIII, 8. 10. 11. Luc. VIII, 34. ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν, pro τοῖς ἐν τῇ πόλει. Act. XXIII, 17. 1 Thess. I, 9. Construitur fere cum dativo, interdum etiam cum εἰς. *Xenoph.* Agesil. VIII, 3. τῷ δὲ φέροντι εἶπεν ἀπαγγεῖλαι τῷ βασιλεῖ. Conf. *Taylor.* ad *Demosthenem* T. II. p. 314. In vers. Alex. Hebraicis דְּבִיר Genes. XIV, 13. הַשְׁמִיעַ, Nehem. VI, 7. et הוֹדִיעַ Ps. LXXXIX, 2. respondet. Sed deinde latius patet in N. T. ita, ut omnino *notum facere et aliquid in aliorum notitiam perducere*

significet *quocunque demum hoc fiat modo.* (*Hesych.* ἀπαγγέλλω· φανερὸν ποιῶ.) Hinc

2. *doceo, instituo, præcipio.* Matth. XII, 18. καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ et gentibus salutarem doctrinam tradet. Act. XV, 27. καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτὰ, qui coram eadem illa, quæ in epistolis scripta sunt, vobis præcipient. XXVI, 20. ἀπήγγελλον μετανοεῖν.

3. *celebro, prædico, laudo.* 1 Cor. XIV, 25. ἀπαγγέλλων, ὅτι ὁ Θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐστι palam prædicabit et profitebitur vos vere a Deo adjuvari. Hebr. II, 12. ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου celebrabo inter homines summam tuam benignitatem. Eodem sensu הַגִּיד Deut. XXVI, 3. Ps. XCVII, 6. legitur. — *Phavorin.* ἀπαγγέλλω· τὸ μηνύω καὶ διηγοῦμαι, δοτικῇ συντάσσεται· καὶ ἀπαγγέλλω· τὸ τὰ παρ' ἑτέρων εἰρημένα ἢ γεγραμμένα ἀπὸ στόματος λέγω. καὶ τὸ λέγω ἢ φράζω, ἅπερ ἐγὼ εἶδον καὶ γινώσκω.

ἈΠΆΓΧΩ, fut. ἄγξω, *constringo fauces, strangulo, suffoco,* (*Polyb.* XVI, 19.) ex ἀπὸ et ἄγχω. Ἀπάγχομαι *laqueo me suspendo et præfoco, suspendio finio vitam.* Respondet Hebraico חָנַק Nahum. II, 13. et נֶחֱנַק in Niph. 2 Sam. XVII, 23. Sic legitur Matth. XXVII, 5. ἀπελθὼν ἀπήγξατο, *Vulgat. laqueo se suspendit,* et eodem modo *Hebræus* et *Syrus* interpres verterunt. Est vero constans hic vocis ἀπάγχεσθαι usus. Vide *Pausaniam in Arcadicis* c. 23. *Herodot.* II, c. 131. *Theophr.* Char. XII. *Theocrit.* Idyll. III, 9. Tob. III, 10. *Suid.* ἀπήγξατο· βρόχον ἧψεν. Multa autem fuit olim inter viros doctos, maxime autem *Perizonium* (in Diss. *de morte Judæ,* et *verbo* ἀπάγχεσθαι. Ed. II. Traj. ad Rh. 1766. 8.) inter et *Jac. Gronovium* (in libro: *de casu et pernicie proditoris Judæ,* Lugd. Bat. 1683. etiam s. titulo: *Exerc. Acad. de nece Judæ τοῦ προδότου et cadaveris ignominia,* ib. 1702. 4.) disputatio de morte Judæ, an nempe vere suspendio vitam finierit, aut potius locus Matthæi de suffocatione, quæ fit nimio animi dolore et mœrore (de qua ἀπάγχεσθαι interdum usurpari, v. c. ab *Aristotele Polit.* VII, 7. *Andocid. Orat,* I, p. 235. *Herodot. Euterpe* 131. *Plutarch. puer. educ.* c. 9. docuit *Perizonius* ad *Ælian.* V. H. V, c. 8.) sit explicandus, cujus controversiæ historiam *Wolfius* exposuit in Curis Philol. ad locum Matthæi laudatum. Rationem autem eam dirimendi haud improbabilem præivit *Krebsius* (in Obss. Flav. p. 66. seq.) hanc, ut diceret, Judam ægritudine animi et angore compulsum laqueo sibi ipsi mortem conscivisse, laqueo autem casu quodam disrupto, ex loco altiore pronum delapsum esse, ita, ut diffisso corpore intestina effunderentur. Confer etiam *Elsneri* Comm. in Matth. T. II, p. 296. seq.

ἈΠΆΓΩ, fut. ἄξω, 1. *abduco, deduco, perduco.* Luc. XIII, 15. καὶ ἀπαγαγὼν ποτίζει et ad potandum ducit. Act. XXIII, 17. τὸν νεανίαν τοῦτον ἀπάγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον hunc adolescentem ad tribunum ducas. Matth. VII, 14. ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν *via, quæ* ad felicitatem *ducit* (*Virg. Ecl.* IX, 1.) æternam. ubi vid. *Wetstenius.* In vers. Alex. respondet Hebraico נָהַג Deut. XXVIII, 37. הוֹלִיךְ, Psalm CXXV, 5. et הוֹבִיל Job. XXI, 30. Ps. LX, 9.

2. ut *abduco* (Vide *Græv.* ad *Cic.* V. *Verr.* c. 13. p. 321. *vi abduco, abripio,* (1 Maccab. II, 9.) quasi μετὰ βίας ἀπάγω, quod legitur Act. XXIV, 7. et de *iis* maxime olim usurpatur, *qui vel ad judicem rapiebantur, aut in carcerem et vincula trahebantur, aut denique ad ipsum supplicium ducebantur,* quo sensu et Latini suo *duci* utebantur. v. c. *Plin.* Epp. X, 96. *Tibull.* II, 3. v. ult. Matth. XXVI, 57. ἀπήγαγον πρὸς Καϊάφαν. XXVII, 2. Marc. XIV, 53. Matth. XXVII, 31. καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι. Marc. XV, 16. coll. 17. 18. 19. Luc. XXIII, 26. καὶ ὡς ἀπήγαγον αὐτὸν cum

cum abducerent ad supplicii locum. Act. XII, 19. ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι ad supplicium eos rapi jussit. Esther. II, 23. Addit. Esther. XII, 3. Pro אֲסוּרִים *vinctos* Gen. XXXIX, 22. Alex. habent ἀπηγμένους, scilicet εἰς τὸ δεσμωτήριον, coll. Gen. XL, 3. et XLII. 16. *Ælian.* V. H. XIII, 34. *Philostrat.* Vit. Apoll. IV, c. 29. Interdum ἐπὶ θανάτῳ additur, ut Epist. Jerem. v. 14. et εἰς τὸ δεσμωτήριον, apud *Athenæum* VI, 2. *Moschopulus*: ἀπάγεται Κυρίως ἐπὶ αἰχμαλωσίας ἢ ἐπὶ καταδίκων. *Hesych.* ἀπάγεσθαι· εἰς θάνατον ἕλκεσθαι. Conf. de hac notione forensi verbi ἀπάγειν et *ducere Salmasium* de Modo Usurarum c. 17. *Schweighæuser. Lex. Polyb.* p. 61. *Casaub.* ad *Theoph.* Charact. c. 6. et *Cellarium* ad *Plinii* Epp. X, 47. 3.

3. metaphorice: *incito, impello, permoveo,* doctrina pariter ac exemplo. 1 Cor. XII, 2. ὡς ἂν ἤγεσθε ἀπαγόμενοι aliorum exemplo et institutione vos induci patiebamini ad deastrorum cultum.

ΑΠΑΙΔΕΥΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *qui nulla institutione et disciplina usus est, incultus, illiberalis, rudis, ignarus,* der keine gute Erziehung genossen hat, *who has not had the advantage of a good education. Plutarch. de auditione* T. VI. *Opp.* p. 143. ed. *Reiske.* ἀπαίδευτοι καὶ κακαὶ διαθέσεις. *Æschin. Socr.* III, 13. δῆμος γὰρ——— ἀπαίδευτον. *Hesych.* ἀπαίδευτον· ἀμαθῆ. *Suid.* ἀπαίδευτοι· ἀνόητοι, ἄπακτοι κ. τ. λ. Confer *Wesseling.* ad *Herodot.* p. 239.

3. *qui nihil confert ad alios instituendos et emendandos.* Sic semel tantum legitur in N. T. 2 Tim. II, 23. τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ fuge et vita stultas et insulsas quæstiones, quæ non ad cognitionem spectant, nec ad mores et felicitatem aliorum quidquam conferunt.

ΑΠΑΙΡΩ, fut. ἀρῶ, perf. ἦρκα, *aufero, tollo.* ΑΠΑΙΡΟΜΑΙ *auferor.* Ter tantum legitur in N. T. Matth. IX, 15. Marc. II, 20. Luc. V, 35. ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος quando sponsus ablatus ab eis fuerit. Sed æque commode hæc verba etiam verti possent: *si ab iis discesserit sponsus.* Habet enim ἀπαίρειν apud Græcos etiam hanc notionem, ut *abire, secedere, migrare* significet v. c. *Palæphat.* de Incred. VII, 6. (Vid. *Hemsterhus.* ad *Lucian. judic. vocal.* p. 83. et *Schweighæuser. Lex. Polyb.* p. 62.) unde partim Hebr. נָסַע et הָסַע Gen. XII, 9. Exod. XII, 37. respondet in vers. Alex. partim ab *Hesychio* per ὁδεύειν, ἀποδημεῖν, ἀναχωρεῖν explicatur.

ΑΠΑΙΤΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *repeto, quod mihi jure debetur, requiro, jure meo reposco et exigo aliquid tanquam meum, quod ad certum tempus usui erat concessum alteri.* (Ita enim a simplici αἰτεῖν differre ostendit *Casaub.* ad *Theophr.* Char. cap. 11. quanquam etiam interdum de *mendicis* usurpatur, *qui stipem rogant.*) Sic *Ælian.* V. H. I, c. 24. XIII, 2. τὸ χρυσίον ἀπήτει. Sirac. XX, 15. σήμερον δανιεῖ καὶ αὔριον ἀπαιτήσει. Alex. recte usi sunt hac voce pro נָגַשׁ Deut. XV, 2. 3. Ies. IX, 4. et pro נָשָׁה Nehem. V, 7. Hinc lucem fœnerantur duo illa loca N. T. in quibus tantum hæc vox legitur. Luc. VI, 30. ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει ab auferente tua ne cum rigore repete. *Lucian. Hermotim.* 18. δανείζοντας καὶ ἀπαιτοῦντας πικρῶς. Luc. XII, 20. ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ hac ipsa nocte vitam a te repetent, sc. οἱ ἄγγελοι. coll. Sap. XV, 8, τὸ τῆς ψυχῆς ἀπαιτηθεὶς χρέος, h. e. naturæ debitum reddere coactus; ubi eleganter vita tanquam res, homini tantum ad aliquod tempus concredita, sistitur. *Phavorin.* ἀπαιτῶ· τὸ κεχρεωστημένον λαμβάνω, αἰτιατικῇ συντάσσεται. Ἀριστοφάνης, ἐπεὶ δ' ἀπαιτεῖς ἀργύριον τοιοῦτος ὤν. Idem sub ἀπαιτίζω: διαφέρει δὲ τοῦ αἰτεῖν τὸ ἀπαιτεῖν, ὡς καὶ διδόναι τοῦ ἀποδιδόναι. αἰτεῖ μὲν γάρ τις τὸ μὴ χρεωστούμενον, ἀπαιτεῖ δὲ τὸ χρέος.

ἈΠΑΛΓΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *expers doloris sum, ad omnem doloris sensum obduresco, obduratus sum, ita, ut omni sensu caream*, quod *Cicero* ad Attic. II, ep. 18. verbo *occallescere* (gr. πωροῦσθαι) breviter et recte expressit. (ex ἀπὸ et ἀλγέω *doleo.*) Schol. ad *Thucyd.* II, c. 42. ἀπαλγήσαντας ἀντὶ τοῦ παυσομένους ἀλγεῖν. Idem *Suidas* tradit. *Hesych.* ἀπηλγηκότες· μηκέτι θέλοντες πονεῖν, ἀναίσθητοι γενόμενοι, ἀποκαμόντες. In *Etymol. Gr. MSto*, quod laudavit *Segaar* in Epist. Crit. ad Valckenarium, hæc glossa legitur: ἀπηλγηκότες· ἀποκαμόντες, ἀπελπίσαντες καὶ ἀμεριμνήσαντες καὶ ἀναισθήτως ἔχοντες.

2. metaphorice: *omnem pudoris sensum exuo, omnem sensum honesti, recti et veri depono.* Sic semel legitur in N. T. Ephes. IV, 19. οἵτινες ἀπηλγηκότες qui ad omnem sensum honesti et recti torpent: nam hanc explicationem non tam suadent, quam postulant verba sequentia ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ. Nullius itaque momenti et pretii est lectio quorundam codicum et versionum ἀπηλπικότες *desperantes* (unde orta est glossa in Gloss. N. T. *Fabric.* p. 151. ἀπηλγηκότες· ἀπηλπικότες, ubi vide *Alberti* notas), quam sine dubio, nisi eam correctionem e versione Syriaca et Vulgata dicere malimus, debemus docto librario, qui ἀπαλγεῖν interdum apud Græcos (v. c. *Polyb.* Hist. I, c. 35. τὰς ἀπηλγηκυίας ψυχὰς τῶν δυνάμεων) *desperare, animum abjicere, despondere*, significare, haud ignorabat. Vide de hac voce *Wetstenium N. T.* T. II, p. 251.

ἈΠΑΛΛΑ΄ΣΣΩ seu ἈΠΑΛΛΑ΄ΤΤΩ, fut. άξω,

1. *dimitto, decedere jubeo, depello, removeo.* *Æschin. Socr.* Dial. II, c. 26. ὥσπερ τὰ φάρμακα πρὸς τὸ τὰς νόσους ἀπαλλάττειν. *Aristoph.* Eccles. v. 1038. τὴν γραῦν ἀπαλλάξασά μου. Hinc medium ἀπαλλάσσεσθαι *discedere, abire*, quasi *se ipsum dimittere et removere.* Sic *Æschin. Socr.* II. §. 21. ὁ γυμνασίαρχος ἀπαλλάττεσθαι αὐτὸν ἐκ τοῦ γυμνασίου ἐκέλευεν. *Herodot.* VIII, 44. ἀπαλλασσομένων τῶν Ἑλλήνων ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου. Sic Act. XIX, 12. καὶ ἀπαλλάττεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους ut recederent ab iis morbi. Interdum tamen etiam activum vim medii habet et *discedere* notat, v. c. *Xenoph.* Memor. I, 7. 3. Agesil. II, 26. *Theophr.* Char. 4. Retinuerunt autem hanc propriam notionem verbi ἀπαλλάσσειν Alex. locis haud paucis V. T. ubi partim pro חָסִיר Job. IX, 34. Jerem. XXXII, 31. partim pro חוֹבֵיל Job. X, 19. posuerunt.

2. *libero.* Sic Hebr. II, 15. καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου — — ἔνοχοι ἦσαν δουλείας et a metu mortis liberabat, quotquot eo tenerentur. Nec Græcis Scriptoribus ignota est hæc notio. Sic ἀπαλλαγῆναι νόσου *Xenoph.* Cyrop. V, 1. 6. *Æschin. Socr.* Dial. II, 27. Sapient. XII, 2. 20. et ἀπαλλαγὴ apud *Xenoph.* Venat. X, 14. *rationem periculum effugiendi* notat. *Phavorin.* ἀπαλλάττειν λέγεται καὶ ἀντὶ τοῦ ῥύεσθαι καὶ λυτροῦν, συνταασσόμενον γενικῇ, οἷον· ἀπαλλάττω σε τῶν κακῶν. Vide *Irmisch.* ad *Herodian.* II, 1. 17. Conf. etiam *I. B. Carpzov.* Exercitt. Philon. in Ep. ad Hebræos p. 110. seq. qui idoneis exemplis ostendit, ἀπαλλάττειν speciatim de manumissionibus et liberatione a servitute usurpari.

3. speciatim sensu forensi ἀπαλλάττεσθαι *reus* dicitur, *cum adversarius non persequitur accusationem*, aut *debitor, qui vel soluto debito aut transactione facta a creditore absolvitur et dimittitur.* Hinc ἀπαλλάττεσθαι ἀπὸ τινὸς est idem, quod διαλλάττεσθαι τινὶ *placare iratum et adversarium, in gratiam restituere.* Sic certe legitur in N. T. Luc. XII, 58. ἐν τῇ ὁδῷ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ da operam, ut iratum adversarium tuum places, cum eo transigas, coll. loco parallelo Matth. V, 24. διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ. *Xenoph.* Memor. II, 9. 6. Aliud hujus significationis exemplum e *Demosthenis* Orat. in Midiam p. 406. et

412. adduxit *Krebsius* ad Decreta Romanorum pro Judæis e Josepho p. 356. In universum nemo diligentius de hac voce disputavit *Dresigio* de Verbis Mediis N. T. I, 15. p. 179. seq.

ἈΠΑΛΛΟΤΡΙΌΩ, ῶ, fut. ώσω, *abalieno, alienum reddo, longissime removeo*, sensu proprio non solum, sed etiam metaphorico, in quo ter legitur in N. T. libris. Ephes. II, 12. ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ olim non cives eratis reipublicæ judaicæ. ibid. IV, 18. ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ qui vitam flagitiosam et scelestam agunt. Coloss. I, 21. ubi ἀπηλλοτριωμένοι simpliciter ponitur, ita, ut e reliquis locis aut verba τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, aut τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ intelligenda sint. Hoc verbo, non facile alias obvio, tamen aliquoties usus est (ut monuit jam *Krebsius* in Observv. Flav. p. 326.) *Josephus* A. J. XI, 5. 4. ἀπαλλοτριωθησομένων τοῦ πλήθους e populi cœtu semoverentur. Idem IV, 1. 1. et VII, 9. 2. ἀπαλλοτριῶσαι τὴν Ἀξεσαλώμου διάνοιαν πρὸς τὸν Ἀχιτόφελον. His addo *Polyb.* Hist. III, 77. Sirac. XI, 35. ἀπαλλοτριώσει σε τῶν ἰδίων σου. 3 Macc. I, 3. τῶν πατρίων δογμάτων ἀπηλλοτριωμένος. Usi sunt præterea Alexandrini hac voce pro זָרָה Ps. LVIII, 4. נָכַר Job. XXI, 29. Jer. XIX, 4. et aliis verbis passim.

ἈΠΑΛΌΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *tener, mollis*, quasi *tactui cedens*. *Etym. M.* παρὰ τὸ ἁφή, ὁ τῇ ἁφῇ εἴκων, ut sit ἁπαλὸς pro ἁφαλὸς, aspirata in lenem mutata. Usurpatur autem hæc vox maxime de animalibus teneris et hominibus, qui sunt adhuc in puerili ætate. Sic v. c. Genes. XVIII, 7. ἔλαβεν ἁπαλὸν μοσχάριον, ubi est in Hebraico רַךְ 1 Chron. XXIX, 1. Σαλομὼν νέος καὶ ἁπαλὸς, coll. *Ælian.* V. H. III, 42. παῖδα ἔτι ἁπαλὸν ὄντα καὶ νεαρὸν, et ib. XII, 1. quanquam interdum etiam de aliis rebus, etiam inanimatis, usurpatur, v. c. de terra s. massa argillacea, quam figulus cogit et tractat. Sapient. XV, 7. Singularem autem usum obtinet hæc vox in N. T. libris, ubi bis tantum legitur de *ramis arborum, qui sunt succulenti et succi pleni*, ut sit idem, quod ἔγχυλος *succidus*, qua voce *Herodotus* Lib. II. aliquoties utitur. Matth. XXIV, 32. ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς (sc. τῆς συκῆς) γένηται ἁπαλὸς cujus rami, ubi tenerescunt. Idem legitur Marc. XIII, 28. Eodem fere sensu in *Aquilæ* reliquiis Levit. II, 14. ἁπαλὰ λάχανα olera recentia leguntur, et substantivum ἁπαλότης apud Alex. Ezech. XVII, 4. pro יְנִיקוֹת *rami teneri* occurrit. *Hesych.* ἁπαλός· μικρὸς, τρυφερός. *Phavorin.* ἁπαλὸς ἐπὶ ζώων καὶ φυτῶν, οἷον ἁπαλὰ βρέφη καὶ ἁπαλὸν ῥόδον. μαλακὸν δὲ ἐπὶ κηροῦ καὶ τῶν τοιούτων κ. τ. λ.

ἈΠΑΝΤΆΩ, ῶ, fut. ήσω. Haud differt a simplici verbo ἀντάω, et

1. significat: *obviam procedo, occurro*. Construitur cum dativo personæ, cui alter obvius fit. Matth. XXVIII, 9. ὁ Ἰησοῦς ἀπήντησεν αὐταῖς. Marc. XIV, 13. καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος. Luc. XVII, 12. Joh. IV, 51. Act. XVI, 16. Hinc venit notio Græcis admodum familiaris, ut ἀπαντᾶν interdum significet, ut Latinorum *occurrere*, (*Liv.* XXXI, 29. *Sueton.* Calig. 39.) *certo tempore vel loco adesse, præsto esse*, v. c. ἀπαντᾶν ἐπὶ τὴν δίκην, κυρίαν, τὸ δικαστήριον, et reliqua, (*Suid.* ἀπαντᾶν καὶ συναντᾶν λέγουσιν, ἑκατέρως τὸ παραγίνεσθαι εἰς ἕνα τόπον) de qua notione exposuit *Budæus* in Comment. L. Gr. p. 40. Speciatim autem

2. de *hostili occursu et impetu* usurpatur: *occurro alicui hostiliter et armata manu*, seu, *prœlio occurro*, ut est apud *Livium* X, c. 43. Sic Luc. XIV, 32. rex, expeditionem parans adversus alium regem, prius diligenter cum consiliariis suis expendere dicitur, an possit cum decem millibus ἀπαντῆσαι, prœlio occurrere, hosti, se adorienti cum viginti millibus. Usurpari autem ἀπαντᾶν æque ac συναν-

τᾷν hoc sensu apud Græcos, inter alios *Munthe* docuit in Observatt. Philol. e *Diodoro Siculo* p. 166. De *impetu hostili* etiam Hebræi suo פָּגַע utuntur, 1 Sam. XXII, 17. 2 Sam. I, 15. ubi Alexandrini ἀπαντᾷν habent. *Phavorin.* ἀπαντᾷν ἀντὶ τοῦ ἐναντιοῦσθαι. Ἀριστοφάνης, ἐγὼ δ' ἀπαντῆσαι ἐκείνοις βούλομαι, καὶ τὸ μάχεσθαι. δοτικῇ συντάσσεται.

ΑΠΑ'ΝΤΗΣΙΣ, εως, ἡ, *occursus* (ductum a præcedente verbo)

1. *active* usurpatur, *cum quis alteri obviam procedit ad eum excipiendum.* Matth. XXV, 1. ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου proficisci debebant obviam sponso. ibid. v. 6. Act. XXVIII, 15. ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν. Respondet in versione Alex. Hebr. קְרָאָה 1 Sam. IX, 14. Jerem. XLI, 6. nec a voce ἀπάντημα differt, cum qua ab ipsis Alex. permutatum legitur ad פָּגַע 2 Sam. I, 15. Eccles. IX, 11.

2. *passive* usurpatur, *cum quis alteri obviam rapitur.* 1 Thess. IV, 17. ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου nubibus vecti obviam rapiemur Domino. De aliis vocum ἀπαντᾷν et ἀπάντησις notionibus copiose disputavi in *Spicilegio Lexici Bieliani* T. I. p. 13. T. II. p. 18.

"ΑΠΑΞ. Adverbium numeri.

1. *semel, una vice,* omnis iterationis vel omnino, vel ad certum tantum temporis spatium, exclusionem indicans. 2 Cor. XI, 25. ἅπαξ ἐλιθάσθην semel lapidatus fui. Hebr. IX, 7. ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ semel tantum quotannis. v. 26. τῷ ἅπαξ opponitur πολλάκις v. 25. ibid. v. 27. ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν homini statutum semel mori. *Lucian. Dial. mort.* 16. ἅπαξ τεθνεώς. Hebr. XII, 26. 27. 1 Petr. III, 18. Locus 1 Petr. III, 20. huc non pertinet, falsa enim ibi lectio est ἅπαξ ἐξεδέχετο, pro qua, ut jam recte vidit *Griesbachius,* verbum ἀπεξεδέχετο reponendum est. Magis vero huc pertinet formula: ἅπαξ καὶ δίς, quæ respondet formulæ Hebraicæ פַּעַם וּשְׁתַּיִם Nehem. XIII, 20. et notat *sæpius, aliquoties, nec tamen crebro,* Lat. *semel atque iterum.* Philipp. IV, 16. καὶ ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε aliquoties meæ indigentiæ missis donis succurrebatis. In altero vero loco, ubi hæc formula occurrit 1 Thess. II, 18. mihi quidem ea numerus exiguus in universum non indicari videtur, sed numerus binarius proprie significari. Verba enim sunt: ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς καὶ ἅπαξ καὶ δὶς non semel duntaxat, sed bis ad vos venire decreveram. Et sic etiam hæc formula legitur 1 Macc. III, 30.

2. *prorsus, omnino, perfecte.* Hebr. VI, 4. τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας qui idoneam religionis Christianæ cognitionem sunt consequuti. Hebr. X, 2. ἅπαξ κεκαθαρμένους si perfecte et prorsus expiati fuissent; ita, ut nullo expiationis ritu amplius opus esset. Jud. v. 3. ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει ut constanter tueamini doctrinam, quam satis cognitam habetis. ibid. v. 5. εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο rem vobis omnibus notissimam. Psalm. LXII, 11. ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεός: quem locum respexit *Suidas:* ἅπαξ, inquit, ἐλάλησεν ὁ Θεὸς ἀντὶ τοῦ ἀποφαντικῶς ἢ παντελῶς, τὸ ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦ, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πάντως ἐσομένου. Ps. LXXXIX, 35. ἅπαξ ὤμοσα. *Ælian.* V. H. II, 30. XIII, 34. Eodem sensu *semel* apud Latinos sumitur; confer *Duker.* ad *Florum* II, 12. *Bentlei.* ad *Horat.* Serm. II, 8. 24.—*Suid.* ἅπαξ· διόλου, ὁλοσχερῶς.

ΑΠΑΡΑ'ΒΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Vox ἅπαξ λεγομένη in N. T. quæ apud Græcos Scriptores *de re* vulgo dicitur *immutabili, quæ violari et mutari non debet,* v. c. νόμος ἀπαράβατος, (*Epictet.* 75.) lex, quæ violari non debet; ὅρκος ἀπαράβατος jusjurandum inviolabile; nam παραβαίνειν haud raro *mutare, violare, transgredi,* notat. Vide præter *Reiskii Indic. græcit. in Plutarchi moralia et philosophica* s. h. v. quæ *Elsnerus* in Observatt. Sacris T. II. p. 354. hanc in rem congessit.

Et hanc notionem respexit *Hesychius:* ἀπαραβάτον· ἄσειστον: ita enim rescribendum est loco impressi ἄπιστον, quod nullum sensum habet. Sed quia παραβαίνειν interdum etiam notat *transire ad successorem*, factum est, ut in N. T. ἀπαράβατος res diceretur, *quæ non transit ad alios, ad successorem non transmittitur*, quæ Græcis vulgo ἀδιάδεκτος dicitur. Sic semel tantum in N. T. legitur, Hebr. VII, 24. ἀπαράβατον ἔχει τὴν ἱερωσύνην perpetuum habet sacerdotium, in quo nullum habuit successorem. *Œcumenius* ad h. l. ἀδιάδοχον· ἀτέλευτον. Conf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 412.

ἈΠΑΡΑΣΚΕΥ΄ΑΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *imparatus*, ex α priv. et παρασκευάζω *paro*. Semel legitur in N. T. 2 Cor. IX, 4. καὶ εὕρωσιν ὑμᾶς ἀπαρασκευάστους et inveniant vos imparatos, ubi ἀπαρασκεύαστοι opponuntur τοῖς παρεσκευασμένοις v. 3. *Herodian.* III, 10. 19. προσπεσόντες δὲ Ῥωμαῖοι ἀπαρασκευάστοις τοῖς Βαρβάροις. *Dion. Hal. Ant.* V. c. 49. Apud *Xenoph.* Memor. III, 4. 11. legitur vox idem significans, ἀπαράσκευος. *Phavorin.* ἀπαράσκευος· ἀπαρασκεύαστος, εὐχερὴς, εὔκολος.

ἈΠΑΡΝΕ΄ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, 1. *abnego, agnoscere recuso, aliquem mihi notum esse, vel ad me pertinere firmiter nego*, sive simpliciter ponatur, sive particula negandi, μὴ, οὐκ, addatur, quanquam eam pleonastice addere solent N. T. Scriptores pariter ac Græci, v. c. *Herodotus*, cujus loca collegit *Raphelius* in Observv. Herodot. ad Luc. XXII, 34. Sic Matth. XXVI, 34. τρὶς ἀπαρνήσῃ με ter me nosse negabis audacter, v. 35. Marc. XIV, 30. 31. 72. Luc. XII, 9. ἀπαρνηθήσεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ hunc coram angelis Dei meum sectatorem agnoscere recusabo. Luc. XXII, 34. πρὶν ἢ τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με, Joh. XIII, 38. *Suid.* ἄπαρνος· ὁ ἀρνούμενος καθόλου.

2. ex adjuncto: *renuntio, cum contemtu rejicio, abdico*, quæ notio necessario agnoscenda est in formula: ἀπαρνήσασθαι ἑαυτὸν, quæ in N. T. de eo usurpatur, *qui ipse sibi et omnibus commodis hujus vitæ renuntiat, summa quævis bona, vitam adeo suam spernere et amittere paratus est ob religionis Christianæ professionem.* Matth. XVI, 24. εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν si quis velit meus sectator esse, renunciet ipse sibi; ubi non de vitiositate, cui renuntiandum sit, sermonem esse, ut haud pauci opinati sunt, sed de ipsis commodis hujus vitæ, quorum æquo animo jacturam facere paratus esse debeat sectator Christi, præter verba, proxime sequentia, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, maxime comma 25. evincit. Marc. VIII, 34. Luc. IX, 23. Hinc etiam verbo ἀπαρνέομαι usi sunt Alex. Ies. XXXI, 7. pro Hebr. מָאַס (quod alias per ἐξουθενέω, 1. Sam. VIII, 7. ὀλιγωρέω, Prov. III, 11. reddere consueverunt,) ubi *Theodot.* ἀπώσονται, *Symmach.* ἀποβαλοῦνται habet: et apud *Apollodor.* Bibl. II, c. 3. §. 1. ἀπαρνέομαι recusandi notionem habet.

ἈΠΑ΄ΡΤΙ. Adverbium. *Ab hoc tempore, ab hoc instanti*, ex ἀπὸ et ἄρτι *nunc*. Alias scribitur divisim, ἀπ' ἄρτι. Matth. XXVI, 64. ubi tamen conjunctim ἀπαρτὶ legendum esse. *Heinsius* judicavit. Semel tantum legitur in N. T. Apoc. XIV, 13. μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι beati sunt pii Christiani, qui moriuntur ab hoc ipso mortis eorum tempore et momento, uti vulgo hic locus explicatur ab interpretibus, præeunte Syro, qui reddidit ܡܢ ܗܫܐ qui tamen aliam etiam, non minus commodam, admittit explicationem, recepta lectione ἀπαρτὶ, quam *Beza, Alberti, L. Bos* et *Heinsius* præferunt. Ἀπαρτὶ autem est i. q. ἀπηρτισμένως, *certo ac vere, perfecte, exacte, plene. Phavorin.* ἀπαρτί· ἀπηρτισμένως, ἐπίῤῥημά ἐστιν, ὡς ἀμογητὶ, παρὰ τὸ ἀπηρτισμένον, τὸ πλῆρες. κέχρηται δ' αὐτῷ Ἡρόδοτος, λέγων, ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδια δύο ἀπαρτὶ κ. τ. λ. Confer etiam *Foësii* Œconom. Hippocrat. p. 44.

Wetstenii N. T. T. I. p. 493. et *Scholiast.* ad *Aristoph.* Plut. v. 388. Hac autem levi mutatione facta ἀπαρτὶ μακάριοι sunt *perfecte, admodum felices et beati.*

ἈΠΑΡΤΙΣΜΟ῾Σ, οῦ, ὁ, *perfectio, absolutio operis.* Ἅπαξ λεγόμενον, quod tantum Luc. XIV, 28. legitur, εἰ ἔχει τὰ (δέοντα) πρὸς ἀπαρτισμὸν an habeat ad ædes perficiendas necessaria. Descendit a verbo ἀπαρτίζω *perficio, perfectum et absolutum reddo,* (*Hesych.* ἀπαρτίζει· τελειοῖ—ἀπηρτισμένον· τέλειον. Idem ἀπαρτίσαι· πληρῶσαι.) quod de opere usurpatur, cui extrema imponitur manus, v. c. οἶκος ἀπαρτισθεὶς domus omnibus suis partibus absoluta. Cf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 422. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 754.

ἈΠΑΡΧΗ῾ ῆς, ἡ, 1. proprie sunt *primitiæ frugum, quæ a reliquis frugibus separandæ et Deo solemniter consecrandæ erant,* quasi ἀπ᾽ ἀρχῆς, scil. γεννημάτων τῆς γῆς, de primis frugibus terræ, quas Deus jure sibi tanquam auctori consecrari voluit. Sic legitur in vers. Alex Levit. XXIII, 10. et Deut. XXVI, 2. pro Hebr. רֵאשִׁית et permutatur cum voce πρωτογεννήματα Levit, XXIII, 17. Descendit autem ab ἀπαρχόμαι, quod proprie ad res sacras refertur, et significat: *primitias offerre Deo,* aut, *initium rei sacræ facere,* uti ostendit *Ez. Spanhem,* ad *Juliani Orat.* I, p. 23. Jam quia primæ fruges, quæ Deo consecrabantur, præstantissimæ et studiose selectæ erant, factum est, ut deinde ἀπαρχὴ *omne* diceretur

2. metaphorice, *quod primum est in suo genere, vel temporis, vel dignitatis et præstantiæ ratione habita, ita, ut de rebus æque ac de hominibus adhibeatur,* quemadmodum etiam ἀπάρχεσθαι apud Græcos ad omnium rerum initia transfertur: cf. *Ælian. V. H.* VIII, 1. et 18. *Julianus Orat.* I, p. 3. Et in hac metaphorica notione tantum in N. T. legitur. Rom. VIII, 23. τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔχοντες qui præstantissima dona Sp. S. acceperunt, h. e. Apostoli, ut ipse in sequentibus explicat. Sic רֵאשִׁית *id quod summum est et præstantissimum in suo genere,* significat, v. c. Jerem. XLIX, 35. רֵאשִׁית גְּבוּרָתָם *summam potentiam.* Amos VI, 6. רֵאשִׁית שְׁמָנִים *unguenta præstantissima.* Hinc etiam ἀπαρχὴ τῷ חֵלֶב respondet in versione Alex. (quod proprie quidem *adipem,* sed metaphorice *optimum et præstantissimum* notat.) Num. XVIII, 12. 29, 30. 32. Rom. XI, 16. ἀπαρχὴ, scil. φυράματος, primitiæ massæ seu farinæ, aqua subactæ, (רֵאשִׁית עֲרִיסֹת Num. XV, 19. 20.) h. e. patriarchæ, majores Judæorum, a quibus genus duxerunt suum. Rom. XVI, 5. ubi Epænetus quidam vocatur ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστὸν primus inter eos, qui in Asia proconsulari Christo nomen dederunt. *Theodoret.* ad h. l. πρῶτος παντὸς τοῦ ἔθνους ἐπίστευσεν. 1 Cor. XV, 20. Christus vocatur ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, qui primus et princeps fuit hominum a Deo in vitam revocatorum, unde v. 23. simpliciter ἡ ἀπαρχὴ vocatur. 1 Cor. XVI, 15. ὅτι ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, coll. Rom. XVI, 5. Jacob. I, 18. ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων inter primos, qui doctrinam Christianam sunt amplexi. Apoc. XIV, 4. ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἀρνίῳ præcipui Dei et Christi cultores et sectatores. *Alberti Gloss. N. T.* p. 135. ἀπαρχή· πρῶτος. *Hesych.* ἀπαρχή· προσφορὰ, ἀφαίρεμα.—ἀπαρχὴ Χριστός· πρῶτος Χριστός. *Schol. Eurip.* in *Orest.* v. 96. ἀπαρχὴ ἐλέγετο οὐ μόνον τὸ πρῶτον τῇ τάξει, ἀλλὰ καὶ τὸ πρῶτον τῇ τιμῇ, ὅθεν καὶ ἀπαρχὰς καρπῶν προσῆγον οἱ παλαιοὶ καὶ ὠνόμαζον, τὰ κρείττονα ἐκλεγόμενοι. De singulis N. T. locis, in quibus hæc vox legitur, sententias patrum Græcorum collectas exhibuit *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 422. seq.

ἍΠΑΣ, ασα, αν, genitivus ἅπαντος, άσης, αντος, *omnis, totus, universus,* ex α ἀθροιστικῷ, et πᾶς *omnis,* quasi ἅμα πᾶς, *omnis, nullo excepto.* Sed haud raro, ut πᾶς, de *multitudine* tantum

ingente explicandum erit. Sic Luc. XIX, 48. ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέματο ἀπ' αὐτοῦ ἀκούων permulti enim ex plebe ab ore ejus pendebant. ibid. VIII, 37. ἅπαν τὸ πλῆθος. XVII, 27. ἀπώλεσεν ἅπαντας. Marc. XVI, 15. πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα. Jacob. III, 2. πταίομεν ἅπαντες ad unum labimur omnes. Speciatim τὰ ἅπαντα *omnia, quæ quis habet et possidet bona*, significat. Luc. V, 28. καταλιπὼν ἅπαντα omnibus relictis. Act. IV, 32. ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινὰ sed omnia iis erant communia. Ita et ἅπαντα legitur apud *Æschin. Socr.* II, 7. Conf. *Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd.* T. II. p. 263. In vers. Alex. semper fere pro כֹּל ponitur, v. c. Ps. XXII, 23. Jer. XVIII, 23. semel tantum Levit. VI, 22. pro בָּלִיל legitur, nec raro in codd. vers. Alex. æque ac in codd. N. T. voces ἅπας et πᾶς permutatæ leguntur.

ἈΠΑΤΆΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *abduco a via recta, quæ calcanda erat, in erroneam*, quasi ἀπάγω τοῦ πάτου, ut *Eustathius* et alii grammatici explicarunt. Cf. *Stephani Thes. Gr. L.* T. I. p. 1874. seq. Hinc, ut Latinum *seduco*,

2. *facio aliquem aberrare a veritatis tramite, fallo, decipio, in errorem induco.* Sic Jacob. I, 26. ἀπατῶν τὴν καρδίαν αὐτοῦ iste decipit semet ipsum, is errorem alit. Respondet Hebraico הַשִּׁיא Ies. XXXVI, 14. Alex. μὴ ἀπατάτω ὑμᾶς Ἐζεκίας λόγοις.

3. *ad peccatum incito et compello vel doctrina vel exemplo, quasi abduco aliquem a virtutis tramite.* Ephes. V, 6. μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις ne vos ad peccata fraudulentis aliorum doctrinis incitari patiamini; ubi sermo est de doctoribus, qui excusare solebant vitiositatem humanam, et doctrina de libertate Christianorum turpiter abutebantur. 1 Tim. II, 14. Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, coll. Genes. III, 13.— *Hesych.* ἀπατᾷ· πλανᾷ, φενακίζει.

ἈΠΆΤΗ, ης, ἡ, 1. proprie: *abductio a via recta*, ab ἀπατάω, quod vide.

2. metaphorice: *deceptio, seductio*, inprimis *cum alterum a veritatis et virtutis tramite abduco.* Sic Matth. XIII, 22. ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου *divitiæ fallaces*, quæ partim destituunt possessorem sæpissime et decipiunt, partim eum subinde a recto tramite abducunt, cum nimis amantur et expetuntur. Fortasse tamen ἀπάτη h. l. significat *oblectationem*, quam notionem sæpe apud Græcos habere docent exempla prolata a *Pierson.* ad *Mœrid.* p. 65. *Reiskio* ad *Polyb.* p. 168. et *Ernesti* in *Glossar. Polyb.* s. h. v. *Mœris:* ἀπάτη· ἡ πλάνη, παρ' Ἀττικοῖς, ἀπάτη δὲ ἡ τέρψις παρ' Ἕλλησι. Marc. IV, 19. Ephes. IV, 22. κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης pravis cupiditatibus, quæ decipiunt ac seducunt homines; ubi ἐπιθυμίαι τῆς ἀπάτης ponuntur pro ἐπιθυμίαι ἀπατητικαὶ vel ἀπατῶσαι, plane, ut Judith. IX, 10. ἐκ χειλέων ἀπάτης μου.

3. per metonymiam *illud ipsum notat, quo alter decipitur ac seducitur, certe decipi ac seduci potest.* Coloss. II, 8. βλέπετε, μή τις ὑμᾶς ἔσται συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, ubi κενὴ ἀπάτη aut in universum quascunque pravas artes, quibus homines alios decipiunt, aut speciatim *theologiam judaicam* significat, quæ tunc in scholis Judæorum tradebatur, qua utebantur tunc temporis falsi doctores ad errores spargendos inter Christianos. 2 Thess. II, 10. καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας et quavis doctrina falsa et fraudulenta. Hebr. III, 13. ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας illecebræ vitiositatis seu exemplum eorum, qui deficiunt a religione Christiana. *Phavor.* ἀπάτη· τὸ ὑφ' ἑτέρου παραλογισθῆναι.— παραλογισμὸς, φενακισμός.

ἈΠΆΤΩΡ, ορος, ὁ, ἡ, æque ac vox ἀμήτωρ, de qua supra copiosius disputabamus, varie apud Græcos Scriptores sumitur. Dicitur autem ἀπάτωρ

1. *qui patrem non habuit, qui parentibus caret.* Hoc sensu Deus a *Trismegisto* dicebatur teste *Lactantio*

de Vera Sapientia Lib. IV, c. 13. *Epiphan. Hæres.* XXXI, c. 18.

2. *qui patrem morte aut alio quovis acerbo casu amisit. Pollux Onom.* III, c. 2. s. 4. ἀπάτωρ· ὁ μὴ πατέρα ἔχων, ὡς ὁ Ἥφαιστος. καλοῖντο δ' ἂν οὕτω καὶ οἱ ἀποξεξληκότες πατέρας καὶ μητέρας, οὓς λέγομεν ὀρφανούς. *Eurip. Orest.* v. 310.

3. *is, cujus pater obscurus est et ignotus, ignobili patre natus. Eurip. Ion.* v. 110. Sic apud *Livium* IV, 3. nullo patre natus dicitur, cujus pater est ignobilis. *Horat. Serm.* I, 6. 10. " multos sæpe viros nullis majoribus " ortos," coll. v. 6. et II, 5. 17. Et hanc notionem optime convenire loco Hebr. VII, 3. ubi Melchisedechus ἀπάτωρ vocatur, veterum multi opinati sunt, v. c. *Epiphanius*, qui causam hujus appellationis hanc addit: διὰ τὸ μὴ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κατὰ τὸ φανερώτατον ἐπωνομάσθαι. *Euseb. Demonstr. Evang.* IV. c. 3. Sed ipsa loci laudati contexta oratio nos statuere jubet, Melchisedechum a Paulo ideo ἀπάτορα dictum esse, *quod pater ejus non recensebatur in genealogiis sacerdotum Judæorum*, seu, quod fuit ἀγενεαλόγητος, ad quam vocem supra explicatam Lectores remittimus. Plura de hac re scire cupienti adeundus erit partim *Suicer.* in *Thes. Eccles.* sub ἀπάτωρ et Μελχισεδὲκ, partim *Wesseling. Obss. L.* II. c. 10. p. 177. et *Wetstenius N. T.* T. II, p. 407.

ἈΠΑΥ΄ΓΑΣΜΑ, ατος, τὸ, 1. proprie: *refractio, reflexio, lucis et splendoris, splendor maxime solis refractus et repercussus,* (ex ἀπὸ et αὐγὴ *splendor,* inde ἀπαυγάζω *splendorem relido, remitto*) sicut ἀπήχημα *refractio soni. Hesych.* ἡλίου φέγγος. *Suid.* et *Phavor.* ἔκλαμψις. *Alb. Gloss. N. T.* p. 167. ἀκτὶν, *Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 495. ἀκτὶς ἡλίου. Deinde vero metaphorice

2. ἀπαύγασμα dicitur *omne, quod aliquam rem perfecte refert, exemplar plane expressum, imago viva et absoluta alicujus rei,* adeoque interdum *is, per quem et in quo intelligitur, aliqua saltem ex parte, quod est in altero.* Sic legitur in N. T. Hebr. I, 3. ubi filius Dei dicitur ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, h. e. is, qui plane et perfecte refert majestatem divinam, eodem fere sensu, quo a Paulo Coloss. I, 15. εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου dicitur. Quanquam autem hoc ipsum vocabulum in nullo interpretum Græcorum V. T. legitur, tamen eo minus de veritate hujus explicationis dubitare possumus, quo magis e loco Ezech. I, 26—28. constat, majestatem divinam a prophetis eleganter comparatam fuisse cum lumine, splendorem ubique spargente et omnia collustrante, et quo minus dubia sunt loca aliorum Scriptorum, quæ ad locum nostrum illustrandum proferri solent. Sic sapientia ab auctore libri Sapient. VII, 26. ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου vocatur, h. e. ut ipse explicationis causa statim addit, ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. *Philo* de *Mundi Opificio* T. I. ed. *Mang.* p. 35. seu p. 98. T. I. ed. *Pfeiferi*: πᾶς ἄνθρωπος κατὰ μὲν τὴν διάνοιαν ᾠκείωται θείῳ λόγῳ, τῆς μακαρίας φῦσεως ἐκμαγεῖον ἢ ἀπόσπασμα ἢ ἀπαύγασμα γεγονώς. Idem de *Plantatione Noachi* p. 337. ed. *Mang.* τὸ δὲ ἁγίασμα οἷον ἁγίων ἀπαύγασμα, μίμημα ἀρχετύπου. Cf. præter *Carpzovii Exercitt. Philonn.* ad Hebr. I, 3. et *Abresch. Annotatt. in Ep. ad Hebr.* p. 11. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 425.

ἈΠΕΙ΄ΔΩ, i. q. ἀφοράω, 1. *oculos converto ad aliquid, oculos defigo in aliquid, respicio,* et inprimis de *iis* usurpatur, *qui indignabundi et torve aliquem intuentur. Ælian. V. H.* III, 20. *Suid.* ἀπεῖδεν· ἀντὶ τοῦ μετὰ δριμύτητος ἐθεάσατο.

2. simpliciter: *video, aspicio.* Sic in vers. Alex. occurrit Jonæ IV, 5. ubi in Hebr. est רָאָה. *Ælian. V. H.* XII, 41.

3. metaphorice: *intelligo, perspicio, mecum considero.* Sic semel tantum in N. T. occurrit Philipp. II, 23. ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμὲ cum cognovero, quem exitum res meæ sunt habituræ, aut

brevius: si per res meas fieri poterit.

ΑΠΕΙΘΕΙΑ, ας, ἡ, *contumacia, inobedientia, incredulitas*, speciatim: *contemtus doctrinæ Christianæ*, ita, ut omissum sit τῆς πίστεως, ab ἀπειθὴς *contumax, incredulus*. Rom. XI, 30. νῦν δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ illorum contumacia hunc eventum habuit, ut vos adduceremini ad religionem Christianam. ibid. v. 32. συνέκλεισε τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν permisit Deus Judæos contumaces esse. Ephes. II, 2. υἱοὶ τῆς ἀπειθείας omnes, qui doctrinam Christianam repudiant. ib. V, 6. υἱοὶ τῆς ἀπειθείας videntur esse *flagitiosi, scelesti*, nisi de *paganis* explicare quis malit. Idem valet de loco Coloss. III, 6. Hebr. IV, 6. et 11.

ΑΠΕΙΘΕΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. *incredulus sum, non credo, non admitto alicujus sententiam, doctrinam aut narrationem*, et quidem ita, ut contumaciæ reus fiam. Et æque ac præcedens ἀπείθεια in N. T. speciatim de iis usurpatur, qui contumacia ducti doctrinam Christianam repudiant. Joh. III, 36. ὁ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ opponitur τῷ πιστεύοντι εἰς τὸν υἱόν. Act. XIV, 2. οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι Judæi doctrinam Apostolorum repudiantes. XVII, 5. XIX, 9. Rom. XI, 30. 31. XV, 31. 1 Petr. II, 7. 8. III, 1. *Suid.* ἀπειθεῖν δοτικῇ· ἀπιστεῖν. cum qua voce etiam haud raro permutatur in codicibus N. T. Idem: ἠπείθησαν· οὐκ ἐπείσθησαν.

2. *non obedio, immoriger et rebellis sum*. Rom. II, 8. ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ qui virtuti et sanctitati studere recusant. ibid. X, 21. πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, ubi ἀπειθεῖν et ἀντιλέγειν sunt synonyma. Ies. LXV, 2. 1 Petr. III, 20. ἀπειθήσασί ποτε qui temporibus Noachi immorigeri Deo erant seu scelesti. ibid. IV, 17. coll. v. 18. Alex. pro סוֹרֵר, Deut. XXI, 20. Nehem. IX, 29. מָרָה, Exod. XXIII, 21. et מָרַר Ies. XXXVI, 5. *Phavor.* ἀπειθεῖ· ἀντιλέγει. *Hesych.* ἠπείθησεν· ἀντεῖπεν.

3. *despero de meliore sorte* aut *de auxilio divino, animum abjicio*. Hebr. III, 18. ubi ἀπειθήσαντες sunt Judæi, desperantes de auxilio divino, quibus v. 19. ἀπιστία tribuitur. Eodem sensu sumitur ἀπειθέω Sirac. XLI, 2. ubi ἀπειθῶν et ἀπολωλεκὼς τὴν ὑπομονὴν sunt aperte synonyma.

ΑΠΕΙΘΗΣ, ές, ὁ, ἡ, 1. *incredulus, contumax, qui nullam persuasionem admittit. Hesych.* ἄπιστος· *Suid.* δυσπειθὴς ἄνθρωπος *cui difficulter aliquid persuadetur*. Sed in hac notione non legitur in N. T.

2. *inobediens, refractarius, qui obsequium negat*, ἀνυπότακτος. *Hesychio* interprete, et speciatim de *eo* dicitur, *qui est impius, scelestus*, quasi immoriger præceptis divinis. Luc. I, 17. ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων impiorum animos emendabit. Act. XXVI, 19. οὐκ ἐγενόμην ἀπειθὴς τῇ ὀπτασίᾳ οὐρανίῳ divino monito non obstiti. Rom. I, 30. γονεῦσιν ἀπειθεῖς. De infantibus immorigeris usus quoque est hac voce *Callim. H. in Dian.* v. 66. 2 Tim. III, 2. Tit. I, 16. ἀπειθεῖς καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι. III, 3. Alexandrini pro סוֹרֵר Deut. XXI, 18. pro מוֹרֶה Num. XX, 10. מְרִי Ies. XXX, 9. posuerunt. Zachar. VII, 12. καὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν ἔταξαν ἀπειθῆ, ubi in Hebr. est וְלִבָּם שָׂמוּ שָׁמִיר·

ΑΠΕΙΛΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *minor, comminor*. 1 Petr. II, 23. πάσχων οὐκ ἠπείλει non comminabatur se aliquando mala relaturum mala inferentibus. Ἀπειλέομαι *minis interpositis interdico, veto, serio prohibeo*. Act. IV, 17. ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς μηκέτι λαλεῖν minis interpositis prohibebimus, ne in posterum verba facere audeant, coll. v. 28. ubi παραγγέλλειν sequente μὴ ponitur. Ἀπειλῇ ex Hebraismo πλεονάζει. Conf. *Vorstium* de *Hebraismis N. T.* cap. 34. p. 625.

ΑΠΕΙΛΗ, ῆς, ἡ, 1. *comminatio, minæ*. Act. VI, 17. 29. IX, 1. ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου spirans minas ac cædem.

2. *acerbitas, asperitas quævis, nimia severitas*. Ephes. VI, 9. ἀνιέντες τὴν

ἀπειλὴν remittite nimiam severitatem, coll. Levit. XXV, 43. Sæpius in N. T. non legitur. *Suid.* ἀπειλή· ἡ ὀργή. *Phavor.* et *Etym. M.* ἡ μετὰ ὀργῆς ἐπίπληξις.

Ἄπειμι, fut. ἔσομαι, *absum*, ex ἀπὸ et εἰμί. 1 Cor. V, 3. ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ πνεύματι quamvis absens, animo tamen præsens. 2 Cor. X, 1. et 11. XIII, 2. 10. Philipp. I, 27. Coloss. II, 5. Ab hoc distinguendum est

Ἄπειμι vel Ἄπιημι, *abeo, discedo*, ex ἀπὸ et εἶμι vel ἴημι *vado, eo*, quod semel tantum legitur in N. T. Act. XVII, 10. εἰς τὴν συναγωγὴν ἀπῆσαν in synagogam abierant. Exod. XXXIII, 8. *Hesych.* ἄπεισιν· ἀπέρχεται, ἀπέθανεν. *Suid.* ἄπεστιν· ἀντὶ τοῦ ἀφέστηκεν, μακράν ἐστιν.

Ἀπειπάμεθα, vide sub Ἀπέπομαι.

Ἀπείραστος, ου, ὁ, ἡ, *qui tentari, irritari et impelli nequit*, ex α priv. et πειράζω, quod vide. In N. T. tantum legitur Jacob I, 13. ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν Deus enim ad peccandum impelli nequit. Passive enim h. l. ἀπείραστος sumendum esse, propter sequentia, plerique jam interpretes, præeunte *Syro*, viderunt et monuerunt contra paucos illos, qui cum *Æthiope* interprete active acciperent. *Vulgatus* reddidit: *Deus enim intentatus* (ita enim scribendum est loco male impressi *intentator*) *malorum est. Onom. Vet. Intentatus: ἀπείραστος. Glossæ: ἀπείραστος· intentabilis.* Vetustioribus Græcis pæne incognita quidem vox fuit ἀπείραστος, qui ejus loco ἀπείρατος, Ionice ἀπείρητος, absque σ, adhibent, neque tamen plane exulat ab eorum scriptis, ita tamen, ut significet *inexpertum, intentatum.* Sic v. c. legitur apud *Galenum* de cura et medela animi morborum P. I. p. 365. μὴ καταλείπειν ἀπείραστον nil intentatum relinquere. *Joseph. B. J.* V, 9. 3. VII. 8. 1. ἔργον ἀπείραστον facinus intentatum. Vide *Heisenii Novas hypotheses ad Ep. Jacobi* p. 500. et *Wetstenii N. T.* T. II, p. 661.

Ἄπειρος, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *is, qui omni usu rerum et experientia destituitur, rudis, imperitus*, a πεῖρα *experientia. Etym. M.* ὁ ἀμαθὴς παρὰ τὸ μὴ ἔχειν πεῖραν. Sapient. XIII, 18. περὶ δὲ ἐπικουρίας τὸν ἀπειρότατον ἱκετεύει. *Sophocl. Antig.* 1309. *Thucyd.* I, 141. *Xenoph. Mem.* I, 1. 23. ἄπειρος χαλεπῶν qui nihil molestiæ expertus est. Hinc ἀπείρως et ἀτέχνως haud raro juncta leguntur apud Græcos, v. c. *Ælian. V. H.* VIII, 8. Deinde ex adjuncto ἄπειρος dicitur

2. *impar, ineptus ad aliquam rem.* Hebr. V, 13. ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης is non valet ad doctrinam perfectiorem et sublimiorem cognoscendam. Cæterum bene distinguendum est hoc adjectivum ab alio, quod ex α priv. et poëtico πεῖρας pro πέρας *finis, terminus* conflatum est, et *omne, quod non habet finem, innumerabile*, significat, nec raro in Græcorum scriptis legitur, v. c. *Æschin.* Dial. II, 34. *Xenoph. Mem.* I, 1. 14. Conf. *Lennepius* ad *Coluth.* p. 53.

Ἀπεκδέχομαι, fut. ἐξομαι, *exspecto.* Est decompositum ex præpositionibus ἀπὸ, ἐκ et δέχομαι; ἀπὸ tamen notionem verbi per se non auget, ut multi, emphasium nimis studiosi, existimarunt, quanquam negari non potest, in singulis locis ob contextam orationem ἀπεκδέχεσθαι commode verti posse: *ardenter, flagrantissimo cum desiderio exspectare* aut *tranquillo animo et patienter exspectare*, v. c. Rom. VIII, 19. ἡ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται omnes Christiani futuram illam meliorem verorum Dei cultorum conditionem magno cum desiderio exspectant. coll. v. 22. ib. v. 23. et 25. 1 Cor. I, 7. ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου, ubi ἀπεκδέχεσθαι per *tranquillo animo et patienter exspectare*, reddi potest. Galat. V, 5. Philipp. III, 20. τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις qui sunt ejus veri cultores. 1 Petr. III, 20.

Ἀπεκδύομαι, fut. ὑσομαι. Verbum medium, quod proprie notat

1. *exuo me, depono vestimenta, arma,*

etc. nec differt a verbo ἀποδύομαι. *Ælian. V. H.* XIII, 37. καὶ ἀπεδύσατο τὴν πανοπλίαν. *Musæus Hero* et *Leand.* v. 251. ἀπεδύσατο πέπλον. Ad hanc notionem etiam locum Coloss. II, 15. retulit *Wakefield* in *Silva Critica* P. III, p. 120. qui vocem ἀπεκδυσάμενος, ibi obviam, ejusque judicio interposito commate a sequenti oratione separandam, vertit; *cum vestes exuisset*, ut certamen sc. expeditior obiret.

2. active usurpatur, ut significet: *exuo, spolio armis, vestibus, opibus.* In dubium quidem vocavit hanc notionem *Dresigius* de *Verbis Mediis N. T.* I, 17. quam tamen satis vindicavit huic voci *Perizonius* ad *Ælian. V. H.* II, 13. cui addi possunt *Scholiastes Aristoph.* ad *Lysistr.* v. 615. *Suidas* in voce ἄμιλλα, et *Schol.* ad *Theocrit.* IV, 11. Quia vero victis vestes detrahere et eos spoliare solent milites, factum est, ut ἀπεκδύεσθαι ex adjuncto *vincere, vim alicujus imminuere et potestatem infringere* notaret. Sic legitur Coloss. II, 15. ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς infringens potestatem omnium, etiam potentissimorum religionis Christianæ adversariorum; ubi *Grotius* jam ἀπεκδύεσθαι per *exarmare* interpretatus est. Simile verbum apud Chaldæos reperitur חָלַשׁ quod præter notionem *exuendi* etiam *infirmandi* habet, v. c. Ies. II, 11. 17. וְיֻחְלַשׁ תְּקוֹף גַּבְרִין debilitabitur fortitudo virorum.

3. metaphorice: *depono, renuntio, repudio.* Coloss. III, 9. ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον deponentes veteres illos pravos ac perversos animi sensus, seu, pristinæ vitæ rationi prorsus renuntiantes. Negari quidem non potest, verbum ἀπεκδύεσθαι apud Græcos Scriptores, v. c. *Josephum A. J.* XIII, 7. 1. et ἐκδύεσθαι (*Hesych. Illustr. Philos.* p. 59. χαλεπὸν ὁλοσχερῶς ἐκδῦναι τὸν ἄνθρωπον) æque ac Latinorum *exuere* (*Tacit. Annal.* XIV, 52. exuere magistrum, ubi vid. *Ernesti*) hac notione reperiri, vero tamen magis simile est, Paulum usum verbi חָלַשׁ, in scriptis Judæorum haud raro obvium, sequutum esse, de quo exposuit *Schoettgen. Hor. Hebr. et Talmud.* Vol. I, p. 820. adducto loco ex *Taanith* Fol. 24. 2. ubi formulæ חלש ליביה exuit cor suum, h. e. mutavit mentem suam, et חלש דעתיה leguntur. Cf. *Krebs. Obss. Flav.* p. 342. qui haud male conjecit, ductam esse hanc loquendi rationem ab *actoribus*, qui habitu mutato et vestibus depositis alias partes agunt.

Ἀπέκδυσις, εως, ἡ, 1. proprie: *exuitio, ipse exuendi actus*, aut secundum alios, *conatus deponendi vestem*, in qua tamen notione me legere non memini. (ab ἀπεκδύομαι.)

2. metaphorice: *depositio, renunciatio, abdicatio.* Sic semel tantum in N. T. legitur, Coloss. II, 11. τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν depositione corporis, quo ad peccandum abutimur, aut depositione omnis vitiositatis. Conf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 429.

Ἀπελαύνω et Ἀπελάω, fut ἀσω, *abigo, arceo, expello, abduco.* Semel legitur in N. T. Act. XVIII, 16. καὶ ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος et abegit eos a tribunali. Eadem formula reperitur apud *Plutarch.* Mar. p. 410. D. ἀπελαύνων τοῦ βήματος. Cf. quæ disputavit de hoc verbo *D'Orville* ad *Chariton.* VI, 1. p. 512. ed. Lips.

Ἀπέλεγμος, οῦ, ὁ, 1. proprie: *refutatio, redargutio*, (quo posteriore vocabulo *Vulgatus* interpres usus est Act. XIX, 27.) ab ἀπελέγχω *redarguo, refello, refuto, convinco.* Sapient. IX, 6. Jam, quia sententia et opinio, ab aliis idoneis argumentis refutata, in contemtum abire et nullius momenti haberi solet, factum est, ut ἀπελεγμὸς etiam ex adjuncto diceretur

2. *contemtus.* Sic autem legitur Act. XIX, 27. τὸ μέρος ἡμῶν κινδυνεύει εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν periculum est, ne hoc quæstus nostri genus in contemtum veniat, seu contemnatur.

Ἀπελεύθερος, ου, ὁ, ἡ, *libertus, libertate donatus, non liber natus, sed manumissus. Suid.* ὁ ἐλευθερωθείς. *Am-*

monius: ὁ ἐκ δούλου ἠλευθερωμένος. *Phavor.* ὁ τῆς τῶν δούλων ἀφειμένος δουλείας. ὃς καὶ ἐξελεύθερος. Adde *Pollucis Onom.* III, c. 9. Semel in N. T. legitur. 1 Cor. VII, 22. ἀπελεύθερος Κυρίου ἐστι per religionem Christianam libertatem accepit, non illam civilem, sed vere Christianam. *Dion. Hal. Ant.* I, IV, c. 23.

Ἀπελλῆς, ου, ὁ, *Apelles.* Nomen proprium viri pii et Christiani, commendati a Paulo Rom. XVI, 10.

Ἀπελπίζω, fut. ίσω, 1. intransitive: *despero, omnem spem abjicio.* Sirac. XXII, 26. 2 Macc. IX, 18. τὰ κατ' αὐτὸν ἀπελπίσας. *Polyb.* III, 63. 13.

2. ut Lat. *despero,* (*Cic. Fam.* XII, 11.) transitive: *in desperationem adduco, spem omnem alicui adimo.* Sirac. XXII, 22. XXVII, 21. Ies. XXV, 4. Judith. IX, 11. ubi Deus dicitur ἀπηλπισμένων σωτὴρ servator eorum, qui spe destituuntur. Opponitur τῷ ἐπελπίζειν.

3. *spero aliquid ab altero, inde spero,* quasi ἐλπίζω ἀπό τινος. Luc. VI, 35. μηδὲν ἀπελπίζοντες ita, ut nihil inde speretis: quæ sunt ipsa verba *Vulgati* interpretis, quem h. l. etiam *Arabs* sequutus ast. *Syrus* habet: ... *et ne præscindatis spem ullius,* quam sc. de vestra beneficentia concepit ac fovet, si nempe nimis rigidi erga eum fueritis in denegandis beneficiis. Vocem Græcam ἀπελπίζειν admittere hanc explicationem, ex criticis notavit *Polus* ad h. l. Recte autem docuit post *Hackspanium* et *Wolfium Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 117. esse hunc optimorum Scriptorum morem, ut brevitatis causa vocis omissæ indicium faciant ope præpositionis, quæ, cum sola poni nequeat, verbo adjungitur. Sic v. c. ἀπεσθίειν ponitur pro ἐσθίειν ἀπό τινος, observante *Athenæo* Lib. XIV, p. 649. ed. *Casaub.* et ἀπολαζεῖν interdum est λαζεῖν ἀπό τινος.

Ἀπέναντι. Adverbium, quod genitivum adsciscit.

1. *ex adverso, e regione.* Matth. XXI, 2. εἰς τὴν κώμην τὴν ἀπέναντι ὑμῶν in vicum, qui nobis est ex adverso. Matth. XXVII, 61. καθήμεναι ἀπέναντι τοῦ τάφου e regione sepulcri sedentes. Alexandrini usi sunt hac voce Genes. XXI, 16. Ezech. XL, 2. pro מִנֶּגֶד et Jos. XVIII, 17. Jud. XIX, 10. pro נֹכַח.

2. *coram, in conspectu,* unde pro לִפְנֵי Deut. XXVI, 10. et עַל־פְּנֵי Genes. XXIII, 19. XXV, 9. XLIX, 30. Alexandrini posuerunt. Act. III, 16. ἀπέναντι πάντων ὑμῶν in conspectu omnium. Matth. XXVII, 24. ἀπέναντι τοῦ ὄχλου spectante populo. Rom. III, 18. οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν nullus est in iis numinis cultus, coll. Ps. XXXVI, 1.

3. *adversus, contra.* Act. XVII, 7. ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος agunt contra decreta Cæsaris. Sirac. XXXVII, 4. καὶ ἐν καιρῷ θλίψεως ἔσται ἀπέναντι.

Ἀπέπομαι. Verbum medium ab activo ἀπειπεῖν, quod notat: *interdico, veto,* (*Xenoph. Mem.* I, 2. 33. *Dionys. Hal. Antiq.* VIII, 38. XI, 41. καὶ τὸ λοιπὸν ἀπεῖπον μηδένα Ῥωμαίων ἄρχειν διὰ βίου τὴν ἀνυπεύθυνον ἀρχήν.) *defatigor, deficio, concido animo,* (*Xenoph.* de *Re equestri* VIII, 5. et ibi *Zeunii Obss.* IX, 7. *Eurip. Hecub.* v. 942. τάλαιν' ἀπεῖπον ἄλγει.) *renuntio, nuntium mitto alicui,* (*Thucyd.* V, 43. ἦν τοῦ πάππου ἀπειπόντος. *Lysias Orat.* VII. p. 103. καὶ ταῦτα φανερῶς ἀπειπόντα ὁμιλίαν) denique *vito.* (Sic apud *Musæum Hero* et *Leand.* v. 125. μῆνιν ἐμῶν ἀπόειπε πολυκτεάνων γενετήρων.) Omnes has varias, quas sustinet activum ἀπειπεῖν notiones, recensuit, et idoneis exemplis confirmavit *Dresigius* de *Verbis Mediis N. T.* I, 116. p. 187. seq. cum quo conferendus est *Wetstenius N. T.* T. II, p. 185. seq. Hinc Medium ἀπέπομαι significat: *mihi ipsi aliquid interdico, me abdico aliqua re, renuntio, recuso, depono, abjicio, vito, caveo.*

Sic semel tantum in N. T. legitur 2 Cor. IV, 2. ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης sed renuntiavimus occultis sceleribus seu consiliis improbis, sensibus turpibus et perversis. *Hesych.* ἀπείπατο· ἠρνήσατο. ἀπειπάμεθα· ἀπεξεψάμεθα. ἀπείπαντο· παρητήσαντο, (*Herodot.* VI, 10. οὐκ ἀπείπαντο τὴν ἐπικουρίην) ἀπετάξαντο. *Suid.* ἀπείπατο· ἀπηρνήσατο, καὶ ἀπεῖπεν· ἀπηγόρευσεν, ἀπεφήνατο. καὶ ἀπειπεῖν· ἀντὶ τοῦ ἀποκαμεῖν καὶ ἀδυνατῆσαι. ἀπειπών· ἀπαρνησάμενος, παρητησάμενος. Recte itaque, ut ex prolatis exemplis apparet, *Stephanus* in Thesauro suo monuit, activum et medium hujus verbi fere idem significare. Legitur etiam hæc vox in vers. Alex. ubi partim Hebraico אָמַר sequente לֹא *interdicere*, v. c. 1 Regg. XI, 2. partim חָדַל Zach. XI, 12. et מָאַס Job. X, 3. coll. Job. VI. 14. respondet. His adde, quæ *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 298. de hac voce docte monuit.

ἈΠΕΡΑΝΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *immensus et infinitus, qui nullos terminos et limites habet*, (ex α priv. et πέρας *terminus*, unde περαίνω *finio, termino*) item, *qui ad finem perduci nequit*, idem cum ἄπειρος et ἀπέρατος. vid. *Schol.* ad *Aristoph. Nub.* v. 3. *Polyb.* I, 57. *Aristoph. Nub.* v. 392. τὸν δ' ἀέρα τόνδ' ὄντα ἀπέραντον. *Hesych.* ἀπέραντον· μέγαν, ἀτελείωτον, ἐκ τοῦ πέρας μὴ ἔχειν. *Suid.* ἀπέρατον· ἄπειρον, μέγα, οὗ πέρας οὐκ ἔστιν. οἱ δὲ μετὰ τοῦ ν γράφοντες ἁμαρτάνουσι. Ex hac vero notione vulgo explicatur locus 1 Tim. I, 4. γενεαλογίαις ἀπεράντοις de quæstionibus genealogicis, quarum veritas nunquam evinci poterit, quæ semper rixis locum dabunt. Sed æque commoda est huic loco aut potius melius convenit notio altera, quam habet hæc vox, ut

2. sit *inutilis, a quo nulla utilitas sperari potest*, a περαίνειν *prodesse*, ut adeo γενεαλογίαι ἀπεράντοι in loco 1 Tim. I, 4. (sæpius enim non legitur in N. T.) sint *quæstiones genealogicæ, quibus plane nihil efficitur, quibus nulla utilitas ad Christianos redundat*, ut jam vidit *Chrysostomus* ad h. l. ἀπεράντοις scribens ἤτοι πέρας οὐδὲν ἐχούσαις ἢ οὐδὲν χρήσιμον. Debeo hanc interpretationem *Kypkio*, qui eam in *Obss. Sacr.* T. I. p. 347. protulit et idonee confirmavit, præeuntibus inter veteres *Œcumenio* (οἷον τοῖς μὴ ἔχουσι πέρας τί χρηστὸν ἢ τοῖς λέγουσιν ἢ τοῖς ἀκούουσι.) et *Theophylacto* (ἢ ταῖς εἰς τοὺς ἄνω χρόνους ἀναξαινούσαις ἢ τὸ πέρας οὐδὲν ἐχούσαις χρήσιμον ἢ εὐσύνοπτον, ἀλλὰ δυσπεριλήπτοις καὶ πολυτρόποις.) *Strabo* II. p. 167. B. ἀπέραντος λόγος.

ἈΠΕΡΙΣΠΑ΄ΣΤΩΣ. Adverbium, *absque ulla distractione, summa cum diligentia, sine ulla cura et sollicitudine, quiete, tranquille.* Tam late enim patet hæc vox, quæ a περισπάομαι descendit, et partim *de eo* usurpatur, *qui multis et gravissimis negotiis distrahitur*, (unde adjectivum ἀπερίσπαστος dicitur *is, qui continuo et summa cum diligentia aliquid facit, ita, ut nulla re a negotio avocari possit. Polyb.* II, 67. 7. et XXIX, 8. 16.) partim autem *de eo* legitur, *qui admodum afflictus est et quasi curis et sollicitudine distrahitur.* Sirac. XLI, 2. mors dulcis est ἀνθρώπῳ περισπωμένῳ περὶ πάντων, cui v. 1. opponitur ἀνὴρ ἀπερίσπαστος, qui nullis ærumnis et angustiis distractus est. *Porphyr.* de *Abstinent.* I, 46. Adverbium ἀπερισπάστως semel tantum legitur in N. T. 1 Cor. VII, 35. ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον Κυρίῳ ἀπερισπάστως sed propter decorum et ideo, ut indefesso studio Christum colere sine ulla cura et sollicitudine possitis. *Polyb.* II, 20. 12. et XII, 28. 4. *Hesych.* ἀπερισπάστως· ἀμερίμνως, ἀφροντίστως, ἡσύχως. Defenderunt hanc explicationem loci Paulini contra *Knatchbullum*, qui interpretatur: *sine violenta abstractione in verba mea*, inter alios *Raphelius* in *Notis Polybianis* p. 464. et *Lamb. Bos.* in *Exerc. Philol.* p. 134. Cf. etiam

Gatakeri Notas ad *Marc. Antonin.* de rebus suis III. §. 6.

ΑΠΕΡΙΤΜΗΤΟΣ, ου, ὁ, *non circumcisus, cui præputium amputatum non est, gentilis, alienus a civitate Judaica.* 1 Macc. I, 48. καὶ ἀφιέναι τοὺς υἱοὺς αὐτῶν ἀπεριτμήτους. ib. II, 46. Hebr. עָרֵל Exod. XII, 48. Jud. XIV, 3. In N. T. ubi semel tantum legitur, metaphorice usurpatur. Locus est Act. VII, 51. ubi formula mere Hebraica ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν legitur. Ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ Judæi dicuntur, qui se lege Mosaica, cui circumcisionis ritu obstricti erant, emendari et corrigi non passi fuerunt, qui eandem ob causam olim a prophetis עַרְלֵי־לֵב vocabantur, v. c. Jerem. IX, 26. Ezech. XLIV, 7. *Coran Sur.* II, 88. Parum differt altera formula: ἀπερίτμητοι τοῖς ὠσὶν, qua Judæi indicantur, qui immorigeri sunt præceptis religionis Mosaicæ, et quorum aures quasi occlusæ sunt præceptis divinis, tota expressa ad Hebraicam עַרְלָה אָזְנָיִם, quæ legitur Jer. VI, 10.

ΑΠΕΡΧΟΜΑΙ, fut. ἐλεύσομαι, aor. 2. ἀπῆλθον,

1. *abeo, discedo.* Matth. XIII, 25. καὶ ἀπῆλθεν et clam discessit. ibid. XVI, 4. XIX, 22. XXVI, 36. ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ dum abeo seu secedo illuc, precandi causa. Marc. V, 17. ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν. ibid. VIII, 13. Jud. VI, 21. ὁ ἄγγελος Κυρίου ἀπῆλθεν ἀπ' ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Apud Græcos Scriptores, omissa præpositione ἀπὸ, quæ jam in verbo latet, ἀπέρχεσθαι simpliciter cum genitivo construitur, v. c. *Xenoph.* de *Rep. Laced.* XII, 4. Pertinet huc etiam formula: ἀπέρχεσθαι εἰς τὰ ὀπίσω, quæ in universum quidem de *eo* usurpatur, *qui deserit aliquem et deficit ab aliquo*, speciatim vero de *discipulis* adhibetur, *qui magistrum relinquunt nec amplius ab ejus partibus stare volunt*, quo sensu simplici voce ἀπέρχεσθαι *Diogenes Laërt.* II, sect. 109. usus est. Joh. VI, 66. ἐκ τούτου πολλοὶ ἀπῆλθον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω ab hoc inde tempore multi discipulorum ejus defecerunt ab eo. Cf. infra sub ὀπίσω.

2. *eo, proficiscor, iter facio.* Matth. VIII, 19. ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ sectabor te, quocunque perrexeris. ib. X, 5. εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε ad gentiles ne proficiscamini. ib. XIV, 15. 25. XVI, 21. ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσολύμα sibi eundem esse Hierosolymam. ibid. XXVIII, 10. Joh. IV, 47. Rom. XV, 28. ἀπελεύσομαι δι' ὑμῶν εἰς Σπανίαν. Galat. I, 17. ἀλλ' ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν. In vers. Alex. pro וַיֵּלֶךְ Genes. XXIV, 56. 61. הָלַךְ Genes. XIX, 2. et נָסַע Ies. XXXVII, 37. ponitur. Ad hanc notionem referenda est formula: ἀπέρχεσθαι ὀπίσω τινὸς, quæ partim de *iis* usurpatur, *qui aliquem sequuntur et comitantur*, partim ex adjuncto: *alicujus discipulum et sectatorem esse* significat, ob morem veterum philosophorum et doctorum Judaicorum, qui semper choro discipulorum suorum stipati incedere, interdum adeo itinera facere solebant. Sic Marc. I, 20. ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ eum magistrum sectati sunt. Joh. XII, 19. ἰδὲ ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν ad unum fere omnes eum sectantur. Interdum autem illud ὀπίσω omittitur, ut Luc. XVII, 23. μὴ ἀπέλθητε, ubi de Pseudo-Messia sermo est, coll. XXI, 8. Eodem modo הָלַךְ, sequente אַחֲרֵי, *aliquem ducem sequi, ab alicujus partibus stare* notat. Exod. XXIII, 2. 2 Sam. XVII, 9. Haud raro tamen pro אַחֲרֵי etiam אֵת ponitur, 2 Sam. XVI, 17. Prov. I, 11. Hinc sine dubio factum est, ut ἀπέρχεσθαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας in epistola Judæ v. 7. de iis usurparetur, qui lascivo alienarum uxorum amore trahuntur.

3. *venio, advenio, accedo.* Marc. III, 13. VII, 30. καὶ ἀπελθοῦσα εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, εὗρε κ. τ. λ. et domum ingressa invenit. Luc. XXIII, 33. καὶ ὅτε ἀπῆλθον (in aliis codd. ἦλθον) ἐπὶ τὸν τόπον et ubi ventum est ad locum.

Matth. VIII, 33. ἀπελθόντες εἰς τὴν πόλιν venientes ad urbem ; ad quem locum conf. *Boisii Collatio Vet. Interpr.* Hebraico בּוֹא respondet apud Alex. Genes. XLII, 21. ἀπῆλθεν ἐφ' ὑμᾶς θλῖψις. Jos. VI, 11. εὐθέως ἀπῆλθεν εἰς τὴν παρεμβολήν.

4. *redeo, revertor.* Matth. II, 22. ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν veritus est illo reverti. ibid. VIII, 21. IX, 7. ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ domum rediit. ib. XIII, 46. ἀπέρχεσθαι simpliciter positum, *domum reverti* significat. Luc. I, 23. In vers. Alex. שׁוּב exprimit, Genes. III, 19. ὅτι γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. ib. XXXI, 13. Exod. IV, 19. *Suid.* ἀπέλθῃ· ἀντὶ τοῦ ἐπανέλθῃ. Θουκυδίδης.

5. *navi proficiscor, trajicio, transvehor.* Matth. VIII, 18. ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν jussit eos trajicere lacum Genesareth. Interdum τῷ πλοίῳ additur, v. c. Marc. VI, 32. Haud raro tamen omittitur. Joh. VI, 1. 22. X, 40. Cf. infra sub διέρχεσθαι et ἔρχεσθαι.

6. addita præpositione εἰς et ἐπὶ, *impetum facio, irruo,* quod alias ἐπέρχεσθαι dicitur. In hac vero notione rariori ter tantum occurrit in N. T. Matth. VIII, 31. ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων permittas nobis solum in hunc porcorum gregem impetum facere, et v. 32. ἀπῆλθον εἰς τοὺς χοίρους irruebant in istum gregem. Joh. XVIII, 6. ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, quæ verba vulgo quidem de *fuga,* in quam voce Christi conversi fuerint ministri pontificis et Pharisæorum cum cohorte intelligunt, sed rectius ex meo quidem sensu de *ministris et militibus Romanis* explicantur, *qui aggressi discipulos Christi* (τὰ ὀπίσω pro τοὺς ὀπίσω) *effecerunt, ut hi humi procciderent.* 2 Sam. XVII, 2. ἀπελεύσομαι ἐπ' αὐτὸν irruam in illum.

7. etiam rebus inanimatis tribuitur et tunc per *recedere, removeri, tolli, evanescere, præterire,* pro subjecti diversitate vertendum erit. Marc. I, 42. εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ ἡ λέπρα recessit ab eo lepra, aut, a lepra sanatus est. Idem legitur Luc. V, 13. Apoc. IX, 12. ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν prima calamitas præteriit. ib. XI, 14. XVIII, 14. καὶ πάντα τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ λαμπρὰ ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, ubi in codd. quibusdam ἀπώλετο legitur loco ἀπῆλθεν, quæ tamen lectio merum glossema mihi sapere videtur; commode enim ἀπέρχεσθαι h. l. per *eripi, amittere sine omni spe recuperandi* verti potest. Sic *Arrian. Dissert. Epictet.* IV, c. 3. μικρὸν ἂν ἀπονυστάξῃς, ἀπῆλθε πάντα μέχρι νῦν συνειλεγμένα. Hinc in versione Alex. τῷ חָלַף (v. c. Cant. II, 11. ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν) respondet.

8. sequente præpositione εἰς etiam hominibus tribuitur, *qui in aliquem statum et conditionem rediguntur.* Matth. XXV, 46. ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον hi suppliciis æternis afficientur, illi vero felicitate æterna fruentur Marc. IX, 43.

9. *morior, e vita discedo,* ita, ut omissum sit vel ἐκ τοῦ βίου, vel ἐξ ἀνθρώπων, uti *Casaubonus* docuit ad *Diog. Laërt.* III, 6. Joh. XVI, 7. συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω expedit vobis, ut ego ad patrem meum redeam. et ibidem : ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, coll. v. 5. Eodem modo ὑπάγειν in N. T. usurpatur, pro quo in vers. Alex. interdum etiam est : ἀπέρχεσθαι πρὸς τοὺς πατέρας, Genes. XV, 15. etiam ἀπέρχεσθαι εἰς τὴν γῆν, Genes. III, 19. Job. VII, 21.

10. *divulgor, spargor in vulgus, emano,* i. q. ἐξέρχομαι. Matth. IV, 24. καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν fama ejus totam Syriam pervasit. ib. IX, 26. ἀπῆλθεν ἡ φήμη αὕτη εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην et emanavit fama hujus rei in totam illam regionem, coll. Luc. VII, 17. Sic הָלַךְ legitur Esther. IX, 4. וְשָׁמְעוֹ הוֹלֵךְ בְּכָל־הַמְּדִינוֹת et יָצָא Esther. I, 17.

11. haud raro abundat, aliis verbis additum, v. c. Matth. XVIII, 30.

ἀπελθὼν ἔβαλεν αὐτὸν εἰς φυλακήν. ibid. XIII, 28. XXV, 18. ubi ἀπελθὼν in codd. haud paucis omittitur. ibid. v. 25. Marc. VI, 28.

ΑΠΕΧΕΙ. Impersonale, *sufficit, satis est*, ἀπόχρη, ἐξαρκεῖ, interprete *Hesychio*. Semel tantum legitur in N. T. Marc. XIV, 41. ubi tamen de ejus vera notione constituenda admodum dissentiunt interpretes. *Kypkius* in *Obss. Sacr.* T. I. p. 193. ἀπέχει conjungi vult cum ὥρα, hoc sensu: *abstrahit* (seu *arcet, abripit,*) *venit hora*: sed admodum contorte et contra linguæ Græcæ usum. Paulo melius *Schwarzius* in *Comment. L. Gr.* p. 147. ἀπέχει reddidit: *non est jam ad dormiendum tempus opportunum*, ut omissum sit καιρὸς vel ὥρα. Sed nihil impedit, quo minus receptam vocis ἀπέχει notionem *sufficit, satis est* (qua etiam usus est *Anacreon* Od. XXVIII, v. 33. ubi vide *Barnes.*) retinentes, locum Marci ita reddamus: *jam satis multum temporis somno impendistis*. Conf. *Gust. Sommelii* D. de genuina vocis ἀπέχει notione Marc. XIV, 41. Lund. 1774. 4.

ΑΠΕΧΩ, fut. ἀφέξω, 1. *recipio, reporto*. Philem. v. 15. ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς ut æternum eum recipias, h. e. qui in omne vitæ tuæ tempus commodis tuis inserviat. Speciatim ἀπέχειν de *eo* dicitur, *qui nactus est, quod ipsi debetur, nec habet, quod plus postulet, qui satis habet*, et respondet formulæ nostræ, das Seinige hinweg haben, *to take away one's own*. Sic Matth. VI, 2. 5. 16. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν, nullum ultra præmium iis expectandum est, jam tenent mercedem ipsorum Luc. VI, 24. ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν recepistis vestrum solatium. Philipp. IV, 18. ἀπέχω δὲ πάντα satis habeo. Nihil vero frequentius est hac ipsa significatione in Scriptoribus Græcis pariter ac hellenisticis. Sic Genes. XLIII, 23. כַּסְפְּכֶם בָּא אֵלָי Alex. τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀπέχω pecuniam vestram accepi nec habeo quod postulem. Num. XXXII, 19. *Marc. Antonin.* XI, 1. ἐγὼ ἀπέχω τὰ ἐμαυτοῦ. *Athenæus* XIV. p. 649. Alia loca Scriptorum Gr. excitata lege apud *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* IV, 49. p. 135. *Kühn.* ad *Diog. Laërt.* VII. s. 100. et *Fischerum* de *Vitiis Lexicorum N. T.* Prolus. XXVII, p. 12. seq. *Phavor.* ἀπέχειν. καὶ τὸ ἀπολαμβάνειν. *Suid.* ἀπέχω· αἰτιατικῇ ἀντὶ τοῦ ἀπέλαβον. *Hesych.* ἀπέχῃς· λάβῃς. *Thom. M.* adeo ἀπέχειν elegantius dici, quam λαμβάνειν, sub voce ἀπέχω judicavit.

2. *disto, absum*, ad quam notionem exprimendam reliqui Græci etiam verbis διέχω (conf. *Thucyd.* ed. *Dukeri* p. 668.) et ἔχειν utuntur. *Suid.* ἀπεῖχεν· πόῤῥω ἦν. *Xenoph.* de *Vectig.* cap. IV. §. 43. ἀπέχει ———— ἑξήκοντα στάδια. *Polyb. Hist.* VI, 25. Sic Luc. VII, 6. ἤδη δὲ αὐτοῦ οὐ μακρὰν ἀπέχοντος ἀπὸ τῆς οἰκίας cum haud procul abesset ab ejus domo. ib. XV, 20. XXIV, 13. εἰς κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. 1 Macc. VIII, 4. 2 Macc. XI, 5. XII, 29.

2. metaphorice: *alienus, remotus sum ab aliqua re*. Matth. XV, 8. ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ sed animus eorum longissime est a mei cultu remotus. Marc. VII, 6. Jam cum ἀπέχω in voce activa proprie significet *avertere, removere*, hinweg halten, *to take away*, ita, ut contrarium sit *admovere*, v. c. *Aristoph.* in *Pace* v. 161. ἀπέχειν τὴν ῥῖν' ἀπὸ κάκης, medium ἀπέχομαι, quod haud raro in N. T. libris legitur, vel absolute positum, vel addita præpositione, significat

4. *abstineo ab aliqua re*, quasi ἀπέχω ἐμαυτὸν, *fugio, vito*. Sic Act. XV, 20. ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων. v. 29. ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων. 1 Tim. IV, 3. ἀπέχεσθαι βρωμάτων abstinere cibis. 1 Thess. IV, 3. V, 22. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε omni improbitatis et vitiorum genere abstinete. 1 Petr. II, 11. Malach. III, 6. οὐκ ἀπέχεσθε ἀπὸ τῶν ἀδικιῶν. Jer. VII, 10. ἀπεσχήμεθα τοῦ ποιεῖν πάντα τὰ βδελύγματα. Sirac. IX, 18. XXVII, 10. *Æschines Socr.* Dial. II, 15. ἀπέχεσθα

σίτων καὶ ποτῶν. *Xenoph. Vectig.* V, 6. ἀπέχεσθαι τῶν κακῶν. Cf. *Dresigium* de *Verbis Mediis N. T.* I, 18. p. 193.

ἈΠΙΣΤΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *fidem datam fallo, perfidus sum.* 2 Tim. II, 13. εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει si vel nos fidem Christo datam fallimus, tamen Christus semper verax manebit.

2. *fidem alterius verbis denego, alteri fidem non habeo*, et speciatim de *iis* usurpatur, *qui religionem Christianam repudiant. Harpocrat.* ἀπιστεῖν· ἀντὶ τοῦ ἀπειθεῖν — λέγουσι δὲ καὶ ἀπιστίαν τὴν ἀπείθειαν. *Hesych.* ἀπιστεῖ. ἀπειθεῖ. Marc. XVI, 11. ἠπίστησαν credere nolebant. ib. 16. ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται, ubi ὁ ἀπιστήσας propter oppositum πιστεύσας, partim is dicitur, qui contumaciter repudiat doctrinam Christianam, partim vero, qui religioni Christianæ cognitæ non convenienter agit. Haud raro autem ἀπιστεῖν apud Græcos significat *immorigerum et inobedientem esse.* v. c. apud *Xenoph. Sympos.* IV, 49. ἤδη δέ ποτε καὶ ἀπιστήσας ἐκολάσθην. Luc. XXIV, 11. 14. ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς. Act. XXVIII, 24. οἱ μὲν ἐπείθοντο τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ ἠπίστουν. Rom. III, 3. *Palæphat.* de *Incred.* Præf. ἀπιστοῦσι τὸ παράπαν μηδὲν γίνεσθαι τούτων. *Xenoph. Apol. Socr.* §. 14. οἱ μὲν ἀπιστοῦντες τοῖς λόγοις. *Polyb.* III. 98. 1.

ἈΠΙΣΤΙ΄Α, ας, ἡ, 1. *defectus idoneæ fiduciæ in Deum*, i. q. ὀλιγοπιστία *fides infirma*, ab ἀπιστέω, quod *spem in Deum abjicere* interdum notat, v. c. Sapient. I, 2. Matth. XVII, 20. ubi ἀπιστίαν ut series orationis docet, speciatim *defectum fidei miraculosæ*, quam scholæ vocant, indicat, de qua infra sub πίστις dicendi locus erit. Marc. IX, 24. βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ fer mihi, imperfectam fiduciam confitenti, opem. Rom. IV, 20. εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ de veritate promissionis divinæ minime dubitavit incredulus. *Polyb.* I, 67. 11.

2. *pervicacia, contumacia credendi*, et speciatim dicitur de *obfirmatione dubitandi de veritate religionis Christianæ.* Matth. XIII, 58. ubi ἀπιστία iis tribuitur, qui Jesum Messiam agnoscere nolebant, coll. v. 57. Marc. VI, 6. XVI, 14. ubi ἀπιστία et σκληροκαρδία conjunctim ponuntur. Rom. III, 3. ubi ἀπιστία Judæis tribuitur, qui repudiabant doctrinam Christianam. ib. XI, 20. 23. Hebr. III, 12. 19. Hinc ἀπιστία interdum latius patet et

3. de *eo* usurpatur, *qui alienus est a religione Christiana, eamque non cognitam habet et profitetur.* 1 Tim. I, 13. ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ, h. e. cum adhuc Judæus essem, et ignorarem religionis Christianæ præstantiam: ubi *contumaciæ* notio profecto non locum habet. *Phavor.* ἀπιστία· ἡ ἀσέβεια, καὶ ἡ ἀπείθεια. οὕτω Πλάτων.

Ἄπιστος, ου, ὁ, ἡ, 1. *incredulus, cui deest idonea fiducia in Deum.* Sic Marc. IX, 19. ubi verba: ὦ γενεὰ ἄπιστος sine dubio ad discipulos Christi referenda sunt, qui ob defectum fidei miraculosæ dæmoniacum aliquem sanare non potuerant, et hanc ipsam ob causam alibi ὀλιγόπιστοι vocantur. Idem valet de locis Matth. XVII, 17. et Luc. IX. 41.

2. *incredulus, qui fidem denegat alterius verbis, et contumacia ductus omnem certam animi persuasionem respuit.* Joh. XX, 27. καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστὸς ne sis incredulus, potius persuadeas tibi de veritate meæ resurrectionis. Speciatim ἄπιστος, qui non admittit, sed repudiat religionem Christianam, dicitur, v. c. 2 Cor. IV, 4. ubi ἄπιστοι iidem sunt, qui v. 3. ἀπολλύμενοι vocantur. *Hesych.* ἄπιστος. ἀπαράπειστος, ἀπειθής.

3. *perfidus, infidelis, qui fidem datam non servat.* Luc. XII, 46. καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει eum tanquam infidelem et perfidum servum tractabit, h. e. gravissime puniet. Eadem notione usus est hoc vocabulo *Xenoph. Mem.* II, 6. 19.

4. *paganus, qui nondum accessit ad Christianorum sacra.* 1 Cor. VI, 6. καὶ τοῦτο ἐπὶ ἀπίστων et quidem coram paganis judicibus; ubi in quibusdam codicibus contrarium additur καὶ οὐκ ἐπὶ ἁγίων, coll. v. 1. 1 Cor. VII, 12.

γυναῖκα ἄπιστον uxorem paganam, cui v. 13. ἀνὴρ ἄπιστος maritus paganus opponitur, coll. v. 14. et 15. X. 27. εἴ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων ad cœnam a pagano invitati. ib. XIV, 22. τοῖς ἀπίστοις opponuntur οἱ πιστεύοντες Christiani, coll. v. 23. et 24. 2 Cor. VI, 14. 15. 1 Tim. V, 8. καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.

4. *qui dubitat, incertus hæret de aliqua re.* Tit. I, 15. ubi ἄπιστοι non sunt *scelesti*, ut quibusdam visum est, nam hi μεμιασμένοι dicti fuerant, sed ii dicuntur, qui de iis, quæ sint licita nec ne, incerti hærent et dubii, nec, quodnam sit pretium statuendum legi Mosaicæ, satis cognitum habent.

6. *qui deficit a religione Christiana.* Apoc. XXI, 8. τοῖς δὲ δειλοῖς καὶ ἀπίστοις qui metu adducti defecerunt a religione Christiana.

7. ἄπιστον, *quod omnem fidem superat, incredibile.* Act. XXVI, 8. ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν. *Vulgatus:* incredibile judicatur apud vos. Sic *Lycophron Cassandra* v. 552, ἄπιστα et θαμζητὰ κλύειν conjunxit. *Xenoph. Sympos.* IV, 50. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδὲν ἄπιστον. *Polyb.* XVIII, 18. 7. *Phavor.* ἄπιστος· ἀπαράπειστος, ἀπειθὴς, ἀσεβής. λέγεται δὲ καὶ ὁ μὴ πειθόμενος, ὥς φησι Πλάτων.

ΑΠΛΟΟΣ, οῦς, όη, ῆ, όον, οῦν, 1. et proprie *simplex* notat, *numero vel compositione, quod unum est, nec ex aliis compositum et commixtum, purus et sincerus.* *Hesych.* ἁπλοῦν· ἀσύνθετον. Sic v. c. ἁπλοῦς λόγος oratio simplex, nulla involucra habens. Interdum etiam de via recta et nullas ambages habente usurpatur. *Hesych.* ἢ τὸ μὴ πλάγιον. *Plato Theætet.* p. 116. γενναίως μὲν καὶ φιλοδώρως, ὦ φίλε, ἓν αἰτηθεὶς πολλὰ δίδως καὶ ποικίλα ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ.

2. *qui est sanus, integer, perfectus, omni vitio et labe carens*, ita, ut partim sensu physico accipiatur, partim sensu morali. In N. T. tantum in priori sensu legitur bis, Matth. VI, 22. Luc. XI, 34. ὅταν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ si oculi tui sunt sani et integri. Utrumque tamen locum haud pauci metaphorice acceperunt, ita, ut alii de *animo candido et ingenuo, nihil fraudulentiæ alente, immuni a pravis cupiditatibus,* (*Aristoph. Plut.* 1159. *Plato de Rep.* II.) in universum explicarent, alii vero de *hilari vultu, serena fronte et lubenti animo, quo quis eleemosynas erogat,* (de quo etiam *simplex* apud Latinos adhibetur, v. c. *Horat.* II. Ep. 2. 193.) exponerent, sed plane repugnante omni contexta oratione et Christi dicentis consilio, quanquam negari nullo modo potest, ἁπλοῦς hac metaphorica notione τῷ תָּם Hebræorum respondere; cf. *Aquilæ* fragm. Genes. XXV, 27. Nostram vero interpretationem non omni usu loquendi destitui, *Abresch.* docte demonstravit in *Auctar. Dilucid. Thucyd.* p. 402. *Phavor.* ἁπλοῦν· εἰ μὲν ἐπὶ ἄλλων τινῶν λέγεται, δηλοῖ τὸ ἀσύνθετον καὶ οὐ πολύτροπον, ᾧ ἐναντίον τὸ ποικίλον καὶ πολύτροπον. — Ἁπλοῦς· ἄκακος, ἄδολος, ἄπλαστος, ἐκφανὴς, ἐκκείμενος, εὐκατάσκευος, ἐλεύθερος, εὐθυβρήμων, εὐήθης. Vide etiam *Wetstenium N. T.* T. I. p. 331.

ΑΠΛΟΤΗΣ, τήτος, ἡ, 1. proprie: *simplicitas*, quæ rebus tribuitur, quæ sunt compositionis vel commixtionis expertes. *Maxim. Tyr.* X, 2. Sensu autem metaphorico si accipitur, et in bonam et in deteriorem partem accipitur, ita, ut partim simplicitatem, quæ est in credulitate, stultitia et imprudentia, partim autem liberalitatem, probitatem et fidem significet, observante *Suida*, ἁπλότης διττὴ, ἡ μὲν ἔμφρων καὶ δικαία, ἡ δὲ ἀνόητος καὶ ἄδικος. Hinc ἁπλότης in N. T.

2. dicitur *candor animi et sinceritas, probitas, integritas, bonus et sincerus animus*, quem iis vulgo et recte tribuere solemus, qui, ut sunt ipsi viri boni, honesti et ab omni fraude, malitia et vitiositate alieni, ita et alios ex suo ingenio metiuntur et optima quævis de ipsis sperant. 2 Cor. I, 12. ἐν ἁπλότητι (in aliis codd. ἐν ἁγιότητι) καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ, ubi ἐν ἁπλότητι est: *candide, sine ulla fraude, sincere, non frauda-*

lenter. 2 Cor. XI, 3. ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς Χριστὸν a vera illa et haud fucata integritate et probitate, quam postulat religio Christiana; nisi vertere malimus; ne corrumpatur et deflectat animus vester a vero et sincero Christi amore, quod tamen eodem redit. Ephes. VI, 5. servi jubentur obedire dominis suis ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας αὐτῶν, h. e. non coacte, sed animo bono et sincero, ut satisfaciant præceptis religionis Christianæ, ut ipse Paulus v. 6. et 7. uberius exponit. Col. III, 22. 1 Chron. XXIX, 17. בְּיֹשֶׁר לְבָבִי Alex. ἐν ἁπλότητι καρδίας μου. Alexandrini etiam haud raro pro תֹּם posuerunt, v. c. 2 Sam. XV, 11. Job. XXI, 23. Sapient. I, 1. ἐν ἁπλότητι καρδίας ζητήσατε Κύριον. 1 Maccab. II, 37. 60. *Philo de Opif. Mundi* p. 38. 2. et 41. 17. ed. *Mangey*.

3. ut *simplicitas* (v. c. apud *Tacit.* H. III, 86.) *liberalitas erga pauperes cum simplicitate et candore animi conjuncta*, cum quis in largiendo sequitur recta et honesta consilia, ita, ut nihil det cupiditati et partium studio, potius vero hominum et Dei amore duci se patiatur. Sic Rom. XII, 8. ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι Diaconus, cui incumbit distribuere eleemosynas collectas inter pauperes, muneri suo satisfaciat sincere et candide. 2 Cor. VIII, 2. εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν ut inclaresceret magna eorum et ingenua liberalitas. ibid. IX, 11. εἰς πᾶσαν ἁπλότητα ad summam liberalitatem exercendam, coll. v. 13. καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας. Egregie de hac notione, qua usus est etiam *Josephus A. J.* VII. 13. 4. egit *Krebsius* in Observv. Flav. p. 302. qui eam deberi Græcis V. T. interpretibus statuit, quibus ἁπλοῦν est *dilatare et expandere*, qua voce usi reperiuntur pro פָּרַשׂ Ies. XXXIII, 23. Job. XI, 13. In Græcis Scriptoribus, v. c. *Philone et Luciano*, ἁπλοῦς, ἁπλοϊκὸς et κοινωνικὸς haud raro juncta leguntur. Adde *Appian.* in *Parthic.* p. 282.—*Phavorin.* ἁπλότης· ἕξις ἀπερίεργος, τὸ πιστὸν ἑτοίμως ἔχουσα. ἢ τὸ μηδὲν μετ' ἐπινοίας ἐξ ἑαυτοῦ πλάττον ἢ λαλοῦν. λέγεται καὶ τὸ μὴ συντεθειμένον, ἢ τὸ ἀκακούργητον. Idem: ἁπλότης· ἀκακία, ἐλευθερία, εὐθυῤῥημοσύνη, εὐήθεια.

ἈΠΛΩΣ. Adverbium, *simpliciter, simplici ac candido animo, lubenter, benevole, copiose et liberaliter*. Semel legitur in N. T. Jacob. I, 5. παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς qui liberaliter et solo benefaciendi studio ductus in homines omnes beneficia sua confert: nam sequitur καὶ μὴ ὀνειδίζοντος. *Vulgatus: affluenter, Syrus* ܦܫܝܛܐܝܬ *copiose*, a ܦܫܛ *expandere*. Confer *Ludov. de Dieu* Critica Sacra p. 651. *Xenoph.* Hist. Græca IV, 1. 16. ἁπλῶς ὑμῖν ἀποκρίνομαι. IV. 4. 8. ubi synon. est ἀδόλως. Confer et *Polyb. Excerpt.* 31. De variis hujus adverbii notionibus copiose et docte disputavit *Heisenius* in Novis Hypothes. ad Ep. Jacobi p. 402. seq.

ἈΠΟ΄. Præpositio, regens genitivum, quæ varias habet significationes, uti מ Hebræorum, cui respondet, quarum præcipuas tantum et potiores jam recensebimus.

1. significat *a, ab*, ita, ut *causam efficientem* indicet, et idem sit, quod ὑπό. Matth. XII, 38. θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν postulamus, ut tu præsentibus nobis miraculum patres. ibid. XI, 19. XVI, 21. καὶ πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ut multis malis afficiatur a senioribus. Marc. VIII, 31. Luc. XVII, 25. Rom. I. 7. εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς felicitas a Deo contingat. XIII, 1. ἀπὸ Θεοῦ a Deo constitutus. 1 Cor. I, 3. 30. IV, 5. 2 Cor. I, 2. Philipp. I, 28. Jacob. I, 17. Apoc. XII, 6. Sic מ Hebræorum usurpatur Thren. II, 9. Hos. VII, 4. Prov. XII, 2. 1 Maccab. VIII, 6. καὶ συνετρίβη ἀπ' αὐτῶν. Nec infrequens est hic usus præpositionis ἀπὸ apud alios Scriptores, uti *Jensius* in Ferculo Litterario p. 16. seq. docuit, unde ἀπὸ et ὑπὸ in Codd. MSS. haud raro permutantur. Confer *Duker.* ad *Thucyd.* I, 25.

2. *a, ab*, cum indicat *locum* seu *terminum a quo*. Matth. IV, 25. ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας. ibid. XXVII, 51. ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω inde a partibus superioribus usque ad inferiores. Marc. XV, 38. Rom. XV, 18. ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ—μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ. Hebr. VIII, 11. Sic מ legitur Gen. XII, 1. 1 Sam. XX, 1. Prov. XXVII, 8.

3. *a, ab*, ita, ut *remotionem localem* seu *distantiam ab aliquo loco* indicet. Matth. XXVIII, 2. ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας avolverat saxum ab ostio. Luc. XXIV, 2. ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. Joh. XXI, 8. μακρὰν ἀπὸ τῆς γῆς. Matth. VII, 23. XXV, 41. πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ discedite a me. Hinc superlativus ἀποτάτω *longissime, remotissime*. Sic ἀπὸ *Homer*. Iliad. XVI, v. 304. Interdum præfigitur ipsis intervallorum nominibus et tunc Latina voce *intervallo* reddendum est. Joh. XI, 18. ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε quindecim circiter stadiorum intervallo. ibid. XXI, 8. ὡς ἀπὸ πηχῶν διακοσίων ad ducentos cubitos. Apoc. XIV, 20. Confer *Kypke* Observationes Sacras Tom. I. p. 390.

4. *a, ab*, ita, ut *objectum* indicet seu illam ipsam rem, a qua quis liberatur, seu, qua privatur. Matth. I, 21. σώσει τὸν λαὸν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν populum suum a vitiositate liberabit. Matth. VI, 13. ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Marc. V, 34. ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου recedat a te morbus. Luc. III, 7. φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς effugere pœnas futuras. ibid. VII. 21. Rom. V, 9. σωθησόμεθα ἀπὸ τῆς ὀργῆς. 1 Cor. X, 14. φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας fugite idolorum cultum. 2 Cor. VII, 1. καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ. 1 Joh. I, 7.

5. *a, ab*, ita, ut *subjectum* designet seu *illum ipsum, qui liberatur* seu *privatur aliqua re*. Luc. VIII, 2. ἀφ' ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει quæ a septem dæmonibus liberata fuit. ibid. v. 33. 35. XII, 20. τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ, Rom. XI, 26. ἀποστρέψει ἀμαρτίας ἀπὸ Ἰακώβ. Marc. XIV, 35. ἵνα παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα. Sic מ usurpatur, subjective et objective, Genes. IX, 11. Ies. XIV, 3. Hos. V, 6. Prov. II, 12.

6. *a, ab*, cum *tempus* indicat. Matth. XIII, 35. ἀπὸ καταβολῆς κόσμου inde a mundo condito. Marc. X, 6. ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως. Matth. XXIII, 39. ἀπ' ἄρτι. Luc. XI, 50. Rom. XV, 23. ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν. In oratione, ubi voculas ἕως, μέχρι vel ἄχρι subjunctas habet, indicat continuationem temporis ad tempus, v. c. Matth. XI, 12. XXIII, 39. XXIV, 27. XXVI, 47. Marc. XIII, 19. Act. XXVIII, 23, ἀπὸ πρωὶ ἕως ἑσπέρας. Phil. I, 5. Sic מ centies legitur in V. T. v. c. 1 Regg. XVIII, 12. timeo Jehovam מִנְּעֻרָי inde a juventute mea. Hos. X, 9. Micha VII, 20.

7. *ad*, de tempore usurpatum, nostrum auf *at*. Act. XXIII, 23. ἀπὸ τρίτης ὥρας τῆς νυκτὸς ad horam tertiam noctis.

8. *post*. Sic Luc. II, 36. ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς post virginitatem suam. Luc. XIII, 25. ἀφ' οὗ postquam XXII, 45. ἀναστὰς ἀπὸ τῆς προσευχῆς et cum surrexisset finita oratione. 2 Timoth. III, 15. Sic *Philostrat*. Heroic. c. 11. s. 2. τρίτῳ ἀπὸ γενεᾶς ἔτει. Confer *Viger*. de Idiotismis L. Gr. p. 563. ed. *Zeun*. *Justin. Martyr* Dial. c. Tryph. Jud. §. 52. ἀφ' οὗ ἔπαθεν ὁ Χριστός. *Tertull*. de Virg. Vel. c. 1. de Paracleto dicit: *Hic solus a Christo magister et dicendus et verendus*. Vid. *Markland*. ad *Statii Silvas* p. 26. Nec desunt exempla ejusdem significationis τοῦ מ in V. T. Genes. IV, 3. מִקֵּץ יָמִים post aliquot dies. Ies. XXIII, 1. Hos. VI, 2. מִיּוֹמָיִם post biduum.

9. *ante*, i. q. πρὸ, Matth. XXV, 34. ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ante mundum conditum, ab æterno, quod Ephes. I, 4. et alibi dicitur πρὸ καταβολῆς κόσμου. 2 Thess. II, 13. εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς destinavit vos Deus ab æterno, ante initia universi, coll. 2 Tim. I, 9. et Ephes. I, 4. Apoc. XIII, 8. γέγραπται τὸ ὄνομα ἐν τῷ βιβλίῳ

τῆς ζωῆς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. XVII, 8. Psalm. XCIII, 2. מֵעוֹלָם Prov. VIII, 23. מִקַּדְמֵי־אָרֶץ. Judd. VIII, 13. מִלְמַעֲלָה ante ascensum.

10. *coram, in conspectu*, et haud raro pro dativo ponitur. Matth. XI, 25. ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν, pro τοῖς σοφοῖς. Luc. IX, 45. παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν et erat iis abstrusum. XIX, 42. ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου. Luc. XXIV, 31. καὶ ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν et in cœlum sublatus est, illis præsentibus et spectantibus. Apoc. VI, 16. Eodem modo particula מִן legitur, ita, ut partim *coram* significet, partim pleonastice ponatur loco dativi. Genes. XLVII, 18. Levit. IV, 13. Ps. XXXVIII, 10. Job. XV, 11. Confer *Noldii* Concordantiæ Particul. Hebraicarum p. 459.

11. *e, ex, per*, et quidem, ut denotet *causam efficientem*. Luc. XII, 57. ἀφ' ἑαυτῶν ope eorum, quæ vulgo fieri solent. ibid. XXI, 30. ἀφ' ἑαυτῶν γινώσκετε *per vos sine aliena ope cognoscitis*. Joh. V, 19. ἀφ' ἑαυτοῦ pro arbitrio suo. Joh. VII, 17. ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ doctrinam a me inventam tradam. X, 18. τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ sponte me morti trado. XIV. 10. XVI, 13. XVIII, 34. Act. XII, 20. Matth. VII, 16. ubi ἀπὸ *signum* vel *principium cognoscendi* indicat. Huc etiam referrem locum Act. XI, 19. ἀπὸ θλίψεως per, seu post persecutionem. (*Thucyd.* I, 24. ἀπὸ πολέμου — ἐφθάρησαν. *Livius* I, 1. Æneas ab simili clade domo profugus. Confer et Apoc. IX, 18. secundum quosdam codices, ubi cum ὑπὸ permutatur.) Sapient. XIII, 4. Etiam apud exteros Scriptores ἀπὸ sæpe idem valet, quod διὰ et causam efficientem indicat. *Thucyd.* VII, 29. ἀπ' αὐτῶν βλάψαι. *Schol.* ἀπ' αὐτῶν· ἀντὶ τοῦ δι' αὐτῶν. *Cic.* pro Milone c. 21. *ab abjecto* i. e. per abjectum. *Ovid.* Metam. XIII, v. 597. Sic מִן Genes. XV, 4. Prov. XIII, 11. Ies. LVIII, 12. Ps. LXXVI, 7.

12. *e, ex*, ita, ut *locum* designet. Matth. III, 16. ἀνέβη ἀπὸ τῶν ὑδάτων ascendit ex aquis. XIV, 29. καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου descendens e navi. XXIV, 31. ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ex remotissimis regionibus, i. q. ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων qua formula paulo ante usus fuerat. Marc. VII, 4. καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς. Luc. XXIII, 26. ἐρχομένου ἀπ' ἀγροῦ. Sic מִן legitur Judd. II, 12. Jerem. XXXVI, 9.

13. *ex*, notans *materiam*, ex qua aliquid confectum est. Matth. III, 4. ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου vestimentum e pilis camelinis. Genes. II, 23. עֶצֶם מֵעֲצָמַי וּבָשָׂר מִבְּשָׂרִי. Cantic. III, 9. מֵעֲצֵי הַלְּבָנוֹן Hos. XIII. 2.

14. *e, ex*, et *partem alicujus rei* significat, estque per *aliquid* subinde exponendum, interdum etiam *genitivum* exprimit. Matth. V, 18. μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου ne minima pars legis pereat. VII, 16. ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα aut ex sentibus ficus. Luc. XXIV, 42. ἀπὸ μελισσίου aliquid ex favo. Act. V, 2. ἀπὸ τῆς τιμῆς partem pretii. Apoc. XXII. 19. Exod. XVII, 5. מִזִּקְנֵי aliquot ex senioribus. Levit. V, 9. מִדָּם partem sanguinis. Num. XXIV. 19. 1 Chron. XXVII, 18.

15. *ex*, ita, ut significet *exclusionem* aliorum. Matth. XXVII, 21. τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο; utrum vultis e duobus hisce? Luc. VI, 13. καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν e quibus duodecim selegit. ibid. XIX, 39. ἀπὸ τοῦ ὄχλου.

16. *in*, cum ablativo. Matth. XIX, 4. ἀπ' ἀρχῆς in initio. Luc. XXI, 11. ἀπ' οὐρανοῦ in cœlo, seu in aëre. Act. XV, 38. ἀπὸ Παμφυλίας in Pamphylia. Levit. XXVII, 17. מִשְּׁנַת הַיּוֹבֵל in anno Jobelæo. 1 Sam. XXV, 28. מִיָּמֶיךָ in diebus tuis. Ps. LXXII, 16. מֵעִיר in civitate.

17. *præ, propter, ob*. Matth. XIII, 44. ἀπὸ τῆς χαρᾶς præ gaudio. XIV, 26. ἀπὸ τοῦ φόβου præ metu. XVIII, 7. ἀπὸ τῶν σκανδάλων propter scandala. Luc. XIX, 3. non potuit videre ἀπὸ τοῦ ὄχλου præ turba. XXII, 45. ἀπὸ

τῆς λύπης. Joh. XXI, 6. ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων. *Euripid.* Orestes v. 197. ἀπ' αἵματος ob cædem a te commissam. *Palæphat.* c. 51. *Turselin.* de Partic. Lat. Or. p. 5. ed. *Schwarz.* Ita מ Exod. VI, 9. מִקֹּצֶר רוּחַ. Deut. VII, 7. מֵרֻבְּכֶם ob multitudinem vestram. Prov. XX, 4. Nahum III, 11. confer *Vigerum* de Idiotismis L. Gr. p. 564. ed. *Zeunii.*

18. *de, quod attinet ad,* ut idem sit quod περί, Act. XVII, 2. διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν disseruit de vaticiniis Messianis V. T. Confer *Abresch.* ad *Æschylum* pag. 613. Sic מ Ezech. XXXIII, 8. Ps. LXII, 5.

19. *patriam et domicilium* notat, ut *a* apud Latinos. *Liv.* I, 50. Herdonius ab Aricia, i. e. Aricinus civis. ib. II, 22. a Cora atque Pometia. Matth. XV, 1. οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς scribæ Hierosolymitani. XXI. 11. ὁ ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας Nazaretho Galilæensis. XXVII, 57. ἀπὸ Ἀριμαθαίας Arimathæensis. Joh. XII, 21. XXI, 2. Act. XVII, 13. *Diogen. Laërt.* II, s. 106. Εὐκλείδης ἀπὸ Μεγάρας Euclides Megarensis.

20. haud raro *pleonastice* ponitur et fere omnibus casibus exprimendis inservit. Sic Matth. XXVII, 24. ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος, nam Græci scripsissent ἀθῷός εἰμι τοῦ αἵματος, Act. XX, 26. 2 Sam. III, 28. Marc. V, 6. ἀπὸ μακρόθεν pro μακρόθεν. XIV, 54. Marc. VII, 28. ἀπὸ τῶν ψιχίων. Luc. XV, 16. ἀπὸ τῶν κερατίων. Act. XVI, 33. ἀπὸ τῶν πληγῶν. Confer *Noldii* Concord. Particul. hebr. p. 470. Varias significationes, quas ἀπὸ in compositis habet, recenset *Zeunius* in notis ad *Vigerum* de Idiotismis L. Gr. p. 565. seq.

ΑΠΟΒΑΙ'ΝΩ, fut. ήσομαι, 1. *descendo,* et speciatim de iis usurpatur, qui ex navi in terram descendunt, *exscendo e navibus.* Hinc, ἀπόβασις exscensus e navi in terram dicitur. Confer *Isocrat.* Panegyr. c. 24. *Thucyd.* I, 116. καὶ ἀποβάντες εἰς τὴν γῆν, et ibi *Dukerum.* Ib. IV, 9. 11. et 12. ubi vid. *Schol. Herodot.* IX, 98. Luc. V, 2. οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν piscatores vero descenderant ex iis. Confer ad h. l. *Lud. de Dieu Critic. S.* p. 440. seq. Joh. XXI, 9. ὡς οὖν ἀπέβησαν εἰς τὴν γῆν degressi e navigio, seu, postquam ad terram ascenderant. Nescio an huc referenda sit glossa *Hesychii:* ἀποβαίνοντες· ἀναβαίνοντες.

2. *evenio, contingo, accido, cedo.* Sic Luc. XXI, 13. ἀποβήσεται δὲ ὑμῖν ταῦτα εἰς μαρτύριον, sc. αὐτοῖς, evenient vero vobis hæc mala, ut ipsis aliquod documentum futurarum pœnarum exstet, seu, ex aliorum opinione, in argumentum fidei ac constantiæ vestræ. Philipp. I, 19. τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν novi enim hoc mihi fore salutare, seu cedet mihi in salutem captivitas mea. Sæpius non legitur in N. T. *Xenoph.* Sympos. IV, 49. προειδέναι ὅ,τι ἐξ ἑκάστου ἀποβήσεται. *Artemidor.* III, 67. εἰς κακὸν ἀπέβησαν, sc. χρησταὶ φανεῖσαι ἐλπίδες. *Thucyd.* III, 93. IV, 39. et 104. *Arrian. Epict.* IV, 10. τὸ ἀποβὰν εὐτύχημα. Alex. non solum pro הָיָה usi sunt, Job. XIII, 5. XV, 31. XVII, 6. XXX, 31. sed etiam in aliis locis, ubi liberius verterunt, ἀποβαίνω in hac metaphorica notione acceperunt. Sic v. c. Exod. II, 4. pro מַה־יֵּעָשֶׂה לוֹ Græci habent τί τὸ ἀποβησόμενον αὐτῷ. Job. XI, 6. כִּי־יֹשֶׁה לָךְ אֱלוֹהַּ מֵעֲוֹנֶךָ ὅτι ἄξιά σοι ἀπέβη ἀπὸ Κυρίου, ὧν ἡμάρτηκας. ibid. XIII, 16. גַּם־הוּא־לִי לִישׁוּעָה Alex. καὶ τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν. *Hesych.* ἀποβήσεται· γίνεται. — ἀπέβη· συνέβη, ἐγένετο.

ΑΠΟΒΑ'ΛΛΩ, fut. βαλῶ, 1. proprie: *abjicio cum contemtu, rejicio,* et ex adjuncto: *sperno, aversor.* Respondet Hebraico זָנַח in vers. *Symmachi* Hos. VIII, 3. et נָעַל *fastidire* apud *Aquilam* 2 Sam. I, 21. Prov. XXVIII, 24. ὃς ἀποβάλλεται πατέρα ἢ μητέρα. *Gloss.* ἀτιμάζει. In propria *abjiciendi, deponendi* notione semel tantum legitur in N. T. Marc. X, 50. ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ deponens

vestimentum suum, scilicet *superius*, seu pallium. *Homer. Il.* II, 183. ἀπὸ δὲ χλαῖναν βάλε. Nisi fortasse in loco Marci legere malles ἀπολαβὼν *sumto et abrepto* amiculo suo. Certe βαλεῖν et λαβεῖν non raro confusa ac permutata deprehendimus a descriptoribus. Vide *Schrader.* ad *Musæum* p. 76. et *Barnes.* ad Iliad. κ'. 328.

2. metaphoricè: *jacturam facio, perdo, amitto.* Sic Hebr. X, 35. μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν ἐλπίδα ὑμῶν ne privari vos patiamini (*Vulgatus:* ne amittatis) hac spe. Ies. I, 30. τερέβινθος ἡ ἀποβεβληκυῖα τὰ φύλλα. Alex. *Xenoph.* Œcon. XII, 2. φυλάττῃ γὰρ ἰσχυρῶς, μὴ ἀποβάλῃς τὴν ἐπωνυμίαν. *Ælian.* V. H. IV, 8. ἀποβαλὼν τὴν ἀρχήν. *Dio Chrysost.* XXXIV, p. 425. ἀποβάλητε τὴν παῤῥησίαν. *Herodot.* III, 119. de jactura liberorum. *Heliodor.* V, 22. *Phavorin.* ἀποβάλλειν· τὸ ῥίπτειν καὶ ἀφιέναι χιτῶνα ἢ ἄλλο τι.

ἈΠΟΒΛΈΠΩ, fut. ψω, proprie: *aspicio, intueor, oculos in aliquem converto et conjicio, inprimis admiratione ductus.* Usi sunt Alexandrini pro חָזָה Ps. XI, 4. et loco פָּנָה Cantic. VI, 1. *Theophrast.* Charact. 3. *Lucian.* Tyrannus c. 12. T. I, p. 633. ed. *Reitz.* *Xenoph.* Memor. IV, 2. 2. πρὸς ἐκεῖνον ἀποβλέπει πόλις. *Suid.* ἀποβλεπάμενοι· ἀντὶ τοῦ θαυμάζοντες. Hinc ἀπόβλεπτος idem, quod ἔνδοξος, interprete *Hesychio* et *Suida.*

2. *respicio, rationem habeo.* *Arrian. Epictet.* II, 16. πρὸς μόνον τὸν Θεὸν ἀποβλέποντα. *Polyb.* II, 39. 10. Sic semel legitur in N. T. Hebr. XI, 26. ἀπέβλεπεν εἰς τὴν μισθαποδοσίαν rationem enim habuit præmiorum, quæ sperabat; ubi male quidam interpretes per *exspectare* reddiderunt. Sed nostram explicationem post *Jensium* in Lectt. Lucian. I, c. 10. docte defendit *Krebsius* in Observatt. Flavian. p. 386. Confer etiam *Wetstenii N. T.* T. II, p. 429.

Ἀπόβλητος, ου, ὁ, ἡ, 1. *qui rejicitur seu abjicitur cum contemtu, abjectus, rejectus.* Sic legitur in vers. Vta Hos. VIII, 5. ἀπόβλητός σου ἔστιν ὁ μόσχος, ubi in Hebr. legitur זָנַח עֶגְלֵךְ.

2. *abjectione, rejectione dignus.* Schol. *Homeri* ad Iliad. II, v. 365. et III, v. 65. ἀποβολῆς ἄξιον. Eodem modo Lex. Cyrilli MS. Brem. ἀπόβλητον· ἀποβολῆς ἄξιον, ἀδόκιμον. *Symmachus* Jer. XXII, 28. μὴ περίψημα φαῦλον καὶ ἀπόβλητον ὁ ἄνθρωπος. Hoc vocabulo etiam usi sunt *Aquila* et *Symmachus* pro Hebr. פִּגּוּל *abominatio, res abominanda.* Levit. VII, 18. et XIX, 7. Adde *Plutarchi Opp.* T. VIII, p. 310. ed. *Reiske.* Hinc ἀπόβλητος speciatim dicitur

3. de *rebus, quarum usus interdictus et vetitus erat legibus Mosaicis, illicitus, impurus, pollutus,* et maxime de cibis usurpatur. Sic semel in N. T. legitur, 1 Tim. IV, 4. πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον nihil eorum, quæ Deus creavit, illicitum et impurum judicari et haberi debet. Hos. IX, 3. טָמֵא. *Aquil.* μεμιασμένα. *Symmach.* ἀπόβλητα. Alex. ἀκάθαρτα. *Hesych.* ex emendatione *Suiceri* in *Thes. Eccles.* T. I. p. 493. ἀπόβλεπτον· ἔνδοξον.—ἀπόβλητον· ἀδόκιμον. Idem enim alio in loco ἀδόκιμον· πονηρόν. ἀπόβλητον· ἄχρηστον.

Ἀποβολὴ, ῆς, ἡ, 1. *abjectio, rejectio,* sensu physico. Est nomen verbale a perfecto med. ἀποβέβολα, terminatione verbi in terminationem nominis mutata et augmento abjecto. Hinc

2. metaphorice usurpatur, ut sit *repudiatio,* et *iis* tribuatur, *qui non in familiam et populum Dei* seu *cœtum Christianorum recipiuntur.* Sic legitur in N. T. Rom. XI, 15. ubi τῇ ἀποβολῇ, quod de Judæis usurpatur, qui ipsi incredulitate sua commodis et jure civitatis Christianæ se privaverant, opponitur ἡ πρόσληψις, h. e. receptio in familiam Dei Christianam. *Phavorin.* ἀποβολή. ἡ πρόσκρουσις· ὡς ὁ Ἀπόστολος· εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν.

3. *amissio, jactura.* Act. XXVII, 22. ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν πλὴν τοῦ πλοίου nullus vestrum

peribit, navigii tantum jacturam facietis. Sæpius in N. T. non legitur. Sic *Joseph.* A. J. II, 6, 9. παιδῶν ἀποξολή. XIV, 14. 3. φορτίων ἀποξολή. *Plutarch. Pyrrh.* c. 30. Eandem significationem etiam ἀποξάλλειν in *Josephi* libris habere, *Krebsius* docuit in Observv. Flav. p. 263. Vide etiam supra sub ἀποξάλλω.

ΑΠΟΓΙΝΟΜΑΙ vel ΑΠΟΓΙΓΝΟΜΑΙ,

1. proprie: *absum, removeor, decedo, e medio tollor*, et opponitur τῷ παραγίνομαι. Jam quia partim *mors* sæpe cum *discessu* comparatur in omnibus linguis, partim quia γίνεσθαι inter alia etiam *nasci* significat, factum est, ut ἀπογίνομαι, veluti Latinorum *denascor*, significaret

2. *morior, fato fungor*, id quod alias ἀποξιῶναι et ἀποθνήσκειν dicitur. *Suid.* ἀπεγένετο· ἀντὶ τοῦ ἀπέθανεν, οὕτως Ἀντιφῶν καὶ Θουκυδίδης. *Thucyd.* II, 34. et 51.) Idem: ἀπογενέσθαι ἢ ὑστερῆσαι σημαίνει ἢ ἀποθανεῖν. ἄμφω Θουκυδίδης: idem *Phavorin. Hesych.* ἀπεγένετο· ἀπέθανεν.—ἀπογενόμενοι· ἀποθανόντες. Confer *Valckenar.* et *Wesseling.* ad *Herodot.* II, c. 136. *Joseph.* A. J. V, 1. 1. Μωϋσέως—ἐξ ἀνθρώπων ἀπογεγονότος. Hinc explicandus erit locus 1 Petr. II, 24. ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι, τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν, ubi tamen phrasis: ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογίνεσθαι *peccatis mori* metaphorice accipiendum erit pro: *valedicere, renuntiare vitiositati*, coll. Rom. VI, 2. hoc sensu: *ut dominio vitiositatis exemti, sancte et pie vivamus.* Apud Græcos Scriptores ἀπογίνεσθαι partim *abesse, alienum esse ab aliqua re* sensu metaphorico notat (v. c. apud *Thucyd.* I, 39. τῶν ἁμαρτημάτων ἀπογενόμενοι qui procul ab illorum facinoribus abfuistis.) partim *mori* significat, v. c. apud *Herodot.* II, 85. 136. V, 4. VI, 58. *Dionys. Hal. Ant.* IV, 15. ubi τοῖς γεννωμένοις opponuntur οἱ ἀπογινόμενοι.

ΑΠΟΓΡΑΦΗ, ῆς, ἡ, 1. in universum dicitur *quævis descriptio* seu *relatio in tabulas, enumeratio, recensio*, ab ἀπογράφω *describo, in tabulas refero*;—interdum etiam *ipsæ actorum tabulæ, commentarius quicunque et index, in quo res enumerantur. Hesych.* ἀπογραφή· ἀρίθμησις, ἢ ἡ γενομένη μήνυσις. Sic v. c. commentarii Judæorum publici ἀπογραφαὶ dicuntur 2 Macc. II, 1. et 3 Macc. VII, 19. index rerum et facultatum, Judæis ereptarum, ἀπογραφὴ dicitur, quem ICti inventarium et repertorium dicere solent: apud *Demosthenem* denique πρὸς Λεπτίνην calendarium et ephemeris publicanorum ἀπογραφὴ τῶν ἐλλιμενιστῶν vocatur. Confer *Reiske Indic. Græcitat. Demostheneæ* p. 96. Speciatim vero et κατ' ἐξοχὴν ἀπογραφὴ olim dicebatur

2. *census* seu *professio*, qua voce *Vulgatus interpres* usus est. *Census* autem dicebatur apud Romanos, cum cives vel incolæ provinciæ alicujus, Romanis subjectæ, nomina, genus, reditus, habitationem, facultates, quæstum, liberos, omnia denique sua profiteri jubebantur apud censores, qui, quæ quisque profitebatur, in certas tabulas (quæ etiam Græce ἀπογραφαὶ *Polyb.* II, 23. Latine *tabulæ censoriæ* vocabantur) referebant, ut partim, quis sit status reipublicæ aut provinciæ, exinde cognosceretur, partim autem pecuniam exigerent a civibus. Sic autem ἀπογραφὴ bis legitur in N. T. Luc. II, 1. Act. V, 37. Census, qui Luc. II, 1. commemoratur, causa erat curiositas, aut ambitio, Augusti. Fuit enim mera capitum numeratio absque pecuniæ exactione, et, ut videtur, universalis et œcumenica, non solum Judæam, sed omnes adeo provincias Romanas complectens. Agebatur hic census Herode M. vivente, tempore nativitatis Christi, et fiebat, ut breviario confecto constaret imperii amplitudo civiumque copia. Ille autem census, cujus mentio fit Act. V, 37. fuit descriptio facultatum, ἀποτίμησις τῶν οὐσιῶν, cum *capitatione* conjuncta. (*Josephus* A. J. XVIII, 1. 1. diserte scribit, *Quirinium* cum paucis militibus in Syriam et Judæam, Syriæ additam, venisse τιμητὴν τῶν οὐσιῶν γενησόμενον et ἀποτιμησόμενον αὐτῶν τὰς οὐσίας.)

Agebatur hic census, Herode M. jam exstincto, decem annis post priorem, Judæa in provinciæ formam redacta, et Archelao Viennam Galliæ relegato. Conf. *Joseph.* A. J. XVII, 13. 1. Peracta et hæc descriptio non sine gravi Judæorum indignatione, quam erupisse narrat *Josephus* l. l. Juda quodam Galilæo Judæos ad defectionem sollicitante, eosque vanis libertatis promissionibus lactante. Conf. *Casauboni* Exercitatt. Antibaron. I, 31. 32. et 33. et *Krebs.* de Usu Historiæ Romanæ in interpretatione N. T.

ΑΠΟΓΡΑ'ΦΩ, fut. ἀψω, 1. proprie: *describo, vel ex alio scripto, vel ex ore dictantis;* speciatim: *consigno in catalogum, in tabulas publicas refero.* Judd. VIII, 14. καὶ ἀπεγράψατο πρὸς αὐτὸν τοὺς ἄρχοντας, ubi in Hebraico verbum כָּתַב legitur. 3 Maccab. IV, 14. ἀπογραφῆναι πᾶν φῦλον ἐξ ὀνόματος ut nomina omnium tribuum in tabulas referrentur. 3 Maccab. VI, 38. *Philostrat.* Vita Apollon. I, 20. *Xenoph. Cyrop.* VI, 2. 11. Hinc explicari potest formula, quæ legitur Hebr. XII, 23. ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένοι, qua significatur, *qui sunt in catalogum civium et incolarum cœli relati, participes facti felicitatis æternæ in cœlis.* Confer, quæ infra ad formulam βίβλος ζωῆς a nobis prolata sunt.

2. *in tabulas censorias, in libellum census refero.* Et medium ἀπογράφομαι *me vel nomen meum in tabulis censoriis describendum curo, nomen meum profiteor, Xenoph. Hell.* II, 4. 5. Sic legitur in N. T. Luc. II, 1. ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ubi ἀπογράφεσθαι non satis accurate passive sumitur, cum e notione verbi media locus sit ita reddendus: *ut omnes, imperio Romano subjecti, nomen suum profiterentur et tabulis censoriis inscribendum curarent.* ibid. v. 3. et 5. Interdum vero ἀπογράφομαι apud Græcos valet omnino: *nomen suum profiteri quamcunque ob causam,* v. c. inter eos, qui munus aliquod ambeunt. *Diod. Sicul.* I, 80. Plura de hac voce lectu digna habent *Perizonius* ad *Ælian.* V. H. IV, 25. *Küster.* et *Dresigius* de Verbis Mediis II, 2. et *Wetstenius* N. T. T. I. 658.

ΑΠΟΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, fut. ξω, 1. proprie: *ostendo, spectandum do, oculis conspiciendum sisto, propono,* sed in hac propria notione raro tantum legitur in Græcis Scriptoribus, v. c. *Polybio* IV, 20. 12. nunquam vero in N. T. libris.

2. *facio, reddo, constituo, efficio.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. IV, 9. ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν Deus nos apostolos infimæ conditionis homines fecit, seu reddidit. *Chrysost.* ἐποίησε. *Xenoph.* de re equestri I, 5. χωλὸν ἀπέδειξε τὸν ἵππον claudum reddidit equum. *Isocrates* Panegyr. c. 23. ἄνδρας ἀγαθοὺς ἀπέδειξαν, *Joseph. A. J.* VI, 3. 3. VII, 14. 2. Alia exempla e Græcis dedit *Hemsterhus.* ad *Lucianum* T. I. p. 460. et *Irmisch.* ad *Herodian.* Vol. I. p. 121.

3. *ostento, jacto me.* 2 Thess. II, 4. ἀποδεικνύοντα ἑαυτὸν, ὅτι ἐστι Θεὸς se Deum jactat, arrogat sibi potestatem et honorem divinum. *Diod. Sic.* XVI, 92.

4. *probo, demonstro certis et invictis argumentis, evinco.* Act. II, 22. ἄνδρα ἀπὸ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι miraculis satis inter vos comprobatum doctorem divinum einen hinlänglich beglaubigten Gesandten der Gottheit *a messenger of the Deity sufficiently worthy of credit.* Act. XXV, 7. πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου, ἃ οὐκ ἴσχυον ἀποδεῖξαι multas et graves adversus Paulum criminationes afferentes, quas vero evincere non poterant. *Xenoph.* de republ. Athen. I, 1. τοῦτο ἀποδείξω hoc jam demonstrabo. et Mem. III, 6. 8. Confer *Krebs.* Observv. Flav. p. 168. et *Wetstenii N. T.* T. II, p. 467.

ΑΠΟ'ΔΕΙΞΙΣ, εως, ἡ, *demonstratio, probatio, declaratio, quæ fit certis ac indubitatis rationibus ac argumentis.* Sic semel in N. T. legitur. 1 Cor.

II, 4. ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, sed ita, ut declararem, me esse vi divina instructum, me adjuvari Sp. S. In eadem notione legitur hoc vocabulum apud *Xenoph.* Memor. IV, 6. 13. *Polyb.* V, 10. 3. IV, 86. 2.

ἈΠΟΔΕΚΑΤΟΩ, ῶ, fut. ώσω, æque ac verbum simplex δεκατόω, in numerum verborum eorum, quæ fuerunt dialecto Alexandrinæ propria, referri debent, uti jam recte judicavit *Fischerus* de Vitiis Lexicorum N. T. Prolus. XXXI, p. 10. Nam in Atticorum libris nunquam leguntur, sed in versione Alex. V. T. Genes. XXVIII, 22. Deut. XIV, 22. XXVI, 12. 1 Sam. VIII, 15. 16. 17. iis verbum Hebraicum עָשַׂר redditum reperitur.

Habet autem ἀποδεκατοῦν duplicem notionem:

1. notat: *decimas solvere, dare et pendere decimam alicujus rei partem,* quod a *Josepho* τὴν δεκάτην τελεῖν et διδόναι dicitur. Sic Matth. XXIII, 23. coll. Luc. XI, 42. ἀποδεκατοῦν τὸ ἡδύοσμον decimatis mentham. Luc. XVIII, 12. ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι et decimas de omnium redituum meorum. Eodem modo עָשַׂר legitur Genes. XXVIII, 22. Deut. XIV, 22.

2. *decimas exigere et accipere, decimas alicujus rei dari sibi jubere,* ad imitationem Hebr. עָשַׂר 1 Sam. VIII, 15. 17. Nehem. X, 37. Sic legitur in N. T. Hebr. VII, 5. ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν, ubi ἀποδεκατοῦν est idem, quod Paulus v. 8. δεκάτας λαμβάνειν dixit, coll. v. 2.

ἈΠΟΔΕΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *dignus qui admittatur et recipiatur,* ab ἀποδέχομαι. *Plutarch. Opp.* T. X, p. 380. ed. *Reiske.*

2. *acceptus, gratus, probatus.* 1 Tim. II, 3. τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ hoc enim honestum est Deoque gratum. ibid. V, 4. Sæpius in N. T. non legitur. *Hesych.* ἀπόδεκτον· ἐπαίνετον.

ἈΠΟΔΕΧΟΜΑΙ, fut. ἔξομαι, respondet Latino *accipere,* et

1. notat: *recipio, excipio advenientem aliquem hospitem,* v. c. *lubenter, benigne et humaniter.* Luc. VIII. 40. ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος excepit eum hominum multitudo, quæ eum magnis desideriis expectaverat. Act. XV, 4. ἀπεδέχθησαν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας admodum humaniter excepti ab ecclesia. ibid. XVIII, 27. ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς ἀποδέξασθαι αὐτὸν litteris hortati sunt Christianos, ut eum reciperent. ibid. XXVIII, 30. καὶ ἀπεδέχετο πάντας τοὺς εἰσπορευομένους πρὸς αὐτὸν excipiens omnes humaniter, qui eum adirent. Parum itaque aut potius nihil ἀποδέχεσθαι differt ab ὑποδέχεσθαι, cum quo interdum permutatur. Conf. *Irmisch.* Excurs. ad *Herodian.* I, 1. 4. p. 765. seq. 2 Macc. III, 9. φιλοφρόνως ἀπὸ τοῦ ἀρχιερέως ἀποδεχθείς. ibid. XIII, 24. τὸν Μακκαβαῖον ἀπεδέξατο. *Vulgatus:* amplexatus est Maccabæum. *Polyb.* III, 66. 8. XXII, 18. 5.

2. metaphorice: *assentior, approbo, assensu et obsequio alicujus orationem admitto, sequor alicujus auctoritatem.* Act. II, 41. οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ assensu probarunt ejus doctrinam et eam amplexi sunt. Sic etiam legitur haud raro in Græc. Scriptt. v. c. *Xenoph.* Mem. I, 2. 8. τοὺς ἀποδεξομένους, ἅπερ αὐτὸς ἐδοκίμαζεν. *Æschin. Socr.* II, 31. οὕτω χαλεπῶς ἀπεδεχόμεθα τὸν λόγον, h. e. adeo difficulter nobis persuaderi sinebamus, ut recte transtulit *Fischerus.* Alia loca dedit *Schwarzius* in Commentar. L. Gr. p. 155.

3. *laudo et magnifico, laudibus et honore prosequor.* Act. XXIV, 3. πάντη τε καὶ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα μετὰ πάσης εὐχαριστίας semper et ubique gratissimo celebramus animo; ubi confer vers. Arab. Hinc apud *Josephum* A. J. VII, 1. 2. ἀποδέχεσθαι et ἐπαινεῖν, uti apud *Philonem* Legat. ad Caium p. 1014. tanquam synonyma junguntur, observante jam *Krebsio* in Obss. Flav. p. 253. *Euseb.* H. E. IV, 23. *Polyb.* III, 64. 11. *Philo* in *Flaccum* p. 979. ἀποδέχομαι πάντας ὑμᾶς, ἔφη, τῆς εὐσεβείας; ex quo loco conjici fortasse posset, apud Lucam

Actt. l. l. post ἀποδεχόμεθα excidisse pronomen σε, quod agnoscit *Copta*, *Syrus*, atque *Æthiops*, quæ fuit ingeniosa conjectura Cel. Angli *Wakefield* in *Sylva Critica* P. II. p. 151. Conf. *Ernesti* Glossarium Polybianum s. h. v. et *Taylor.* ad *Lysiam* p. 423. *Phavorin.* ἀποδέχομαι· ὁμολογῶ. αἰτιατικῇ καὶ γενικῇ συντάσσεται. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἀλέξανδρον περὶ τῶν συνθηκῶν. ἄξιον ἀποδέχεσθαι, ὦ Ἀθηναῖοι, σφόδρα τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς συνθήκαις διακελευομένων ἐμμένειν. Πλάτων ἐν Φαίδωνι, οὐκ ἀποδέχομαι ἐμαυτοῦ. καὶ Συνέσιος. καὶ ἡμεῖς ἀποδεχόμεθα λέγοντος.

ΑΠΟΔΗΜΕΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *peregre abeo et proficiscor.* Matth. XXI, 33. καὶ ἀπεδήμησεν et peregre profectus est. ibid. XXV, 14. ὥσπερ ἄνθρωπος ἀποδημῶν ut si quis peregre profecturus, coll. Luc. XIX, 12. ἐπορεύθη εἰς χώραν μακράν. Marc. XII, 1. Luc. XV, 13. ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακράν profectus est in regionem remotam. *Ælian.* V. H. III, 27. ἔμελλεν ἀποδημῆσαι ἐπὶ τὴν στρατείαν. Nam ii proprie dicebantur Græcis ἀποδημοῦντες, qui reipublicæ causa militatum iter faciebant, δημοσίᾳ ἀποδημοῦντες καὶ στρατευόμενοι. *Hesych.* ἀποδημεῖ· ἀναχωρεῖ. *Phavorin.* ἀποδημία· ὅταν τις ἐκ τῆς πατρίδος εἰς ἀλλοδαπὴν ἀπέρχεται.

2. *absum a populo, domo absum, peregrinor, in aliena civitate commoror et versor.* Sic semel tantum legitur in N. T. Luc. XX, 9. καὶ ἀπεδήμησε χρόνους ἱκανοὺς et peregre commoratus est per multum tempus. *Ælian.* V. H. XIII, 14. *Lysiæ* Oratt. III, p. 73. ἀποδημῆσαι ἐκ τῆς πόλεως. *Xenoph.* de rep. Lacedæm. XIV, 4. *Julius Pollux* Onomast. IX, 9. *Phavorin.* ἀποδημεῖν· τὸ μακρὰν εἶναι.

ΑΠΟ΄ΔΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *peregre agens, quis abest a suo populo et patria sua*, ex ἀπὸ et δῆμος *populus*, i. q. ἔκδημος, teste *Thoma M.* et *Mœride.* Semel tantum in N. T. legitur. Marc. XIII, 34. ὡς ἄνθρωπος ἀπόδημος sicut homo, qui abitum (iter) in peregrinas terras parat. *Artemidorus* II, 8. ubi ἀπόδημος opponitur τῷ ἐνδήμῳ. *Plutarch. Opp.* T. IX, p. 191. ed. *Reiske.*

ΑΠΟΔΙ΄ΔΩΜΙ, fut. ώσω, in universum notat: *reddo* seu *præsto, quod alteri debeo, ut partim officiis meis satisfaciam, partim promissis stem.* Hinc pro diversitate objectorum admodum varie, sed ita sumitur hæc vox in N. T. ut omnes ejus notiones ab hac universa derivari possint. Significat enim

1. *solvo, reddo debitum, æs alienum reddo.* Matth. V, 26. ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην donec et ultimum solveris, quadrantem. Matth. XVIII, 25. μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι quod debitum cum solvere non posset. ib. v. 26. et 28. ἀπόδος μοι ὅ,τι ὀφείλεις redde mihi debitum. Luc. VII, 42. coll. v. 41. Posset etiam huc referri Matth. XX, 8. καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν et solve ipsis mercedem, coll. Tob. IV, 14. Sic הֲשִׁיב Levit. XXV, 28. *Eustath.* ad Il. α΄. p. 42, 42. ἰστέον δὲ, ὅτι δοῦναι μὲν ἐπὶ ἁπλῶς ἑκουσίου δόσεως, ὅθεν καὶ τὸ δῶρον· ἀποδοῦναι δὲ ἐπὶ τῶν χρεωστικῶς διδομένων κ. τ. λ. Id. ib. p. 46, 38.—*Thucyd.* IV, 65. ἀποδοῦναι ἀργύριον τακτόν.

2. *pendo tributum, reddo vectigal, reditus.* Sic Matth. XXI, 41. οἵτινες ἀποδώσουσιν αὐτῷ τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν qui ei fructus justo tempore pendant. Matth. XXII, 21. ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος τῷ Καίσαρι pendendum est tributum Cæsari, quod ei debetur. Marc. XII, 17. Luc. XX, 25. Rom. XIII, 7. *Ælian.* V. H. V, c. 21. δασμὸν ἀποδιδόντες.

3. *reddo, restituo.* Sic Luc. IV, 20. ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ volumine ministro reddito. ibid. IX, 42. καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ eumque reddidit patri. *Hesych.* ἀπέδοτο· ἐκδέδωκεν. ib. X, 35. καὶ ὅ,τι ἂν προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με ἀποδώσω σοι quodsi quid insuper impenderis, in reditu meo restituam. Luc. XIX. 8. ἀποδίδωμι τετραπλοῦν quadruplum reddidi. 2 Macc. XII, 45.

4. *do, trado, largior, solvo.* Matth.

XX, 8. καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν et solve ipsis mercedem. (*Aristoph. Equit.* 1063. ὁ μισθὸς πρῶτον ἀποδοθήσεται. *Lucian. Hermotim.* p. 538. *Ælian. H. A.* III, 39.) Ibid. XXVII, 58. ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα corpus Jesu tradi jussit. Hinc in vers. Alex. respondet Hebraico נָתַן Genes. XXX, 26. Exod. V, 18. Deut. II, 28. et Chaldaico יְהַב Dan. VI, 2. Sic Sirac. XXXIII, 13. Deus dicitur ἀποδοῦναι ἀνθρώποις κατὰ τὴν κρίσιν αὐτοῦ pro arbitrio suo seu benigna sua voluntate largiri hominibus bona. *Theophr.* Char. 31. *Hesych.* ἀπέδοτο· ἐκδέδωκεν. *Suid.* παρέδωκεν. Conf. *Schweighæuser Lex. Polyb.* p. 73.

5. *præsto promissa, solvo vota*, ita vero, ut semper addatur substantivum, quod promissionem, votum aut jusjurandum indicet, quomodo et apud Latinos *reddere* usurpatur. *Ovid.* Heroic. Ep. XX, 95. "si non vis "mihi promissum reddere, redde "Deæ." Matth. V, 33. ἀποδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου quod jurejurando spopondisti Deo, re ipsa præsta; qua formula usus quoque est *Demosthenes* de *falsa legat.* p. 243. Confer etiam *Didymum* ad *Homer.* Od. μ'. 304. Alexandrini usi sunt pro Hebraico שָׁלַם Job. XXII, 27. ἀποδοῦναι τὰς εὐχάς. Ps. XXII, 25. Sirac. XVIII, 22. μὴ ἐμποδισθῇς τοῦ ἀποδοῦναι εὐχὴν εὐκαίρως. *Xenoph.* Memor. II, 2. 10. καὶ εὐχὰς ἀποδιδοῦσαν.

6. *præsto alteri officia debita*, addito tamen semper vocabulo, cui *officii* notio inest. Rom. XIII, 7. ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς — τῷ τὸν φόβον, φόβον, τῷ τὴν τιμὴν, τὴν τιμήν. 1 Cor. VII, 3. τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω uxori maritus debitum conjugale præstet. Verbi ἀποδιδόναι, in amoris negotio etiam simpliciter hoc sensu usurpati, exemplum habes apud *Aristoph.* Plut. Act. IV, Sc. IV, v. 1032. οὐκοῦν καθ' ἑκάστην ἀπεδίδουτην νύκτα σοι, scil. τὸ ὀφειλόμενον, seu τὴν ὀφειλήν.

7. de arboribus si adhibetur, significat: *fero, edo.* Apoc. XXII, 2. ξύλον ζωῆς ἀποδιδοῦν τὸν καρπὸν αὐτοῦ. Unde metaphorice Hebr. XII, 11. καρπὸν εἰρηνικὸν ἀποδίδωσι δικαιοσύνης legitur, ubi tamen de calamitatibus sermo est.

8. *facio, efficio aliquid*, et speciatim: *edo, exhibeo*, si sermo est v. c. de testimonio, ratione, jurejurando, de quibus Latini Scriptores etiam *reddere* usurpare consueverunt. Eleganter de hoc loquendi usu egit *D'Orville* ad *Charilon.* p. 597. ed. Lips. Act. IV, 33. ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον οἱ ἀπόστολοι testimonium exhibuerunt apostoli de resurrectione J. C. Maxime autem huc pertinet formula: ἀποδίδωμι λόγον *causam dico, actionum mearum rationem reddo* maxime *coram judice.* Matth. XII, 36. Luc. XVI, 2. Hebr. XIII, 17. 1 Petr. IV, 5. Dan. VI, 2. τοῦ ἀποδιδόναι αὐτοῖς τοὺς σατράπας λόγον. Conf. *Palairet.* Observatt. Phil. Crit. p. 46.

9. *remuneror, retribuo, rependo in utramque partem*, et *recte facta præmiis exorno*, et *malefacta punio, ulciscor injuriam illatam.* Etiam de *iis* usurpatur, *qui gratam vicem rependunt.* En! exempla e N. T. Matth. VI, 4. ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ palam liberalitatem tuam remunerabitur. ibid. v. 6. 18. Matth. XVI, 27. ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ, coll. Rom. II, 6. Rom. XII, 17. μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες ne malum pro malo rependite, coll. 1 Thess. V, 15. 1 Tim. V, 4. καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις et parentibus gratam vicem rependere; ubi ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι est idem, quod alibi dicitur: ἀποδοῦναι χάριν, de qua formula conferendus est *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 4. 7. p. 102. 2 Tim. IV, 8. ὃν ἀποδώσει μοι ὁ Κύριος, quam (coronam) præmii loco mihi Deus dabit, et v. 14. ἀποδῴη αὐτῷ ὁ Κύριος puniat eum Deus. 1 Petr. III, 9. Apoc. XVIII, 6. XXII, 12. Sirac. XI, 26. XII, 6. ἀποδώσει ἐκδίκησιν. XVII, 19. ἀνταπόδομα αὐτῶν ἀποδώσει. Prov. XXIV, 12. Ies. LXV, 6. Job.

XXXIV, 11. Exod. XX, 5. *Xenoph.* Mem. II, 2. 13.

10. *vendo*, maxime in forma media, quanquam interdum etiam activum eandem notionem habet. *Philostrat.* Heroic. sect. 1. ὅτῳ ἀποδώσεις τὸ γλεῦκος. *Theophr.* Char. 11. *Herodian.* II, 8. 8. Act. V, 8. εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε; an tanti prædium vendidistis? Act. VII, 9. ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον vendiderunt eum, ut in Ægyptum deduceretur. (Simile verbum prægnans legitur Genes. XII, 15. et XXX, 3. Confer *Gataker. Adversaria posthuma* cap. 31. p. 763.) Hebr. XII, 16. Respondet autem τῷ מָכַר Genes. XXV, 33. et חִשְׁבִּיר Deut. II, 28. in vers. Alex. Nihil autem est frequentius hoc ipso loquendi usu apud Græciæ Scriptores, v. c. *Xenoph.* de Vectigal. cap. 5. §. 4. ἀποδίδοσθαι ἢ πρίασθαι. Hist. Græc. I, 6. 9. II, 3. 18. *Polyb.* III, 22. 9. *Suid.* ἀπέδοσθε· ἀπημπολήσατε. Idem *Phavorin.* et *Alberti* Gloss. N. T. p. 66. *Hesych.* ἀποδοθῇ· πραθῇ.—ἀπέδοτο· ἀπεπωλήσατο. Conf. Miscell. Obss. Vol. VI. p. 343. et *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. XI, 9.

ΑΠΟΔΙΟΡΙΖΩ, fut. ίσω, *segrego, separo, sejungo*, ex ἀπὸ et διορίζω *sejungo*, proprie: *terminis positis disjungo invicem*, nam ὅρος est *terminus*. Semel tantum in N. T. legitur Jud. v. 19. ubi verba: οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες, maxima laborant ambiguitate. Recepta enim in textum voce ἑαυτοὺς ex Vulgata versione, quæ tamen a plerisque libris scriptis abest, formula ipsa aut de *iis* explicanda erit, *qui semetipsos a Deo quasi separant vita flagitiosa*, paululum coacte, ut opinor; aut de *iis* accipienda est, *qui semetipsos a cœtu Christianorum segregant*. Mihi vero magis placet, neglecta voce ἑαυτοὺς, locum ita interpretari: *qui falsa sua doctrina hæreses et schismata in ecclesia efficiunt, schismatici.*

ΑΠΟΔΟΚΙΜΑΖΩ, fut. άσω,

1. proprie: *reprobo, improbum judico*, et maxime usurpatur de auro et argento, quod, ut minus spectatum, spurium v. c. abjicitur, etiam de aliis metallis, quæ non ferunt examen, et hinc reprobantur. Jerem. VI, 30. ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον, ubi in Hebraico מָאַס legitur. *Theophr.* Char. 4. Matth. XXI, 42. λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες quem lapidem reprobarunt ædificantes; ad quem locum confer *Fischeri* Animadvv. ad *Welleri* Grammat. Gr. p. 305. qui multis Atticorum locis docuit, articulum postpositivum haud raro antecedens substantivum in suum pertrahere casum. 1 Petr. II, 4. et 7.

2. *odio, contemtu et fastidio ductus rejicio, repudio aliquid*, et maxime de iis usurpatur, qui Christum ejusque doctrinam repudiabant et contemtim tractabant. Marc. VIII, 31. ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων repudiari a summis sacerdotibus, qui eum impostorem palam declarabant: nec tamen repugnarem, si quis de omnibus contumeliis et ignominiæ generibus explicare mallet, quibus Christus a synedrio magno afficiebatur. Luc. IX, 22. XVII, 25. *Suid.* ἀπεδοκίμαζεν· ἀτίμως ὑβρίζεν, ἐξεφαύλιζε.—ἀποδοκιμάσας· ὡς ἄχρηστον ἐκφαυλίσας. *Theophr. Char.* c. IV. p. 20. *Æschines* in *Timarch.* p. 182.

3. ἀποδοκιμάζεσθαι *is* dicitur, *qui privatur perceptione et possessione alicujus rei admodum desideratæ*. Hebr. XII, 17. de Esavo, qui sua culpa privabatur commodis et beneficiis, primogenituræ destinatis.

ΑΠΟΔΟΧΗ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *exceptio, receptio hospitis gratiosa*, ab ἀποδέχομαι *excipio, recipio*: ad quam propriam notionem confirmandam recte contulit *Schwarzius* in Commentariis L. Gr. p. 157. duo loca *Diodori Sic.* IV, p. 239. γνωσθεὶς τίνος ἦν πατρὸς, ἀποδοχῆς ἐτύγχανε τῆς μεγίστης. ibid. V, p. 292. φιλοφρόνως ἀποδοχῆς τυχόντων.

2. *assensus, approbatio, laus.* Sic 1 Tim. I, 15. πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος doctrina omni assensu et veneratione, laude et prædicatione digna. Idem legitur cap. IV, 9. Sic etiam apud *Diogenem Laërt.* V,

37. *Polyb.* Hist. II, 55. *ἀποδοχῆς ἀξιοῦται* fide dignus habetur. *Joseph. A. J.* VI, 14. 4. *δίκαιοί εἰσι κἀκεῖνοι τυγχάνειν ἀποδοχῆς* his laus et veneratio debetur. Ἀποδοχὴν apud Græcos interdum *auctoritatem et honorem, quem aliquis adipiscitur*, interdum adeo *adorationem et cultum divinum* notare, *Kypke* docuit in Observv. Sacris T. II, p. 351. Conf. etiam *Krebs.* Observv. Flav. p. 254. et 349. et *Wetstenii* N. T. T. II, p. 319.

ΑΠΟΘΕΣΙΣ, εως, ἡ, *abjectio, depositio cujuscunque rei*, ab *ἀποτίθημι depono rem a me eam removendo.* Bis tantum legitur in N. T. 1 Petr. III, 21. *ἀπόθεσις ῥύπου σαρκὸς* depositio sordium corporis, quæ sit per ablutionem. 2 Petr. I, 14. *ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματος* depositio corporis, qua designatur proxime instans mors Petri.

ΑΠΟΘΗΚΗ, ης, ἡ, 1. proprie et in universum: *omnis locus, in quo aliquid reconditur, locus, ubi res quædam futuris usibus reservatur, repositorium, reconditorium*, ab *ἀποτίθημι*, quod inter alia notat: *depono rem recondendo.* Sic apud veteris Græciæ Scriptores armamentaria *ἀποθῆκαι ὅπλων*, cellulæ mellis *ἀποθῆκαι τοῦ μέλιτος*, vocabantur. Sed in N. T. *κατ' ἐξοχὴν* ita dicitur

2. *horreum, repositorium frugum, granarium*, quod a Græcis *σιτόξολον* et *σιτοξόλιον*, et ab Hebræis מַאֲבוּס Jerem. L, 26. etiam אוֹצָר, Joël. I, 17. vocatur. Matth. III, 12. *συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην* frumentum in horreum suum colliget. VI, 26. *οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας* nec in granariis quidquam reponunt. XIII, 30. Luc. III, 17. XII, 18. 24.

ΑΠΟΘΗΣΑΥΡΙΖΩ, fut. *ίσω*, 1. proprie: *thesaurum colligo, repono in aliquem usum, recondo*, ex *ἀπὸ* et *θησαυρίζω recondo in thesauro.* Sirac. III, 3. *ὡς ἀποθησαυρίζων ὁ δοξάζων μητέρα. Artemid.* I, 75. Jam quia thesaurus magnum quid et pretiosum est,

2. metaphorice significat: *comparare sibi rem præstantissimam in futuros usus.* Sic in N. T. semel tantum legitur 1 Tim. VI, 19. *ἀποθησαυρίζοντες ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον* veras sibi divitias comparabunt, quibus etiam in futura vita frui poterunt, ubi videndus *Wetstenius. Phavorin. ἀποθησαυρίζοντας· ἀποτιθεμένους.*

ΑΠΟΘΛΙΒΩ, fut. *ίψω*, idem quod simplex *θλίβω, urgeo, premo, undiquaque premo, comprimo.* Luc. VIII, 45. *οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι* urget te turba hominum et undiquaque premit. Sæpius non legitur in N. T. Usus tamen est hac voce *Aquila* pro Hebr. לָחַץ Exod. III, 9. et Alex. Num. XXII, 25. De uvis, quæ comprimuntur, *κατ' ἐξοχὴν* dici, docuit me *Phavorin. ἀποθλίβω· ἐπὶ σταφυλῶν κυρίως, τὸ ἀποπιέζω.—ἀποθλίψαντες· ἐκπιάσαντες, ἀποστάξαντες.*

ΑΠΟΘΝΗΣΚΩ, aor. 2. *ἀπέθανον*, fut. 2. med. *θανοῦμαι*,

1. *morior*, ita, ut proprie de *morte naturali* dicatur, qua corpus et anima a se invicem separantur. Sic pluribus in locis N. T. legitur, e quibus pauca commemorasse sufficiat. Matth. IX, 24. *οὐ γὰρ ἀπέθανε, ἀλλὰ καθεύδει*, h. e. non ita mortua est, ut nullus ei in hanc vitam reditus detur. XXVI, 35. *κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν* etiamsi tecum mihi moriendum sit. Luc. XX, 36. *οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται* immortales sunt. Joh. IV, 47. *ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν* jam enim eum animam agere. XI, 25. XII, 33. *ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν* quo mortis genere usurus esset. Rom. VI, 9. *Χριστὸς οὐκέτι ἀποθνήσκει* Christus perenni fruitur apud Deum felicitate. Phil. I, 21. *τὸ ἀποθανεῖν κέρδος* mors summam mihi affert felicitatem; ubi infinitivus *τὸ ἀποθανεῖν* pro substantivo *θάνατος* positus est, ex usu loquendi Græcorum, multis exemplis confirmato ab *Elia Palairet.* Observv. Philol. Crit. p. 446. Apoc. XIV, 13. *οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες* veri Christi sectatores, qui mortui sunt.

2. *morti vicinus* vel *proximus sum*, et partim de eo dicitur, qui ægrotans animam agit, (*Maxim. Tyr.* XXIV, 9. *Lucian. Tox.* 22. *ἐπεὶ δὲ ἀπέθνησκε, διαθήκας ἀπέλιπε. Arrian. Epictet.* II,

23.) partim de eo, qui in summo vitæ discrimine et periculis versatur. Sic Luc. VIII, 42. καὶ αὐτὴ ἀπέθνησκεν jamjam moritura erat, s. quæ animam jam agebat; collato partim commate 49. partim loco parallelo Marc. V, 23. ubi legitur ἐσχάτως ἔχει. *Syrus:* ܠܡܘܬ ܐܚܬ ܗܘܬ ܘܐܬܦܢܝ et propinqua erat ad moriendum. 1 Cor. XV, 31. καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω. 2 Cor. VI, 9. ὡς ἀποθνήσκοντες etsi quotidie in mortis periculis versamur. Sic מוּת Genes. XLVIII, 21. sumitur, collato Psalm. XLIV, 23. Et ipsum ἀποθνήσκειν legitur apud *Eurip.* Alcest. v. 141. seq. et apud *Josephum A. J.* V, 1. 1. Nec plane alienus est a re præsenti locus *Livii* XXIX, 17. "quotidie capitur urbs nostra, quotidie diripitur." Conf. præter *Suiceri Thesaur. Eccles.* T. I, p. 445. *Marklandum* ad *Maximum Tyrium* XXIV, 9. p. 698.

3. *interficior, necor, suffocor.* Matth. VIII, 32. καὶ ἀπέθανον ἐν τοῖς ὕδασιν et grex in mari suffocatus est. Hebr. X, 28. χωρὶς οἰκτιρμῶν ἀποθνήσκει. ibid. XI, 37. ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. Apoc. VIII, 9. Hist. Susann. v. 41. καὶ κατέκριναν αὐτὴν ἀποθανεῖν, et v. 43. Ita θνήσκειν sumitur apud *Homer.* Iliad. I, v. 243. et ἀποθνήσκειν. *Thucyd.* I, 9. Εὐρυσθέως ὑπὸ Ἡρακλειδῶν ἀποθανόντος. et Latinorum *mori* pro *trucidari, interfici,* legitur apud *Livium* II, 38.

4. *mortalis sum.* Hebr. VII, 8. ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι homines mortales, sacerdotes sc. Judæorum, opponuntur τῷ μαρτυρουμένῳ ὅτι ζῇ. Christo nempe, de cujus immortalitate satis constat.

5. si de *semine* usurpatur, *putrefieri, in putredinem abire* notat, nam semen in terra ita emollitur, ut propemodum in putredinem abire videatur. Sic bis reperitur in N. T. Joh. XII, 24. ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου, πεσὼν εἰς τὴν γῆν, ἀποθάνῃ nisi granum tritici in terra mortuum fuerit, h. e. in putredinem abierit. 1 Cor. XV, 36. ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ.

6. de *arboribus* si adhibetur, est: *pereo, aresco.* Sic semel Jud. v. 12. δένδρα δὶς ἀποθανόντα arbores bis mortuæ, quæ plane exaruerunt. Sic et Latini *emortuum esse,* (nostrum absterben, *to die,*) de arboribus utuntur, quæ arefactæ inutiles et ineptæ ad fructus producendos factæ sunt.

7. *miser et infelix sum et fio,* maxime per vitiositatem et peccata. Joh. VI, 50. ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ, καὶ μὴ ἀποθάνῃ si quis ex hoc pane comederit, nunquam miser erit, ibid. VIII, 21. ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε incredulitatis vestræ pœnas dabitis gravissimas. ibid. v. 24. Rom. V, 15. οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, quem locum tamen haud pauci de moriendi necessitate, omnibus hominibus per Adamum imposita, interpretantur; quæ explicatio, si vel admittitur, tamen miseriæ, quæ peccata sequitur, notio non excludenda videtur, et locus ita vertendus: *miseri omnes et mortales facti sunt.* Rom. VII, 10. ἐγὼ δὲ ἀπέθανον ego vero sensi me hac ratione miserum fieri et infelicem. ibid. VIII, 13. μέλλετε ἀποθνήσκειν pœnas vobis et infelicitatem comparabitis; ubi opponitur τῷ ζῆν, virtutis et sanctitatis studio veram suam promovere felicitatem.

8. metaphorice ἀποθνήσκειν *ea* dicuntur, *quæ, ullo aliquo modo corrupta, vim agendi et se exserendi aut omnino, aut certe ex parte, amiserunt,* v. c. Apoc. III, 2. στήριξον τὰ λοιπὰ, ἃ μέλλει ἀποθνήσκειν ale et auge vires tibi insitas recte agendi, quæ a te neglectæ mox plane cessabunt.

9. Restat formula ἀποθνήσκειν τινὶ, quæ tribus diversis modis in N. T. usurpata legitur: α) ἀποθνήσκειν τινὶ notat; *ex voluntate, arbitratu alicujus mori.* Rom. XIV, 8. ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ Κυρίῳ ἀποθνήσκομεν. *Sophoclis* Ajax Flagell. v. 985. Θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, ubi Scholiast. habet: Θεῶν βουλομένων. β) ἀποθνήσκειν τινὶ notat: *valedicere, renuntiare alicui rei aut personæ, nihil cum aliquo commune amplius habere.* Rom. VI, 2. ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ renuntiavimus vitiositati, ubi contra ea ζῆν τῇ ἁμαρτίᾳ est: deditum esse vitiositati. ibid. v. 8. εἰ δὲ

ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ si ad similitudinem mortis Christi renuntiamus vitiositati. Gal. II, 19. ἐγὼ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον ego per doctrinam Christianam valedixi legi Mosaicæ. Coloss. III, 3. ἀπεθάνετε γὰρ, scilicet τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, coll. v. 2. Interdum additur tamen præpositio ἀπὸ, v. c. Coloss. II, 20. εἰ ἀπεθάνετε σὺν Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου si ad exemplum Christi valedixistis œconomiæ Mosaicæ. Exempla hujus loquendi usus apud Græcos collegit *Bergler.* ad *Alciphron.* Lib. I. Ep. 37. p. 172. *Plaut.* Cistellar. III, 1. 16. "nihil meum tibi mortuus tibi sum." Pers. I, 1. 20. Confer etiam *J. B. Carpzov.* stricturas Theol. in Ep. ad Rom. p. 117. γ) ἀποθνήσκειν τινὶ *pro aliquo mori, in commodum alicujus mortem subire.* Rom. VI, 10. ὃ γὰρ ἀπέθανε Χριστὸς τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν, h. e. ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας, mortuus est ad expianda et tollenda peccata humana, coll. 1 Thess. V, 10.

ἈΠΟΚΑΘΙΣΤΗΜΙ (seu ἈΠΟΚΑΘΙΣΤΑΩ seu ἈΠΟΚΑΘΙΣΤΑΝΩ) fut. στήσω,

1. proprie: *repono, restituo, in pristinum locum, in locum priorem, in quo antea fuit, reduco,* ex ἀπὸ et καθίστημι *colloco, statuo.* Hinc

2. *in integrum restituo, in pristinum restituo statum, reddo integritati, instauro,* sensu physico. Matth. XII, 13. καὶ ἀπεκατεστάθη ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη eaque (manus) tam sana reddita est, ut altera, seu conversa est ad usum manus, ut verbis utar *Taciti* H. IV, 81. coll. Marc. III, 5. ubi idem legitur, omissa tamen voce ὑγιής. Marc. VIII, 25. καὶ ἀπεκατεστάθη et restituta ei est pristina oculorum valetudo et integritas. Luc. VI, 10. In omnibus his locis de sanitatis et vigoris amissi restitutione sermo est. Exod. IV, 7. וְתָּשָׁב כִּבְשָׂרוֹ Alex. sec. Com. καὶ πάλιν ἀπεκατεστάθη εἰς τὴν χρόαν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Levit. XIII, 16. Job. V, 18. Apud Græcos etiam de aliis rebus adhibetur, quæ in integrum restituuntur, v. c. *Polyb.* II, 28. πάλιν ἀποκατέστησε τὰς οἰκείας δυνάμεις εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς διάθεσιν. *Herodian.* II, 6. 15. 17. εἰκόνας ἀποκαταστήσαντες.

3. metaphorice: *in meliorem statum et conditionem redigo, corrigo, emendo.* Matth. XVII, 11. καὶ ἀποκαταστήσει πάντα et animos hominum ad adventum Messiæ præparaturum esse. Marc. IX, 12. Act. I, 6. εἰ ἀποκαθιστάνεις βασιλείαν τοῦ Ἰσραήλ; num hoc tempore in meliorem conditionem rediges regnum Israëlis? (Sed admittit, ut ingenue fatear, hic locus etiam hanc explicationem: num illo tempore reddes Israëlitis, τῷ Ἰσραὴλ, regnum et imperium? ut ἀποκαθιστάνειν sit: *reddere pristino domino, restituere,* quam notionem vere habere, loca apud *Polyb.* Hist. XVII, 9. et *Diodor. Sic.* XX, 32. satis docent.)

4. *reddo, reduco,* Hebr. XIII, 19. ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν ut vobis quam celerrime reddar, liberatus nempe e captivitate mea, aut ad vos reducar. Jerem. XVI, 15. ἀποκαταστήσω αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν αὐτῶν. Psalm. XVI, 5. σὺ εἶ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν μου ἐμοί. *Polyb.* III, 5. et 98. δμήρους ἀποκαταστήσει τοῖς γονεῦσι. Ib. VI, 4. τὰ μὲν ἀπολωλότα τοῖς Μεσσηνίοις ἀποκατάστησῃ. *Suid.* in voce ἀποκαθιστῶν hæc ita exponit: τουτέστι τὴν τῶν ἐθνῶν βασιλείαν, τὴν προτέραν δεσποτείαν ἀποδιδούς.

ἈΠΟΚΑΛΎΠΤΩ, fut. ὑψω; et proprie: *detego, revelo, removeo velamen, id quod tectum et opertum fuit; conspiciendum præbeo,* ex ἀπὸ et καλύπτω *tego, operio, velo,* unde κάλυμμα *tegumentum, velamentum.* Ita in exterorum Scriptorum monumentis tantum legitur, v. c. apud *Jamblichum* de *Mysteriis* Sect. II. c. 10. p. 54. οἱ Θεοὶ καὶ οἱ τοῖς Θεοῖς ἑπόμενοι τὰς ἀληθινὰς ἑαυτῶν εἰκόνας ἀποκαλύπτουσι. In N. T.

2. metaphorice usurpatur, ut sit: *manifestare, patefacere rem secretam, arcanam et occultam.* Matth. X, 26. οὐδέν ἐστι κεκαλυμμένον ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται nihil est tam occultum, quod non aliquando manifestetur. Luc. II, 35. ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοὶ et ita multorum

sensa animi manifestabuntur. ibid. XII, 2. 1 Cor. III, 13. ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται examine habito patefiet. *Plutarch.* de *Placitis Philos.* I, 7. *Pollux* in *Onom.* VI, 207. ἀποκαλύπτειν per διακαλύπτειν, ἐκκαλύπτειν et δηλοῦν interpretatus est. Pro גָּלָה legitur etiam apud Alex. Dan. II, 22.

3. *doceo, instituo, trado,* et ἀποκαλύπτομαι *edoceor, instituor, cognosco,* et speciatim de iis rebus usurpatur, quas homines ipsi sentiendo, indagando, ratiocinando et experiendo reperire non valent, sed singulari Dei et extraordinario interventu (quam revelationem dicunt) cognoscunt. Matth. XI, 27. καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι et a filio Dei edoctus. ibid. XVI, 17. σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψε σοι non debes institutioni humanæ. 1 Cor. II, 10. ὑμῖν δὲ ἀπεκάλυψε ὁ Θεὸς διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. ib. XIV, 30. ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ τῷ καθημένῳ si vero auditori afflatus divinus contingat. Galat. I, 16. ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί et me imbuere cognitione religionis Christianæ, aut, ut etiam verti non incommode posset: *tradi per me religionem Christianam.* Galat. III, 24. Ephes. III, 5. coll. v. 3. Philipp. III, 15. καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει hos Deus edocebit, intelligentiores in posterum reddet. 1 Petr. I, 12. *Jamblich.* de *Mysteriis* sect. III, c. 17. p. 82. διὰ τῶν ἀπεστερημένων γνώσεως τὰ πάσης γνώσεως προέχοντα νοήματα ἀποκαλύπτει.

4. *exsero, exhibeo insigni quodam et illustri modo.* Rom. I, 17. δικαιοσύνη Θεοῦ ἀποκαλύπτεται benignitas divina exserit vim suam, et v. 18. ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ. Hinc ἀποκαλύπτεσθαι interdum *res* dicitur, *quæ alicui contingit,* v. c. Rom. VIII, 18. τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς felicitatem in regno Messiæ olim obtinendam. 1 Petr. I, 5. V, 1. Exinde etiam illustrarem locum Luc. XVII, 30. ᾗ ἡμέρᾳ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται tempore quo Christus, futurus hominum judex, majestatem suam conspicuam reddet. Nec male huc aliquis traheret locum 2 Thess. II, 3. καὶ ἀποκαλύπτεται ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας et antea palam prodierit impostor ille, coll. v. 6. et 9.

ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *patefactio rei opertæ, remotio velaminis et tegumenti,* ab ἀποκαλύπτω, quod vide. Negat quidem *Hieronymus* in Comment. ad Galat. I, 12. vocem hanc ab ullo Scriptorum gentilium adhibitam esse, sed deprehenditur ἀποκαλύψεως nomen apud *Plutarch. Æmil. Paul.* c. 14. *Cat. maj.* c. 20. et *Porphyrium* in *Vita Plotini* cap. XVI. ἀποκαλύψεις τὲ προσφέροντες Ζωροάστρου καὶ Ζωστριανοῦ κ. τ. λ.

2. metaphorice: *manifestatio rei secretæ et occultæ, institutio, revelatio et inspiratio divina,* ita, ut maxime de iis rebus usurpetur, quarum antea ignotarum, et naturali vi ingenii humani non cognoscendarum, spiritu divino interveniente contingit hominibus cognitio et scientia Luc. II, 32. εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν ut gentes veræ religionis scientia imbuat. Rom. XVI, 25. κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου. 1 Cor. XIV, 6. ubi per ἀποκάλυψιν haud male intelligitur *interpretatio locorum V. T. difficiliorum,* maxime vaticiniorum de futuro Messia, quanquam ex mea sententia locus rectius ita redditur: *nisi simul vobis perspicue tradidero ea, quæ Deus mihi revelavit.* 1 Cor. XIV, 26. et 2 Cor. XII, 1. et 7. ἀποκάλυψις varia illa revelationis divinæ genera indicat, quæ inter dona extraordinaria Sp. S. a Theologis referuntur. Galat. I, 12. δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ ipsa Christi institutione extraordinaria. Ephes. I, 17. III, 13. Sirac. XXII, 22. μυστηρίου ἀποκάλυψις rei secretæ in vulgus denunciatio.

3. *tempus ipsum, quo aliquid appareret, declaratur,* aut *aliquis conspicuus redditur,* per metonymiam. Rom. VIII, 19. τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται expectant tempus, quo apparebit, quinam sint filii Dei. Huc maxime pertinet formula: ἡ ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ, quæ, ut formula: ἡμέρα Ἰησοῦ Χριστοῦ, per se late patet et *omne* quidem *tempus, quo*

Christus suæ majestatis et dignitatis insignia documenta dabit, indicat; speciatim vero *tempus reditus Christi in has terras* significat, *quo se universi generis humani dominum palam demonstrabit mortuorum resuscitatione et judicio super omnes ferendo.* Sic 1 Cor. I, 7. ἀπεκδεχόμενοι τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ et æquo animo exspectare possitis Christum, futurum hominum judicem. 2 Thess. I, 7. 1 Petr. I, 7. 13.

4. *mandatum, decretum.* Galat. II, 2. ἀνέβην κατὰ ἀποκάλυψιν, coll. Act. XV, 1. ubi narratur, jussum seu rogatum Apostolum ab Antiochenis fuisse, ut Hierosolymam proficisceretur.

5. *liber, qui continet collectionem oraculorum divinorum, sylloge vaticiniorum.* Apoc. I, 1. ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ, coll. v. 3. ubi οἱ λόγοι τῆς προφητείας dicitur, ubi vid. *Wetstenius—Hesych.* ἀποκάλυψις· πρόγνωσις, προθεωρία. Idem *Phavor.*

ἈΠΟΚΑΡΑΔΟΚΊΑ, ίας, ἡ. Vulgo redditur *attenta exspectatio, exspectatio ad finem usque et exserto capite, vehemens desiderium,* (*Chrysostomus* ad Rom. VIII, 19. ἡ μεγάλη καὶ ἐπιτεταμένη προσδοκία.) ut nempe emphasis lateat et in præpositione ἀπὸ, et in voce καραδοκεῖν, quæ proprie, teste *Etym. M.* est: τῇ κεφαλῇ προβλέπειν caput exserere spectatum aliquid. *Eurip. Rhes.* 144. *Diod.* Sic XIV, 60. Sed fictam esse hanc et prorsus inanem emphasin in hac voce, jam satis viri doctissimi ostenderunt, inter quos eminet *Fischerus* de *Vitiis Lex. N. T.* Prolus. V. p. 10. Nam ἀποκαραδοκεῖν, quod proprie quidem est: *vultum aliquo convertere spectandum,* (vid. *Xenoph. Mem.* III, 5. 6.) *sollicite aliquid observare,* (*Joseph.* de *B. J.* III. c. 7. p. 240. ed. *Haverc.* ἀποκαραδοκεῖ δὲ τὴν ὁρμὴν τῶν βελῶν.) deinde simpliciter apud Græcos notat: *sperare, exspectare* (*Polyb.* XVI, 1. ἀπεκαραδόκει τὴν κίνδυνον.) προσδοκᾶν, ut *Suidas* interpretatur, aut ἐλπίζειν τὸ ἐκδεχόμενον, ut explicatur ab auctore *Etym. M.* Ergo etiam ἀποκαραδοκία simpliciter *spem, exspectationem alicujus rei* significat, προδοκίαν, ἀπεκδοχὴν, secundum *Hesychium* et *Suidam.* In *Aquilæ* reliquiis verbum הוֹחִל explicatum legitur verbo καραδοκεῖν, Ps. CXXX, 5. et nomen תּוֹחֶלֶת nomine καραδοκία, Ps. XXXIX, 8. Prov. X, 28. ubi *Theodotion* voce προσδοκία et *Symmachus* nomine ὑπομονὴ usus est. Idem vero *Aquila* Hebr. הִתְחוֹלֵל Ps. XXXVII, 7. verbo ἀποκαραδοκεῖν interpretatus est, ut adeo appareat, substantivo ἀποκαραδοκία non ampliorem notionem subjiciendam esse, quam simplici καραδοκία. Bis autem tantum legitur in N. T. Rom. VIII, 19. ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως Christiani, multis malis et calamitatibus pressi, exspectant. Philipp. I, 20. κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου prouti certissime spero et exspecto. Vide *Wetstenii N. T.* T. II, p. 60.

ἈΠΟΚΑΤΑΛΛΆΣΣΩ, attice ἈΠΟΚΑΤΑΛΛΆΤΤΩ, fut. άξω, haud differt a καταλλάσσω. Præter propriam *mutationis et permutationis* notionem speciatim significat: *facere, ut animi post iras et inimicitias in gratiam redeant et concordiam, reconciliare, concitationes et dissidia dirimere. Hesych.* ἀποκαταλλάξαι· φίλον ποιῆσαι. *Phavor.* ἀποκαταλλάξας· φιλοποιήσας. Ephes. II, 16. καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι τῷ Θεῷ et dissentientes invicem uno quasi corpore junctos reconciliaret in honorem Dei. Qui dativum τῷ Θεῷ a verbo ἀποκαταλλάξῃ pendere putant, formulam ἀποκαταλλάσσειν τῷ Θεῷ de eo interpretantur, qui homines rationem consequendi favoris divini docet. Coloss. I, 20. καὶ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα ἀποκαταλλάξαι εἰς αὐτὸν et per eum omnes invicem reconciliarentur sub imperio Christi, coll. Ephes. I, 10. 17.

ἈΠΟΚΑΤΆΣΤΑΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie est: *rei in priorem locum reductio, repositio, restitutio,* ab ἀποκαθίστημι, de quo supra dictum est. Hinc apud Græcos de correctione membrorum depravatorum et luxatorum,

æque ac in astronomicis de revolutione stellarum ad eum, unde discesserant, locum, (*Æschin.* Dial. III, 17.) etiam de restitutione obsidum in patriam (a *Polybio* III, 99.) hoc verbum usurpatum legitur. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II, p. 475. et *Schweighæuser Lex. Polyb.* s. h. v.

2. *omnis restitutio prioris status et conditionis, instauratio*, nam κατάστασις est *status, conditio*, ut ex *Polyb. Exc. Legat.* 53. apparet, ubi legitur ἀποκατέστησαν εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς κατάστασιν τῆς πολιτείας.

3. *reductio rerum in meliorem statum; emendatio rerum corruptarum.* Hujus significationis ope explicatur vulgo locus Act. III, 21. ubi, cœlum, Petrus ait, habiturum esse Jesum ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, h. e. quamdiu tempora N. T. durant, quibus per religionem Christianam omnia in meliorem statum sunt redigenda. Cf. *Ernesti Opuscula Theologica* p. 479. et *Krebs. Obss. Flav.* p. 172. Mihi vero semper arrisit *Lightfooti* et *Knatchbulli* opinio, qui nostro loco lucem affundere conati sunt e notione rariori *perfectionis, consummationis* et *absolutionis*, quam habuisse hoc vocabulum olim *Hesychius* testis est, qui per τελείωσις interpretatur, qua in auxilium vocata, locus ita reddendus esset; *usque dum omnia eventum habeant, quæ sunt prædicta a prophetis. Syrus* igitur non male reddidit ܠܡܘܠܝܐ ܕܐܒܢܐ. Certe ἀποκαθίστημι interdum *ad finem perducere, perficere*, notat, et a τελειοῦν non differt; unde etiam Hebraico שִׁלֵּם Job. VIII, 6. in versione Alex. respondet.

ἈΠΟ΄ΚΕΙΜΑΙ, fut. εἴσομαι, 1. proprie: *seponor, reponor, recondor*, ita, ut maxime de auro, argento omnibusque omnino rebus pretiosis usurpetur, quæ in usum futurum repositæ diligenter custodiuntur et asservantur. *Symmach.* Ies. X, 17. καὶ καταφάγεται τὰ ἀποκείμενα αὐτοῦ, καὶ τὰ πεφυλαγμένα αὐτοῦ. *Xenoph. Anab.* II, 3. 9. *Suid.* ἀπέκειντο· ἐταμιεύοντο. Sic Luc. XIX, 20. ἰδοὺ ἡ μνᾶ σου, ἣν εἶχον ἀποκειμένην ἐν σουδαρίῳ en! reddo tibi minam, quam habui repositam in sudario.

2. metaphorice ἀποκεῖσθαι *omnia* dicuntur, *quæ sunt non tam futura, quam alicui destinata, quæ parata et in promptu sunt et aliquem certissime manent.* Sic Coloss. I, 5. διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ob felicitatem in cœlo, quam certissime sperare potestis. 2 Tim. IV, 8. ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, quæ dicendi formula, ut dudum viderunt omnes interpretes, petita est e ratione certaminum veterum. Nam præmia certaminis, τὰ ἆθλα, exquisite ἀποκεῖσθαι dicebantur, quæ publice proponebantur et certaminum victoribus reposita erant. Cf. *Krebs. Obss. Flav.* p. 333. et 366. Hebr. IX, 27. ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν quemadmodum omnibus hominibus mors imminet, seu, sors humana est mori. Nec desunt hujus significationis exempla apud alios Scriptores Gr. 2 Macc. XII, 45. ἐμβλέπων τοῖς μετ' εὐσεβείας κοιμωμένοις κάλλιστον ἀποκείμενον χαριστήριον. Hos. VI, 11. καὶ σοὶ Ἰούδα ἀπόκειται θερισμός. *Pausan.* VII, 2. *Demophil. Similit.* p. 615. τοῖς μὲν σταδιοδρομοῦσιν ἐπὶ τῷ τέρματι τὸ βραβεῖον τῆς νίκης ἀπόκειται. *Hesych.* ἀπόκειται· ἡτοίμασται. Cf. *D'Orville* ad *Charit.* p. 466. ed. Lips.

ἈΠΟΚΕΦΑΛΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, *caput amputo, decollo*, pro quo eadem in significatione leguntur καρατομέω seu ἀποτέμνω τὴν κεφαλὴν, (*Xenoph. Ages.* I, 35.) Hebraico כָּרַת רֹאשׁ respondet. in verss. Græcis 1 Sam. XXXI, 9. Ps. CL, 7. ed. *Complut.* Matth. XIV, 10. καὶ πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ misitque speculatorem, qui Johannem in carcere truncaret capite. Marc. VI, 16. ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην οὗτός ἐστι hic est ille Johannes, quem decollari jussi. ibid. v. 27. et Luc. IX, 9. Sæpius non legitur in N. T. Repudiata est hæc vox ut plebeia et veterum nemini usurpata, a *Salmasio* (p. 107. de *Lingua Hellenistica*) et aliis, et a

Fischero Prolus. XXXI. de *Vitiis Lexicorum N. T.* p. 4. in numero eorum verborum posita reperitur, quæ Macedonum et Alexandrinorum ingenia finxerunt. Legitur autem hæc vox apud *Arrianum* Diss. in *Epictet.* III, c. 26. p. 366. εἰς φυλακὴν βάλλειν καὶ ἀποκεφαλίζειν, et mox p. 3. 67. δεσμευόμενος καὶ ἀποκεφαλιζόμενος. ib. I. c. 1. p. 85. et in aliis Scriptoribus Græcis, v. c. *Artemidoro*, (I. c. 37.) *Dione Cassio*, quorum loca *Alberti*, *Kypke* et *Raphelius* laudarunt. Substantivum ἀποκεφαλισμὸς legitur apud *Plutarch.* de *Is. et Osir.* p. 358. E.

ἈΠΟΚΛΕΊΩ, fut. είσω, *claudo*, *occludo*. Semel legitur in N. T. Luc. XIII, 25. καὶ ἀποκλείσῃ τὴν θύραν et occluserit ostium. Respondet in versione Alex. τῷ סָגַר Genes. XIX, 10. Jud. III, 23. et נָעַל *pessulum obdidit*. 2 Sam. XIII, 17. 18. *Xenoph. Anab.* VII, 1. 7. *Aristoph. Lysistr.* 448. τὴν ἀκρόπολιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε μοχλοῖς. Hinc ἀπόκλεισμα et ἀποκλεισμὸς *carcer*, *claustrum*. *Hesych.* ἀποκλείσαντες· φυλακίσαντες.

ἈΠΟΚΌΠΤΩ, fut. όψω, *abscindo*, *amputo*, *reseco*, etiam *discindo*, *disseco*. Marc. IX, 43. ἀπόκοψον αὐτὴν abscinde manum tuam; ubi tamen dictio ἀποκόπτειν τὴν χεῖρα æque ac formula: ἀποκόπτειν τὸν πόδα metaphorice de *pravis cupiditatibus* explicanda est, *quæ sunt a Christianis omni studio coërcendæ et reprimendæ*. Joh. XVIII, 10. καὶ ἀπέκοψε αὐτοῦ τὸ ὠτίον τὸ δεξιόν, coll. v. 26. Act. XXVII, 32. ἀπέκοψαν τὰ σχοινία dissecabant vincula. Apud *Aristoph. Nub.* v. 1124. de vitibus usurpatum legitur, et de quacunque abscissione apud *Callim. Hymn. in Cerer.* v. 20. *Ælian. H. A.* VIII, 1. Ambiguitate autem quadam laborat locus Gal. V, 12. ubi de doctoribus judaizantibus inter primos Christianos sermo est, et Paulus optat ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς, h. e. e vulgari opinione, ut se ipsos sejungerent a cœtu Christianorum doctores, cœtum Christianorum turbantes; quæ explicatio nec ab usu loquendi abhorret, nec a contexta oratione aliena est, ut docuit *Dresigius* de *Verbis Mediis N. T.* I, 19. Nec tamen plane improbanda est sententia *Chrysostomi*, *Theodoreti*, *Theophylacti* et *Augustini*, quam inter recentiores maxime *Grotius* et *Raphelius* in *Annotatt. Polyb.* p. 530. amplexi sunt, ex qua locus ita reddendus est: *per me, si velint, non modo circumcidunt se, sed adeo genitalia sibi exsecent*, εἰ βούλονται μὴ περιτεμνέσθωσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ περικοπτέσθωσαν, quæ sunt ipsa *Chrysostomi* verba. Qui quidem sensus melius et contextui ipsi et linguæ Græcæ consentire, affectui adeo Pauli contra doctores judaizantes convenire videtur; ἀποκόπτεσθαι enim, ut Hebr. כָּרַת Deut. XXIII, 1. dicuntur Græcis, (*Arrian. Epict.* II, 20.) *quibus virilitas exscinditur*, vel in media significatione, *qui ipsi illam sibi amputant*. *Hesych.* ἀπόκοπος· εὐνοῦχος. Idem tradit *Schol. Luciani* Cronos. 12.

ἈΠΌΚΡΙΜΑ, τος, τὸ, 1. *responsio*, *responsum*. Est enim verbale a prima persona perf. pass. ἀποκέκριμαι verbi ἀποκρίνω.

2. *sententia*, *decretum*, speciatim: *sententia condemnatoria*, i. q. κατάκριμα. Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. I, 9. ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν sed ipsi contra nos sententiam condemnatoriam ferebamus, h. e. ego memet ipsum quasi capitis damnavi, mortem certissime exspectans. *Chrysost. Homil.* II. in h. ep. τὸ ἀπόκριμα per τὴν ψῆφον, τὴν κρίσιν, τὴν προσδοκίαν interpretatur. *Hesych.* ἀπόκριμα· κατάκριμα, ψῆφον.

ἈΠΟΚΡΊΝΟΜΑΙ, fut. οῦμαι, aor. 1. ἀπεκρίθην.

1. proprie: *secernor*, *discernor*, ab ἀποκρίνω *secerno*, quam notionem vere habuisse olim, *Phrynichus* auctor est in Eclogis suis p. 40. ed. *Pauw.* qui observat, peccare eos, qui τῷ ἀποκριθῆναι pro *respondisse* uterentur, quod διαχωρισθῆναι significet: Græcos au-

tem, si exprimere vellent *respondendi* notionem, forma aor. 1. media *ἀποκρίνασθαι* usos fuisse. Hic enim profecto, nec ullus alius est sensus verborum ejus: *ἀποκριθῆναι διττὸν ἁμάρτημα. ἔδει γὰρ λέγειν ἀποκρίνασθαι καὶ εἰδέναι, ὅτι τὸ διαχωρισθῆναι σημαίνει.* Sed hanc *Phrynichi* regulam evertere conatus est *Schwarzius* in *Notis ad Olearium de Stilo N. T.* p. 16. et in *Comment. L. Gr.* p. 163.

2. *respondeo ad interrogata vel antecedentia.* Matth. XVI, 16. *ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος εἶπε.* ib. XVII, 11. ubi v. 10. *ἐπερωτᾷν* præcesserat. Joh. XII, 23. *ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς λέγων.* Luc. XIII, 25. *καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ ὑμῖν.* In his vero et multis aliis N. T. locis, uti notio *respondendi*, quam habet et apud Græcos verbum *ἀποκρίνεσθαι*, in dubium nullo modo vocari potest, ita fere semper verba *λέγειν*, *εἰπεῖν*, *ἐρεῖν*, pleonastice addita leguntur et quidem more Hebræorum, qui, cum exponendum est, quid quispiam responderit, solent simul uti verbo אָמַר et verbo עָנָה v. c. Genes. XVIII, 27. וַיַּעַן אַבְרָהָם וַיֹּאמֶר Alex. *καὶ ἀποκριθεὶς Ἀβραὰμ εἶπε.* Exod. IV, 1. Deut. XXVII, 17. Conf. *Vorstium* de *Hebraismis N. T.* cap. XXXIII, p. 606. ed. *Fischer.* et quæ contra eum disputavit *Vitringa* Cap. VI. Vide etiam *I. C. Schwarzii Monumenta ingeniorum* T. III. p. 294.

3. per synecdochen speciei significat omnino: *verba facere, loqui*, et quidem ita, ut nunc sit *sermonem incipere*, nunc *continuare orationem*, interdum *alloqui, compellare* significet, interdum etiam plane abundet. Matth. XVII, 4. *ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε*, ubi *ἀποκριθεὶς πλεονάζει.* ib. XXVII, 21. Marc. IX, 5. Luc. VII, 40. et Jesus eum ita allocutus est. Matth. XII, 38. Apoc. VII, 13. Matth. XI, 25. *ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε* continuavit Jesus sermonem suum. ibid. XXII, 1. XXVI, 25. et 63. Act. III, 12. Eandem notionem habet Hebraicum עָנָה, Deut. XXVI, 5. Job. III, 2. in versione Alex. *ἀποκρίνομαι* pro הוֹדִיעַ, Job. XXXVIII, 3. XL, 7. pro הַשְׁמִיעַ, 1 Regg. XX, 12. et pro אָמַר Genes. XXIX, 26. Exod. XXI, 5. positum legitur.

4. *defendo me, purgo me crimine*, i. q. *ἀπολογοῦμαι.* Matth. XXVI, 62. *οὐδὲν ἀποκρίνῃ τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσι*; nihilne respondere potes ad ea, quorum hi te incusant? seu: jam causam tuam age. ibid. XXVII, 12. *οὐδὲν ἀπεκρίνατο* nihil ad criminationes illas respondit. Joh. V, 17. Sic *Plato Apol. Socr.* §. 2. *καὶ ἐλέγχειν μηδενὸς ἀποκρινομένου*, ubi cf. *Fischeri Notas. Phavor. ἀποκρίνασθαι· τὸ ἀπολογῆσαι. Harpocrat. ἀπόκρισις· ἡ ἀπολογία.*

5. de *eo* dicitur, *qui supplicem exaudit et precibus ejus annuit*, ad imitationem Hebr. עָנָה, quod hoc in sensu haud raro, Deo tribuitur in V. T. v. c. Ies. LXV, 24. 1 Sam. VII, 9. Ps. III, 4. Cf. *Glassii Philol. S.* p. 955. ed. *Dathii.* Huc refero locum Lucæ XXII, 68. *ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτε μοι* si vel rogarem, ut me dimittatis, non me supplicantem admittetis aut me dimittetis.

ἈΠΟΚΡΙΣΙΣ, *εως*, *ἡ*, 1. *responsio, responsum*, ab *ἀποκρίνομαι.* Joh. I, 22. *ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν* ut responsum referre possimus. ibid. IX, 9. *Phavor. ἀπόκρισις λέγεται, ὅταν ἐρωτᾷ τὶς τινὰ καὶ ἐκεῖνος ἀποκρίνεται.* Respondet Hebr. מַעֲנֶה, Job. XXXII, 5. Prov. XV, 1. in vers. Alex. in qua etiam pro יַעֲנֶה Job. XV, 2. legitur *ἀπόκρισιν δώσει. Xenoph. Œcon.* 7. 38. *Hier.* 1. 35.

2. *sermo, oratio.* Luc. II, 47. *ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ* ejus sapienter dicta. ib. XX, 26. Hinc pro דָּבָר Deut. I, 22. in vers. Alex. legitur.

ἈΠΟΚΡΎΠΤΩ, fut. *ὑψω*, 1. proprie: *abscondo, occulto, contego, operio*, ita, ut subductionem rei ex alterius conspectu indicet. Matth. XXV, 18. *ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον* abscondidit argentum.

2. metaphorice: *reticeo, celo, non revelo, non manifesto*, et passivum ἀποκρύπτεσθαι de *omni re* usurpatur, *quæ non cognoscitur nec intelligitur.* Matth. XI, 25. ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ συνετῶν καὶ σοφῶν quod ea, quæ non cognoscuntur ab iis, qui sibi docti et sapientes videntur, etc. Luc. X, 21. 1 Cor. II, 7. σοφίαν Θεοῦ τὴν ἀποκεκρυμμένην doctrinam divinam, quæ antea plane ignota erat; i. q. ἐν μυστηρίῳ. Ephes. III, 9. μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ Θεῷ doctrina, quæ ab æterno latuit in intellectu divino et nemini præter Deum cognita fuit. Coloss. I, 26. opponitur τῷ φανεροῦσθαι. Sæpius non legitur in N. T.

ἈΠΟ΄ΚΡΥΦΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. *occultus absconditus, arcanus et obscurus*, ut in Gloss. Vett. explicatur. Marc. IV, 22. οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ, coll. Luc. VIII, 17. οὐδὲ ἀπόκρυφον ὃ οὐ γνωσθήσεται nihil est tam occultum quod progressu temporis non sit in lucem proferendum. *Herodot.* II. 35. *Xenoph. Sympos.* 8. 11.

2. *repositus, reconditus.* Coloss. II, 3. ἐν ᾧ εἰσὶ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι in quo sapientiæ et cognitionis omnes thesauri sunt reconditi; ubi metaphora mihi quidem a thesauris desumta videtur, qui reconduntur, unde in vers. Alex. τὰ ἀπόκρυφα Dan. XI, 23. pro מִכְמַנֵּי *thesauri reconditi* et Ies. XLV, 3. pro מַטְמֹן legitur. 1 Macc. I, 23.

ἈΠΟΚΤΕΊΝΩ, fut. ενῶ, 1. *interficio, occido*, sive id fiat cognita et examinata causa, sive impetuose, sive gladio seu alio modo. Matth. X, 28. ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα qui corpus quidem interimere possunt. Joh. VIII, 37. Apoc. XIII, 10. Interdum construitur cum præpositione ὑπὸ, v. c. Apoc. VI, 8. ubi vid. *Wetstenius.*

2. laxiori sensu: *non prospicio vitæ alicujus, curam vitæ alicujus abjicio.* Marc. III, 4. ψυχὴν σῶσαι ἢ ἀποκτεῖναι curam vitæ hominis in se recipere aut abjicere.

3. *mortem minor, condemnationis et mortis sententiam contra aliquem pronuntio, capitis damno.* 2 Cor. III, 6. τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει lex Mosaica scripta pœnas seu mortem denuntiat hominibus. Eodem modo הֲמִית sumitur Ezech. XIII, 19. et ἀποκτείνειν apud *Xenoph. Mem.* I, 1. 18. et IV, 8. 5.

4. *miserum reddo et infelicem.* Sic Rom. VII, 11. ἡ ἁμαρτία δι' ἐντολῆς ἀπέκτεινέν με vitiositas, cui materiam præbuit vim suam exserendi interdictum divinum, facta est causa miseriæ. Matth. X, 28. τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι animum vero hominis felicitate sua privare non valent. Conf. quæ ad ἀποθνήσκω et θάνατος dicta sunt. Etiam apud Græcos ἀποκτείνειν, ut Lat. *enecare*, in universum significare: *molestiam alicui creare*, docuit *Valckenar.* ad *Eurip. Hippolyt.* v. 1064.

5. *aufero, finem impono, aboleo.* Ephes. II, 16. ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν auferens discordiarum causam morte sua in cruce. Cf. *Abresch. Auctar. Obss.* ad *Æschylum* III, p. 99.

ἈΠΟΚΥΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *pario, genero.* Verbum proprium prægnantium, quæ fœtum maturum emittunt et deponunt, ex ἀπὸ et κυέω vel κύω *in utero gero, prægnans sum. Phlegon Trall. Mirab.* c. 22. 24. 25. et 29. καὶ ἑτέρα τις γυνὴ πέντε ἐνὶ τοκετῷ ἀπεκύησεν παῖδας. Alia loca larga manu dedit *Wetstenius N. T.* T. II. p. 662. Gloss. Vet. *Steph.* ἀποκυήσασα· *enixa.* ἀποκύησις· *puerperium.* Interdum tamen etiam *gignendi* notionem habet, ut docuit *Maius Obss. Sacr.* Vol. II. p. 184. Sed in N. T. ubi bis tantum legitur, metaphorice adhibetur, ita, ut

2. significet: *auctorem, causam esse alicujus rei.* Jacob. I, 15. ἁμαρτία ἀποκυεῖ θάνατον et peccatum causa infelicitatis et pœnarum evadit; ubi ἁμαρτία veluti mulier ab Apostolo introducitur, quo habitu tam virtutes, quam vitia a gentilibus delineari constat. Cæterum *generare* et *parere*

de *quavis rei productione et eventu* quandoque usurpari in Script. Sac. docuit *Glassius Philol. S.* p. 1188. ed. *Dathii.*

3. *emendo, immuto animum alicujus.* Jacob. I, 18. *βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας* pro benignitate sua emendavit nos per religionem Christianam. Cf. *Glass.* l. l. et quæ infra ad *τίκτω* et *ὠδίνω* dicentur.

ἈΠΟΚΥΛΙ΄Ω, fut. *ίσω, devolvo, volvendo amolior et removeo,* id. quod *ἀποκινέω,* et opponitur *τῷ προσκυλίω.* Matth. XXVIII, 2. *ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας* devolverat saxum de ostio. Marc. XVI, 3. 4. Luc. XXIV, 2. Sæpius non legitur in N. T. Genes. XXIX, 8. *καὶ ἀποκυλίσουσι* (וְגָלְלוּ) *τὸν λίθον ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ φρέατος.* ib. v. 3. 10. *Apollodor. Bibl.* III. c. 14. §. 7.

ἈΠΟΛΑΜΒΑ΄ΝΩ, fut. λήψομαι,

1. *accipio, nanciscor, consequor, obtineo,* et in bonam et in malam partem. Luc. XXIII, 41. *ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν* pœnas facinorum nostrorum luimus, seu dignum factis invenimus exitum. *Syrus :* nam sicut digni sumus et sicut fecimus ⟨retributionem⟩ accepimus. Rom. I, 27. *καὶ τὴν ἀντιμισθίαν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες* fructus in se ipsis tales, quales decebat, experti sunt. Gal. IV, 5. *ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν* ut fiamus filii Dei. Coloss. III, 24. *ἀπὸ Κυρίου ἀπολήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας,* ubi in codd. quibusdam *λήψεσθε* legitur. 2 Joh. v. 8. *ἀλλὰ μισθὸν πλήρη ἀπολάβωμεν* sed justam mercedem consequamur. 2 Macc. VIII, 6. *καὶ τοὺς ἐπικαίρους τόπους ἀπολαμβάνων.* In vers. Alex. *τῷ* לָקַח respondet Num. XXXIV, 14.

2. *recipio,* h. e. *accipio aliquid, ita, ut non habeam, quod in posterum exspectem.* Luc. XVI, 25. *μνήσθητι, ὅτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου* memento, te recepisse bona tua in vita tua.

3. *recupero quod antea meum fuit, recipio.* Luc. VI, 34. *καὶ ἐὰν δανείζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν* et si iis commodatis, a quibus recepturos speratis. Luc. XV, 27. *ὅτι ὑγιαίνοντα αὐτὸν ἀπέλαβεν* quod sanum recepit. ib. XVIII, 30. *ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα* qui non modo hæc omnia multiplicata recipiat. *Chariton* I, 13. p. 27. ed. Lips. *ἀνύβριστον ἀπολήψεταί σε χαιρέας. Polyb.* II, 61. 10.

4. *excipio, hospitio admitto.* 3 Joh. v. 8. *ἡμεῖς οὖν ὀφείλομεν ἀπολαμβάνειν τοὺς τοιούτους* debemus tales hospitio admittere, amare, benigne et reverenter tractare.

5. *abduco, seorsum sumo* vel *duco.* Marc. VII, 33. *καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν* et cum abduxisset illum a turba seorsum. Qua significatione etiam legitur apud *Philostrat. Vit. Apollon.* VII, c. 18. p. 798. *Appian. Alex. Vit. Apollon.* VII, c. 18. p. 298. *Joseph. B. J.* II, 7. 2 Macc. IV, 46. VI, 21. *ἀπολαβόντες αὐτὸν κατ' ἰδίαν παρεκάλουν.*— *Phavor. ἀπολαμβάνω· τὸ κεχρεωστημένον κυρίως λαμβάνω, ἀφ' οὗ καὶ ἀπείληφα καὶ ἀπέλαβον κ. τ. λ.*

ἈΠΟ΄ΛΑΥΣΙΣ, εως, ἡ, dupliciter usurpatur a Scriptoribus Græcis, ita, ut

1. *voluptatem, oblectationem, quam ex aliqua re percipimus,* significet, de qua significatione exposuit *Gataker.* ad *M. Antonin.* III, 6. p. 76. *Hesych. ἀπολαύει· τρυφᾷ, Aristot. Ethic.* I. c. 5. *ἀπολαυστικοὺς* vocat, qui voluptati dediti sunt. Conf. *meum Spicilegium II. Lexici Bieliani* p. 22.

2. *usum, perceptionem, commodum, utilitatem, ex aliqua re ad nos redundantem,* ab *ἀπολαύω,* quod tam de malis, (*Ælian. V. H.* II, 34.) quam de bonis, quæ nobis eveniunt (*Ælian. V. H.* IV, 9. XII, 25.) usurpatur a Græcis. 1 Tim. VI, 17. *τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν* qui nobis copiose omnis generis bona præbet et largitur. Vide ad h. l. *Wetstenium.* Hebr. XI, 25. *πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν,* ubi plerique interpretes quidem *ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν* de oblectatione, ex peccatis descendente, præeuntibus *Vulgato,*

(qui voce *jucunditas* usus est,) *Syro* et *Arabe* interpretati sunt, sed repugnante ipsa historia, quæ jubet nos hanc formulam de feliciore illo rerum statu explicare, quo Moses, idolorum cultui addictus, in aula Pharaonis frui potuisset. Sæpius non legitur in N. T. *Xenoph. Mem.* II, 1. 33. ἡδεῖα — σίτων καὶ ποτῶν ἀπόλαυσις. et *Hier.* I, 26. αἱ τῶν ἀφροδισίων ἀπολαύσεις.

ΑΠΟΛΕΙΠΩ, fut. εἴψω, 1. *relinquo, derelinquo.* 2 Tim. IV, 13. ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι quam Troade reliqueram. et v. 20. ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ ἀσθενοῦντα Mileti ægrotum reliqui. Hinc ἀπολείπεσθαι κατ' ἐξοχὴν apud Græcos de cursoribus usurpabatur, qui relicti vincebantur, observante *Harpocratione.*

3. *desero.* Jud. v. 6. ἀγγέλους ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον angelos, qui deseruerunt domicilium suum, h. e. non tuiti sunt dignitatem et præstantiam ipsis concreatam. *Xenoph. Ages.* 2, 29. Passivum ἀπολείπομαι *de eo, quod futurum est et restat*, usurpatur et idem significat, quod καταλείπομαι. Sic Hebr. IV, 6. ἐπεὶ οὖν ἀπολείπεται quia itaque futurum erat. ibid. v. 9. ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς imminet igitur adhuc sabbati celebratio. ib. X, 26. οὐκ ἔτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία nullum amplius sacrificium expiatorium exspectandum est.

ΑΠΟΛΕΙΧΩ, *lingo, lambo*, nec differt a simplice voce λείχω, (quæ pro לָחַךְ Mich. VII, 17. in versione Alex. legitur) quod contra eos observandum est, qui ob præpositionem ἀπὸ *delingere, lambendo auferre* vertere solent. Semel tantum legitur in N. T. Luc. XVI, 21. οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ canes lingebant ulcera ejus. ubi vid. *Wetstenius. Aristoph. Vesp.* 27.

ΑΠΟΛΛΥΜΙ, seu ΑΠΟΛΛΥΩ, fut. λέσω, fut. 2. ολῶ, perf. ἀπολώλεκα. Vox πολύσημος.

1. *perdo, amitto, jacturam facio.* Matth. V, 29. ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου uno membrorum tuorum privari. ib. v. 30. Matth. X, 39. ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ qui mei causa vel mortem subire (seu vitæ suæ jacturam facere) paratus fuerit, et v. 42. οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ nequaquam ei decrunt justa præmia. Marc. IX, 41. Luc. XV, 4. καὶ ἀπολέσας ἓν ἐξ αὐτῶν et unam (ovem) ex iis amiserit. ib. v. 6. et 8. Jacob. I, 11. καὶ ἡ εὐπρέπεια τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἀπώλετο et speciosa ejus forma evanescit. Hinc τὸ ἀπολλύμενον *omne* dicitur, *quod fluxum est et facile perit*, v. c. Joh. VI, 27. ubi ἡ βρῶσις ἡ ἀπολλυμένη, cibus periturus et terrestris, opponitur τῇ βρώσει ἡ μένουσα εἰς ζωὴν αἰώνιον. Deut. XXXII, 28. ἔθνος ἀπολωλεκὸς βουλήν ἐστι. Sirac. XXIX, 19. καὶ ὁ ἀπολωλεκὼς αἰσχύνην. ib. XLI, 4. καὶ ἀπολωλεκότι τὴν ὑπομονήν. ib. VIII, 15. IX, 6. Medium, ἀπολλύομαι, *errare, in incertum vagari* notat et maxime de pecudibus, quæ aberrarunt e pascuis, dicitur. Sic legitur Matth. X, 6. πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ ad Israëlitas, qui, cura doctorum idoneorum destituti, similes sunt ovibus vagantibus, coll. 1 Petr. II, 25. ubi πρόβατα πλανώμενα eodem respectu dicuntur. Matth. XV, 24. Hinc lucem etiam fœneratur locus Matth. XVIII, 11. ἦλθε ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς venit Christus eo consilio, ut salutaris suæ doctrinæ cognitione imbueret omnes, qui sunt idonea religionis scientia destituti. Sic autem אָבַד Hebræorum

æque ac Arab. ابد usurpatur 1 Sam. IX, 20. Prov. XXXI, 6. Ps. CXIX, 176. Jer. L, 6. et Macc. III, 9. ἀπολλύμενοι sunt *dissipati, in fugam conversi.*

2. *perdo, vanum et irritum reddo, privo potestate, vi et efficacia.* 1 Cor. I, 19. ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν vanam et irritam reddam et declarabo eruditionem doctorum, ubi cum ἀθετεῖν permutatur. *Chrysostomus* in *Homil.* ad h. l. ἔδειξεν οὖσαν ἀνόητον. Fortasse conferri cum h. l. potest locus *Abdiæ* v. 8. ἀπολῶ τοὺς σοφοὺς ἐκ τῆς Ἰδουμαίας. Marc. I, 24. ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς, quæ verba non verterem:

venisti cruciare nos, sed: *venisti eo consilio, ut nos potestate nostra privares.*

3. *corrumpo, vitio, depravo quocunque modo.* Matth. IX, 17. καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται et rumperentur utres. Huc etiam referrem locum Joh. VI, 12. ἵνα μή τι ἀπόληται ne quid periret, ubi nostro umkommen *to perish* respondet, et de iis usurpatur, quæ non in usum humanum convertuntur.

4. *interficio, occido, exitio do.* Hesych. ἀπολλύει· φονεύει. ἀπόλλυε· φόνευε εἰς ἀπώλειαν. Sic Matth. II, 13. τοῦ ἀπολέσαι αὐτὸ pueri neci studet. ibid. XII, 14. XXI, 41. κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτοὺς male perdet illos flagitiosos, seu crudelissimo mortis genere afficiet. (*Cebes* c. 21. ἀπόλλυται κακὸς κακῶς.) XXVI, 52. ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται (in aliis codd. ἀποθανοῦνται legitur) ibid. XXVII, 20. Luc. XI, 51. τοῦ ἀπολομένου μεταξὺ τοῦ θυσιαστηρίου καὶ τοῦ οἴκου interfecti intra templum et altare. Joh. X, 10. Act. V, 37. 2 Cor. IV, 9. ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι sed non interficimur. Respondet Hebr. הָרַג Genes. XX, 4. Esther. IX, 11. 16. Ies. XXX, 25. 1 Macc. II, 37. ὅτι ἀκρίτως ἀπόλλυτε ἡμᾶς. Hist. Susann. v. 45. καὶ ἀπαγομένης αὐτῆς ἀπολέσθαι. Hinc

5. ἀπολλύεσθαι *versari in summo vitæ periculo et discrimine.* Matth. VIII, 25. σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα fer nobis opem, nam actum est de nobis. Marc. IV, 38. οὐ μέλει σοι, ὅτι ἀπολλύμεθα; num nos intereuntes æquis oculis adspicis? Cf. supra ad ἀποθνήσκω.

6. *miserum reddo, pœnis afficio, molestiam ac indignationem creo alicui.* Matth. X, 28. τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ qui animum cum corpore exitio dare valet. ib. XVIII, 14. ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τούτων ne unus quidem horum despectorum meorum cultorum infelix reddatur. Joh. III, 15. μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον, et v. 16. Rom. II, 12. ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται non secundum normam legis Mosaicæ condemnati punientur; opponitur διὰ νόμου κριθήσονται. Rom. XIV, 15. μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε ne ciborum usu molestiam et indignationem crea; præcessit enim verbum λυπεῖν. *Hesych.* ἀπολλύει· λυπεῖ. 1 Cor. VIII, 11. 13. in eadem re ἀπόλλυμι et σκανδαλίζω permutantur invicem. 1 Cor. XV, 18. ἀπώλοντο jam infelicissimi sunt, actum est de illis, Sirac. X, 3. βασιλεὺς ἀπαίδευτος ἀπολεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ. ib. XX, 24. ἐστὶν ἀπολλύων τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. ib. XXXI, 30. πόλλους γὰρ ἀπώλεσεν ὁ οἶνος. Hinc ἀπολλύεσθαι metaphorice in N. T. partim de *iis* usurpatur, *qui repudiant doctrinam Christianam et respuunt*, partim de *iis* dicitur, *qui a cognita religione Christiana deficiunt*, et hoc modo se miseros reddunt, ut effectus sit pro causa positus. Joh. XVII, 12. καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο et nullus eorum castra mea deseruit. 1 Cor. I, 18. τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστί; ubi ἀπολλύμενοι iidem sunt, qui alibi ἀπειθοῦντες dicuntur, et opponuntur τοῖς σωζομένοις, 2 Cor. II, 15. 2 Thess. II, 10.

Ἀπολλύων, οντος, ὁ, *perditor, vastans*, participium ab ἀπολλύω. Nomen regis tartari, qui Hebraice אֲבַדּוֹן vocatur, Apoc. IX, 11. Cf. supra ad Ἀβαδδών.

Ἀπολλωνία, ίας, ἡ, *Apollonia.* Est, teste *Stephano*, nomen urbis maritimæ in Macedonia, celebris coloniæ Corinthiorum et Corcyræorum, quæ ab Amphipoli unius diei itinere distabat. Per hanc Paulus cum sociis itineris profectus Thessalonicam venisse legitur Act. XVII, 1. Nomen suum nacta est sine dubio ab Apolline, cui dicata, sive sacra fuit. Cæterum non confundendam esse Apolloniam, cujus in Actis mentio fit, cum Apollonia illa celebriori, quæ Illyriæ urbs fuit, (*Ptolem.* III, 13.) pluresque in Macedonia ipsa urbes fuisse, quæ Apollonia dicebantur, e monumentis veterum diligenter docuit *Kypke* in *Obss. Sacr.* T. II, p. 81. seq. *Cellar. Notit. Orb. ant.* II, c. 13. §. 53.

Ἀπολλῶς, ῶ, ὁ, *Apollos.* Est nomen cujusdam Judæi, genere Alexandrini, ad religionem Christianam

conversi, insignis postea doctoris in ecclesia apostolica, viri diserti et in litteris sacris probe versati. Act. XVIII, 24. *ἀνὴρ λόγιος δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς* vocatur ib. XIX, 1. 1 Cor. I, 12. III, 4. 5. 6. 22. IV, 6. XVI, 12. Tit. III, 13. Sinistre ac inique de eo judicat *B. A. Hopf.* in *Comment. de Appolline Pseudo-doctore.* Hagæ 1782. 8.

Ἀπολογέομαι, οῦμαι. fut. ήσομαι.

1. *causam dico pro me, defendo me, pro defensione mea aliquid profero, sive voce, sive scripto.* Luc. XII, 11. *πῶς ἢ τί ἀπολογήσησθε* quomodo et quid ad defensionem vestram dicatis. ibid. XXI, 14. *μὴ προμελετᾶν ἀπολογηθῆναι* non antea meditari defensionem vestram. Act. XIX, 33. *ἀπολογεῖσθαι τῷ δήμῳ* ad populum dicere, aut, volebat nationem suam purgare. ib. XXIV, 10. XXV, 8. XXVI, 1. 2. 24. 2 Cor. XII, 19. *δοκεῖτε ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα*; num putatis, quod vobis nos excusandi causa hæc dixerimus? Cf. *D'Orville* ad *Charit.* III, c. 3. p. 361. ed. Lips.

3. *excuso*, simpliciter. Rom. II, 15. *ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων* et sana ratione eos vel accusante vel excusante, seu eorum facta vel improbante vel probante. *Phavor. ἀπολογεῖσθαι ἐστὶ τὸ ἐπὶ τῷ λόγῳ τὴν κατηγορίαν ἀνασκευάζειν.*

Ἀπολογία, ίας, ἡ, *apologia, defensio, purgatio, excusatio, quæ fit verbis aut scriptis.* Act. XXII, 1. *ἀκούσατέ μου τῆς πρὸς ὑμᾶς νῦν ἀπολογίας.* ibid. XXV, 16. *τόπον τε ἀπολογίας λάβοι* locumque se ab objecto crimine purgandi obtinuerit. 1 Cor. IX, 3. *ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν αὕτη ἐστὶ* hæc autem est mea defensio adversus opinatos meos judices. 2 Cor. VIII, 11. Philipp. I, 7. 17. 2 Tim. IV, 16. 1 Petr. III, 16. *ἕτοιμοι ἀεί ἐστε πρὸς ἀπολογίαν* parati estote semper ad defensionem religionis Christianæ. *Phavor. ἀπολογία λέγεται· ὅταν τινὸς κατηγορῇ τις, καὶ ἀπολογεῖται ὁ κατηγορούμενος. καὶ ἀπολογία, ἡ πληροφορία.*

Ἀπολούω, fut. ούσω, 1. *abluo*, ita, ut quamvis mundationem a sordibus physicis indicet, quibus aliqua res coinquinata et commaculata est. *Athenæus* III, p. 97. *Lucianus Lexiph.* 4.

2. metaphorice: *libero aliquem a peccatis et pœnis peccatorum*, quia vitiositas in litt. sacr. eleganter cum sordibus comparatur, quibus animus commaculatus et contaminatus est. Act. XXII, 16. *ἀναστὰς βάπτισαι, καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου* baptismo susceptio purga te ab omni vitiositate, seu, renuntia omni vitiositati. 1 Cor. VI, 11. *ἀλλὰ ἀπελούσασθε* sed liberati estis baptismo ab his commemoratis vitiis. Sæpius non legitur in N. T. Ies. I, 16. רַחֲצוּ הִזַּכּוּ הָסִירוּ רֹעַ מַעַלְלֵיכֶם מִנֶּגֶד עֵינָי חִדְלוּ הָרֵעַ.

Ἀπολύτρωσις, εως, ἡ. In notione hujus vocis in N. T. constituenda etymologia plane negligenda videtur. Negari quidem non potest, hanc vocem proprie

1. notare *redemtionem ejus, qui captivus detinetur, sive bello, sive alio captus sit modo, quæ fit per pretii solutionem*, quo sensu verbum ἀπολυτρόω legitur haud raro in Scriptt. Gr. *Hesych. ἀπολύτρωσιν· ἀπόλυσιν*, coll. *Homer. Iliad.* XXII, 50. (conf. infra sub λύτρον et λυτρόω); sed in N. T. libris hoc substantivum, ut omnia vocabula, a λύτρον derivata,

2. *de quavis liberatione et vindicatione, etiam quæ fit absque solutione alicujus pretii*, adhibetur, ad imitationem Hebraici פָּדָה cui λυτρόω proprie respondet, sed ab Alexandrinis per ἀπολυτρόω, Exod. XXI, 8. ῥύω, Job. V, 20. Ps. LXVIII, 18. et σώζω, Job. XXXIII, 28. Ies. I, 27. redditur. Sic in N. T. speciatim ἀπολύτρωσις α) *liberationem a malis, periculis et persecutionibus* notat. Luc. XXI, 28. *διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν* jam instat vestra liberatio a persecutionibus Judæorum. Hebr. XI, 35. *οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν* non utebantur concessa ipsis potestate ef-

fugiendi hæc mala. β) *liberationem ab hoc corpore, miseriis et malis presso*, ita, ut vel omittatur τοῦ σώματος, vel addatur. Rom. VIII, 23. ἀπεκδεχόμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν expectantes liberationem ab hoc corpore nostro. Ephes. I, 14. εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, i. q. εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. ib. IV, 30. usque ad tempus, quo Deus Christianos ab hoc corpore liberabit. γ) *liberationem a culpa et pœna peccatorum, expiationem peccatorum.* Rom. III, 24. διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ per liberationem a pœnis divinis per mortem Christi cruentam factam. Eph. I, 7. ἀπολύτρωσις cum ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν permutatur. Hebr. IX, 15. εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων ad expianda peccata, quæ ante conversionem ad religionem Christianam commiserant. *Alb. Gloss. N. T.* p. 97. ἀπολυτρώσεως· ἀφέσεως. ibid. p. 103. ἀπολύτρωσιν· ἀποκατάστασιν.

3. *ille ipse, cui liberationem a malis, a culpa et pœna peccatorum debemus.* 1 Cor. I, 30. Χριστὸς ἐγενήθη ἡμῖν ἀπολύτρωσις Christus factus est nobis causa, seu auctor remissionis peccatorum. Cf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 463.

ΑΠΟΛΎΩ, fut. ύσω, proprie

1. *solvo, dissolvo, resolvo, quod ligatum, colligatum et connexum est.* Sed in hac propria significatione, apud *Homerum* et *Aristotelem*, obvia, haud legitur in N. T. libris.

2. *libero a rebus, quæ ærumnas, calamitates, cruciatus secum ferunt.* Luc. XIII, 12. ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου libera sis a morbo tuo. Morbis enim, ut morti, vincula tribuebantur, quibus constringerent homines. 2 Macc. VI, 22. ἵνα τοῦτο πράξας ἀπολυθῇ τοῦ θανάτου. ib. v. 30. *Polyb.* II, 52. 2. ἀπολύειν τινὰ προβλήματος *liberare aliquem a dubitatione*, ib. III, 62. 10. *Suid.* ἀπέλυσεν· ἐλυτρώσατο.

3. *dimitto, abire, discedere jubeo alterum.* Matth. XIV, 15. ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους dimittas populum. v. 22. 23. XV, 32. 39. Act. XIX, 40. ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν concionem dimittebat. (*Polyb.* III, 34. διέλυσε τὴν ἐκκλησίαν. *Plutarch. Phocion.* p. 758. pro quo apud *Aristoph. Acharn.* 172. et *Eccles.* 377. λύειν τὴν ἐκκλησίαν dicitur.) ib. XXIII, 22. ὁ μὲν χιλίαρχος ἀπέλυσε τὸν νεανίαν tribunus igitur dimisit adolescentem. Eodem modo *absolvere* pro *dimittere* apud *Plaut. Epidic.* Act. V. Sc. I. v. 25. Interdum ἀπολύειν *dimittere aliquem* significat, *ita, ut eum compotem voti feceris*, v. c. Matth. XV, 23. ἀπόλυσον αὐτὴν satisfac eorum precibus. Eleganter de hac ἀπολύειν notione egit *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* II, 3.—Medium et Passivum ἀπολύεσθαι *dimitti, dimittere se ipsum, abire, discedere*, haud raro etiam legitur in Scriptoribus N. T. æque ac Græcis. Act. XV, 30. οἱ μὲν οὖν ἀπολυθέντες, coll. v. 22. et 23. ibid. v. 33. ἀπελύθησαν μετ' εἰρήνης dimissi sunt bonis cum ominibus votisque. ibid. XXVIII. 25. ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους ἀπελύοντο discordes facti discesserunt. Exempla e Scriptoribus Græcis dabit *Gataker.* ad *M. Antonin.* XI, 3. p. 319. et *Raphelius* in *Annotatt. Polyb.* p. 408. Sic etiam διαλύομαι usurpatur apud *Thucyd.* V, 113. *Xenoph. Cyr.* VII, 5. 15.

4. *divortium facio cum uxore, vel desponsata, et eam repudio.* Græcis *uxorem dimittere* (*Sueton. Ner.* 17.) ἀποπέμπειν, vel ἀποπέμπεσθαι γυναῖκα dicitur. (*Herodian.* V, 6. s. 1. *Demosth. Orat.* in *Neæram* p. 524.) etiam ἐκβάλλειν γυναῖκα (ut apud *Demosthenem* l. l. p. 525. et 529. et *Thom. M.* sub ἀπολείπει). Vide *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* Lib. XII. p. 490. Matth. I, 19. ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτὴν decrevit eam clam dimittere, coll. v. 18. Matth. V, 31. 32. XIX, 3. Marc. X, 4. Eodem sensu Hebraicum שָׁלַח usurpatur Deut. XXII, 19. 29. Jer. III, 8. 3 Esdr. IX, 36. *Justin.* XI, 11. §. 5. in eadem re formula *repudio dimittere* usus est.

5. sensu forensi; *dimitto reum, absolvo crimine vel debito, liberum aliquem pronuntio, dimitto e vinculis et captivitate.* Matth. XVIII, 27. ἀπέλυσεν αὐτὸν absolvit eum debitumque ipsi condonavit. Matth. XXVII, 15. ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον vinctum aliquem populo condonare. v. 17. 21. 26. Marc. XV, 6. Luc. XXII, 68. XXIII, 16. 17. Joh. XVIII. 39. Act. III, 13. κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν cum ille eum absolvendum judicasset. IV, 21. Hebr. XIII, 23. γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον Timotheum e carcere dimissum esse nostis, seu, scitote. Nihil vero est frequentius hac notione in libris apocryphis V. T. Hist. Susan. v. 53. ἀπολύων τοὺς αἰτίους. 1 Macc. X, 43. 2 Macc. IV, 47. τὸν μὲν τῆς ὅλης κακίας αἴτιον ἀπέλυσε τῶν κατηγορημάτων. *Xenoph. Mem.* IV, 8. 5. πολλοὺς δὲ ἀδικοῦντας ἀπέλυσαν, *Artemidor.* IV, 35. ἀπολελῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σταυροῦ. *Appian. bell. civ.* l. V, p. 1077. Vide et *Pollucis Onom.* VII, 68. et VIII, 9. *Marklandus* ad *Lysiam* p. 585. ἀπολύειν hoc sensu non satis elegans judicavit, sed temere, ut opinor, pro more plurium Grammaticorum. Cf. *Hemsterhus.* ad *Jul. Polluc. Onom.* VIII, 2. 9. p. 856. et *Valckenar.* ad *Herod.* IV, 68. Hinc ex adjuncto:

6. *condono, veniam do, ignosco, æquus sum et humanus in ferendis et judicandis aliis.* Luc. VI. 37. ἀπολύετε καὶ ἀπολυθήσεσθε condonate et vobis etiam condonabitur.

7. *mortem do, mori jubeo,* quasi *dimitto ex vita, libero animum a vinculis corporis, in corpore, quasi in carcere, detentum,* omisso τοῦ ζῆν (quod additur apud *Ælian. V. H.* XIII, 20. 2 Macc. VII, 9.) aut τοῦ βιοῦ, aut ἀπὸ τῆς γῆς, (Tob. III, 13.) aut τοῦ σώματος, (*M. Antonin.* de rebus suis XI, §. 3.) aut ἐκ τῶν τοῦ σώματος δεσμῶν. (*Ælian. V. H.* V, 6.) Ἀπολύομαι *morior, ἀπόλυσις mors. Diod. Sic.* XVIII, 48. Luc. II, 29. νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου ἐν εἰρήνῃ nunc lubens ac lætus moriar. In vers. Alex. respondet Hebr. בָּרַץ Num. XX, 29. εἶδε πᾶσα ἡ συναγωγή, ὅτι ἀπελύθη Ἀαρών. Job. III, 11. Gen. XV, 2. *Suid.* ἀπολύων· τῷ θανάτῳ παραπέμπων. Sic quoque *solvi* eodem sensu usurpavit *Ovid. Amor.* II, El. 10. v. 35. *Horat.* I. Ep. XVI, v. 78. " Ipse Deus, simulatque volam, " me *solvet*, opinor. Hoc sentit *mo-* " *riar*. Mors ultima linea rerum est." Ex Philosophorum enim omnium populorum placitis corpus τρόπον τινὰ τῆς ψυχῆς δεσμωτήριον habitum fuit. Conf. etiam *Wetstenii N. T.* T. I. p. 665.

Ἀπομάσσω, vel Ἀπομάττω, fut. άξω, ut μάσσω et ἐκμάσσω, proprie *fricare*, deinde *fricando tergere, abstergere, extergere*, notat. Eandem significationem habet ἀπομάσσομαι, quod semel tantum legitur in N. T. Luc. X, 11. καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πόλεως ὑμῶν ἀπομασσόμεθα ὑμῖν etiam pulverem, qui adhæsit nobis ex urbe vestra, vobis abstergimus, (*Livius* III, 26. 20.) vel excutimus. *Athenæus* IV, p. 149. C. ed. *Casauboni.* Copiose de hoc verbo exposuit *Ez. Spanhem.* in *Callim. Hymn.* in *Delum* v. 14. *Phavor.* ἀπομάσσειν· τὸ ἁπλῶς ἀποσπογγίζειν.

Ἀπονέμω, fut. εμῶ, propr. *partem alicui do, distribuo* (*Polyb.* V, 69. 5. XIV, 4. 2.) deinde in universum *tribuo, exhibeo, impertior.* (*Polyb.* VIII, 15. 9.) Semel in N. T. legitur 1 Petr. III, 7. ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμὴν uxoribus, quia sunt infirmiores, omnem honorem exhibentes, seu, omnia debita officia præstantes. Formula ἀπονέμειν τιμὴν sæpius apud Græcos eodem sensu est obvia, v. c. *Lucian. Caucas.* 17. *Herodian.* I, 8. 1. *Plutarch.* Rom. p. 29. F. Alex. Deut. IV, 19. ἃ ἀπένειμε Κύριος ὁ Θεός σου αὐτὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, ubi Hebraico חָלַק respondet. 3 Macc. I, 7. τοῖς τεμένεσι δωρεὰς ἀπονείμας. ibid. III, 16. *Gloss.* in Octat. ἀπένειμεν· ἀπεκλήρωσεν, διένειμεν. *Hesych.* ἀπένειμεν· ἀπεκλήρωσεν. Idem: ἀπονέμει· παρέχει, δίδωσι.

ΑΠΟΝΙΠΤΩ, fut. *ίψω, abluo, lavo*, ex ἀπὸ et *νίπτω lavo*. In versione Alexandrina respondet Hebraicis רָחַץ, Prov. XXX, 12. שָׁטַף, 1 Regg. XXII, 38. et מָחָה, Prov. XXX, 20. Medium *ἀπονίπτεσθαι se abluere, lavare manus suas*, sive *ante cœnam*, sive *cœna peracta, nec solum manus, sed etiam omnia reliqua corporis membra quovis tempore lavare*. Semel legitur in N. T. Matth. XXVII, 24. *λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο τὰς χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου* accepta aqua abluit manus suas coram populo Pilatus, ut nempe ex more illorum, qui innocentiam suam palam testari volebant, aut symbolo quodam ostenderet, se invito agi, quæ hic agerentur. Vide *Schol. Sophoclis* in *Ajac. Flagell.* v. 663. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 531. Conf. de hac voce *Pollucis* Onomast. VI, 15. *Athen.* Deipnosophist. IX, c. 18. p. 480. ed. *Casaub. Theophr.* Char. XVI. init. *Callim.* Hymn. in Pallad. Lavacr. 5. et *Thom. M.* sub voce *ἀπόνιπτρον*.

ΑΠΟΠΙΠΤΩ, fut. *πεσοῦμαι*, aor. 2. *ἀπέπεσον, decido, delabor*. Act. IX, 18. *καὶ εὐθέως ἀπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὡσεὶ λεπίδες* et statim deciderunt ab oculis ejus quasi squamæ. *Galenus* ad *Glaucon.* II. *Æsop. fab.* 188. *Xenoph. Hellen.* I, 6. 24. Alex. eo usi sunt pro נָפַל Job. XXIX, 25. Ps. V, 10.

ΑΠΟΠΛΑΝΑΩ, ῶ, fut. *ήσω*, 1. proprie: *a recta via abduco, aberrare facio*.

2. metaphorice: *a virtutis et veritatis tramite abduco aliquem, in errorem impello, seduco*. Marc. XIII, 22. *πρὸς τὸ ἀποπλανᾶν* ad seducendos etiam, si fieri posset, veros Christianos; ubi sermo est de *ψευδοχρίστοις* et *ψευδοπροφήταις*. Passivum *ἀποπλανάομαι a recta via abducor, in errorem impellor, seducor*. 1 Tim. VI, 10. *ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως* defecerunt a vera religione. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. IV, 22. XIII, 7. 10. Alex. posuerunt pro הִדַּח, Prov. VII, 21. et נָדַח, 2 Chron. XXI, 11. Adde *Polyb.* III, 57. 4.

ΑΠΟΠΛΕΩ, fut. *εὐσω, vela ventis do, nave discedo, solvo*, etiam *navigo*, simpliciter, ex *ἀπὸ* et *πλέω navigo*. Act. XIII, 4. *ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κύπρον* inde in Cyprum navigarunt. XIV, 26. XX, 15. *κἀκεῖθεν ἀποπλεύσαντες* et hinc solventes. XXVII, 1. *τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν Ἰταλίαν* navigare in Italiam. Sic et legitur apud *Polyænum* Lib. V. Strategem. c. 20. p. 504. *Thucyd.* I, 66. et III, 88. *Polyb.* V, 70. 3. *Alb.* Gloss. N. T. p. 85. *ἀποπλεῖν· ἐκπλεῖν. Hesych. πλέειν. Ammonius* et *Thom. M. ἀποπλεῖν· τὸ ἐκ τόπου τινὸς ἀπαίρειν*.

ΑΠΟΠΛΥΝΩ, fut. *υνῶ*, aor. 1. *ἀπέπλυνα, abluo*, et, ut bene jam observarunt viri docti, maxime de *vestimentis et vasis omnis generis* usurpatur, cum e contrario *ἀπολούειν* de *toto corpore*, et *ἀπονίπτειν* de *manibus pedibusque* speciatim dicatur. Quæ observatio egregie confirmatur usu loquendi Scriptorum N. T. Nam Luc. V, 2. ubi semel tantum occurrit, leguntur verba: *ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα* abluerunt retia. Alex. hoc verbo usi sunt pro כָּבַס 2 Sam. XIX, 24. Jerem. II, 22. IV, 14. et pro שָׁטַף Ezech. XVI, 9. Hoc sensu etiam legitur apud *Homer.* Odyss. VI, v. 95. *λάϊγγας ποτὶ χέρσον ἀποπλύνεσκε θάλασσα*. Unde *ἀπόπλυμα* est *aqua sordida ex abluvio*, et simplex *πλῦμα, τὸ ἀπὸ πλυνοῦ ὕδωρ*, sicut exposuit *Pollux*.

ΑΠΟΠΝΙΓΩ, fut. *ίξω*, 1. proprie idem significat, quod *συμπνίγω, suffoco, comprimendo fauces neco*. Luc. VIII, 33. *καὶ ἀπεπνίγη* et grex porcorum in lacu est suffocatus. Sic legitur in libro Tobiæ III, 9. *ἀποπνίγουσά σου τοὺς ἄνδρας*.

2. *fertilitatem terræ et proventum plantarum impedio quocunque modo, umbra et aëre intercluso perdo*, qua de re etiam Latini verbis *necare, præfocare*, etiam *suffocare* utuntur. Sic extat Matth. XIII, 7. *καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ ἀπέπνιξαν αὐτά* et spinis

succrescentibus ab iisdem suffocata sunt, ubi conf. *Priœi* Commentarium. Sæpius non legitur in N. T.

ἈΠΟΡΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, et medium ἈΠΟΡΕ΄ΟΜΑΙ, οῦμαι,

1. proprie et de *eo* usurpatur, *qui eget rebus ad vitam necessariis, et ad summam inopiam redactus est*, et de *eo, qui in via subsistit, cum, quo progrediatur, aut iter suum dirigat, non constet.* (ex α priv. et πόρος, quod et *viam, transitum* et *vitæ subsidia* indicat.) De iis, qui egestate summa laborant, usurpatum hoc verbum reperi apud *Xenoph.* Œcon. III, 5. *Ælian.* V. H. IX, 15. 25. XIV, 24. et in vers. Alex. Levit. XXV, 47. et *Symmachi* reliquiis Prov. XX, 13. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἀπορῶ· λείπομαι. *Hesych.* οὐκ ἀπορηθήσεται· οὐ χρήσει. Idem: ἀπορούμενοι· πενόμενοι. De iis autem, qui non habent viam seu nesciunt, qua sit eundum, legitur apud *Xenoph. Hellen.* V, 4. 44. διὰ τὸ ἀπορεῖν ὅποι διαβαίεν. *Mem.* II, 1. 21. ἀπορούντα ὁποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται.

2. metaphorice: *hæsito, inops consilii sum, nescio, quid statuam, dicam aut agam.* Joh. XIII, 22. ἀπορούμενοι περὶ τίνος λέγει incerti erant, de quo loqueretur. Act. XXV, 20. ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν hæsitans autem ego de hujusmodi quæstione. Gal. III, 20. ὅτι ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν dubius de vobis hæreo, seu incertus sum, quomodo me erga vos geram. *Symmachus* Cant. VI, 11. ἠπόρησέ με dubium me reddidit. Sirac. XVIII, 7. 2 Macc. VIII, 20. *Thucyd.* II, 202. *Demosth. Olynth.* III, *Phavorin.* ἠπόρει· ἠμηχάνει, ita enim rescribendum est ex *Lex. Cyrilli MS. Brem.* loco vitiose impressi ἀμηχάνει. *Hesych.* ἀποροῦντες· ἀμηχανοῦντες.

3. *curis et sollicitudinibus vexor et angor.* 2 Cor. IV, 8. ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι in magnas sollicitudines sæpe conjicimur, sed tamen non desperamus. Sic Genes. XXXII, 8. וַיִּירָא יַעֲקֹב מְאֹד וַיֵּצֶר לוֹ Alex. ἐφοβήθη δὲ Ἰακὼβ σφόδρα καὶ ἠπορεῖτο. 1 Macc. III, 31. καὶ ἠπορεῖτο τῇ ψυχῇ αὐτοῦ σφόδρα. *Hesych.* ἀπορεῖ· ἀθημονεῖ, ἀγωνιᾷ.

ἈΠΟΡΙ΄Α, ας, ἡ, 1. proprie: *viæ difficultas* (*Xenoph. Anab.* II, 5. 2.) *inopia rei, penuria*, ab ἀπορέω. *Polyæn.* Strategem. III, 31. ἐν ἀπορίᾳ χρημάτων, Deut. XXVIII, 22. πατάξαι σε Κύριος ἀπορίᾳ. Sirac. IV, 2. *Ælian.* V. H. XIII, 26.

2. metaphorice: *inopia consilii, desperatio rerum, cum quis, quid agat, aut quo se vertat, ignorat*, metaphora desumta a viatoribus, quibus quasi est interclusa via. Sic semel legitur in N. T. Luc. XXI, 25. συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ anxietas gentium ob rerum desperationem; ubi *Syrus* loco ἀπορία habet ܦܫܘܩ ܐܝܕܝܢ *complosio manuum*, quæ est signum τῆς ἀπορίας, ut recte monuit *Ludov. de Dieu* in *Critica S.* p. 369. In vers. Alex. Levit. XXVI, 16. τῷ בֶּהָלָה et Ies. VIII, 22. τῷ צָרָה respondet. Etiam in Græcis Scriptoribus ἀπορία haud raro *difficultatem* notat, *unde quis vel ob imprudentiam, vel ob rerum inopiam se expedire nequit*, v. c. *Xenoph.* Memor. II, 7. 1. et aliis in locis, collectis a *Wetstenio* N. T. T. I. p. 800. *Hesych.* et *Phavorinus*: ἀπορία· ἀγνωσία.

ἈΠΟΡ'Ρ΄ΙΠΤΩ, fut. ίψω, *abjicio, projicio*, et partim sensu physico de *iis* usurpatur, *qui se projiciunt aut aliquam rem abjiciunt*, aut sensu metaphorico de *iis* legitur, *qui aliquid aut aliquem spernunt, contemnunt et negligunt*, (*Polyb.* V, 101, 8.) ut idoneis exemplis docuit *Abreschius* in Animadvv. ad *Æschylum* Lib. III. p. 171. In N. T. semel tantum legitur Act. XXVII, 43. jussitque eos, qui possent natare, ἀποῤῥίψαντας (scilicet ἑαυτοὺς) πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι primos se demittere in mare, et ita ad terram exire. *Lucian. Ver. Hist.* 230. Confer, quæ ad hunc locum illustrandum scripsit *D'Orville* ad *Chariton.* III, 5. p. 387. ed. Lips. Sæpius legitur hæc vox in versione

Alexandrina maxime pro Hebraico, הַשְׁלִיךְ Exod. XXII, 31. 2 Regg. XIII, 23. XVII, 20. XXIV, 20. *Phavorin.* ἀποῤῥίπτει· ἀποβάλλει.

ΑΠΟΡΦΑΝΙ΄ΖΩ, fut. *ίσω*, 1. *orbo, privo parentibus et liberis.* Passivum *ἀπορφανίζομαι orbus parentibus reddor, liberorum amplexibus eripior. Æsch. Choëph.* 247. Adjectivum enim ὀρφανὸς non solum strictiori sensu sumitur, ut τὸν μήτε μητέρα ἔχοντα μήτε πατέρα significet, ut verbis *Chrysostomi* utar, sed etiam latiori, sensu sumitur de *parentibus, qui liberis suis sunt orbati*, juxta *Hesych.* ὀρφανός· ὁ γονέων ἐστερημένος καὶ τέκνων, et *Suidam*, qui ex *Josepho* affert: καὶ αὐτοὶ πατέρες δ' ἦσαν ὀρφανοί. Jam quia apud Judæos æque ac Græcos usitatum erat, doctores *patres* appellare et eorum auditores et discipulos *filios* vocare, factum etiam est, ut *ἀπορφανίζομαι*

2. metaphorice et *doctori, discipulis suis orbato*, et *discipulis, doctore suo privatis*, tribueretur et in universum per *orbari, privari* reddendum sit. Sic semel in N. T. legitur 1 Thess. II, 17. ἡμεῖς δὲ ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν nos vero orbati vobis, discipulis nostris, ad aliquod tempus. *Œcumenius* ad h. l. ὀρφανοί· καταλειφθέντες ἀφ' ὑμῶν. Conf. *Theodoret.* ad h. l. et *Abreschium* ad *Æschylum* p. 426.

ΑΠΟΣΚΕΥΑ΄ΖΩ, fut. *άσω*, et ΑΠΟΣΚΕΥΑ΄ΖΟΜΑΙ,

1. proprie: *sarcinas, vasa depono, amoveo, abjicio onus*, ex ἀπὸ et σκεῦος *vas, instrumentum. Suid.* ἀποσκευαζόμενοι· ἀποτιθέμενοι βάρος καὶ ἀποβάλλοντες, ἐκ μεταφορᾶς τῶν διὰ τὴν ζάλην τῆς θαλάσσης ναυτῶν τὰ σκεύη τοῦ νηὸς ἀποῤῥιπτούντων. Idem: ἀποσκευαζόμενος· ἀποβαλλόμενος, ἀποῤῥίπτων. Idem: ἀπεσκευάζετο· τὴν στολὴν ἀπετίθει. καὶ ἀπεσκευασάμεθα· ἀπεβάλομεν. Κυρίως δὲ ἀποσκευάσασθαι ἐστὶ τὸ ἀποῤῥίψαι τὰ σκεύη, καὶ τοῖς πολεμίοις ἀκολουθεῖν. Deinde omnino

2. *removeo, e medio tollo, egero, repudio, irritum reddo. Herodian.* I, c. 9. §. 17. ἀποσκευασάμενος πάντας οὓς καὶ ὁ Κόμμοδος ᾐδεῖτο et ibi *Irmischii* Comment. Levit. XIV, 36. *Hesych.* ἀπέσκευάζετο· ἀκύρους ἐποίει. ἀπεσκευασάμην. ἀπέῤῥιψα, ἀπεδοκίμασα. Idem: ἀποσκευαζόμενος· ἀποχωριζόμενος. Sed neutra harum significationum in N. T. locum habet. Itaque observandum est, ἀποσκευάζεσθαι habere etiam hunc rariorem notionem, ut

3. significet: *colligere vasa et sarcinas, sibi sumere res ad iter faciendum necessarias*, et omnino *se præparare, apparatum facere ad aliquid*, ut plane nihil differat a verbis παρασκευάζεσθαι, ἐπισκευάζεσθαι et ἀνασκευάζεσθαι. Certe hæc notio unice convenit loco difficillimo Act. XXI, 15. ἀποσκευασάμενοι ἀνεβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα *collectis sarcinis*, (*Vulgat. præparati*) seu *instructi omnibus, ad iter faciendum necessariis, profecti sumus Hierosolymam:* qui locus non solum vulgo male transfertur sic: *postquam sarcinas, impedimenta quippe itineris, deposueramus*, sed etiam ejus lectio sollicitata reperitur a viris doctis, qui partim ἀνασκευασάμενοι ex *Bezæ* conjectura, partim ex quorundam codicum fide ἐπισκευασάμενοι reponere, quam receptam lectionem admittere maluerunt. Nostram vero explicationem præter auctoritatem *Chrysostomi* (Homil. XLV. in Acta τὰ πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν λαβόντες) et *Œcumenii*, tuetur et confirmat ipse usus loquendi apud Scriptt. Græcos. Sic v. c. apud *Dionys. Halic.* IX, 23. οὐδὲ ἀποσκευάσασθαι δύναμιν ἔσχον οἱ φεύγοντες, ἀλλ' ἀγαπητῶς αὐτὰ τὰ σώματα διέσωσαν, οὐδὲ τὰ ὅπλα πολλοὶ φυλάττοντες. Substantivum ἀποσκευὴ adeo, inde deductum, *omnem apparatum, facultates* et *supellectilem* indicat. 1 Macc. V, 13. IX, 39. Genes. XIV, 12.

ΑΠΟΣΚΙ΄ΑΣΜΑ, τος, τὸ, *obumbratio, umbra*, ex ἀποσκιάζω *obumbro.* Tribuitur maxime soli (cui accidit ἀποσκίασμα, vel interposita nube, vel subjecta luna,) etiam lunæ et aliis lucidis corporibus. Deinde

2. notat *quodcunque leve alicujus rei vestigium*, i. q. ἴχνος. Jacob. I, 14. in Deo nulla est mutatio ἢ τροπῆς ἀπο-

σκίασμα ne levissimum quidem mutationis vestigium locum habet. *Lexicon MS.* et *Etymol.* τροπῆς ἀποσκίασμα, ἀντὶ τοῦ ἀλλοιώσεως καὶ μεταξολῆς ἴχνος, καὶ ὁμοίωμα φαντασίας ῥητορικῆς. Sæpius non legitur in N. T.

ἈΠΟΣΠΑ΄Ω, ῶ, fut. άσω, 1. proprie: *vi abstraho aliquem*, et ἀποσπᾶσθαι *avelli, vi abstrahi. Suid.* ἀπέσπασε· μετὰ βίας ἐξείλετο. *Herodian.* V, 6. 2. ἀποσπάσας αὐτὴν τῆς ἑστίας καὶ τοῦ ἱεροῦ παρθενῶνος γυναῖκα ἔθετο. *Herodot.* III, 83. *Thucyd.* VII, 80. *Eurip.* Hecuba v. 225. Hinc de gladio si usurpatum legitur, significat

2. *stringo, vagina extraho, exsero.* Sic Matth. XXVI, 51. ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν gladium e vagina duxit. Eodem sensu de gladio ἐκσπάω usurpatum legitur in vers. Alex. 1 Sam. XVII, 51. et σπάω 1 Paral. XI, 11. *Homer.* Odyss. XXII, 74. pro quo interdum etiam apud Græcos ἐξέλκειν legitur, v. c. *Eurip.* Hecuba v. 543.

3. *quacunque ratione aliquem abstraho, et persuasione et blanditiis avello.* Act. XX, 30. λαλοῦντες διεστραμμένα ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν errores tradentes, ut sibi multos sectatores et discipulos colligant. Sic *Ælian.* V. H. XIII, 32. σὺ μὲν γὰρ οὐδένα τῶν ἐμῶν δύνῃ ἀποσπᾶσαι, ἐγὼ δὲ, ἐὰν βούλωμαι, τοὺς σοὺς πάντας, ubi etiam de magistro, discipulos aliorum ad se pelliciente, sermo est. *Lucian. Lapith.* 26. Δίφιλος —— δύο ἤδη μαθητάς μου ἀποσπάσας.

4. ἀποσπάομαι idem est, quod ἀπέρχομαι, *abeo, discedo, recedo.* Luc. XXII, 41. ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολήν tum digressus ab iis fere lapidis jactum, ubi in quibusdam codicibus ἀπέστη legitur loco ἀπεσπάσθη. *Syrus* usus est voce ܦܪܩ *discessit* seu *secessit.* 2 Macc. XII, 10. ἐκεῖθεν δὲ ἀποσπασθέντων σταδίους ἐννέα. v. 17. *Xenoph. Anab.* VII, 3. 22. Confer *Hemsterhus.* ad *Lucianum* T. I. p. 256. qui bene monuit, ἀποσπᾶσθαι imprimis eos dici, qui *ab amicissimorum amplexu* vix divelli possunt ac discedere; quæ observatio egregie illustratur loco Act. XXI, 1. ἀποσπασθέντας ἀπ' αὐτῶν avulsos ab iis. Lectu digna de hoc verbo habet etiam *Abreschius* in Obss. Miscell. Vol. X, p. 210. et *D'Orville* ad *Charit.* III, 5. p. 388. ed. Lips.

ἈΠΟΣΤΑΣΙ΄Α, ας, ἡ, 1. proprie: *recessio, decessio*, ab ἀφίστημι *discedo, abscedo, recedo.*

2. *defectio, rebellio*, unde ἀποστάτης *apostata, rebellis, miles transfuga, religionis desertor.* Bis tantum legitur in N. T. Act. XXI, 21. ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως defectionem a religione Mosaica jubere. 2 Thess. II, 3. ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον nisi præcesserit prædicta illa defectio a religione Christiana puriore ad Judaismum et Paganismum, coll. 1 Tim. IV, 1. In vers. Alexandrina respondet Hebr. סָרָה Jerem. XXIX, 32. 1 Macc. IV, 15. οἱ καταναγκάζοντες τὴν ἀποστασίαν. Conf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 472.

ἈΠΟΣΤΑ΄ΣΙΟΝ, ίου, τὸ, 1. *repudium, divortium*, (ab ἀπόστασις *defectio, discessio*) quod Attic. Scriptores ἀποπομπὴν et ἀπόπεμψιν dixere. *Hesych.* ἀποστάσιον· τὸ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα καὶ γράψαι ἀποστάσιον. Matth. XIX, 7. βιβλίον ἀποστασίου libellus repudii סֵפֶר כְּרִיתֻת, ut Hebraice vocatur Deut. XXIV, 1. et 3. Ies. L, 1. Jerem. III, 8. Marc. X, 4. Deinde

2. per metonymiam: *libellus repudii, litteræ divortii, quas maritus dat uxori, quam repudio dimittit*, βιβλίον ἀποστασίου Matth. V, 31. δότω αὐτῇ ἀποστάσιον det illis scriptum repudii. *Syrus* ܟܬܒ ܦܛܘܪܐ. Sic et *repudium* apud Latinos usurpatur, v. c. *Sueton.* Calig. c. 36. " repudium ipse misit jussitque in acta referri." Exempla talis libelli repudii apud Hebræos dedit *Seldenus* Uxor Hebr. III, c. 24. p. 369.

ἈΠΟΣΤΕΓΑ΄ΖΩ, fut. άσω, *detego, tectum aufero, aperio tectum remo-*

vendis tegulis. Semel legitur in N. T. Marc. II, 4. ἀπεστέγασαν τὴν στεγὴν demoliti sunt tectum. (Ex ἀπὸ et στεγάζω *tego*, quod est a στέγη *tectum*.) *Strabo* Lib. IV, p. 304. et L. V. p. 542. eodem sensu hoc verbo usus est. Tecta vero in Palæstina non erant fastigiata, uti apud nos, sed plana, ut in iis deambulare possent. Confer infra sub στέγη, et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 558.

ΑΠΟΣΤΕΛΛΩ, fut. ελῶ. Proprie de personis adhibetur et significat

1. *mitto aliquem aliquo cum mandatis, lego vel ablego ad aliquid agendum vel expediendum*, et differt ab ἐπιστέλλω, quod de *iis* usurpatur, *qui per litteras aliquid nuntiant vel agunt*, uti docuit *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. XII, 1. p. 113. T. II. Speciatim autem dicitur de iis, *qui divina auctoritate jussi sunt homines docere iisque benefacere, qui sunt ornati munere prophetico.* Matth. II, 16. ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας et misit, qui necarent omnes pueros. Vide ad h. l. *Wetstenium.* Act. V, 21. X, 8. XIII, 15. in quibus locis homini, qui mittendo est superior, tribuitur. Joh. XVII, 8. καὶ ἐπίστευσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας. 1 Joh. IV, 9. ὅτι τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἀπέσταλκεν ὁ Θεὸς εἰς τὸν κόσμον. v. 10. καὶ ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἱλασμὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. et v. 14. ubi Deus dicitur filium suum unigenitum misisse in mundum, quatenus ei duplex munus demandavit, hominum felicitatem et doctrina sua et morte promovendi, non exclusa tamen notione originis Jesu longe sublimioris. Matth. X, 16. XI, 10. 1 Cor. I, 17. οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν non enim eo consilio mihi Christus munus apostolicum demandavit, ut baptizarem, Joh. XVII, 18.

2. *jubeo abire, ejicio, dimitto, jubeo abduci.* Marc. V, 10. ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀποστείλῃ ἔξω τῆς χώρας. coll. Luc. VIII, 31. ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοὺς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν. Marc. VIII, 26. καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Marc. XI, 1. 3. Joh. XVIII, 24. Luc. IV, 18. ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει ad dimittendum vulneratos in libertatem. Hebraicum שַׁלַּח ab Alex. non solum per ἐξαποστέλλω, Job. XXII, 9. Ies. XXVII, 8. sed etiam per ἐκβάλλω, Exod. XII, 33. Ps. XLIII, 3. redditur. *Xenoph. Anab.* II, 1. 5.—Haud raro tamen etiam de rebus usurpatur, et tunc est

3. *immitto*, v. c. de *falce.* Marc. IV, 29. εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον statim falcem immittit in fruges terræ; quam explicationem etiam usus loquendi apud Latinos admittit, ut vel proverbium illud tritum *falcem immittere in alienam messem* docet: nisi quis vertere malit: *messores cum falcibus mittit.* Si vero de doctrina dicitur, est

4. *trado, tradi jubeo.* Act. X, 36. τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ quod attinet ad doctrinam illam, quam Israëlitis tradendam curavit. Act. XIII, 26. ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπέσταλη vobis traditur hæc salutaris doctrina. Apoc. I, 1. ἀποστεῖλας, scil. τὴν ἀποκάλυψιν, revelationem cœlitus demissam. Jud. XI, 28. τῶν λόγων ὧν ἀπέστειλε πρὸς αὐτόν. Ps. CVII, 20. ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ. Ps. CXLVII, 18. Jer. IX, 7. coll. Ps. CIV, 30. *Coran. Sur.* III, 2. Sic etiam *mittere* pro *nunciare* ponitur. Vide *Burmann.* ad *Propert.* p. 577.

ΑΠΟΣΤΕΡΕΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. *defraudo, privo, damno afficio, noceo alteri, sive vi, sive fraude, sive convitiis, et calumniis, sive quacunque alia ratione:* respondet enim Hebraico עָשַׁק, Malach. III, 5. in versione Alexandrina. Marc. X, 19. μὴ ἀποστερήσῃς ne opprimas, injuria afficias alterum, ubi confer *Heupelii* notas. 1 Cor. VI, 8. ἀλλὰ ὑμεῖς ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, ubi ἀποστερεῖν sine dubio strictius sumendum est, ut sit: *res alienas suas reddere fraude et rapere.* Sirac. IV, 1. XXIX, 8. ἀπεστέρησεν αὐτὸν τῶν χρημάτων αὐτοῦ. v. 10. XXXIV, 25.

26. *Salmasius* in libro de Fœnore Trapezitico p. 267. et de Mutuo p. 166. hoc verbum, ait, proprie de *eo* dici, *qui debitum inficiatur, depositum negat et commodatum non reddit;* in quo consentientem habet Schol. *Aristoph.* Plut. v. 373. ἀποστερῶ ἐστὶν ὅταν παρακαταθήκην τινὸς λαβὼν εἰς διαβολὴν χωρήσω καὶ οὐκ ἐθέλω διδόναι αὐτῷ ὃ ἔλαβον. *Aristoph.* Nub. v. 1308. Passivum ἀποστερεῖσθαι *defraudari, privari, detrahi*, maxime de *iis* dicitur, *qui inviti fraudantur et opprimuntur.* Jac. V, 4. ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν ὁ ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν merces metentium a vobis detracta seu retenta, denegata. Deut. XXIV, 14. οὐκ ἀποστερήσεις μισθὸν πένητος. Mal. III, 5. ἐπὶ τοὺς ἀποστεροῦντας μισθὸν μισθωτοῦ. Interdum tamen etiam simpliciter *destitui, carere* notat, v. c. 1 Tim. VI, 5. ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας destituti cognitione veræ religionis. Medium ἀποστερέομαι *æquo animo me ab aliis fraudari et injuria affici patior.* Atque hoc omnino sensu occurrit 1 Cor. VI, 7. διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε; cur non damna et injurias æquo perfertis animo? Vide supra sub ἀδικέω, et *Dresig.* Commentar. de Verbis Mediis N. T. II, 3. p. 511. Restat locus 1 Cor. VII, 5. μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους ne recuset alter alteri usum corporis sui, debitum conjugale, ne alter ab altero se separet: ubi post ἀποστερεῖτε e. v. 3. verba τῆς ὀφειλῆς supplenda videntur.

ἈΠΟΣΤΟΛΗ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *missio, legatio, expeditio in terram aliquam suscepta,* (*Plutarch. Timol.* init.) et ex adjuncto: *donum, quod mittitur.* Est enim verbale a perf. Med. ἀπέσταλα, verbi ἀποστέλλω *mitto, ablego.* Sic Deut. XXII, 7. ubi τῷ שַׁלַּח in vers. Alexandrina respondet. 3. Esdr. IX, 52. 1 Macc. II, 18. ubi confer *Vulg.* et *Syr.* 2 Macc. III, 2. *Polyb.* XXVI, 7. 1. *Phavorin.* ἀποστολαί· δῶρα, ἀποπέμψεις.

2. *munus et officium Apostolorum J. C. Apostolatus.* Act. I, 25. λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς ut accipiat hoc munus apostolatus. Rom. I, 5. δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν cujus beneficio debemus munus apostolicum. 1 Cor. IX, 2. ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε vos estis certissimum documentum muneris mei apostolici. Galat. II, 8. ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς qui Petrum constituit apostolum Judæorum. Sæpius non legitur in N. T.

ἈΠΟΣΤΟΛΟΣ, ου, ὁ, 1. in universum: *omnis legatus et interpres voluntatis alicujus, missus cum mandatis ad expedienda negotia, cujuscunque sint generis.* Alex. hac voce exprimunt 1 Regg. XIV. 6. Hebraicum שָׁלוּחַ, quod non nude *nuntium*, sed *nuntium, vices mittentis gerentem*, indicat, et *Aquila* ea usus est pro Hebr. צִיר Ies. XVIII, 2. *Thom. M.* ἀπόστολος· ὁ ἀπεσταλμένος, qui et locum Demosthenis adducit, ubi vox eo sensu occurrit. Confer ibi Intt. *Tob. Eckhardi Technicam Sacram* p. 65. et *Vigerum* de Idiotismis Ling. Græcæ p. 303. ed. *Zeun.* Philipp. II, 25. ὑμῶν δὲ ἀπόστολον quem mihi misistis, ut meis vitæ necessitatibus serviret, coll. IV, 18. et II, 30. Joh. XIII, 16. οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτόν non est legatus major eo, qui eum misit. 2 Cor. VIII, 23. ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν legati ecclesiarum, coll. v. 19. Hebr. III, 1. Christus vocatur ἀπόστολος, a Deo missus in has terras, ut genus humanum restitueret. Apoc. II, 2. λέγοντας ἑαυτοὺς ἀποστόλους qui se legatos divinos jactant.

2. ἀπόστολοι κατ' ἐξοχὴν dicuntur in N. T. duodecim illi primarii religionis Christianæ doctores, quos Christus e reliquorum discipulorum turba selectos perpetuos sibi adjunxerat comites iisque hanc demandaverat provinciam, ut Judæis pariter ac paganis nomine suo et virtute divina instructi exponerent doctrinæ divinæ copias, quorum nomina recensuerunt

Matth. X, 1—4. Marc. III, 13—19. et Lucas VI, 13—16.

3. ἀπόστολος dicitur, *qui munus apostoli gerit.* Sic Rom. I, 1. Paulus κλητὸς ἀπόστολος vocatur. Rom. XI, 13. Paulus se vocat ἐθνῶν ἀπόστολον, quoniam scilicet in mandatis divinis habebat, non tam Judæis in Palæstina degentibus, quam Judæis et gentilibus, extra Palæstinam viventibus, tradere religionem Christianam.

4. Interdum ἀπόστολος *quilibet doctor ecclesiæ Christianæ* in N. T. vocatur, maxime autem *is, qui primus civitatem aliquam religione Christiana imbuit.* Rom. XVI, 7. οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις maxime illustres inter reliquos doctores Christianos. Act. XIV, 4. et 14. ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀπόστολοι Βαρνάβας καὶ Παῦλος. 1 Cor. IV, 9. coll. v. 6. Conf. *Valesium* ad *Eusebii* H. E. p. 19.

ἈΠΟΣΤΟΜΑΤΊΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie: *e tempore loquor, memoriter aliquid recito.* *Timæus* Lex. Platon. ἀποστοματίζειν· ἀπὸ μνήμης λέγειν. conf. ad h. l. *Ruhnkenium* p. 31. Interdum etiam transitive usurpatur, ut sit idem, quod ἀποστομίζω, quod *Hesychius* interpretatur ἀπὸ μνήμης ἀξιῶ λέγειν, *memoriter recitare jubeo.* Utrumque apud *Platonem* in *Euthydemo* p. 14. Tom. III. Opp. ed. Bipont. ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστής, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παιδῶν τὰ ἀποστοματιζόμενα. *Pollux* Onomast. II, c. 4. s. 23. ἀποστοματίζεσθαι δὲ τοὺς παῖδας Πλάτων που λέγει ἤγουν ὑπὸ τῶν διδασκάλων ἐρωτᾶσθαι τὰ μαθήματα, ὡς ἀπὸ στόματος λέγειν—λέγεται δὲ τὶ ἀπὸ τοῦ στόματος λέγειν ἐπὶ τοῦ ἀγράφου λόγου. Vide *Wetstenii* N. T. T. I. p. 732.

2. In N. T. libris etiam transitive usurpatur et significat: *exigere, ut alter aliquid sine prævia meditatione dicat et respondeat,* et ex adjuncto: *proponere alicui quæstiones maxime captiosas et sermones ejus aucupari.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XI, 53. ἤρξαντο οἱ Φαρισαῖοι ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων incipiebant Pharisæi eum variis quæstionibus captiosis exercere et ad responsa sollicitare. *Vulgatus: os opprimere. Syrus: impedire sermones.* Uterque vel ἐπιστομίζειν in suo codice habuit vel sensum liberius expressit. Rectius *Theophyl.* ἀντὶ τοῦ παγιδεύειν αὐτὸν καὶ ἀπὸ τοῦ στόματος κρατεῖν positum esse monuit.

ἈΠΟΣΤΡΈΦΩ, fut. έψω, 1. *averto alterum, vel aliquid alieno,* et ex adjuncto: *abstraho, abduco, removeo,* vel sensu proprio vel metaphorico. 2 Tim. IV, 4. καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσιν et aures avertent a vera doctrina, seu, et assensum non præbebunt. Rom. XI, 26. καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ et removebit omnia peccata seu peccatorum pœnas a Jacobitis. coll. v. 27. ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας. Locus Act. III, 26. ubi leguntur verba: ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν ambiguitate quadam laborat: nam æque commode reddi potest, *ut vos abstraheret ab omni vitiositate,* ac ita: *ut averteret se quisque a pravitate.* Sirac. IV, 4. μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ πτωχοῦ. v. 5. IX, 8. XVII, 23. καὶ ἀπόστρεφε (scil. σεαυτὸν) ἀπὸ ἀδικίας. XXIII, 5.

2. *reduco, refero, reddo.* Sic v. c. si de gladio usurpatur, notat: *iterum inserere* seu *immittere gladium vaginæ.* Matth. XXVI, 52. ἀπόστρεψόν σου τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς conde iterum gladium tuum vagina; ad imitationem Hebraici הֲשִׁיב Gen. XIV, 16. XLIII, 12. וְיָשֹׁב חַרְבּוֹ אֶל־נַדָּנָהּ 1 Chron. XXI, 27. Matth. XXVII, 3. ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσι reddidit triginta siclos pontificibus. Ita הֲשִׁיב Genes. XXVIII, 15. Exod. XXIII, 4. ἀποστρέψας ἀποδώσεις αὐτῷ.

3. *ad defectionem sollicito, concito ad rebellionem.* Luc. XXIII, 14. ὡς ἀποστρέφοντα τὸν λαὸν velut avertentem populum, scilicet ab obedientia erga Cæsarem. In cod. quibusdam διαστρέφοντα legitur. Sirac. XLVI, 13. καὶ ὅσοι οὐκ ἀπεστράφησαν ἀπὸ Κυρίου. Medium ἀποστρέφομαι

4. *aversor, fastidio*, et ex adjuncto: *repudio, repello.* Matth. V, 42. καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείζειν μὴ ἀποστραφῇς et eum, qui vult a te mutuum accipere, ne repellito. Hebr. XII, 25. οἱ τὸν ἀπ' οὐρανῶν ἀποστρεφόμενοι doctorem illum cœlestem repudiantes. 3 Macc. III, 23. Sap. XVI, 22. *Polyb.* IX, 39. 6. *Aristænet.* I, ep. 26. ἀποστρέφομαι τὸν νέον, καίπερ ὄντα καλόν. *Ælian.* V. H. XII, 1. καὶ προσιόντα μὴ ἀποστραφῆναι. *Diogen. Laërt.* Proœm. I, 5. 4. Gloss. ἀποστρέφομαι *fastidio, aversor.* Conf. *Alberti* Obss. Phil. p. 43. Proprie enim ἀποστρέφομαι significat: *me ipsum averto ab aliquo. Hesych.* ἀποστρέφεται· ἀποτρέπει τὸ πρόσωπον. Adde *Phavorin. Herodian.* III, 2. 5. ἀλλ' ἀποστρέφεσθαι καὶ κάτω βλέπειν. *Ælian.* V. H. XIV, 26. Conf. *Krebs.* Obss. Flav. p. 22.

5. *abeo, discedo, fugio alicujus consortium.* Sic 2 Tim. I, 15. ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ defecisse a me, seu, deseruisse me omnes, qui sunt in Asia. *Herodian.* II, 5. 14. Tit. I, 14. ἀνθρώπων ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν hominum, qui a vera religione Christiana defecerunt.

ΑΠΟΣΤΥΓΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *ingenti persequor odio, totus abhorreo, aversor, detestor*, et ex adjuncto: *fugio*, ex ἀπὸ, quod h. l. significationem intendit (monente *Eustathio* in Il. α΄. p. 58. 49.) et στυγέω *odio habeo, abhorreo.* Rom. XII, 9. ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν adversantes seu fugientes omnis generis injurias. *Herodot.* II, 47. VI, 129. *Sophocl. Œdip. Colon.* 178. *Hesychius, Suidas* et *Theodoret.* ἀποστυγοῦντες· μισοῦντες. Confer *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 478.

ΑΠΟΣΥΝΆΓΩΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ex ἀπὸ et συναγωγή. Quia vox συναγωγὴ latissime patet, et non solum *conventus sacros et religiosos*, sed etiam *societatem civilem et familiarem consuetudinem* significat, interdum adeo *locum, in quo homines convenire solent quacunque de causa*, indicat, videtur etiam adjectivum ἀποσυνάγωγος æque late patere, et notare *omnem, qui sacris prohibebatur apud Judæos, et ex cœtu adeo et consuetudine Judæorum ejiciebatur excommunicatus, de synagoga ejectus.* Ter tantum legitur in N. T. Joh. IX, 22. συνετέθειντο οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα, ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν ἀποσυνάγωγος γένηται. ib. XII, 42. ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται. et XVI, 2. ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς. Apud Judæos vero illum, cui conventibus religiosis in templo et synagogis interesse non licebat, quem unusquisque ceu pestem fugiebat, ut adeo ab hominum consortio plane exclusus esset. Cf. *Seldenum* de Synedriis I, c. 7. et de Jure Naturæ et Gentium IV, c. 19. *Pfaff.* Origines Juris Eccles. p. 99. Excommunicatio ipsa a Judæis חֵרֶם et שַׁמַּתָּא vocabatur. In usu autem apud Judæos legimus tres excommunicationis species fuisse, quarum prima, dicta נְהִי, quæ mensis tantum spatium durabat, ab uxoris adeo et domesticorum consuetudine ad quatuor cubitos excludebat. Secunda species excommunicationis חֵרֶם dicebatur et erat exclusio a conventibus sacris solemnis cum maledictionibus ac diris, quæ fieri solebat a cœtu Decemvirorum. Tertia denique excommunicationis species שַׁמַּתָּא vocabatur, quæ erat durissima et gravissima, utpote qua efficiebatur, ut homo nunquam ad cœtum Judæorum redire posset. Confer *Buxtorf.* Lex. Talmud. et Rabbin. p. 827. 1303. et 2462. et *Welstenii N. T.* T. I. p. 904.

ΑΠΟΤΆΣΣΩ, fut. άξω, Attice ΑΠΟΤΆΤΤΩ, *certo in ordine colloco, dispono, secerno aliquid a reliquis.* 1 Macc. XI, 3. ἀπέταξε τὰς δυνάμεις. Hinc Passivum ἀποτάσσομαι vel ἀποτάττομαι notat: *disponor, secernor ab aliis. Josephus* B. J. II, c. 4. §. 2. οὐκ ἂν ἀποτάσσοιντο τοῦ μαχίμου, h. e. haud secerni debeant a viris militaribus, — Medium vel potius Medio-Activum ἀποτάσσομαι significat in N. T.

1. *valedico, jubeo valere*, ita, ut dativus personæ addatur. *Theophylactus* ad Luc. IX, 61. per ἀποχαιρετίσαι, h. e. λέγειν χαίρειν interpretatus est. Act. XVIII. 18. τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος vale dicto Christianis. ibid. v. 21. ἀσπασάμενος τὴν ἐκκλησίαν salutato Christianorum cœtu. 2 Cor. II, 13. ἀλλὰ ἀποταξάμενος αὐτοῖς ἐξῆλθον εἰς Μακεδονίαν sed iis valedixi et in Macedoniam abii. *Phrynichus* in Eclogis p. 10. formulam: ἀποτάσσεσθαι τινὶ barbaram et peregrinam dixit: "Ἀποτάσσομαί σοι, inquit, ἔμφυλον πάνυ. χρὴ γὰρ λέγειν ἀσπάζομαί σε. Οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἀρχαῖοι εὑρίσκονται λέγοντες, ἐπειδὰν ἀπαλλάττωνται ἀλλήλων." quam observationem repetiit *Phavorinus* in Lexico suo et *Salmasius* de Lingua Hellenistica p. 98. *Joseph.* A. J. VIII, c. 13. §. 7. ubi cum ἀσπάζεσθαι permutatur.

2. *dimitto aliquem cum mandatis, amando.* Marc. VI, 46. καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς: *Vulgatus: et cum dimisisset eos*, scilicet *turbam*, coll. v. 45. et Matth. XIV, 23. ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, nisi quis eorum sententiæ accedere malit, qui ἀποτάσσεσθαι τινὶ a Marco eodem sensu sumtum esse statuunt, quo ἀσπάζεσθαι τινὰ in Atticorum lingua haud raro reperiri constat, (v. c. *Xenoph.* Cyrop. II, 1. 1.) ut sit: *ab aliquo ita discedere, ut eum salutes atque valere jubeas. Joseph.* A. J. XI, cap. 8. §. 6. τοῖς Σικεμίταις οὕτως ἀπετάξατο.

3. *mandata alicui do*, ut sit idem, quod συντάσσομαι. Luc. IX, 61. πρῶτον ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου permitte, ut prius res meas domesticas curem, aut mandem domesticis meis aliqua. Conf. *Heinsii* Exercitt. Sacr. p. 161. Alii tamen etiam h. l. per *valedicere* exponunt. Denique sensu translato,

4. ut Latinum *valedico, renuntio, nuntium remitto, missum facio*, et ex adjuncto: *despicio, sperno, negligo.* Sic Luc. XIV, 33. ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν qui non renuntiare paratus est omnibus suis facultatibus. Ita enim apud *Josephum* A. J. XI, c. 6. §. 8. τροφὴ καὶ ποτῷ καὶ τοῖς ἡδέσιν ἀποταξαμένη τρισὶν ἡμέραις. *Euseb.* H. E. II, 17. πάσαις ἀποταξαμένους ταῖς τοῦ βίου φροντίσιν. ibid. ἀπόταξις τῆς οὐσίας legitur. Eleganter de hac voce pro more suo egit *Fischerus* de Vitiis Lexicorum N. T. Prolus. XXXI, p. 17. seq.

Ἀποτελέω, ῶ, fut. έσω, *perficio, perago, ad finem perduco*, (Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 662.) interdum adeo *efficio*, v. c. 2 Macc. XV, 39. ἐπιτερπῆ τὴν χάριν ἀποτελεῖ. Conf. *Schweighæuser Lex. Polyb. s. h. v. Hesych.* ἀπετέλεσεν· ἀπήρτισεν. — ἀπετέλουν. ἀπεπλήρουν. Jacob. I, 15. ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα peccatum peractum, postquam ad finem perductum est. Compositum est ex ἀπὸ et τελέω, quod est a τέλος *finis*. Ἀποτελεσθεὶς Græcis etiam dicitur *adultus, qui ad maturitatem pervenit.*

Ἀποτίθημι, fut. θήσω: Medium Ἀποτίθεμαι,

1. proprie notat: *ad futuros usus repono, recondo, depono, demando alicujus curæ. Suid.* ἀποθέσθαι· ἀποθησαύρίσαι, ἀποταμιεῦσαι· *Hesych.* ἀποτίθεται· συνάγει εἰς τὰς ἀποθήκας. Sic legitur in N. T. Act. VII, 58. καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν et testes deposuerunt vestes suas. *Xenoph. Cyrop.* VI, 1. 11.

2. *depono, exuo, abjicio*, v. c. vestes, coronam, vasa. *Herodian.* IV, 7. 5. πολλάκις τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀποθέμενος χλαμύδα. *Ælian.* V. H. III, 3. ὁ Ξενοφῶν ἀπέθετο τὸν στέφανον. Ezech. XXI, 26. ἀπόθου τὸν στέφανον. 1 Regg. XVII, 12. *Hesych.* ἀπόθου· θές. Hinc transfertur etiam ad alias res et metaphorice usurpatur, ut Latinum *deponere*, et significat

2. *abstinere, renunciare, adversari, respuere.* Rom. XIII, 12. ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους deponamus igitur omnem vitiositatem. Ephes. IV, 22. In utroque loco τῷ ἐνδύσασθαι opponitur. ibid. v. 25. ἀποθέμενοι τὸ ψεύδος aversemini omnis generis mendacia. (*Lucian. D. mort.* X, 8.) Coloss. III,

8. ἀποθέσθε ὑμεῖς τὰ πάντα renunciate vitiositati omnis generis. Hebr. VII, 8. conf. sub ὄγκος. Jacob. I, 21. 1 Petr. II, 1. Simili sensu hæc vox legitur apud *Hesiod.* Opera et Dies II, 380. ubi φήμη κακὴ dicitur κούφη μὲν ἀεῖραι, χαλεπὴ δὲ ἀποθέσθαι. *Dionys. Halic.* IX, 33. καὶ ἀποθέσθαι τὴν ὀργήν. Alia loca Græcorum dedit *Schwarzius* in Commentar. L. Gr. p. 177.

ἈΠΟΤΙΝΆΣΣΩ, fut. άξω, *excutio, decutio,* ex ἀπὸ et τινάσσω *quatio, concutio.* Bis tantum legitur in N. T. libris. Luc. IX, 5. τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀποτινάξατε collectum adeo pulverem a pedibus vestris excutite. Act. XXVIII, 5. ἀποτινάξας τὸ θηρίον εἰς τὸ πῦρ postquam excusserat bestiam in ignem. In vers. Alex. respondet Hebraicis נָטַשׁ, 1 Sam. X, 2. et נָאַר Thren. II, 7.

ἈΠΟΤΊΩ, fut. ίσω, pro quo etiam interdum ἀποτίνω legitur et ἀποτιννυώ, *rependo, solvo, compenso, reddo,* et quidem in utramque partem. Tantum legitur in ep. ad Philem. v. 19. ἐγὼ ἀποτίσω ego restituam tibi damnum ab eo illatum: ubi in quibusdam codd. ἀποδώσω e glossemate legitur. *Homer. Il.* I, 128. τριπλῇ — ἀποτίσομεν. Alexandrini sæpius usi sunt hac voce pro שָׁלַם, 1 Sam. XXIV, 19. Job. XXXIV, 33. pro נָתַן, Exod. XXI, 19. et pro שָׁקַל, Exod. XXII, 17. *Hesych.* ἀπέτισεν· ἀπέδωκεν. *Etym. M.* ἀποτίσας· ἀποδούς. καὶ ἀποτίσῃ δίκην, ἀποδῷ τιμωρίαν. Adde *Phavorin.* Compositum est ex ἀπὸ et τίω vel τινύω, de quibus verbis lectu digna habet *Küsterus* de Verbis Mediis II, 12. p. 91. seq.

ἈΠΟΤΟΛΜΆΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. *audeo, audacia utor,* ex ἀπὸ et τολμάω, *Æschin. c. Ctesiph.* p. 521. et 547. ed. *Reiske* ἀπετόλμα δὲ λέγειν. *Plutarch.* de *educat. liber.* p. 11. D. *Polyb.* II, 45. 2. 2. *libertate dicendi et agendi utor.* Rom. X, 20. Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει, pro ἀπετόλμησε λέγειν, Iesaias autem ingenue professus est. Alii vertunt simpliciter: *Iesaias dixit,* quoniam ἀποτολμᾷν, aliis verbis junctum, interdum abundat. Sed series orationis priorem commendat explicationem.

ἈΠΟΤΟΜΊΑ, ας, ἡ. 1. proprie: *exsectio, resectio, abscissio, incisio,* ab ἀποτέμνω, *abscindo, reseco.* Tribuitur maxime medicis, qui noxias corporis partes secant, ne latius serpat malum et partes generosiores lædantur. Conf. *Cuperi* Observatt. II, 19.

2. metaphorice: *rigor, severitas in judicando, reprehendendo, puniendo.* Semel in N. T. legitur Rom. XI, 22. ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν τοῦ Θεοῦ ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας ἀποτομίαν vide et perpende quanta sit Dei benignitas et in puniendo severitas; severitas nempe in puniendis Judæis contumacibus: ubi tamen, ut hoc obiter moneam, metaphoram non a medicis, membra infecta rescindentibus, sed potius ab hortulanis, ramos steriles et inutiles amputantibus, et e stirpe sua exscindentibus, petitam esse, omnis orationis series (coll. v. 17. 18—21.) docet. In versione Alexandrina hoc vocabulum non legitur, nisi in *Symmachi* reliquiis, ubi Hebraico פֶּרֶק Nahum III, 1. ita respondet, ut ei vel notio *crudelitatis* vel *deprædationis* subjecta videatur. Apud *Diodorum Sic.* XII, 16. ἀποτομία τῶν νόμων *rigor legum* occurrit. *Plutarch.* de *liber. educ.* p. 13. D. τὴν τῶν ἐπιτιμημάτων ἀποτομίαν τῇ πραότητι μιγνῦναι. *Philo adv. Flaccum* T. II, p. 521. 11. ed. *Mangey. Suid.* ἀποτομία· τραχύτης, ἐναντίωσις.

ἈΠΟΤΌΜΩΣ. Adverbium. 1. proprie: *abscisse, præcise, abrupte,* ab ἀπότομος, quod interdum de petris abruptis dicitur, v. c. apud *Polyb.* XII, 17. 5. et 22. 4.

2. metaphorice: *severe, rigide, acriter,* omnibus quasi ad vivum resectis. Bis legitur in N. T. 2 Cor. XIII, 10. ἵνα παρὼν μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι ne, quum præsens fuero, opus mihi sit severe vobiscum agere, seu, duriter vos tractare. Tit. I, 13. ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως redargue eos severe, rigide. Adverbium hoc nusquam in verss. Græcis V. T. legitur, nisi Sapient. V, 22.

ποταμοὶ δὲ συγκλύσουσιν ἀποτόμως, ubi ἀποτόμως vertendum videtur: *tanquam de petra prærupta*, h. e. *vehementer, cum impetu*. *Polyb.* XVII, 11. 2. κατηγόρουν ἀποτόμως τοῦ Φιλίππου, *Hesych.* ἀποτόμως· ἀπαραιτήτως, σκληρῶς. *Phavorin.* ἀποτόμως· κεκριμένως, σκληρῶς. Eo frequentius legitur adjectivum ἀποτόμος hoc sensu. *Longin.* de Sublim. 27. ἀπότομος ἀπειλὴ severa comminatio. Sapient. V, 20. ἀπότομος ὀργή. VI, 6. κρίσις ἀπότομος. XII, 9. XVIII, 15. Sic etiam *abscissus* apud Latinos legitur, v. c. *Valer. Max.* VI, 3. 10. abscissa sententia, h. e. rigidior, durior. et II, 7. 14. asperum et abscissum castigationis genus.

ἈΠΟΤΡΈΠΩ, fut ἕψω, *averto, deflecto, avoco, deterreo, dehortor alterum*, ex ἀπὸ et τρέπω *verto*. Sirac. XX, 29. καὶ ὡς φιμὸς ἐν στόματι ἀποτρέπει ἐλεγμούς. *Aristoteles* Ethic. X, 16. ubi ἀποτρέπειν est: aliquem de sua sententia dimovere. *Xenoph.* de Venat. III, §. 11. Medium ἀποτρέπομαι *me ipsum averto, avoco, dehortor* h. e. *pedem refero ex aliquo loco, fugio et aversor aliquid*. In *revertendi* notione legitur apud *Thucydidem* VI, 65. ἀποτρεπόμενοι ἐξοήθουν ἐπὶ τὴν πόλιν. *Aversandi* et *vitandi* significationem vero habet in 2 Tim. III, 5. καὶ τούτους ἀποτρέπου cum istis familiarem consuetudinem inire noli. *Plutarch. Fab.* p. 183. E. ταύτην μὲν ἀπετρέψατο τὴν δέησιν.

ἈΠΟΥΣΊΑ, ας, ἡ, *absentia*. Est nomen participiale, descendens a participio, ἀπὼν, οὖσα, ὀν, *absens*, verbi ἄπειμι *absum*. Legitur in N. T. tantum Philipp. II, 12. ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου in absentia mea.

ἈΠΟΦΈΡΩ, perf. ἠνεγκα, *aufero, abduco*. Marc. XV, 1. δήσαντες τὸν Ἰησοῦν ἀπήνεγκαν καὶ παρέδωκαν τῷ Πιλάτῳ et Jesum ligatum abduxerunt. *Xenoph. Cyrop.* II, 4. 14.

2. ex adjuncto: *perfero, transporto*. Luc. XVI, 22. καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς κόλπον Ἀβραάμ. Cf. infra sub κόλπος. 1 Cor. XVI, 3. ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς Ἱερουσαλήμ ut collectam a vobis pecuniam Hierosolymas perferant. Apoc. XVII, 3. XXI, 10. Sæpius in N. T. non legitur. Ps. XLV, 14. αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονταί σοι, uti Hebr. חֻבָּיא respondet. Hos. X, 6. ἀπήνεγκαν ξένια τῷ βασιλεῖ, in Hebraico הוֹבִיל legitur.

ἈΠΟΦΕΎΓΟ, fut. εὔξομαι, *effugio, evado*. Sensu metaphorico tantum in N. T. libris usurpatum reperitur 2 Petr. I, 4. ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς effugientes perniciem, quæ hominibus infertur cupiditatibus pravis; ubi vid. *Wetstenius N. T.* T. II, p. 699. ib. II, 18. τοὺς ὀλίγως ἀποφυγόντας τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους qui ad breve tempus effugerunt scelestam vivendi rationem, et v. 20. ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου deponentes sordes peccatorum, quibus homines se vulgo inquinare solent. Sæpius in N. T. non reperitur. In aliis vero Græcis Scriptoribus maxime de *iis* usurpatur, *qui absolvuntur in judicio*. Cf. Intt. ad *Thom. M.* sub φεύγω p. m. 892. seq.

ἈΠΟΦΘΈΓΓΟΜΑΙ, fut. ἔγξομαι, *eloquor, orationem habeo, verba profero*, ex ἀπὸ et φθέγγομαι *sonum edo, loquor*. Speciatim de *iis* usurpatur, *qui sententiose dicunt, aut futura prædicunt*, unde ἀπόφθεγμα *scite dictum, dictum sententiosum, oraculum*, σύντομον λόγον, μάντευμα, *Hesychio* interprete, significat. In versione Alex. hanc ipsam ob causam Hebraicis נָבָא 1 Chron. XXV, 1. et קָסַם *futura prædixit*, Ezech. XIII, 6. respondet. Maxime autem in hac significatione ἀποφθέγγεσθαι reperitur usurpatum a *Diogene Laërtio*, v. c. I, 73. et 79. *Cic. Off.* I. c. 29. ut docuit jam *Elsnerus Obss. S. T.* I. p. 365. et *Kypkius*, T. II. p. 12. Act. II, 4. καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι prout sensus animi facultatem illis dabant enunciandi, ibid. v. 14. ἀπεφθέγξατο et ita eos allocutus seu affatus est. ib. XXVI, 25. ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι vera et sana loquor. *Diog. Laërt.* I, 63. *Philo* de *vita Mosis* T. II, p. 139. 32. ed. *Mangey*.

ἈΠΟΦΟΡΤΊΖΟΜΑΙ, *onus depono, onus levo, exonero.* (ex ἀπὸ et φόρτος *onus.*) Semel legitur in N. T. Act. XXI, 3. ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον, ubi exoneraturum erat navigium onus. Vox propria *nautarum* et *mercatorum*, qui naves exonerant, ut e loco *Gregorii Nazianzeni Orat.* XXVII, p. 471. ἀποφορτίσαι τι τῆς νηὸς, ἵνα πλέῃς κουφότερος, ad *Hesychium* probavit post *H. Stephanum Abreschius. Dionys. Hal. Ant.* III, 44. *Hesych.* ἀποφορτίσασθαι· τὸ βάρος ῥίψαι. *Suid.* ἀποβαλεῖν φορτίον. *Pollux Onom.* I, 99. ἀποφορτίσασθαι· κουφίσαι τὴν ναῦν, ἐκζολὴν ποιήσασθαι τῶν φορτίων.

ἈΠΌΧΡΗΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *abusus*, ab ἀποχράομαι *abutor*, sed quia hoc verbum etiam de iis usurpatur, qui aliqua re utuntur, et usu atterunt atque consumunt, (*Polyb.* I, 45. 2. XVII, 15. 9.) factum est, ut ἀπόχρησις interdum idem esset, quod χρῆσις, et 2. *usum, consumtionem alicujus rei per usum* significaret. Et in hoc sensu accipienda videtur hæc vox in loco Coloss. II, 22. ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει quarum rerum usus perniciem et maximas pœnas affert. Sermo autem ibi est de rebus, quarum usus lege Mosaica Judæis interdictus erat. Cf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 489.

ἈΠΟΧΩΡΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *discedo, abscedo, recedo.* Luc. IX, 39. καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ et vix ab eo discedit dæmon. Nos diceremus: der Paroxysmus verlaßt ihn nicht eher, *The fit did not leave him sooner.* Matth. VII, 23. ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Ps. VI, 9. est: ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, Hebr. סוּרוּ מִמֶּנִּי. Act. XIII, 13. Ἰωάννης δὲ ἀποχωρήσας ἀπ' αὐτῶν Johannes autem, iis relictis, Hierosolymam revertitur. *Polyb.* I, 9. 5. IV, 64. 7. *Xenoph. Cyrop.* IV, 5. 7.

ἈΠΟΧΩΡΊΖΩ, fut. ίσω, *separo, sejungo, dirimo, segrego, divello.* Passivum ἀποχωρίζομαι *sejungor, discedo, abeo*, et ex adjuncto: *evanesco.* Act. XV, 39. ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων adeo, ut alter ab altero discederet, seu ut a se invicem sejungerentur. Apoc. VI, 14. καὶ ὁ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη, scil. ἀπ' ὄψεως, densis nimirum nubibus ejus conspectum adimentibus, seu, serena cœli facies prorsus evanuit. Sæpius non extat in N. T.

ἈΠΟΨΎΧΩ, fut. ύξω, 1. proprie: *exhalo, exspiro animam, morior, viribus et anima deficio.* Omissum est τὸν βίον, quod additum legitur apud *Sophocl, Aj. Flagell.* v. 1656. ἓς τ' ἀπέψυξεν βίον. *Longin.* de *Sublim.* c. 42. Cf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 800. *Suid.* ἀποψύχειν· ἀποθνήσκειν.

2. metaphorice: *animi deliquium patior*, i. q. λειποθυμέω, et speciatim de *iis* usurpatur, *qui præ anxietate et timore animo linquuntur et deficiunt.* Sic Luc. XXI, 26. ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου, coll. Matth. XXVIII, 4. tanta tunc temporis erit anxietas, ut homines præ ea toti exanimari videantur. *Syrus:* ܐܬܕܚܠ ܒܟܠ ܚܕ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܢܦܫܗܘܢ ܡܬܒܥܝܢ ܠܡܚܙܐ. Eodem modo voce ἀποψύχειν usus est *Homer. Odyss.* XXIV, 347. *Arrian. Diss. Epictet.* III, 26. κἄν τινα ὑμῶν ἴδῃ μόνον συνεστραμμένῳ βλέμματι ἀποψυχόμενον. *Eustath.* ἀποψύχειν· ἀπὸ ψυχῆς γίνεσθαι λειποθυμοῦντα ἢ καὶ ἀποθνήσκοντα. Nec alio modo verbum *exspirare* adhibitum legitur a *Seneca Nat. Quæst.* II. cap. 59. "Si pavescis ad cœli fragorem nubiumve trepidas, quoties aliquid effulsit, exspiras." De simili usu verbi *exanimari* apud Latinos (v. c. *Terent. Andr.* I, 5. 17.) satis constat.

Ἄππιος, ου, ὁ, *Appius.* Ἄππιος φόρος *forum Appium.* Nomen oppidi Italiæ, quatuor fere milliaria a Roma distantis, ita sine dubio dicti ob *viam Appiam*, quæ ab *Appio Claudio Cæco*, Censore Romano, saxo quadrato strata erat et per portam Capenam ducebat Capuam. Ad hunc locum Paulus venit, cum Romam duceretur, teste Luca Act. XXVIII, 15. ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν ἡμῖν ἄχρις Ἀππίου Φόρου καὶ

Τριῶν Ταβερνῶν. *Cic.* ad *Attic.* Lib. II, Ep. 10. 13. Ab *Appii Foro* hora quarta dederam aliam paulo ante a *Tribus Tabernis.* Cf. etiam *M. Antonini* Imp. *Itinerar.* p. 107. ed. *Wesselingii*, et *C. G. Schwarzii* D. de *foro Appii et tribus tabernis.* Altorf. 1746. 4.

ἈΠΡΌΣΙΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie sensu physico: *inaccessus, ad quem aditus non patet,* qui reliquis Græcis ἄξεστος, (*Eurip. Phœn.* 816. φῶς ἄξεστον.) etiam ἀνέμβατος dicitur, ex α priv. et πρόσειμι *accedo, adeo,* cui opponitur πρόσιτος *accessu facilis.* *Hesych.* ἀπρόσιτος· ἀπροσπέλαστος, ἀπάνθρωπος. *Etym. M.* ἀπρόσιτος, πρὸς ὃν τις πορευθῆναι οὐ δύναται. Πρόσιτος, πρὸς ὃν τις εὐχερῶς πορεύεται. *Philo* de *Vita Mosis* T. II. p. 146. 11. ed. *Mangey:* ὄρος —— ἀπρόσιτον καὶ ἄξεστον. *Diod. Sic.* I, 32. *Polyb.* III, 49. 7. et IX, 27. 6.

2. metaphorice: *qui non satis intelligi et mente comprehendi potest, qui omnem captum et facultatem intelligendi humanam excedit,* ἀχώρητος, ut *Hesychius* interpretatur. Sic in N. T. semel legitur 1 Tim. VI, 16. ubi Deus dicitur φῶς οἰκεῖν ἀπρόσιτον lucem inhabitare inaccessam, h. e. partim eum oculis cerni *non posse,* partim ejus majestatem omnium creaturarum intellectum longe superare. *Suidas* ex *Chrysostomi Homil.* III. de Incomprehensibili hunc locum respiciens, ἀπρόσιτον· ὃ μηδὲ ἐρεύνης ἀνέχεται τὴν ἀρχὴν—ὃ μηδὲ τὴν ἀρχὴν δυνατὸν ἐρευνηθῆναι· οἷον περὶ Θεοῦ οὐσίας.

ἈΠΡΌΣΚΟΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Pertinet hoc adjectivum ad numerum eorum, quæ cum activam, tum passivam significationem habent, de quibus pro more suo docte disputavit *Hemsterhus.* ad *Lucianum* T. I. p. 179. et *Abreschius* ad *Æschylum* Lib. III, p. 11. Compositum est ex α priv. et προσκόπτω *impingo, allido,* adeoque proprie

1. partim *eum* notat, *qui inoffenso pede procedit, cujus pedes non impingunt, in nullum incurrunt offendiculum,* teste *Eustathio.* p. 1591. partim *eum, qui aliis incedentibus nullum objicit offendiculum.* Sirac. XXXII, 24. *Hesych.* et *Suid.* ἀπρόσκοπος· ἀσκανδάλιστος. Sed in hac propria notione nuspiam legitur in N. T. in quo potius ἀπρόσκοπος metaphorice

2. *is* dicitur, *qui non locum facit peccato alterius, qui non committit aliquid, ut exinde alter in errorem incidat aut ad peccatum alliciatur.* 1 Cor. X, 32. ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι ne occasionem peccandi præbeatis Judæis æque ac Gentilibus. Male *Theophyl.* μηδεμίαν μηδενὶ ψόγου παρέχοντες ἀφορμήν: rectius vero *Theodoretus* interpretatus est: ἐξ ὑμῶν πρόφασις σκανδάλου μηδεμία γινέσθω. *Alberti Gloss. N. T.* p. 130. ἀπρόσκοπον· μηδενὶ σκανδάλου ἀφορμὴν ἔχοντες, h. e. παρέχοντες.

3. *is, in quo nihil est, quod jure reprehendi possit, ab omni errore et vitio alienus, inculpatus, irreprehensus, integer, perfectus.* i. q. ἄμεμπτος. Philipp. I, 10. ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι ut sitis integri ac perfecti. Act. XXIV, 16. ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν πρὸς τὸν Θεὸν ut habeam animum nullius malefacti erga Deum sibi conscium, animum, qui me ἀπρόσκοπον, integrum scelerisque purum judicat.

ἈΠΡΟΣΩΠΌΛΗΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *is* dicitur, *qui personarum nullum respectum habet nec se nimio rerum externarum,* v. c. dignitatis, opum, cognationis, potentiæ, *amore et studio regi patitur.* Adverbium

ἈΠΡΟΣΩΠΟΛΉΠΤΩΣ, *citra personarum respectum, simpliciter et sine omnium partium studio.* Sic in N. T. semel legitur 1 Petr. I, 17. ubi Deus dicitur ἀπροσωπολήπτως κρίνων κατὰ τοῦ ἑκάστου ἔργον sine partium studio de cujusque factis judicans; in quo est descriptio justitiæ divinæ. Conf. infra sub πρόσωπον.

ἌΠΤΑΙΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *non impingens, qui incedens non offendit pedem, immunis a lapsu,* ex α priv. et πταίω *impingo, labor.* Sic *Xenoph.* de *Re equestri* c. I. §. 6. ἀπταιστότερον τὸν ἵππον παρέχει. *Plutarch. Fab.* p. 190. B. ἀσφαλὴς καὶ ἄπταιστος.

2. metaphorice: ἄπταιστος dicitur, uti ἀπρόσκοπος, *is, qui nullius insimu-*

lari potest culpæ, et omni caret reprehensione, vacuus vitiositate. Sic semel legitur Jud. v. 24. τῷ δὲ δυναμένῳ φυλάξαι ὑμᾶς ἀπταίστους ei vero, qui vos conservare potest integros, perfectos, irreprehensibiles, ubi cum ἄμωμος permutatur. 3 Macc. VI, 39. *Lucian. Amor.* T. II. p. 449. ed. *Reitz.* δι' ἀπταίστου καὶ ἀκλινοῦς βίου ἀλύπως εἰς γῆρας ὁδεῦσαι. *Hesych.* ἀπταίστως· ἀκαταγνώστως. Conf. *Valckenarii Diatriben* in *Euripid. Reliquias* p. 266.

Ἅπτω, *necto, alligo.* Medium Ἅπτομαι,

1. *tango, prehendo, prenso,* et ex adjuncto: *manus impono, amplector. Hesych.* ἅπτεσθαι· ψαύσεσθαι. —ἅπτομαι· ψαύω, ψηλαφῶ. Construitur quidem cum genitivo, non tamen opus est, ut substantivum cognatæ significationis, v. c. ἀφὴν subintelligatur. Matth. VIII, 3. ἥψατο αὐτοῦ tangens eum. ib. v. 15. καὶ ἥψατο τῆς χειρὸς αὐτῆς — καὶ ἠγέρθη et apprehendit ejus manum. ib. IX, 20. 21. 29. XIV, 36. XVII, 7. Marc. I, 41. X, 13. καὶ προσέφερον αὐτῷ παιδία, ἵνα ἅψηται αὐτῶν ut manibus impositis iis bene precaretur, coll. Matth. XIX, 13. Joh. XX. 17. μή μου ἅπτου, h. e. noli jam amplexibus meis te ipsam morari, seu ne hic diutius hæreas significandæ mihi tuæ lætitiæ et reverentiæ causa. Videtur enim Maria procidisse in genua et pedes Jesu amplexa esse ex more Orientis. Cf. ad h. l. *Wolfii Curas Philologicas* T. I. p. 990. qui bene contulit locum Job. XXXI, 7. ubi ἅπτεσθαι Hebraico דָּבַק in vers. Alex. respondet, quod alios convertunt per προσκολλᾶν *adhærere, affixum esse.* Hinc

2. ἅπτεσθαι τινὸς *versari cum aliquo, communionem habere, societatem inire* (Ezech. XLII, 14.) significat. 2 Cor. VI, 17. καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε nolite familiarem consuetudinem habere cum paganis. Nam pagani impuri habebantur a Judæis. Huc etiam referrem locum Coloss. II, 21. μὴ ἅψῃ abstinendum esse a familiaritate cum paganis: quanquam non nego, posse hunc locum commode de omni contactu rerum, quæ immunde habebantur a Judæis, v. c. cadaveris, explicari. Sunt etiam interpretes haud pauci, qui locum 2 Cor. VI, 17. de ipso usu ciborum immundorum explicare malunt, ut ἅπτεσθαι sit: *comedere, edere, vesci,* quo sensu legitur apud *Xenoph. Mem.* I, 3. 7. (σίτων ἅπτεσθαι.) *Homer. Odyss.* IV, 60. de qua significatione legi possunt, quæ post *Abresch.* in *Auctar. Dilucid. Thucyd.* p. 278. *Lœsnerus* collegit in *Obss. Philonn.* p. 372. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 289.

3. *rem habeo cum muliere,* et de omni usu mulieris, sive in conjugio, sive extra illud, dicitur. Sic 1 Cor. VII, 1. καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι viro magis consulitur abstinentia a conjugio: ad imitationem sine dubio Hebraici נָגַע Genes. XX, 6. XXVI, 11. Prov. VI, 29. quanquam non minus modeste de conjugali æque ac illicita cum muliere consuetudine verbo *tangendi* et ἅπτεσθαι Latinos ac Græcos Scriptores usos esse neminem fugit. De his vide *Ælian. Hist. Anim.* I. c. 13. ἄλλης οὐχ ἅπτεται. *Marc. Antonin.* I. c. 1. §. 17. et præter *Gatakeri Opera Critica* p. 79. *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniss.* p. 349. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 124. de illis vero conf. *Martial.* Lib. I. ep. 174. *Horat.* I. *Sat.* 2. v. 54. et *Westerhov.* ad *Terent. Eunuch.* II. 3. 81.

4. *lædo, noceo, molestus sum.* Sic legitur in N. T. 1 Joh. V, 18. καὶ ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ et diabolus non lædet ipsum, non nocebit ei, h. e. non se facile ad peccata allici patietur. Ita נָגַע haud raro in V. T. usurpatum legitur. Genes. XXVI, 11. Ruth. II, 9. 1 Chron. XVI, 22. ubi parallelismus membrorum observandus est. Sapient. XVIII, 20. Unde ἀφὴ ex Hebr. נֶגַע est *cædes.* Deut. XVII, 7. Lat. *tangere* pro *vulnerare, percutere* adhiberi, docuit *Burmannus* ad *Propertium* p. 476.

ΑΠΤΩ, fut. ἅψω, *accendo, incendo.* Luc. VIII, 16. οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας nemo vero, qui candelam accenderit, operit eam vase. ibid. XI, 33. XV, 8. XXII, 55. ἁψάντων δὲ πῦρ ἐν μέσῳ τῆς αὐλῆς accenso in atrio igne. *Theophr. Char.* XVIII, 1. ἀνυπόδητος τὸν λύχνον ἅψας. Exod. XXX, 8. Eodem modo non solum ἐξάπτειν usurpatur, (cf. *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* II. c. 13.) sed etiam *tangere* apud Latinos, v. c. *Virg. Eclog.* I. v. 17. "de cœlo tactas memini prædicere "quercus."

ΑΠΦΙΑ, ας, ἡ, *Apphia.* Est nomen mulieris, quam Paulus in Epistola ad Philemon. v. 2. commemorat, et quam *Chrysostomus* et *Theodoretus* asserunt fuisse uxorem Philemonis. Sic Græcus Scholiastes nominat *Philemonem* atque *Apphiam* δεσπότας τοῦ Ὀνησίμου. Conf. N. T. ex ed. *Griesbachii* Vol. II. p. 167. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 380.

ΑΠΩΘΕΩ, ῶ, vel ΑΠΩΘΩ, *repello, amoveo, detrudo aliquid vel a me vel ab aliis. Ælian. V. H.* XII, 22. πρῶτον μὲν λίθον ἕλκει πρὸς ἑαυτὸν, εἶτα ἀπωθεῖ. Medium ἀπωθέομαι etiam proprie significat

1. *a me aliquid trudo,* ut adeo vel ex hoc exemplo appareat, verba activa et media haud raro promiscue usurpari a Scriptt. Gr. quod tamen jam observatum video a *Küstero* de *Verbis Mediis* I, 45. p. m. 55. Et in hac propria significatione (activum enim non legitur in N. T.) medium legitur Act. VII, 27. ὁ δὲ ἀδικῶν τὸν πλησίον ἀπώσατο is, qui injuriam faciebat proximo, repulit eum a se his additis verbis. Judd. VI, 13. ubi in aliis codd. ἐξέῤῥιψεν. in aliis ἀπώσατο legitur; unde *Hesych.* ἀπώσατο· μακρὰν ἔῤῥιψεν. *Homer. Iliad.* XXIV, 508. ἀπώσατο ἦκα γέροντα. Hinc

2. metaphorice: *cum fastidio et nausea rejicio, repudio, aversor,* et ex adjuncto: *non obedio, non fidem habeo, deficio ab aliquo.* Act. VII, 39. ἀλλ' ἀπώσαντο, sed rebellarunt contra eum, i. q. in antecedentibus οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι αὐτῷ. Act. XIII, 46. ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, sc. τὸν λόγον, quia huic doctrinæ fidem denegatis vestram. Rom. XI, 1. et 2. μὴ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ; num plane repudiavit Deus populum suum, ita, ut nulla spes supersit reditionis in gratiam? 1 Tim. I, 19. ἣν (scil. πίστιν) τινὲς ἀπωσάμενοι a qua quidam, deficientes ad errores delapsi sunt. Ps. LXXXVIII, 5. καὶ αὐτοὶ ἐκ τῆς χειρός σου ἀπώσθησαν, ubi Hebr. גָּזַר respondet. Ezech. XLIII, 9. νῦν ἀπωσάσθωσαν τὴν πορνείαν αὐτῶν, Hebr. הִרְחִיק 1 Sam. XII, 22. οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν ἑαυτοῦ. *Thucyd.* III, 39. Cf. *Duker.* ad *Thucyd.* V, 45. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 72.

ΑΠΩΛΕΙΑ, ας, ἡ, 1. proprie: active, *perditio, abolitio, consumtio, destructio alicujus rei, ut esse desinat,* ab ἀπόλλυμι *perdo. Polyb.* VI, 59. 5. Hinc per synecdochen

2. *mors violenta, occisio, capitale supplicium.* Sic Act. XXV, 16. χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν morti aliquem tradere in gratiam aliorum.

3. *infelicitas, omnis calamitas, miseria,* et speciatim de *pœnis divinis peccatorum et in hac et in futura vita* usurpatur. Matth. VII, 13. ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς ἀπώλειαν via ducens ad miseriam et infelicitatem. Rom. IX, 22. κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν certo et inevitabili fato perituri. Philipp. I, 28. ἥτις μέν ἐστιν αὐτοῖς ἔνδειξις ἀπωλείας quæ, sc. persecutiones, sunt ipsis documento insigni, se gravissimas pœnas Deo daturos esse. ib. III, 19. ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια quos manent pœnæ dirissimæ. 1 Tim. VI, 9. ὄλεθρος καὶ ἀπώλεια. 2 Petr. II, 1. αἱρέσεις ἀπωλείας perniciosas maxime opiniones. v. 3. III, 7. 16. Apoc. XVII, 8. 11. coll. XIX, 20. Alexandrini usi sunt hac voce pro אֵיד, Deut. XXXII, 35. Job. XXXI, 3. et pro דַּעַה, Ies. XLVII, 11. Hist. Dracon. v. 41. τοὺς δὲ αἰτίους τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ, ubi ἀπώλεια *capitale supplicium* notat. Huc

etiam referrem locum Act. VIII, 20. τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἰς ἀπώλειαν pereat tecum pecunia tua, h. e. ob hanc pecuniam tuam gravissime puniaris.

4. per metonymiam: *illa ipsa res, quæ alicui pœnas, miseriam et mortem affert.* 2 Petr. II, 2. καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀπωλείαις, ubi ἀπώλεια vel est *vita flagitiosa falsorum illorum doctorum*, quos v. 1. descripserat, vel *errores maxime perniciosos, quos iidem spargere conabantur*, indicat; unde in quibusdam codd. ἀσελγείαις loco ἀπωλείαις e glossemate legitur. Joh. XVII, 12. ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, quæ formula per se quidem *nequam, hominem perditum, de cujus salute plane desperandum est*, indicat, qui Hebræis בֶּן־מַשְׁחִית Ies. I, 4. vocatur, sed h. l. de Juda, Christi proditore, usurpatur, *qui a partibus Christi defecit*, ut adeo h. l. ἀπώλεια, ut vel præcedentia verba docent, *defectionem a religione Christiana, a Jesu doctore*, ἀποστασίαν, indicet. Idem valet de loco 2 Thess. II, 3. ubi ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας a formula: ὁ υἱὸς τῆς ἁμαρτίας minime differt, adeoque descriptioni *insignis illius impostoris, qui multos ad defectionem a religione Christiana sollicitabit*, inservit.

5. *nimius sumtus, prodigalitas, vana et inutilis profusio*, seu *proluvium*, ut *Terentius* loquitur, unnutzer, übertriebener Aufwand, *useless, excessive expense*, φθόρος ἀργυρίου *Theocrit. Idyll.* XV, 18. Sic legitur in N. T. Matth. XXVI, 8. εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη; cui fini est hic nimius sumtus? Marc. XIV, 4. Sic et apud Hebræos *prodigus* בַּעַל מַשְׁחִית Prov. XVIII, 9. vocatur. Eodem modo ἀπόλλυμι de argento, quod male impenditur ac profunditur, adhibetur apud *Theophr. Char.* c. XV, ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον. *Plutarch. Cicer.* p. 869. Latini quoque dicunt *pecuniam perdere*, ut ex *Stephani* ac *Gesneri Thesauris* l. l. satis constat.

Ἀρά, ᾶς, ἡ, *imprecatio, exsecratio, diræ, dicteria et convicia atrociora*, ab αἴρω *tollo*, nam imprecationes sublatis manibus fieri solebant, unde ἀράομαι descendit, *imprecor mala.* Semel legitur in N. T. Rom. III, 14. ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει quorum os exsecratione et amarulentia plenum est, h. e. qui semper conviciis et dicteriis atrocibus erga alios utuntur. In versione Alex. non solum τῷ אָלָה, Genes. XXIV, 41. Ezech. XVII, 13. sed etiam τῷ קְלָלָה, Prov. XXVI, 2. respondet. *Hesych.* ἀρά· κατάρα. Idem: οὗ ἀρᾶς γέμει· οὗ κατάρας πλήρης ἐστί. *Ælian. V. H.* III, 29. αἱ ἀραὶ ἐκ τῆς τραγῳδίας. *Polyb.* XVI, 31. 5. ubi vid. *Schweighæuserus.* Cf. *Salmas.* ad *Inscript. Herod. Attic.* p. 9.

Ἄρα. Adverb. Est varii usus et significationis. Nam

1. est *concludentis e superioribus*, et significat: *itaque, ergo, quare, quamobrem.* Sic Matth. XII, 28. Luc. XI, 48. ἄρα μαρτυρεῖτε atque adeo vos testamini. Rom. VII, 21. VIII, 1. X, 17. ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς. 1 Cor. XV, 15. Galat. III, 7. IV, 31. ubi in codd. quibusdam διὸ legitur. Interdum vero ἄρα οὖν ponitur in N. T. ita, ut alterutrum abundet, ut apud Latinos *itaque ergo*, v. c. *Liv.* I, 25. III, 31. IX, 31. Sic legitur in N. T. Rom. V, 18. VII, 3. VIII, 12, IX, 16. XIV, 12. *Æschin. Socr.* Dial. I, 3. *Xenoph. Cyrop.* I, 4. 11.

2. *sane, profecto, utique*, ut sit particula *asseverantis.* Luc. XI, 20. ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ profecto ad vos jam pervenit regnum Dei. Galat. II, 21. utique Christus frustra mortuus est. 1 Cor. V, 10. VII, 14. XV, 14. 18. Hebr. XII, 8. Hinc in versione Alex. respondet Hebr. אַךְ Ps. LVIII, 12. LXXIII, 13. *Xenoph. Cyrop.* V, 2. 3. VII, 5. 15. *Ælian. V. H.* XIV, 31.

3. *age, agedum*, ut sit particula *exhortantis.* Galat. VI, 10. 1 Thess. V, 6. 2 Thess. II, 15. Ita respondet Hebraico נָא *quæso, obsecro*, in vers. Alex. Genes. XVIII, 3.

4. *forte, fortasse*, ut sit *benè sperantis* particula. Marc. XI, 13. εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ an fortasse inventurus sit aliquid in ea. Act. VIII, 22. εἰ ἄρα ἀφεθήσεται σοι si sorte remittatur tibi. Num. XXII, 6. 11. pro אוּלַי *fortassis* habent Alexandrini εἰ ἄρα.

5. *scilicet, nempe, videlicet*, ut sit particula *explanantis*. 1 Cor. XV, 15. εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται si nulla nempe datur resurrectio mortuorum. Galat. V, 11. *Ælian. V. H.* II, 13. Cf. *Perizonius* ad *Ælian. V. H.* I, 15.

6. Interdum est particula, quæ, si aliis particulis interrogandi, veluti ποῦ et τίς jungitur, vel pleonastice additur, vel majorem vim affert interrogationi. Latine per *nam* optime reddi potest, unde Matth. XXIV, 45. pro ἄρα haud pauci codices γὰρ substituerunt. Maxime in interrogationibus adhiberi solet. Sic Matth. XVIII, 1. τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, quisnam maximus erit in regno cœlorum? ib. XIX, 25. 27. XXIV, 45. Marc. IV, 41. Luc. VIII, 25. XXII, 23. Act. XII, 18. Exempla e Græcis dedit *Zeunius* ad *Vigerum de Idiotismis L. Gr.* p. 474.

Ἆρα, (circumflexa penultima) nonnisi interrogantis est in N. T. et *num? an?* significat. Nonnisi bis in N. T. libris legitur Luc. XVIII, 8. ἆρα εὑρήσει πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; num fidem inveniet in terra? Galat. II, 17. ἆρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος; Alexandrini semper hac particula pro הַ *num? an?* usi sunt, v. c. Genes. XVIII, 13. XXXVII, 10. Nehem. IV, 2. Conf. *Vigerum* de *Idiotismis L. Gr.* p. 473. ed. *Zeunii*.

Ἆρά γε. Particula interrogandi, pro qua etiam interdum ἆρά γε dicitur, idem notat, quod antecedens, *num? an?* Sic *Æschin. Socr.* Dial. II, 5. 6. 25. Et sic ex lectione codicum omnium occurrit Act. VIII, 30. ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; intelligisne quæ legis? Genes. XXVI, 9.

Ἄρα γε et Ἄραγε, est 1. *concludentis: igitur, itaque*. Matth. VII, 20. ἄραγε ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς igitur e moribus suis dignoscatis illos. ibid. XVII, 26. Act. XI, 18.

2. est *benè sperantis*, et notat: *forte*. Act. XVII, 27. εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν an fortasse sensuum ope eum cognoscere possint. Sæpius in N. T. non legitur.

Ἀραβία, ας, ἡ, *Arabia*. Est nomen regionis Asiæ majoris, sitæ ad partem australem Judææ inter mare Rubrum ac sinum Persicum, quam *Bochartus* in *Hieroz.* P. II. Lib. 4. c. 15. p. 556. male ab Assyriis primum sic vocatam censet a situ suo occidentali respectu Assyriorum (ab עָרַב *vesperascere*) nec minus bene alii a *mixtis populis* aut a *negotiatione* (עָרַב *miscere*) dictam judicant, quæ potius nomen hoc, sibi impositum, accepisse videtur a desertis illis et vastis locis, quibus abundat, ex significatione vocis עֲרָבָה *solitudo, locus desertus*. Dividitur autem Arabia in *Petræam, Desertam* et *Felicem*. *Petræa* non tam nomen suum sortita est a petris asperis et incultis, aut a montium perpetuis jugis, quibus a meridie clauditur, ut vulgo putatur, sed a Petra urbe, quæ est metropolis Arabiæ. (*Josephus* de *B. J.* I, 6. 2.) Clauditur hæc provincia ab occasu Ægypto et sinu maris rubri, a septentrione Palæstina et Cœlesyria, ab ortu Arabia deserta, et a *Strabone* Lib. XVI. vocatur *Nabathæa* a Nabathæorum gente, eam incolente. *Arabia deserta*, ubi urbs Maccaraba, hodie Mecca, quæ maxima ex parte sterilis est et plana, arenis, non vero incolis, referta, fines habet ab occidente Arabiam petræam ei Cœlesyriam, a meridie Arabiam felicem, a septentrione Euphraten. Hodie *Arden* vocatur. *Felix* denique *Arabia*, hodie *Aliemen* dicta, peninsulæ forma inter duo maria, Rubrum et Per-

sicum, procurrit, reliquis partibus non solum amplior, sed etiam fertilior est et maxime est cinamomi, thuris aliorumque odorum ferax. Conf. *Had. Reland. Palæstina* I, c. 16. Quæ in N. T. bis (Galat. I, 17, IV, 25.) commemoratur *Arabia*, fuisse videtur *petræa*, quæ tum cum Damasco sub regis *Aretæ* potestate fuit.

ἌΡΑΜ. *Aram.* Nomen viri indeclinabile, quod vi originis *altum, excelsum* notat; est enim a רוּם *altum esse et elatum*, a quo descendit רָם *altus*, quod ab initio nactum est א præformativum. Fuit filius *Esromi*, pater *Aminadabi*, 1 Paral. II, 10. Bis in N. T. commemoratur Matth. I, 13. Luc. III, 33. inter majores Christi.

ἌΡΑΨ, βος, ὁ, *Arabs, incola Arabiæ*, seu, ex *Arabia oriundus*. Plur. Ἄραβες tantum legitur in N. T. Act. II, 11. ubi vulgo quidem *incolæ Arabiæ felicis* intelligi censentur, sed rectius, ex mea opinione, *totius Arabiæ incolæ* in universum intelligendi sunt.

ἈΡΓΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *otior, otiosus sum*, et proprie de *hominibus* usurpatur, *qui se otio dederunt et ab opere desistunt*. Alexandrini usi sunt pro Hebraico בָּטַל et Chald. בְּטַל Eccles. XII, 3, Ezr. IV, 24. Deinde etiam metaphorice usurpatur *de rebus, quæ aut plane non, aut nimis sero eveniunt*. Sic 2 Petr. II, 3. ὧν τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ quorum pœna ipsis a Deo jam olim destinata certissime et opinione citius sequetur, seu, quibus exitium imminet. Sæpius non legitur in N. T.

ἈΡΓΟ῞Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1. proprie et de *rebus* et de *personis* adhibetur. Si de *rebus* dicitur, significat: *inelaboratum, non excultum, non præparatum*, et est idem quod ἀεργόν. Sic apud *Xenoph.* de *Vectig.* IV, 9. ἀργὸς γῆ terra inculta et sterilis dicitur, *Herodian.* II, 4. 12. ubi cum ἀγεώργητος permutatur. Cf. *Foësii Œconom. Hippocr.* p. 57. De *personis* vero si adhibitum legitur, significat: *pigrum, ignavum, otiosum, qui ab opere feriatur et nihil agit*, ἄεργον, qui Prov. XIII, 4. et XV, 19. Hebr. עָצֵל respondet in vers. Alex. *Xenoph. Cyrop.* I, 6. 14. et 15. *Etym. M.* ἀργός· ὁ νωθρὸς καὶ δυσκίνητος, μᾶλλον δὲ ἀνενέργητος, παρὰ τὸ ἀεργὸς τὶς εἶναι. Matth. XX, 3. 6. ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοὶ — ἑστῶτας ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀργοὺς stantes in foro otiosos. 1 Tim. V, 13. ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ et cum nihil habent quod agant. Tit. I, 12. ubi Cretenses dicuntur γαστέρες ἀργαὶ ventres pigri, h. e. homines ignavi et heluatores, qui ab omnibus gravioribus laboribus abstinentes gulæ tantum et voluptati indulgent, quos Græci γαστριμάργους vocant, de quo loco, nescio quam ob causam inter difficiliora N. T. relato, conf. *Guil. ab Irhoven* Diss. *Philologico-Historicas* ad Tit. I, 12. et Matth. XII, 36. quæ extant in *Œlrichs Collectione Opusculorum Hist. Phil. Theol.* T. I. P. IV. p. 557.—624.

2. ἀργὸς speciatim dicitur, *is, qui religionis Christianæ scientiam factis non exprimit*. 2 Petr. I, 8. οὐκ ἀργοῦς οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν neque otiosam neque sterilem esse patietur scientiam.

3. de sermone si adhibetur, est, ut Chald. בָּטַל (Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 394.), *inutilis et maxime perniciosus*, et ex adjuncto: *impius, malus*. Sic Matth. XII, 36. πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, h. e. *sermones inanes, incauti et impii, quibus non solum non aliorum felicitati et virtuti consulitur, sed, quæ adeo alios studio impietatis incendunt et hoc modo miseros reddunt*, unde in codd. h. l. πονηρὸν legitur loco ἀργὸν, e glossemate. *Chrysost. Homil.* XLIII. in Matth. p. 480. T. I. ed. Frf. ἀργὸν δὲ τὸ μὴ κατὰ πράγματος κείμενον, τὸ ψευδὲς, τὸ συκοφαντίαν ἔχον. τινὲς δὲ καὶ φασὶν, ὅτι καὶ τὸ μάταιον, τὸ γέλωτα κινοῦν ἄτακτον, ἢ τὸ αἰσχρὸν καὶ ἀνελεύθερον. *Georgius* in *Hierocritico* P. I. p. 194. et post eum *Palairet.* in *Obss. Philol. Crit.* p. 40. monuerunt quidem, secutum esse Matthæum hac in re usum Græcorum, sed

rectius alii, ut *Drusius* et *Vorstius* ac nuperrime Cel. *Fischerus* Prolus. XXV. de *Vitiis Lexicorum N. T.* p. 8. eum consuetudinem sermonis Hebræorum spectasse contenderunt. Conf. versionem Chald. Exod. V, 9. et Eccles. V, 2. et vers. Syriacam Matthæi. l. l. Vide etiam *Merici Casauboni* Diatr. *de Usu verborum* p. 142. *Th. Crenii Analect. Philol. Crit. Hist.*

ΑΡΓΎΡΙΟΝ, ίου, τό, 1. proprie notat: *ipsum argenti metallum, argentum rude*, quod auro proprietatibus maxime accedit. Hebr. כֶּסֶף Ps. LXVIII, 13. Ies. XLVIII, 10. Sic legitur in N. T. Act. VII, 16. τιμῆς ἀργυρίου. *Xenoph.* VIII, *Ages.* 8, 6. Mem. III, 1. 9.

2. *nummus argenteus*, materies pro materiato. Act. III, 6. ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι nec aurei nec argentei nummi mihi suppetunt. ib. XX, 33. 1 Petr. I, 18. ad imitationem Hebr. כֶּסֶף Eccles. X, 19.

3. *omne nummorum genus, pecunia ex quocunque metalli genere confecta. Phavor.* ἀργύριον· πᾶν νόμισμα εἴτ' ἐν χαλκῷ, εἴτ' ἐν χρυσῷ, εἴτ' ἐν ἀργύρῳ εἰώθασιν ἀργύριον καλεῖν· καὶ οἱ μὲν ῥήτορες ἐνικῶς, οἱ δὲ κωμικοὶ ἀργύρια πληθυντικῶς. Sic Matth. XXV, 18. ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον τοῦ Κυρίου αὐτοῦ. et v. 27. ibid. XXVIII, 12. ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν magnam pecuniæ summam dederunt, ubi vid. *Wetstenius.* Marc. XIV, 11. Luc. IX, 3. XIX, 15. 23. XXII, 5. Act. VIII, 20. *Xenoph. Cyr.* I, 6. 12. Cf. *Salmasius* de *Usuris* p. 377. Hanc vero si obtinet significationem, interdum etiam omitti solet, v. c. Matth. XXVI, 9. ἠδύνατο γὰρ τοῦτο πραθῆναι πολλοῦ, scil. ἀργυρίου, potuisset unguentum hoc multo pretio vendi. Sic *Ælian. V. H.* X, 9. πωλεῖν αὐτὴν τὸν κάπηλον πολλοῦ. Cf. *Lamb. Bos Ellips. Gr.* p. m. 25.

4. Quando numerus additur, semper *certum nummorum argenteorum genus*, ex ipsa orationis serie definiendum, intelligendum est. Sic v. c. Act. XIX, 19. καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε, *Vulgatus*: invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium: quæ summa quinque millia aureorum nostrorum coronatorum valet. Non vero arrisit hæc Vulgati interpretatio *Grotio*, qui Lucam hoc pretium non ad Romanum aut Græcum aut Asiaticum sed ad Judaicum redegisse putat et ἀργυρίου respondere Hebraico כֶּסֶף, quod pro *siclo argenteo* ponitur et ita redditur ab Alexandrinis, v. c. Deut. XXII, 19. Hoc certum est, τὰ ἀργύρια in N. T. libris *nummos argenteos* significare, qui ab Hebræis שְׁקָלִים vocantur et a Scriptoribus Græcis, *Aquila* et *Symmacho* adeo, (Exod. XXVIII, 24. Num. III, 47.) στατῆρες appellantur, quod verbum etiam ex interpretamento irrepsisse constat in codices quosdam Matthæi XXVI, 15. Fuit autem *siclus nummus argenteus Judæorum, qui valebat tetradrachma Attica* (*Joseph. A. J.* III, 8. 3.) vel *didrachma Alexandrina*, unde Alexandrini V. T. interpretes, civitatis suæ moribus coacti, siclos Judæorum nusquam στατῆρας, ubique vero σίκλους vel δίδραχμα nominarunt, quia στατὴρ apud Græcos et Judæos quidem pretio et pondere par erat quatuor Atticarum drachmarum vel duarum Alexandrinarum, sed apud Alexandrinos drachmis Atticis octo et quatuor domesticis æstimabatur. Quam observationem me *Fischero* debere gratus profiteor, qui docte de omni hac re egit in Prolusionibus de *Vitiis Lexicorum N. T.* III, 11. et XXIV. 12. seq. Cf. etiam *Petavium* ad *Epiphanium* de *Mensuris et Ponderibus* T. II. p. 428. *Bynæum* de *morte Christi* I. p. 362. et *Casaub. Exercitt. Antibaron.* XVI, 8. 9. Legitur autem τὰ ἀργύρια hoc modo usurpatum non solum Matth. XXVI, 15. sed et XXVII, 3. 5. 6. 9. Triginta sicli Hebræorum forent ex nostra computandi ratione summa XV. Thalerorum, quæ pretium erat servi interemti aut ancillæ. (Vide Exod. XXI, 32. et *I. C. Mieg Anti-*

quit. serv. Hebr. p. 406.) Apud Hebræos vero etiam haud raro כֶּסֶף ita usurpatur, ut שֶׁקֶל subintelligatur, quod additur Gen. XXIII, 15. Sic v. c. Gen. XXXVII, 28. Zach. XI, 12.

ἈΡΓΥΡΟΚΌΠΟΣ, ου, ὁ, *qui ducit argentum in laminas, argenti cusor*, qui apud nos ein Silber-Schlager, *a silver-beater*, vocatur. Est enim compositum ex ἄργυρος *argentum*, et κόπτειν *tundere, ferire, cudere*, et formula ἄργυρον κόπτειν *argentum ducere in laminas* significat. Semel autem legitur in N. T. Act. XIX, 24. Δημήτριος γάρ τις ὀνόματι ἀργυροκόπος, ubi tamen admodum dissentiunt interpretes in constituenda notione hujus vocabuli. Alii enim, *Vulgatum* secuti, de *argentario*, alii vero, ut post *Theophylactum Erasmus*, de *fabro argentario* interpretati sunt. *Beza* habet: *signator argenti.* Conf. *Boisium* in *Collat. Vett. Interprr.* p. 444. Et negari non potest, habere apud Græcos vocem ἀργυροκόπος, præter notionem *argenti cusoris*, etiam has, ut *argentarium, fabrum argentarium* et *argenti signatorem* significet. Sic v. c. Jer. VI, 29. verba Hebraica לַשָּׁוְא צָרַף צֹרֵף in versione Alex. translata leguntur εἰς κενὸν ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ. Adde *Plutarchi Opp.* T. IX, p. 301. et 473. ed. *Reiske. Hesych.* ἀργυροκοπιστής· τραπεζίτης ἢ ὁ τὰ ἀργύρια (scil. σκεύη) ἐργαζόμενος. *Harpocration:* ἀργυροκοπεῖον· Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς τὸν Νικοκλέα, ὅπου κόπτεται τὸ νόμισμα, ὃ νῦν σημαντήριον τινὲς καλοῦσιν. Ex quo apparet, vocem ἀργυροκόπος latissime patuisse apud Græcos, et *omnem argentificem* significasse. Conf. etiam *Wetstenii N. T.* T. II. p. 584.

ἌΡΓΥΡΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *argentum*, seu *ipsum argenti metallum*, ἡ οὐσία τοῦ ἀργύρου ut *Phavorinus* interpretatur, quod παρὰ τὸ ἀργὸν *ob candorem suum* sic dici putant, ut כֶּסֶף a כָּסַף quod in lingua Arab. et Chald. *pallere* significat, vulgo deduci solet. Sic Jacob. V, 3. ὁ χρυσὸς ὑμῶν καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται aurum vestrum et argentum ærugine vitiabitur.

2. per metonymiam materiæ pro materiato *nummus argenteus, pecunia.* Matth. X, 9. μὴ κτήσησθε χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν ne comparetis vobis aureos, argenteos vel etiam æneos nummos.

3. *simulacrum* vel *idolum ex argento factum.* Act. XVII, 29. χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ ἢ λίθῳ τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον aureo aut argenteo aut lapideo simulacro summum Deum esse similem.

4. *vasa ex argento confecta.* Apoc. XVIII, 12.

5. *parietes argento exornati.* 1 Cor. III, 12. εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην si quis his fundamentis superstruxerit parietes auro, argento et lapidibus præstantissimis exornatos, aut parietes stipula et ligno compactos, ubi tamen per parietes auro et argento exornatos doctrina vera et præstans, per parietes autem ligneos et stramineos doctrina vilis et falsa intelligenda est. Cæterum usi sunt Alexandrini hac voce pro Hebr. כֶּסֶף Prov. X, 20. et Chald. בַּסְפָּא Dan. II, 35. 45.

ἈΡΓΎΡΕΟΣ, οῦς, έα, ᾶ, εον, οῦν, *argenteus, ex argento factus et elaboratus*, interdum etiam *laminis argenteis*, seu *argento obductus et exornatus*, ab ἄργυρος. Act. XIX, 24. ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος, h. e. faciens ædiculas parvas vel ex argento, vel argento obductas easque portatiles, in quibus simulacrum Dianæ erat. Conf. infra sub ναός. 2 Tim. II, 20. σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ vasa aurea et argentea. Apoc. IX, 20. εἴδωλα τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ simulacra aurea et argentea. Sæpius non occurrit in N. T.

ἌΡΕΙΟΣ ΠΆΓΟΣ, ου, ὁ, *Arius pagus* seu *Areopagus.*

1. proprie: *collis Martius*, (seu *areopagitica petra*, ut ab *Ennio* vocatur *Fragm.* p. 252. ubi vid. *Hesselius.*) ab Ἄρης *Mars*, et πάγος, quod

montem seu *collem* notat; cf. *Callimach. Hymn.* in *Delum* v. 272. *Lucian.* de *Gymnas.* c. 19.

2. *κατ' ἐξοχήν* ita dicebatur celeberrimus ille supremi (*Plutarch.* in *Solonis Vita τὴν ἄνω βουλὴν* vocat, quia ex instituto Solonis inspectio reliquorum omnium judiciorum et custodia legum ei demandata erat. Vide *Valesium* ad *Harpocrat.* in *πρυτάνεις* p. 67. seq. ed. *Blancardi.*) et perpetui apud Athenienses judicii locus in colle haud procul ab Acropoli situs, in quo judicia et quæstiones rerum, potissimum criminalium factæque necis, habebantur, et inprimis, ne quid in receptis sacris temere immutaretur, cavebatur. Vid. *Diog. Laërt.* III, 5. 115. *Xenoph. Mem.* III, 5. 20. Appellabatur autem hoc *δικαστήριον*, seu curia Atheniensis a Græcis Ἄρειος *πάγος* et a Latinis *Scopulus Mavortis*, *Curia Martis* (v. c. *Juvenal. Sat.* IX, v. 101.) et *Areum Judicium*, v. c. *Tacit. Annal.* II, 55.) vel, quod Marti consecratus esset, vel, quod Mars ibi primus, Halirrhothio, Neptuni filio, interempto, judicio duodecim Deorum se sistere coactus fuerit, et hastam suam ibi fixerit ex veteri fabula. Vide *Pausan. Attic.* I. c. 28. p. 68. Qui in illo celeberrimo judicii loco sedebant judices et de gravissimis causis cognoscebant, *Areopagitæ* appellabantur. Non autem quilibet in curialium horum cooptabatur numerum, sed eligebantur viri, genere, opibus, vitæ castitate et justitiæ et æquitatis studio præ aliis eminentes et spectabiles, unde a *Seneca* de *Tranquill.* c. 3. hoc judicium religiosissimum vocatur. Conf. in hanc rem *Potteri Archæologiam Græcam* T. I. p. 201. *Meursii* librum de *Areopago*, *Wetstenii N. T.* T. II, p. 565. seq. et *Perizonium* ad *Ælian. V. H.* V. c. 15. In Areopagum Paulus ducebatur, postquam Atheniensibus novam religionem Christianam annunciaverat. Act. XVII, 19. *ἐπὶ τὸν* Ἄρειον *πάγον ἤγαγον.* ibid. v. 22.

ἈΡΕΟΠΑΓΊΤΗΣ, ου, ὁ, *Areopagita*, (pro Ἀρειοπαγίτης ex dialecto Attica) pr. *in Areopago versans et occupatus*, (ut *λιμενίτης*, *ἐρημίτης*, *δικελλίτης* etc.) deinde vero *Arei judicii assessor, unus e numero judicum, qui ex instituto Solonis in Areopago de gravissimis causis cognoscebant et sententiam pronuntiabant*, (a præced. voce.) Act. XVII, 34. Διονύσιος Ἀρεοπαγίτης, qui, an vere sit auctor librorum, qui sub ejus nomine de Hierarchia cœlesti circumferuntur, non temere cum *Launoio* et *Dallæo* dubitatur.

ἈΡΈΣΚΕΙΑ, ας, ἡ, *studium placendi aliis et eorum favorem captandi* in universum notat, *sive se exserat blanditiis, assentationibus aliisque pravis artibus*, (Conf. *Theophr. Char.* c. V.) *sive sit justum et legitimum*, ab ἄρεσκος, *qui aliis placere studet*, unde ἀρεσκεύομαι *blandior.* In exteris Scriptoribus fere semper in vitio ponitur, ut assentatoriam quandam affabilitatem significet; sed in N. T. per antiphrasin in bonam accipitur partem. Sic Coloss. I, 10. *περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Κυρίου εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν* ut convenienter præceptis religionis Christianæ agatis, et ita Deo placere studeatis, seu, ut dignam religione Christiana et Deo probatam vitam agatis. Sic in Excerptis ex *Polybio* Lib. VI. init. *ἡ τοῦ βασιλέως ἀρέσκεια* obsequium in regem. Vide *Clerici Art. Crit.* Vol. I. p. 401.

ἈΡΈΣΚΩ, fut. *ἀρέσω*, 1. *placeo, probor aliis, favore aliorum ornor.* Matth. XIV, 6. *καὶ ἤρεσε τῷ* Ἡρῴδῃ et mirifice ea Herodes delectabatur. Marc. VI, 22. Act. VI, 5. *καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον παντὸς τοῦ πλήθους* et admodum hoc consilium omnibus probabatur, Rom. VIII, 8. *Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται* expertes sunt favoris divini. v. 33. 34. 1 Thess. II, 15. *Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων* Deo invisi. ibid. IV, 1. 2 Tim. II, 4. *ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ* ut duci probetur. Eodem modo Gen. XXXIV, 18. *ἤρεσαν οἱ λόγοι ἐναντίον* Ἐμμώρ. 1 Macc. VI, 60. VIII. 21. Jos. XXII, 33. *ἤρεσεν ὁ λόγος τοῖς*

υἱοῖς Ἰσραήλ. Esther. II, 9. ἤρεσεν αὐτῷ τὸ χοράσιον. Conf. *El. Palairet. Obss. Philol. Crit.* p. 290.

2. ἀρέσκω τινὶ *studeo alicui placere, compono me ad alicujus voluntatem, facio, quod alteri probatur*, i. q. ζητῶ ἀρέσκειν. Rom. XV, 2. ἕκαστος ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω quilibet nostrum aliis placere studeat, ita, ut ejus virtuti et utilitati vere inserviat. 1 Cor. VII, 32. πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ ut se ad voluntatem mariti componat, et v. 33. πῶς ἀρέσει τῇ γυναικὶ ut uxori suæ præstet debita officia. v. 34. 1 Cor. X, 33. καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω nam et ego me omnibus semper accommodare elaboro. Galat. I, 10. εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον si enim unice in eo elaborarem, ut favorem hominum mihi conciliarem, ubi ἀρέσκειν cum formula ζητεῖν ἀρέσκειν permutatur. 1 Thess. II, 4. οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες non auram populi captantes. Nam ἀρέσκειν τινὶ sæpe malo sensu usurpatur, ut κολακεύειν vix differat. Conf. *Theophr. Chr.* V. *Athen.* VI, 15. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 217. Hinc e contrario ἑαυτῷ ἀρέσκειν in N. T. *is* dicitur, *qui seipsum tantum curat et suum tantum commodum promovere, suæ utilitati consulere studet*, et inprimis *sibi in suis opinionibus unice placet sine ullo respectu ad utilitatem et judicia aliorum.* Rom. XV, 1. καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν, et v. 3. καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν non enim Christus sibi vixit in his terris. *Chrysostomus:* τὸ ἡμέτερον σκοπήσας τὰ ἑαυτοῦ παρεῖδεν, coll. 1 Cor. X, 33.

ΑΡΕΣΤΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *gratus, bene placens, acceptus.* Construitur, ut ἀρέσκω, fere cum dativo, interdum etiam ex Hebraismo cum ἐνώπιον, e consuetudine Hebræorum. Joh. VIII, 29. ὅτι ἐγὼ τὰ ἀρεστὰ αὐτοῦ ποιῶ πάντοτε facio, quod Deo placet, voluntati ejus satisfacio, i. q. in aliis locis dicitur, ποιῶ τὸ θέλημα αὐτοῦ, unde etiam in vers. Alex. Esr. X, 11. Nehem. IX, 24. 37. Hebraico רָצוֹן respondet. Act. XII, 3. ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις quod Judæis gratum esse intelligens. 1 Joh. III, 22. καὶ τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτοῦ ποιοῦμεν et factis nostris favorem nobis conciliamus divinum. *Plutarch.* de *Defect. Oracul.* p. 413. E. *Porphyr.* de *Abstin.* I, 25.

2. si absolute ponitur, significat *eum, qui ita est comparatus, ut aliis jure probari queat, conveniens, decens, æquus, honestus, probandus*, i. q. καλός. Sic Act. VI, 2. οὐκ ἀρεστόν ἐστιν ἡμᾶς καταλείψαντας τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ διακονεῖν τραπέζαις non videtur commodum, nos, neglecto doctoris Christiani munere, curare rem pecuniariam. Hinc Alexandrini usi sunt hac voce pro טוֹב, Genes. XVI, 6. Deut. XII, 28. Ies. XXXVIII, 3. et pro יָשָׁר Exod. XV, 26. Deut. VI, 18. XII, 8. 25. *Philol. de Offer. Vict.* T. II. Opp. p. 260. 2. ed. *Mangey.*

ΑΡΕ'ΤΑΣ, α, ὁ, *Aretas.* Nomen proprium *regis Arabiæ petrææ, Damascenæ civitatis*, soceri *Herodis Antipæ*, tetrarchæ, qui ejus filiam, recepta Herodiade, repudiavit. Male haud pauci viri docti nomen hujus viri origine Græcum esse, et a voce ἀρετὴ deducendum judicarunt. Recte enim docuit *Pocockius* in *notis ad Abulpharaiium* p. 74. אלחארת حرث nomen Arabicum esse, si non omnium, saltem plurimorum regum Arabiæ commune, ut vel ex 2 Macc. V, 8. apparet, ubi alius ejusdem nominis memoratur, et ὁ τῶν Ἀράβων τύραννος vocatur. *C. B. Michaëlis* autem (in *Diss. qua naturalia et artificiosa quædam ex Alcorano illustrantur* p. 25.) idem esse docuit cum Arabico ارطا quod nomen Arabum reges adamaverunt. Semel in N. T. occurrit 2 Cor. XI, 32. ubi vid. *Wetstenius.*

ΑΡΕΤΗ, ῆς, ἡ, indicat, ut verbis utar Cel. *Fischeri* in indice Græcitatis ad *Æschinis Socr.* Dial. in universum *facultatem et scientiam cujusvis rei, quæ in aliquo est et esse debet, si velit dignus esse et haberi nomine suo.* Sic v. c. facultas et scientia carmina pangendi ἀρετὴ τοῦ ποιητοῦ vocatur ab

Ælian. V. H. V, 21. Interdum adeo ἀρετὴ, addita voce γῆς, de fertilitate terræ et regionis adhibetur. *Galen. Adhortat. ad art.* c. 7. οὐ διὰ τὴν τῆς γῆς ἀρετήν. Conf. *Morus* ad *Isocratis Panegyr.* c. 20. p. 78. Hinc in N. T. ἀρετὴ

2. *studium et facultatem faciendi ea, quæ religio Christiana hominibus præscribit, propensionem animi, se suasque actiones ad cognitam, ope religionis Christianæ, voluntatem divinam componendi et conformandi* (ἡ τῶν καλῶν νομιζομένων ἐμπειρία, ut *Hesychius* interpretatur) significat, quæ fere simpliciter *virtus Christiana* dicitur. In hoc sensu legitur 2 Petr. I, 5. ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετὴν cum vestra religionis Christianæ cognitione studium virtutis conjungite.

3. *officium, factum virtuti Christianæ conveniens,* eine Tugend- oder Pflicht-Handlung, *an act of virtue or duty.* Lex. Cyrill. MS. Brem. πρᾶξις ἀγαθή. Sic Philipp. IV, 8. εἴ τις ἀρετὴ καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε omnibus officiis vestris, omnibus factis laudabilibus studete. Sed posset etiam ἀρετὴ in hoc nostro loco id significare, quod bonam existimationem conciliare potest, nam ἀρετὴ interdum Græcis bona existimatio, celebritas nominis, seu εὐδοξία dicitur, teste *Harpocratione.* Sed res eodem redit.

4. quando ipsi Deo tribuitur, *omnes virtutes divinas* complectitur, et maxime ejus *benignitatem* et *beneficentiam erga homines* significat. 1 Petr. II, 9. ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος ut grato animo benignitatem Dei celebretis, cui liberationem a pristina vitiositate et inscitia debetis. 2 Petr. I, 3. τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς Dei, qui vos pro summa sua benignitate ad religionem Christianam adduxit. Habac. III, 3. ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, Hebr. הוֹדוֹ. Huc pertinent etiam loca in vers. Alex. ubi ἀρεταὶ de Deo usurpatum Hebraico תְּהִלָּה respondet, v. c. Ies. XLII, 8. 12. XLIII, 21. nam in omnibus his locis תְּהִלָּה laudibiles, nec satis prædicandas virtutes divinas significat. *Arrian. Epictet.* III, 24. *Philo* de *Somniis* T. I. p. 658. 26. ed. *Mangey. Hesych.* ἀρετή· θεία δύναμις. Nec desunt idonea loca, e quibus notio specialior *benignitatis divinæ*, quam habet hæc vox in N. T. demonstrari potest, v. c. Ies. LXIII, 7. τὸν ἔλεον Κυρίου ἐμνήσθην, τὰς ἀρετὰς Κυρίου ἐν πᾶσιν, οἷς ἡμῖν ἀνταπεδίδωσι. Exempla *Josephi* et Græcorum, quæ evincunt, ἀρετὴν haud raro esse idem, quod εὔνοιαν et εὐεργεσίαν, *Krebsius* collegit in Observv. Flav. p. 398. et 403. et in Decretis Romanorum pro Judæis p. 232. et 401.

ἈΡΙΘΜΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. *numero, per numerum recenseo.* Apoc. VII, 9. ὄχλος πολὺς, ὃν ἀριθμῆσαι αὐτὸν οὐδεὶς δύναται turba multa, quam numerare nemo poterat.

2. metaphorice: *nosco et curo ut numeratum,* et de *eo* usurpatur, *qui alicujus rei intimam cognitionem habet et vel levissima et minutissima curat.* Hinc explicanda est formula proverbialis: ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ἠριθμημέναι εἰσὶ vestri vero etiam capilli capitis numerati sunt, quæ legitur Matth. X, 30. Luc. XII, 7. qua describitur provida et exactissima Dei scientia, quæ omnia fata humana cognita habet et vel minutissima dirigit. Quæ enim in numerato habemus, ea non solum nobis bene cognita, sed etiam curæ cordique esse solent. Eodem modo Hebr. סָפַר, cui ἀριθμέω in vers. Alex. respondet, usurpatur Ps. LVI, 9. CXLVII, 4. Job. XXXI, 4. *Hesych.* ἀριθμεῖται· ἐξετάζεται. *Herodot.* VII, 59. 60.

ἈΡΙΘΜΟ῎Σ, οῦ, ὁ, 1. *numerus.* Act. IV, 4. ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀνδρῶν. Apoc. XX, 8. ὧν ὁ ἀριθμὸς ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης. ibid. XIII, 18. Joh. VI, 10.

2. *collegium, societas.* Luc. XXII, 3. ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα unus e duodecim Apostolorum numero; ubi male *Palairetus* vocem ἀριθμὸς redundare judicavit. Sic enim *numerus* etiam apud Latinos usurpatur, v. c. *Cic.* Ep. ad Famil. VIII, 9.

ἈΡΙΜΑΘΑΙ'Α, ας, ἡ. *Arimathæa* seu *Arimathia*, nomen urbis corruptum e Syriaco ܐܪܡܬܐ; Hebraice dicitur רָמָה, i. e. locus excelsus. Commemoratur Matth. XXVII, 57. Marc. XV, 43. Luc. XXIII, 51. Joh. XIX, 33. Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας. Variæ autem fuerunt hujus nominis urbes in terræ Canaan, quarum una in tribu Benjamin, altera in tribu Aser, alia in tribu Naphtali, iterum alia in tribu Ephraim sita fuit, de quibus exposuit *Hadr. Reland.* in Palæstin. Lib. III, p. 579. Jam plerique interpretes per urbem Ἀριμαθαίαν, ab Evangelistis commemoratam, intelligunt illam, quæ ab Hebræis 1 Sam. I, 1. הָרָמָתַיִם vocatur, et in Græco scribitur Ἀρμαθαΐμ, quæ sita fuit in Thamanitica regione montis Ephraim, patria Samuelis juxta Liddam, quæ postea Diospolis dicta fuit. Alii vero ex verbis Luc. XXIII, 51. qui eam πόλιν τῶν Ἰουδαίων vocat, colligunt, intelligendam esse eam, quæ fuit in tribu Benjamin quatuor fere milliaribus Hierosolyma distans. Res est incerta et nullius momenti.

ἈΡΙ'ΣΤΑΡΧΟΣ, ου, ὁ, *Aristarchus*. Est nomen proprium viri, conflatum ex ἄριστος optimus et ἀρχὸς, οῦ, *princeps*, ut adeo proprie significet *optimum principem*. Fuit Macedo, Thessalonicensis, Christianus, quem Paulus aliquamdiu in itinere comitem habuit. Orta seditione Ephesi a turba comprehensus, et postea cum Paulo Romæ captivus fuit. Act. XIX, 29. XX, 4. XXVII, 2. Coloss. IV, 10. Philem. v. 24.

ἈΡΙΣΤΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie: *prandium capio, prandeo*, ab ἄριστον. Luc. XI, 37. ὅπως ἀριστήσῃ παρ' αὐτῷ. Deinde

2. omnino *cibis vaco quocunque tempore*, ut adeo interdum sit: *jentaculum capio, matutino tempore vescor*. Sic legitur in N. T. Joh. XXI, 12. δεῦτε, ἀριστήσατε, coll. v. 4. ibid. v. 15. ὅτε οὖν ἠρίστησαν. Sæpius in N. T. non legitur. Sic et ἄριστος apud Græcos de *cibo mane sumto*, seu *jentaculo* usurpatur ab *Athen.* I, 9. 10. p. 11. Conf. *Pet. Keuchenii* Annotationes in N. T. ad Joh. XXI, 12.

ἈΡΙΣΤΕΡΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *sinister, lævus*, opponitur τῷ δεξιῷ *dextro*. Ter legitur in N. T. Matth. VI, 3. μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου (scil. χεὶρ, conf. *L. Bos* de Ellips. Gr. p. m. 299. seq.) ne cognoscat sinistra manus tua; quæ fuisse videtur formula proverbialis, qua præcipitur, ita beneficia egenis exhibenda esse a nobis, ut nos ipsos quasi lateant. Luc. XXIII, 33. ὃν δὲ ἐξ ἀριστερῶν alterum autem a sinistris. 2 Cor. VI, 7. διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν per arma justitiæ, quæ sunt ad dextram et sinistram, ut bene interpretatus est *Syrus*, cujus verba sic sonant, ܕܒܝܡܝܢܐ, ܘܒܣܡܐܠܐ, ubi, ut jam vidit *Camerarius*, imago desumta est a milite, ab omnibus partibus munito, ut omnibus modis impetum hostilem sustinere valeat.

ἈΡΙΣΤΟ'ΒΟΥΛΟΣ, ου, ὁ, *Aristobulus*. Nomen viri Græcum, quod, si compositio ejus spectatur, *optimum consiliarium* notat: conflatum enim est ex ἄριστος *optimus* et βουλὴ *consilium*. Semel commemoratur a Paulo Rom. XVI, 10. ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου, scilicet, οἰκείων ὄντας, salutate eos, qui sunt ex Aristobuli domesticis. Qualis vero fuerit, non constat. Conf. *L. C. Valckenaer Diatribe de Aristobulo Judæo Philosopho Peripatetico Alexandrino* ed. *J. Luzæ* L. B. 1806. 4.

Ἄ'ΡΙΣΤΟΝ, ου, τὸ. Erat ἄριστον primis temporibus, ut monuit *Perizonius* ad *Ælian.* V. H. IX, c. 19. *cibus matutinus, jentaculum, quo se homines parabant ad labores diurnos, et milites maxime in castris ad labores pugnæ*, et quod a recentioribus Græcis ἀκράτισμα vocabatur. *Phavorin.* ἄριστον· τὸ ἀκράτισμα ἤγουν τὸ πρωϊνὸν ἔμβρωμα, ὃ ἡμεῖς ἀκρατισμὸν καλοῦμεν, διὰ τὸ ἐν ἀκράτῳ βρέχειν καὶ προσίεσθαι ψωμούς. *Athenæus* I, 9. 10. καὶ ἄριστον μέν ἐστι

τὸ ὑπὸ τὴν ἑω λαμβανόμενον, δεῖπνον δὲ μεσημβρινὸν, ὃ ἡμεῖς ἄριστον. Sed successu temporis, immutatis moribus, invaluit hic usus loquendi, ut ἄριστον

2. *prandium*, δεῖπνον μεσημβρινὸν, diceretur. Et sic usurpatum legitur a Luc. XIV, 12. ὅταν ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον quando paras prandium aut cœnam, ubi ἄριστον, quod diserte a δεῖπνον distinguitur, *prandium lautius* significat, *ad quod alii invitantur*. Luc. XI, 38. *Aristoph. Lysistr.* v. 790.

3. *omne epulum et convivium splendidum et lautum*. Matth. XXII, 4. τὸ ἄριστόν μου ἡτοίμασα, coll. v. 2. ubi γάμοι vocatur. Eodem modo אֲרִיסְטוֹן sumitur pro *convivio*, sive sit prandium, sive cœna; conf. *Buxtorf.* Lex. Talm. et Rabb. p. 227. In versione adeo Alexandrina τῷ לֶחֶם respondet, et omnino *cibum* notat 1 Regg. IV, 22. Hist. Drac. v. 37. λάζε τὸ ἄριστον ὃ ἀπέστειλέ σοι ὁ Θεός. Confer etiam *Wetstenii* N. T. T. I. p. 469.

'ΑΡΚΕΤΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *sufficiens, qui satis est*, ab ἀρκέω *sufficio*. Construitur cum dativo, et ter tantum legitur in N. T. Matth. VI, 34. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς sufficit sua cuique diei afflictio; quæ fuit formula proverbialis Judæorum, qua admonemur, non esse mala, quibus homines quotidie obnoxii reperiuntur, temere augenda nimia et anxia futuri temporis cura. Similes formulas Hebraicas collegit *Vorstius* in Diatr. de Adagiis N. T. cap. IX. Solere autem etiam Græcos adjectivum neutrum substantivo masculino aut fœminino jungere, multis exemplis probavit *Wetstenius* N. T. T. I, p. 337. Matth. X, 25. ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ sufficit discipulo, si eandem, quam magister, habuerit sortem; quæ sunt ipsa Hebr. verba: דַּיּוֹ לְתַלְמִיד שֶׁיִּהְיֶה כְּרַבּוֹ, quæ apud Judæos in proverbium abiisse, *Vorstius* l. l. docuit. Ex loco Matthæi vero facile intelligitur, usum esse Christum hac formula proverbiali, ut significaret, eandem manere Christi discipulos adversam fortunam, quæ ipsi obtigisset, odia scilicet, contumelias, persecutiones. 1 Petr. IV, 3. ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τοῦ βίου τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι sufficit enim, nos olim, ante conversionem scilicet ad religionem Christianam, gentilium more vixisse. Cæterum in vers. Alex. V. T. nuspiam legitur hæc vox, qua semel tantum *Aquila* Deut. XXV, 2. pro Hebraico דַּי usus est.

'ΑΡΚΕ'Ω, ῶ, fut. έσω, 1. *suppetias fero, adjuvo, auxilio sum*, idem quod ἐπαρκέω. 2 Cor. XII, 9. ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου opem feram tibi pro favore, quo te complector, adjuvabo te benevole. *Eurip.* Hecub. v. 1164. παισὶ δ' ἀρκέσαι χρῄζων ἐμοῖς. *Suid.* ἀρκεῖν· βοηθεῖν. *Hesych.* ἀρκεῖ· προσαρκεῖ, βοηθεῖ. *Phavorin.* ἀρκεῖ· καὶ ἐπαρκεῖ τὶς τινὶ βοηθῶν. Confer *Abresch.* ad *Æschylum* III, 26.

2. *sufficio, satis sum*. Matth. XXV, 9. μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν ne forte non sufficiat nobis et vobis. *Herodian.* IV, 7. 10. Joh. VI, 7. διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς vel ducentis denariis coëmti panes vix suffecerint. Joh. XIV, 8. καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν et nos beatissimos existimabimus, nihil amplius habebimus, quod rogemus et postulemus. *Xenoph.* Hist. Gr. I, 6. 5. ἐμοὶ ἀρκεῖ, οἵκοι μένειν. Sap. XIV, 22. οὐκ ἤρκεσεν non satis fuerat. Lex. *Cyrilli.* MS. Brem. ἤρκεσεν· ἀρκετὸς γέγονεν. *Phavorin.* ἀρκεῖ· ἐξαρκεῖ, ἀπόχρη, ἀποχρώντως ἔχει.

3. ἀρκέομαι, οῦμαι, *acquiesco, contentus sum*. Luc. III, 14. ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν contenti estote stipendiis vestris. 1 Tim. VI, 8. τούτοις ἀρκεσθησόμεθα his contenti simus. Hebr. XIII, 5. ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν. 3 Joh. v. 10. 2 Macc. V, 15. καὶ οὐκ ἀρκεσθεὶς δὲ τούτοις. *Æschines Socr.* Dial. III, §. 15. μόνοις δὲ ἀρκεῖται τοῖς δυναμένοις κ. τ. λ. *Arrian. Epictet.* III, 12.

"ΑΡΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *ursus, -a*. Apoc. XIII, 2. καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς ἄρκτου et pedes ejus velut pedes ursi. (Ursus enim valet præcipue pedibus, inprimis anterioribus, latis, firmis et acutis unguibus, præditis. Vide *Plutarchi*

Caus. natur. Quæst. 22. et 28. *Aristotel.* H. A. II, 1.) In nonnullis codd. legitur ἄρκου, quæ vocis forma tum Alexandrinis, tum aliis Scriptoribus (Vide *Eustath.* ad *Il.* β, 487.) recepta est. Conf. *Bocharti* Hieroz. P. I. l. III, c. 8. p. 809. Sæpius non legitur in N. T.

ἌΡΜΑ, ατος, τὸ, 1. *currus, vehiculum, quo vehuntur homines, iter facientes*, vel ab ἄρω *apto*, quia equi currui loris aptari solent, vel ab αἴρω *fero*. Act. VIII, 28. καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ dum curru vehitur. ib. v. 29. et 38. *Hesych.* ἅρμα· ὄχημα, καροῦχα, δίφρος. Idem legitur in *Alberti* Gloss. N. T. p. 69. *Glossæ Verb. Juris*: ἅρμα παρ' Ἕλλησι μὲν τὸ ζεῦγος τῶν βοῶν· παρὰ δὲ Ῥωμαίοις τὴν καροῦχαν σημαίνει.

2. *currus falcatus, bello destinatus, e quo pugnabant*, cujus descriptionem dedit *Curtius* IV, 9. 5. 4. et 5. Apoc. IX. 9. ὡς φωνὴ ἁρμάτων ut sonus, quem currus falcati edunt; nam sequitur: ἵππων πολλῶν τρεχόντων εἰς πόλεμον. Sic מַרְכָּבוֹת Joel. II, 5. et ἅρμα apud *Xenoph. Cyrop.* II, 2. 2. VI, 1. 16—28.

ἈΡΜΑΓΕΔΔῺΝ, *Armageddon*. Est nomen loci, qui semel commemoratur Apoc. XVI, 16. καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τὸν καλούμενον ἑβραϊστὶ Ἀρμαγεδδὼν, seu Ἀρμαγεδὼν, Ἁρμαγεδδὼν cum spiritu aspero, μαγεδὼν et ἐρμαγεδών: tam varie enim scripta hæc vox reperitur in codd. MSS. et ex conjecturis virorum doctorum. Fuit autem hæc vox variis interpretationibus obnoxia. Alii compositam putant ex הָר *mons* et מְגִדּוֹ *Megiddo*, quod est nomen agri seu vallis ad radices montis Carmel in tribu Manassis, duplici clade nobilis, altera Cananæorum, Siseræ, aliorumque regum, qui victi a Baraco ad unum omnes cædebantur, (Jud. IV, 16. V, 19.) altera Israëlitarum, in qua ipse rex Josias cæsus erat, (2 Regg. XXIII, 29.) ob quam vallis ipsa idonea visa est Zachariæ prophetæ (XII, 11.) ut eam publicorum lamentorum locum faceret. Ex aliorum sententia conflatum est ex חָרְמָה *perditio*, et גַּד *turma*, cum ן paragogico, ut a Johanne respectus habitus sit ad cladem Cananæorum, Num. XXI, 3. descriptam, ut aliorum opiniones æque monstrosas et improbabiles silentio prætermittam. Mihi arridet eorum sententia, *qui regionem montanam, aquæ expertem, siccam et sterilem*, quæ a Judæis domicilium τῶν πνευμάτων ἀκαθάρτων, seu δαιμονίων esse credebatur, voce Græca Ἀρμαγεδδὼν indicari ob commata 12. 13. 14. statuunt. Nam הָר non solum *montem*, sed etiam *regionem montanam* significare, satis constat, et גּוּר in lingua Arabica جَارَ de terra arida et aquis omnibus exhausta dici, *Castellus* docuit in Lexic. Heptagl. fol. 507. Conf. *Olearium* de Stilo N. T. p. 349. et 359. edit. *Schwarzii*.

ἈΡΜῸΣ, οῦ, ὁ, seu ἈΡΜῊ, ῆς, ἡ, *commissura, compages, articulus*, vel ab ἄρω *apto*, vel ab ἁρμόζω *conjungo, committo*. Sirac. XXVII, 2. ἀνὰ μέσον ἁρμῶν λίθων. *Hesych.* ἁρμῶν· ἁρμονιῶν. Ita enim reponendum est loco impressi ἁρμωνιῶν ex *Alberti* Gloss. N. T. p. 172. Ἁρμονία autem *compagem, juncturam* significat Ezech. XXXVII, 7. *Etym. M.* ἁρμὸς, ἡ ἁρμογὴ καὶ συνάφεια. *Pollucis Onom.* II, 141. In N. T. pluralis tantum legitur ἁρμοὶ *compages et commissuræ ossium*, seu *membrorum corporis humani, ligamenta illa, quibus ossa corporis inter se valide colligantur*. Hebr. IV, 12. ubi comminationes divinæ pertingere dicuntur ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν ad commissuras ossium et medullam, quo summa earum efficacia et vis describitur.

ἈΡΜΌΖΩ, fut. όσω, 1. proprie: *apte et concinne compingo, compono, committo, apto, arcte jungo*, nec differt a voce ἁρμόττω, observante *Thoma Magistro* sub ἁρμόττω. Usurpatur speciatim de fabris lignariis, qui ligna et tabulas committunt ad exstruendum ædificium, et architectis, qui disponunt, quæ sunt ad ædificium exstruendum necessaria. *Xenoph. Anab.* III, 5. 6. Proverb. VIII, 30. Conf.

Foësii Œconom. Hippocrat. p. 59. qui etiam interdum *fulcire* et *firmare* significare docuit. Deinde vero ἁρμόζειν metaphorice.

2. de omnibus usurpatur, *quæ invicem conveniunt et congruunt ullo aliquo modo.* Prov. XVII, 7. οὐχ ἁρμόσει ἄφρονι χείλη πιστά. Conf. *Schweighæuseri Lex. Polyb.* s. h. v. et *Lexic. Xenophont.* Vol. I. p. 410. Hinc

3. ἁρμόζομαι *despondeo, matrimonio jungo, do nuptui.* Sic semel in N. T. sed metaphorice legitur 2 Cor. XI, 2. ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ ego vos desponsavi, seu matrimonii vinculis junxi marito, nempe Christo h. e. operam dedi, ut vos adduceremini ad religionem et felicitatem Christianam. (Videntur autem mihi hæc verba uncis includenda et sequentia, παρθένον ἁγνὴν κ. τ. λ. cum verbis ζηλῶ ὑμᾶς conjungenda esse, quo corruunt, quæ contra hanc interpretationem *Krebsius* in Observv. Flav. p. 311. disputavit, qui ἡρμοσάμην reddere mavult: *præparavi vos, aptos reddidi.*) Quod vero ad ipsam hanc verbi ἁρμόζεσθαι notionem attinet, magnam apud optimos Scriptores Græcos gratiam habuisse videtur, apud quos et activum ἁρμόζειν et compositum συναρμόζειν in hoc sensu usurpatur. *Martyr. Theclæ* ap. *Grabium* in *Spicileg.* PP. T. I. p. 99. σοὶ γὰρ ἔστιν ἡρμοσμένη. In sequentibus dicitur μνηστευθεῖσα. 36. p. 101. *Eurip.* Electra v. 24. de Ægistho οὐδ' ἥρμοζε νυμφίῳ. *Schol.* ad *Sophocl.* Ajac. Flag. v. 493. *Parthenius* Nic. Erot. c. 6. ἔγνωστο δὲ αὐτῷ τὴν κόρην ἁρμόσασθαι. Conf. *Schwarzius* Commentar. Ling. Gr. p. 187. et *Wetstenius* N. T. T. II. p. 205. Prov. XIX, 14. παρὰ δὲ Κυρίου ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρί. *Hesych.* ἡρμοσάμην· ἐνυμφευσάμην. Hinc apud Lacedæmonios ἁρμόσυνοι magistratus vocabantur, qui curabant, ut non solum virgines bene et caste educarentur, sed etiam maritis honestis elocarentur; et apud reliquos Græcos *procus*, teste *Polluce* Onomast. III, 3. 34. ἁρμοστὴς dicebatur.—*Hesych.* ἁρμόζεται· συζεύγνυται.—ἁρμόζουσα· συμφῶνουσα, συνοικειουμένη, ἢ κοσμοῦσα.

ἈΡΝΕ΄ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1. *nego, inficior*, et, quod in N. T. observandum est, inprimis apud Græcos de *iis* dicitur, *qui in judicio res turpes vel sibi periculosas negant*, et opponitur τῷ ὁμολογεῖν, v. c. apud *Lys.* Orat. III, c. 1. et IV, c. 5. ἔπειτα δὲ ἐκεῖνοι μὲν ἀρνοῦνται τὰ μεμηνυμένα, οὗτος δὲ ὁμολογεῖ ποιῆσαι. Matth. XXVI, 70. ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμπροσθεν πάντων, λέγων· οὐκ οἶδα τί λέγεις. ib. v. 72. ἠρνήσατο μεθ' ὅρκου jurejurando interposito negavit. Marc. XIV, 68. 70. Luc. VIII, 45. Joh. I. 20. καὶ ὡμολόγησε καὶ οὐκ ἠρνήσατο et ingenue professus est; ubi observandum est, non insolentem esse Scriptoribus Græcis hanc duplicem affirmandi vim. Sic *Dionys. Halic.* VIII, 8. φράσω καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι. *Lysias* Orat. III, p. 94. ψεύδεται καὶ οὐκ ἀληθῆ λέγει, ubi vid. *Marklandum. Hesiod. Theog.* v. 511. *Sophocl. Antigon.* 453. καὶ φημὶ δρᾶσαι, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὶ μή. Conf. *I. H. Maii* Obss. SS. lib. II. p. 77. et *Storr. Obss. ad Syntax. et Analog. Hebr.* p. 260. Act. IV, 16. 1 Joh. II, 22. εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς, pro ὁ ἀρνούμενος Ἰησοῦν εἶναι τὸν Χριστὸν, nam negatio plane redundat. Solent autem Attici adeo scriptores verbis negantibus particulam negandi pleonastice addere. *Polyb.* IV, 20. 11. *Alciphron* Lib. II, ep. 2. οὐκ ἀρνοῦμαι πρὸς τὸν νεανίσκον οὐκ οἰκείως ἔχειν ἐκ πολλοῦ, ubi vide *Berglerum* et Obss. Miscell. Vol. VI, p. 200.

2. *nolo, renuo, recuso, detrecto.* 2 Tim. III, 4. 5. τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς (scil. εὐσεβείας) ἠρνημένοι (scil. ἔχειν, quod ex præcedenti oratione supplendum est) factis vero hanc pietatem suam demonstrare recusant. Hebr. XI, 24. ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς Θυγατρὸς Φαραώ nolebat amplius esse filius adoptatus filiæ Pharaonis. Sapient. XII, 27. ἰδόντες ὃν πάλαι ἠρνοῦντο εἰδέναι. XVI, 16. ἀρνούμενοι γάρ σε εἰδέναι ἀσεβεῖς. ib. XVII, 10. *Phavor.* ἀρνοῦμαι· ἀναίνομαι.

3. Ἀρνοῦμαί τινὰ *abnego aliquem, dico me nec habuisse nec velle cum aliquo aliquid commercii habere*, et ex adjuncto: *repudio, respuo aliquem, deficio ab aliquo*, pro quo reliqui Græci verbo ἀπαρνεῖσθαι utuntur, v. c. *Dionys. Halic.* VIII, c. 34. In hoc vero sensu inprimis duplici modo usurpatur in N. T. α) enim tribuitur *Christo*, qui ἀρνεῖται τοὺς ἀνθρώπους, *quando eos pro suis cultoribus non agnoscit, a cœtu et felicitate suorum sectatorum excludit, nec admittit ad rerum suarum communionem.* Matth. X, 33. ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ illum nec ego pro meo agnoscam, coll. Matth. VII, 23. et Luc. XII, 9. 2 Tim. II, 12. κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς rejiciet nos. β) tribuitur *hominibus*, qui ἀρνοῦνται τὸν Χριστὸν seu Θεὸν seu πίστιν, et quidem א) *iis, qui ore quidem Christum ejusque religionem profitentur, nihilominus tamen vitam, Christiano nomine indignam, agunt.* Tit. I, 16. Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται. 1 Tim. V, 8. τὴν πίστιν ἤρνηται hic non est verus Christianus. ב) *iis, qui deficiunt a religione Christiana, et palam ore profitentur nec ad se Christum nec se ad illum pertinere, qui fidem Christo datam fallunt.* Sic de Petro Luc. XII, 57. ὁ δὲ ἠρνήσατο αὐτὸν, coll. Matth. XXVI, 70. 72. Matth. X, 33. ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων qui coram hominibus nominis doctrinæque meæ professionem retractaverit. 2 Tim. II, 12. εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς. Apoc. II, 13. καὶ οὐκ ἠρνήσω τὴν πίστιν μου nec meæ religionis professionem deseruisti. Apoc. III, 8. καὶ οὐκ ἠρνήσω τὸ ὄνομά μου.

3. tribuitur *iis, qui Jesum Messiam agnoscere nolunt, sed repudiant et pro impostore habent.* Act. III, 13. καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου quem agnoscere noluistis pro vestro Messia apud Pilatum. ib. v. 14. ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε vos sanctum et innocentem agnoscere noluistis. Sed verti etiam posset ἠρνήσασθε h. l. noluistis eum χαρισθῆναι ὑμῖν. 2 Petr. II, 1. καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι, ubi tamen ἀρνεῖσθαι non tam ad doctrinam eorum, quam ad vitam ipsam, a religione Christiana alienam, referendum videtur. 1 Joh. II, 22. 23. Jud. v. 4. Nec desunt tamen loca, in quibus ἀρνεῖσθαι in universum *ei* tribuitur, *qui aliquem pro tali, qualis revera est, habere et agnoscere recusat et renuit.* Sic v. c. Act. VII, 35. τοῦτον τὸν Μωϋσῆν, ὃν ἠρνήσαντο, εἰπόντες, τίς σὲ κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν; coll. v. 27. Interdum adeo bono sensu usurpatur, ut sit

5. *renunciare, valedicere.* Tit. II, 12. ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας renuntiantes vitiositati et omnibus pravis cupiditatibus. *Theophyl.* ad h. l. e *Chrysostomo*: ἀρνήσασθαι τὴν ἐκ διαθέσεως ὀλοψύχου ἀποστροφὴν σημαίνει.

6. Restat formula: ἀρνεῖσθαι ἑαυτὸν, quæ de *eo* usurpatur, *qui sibi non constat, a se ipso quasi discedit et sui dissimilis est.* 2 Tim. II, 13. ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται, nam Christus est immutabilis et veracissimus, ubi opponitur ἐκεῖνος πιστὸς μένει, i. q. Hebr. VI, 18. ἀδύνατον ψεύσασθαι αὐτόν.—*Phavorin.* ἀρνεῖται καὶ ὁ λέγων μὴ πεποιηκέναι τόδε τι. ἀρνεῖται καὶ ὁ μὴ θέλων ποῖησαι τόδε τι. οἷον λισσόμενος δειπνῆσαι. ὁ δὲ ἀρνεῖται στοναχίζων ἀντὶ τοῦ ἀπηγόρευεν.

ἈΡΝΊΟΝ, ίου, τὸ *agnellus, agnus.* Diminutivum ab ἀρς, ἀρνὸς, *agnus.* Proprie significat *tenerum agnum, ovis fœtum annuum*, teste *Polluce* Lib. VII, c. 33. sect. 184. (Vide *Wetstenium N. T.* T. I. p. 964.) sed deinde etiam de *ovibus* in universum usurpatur. Nunquam vero in N. T. in hoc proprio sensu usurpatum legitur; semper metaphorice usurpatur et quidem ita, ut

1. *Christum* significet, qui ita vocatur, partim ob mortem ejus cruentam in cruce pro peccatis hominum, respectu habito Judæorum causa ad agnos sacrificiales in sacris Judæorum, partim ob mansuetudinem, patientiam et innocentiam. Hoc autem insignitus nomine legitur per

otam fere apocalypsin Johanneam, . c. cap. V, 6. 8. 12. 13. VI, 1. 16. VII, 1. 9. 10. 14. 17. et alibi passim.

2. *veros sectatores Christi* significat, ta dictos ex more Hebræorum doc- ores religionis cum pastoribus com- parandi adeoque ob curam teneram, ua tractandi sunt. Joh. XXI, 15. Βόσκε τὰ ἀρνία μου tuæ curæ commendo ectatores meos.

ἈΡΞΆΜΕΝΟΝ. Participium neu- rum verbi ἄρχομαι, quod sumitur im- personaliter, ut sit idem ac *initium faciendo, ita, ut initium fiat*, seu *cum œptum sit, initio facto*. Luc. XXIV, 47. ἀρξάμενον ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ facto ab Hierosolymis initio. Act. X, 37. ἀρ- ξάμενον ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ita, ut primum n Galilæa traderetur. Cf. *Schwarz.* Comment. Ling. Gr. p. 189.

ἈΡΟΤΡΙΆΩ, ῶ, fut. άσω, *aro, ter- ram vomere scindo et scissam verto, terram colo*, ab ἀρόω *aro*. Bis legitur n N. T. Luc. XVII, 7. δοῦλον ἔχων ἀροτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα servum habens arantem aut pascentem. 1 Cor. IX, 10. ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾶν nam sub conditione spei debet, qui arat, arare. Respondet Hebr. חָרַשׁ Deut. XXII, 10. Ies. XXXVIII, 24.

ἌΡΟΤΡΟΝ, ου, τὸ, *aratrum*, ab ἀρόω *aro*, quod *Etymologico M.* est ab ἄρης *ferrum*, quia ferro colitur, scin- ditur et subigitur terra. Semel legi- tur in N. T. Luc. IX, 62. οὐδεὶς ἐπιβα- λὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον καὶ βλέ- πων εἰς τὰ ὀπίσω nemo, qui admoverit manum aratro, sed deinde reversus fuerit, dignus est, qui in numero cul- torum meorum habeatur. Est locu- tio proverbialis, petita ab agricolis, quibus continuo studio opus est, si terram bene colere ejusque fructus percipere volunt, qua usus est Chris- tus, ut ostenderet, studium doctrinæ Christianæ gravissimum esse et max- me arduum negotium, quod qui se- nel aggressus sit, eum non oportere leflectere ad rerum terrenarum ni- nium studium: quæ sunt ipsa verba *Erasmi* ad h. l. Confer etiam *A. Schotti* Adagialia Sacra N. T. p. 75.

ἉΡΠΑΓΗ, ῆς, ἡ. Est nomen ver- bale a perfecto Med. ἥρπαγα verbi ἁρπάζω *rapio*.

1. proprie notat *active: direptionem* seu *rapiendi actionem*. *Polyb.* XVI, 5. ἀφέμενοι τοῦ διώκειν ἀπένευσαν ἐπὶ τὴν τούτων ἁρπαγήν. *Xenoph. Cyrop.* IV, 2. 12. *Phavor.* ἡ μετὰ βίας ἀφαίρεσις.

2. *jactura quævis*, neglecta notione *violentiæ*. Sic legitur in N. T. Hebr. X, 34. καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε et jactu- ram bonorum vestrorum æquo tulis- tis animo.

3. *omnis violentia, iniquitas et injus- ria, qua aliquis afficitur et jure suo privatur*. Luc. IX. 39. τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς animus vester im- purus est injuriarum aliis illatarum conscientia; quanquam et h. l. ἁρπα- γὴν de iniquitate, quam animus medi- tatur, de ipso injustitiæ studio expli- cari potest. *Theodot.* Prov. X, 6. חָמָס per ἁρπαγὴν, *Symmachus* per ἀδικίαν interpretatus est.

4. ut ἅρπαγμα Sirac. XVI, 13. *pas- sive: præda e direptione, res rapta, omne, quod est injusto et illegitimo modo partum*. Matth. XXIII, 25. ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρα- σίας intus vero plena sunt bonis ini- que partis. In vers. Alex. respondet Hebr. גֵּזֶלֶת eodem sensu Ies. III, 14. Etiam apud Græcos (v. c. *Xenoph. Hellen.* III, 2. 19. μετεῖχον τῆς ἁρπα- γῆς.) ἁρπαγὴν haud raro hanc signi- ficationem habere, docuit *Schwarzius* Comment. Ling. Gr. p. 190.

ἉΡΠΑΓΜΌΣ, οῦ, ὁ, 1. proprie, ut ἁρπαγὴ, *direptio, raptus, ipsa rapiendi actio*. Est nomen verbale a perfecto pass. ἥρπαγμαι verbi ἁρπάζω. Et no- mina, in μὸς desinentia, fere actionem, non rem et statum significant. Sed interdum tamen *passive* usurpatur, ut significet

2. vel *rem raptam*, v. c. prædam, quocunque nomine raptam, vel *rem avide diripiendam et vindicandam*.

Hinc formula: ἁρπαγμὸν ἡγεῖσθαι τὶ *cupide aliqua re uti, studiosissime eam occupare et sibi vindicare* significat. Philipp. II, 6. οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ non habuit prædæ loco similitudinem cum Deo, h. e. non ea, qua poterat uti majestate divina, cupide utendum esse existimavit, seu, non semper eam fecit conspicuam, interdum abstinuit ab ea; nam sequitur: ἐκένωσε ἑαυτὸν se ipsum ad statum tenuem depressit. Similis formula est: καθάπερ φωρίου ἐφάπτεσθαι, qua usus est *Longinus* de Sublimitate, p. 26. ed. *Mori*. Loca, quæ *L. Bos* in Animadverss. ad h. l. p. 199. ex *Heliodoro* adduxit, mihi quidem plane aliena videntur, nam ἅρπαγμα apud *Heliod.* Æthiop. IV, 1. VII, 20. rem significat, quæ facili negotio obtineri potest, ad quam obtinendam nec consiliis nec labore opus est; quam notionem a loco Pauli alienissimam esse, quis non videt? Magis huc pertinere videntur loca vers. Alex. in quibus ἁρπαγμὸς *omnis generis prædam et rapta bona* significat, et Hebr. מֶרֶף Ezech. XXI, 27. בָּזַל, Ps. LXII, 11. Ies. LXI, 8. בָּזוּל, Malach. I, 13. et מִשְׁסָּה, Ies. XLII, 22. respondet. Copiose de voce ἁρπαγμὸς, quæ interdum idem valet cum alterius formæ substantivo ἅρπαγμα, præter *Wetstenium* (N. T. T. II. p. 268.) exposuit *Wakefield* in *Silva Critica* P. III, p. 112. et *Mer. Casaubonus* in Diatr. *de verborum usu* p. 110. *Th. Crenii Analect. philol. crit. historicorum.*

ἌΡΠΑΖΩ, fut. άσω, vel άξω,

1. vulgo: *violenter et palam aliis invitis bona rapio et aufero, avide et violenter arripio aliquid, ut mihi vindicem et meum faciam*, et in eo differt a κλέπτειν, ut hoc sic *clanculum*, illud *palam et cum impetu rapere*, (*Xenoph. Cyrop.* I, 2. 2. *Mem.* IV, 2. 15.) unde ἅρπαξ, de quo postea. Sed sic non legitur in N. T. libris.

2. *vi aliquem abduco et subduco aliorum conspectui.* Sic Joh. VI, 15. καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν, ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα et se abrepturos, (alii *comprehensuros* vertunt ob locum Amos III, 4. ubi Hebraico לָכַד *comprehendit* in vers. Alexandrina respondet) ut regem renuntiarent. In eadem fere re usus est voce *rapere Tacitus* H. I, 26. et 27. Act. XXIII, 10. ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ μέσου αὐτῶν vi armata eum tolli jussit e medio Judæorum. Respondet Hebraico חָטַף in vers. Alex. Judd. XXI, 21. Ps. X, 9.

3. *dilanio, trucido*, quando de feris et rapacibus animalibus usurpatur, quibus, teste *Eustathio* ad *Homer. Il.* XII. 305. proprie competit hæc vox. Joh. X, 12. καὶ ὁ λύκος ἁρπάζει αὐτὰ et lupus alias dilaniat. coll. *Xenoph. Mem.* II, 7. 14. Ideo haud raro usi sunt Alexandrini hac voce pro Hebraico טָרַף (v. c. Genes. XXXVII, 33. Ps. VII, 2. Amos I, 11.) quod proprie de feris usurpatur, quæ unguibus et dentibus prædam laniant, plane ut Arab. طرف, quod proprie *secuit, decerpsit, dilaceravit*, significat.

4. *aufero aliquid, privo aliquem aliqua re, quacunque ratione fiat.* Matth. XIII, 19. ὁ πονηρὸς ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν diabolus id, quod insitum erat animo, aufert, h. e. brevi privatur hac sua cognitione doctrinæ salutaris.

5. *eripio aliquem alicujus potestati.* Joh. X, 28. καὶ οὐχ ἁρπάσει τὶς αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου et nemo eripere eos meæ potestati valebit, h. e. et semper felicitatis illorum auctor ero et promotor. ib. v. 29. *Libanius* Declam. XVII, p. 456. B. ed. Paris. πόλιν ἐκ τῶν χειρῶν ἡρπασμένην τοῦ Μακεδόνος. Id. XXXI. p. 718. A. ὅτι σου τῶν χειρῶν τοὺς ἐναντίους ἐξήρπασα. Jud. v. 23. ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες ita, ut eos igni quasi et incendio eripiatis. Est autem ἐκ πυρὸς ἁρπάζειν formula proverbialis, frequens apud Judæos *de iis, qui aliquem e præsentissimo periculo mature eripiunt.* Conf. Zach.

III, 2. Amos IV, 17. et 1 Cor. III, 15. et quæ infra ad πῦρ dicentur.

6. *jubeo aliquem abire*, et passivum ἁρπάζομαι *jussus ab aliquo discedo*. Act. VIII, 39. πνεῦμα Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον oraculo divino admonitus discessit. 1 Regg. XVIII, 12.

7. *subito in alium locum transfero*. 2 Cor. XII, 2. ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ raptum in visione, seu, animo translatum in tertium cœlum. ibid. v. 4. ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον. 1 Thess. IV, 17. ἁρπαγησόμεθα σὺν αὐτοῖς ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν Κυρίου una cum illis, nubibus vecti, obviam rapiemur Domino nostro. Apoc. XII, 5. καὶ ἡρπάσθη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεόν.

8. *avide arripio, studiose occupo et vindico mihi aliquid, omni animi contentione consequi laboro*. Matth. XI, 12. καὶ οἱ βιασταὶ ἁρπάζουσι αὐτήν, scilicet τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, flagranti desiderio arripiunt oblatam hanc sibi felicitatem. Sic etiam haud raro apud Græcos Scriptores legitur, v. c. apud *Xenoph.* Anab. VI, 5. §. 11. it. de re equestri VI, 11. *Plat. Ep.* VII, p. 716. ed. Lugd. *Ælian.* V. H. III, 17. Excerpta a *Polybio* de V. et V. T. III. Opp. p. 116. ed. *Ernest.* ἡρπακότες τὴν τῶν Ἑλλήνων εἰς τοῦτο τὸ μέρος εὐχερείαν cupide assumserunt Græcorum hoc in genere studia. Conf. *D'Orville* ad *Chariton.* I, 9. p. 263. ed. Lips. Eodem modo *accipere* usurpatur apud *Terent.* Eun. III, 5. 23.—*Phavorin.* ἁρπάζω· κυριολεκτεῖται ἐπὶ λεόντων καὶ κυνῶν καὶ λύκων καὶ τῶν τοιούτων. ἁρπάζω λέγεται καὶ τὸ βιαίως λαμβάνω μὴ βουλομένου δηλονότι τοῦ ἀφαιρουμένου. καὶ ἁρπάζω τὸ ὀξέως νοέω. ἁρπάζω, διαρπάζω, ἐξαρπάζω, αἰτιατικῇ συντάσσεται.

ΑΡΠΑΞ, αγος, ὁ, 1. proprie: *rapax*, et est proprium ἐπίθετον ferarum, quæ dentibus et unguibus dilaniant et dilacerant prædam: speciatim *luporum* (*Lycophr.* 1309. *Oppian. de Venat.* III, 293.), quos etiam Latini (v. c. *Horat. Carm.* IV, 4. *Ovid. Trist.* I, 5. *Seneca Œdip.* 149.) *rapaces* appellare solent. Matth. VII, 15. λύκοι ἅρπαγες lupi rapaces, (coll. Genes. XLIX, 27.) ubi tamen metaphorice *homines* intelligendi sunt, *qui sunt doctrinarum exitialium auctores et felicitati aliorum insidiantur*. Confer infra sub λύκος.

2. metaphorice: *qui vi et palam bona invitis dominis ad se rapit, latro*. Sic legitur in N. T. Luc. XVIII, 11. ubi diserte ab ἄδικος distinguitur. 1 Cor. V, 10. πλεονέκταις ἢ ἅρπαξιν. ib. v. 11. VI, 10.

ΑΡΡΑΒΩΝ, ῶνος, ὁ. Vox origine Hebraica עֲרָבוֹן (ab עָרַב *fidejubere, spondere*. Genes. XLIV, 32.), pro qua voce hac Græca usi sunt Alexandrini Genes. XXVIII, 17. 18. 20. translata successu temporis, ut plures aliæ, non solum in linguam Græcam, sed adeo in linguam Latinam. (*arrhabo* seu *arrabo* apud *Plautum* Rud. Prol. 46. Miles. IV, 1. 11.) Varias autem habet hæc vox significationes.

1. in universum notat: *arrham* seu *arram*, h. e. *partem pretii, quæ in emtionibus cautionis gratia datur pro rebus, quæ emuntur*, das Angeld oder Handgeld *an earnest*. *Suid.* ἀῤῥαβών· ἡ ἐν ταῖς ὠναῖς περὶ τῶν ὠνουμένων διδομένη πρώτη παταβολὴ ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας. *Hesych.* ἀῤῥαβών· πρόδομα. Conf. *Salmasium* de Modo Usurarum p. 582. seq.

2. *pignus, depositum, quod datur, ut alter certus reddatur, eum, qui pignus dedit, promissis suis staturum esse*. Genes. XXXVIII, 17.

3. *donum obligationis in nuptiis contrahendis, sponsalium pignus*, der Brautschatz, *a marriage portion*. *Hesych.* ἀῤῥαβών· καὶ τὸ μνῆστρον (ita enim legendum est loco ἄγκιστρον). Idem: μνῆστρον· ὁ τοῦ γάμου ἀῤῥαβών.

4. tropice: *omne, quod est instar pignoris, quod certam animi persuasionem efficit et alit*. Sic autem ter legitur in N. T. libris. 2 Cor. I, 22. καὶ δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν et largitus est vobis bona per religionem Christianam,

quæ vobis sunt instar pignoris futuræ majoris felicitatis Christianorum. Eadem sententia expressa est a Paulo 2 Cor. V, 5. Ephes. I, 14. ὅς ἐστιν ἀῤῥαβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν quæ bona nobis certissimum pignus sunt futuræ felicitatis. Omnium optime de hac voce exposuit *Stephanus le Moyne* Notis ad Varia Sacra p. 466—480.

Ἄ-ΡΡ-ΑΦΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *inconsutus, nullam habens suturam, non a sartore tractatus.* (ex α priv. et ῥάπτω *suo, consuo. Homer.* Odyss. XXIV, 228. κνημῖδας ἐραπτάς.) Sic semel legitur in N. T. Joh. XIX, 23. ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄῤῥαφος erat vero tunica inconsuta. Elegantem autem hujus tunicæ ex *Josepho* maxime A. J. III, 7. 4. dedit *Ernesti* Instit. Interpr. N. T. p. 258. ed. tert. descriptionem: *Tunica ἄῤῥαφος et ὑφαντὸς δι' ὅλου,* inquit, *est, quæ non e duabus plagulis, sive segmentis fit in latere utroque fibula aut acu nectendis, sed constat una continenti tela, nihil habente suturæ aut commissuræ in lateribus aut humeris: cujus conficiendæ modum describit* THEOPHYLACTUS ad h. l. *et Palæstinæ proprium tradit e* CHRYSOSTOMI Homil. LXXXIV, in Johannem. Confer etiam *Alberti* Gloss. N. T. p. 209. *Braun. de Vestitu Sac. Hebr.* I, c. 16. p. 259. *Ferrarium* de Re Vestiaria P. I. Lib. III, c. 16. et *Salmasium* ad Flavii Vopisci Aurelianum c. 46.

Ἄ-ΡΡ-ΗΝ, ενος, ὁ, et Ἄ-ΡΡ-ΕΝ, τὸ, *mas, masculus, tam inter homines, quam inter bruta,* et est nomen sexus, quod *Eustathius* deducit ab ἄῤδω *irrigo,* διὰ τὴν σπερματικὴν ὑγρότητα. Apoc. XII, 5. ἔτεκεν υἱὸν ἄῤῥενα peperit filium masculum. ibid. v. 13. Sæpius non legitur in N. T.

Ἄ-ΡΡ-ΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Variis modis accipitur in Græcorum libris. Ἄῤῥητον autem

1. dicitur, *quod nunquam est adhuc dictum et ore prolatum. Homer.* Odyss. XIV, 466. καί τι ἔπος προέηκεν, ὅπερ τ' ἄῤῥητον ἄμεινον.

2. *quod dicendum non est, quod dicere nefas est, leges prohibent atque pudor.* Sic ἄῤῥητα et ἀπόῤῥητα in *Cereris sacris* dicta sunt *dogmata arcana, mysteria, quæ vulgari et enuntiari nefas erat,* et in *disciplina Pythagorica dogmata arcana, quæ cum initiatis, non item cum profanis communicabantur.* Conf. Celeb. *Fischerum* ad *Platonis* Phædonem §. 6. p. 256. edit. recent. Ita etiam Deus *Hermeti* dicebatur ἄῤῥητος, ἀνεκλάλητος, h. e. σιωπῇ φωνούμενος, ut ipse explicaverat. Confer etiam *Hesychium* in voce σεμνά. Interdum etiam, teste *Schol. Sophocl.* ad *Ajac.* v. 961. ἄῤῥητός ἐστιν, ὁ μὴ ἄξιος ῥηθῆναι.

3. *quod verbis dici satis aut explicari aut describi non potest, quod mente tantum percipi et sentiri potest.* Sic *Philostrat.* Heroic. c. 2. s. 2. p. 674. ἄῤῥητον γὰρ τὸ τῆς πορφύρας ἄνθος nam describi non potest flos purpuræ. Conf. *Rhoer.* Feriæ Daventrienses p. 163.

4. *quod inauditum est, incredibile, eximium.* Sic *Æschin. Socr.* Dial. III, 3. καὶ τὸ ἄῤῥητον ἐν σοὶ θάρσος, ubi conf. notas *Fischeri.* In N. T. semel tantum et ita legitur, ut, quænam harum notionum in auxilium vocanda sit, dubii hæreant interpretes, nempe 2 Cor. XII, 4. καὶ ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα, quæ ita explicanda esse arbitror, et mente percepit inaudita et ineffabilia; sermo enim ibi est de ecstasi Pauli, ubi, cessante externorum sensuum usu, sensu futuræ felicitatis Christianorum imbuebatur.—*Hesych.* ἄῤῥητον· ἄφραστον, ἀνιστόρητον, ἀπόῤῥητον, ἄφωνον· αἰσχρόν. Cæterum de voce hac lectu digna habent *Er. Vindingius Comm. in Eurip. Hecub.* v. 705. *Wetstenius* N. T. T. II. p. 211. et *Gust. Sommelius* in D. *de sensu vocis* ἄῤῥητα 2 Cor. XII, 4. Lund. 1775. 4.

Ἄ-ΡΡ-ΩΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *infirmus, invalidus, ægrotus,* ex α priv. et ῥώννυμι *corroboro.* Matth. XIV, 14. καὶ ἐθεράπευσε τοὺς ἀῤῥώστους αὐτῶν. Marc. VI, 5. 13. XVI, 18. 1 Cor. XI, 30. διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἄῤῥωστοι καὶ ἀσ-

δενεῖς propterea multi inter vos variis morborum generibus afflicti reperiuntur. Sirac. VII, 35. Respondet Hebraico חוֹלֶה, Malach. I, 8. in vers. Alex. Vulgo quidem ἄῤῥωστος et νοσῶν ita invicem differre statuunt grammatici, ut hoc *ægrotum*, *lecto affixum*, seu *decumbentem*, illud vero *quemvis ægrotum* significet, sed non semper hanc discrepantiam observari constat. *Ammonius:* Ἀῤῥωστεῖν τοῦ νοσεῖν διαφέρει. Ἀῤῥωστεῖ μὲν γὰρ ὁ καχεκτῶν τῷ σώματι, νοσεῖ δὲ ὁ κλινήρης.

Ἄρς, ἀρνός, ὁ, ἡ, *agnus*. Semel in N. T. legitur Luc. X, 3. ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων ecce ego mitto vos, ut agnos in medium luporum. *Thom. M.* ἄρνες· οἱ νεογνοὶ, ἀρνειοὶ οἱ προήκοντες τῇ ἡλικίᾳ, et ibi Interpp. *Hesych.* ἄρνες· μικρὰ πρόβατα *Xenoph. Mem.* II, 7. 13.

Ἄρσεν, ενος, τὸ, *mas*, *masculus*. Matth. XIX, 4. ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς marem et feminam fecit eos. Marc. X, 6. Luc. II, 23. πᾶν ἄρσεν διανοίγον τὴν μήτραν. Gal. III, 28.

Ἀρσενοκοίτης, του, ὁ, *cinædus*, *qui cum masculis concumbit*, ex ἄρσεν *mas*, et κοίτη *cubile*, *concubitus*, 1 Cor. VI, 9. οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται. 1 Tim. I, 10. Sæpius non legitur in N. T. Fuisse vero crimen Veneris masculæ inter gentes non solum frequentatum, sed etiam a sapientissimis inter gentiles viris admodum improbatum, constat ex iis, quæ *Fabricius* in Biblioth. Græca Lib. I. p. 135. et *Menagius* ad *Diog. Laërt.* VI, 65. p. 250. de hoc detestando flagitio ex monumentis veterum collegerunt.

Ἄρσην, ενος, ὁ, *mas*, *masculus*. Rom. I, 27. ἄρσενες ἐν ἄρσεσιν τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι viri muliebria passi.

Ἄρτεμᾶς, ᾶ, ὁ. *Artemas*, decurtatum ex Ἀρτεμίδωρος secundum *Varronem* de lingua Lat. l. VII. c. 9. Est nomen proprium amici Pauli, quod vulgo deducitur ab ἀρτεμὴς *incolumis*, *integer*. Semel autem in N. T. libris memoratur Tit. III, 12. ὅταν πέμψω Ἀρτεμᾶν πρός σε.

Ἄρτεμις, ίδος, et ιος, ἡ. *Diana*, Jovis ex Latona filia, Dea gentilium, silvis, venationi et navigationi præsidens, unde *regina undarum* et *venatrix* appellatur. Nomen Ἄρτεμις nacta est sine dubio ab adjectivo ἀρτεμὴς *incolumis*, *integer*, partim ob incorruptam virginitatem, partim quia opitulari credebatur et maribus et feminis. Aliorum de etymologia hujus nominis opiniones collegit *Joh. Henr. a Seelen* in *Meditatt. Exeg.* P. I. p. 505. et *Simonis* in *Onomastico* N. T. p. 30. Splendidissimum templum ei exstructum erat Ephesi, quod ab Herostrato, ut nempe immortalitatem nominis consequeretur, incensum et in cineres redactum, instauratum est Alexandri M. temporibus. Act. XIX, 24. 27. 28. 34. 35. De Diana hac Ephesia vide *Wetstenii* N. T. T. II. p. 588. et *Aug. Esmarchii Disquisit. de Artemide Ephesiorum.*

Ἀρτέμων, ονος, ὁ, *artemon*, velum navis majus, quod hodiernum Venetis *Artimon* dicitur, aut commune nomen omnium velorum navis. Act. XXVII, 40. ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα postquam sustulerant artemonem. Admodum autem dissensere interpretes in constituenda hujus vocis notione. Alii cum *Luthero* per *malum*, alii cum *Grotio* de *velo illo proræ proximo* interpretantur, quod *Dolon* a Plinio et Polluce vocatur et quo uti solent nautæ, ubi metuunt, ne vela majora plus satis venti concipiant navemque nimis urgeant.

Ἄρτι. Adverbium temporis, quod 1. significat: *jam*, *nunc*, *hoc ipso tempore*, *quo id evenit de quo sermo est*, i. q. νῦν. Atque ita tantum jungitur tempori præsenti. Matth. XXVI, 53. ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου me non posse jam a patre meo petere. Joh. IX, 19. πῶς οὖν ἄρτι βλέπει quomodo vero nunc cernit. ib. v. 25. XIII, 7. σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι in præsenti non intelligere vales. v. 33. 37. XVI, 12. 31. 1 Cor. XIII, 12. in vita præsenti, opponitur τότε in vita futura. XVI, 7. Galat. I, 9.

IV, 20. 2 Thess. II, 7. 1 Petr. I, 8. Apoc. XII, 10. *Schol. Aristoph.* ad Nubes v. 1148. διαφέρει τὸ ἄρτι τοῦ ἀρτίως παρὰ Ἀττικοῖς. Ἄρτι μὲν γὰρ ἀντὶ τοῦ νῦν, ἀρτίως δὲ πρὸ ὀλίγου. Conf. *Grævium* ad *Luciani* Solœcistam p. 729.

2. ut ἀρτίως et νῦν significat: *tempus paulo ante præterlapsum, modo, nuper*, πρὸ ὀλίγου, so eben, alleweile, *even just now*. 1 Thess. III, 6. ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ἡμᾶς nuper autem cum Timotheus ad nos rediisset. *Schol. Aristoph.* ad Nubes v. 154. ἄρτι· ἐξ ὑπογυίου. *Æschin. Socr.* Dial. III, 15. *Hesych.* et *Pollux Onom.* I, 7. extr. ἄρτι· πρὸ μικροῦ.

3. *quæso*, ut sit particula hortantis et rogantis, idem quod apud Græcos δή et apud Hebræos נָא. Matth. III, 15. ἄφες ἄρτι, permitte quæso.

4. *prope, fere, brevi.* Matth. IX, 18. ὅτι θυγάτηρ μου ἄρτι ἐτελεύτησεν filia mea prope defuncta est, in agone versatur, jam animam agit, coll. Marc. V, 23. τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει. Ἄρτι enim, teste *Phavorino*, notat: τὸ ὑπόγυιον καὶ τὸ παραυτίκα μέλλον γίνεσθαι.

5. si construitur cum præpositione vel particula, præpositionis vicaria, v. c. ἀπὸ, ἕως, nominalem significationem obtinet et notat tempus præsens vel instans, v. c. Joh. V, 17. ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται pater meus ad hoc usque tempus operatur. Matth. XI, 12. Joh. II, 10. XVI, 24. 1 Cor. IV, 13. VIII, 7. XV, 6. 1 Joh. II, 9. Cum ἀπὸ autem reddendum est: *ab hoc tempore, posthac, exinde.* Matth. XXVI, 29. 64. Joh. I, 52. XIII, 19. XIV, 7. quod etiam vide supra conjunctim scriptum sub ἀπάρτι. 1 Petr. I, 6. ὀλίγον ἄρτι ad breve tempus. Conf. de hujus adverbii significationibus variis *Vigerum* de Idiotismis Ling. Gr. p. 316. edit. Glasg. 1813, et *Devarii* librum de Particulis Gr. Ling. p. 72. ed. *Reusmanni.*

ἈΡΤΙΓΈΝΝΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *recens genitus, modo natus.* Componitur ex ἄρτι *modo, recens*, et γεννητὸς *natus.* Tantum legitur in N. T. 1 Petr. II, 2. ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη ut modo nati infantes; ubi per ἀρτιγέννητα βρέφη intelligendi sunt metaphorice Judæi et Pagani, qui nuper tantum religionem Christianam amplexi fuerant. Judæi enim non solum proselytum קָטוֹן שָׁנוֹלַד, h. e. infantem recens natum, sed etiam discipulos, qui nondum tirocinia posuerunt, תִּינוֹקוֹת lactentes appellare solebant, ut recte ostendit *Wetstenius* in *N. T.* T. II. p. 684. et *Schoettgenius* in Horis Hebr. et Talmud. T. I. p. 1036. Aliquoties quoque hac voce (bene distinguenda ab ἀρτιγένειος, qua *pubescens* significatur) usus est *Lucianus* in *Alexandro* et in *Deorum Dialogis*, ut docuit *Grævius* ad *Luciani Solœcistam* p. 42.

ἌΡΤΙΟΣ, ία, ον, ὁ, ἡ, *integer, perfectus, omnibus numeris absolutus, talis, qualis esse debet*, adeoque interdum *paratus, promptus ad munus aliquod rite obeundum*, i. q. ἕτοιμος. Descendit ab ἀρτάω, quod est παρασκευάζειν, ἑτοιμάζειν (conf. *Æmil. Portus* in Lex. Ion. s. h. v.) aut etiam ab ἀρτίζω *perficio, absolutum reddo.* Arithmeticis et geometris præsertim vocis hujus usus familiaris est, qui v. c. ἀριθμὸν ἄρτιον numerum vocant, qui partibus apte inter se cohærentibus ita compositus est, ut nihil desit, nihil supersit, et opponunt τῷ περισσῷ. In N. T. semel legitur 2 Tim. III, 17. ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ut perfectus reddatur doctor religionis Christianæ, et additur πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος. *Suid.* τὰ ἄρτια· τὰ ἡρμοσμένα, τέλεια καὶ ὑγιῆ. *Hesych.* ἄρτια· ἀπηρτισμένα, τέλεια, προσηρμοσμένα, — ἄρτιον· ὑγιὲς, ὁλόκληρον. *Alb.* Gloss. N. T. p. 163. ἄρτιος· ὑγιὴς, τέλειος. *Etym. M.* ἄρτιος σημαίνει τὸν ἠγιῆ καὶ πεπληρωμένον. Conf. *Schol. Homeri* ad Iliad. V, v. 326. et *Foësii* Œconom. Hippocratis p. 60.

ἌΡΤΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *panis, ex farina aqua permixta et fornacis calore coctus.* Matth. XVI, 9. τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων quinque panes inter quinque millia hominum

distributi, et v. 10. In utroque loco vocem ἄρτος haud pauci interpretes metonymice de ipsa cibatione et saturatione, paucis panibus facta, sed repugnante usu loquendi, explicarunt. Marc. II, 26. ἄρτοι προθέσεως, de qua formula vide infra sub πρόθεσις. Marc. VI, 37. seq. De formula κλάσαι τὸν ἄρτον, quæ interdum significat *distribuere panem*, infra dicendi locus erit ad ipsum verbum κλάω.

2. synecdochice: *omnis cibus, esculentum, quodcunque alimentum, nutrimentum*, ad imitationem Hebraici לֶחֶם Ies. LVIII, 7. Proverb. VI, 8, XXVII, 27. a לָחַם *comedere*. Matth. IV, 4. οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, coll. Sapient. XVI, 26. Hinc formulæ: ἄρτον ἐσθίειν, φάγειν et τρώγειν, quæ vulgo apud Græcos *panem comedere* notant, in N. T. in universum: *cœnare, convivari, epulis interesse* significant, quo in sensu apud Hebræos formula: אָכַל לֶחֶם Genes. XLIII, 25. Prov. XXIII, 6. 1 Sam. XX, 24. legitur. Sic Matth. XV, 2. ὅταν ἄρτον ἐσθίουσι ante cœnam. Marc. III, 20. ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν ut ne quidem cibum capere possent. Marc. VII, 5. κοιναῖς χερσὶν ἐσθίουσι τὸν ἄρτον. Luc. XIV, 1. φαγεῖν ἄρτον convivandi causa. Joh. VI, 23. Luc. XIV, 15. μακάριος ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ beatus ille, qui in regno Dei convivatur, h. e. particeps futurus felicitatis æternæ, quam Judæi סְעוּדָה *convivium* vocare consueverant. Conf. *Vorstii* Philologia Sacra p. 695. edit. *Fischeri*.

3. *omnia, quæ sunt ad vitam sustentandam necessaria, victus et cultus.* Matth. VI, 11. Luc. XI, 3. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν necessitates nostras quotidie nobis porrigas. 2 Thess. III, 8. οὐ δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν (codd. alii ἐλάβομεν) παρά τινος. Hinc Alexandrini Hebraicum לֶחֶם per βίος reddiderunt Prov. XXX, 22. et τὰ δέοντα Exod. XVI, 22. Confer etiam Prov. XXX, 8.

4. *panis in sac. cœna Eucharisticus.* 1 Cor. X, 17. ὅτι εἷς ἄρτος unus est panis Eucharisticus, quo omnes fruimur. Ad hanc vero notionem referenda etiam est formula: τὸν ἄρτον κλάσαι, qua apud Græcos quidem (v. c. *Xenoph.* Anab. VII, 3. 11.) nihil aliud significatur, quam: *panem in plures particulas comminuere manibus*, sed in N. T. indicatur haud raro *usus sac. cœnæ, ipsa panis comestio in memoriam mortis reditusque Christi in vitam*, quæ etiam simpliciter κλάσις τοῦ ἄρτου Act. II, 42. dicitur. Sic legitur Act. XX, 7. ἐν δὲ τῇ μιᾷ σαββάτων συνηγμένων τῶν μαθητῶν τοῦ κλάσαι ἄρτον Christianis congregatis ad sac. cœnam celebrandam. Act. II, 46. κλῶντες δὲ κατ' οἶκον ἄρτον. 1 Cor. X, 16. ubi τὸν ἄρτον per antiptosin, Latinis (*Virgil.* Æn. I, 577. urbem, quam statuo, vestra est.) et Græcis (*Sophocl. Œdip. Tyr.* 453. τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν πάλαι ζητεῖς, οὗτός ἐστιν ἐνθάδε) satis usitatam, pro ὁ ἄρτος positum est. Conf. infra sub κλάω et κλάσις.

5. metaphorice: *omne, quod vim habet homines sapientiores, meliores et feliciores reddendi*, adeoque animo humano eandem utilitatem præstat, quæ ex nutrimentis et victu quotidiano ad corpus redundat. Sic legitur tantum in tribus locis N. T. Joh. VI, 32. ὁ Πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν Deus largitur vobis nutrimentum vere cœleste, nempe religionem Christianam. ibid. v. 33. ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστὶν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ doctrina, qua Deus homines per me imbuit, cœlestem habet originem et salutaris est universo generi humano, ib. v. 35. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς mea doctrina est illud nutrimentum salutare.

ΑΡΤΎΩ, fut. ύσω, 1. proprie: *condimento paro ac instruo cibum, et ita sapidum reddo. Athenæus* II, p. 67. F. ed. *Casaub.* ἐγὼ μάγειρος ἀρτύω σοφῶς —— οὐ παντὸς ἀνδρός ἐστιν ἀρτῦσαι καλῶς, κ. τ. λ. *Suid.* ἀρτύειν· σκευάζειν, καὶ ἀρτύοντες· παρασκευάζοντες.

2. *salsedinem reddo et pristinum saporem*, i. q. ἁλίζω. Marc. IX, 50. ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; si sal perdiderit saporem et salsedinem, quomodo eam restituetis? coll. Matth. V, 13. ἐν τίνι ἁλισθήσεται; Eodem modo legitur Luc. XIV, 34.

3. metaphorice: *suave, gratum et utile reddo*, quoniam, quæ condita sunt, e. g. sale, non solum suaviora sunt et magis grata, sed etiam magis salubria. Ita adhibetur Coloss. IV, 6. sermo vester sit ἅλατι ἠρτυμένος sale conditus, h. e. ita comparatus, ut aliorum utilitati æque ac oblectationi inserviat. Plura vide supra ad ἅλας.

Ἀρφαξάδ, ὁ, *Arphaxad*. Nomen proprium indeclinabile viri, filii Semi, origine Hebraicum. Memoratur autem semel Luc. III, 36.

Ἀρχάγγελος, ου, ὁ, *archangelus, unus ex principibus ac præfectis angelorum, quibus, ex opinione saltem Judæorum, parent angelorum copiæ, viribus ac dignitate admodum diversæ*, qui Hebraice אַחַד הַשָּׂרִים הָרִאשֹׁנִים, Dan. X, 13. et הַשַּׂר הַגָּדוֹל ibid. XII, 1. vocatur. Judæi autem quatuor archangelos præ ceteris celebrant, Michaelem, Urielem, Raphaelem et Gabrielem, quorum cuivis certam provinciam a Deo demandatam fuisse statuebant, ut colligere licet ex *Syncello* Chronogr. p. 33. ubi Οὐριὴλ vocatur ὁ ἐπὶ τῶν ἄστρων ἀρχάγγελος. Bis autem legitur hæc vox in N. T. Jud. v. 9. ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, qui ex traditione quadam Judæorum cum diabolo disceptasse narratur de humando cadavere Mosis. Michael vero ille Judaicæ gentis præses et defensor esse existimabatur a Judæorum doctoribus, cujus opinionis vestigia in Targum ad Cant. VIII, 9. reperiuntur, ut infra ad vocem Μιχαὴλ pluribus docebitur. De eodem Michaele archangelo haud improbabile est explicandum esse locum 1 Thess. IV, 16. ubi Christi reditus solemnis e cœlo ad judicium, in universum genus humanum habendum, describitur futurus esse ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, quam formulam omnium optime de tonitru per Michaelem archangelum excitando in apparitione Christi explicaveris, nisi ἀρχαγγέλου h. l. positum esse pro ἀρχαγγέλων statuere malis.

Ἀρχαῖος, ὁ, ἡ, τὸ, *antiquus, priscus, vetus, pristinus, primus, superior*, et de eo omni dicitur, quod superioribus temporibus jam fuit, quanquam recentibus et personis æque ac rebus tribuatur. Matth. V, 21. 27. 33. ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις nostis, ab majoribus vestris ita traditum esse: ubi οἱ ἀρχαῖοι sunt iidem, qui in aliis locis dicuntur οἱ πατέρες, et intelligendi de doctoribus Judæorum, corruptoribus legis Mosaicæ sub Maccabæis primum ortis. Confer Deut. XIX, 14. ubi רִאשֹׁנִים ab Alex. per οἱ πατέρες redduntur. Luc. IX, 8. 19. ὅτι προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη aliquem veterum prophetarum (qui olim vixerunt, v. c. Jeremiam) in vitam rediisse. Act. XV, 7. ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων olim, jam pridem, h. e. ab initio religionis, a Christo restitutæ. ibid. v. 21. Μωσῆς ἐκ γενεῶν ἀρχαίων τοὺς κηρύσσοντας αὐτὸν ἔχει Moses jam inde a priscis sæculis habet, qui prædicent eum. *Diod. Sic.* I, 14. Act. XXI, 16. ἀρχαίῳ μαθητῇ Christiano veterano, qui jam diu religioni Christianæ nomen dederat. *Polyb.* I. c. 9. τοὺς ἀρχαίους μισθοφόρους mercenarios veteranos. 2 Cor. V, 17. τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν pristina perversa et vitiosa vivendi ratio inter Christianos non amplius locum habere debet. Similis locus est Ps. LXXIX, 8. ubi Hebr. עֲוֹנֹת רִאשֹׁנִים sunt peccata olim commissa, Alex. ἀνομίαι ἀρχαῖαι. Psalm. LXXXIX, 50. ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα. 2 Petr. II, 5. ἀρχαῖος κόσμος homines, qui ante Noachi tempora vixerunt. Apoc. XII, 9. ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος diabolus, qui ex hominum memoria felicitati humanæ insidias struxit, aut: serpens ille ex antiqua historia (Genes. III, 1.) satis notus.

Apoc. XX, 2. Cæterum recte observarunt *L. Bos* et *Tib. Hemsterhus.* ad *Luciani Nigrinum* Tom. I. Opp. ed. *Reitz.* p. 41. seq. ἀρχαῖα apud Græcos non solum *ea* dici, *quæ sunt stulta, inepta et a re præsenti aliena,* (Vide etiam *Ez. Spanhem.* ad *Aristoph. Plutum* 323. p. 251.) sed etiam, *quæ jam vetustate obsoleverunt et ex usu et animis abierunt;* quæ observatio mihi quidem ad explicationem loci 2 Cor. V, 17. facere aliquid videtur, imprimis, si quis eorum sententiæ subscribere mallet, qui, præeunte *Chrysostomo* et *Theophylacto,* τὰ ἀρχαῖα de *œconomia Mosaica* interpretantur. *Sophocl. Elect.* v. 891. τὸν ἀρχαῖον τάφον, h. e. interprete scholiaste: τὸν ἐκ πολλοῦ ᾠκοδομημένον. *Hesych.* ἀρχαῖον· παλαιὸν, πρῶτον. Idem *Suidas* tradit.

ΑΡΧΕΛΑΟΣ, ου, ὁ, *Archelaus.* Nomen proprium viri Græcum, idem quod *princeps populi,* ἀρχὸς λαοῦ. Fuit filius Herodis M. ex uxore Samaritana. Educatus est cum Antipa, fratre, Romæ apud privatum quendam hominem (*Josephus A. J.* XVII, 1. s. 3. p. 828. ed. *Haverc.*) Post mortem Herodis M. a patre et Augusto Ethnarcha, seu Tetrarcha constitutus Judææ, Idumææ et Samariæ per plures annos præfuit potestate fere regia, unde βασιλεὺς vocatur Matth. II, 22. Post tumultum quendam populi, ejus crudelitate et sævitia excitatum, Romam profectus est, sed brevi post, a Judæorum et Samaritanorum legatis tyrannidis accusatus, a Cæsare relegatus est Viennam Allobrogum, Galliæ urbem, ubi exspiravit. *Josephus A. J.* II, 5. 1. et XVII, 9. s. 3. de *B. J.* II, 7. s. 3. p. 159. Sub ejus imperio Christus de exilio rediit.

ΑΡΧΗ, ῆς, ἡ, in N. T. 1. *initium, principium, inchoationem tam temporis, quam rei,* notat. Matth. XXIV, 8. πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων hæc tamen omnia nonnisi initia, (levis prolusio seu *semina,* ut loquitur *Levius* XXXIX, 16.) miseriarum erunt. (*Plutarch. Themist.* p. 113. C. ἀρχὴν μειζόνων ἀγώνων. *Philo* de *Vita Mosis* T. II. p. 102. 35. ed. *Mangey.* ἀρχὴν μειζόνων. vid. *Schol.* ad *Eurip. Med.* 60.) Marc. I, 1. XIII, 9. Joh. II, 11. Philipp. IV, 15. Reliqua vero N. T. loca, in quibus ἀρχὴ hanc notionem obtinet, ambiguitate quadam laborant, ut vera vocis ἀρχὴ ibi singulis locis notio ex contexta oratione et subjectorum, quibus tribuitur, natura solum constitui possit. Sic v. c. ἀρχὴ, absolute positum, α) *tempus creationis universi* significat, *prout illud a Mose descriptum et definitum reperitur.* Matth. XIX, 4. ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς, coll. Marc. X, 6. ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, בְּרֵאשִׁית Genes. I, 1. Matth. XIX, 8. ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτω, ubi ἀπ' ἀρχῆς omne tempus indicat, quod inde a creatione universi usque ad Mosis ætatem effluxerat. Joh. I, 1. ἐν ἀρχῇ ante mundum conditum. Interdum tamen κόσμου additur, v. c. Matth. XXIV, 21. Hinc formula ἀπ' ἀρχῆς in N. T. significat: *ex hominum memoria, ex quo homines fuerunt,* v. c. Joh. VIII, 44. ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς semper felicitati humanæ insidias struxit. i. q. ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, ut plene legitur 2 Petr. III, 4. Eundem sensum habet formula: κατ' ἀρχὰς, Hebr. I, 10. quæ Hebraico לְפָנִים Deut. II, 20. Malach. III, 23. Ps. CII, 26. respondet. β) *initium vitæ.* Act. XXVI, 4. τὴν μὲν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος τὴν ἀπ' ἀρχῆς γενομένην vitam meam ab ineunte ætate, quæ acta est a prima juventute. 1 Joh. III, 8. ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ διάβολος ἁμαρτάνει nam diabolus, ex quo primum cœpit esse, vitiositate delectatus est. γ) *initium muneris Christi in his terris.* Luc. I, 1. οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται γενόμενοι qui inde ab initio muneris Christi testes oculati fuerunt. Joh. XV, 27. ὅτι ἀπ' ἀρχῆς μετ' ἐμοῦ ἐστε. 1 Joh. I, 1. ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς. Huc etiam a quibusdam refertur locus Joh. VIII, 25. τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν, quem vertunt: *idem*

ille, quem me ab initio muneris mei professus sum; sed de hoc infra dicendi locus erit. δ) *tempus electionis Apostolorum.* Joh. VI, 64. ἤδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰησοῦς, τίνες εἰσὶν οἱ πιστεύοντες noverat enim Jesus jam illo, quo eos Apostolos constituerat, tempore, quinam Apostolorum haberent ipsi fidem. ibid. XVI, 4. ε) *ipsum initium, auspicia muneris Apostolorum post Christi in cœlum abitum.* Act. XI, 15. ὥσπερ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ, coll. II, 1—4. ζ) *tempus conversionis ad religionem Christianam.* 1 Joh. II, 7. ἐντολὴ παλαιὰ ἣν εἴχετε ἀπ' ἀρχῆς — ὁ λόγος ὃν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς præceptum et doctrinam, quam jam a primis vestris doctoribus traditam accepistis. ib. v. 24. ὃ ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς elementa religionis Christianæ vobis traditæ. ibid. III, 11. η) *æternitas.* 2 Thess. II, 13. ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς (i. q. πρὸ καταβολῆς κόσμου) εἰς σωτηρίαν ab æterno Deum vobis destinasse felicitatem Christianam. — Observanda præterea est formula: ἀρχὴν λαμβάνειν, quæ *incipere, inchoare,* significat, sicut λήθην λαμβάνειν *oblivisci,* et πεῖραν λαμβάνειν *experiri* notat, et Hebr. II, 3. legitur ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ Κυρίου, h. e. quæ primum est a Jesu tradita.

2. *omne, quod extremum est in aliqua re, extremitas.* Act. X, 11. τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον quatuor extremis seu laciniis devinctum. ib. XI, 5. τέσσαρσιν ἀρχαῖς καθιεμένην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ quatuor laciniis demissum de cœlo. 2 Paral. XX, 16. ἐν ἀρχῇ τοῦ ποταμοῦ, Hebr. סוֹף. Conf. *Valckenar.* ad *Herodot.* IV. p. 308. *Casaub.* ad *Æn. Tact.* p. 1746. et *viros doctos* ad *Eurip. Hippolyt.* 752.

3. *primus,* ratione temporis. Joh. II, 11. ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων hoc primum oraculum edidit; ubi vid. *Syrus.* Apoc. I, 8. ἀρχὴ Christus vocatur, quia fuit ante omnes res creatas. ib. III, 14. ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ, i. q. πρωτότοκος πάσης τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ. ibid. XXI, 6. XXII, 13. ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος.

4. *omnis, qui est insigni potestate et dignitate præditus, princeps, insignis et præstans in suo genere.* Hinc ἀρχὴ et ἀρχαὶ in N. T. κατ' ἐξοχὴν dicuntur α) *magistratus, reges, imperatores,* et *omnino, qui præsunt in republica.* Rom. VIII, 38. οὔτε ἀρχαὶ neque magistratus, seu, nulla vis humana. *I. B. Carpzov.* in *Stricturis theol. in Ep. ad Romanos* p. 197. per ἀρχὰς καὶ δυνάμεις intelligi mavult terram, aquam, ignem et aërem, seu quatuor elementa, quæ etiam a *Philone* (*Lib. quis rer. div. hæres* p. 520. D.) ἀρχάς τε καὶ δυνάμεις vocat. Ephes. I, 21. ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, h. e. ὑπεράνω πάντων ἀρχόντων. Coloss. I, 16. II, 10. Tit. III, 1. ὑπομίμνησκε αὐτοὺς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι hortare eos, ut omnibus omnino magistratibus civilibus obedientiam præstent. Nehem. IX, 17. Amos VI, 1. Dan. VII, 27. *Eurip. Phœn.* v. 990. ἀρχαις. *Schol.* τοῖς ἄρχουσι, τοῖς ἡγεμόσι, τοῖς βασιλεῦσι. *Philostrat. Vit. Apoll.* II, c. 30. Vide *Wetstenii N. T.* T. I, p. 734. β) *angeli.* Ephes. III, 10. ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ut innotuerit nunc ipsis cœli proceribus, seu angelis. γ) *potentissimi hostes et adversarii Christi ejusque doctrinæ,* maxime *summi Judæorum principes et doctores,* qui variis modis propagationem religionis Christianæ impedire conabantur. 1 Cor. XV, 24. ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν cum subjecerit sibi hostes suos potentissimos et devicerit, coll. v. 25. et infra sub ἐχθρός. Ephes. VI, 12. Coloss. II, 15. ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας summos Judæorum doctores, potentissimos religionis Christianæ adversarios, omni privavit potestate.

5. *imperium, principatus.* Luc. XX, 20. εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἡγεμόνος ac imperio et potestati præsidis traderent. Jer. XXXIV, 1. πᾶσα ἡ γῆ ἀρχῆς αὐτοῦ, Hebr. מֶמְשָׁלָה.

Etiam apud Græcos ἀρχὴ imperium notare, docet locus *Herodiani* II, 9. 9. ἐλπίζων θείᾳ προνοίᾳ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν καλεῖσθαι. Idem III, 3. 13. Formulæ διαδέξασθαι τὴν ἀρχὴν et διαδέξασθαι τὴν βασιλείαν passim permutantur apud *Diod.* Sic. I. c. 59. p. 69. c. 63. p. 72. et c. 64. p. 73. ed. *Wesseling.*

6. *elementa alicujus doctrinæ, principia et principio tradi solita præcepta.* Hebr. V, 12. τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ prima elementa doctrinæ Christianæ, ubi tamen ἀρχὴ abundat, ut apud *Æschylum Sept. contra Thebas* v. 694. κακοῦ δ' ἔκβαλε ἔρωτος ἀρχάν. Hebr. VI, 1. ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον omissis primis elementis doctrinæ Christianæ.

7. *status et conditio prior excellens et præstans.* Jud. v. 6. ἀγγέλους τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν angelos, qui sua culpa amiserunt virtutem, seu præstantiam concreatam, seu, in statu primævo non permanserunt, coll. Joh. VIII, 44. Et ita explicavit *Cyrill. Alex.* contra *Jul.* IV. p. 121. Conf. *Carpzov.* ad h. l. 1 Chron. XXVI, 10. υἱοὶ φυλάσσοντες τὴν ἀρχὴν filii primogenituræ prærogativas tuentes. De notione *dignitatis*, quam hæc vox etiam haud raro in Scriptt. Gr. habet, videndus Cel. *Irmisch.* ad *Herodian.* II, 3. 9. T. II. p. 70.

8. Restat formula: τὴν ἀρχὴν, quæ proprie quidem *ab initio, olim, quondam*, notat, v. c. *Herodot.* I, 86. *Æschines Socr.* Dial. II, 19. Genes. XLIII, 18. 20. Dan. VIII, 1. (Conf. *Abresch. Dilucidd. Thucyd.* p. 714.) ut τὴν ταχίστην *celerrime*, 1 Macc. XI, 22. sed deinde idem valet, quod Latinum *omnino, prorsus, plane, vere. Æschin. Socr.* Dial. III, 4. *Ælian. V. H.* III. 14. VIII, 13. de quo usu vide *Taylor.* ad *Lysiæ Oratt.* p. 163. et *Reimarus* ad *Dionem Cassium* T. II. p. 1328. Hinc lucem fœneratur locus Joh. VIII, 25. τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν, vertendus: *profecto, prorsus sum is, quem vobis dixi.* Vide *J. Floderi* explicationem dictionis Joh. VIII, 25. τὴν ἀρχὴν κ. τ. λ. Upsal. 1773. 4.

ἈΡΧΗΓΟ῎Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *dux militum, antesignanus*, aut omnino *is, qui alterum præcedit.* Est enim compositum ex ἀρχὴ et ἄγω *duco.*

2. metaphorice: *omnis, qui primus aliquid facit.* Sic 1 Macc. X, 47, Alexander dicitur, ὅτι αὐτὸς ἐγένετο αὐτοῖς ἀρχηγὸς τῶν εἰρηνικῶν λόγων, h. e. primus cum ipsis pacem inire tentasse. Hinc

3. *cujuscunque rei causa et auctor.* Ita Act. III, 15. ubi Christus vocatur ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, quia est auctor et perpetua causa felicitatis Christianorum. *Vulgatus* bene: *autorem vitæ.* ibid. V, 31. τοῦτον ὁ Θεὸς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα ὕψωσε τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ hunc vero felicitatis nostræ auctorem Deus potentia sua extulit. Hebr. II, 10. ubi Christus ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας vocatur, et XII, 2. ἀρχηγὸς τῆς πίστεως auctor religionis. Mich. I, 13. ἀρχηγὸς ἁμαρτίας, רֵאשִׁית חַטָּאת. 1 Macc. IX, 61. ἀρχηγοὶ τῆς κακίας. *Isocrat. Panegyr.* c. 16. ἀρχηγὸς ἀγαθῶν. *Herodian.* VII, 1. 23. ἀρχηγὸς τῆς ἀποστάσεως. Conf. *Valckenar.* ad *Eurip. Hippol.* v. 881. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* V, c. 65. T. I. p. 382. *Irmisch.* ad *Herodian.* II, 6. 22. T. II. p. 202. et *Abresch. annot. in Ep. ad Hebr.* p. 107. Eodem modo *princeps* apud Latinos usurpatur, v. c. *Cic. Orat. de Harusp.* c. 27. qui senatum Romanum principem, h. e. auctorem salutis vocat; *Or. p. redit. i. Senat.* c. 4. P. Lentulum principem, parentem suæ vitæ, fortunæ etc. appellat. *Gloss. Vet. Auct.* ἀρχηγός· αὐθέντης.

ἈΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟ῎Σ, ὁ, ἡ, τὸ, s. οῦ, ὁ, ἡ, *pontificius, ad summum sacerdotium pertinens*, ab ἀρχιερεὺς *pontifex.* Semel in N. T. legitur Act. IV, 6. ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ ex familia summorum sacerdotum, quam Josephus γενεὰν τῶν ἀρχιερέων vocat, quæque jure, a majoribus accepto, (*Joseph. B. J.* IV, 3. 6. et 7.) ad pontificis dignita-

tem aspirare poterat. Vid. *Josephi A. J.* XV, 3. 1.

ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ, έως, ὁ, *pontifex, summus sacerdos Judæorum*, quasi ἄρχων τῶν ἱερέων, qui Hebræis כֹּהֵן גָּדוֹל, etiam κατ' ἐξοχὴν כֹּהֵן et Chaldæis כָּהֲנָא רַבָּא vocabatur, et qui unus tantum erat ex mandato divino per omnem vitam suam hoc munere fungens, quo mortuo demum filius aut alius ex genere pontificali succedebat. Joh. XI, 49. Matth. XVI, 21. Luc. XXII, 50. Non autem semper hæc notio in N. T. locum habet. Sæpe enim ἀρχιερεῖς dicuntur, *qui olim functi erant summo sacerdotio, et jam nomen illud valde honorificum retinuerant.* Christi enim temporibus Judæi haud raro plures habuerunt sacerdotes principes, quod non amplius, ut olim, perpetui, sed regum et Cæsarum jussu sæpe unius, sæpe paucorum annorum erant. *Joseph. A. J.* XV, 3. 1. Sic usurpatur Luc. III, 2. ἐπ' ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα, ad quem locum *Krebs.* in *Obss. Flav.* p. 113. e locis idoneis Josephi demonstravit, Caiapham solum tunc temporis summo sacerdotio functum fuisse, Annam autem ideo ἀρχιερέα a Luca vocari, quia antea summus sacerdos fuerat, et tunc vice Vicarii, quem Hebræi סָגָן vocarunt, (conf. *Lightfootum* ad h. l.) in amplissimo illo munere fungebatur. In aliis fortasse N. T. locis explicandis sumendum erit, ἀρχιερεῖς dictos olim esse *omnino illos, qui erant ex genere et familia summorum sacerdotum*, ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ. Nec desunt loca, ubi per ἀρχιερεῖς intelligendi sunt *præfecti et capita viginti et quatuor* ἐφημεριῶν, *seu classium atque ordinum, in quos descripti leguntur sacerdotes Judæorum et ante exilium Babylonicum et post illud*, (Vide LXX, Levit. IV, 3.) qui 2 Chron. XXXVI, 14. שָׂרֵי הַכֹּהֲנִים et 1 Chron. XXIV, 6. רָאשֵׁי הָאָבוֹת לַכֹּהֲנִים et apud Alex. ἄρχοντες τῶν πατριῶν τῶν ἱερέων vocantur. Hinc explicari poterunt loca Matth. II, 4. XXVI, 3. Marc. XIV, 1. Luc. XXII, 2. Interdum etiam ἀρχιερεῖς pro *toto synedrio magno Judæorum, cujus præsides erant*, ponuntur, v. c. Joh. XII, 10. coll. XI, 47. Tam vagum enim et indefinitum Christi et Apostolorum ætate ἀρχιερέως nomen fuit, ut etiam doctissimos interpretes de vera ejus notione in singulis locis N. T. constituenda dubios sæpissime hæsisse non sit mirandum, et in hac tanta opinionum diversitate temerarium esset incerta pro certis aliis vendere, suamque de singulis locis conjecturam aliis obtrudere audere. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 244. Deinde vero

2. κατ' ἐξοχὴν *Christus* in epistola ad Hebræos ἀρχιερεὺς vocatur, v. c. cap. II, 17. ἐλεήμων καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν. cap. III, 1. ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. IV, 14. ἀρχιερεὺς μέγας. V, 10. ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. In hoc vero nomine Christi, a Paulo propter Christianos ex Hebræis adhibito, *officii* et *honoris* significationem latere, eleganter docuit pro more suo Ven. *Doederlein.* in *Institut. Theol. Christ.* Lib. II. P. II. c. 2. §. 305. Summa enim fuit apud Judæos ἀρχιερέως dignitas et auctoritas, inprimis in prima gentis Israëliticæ ætate post Aaronis tempora, cui quotannis non solum liceret ipsum augustum Dei domicilium, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, adire, ibique populi rem agere deprecatione, (unde כֹּהֵן appellabatur, quod in lingua Chaldaica, Syr. Æth. et Arab. in usu est, et *eum, qui accedit ad regem*, significat) sed etiam, qui ipsius numinis auctoritate et auxilio adjutus partim futura prædiceret, (Joh. XI, 51.) partim saluti populi cura, legibus et institutis, sacrificiis adeo cruentis, omni modo consuleret. Ne itaque Christiani ex Hebræis, admodum tenaces patriæ disciplinæ, Christianam plane earere hac summi sacerdotis digni-

tate arbitrarentur, aut de præstantia œconomiæ Christianæ præ Mosaica ullo modo dubitare possent, Paulus in epistola ad Hebræos disputationem instituit de Christo, summo sacerdote, et pluribus demonstrat, Jesum, ab ipso Deo miraculoso modo constitutum, voluntatis divinæ interpretem, novæ religionis conditorem salutisque humanæ auctorem, et ob perpetuam cum summo Dei numine familiaritatem et conversationem, qua fruebatur, non solum officiis et honore exæquare Aaronem et pontificem maximum, sed eosdem etiam longe antecellere, ob potestatem regiam cum dignitate pontificis conjunctam, animi puritatem, religionis introductæ pariter ac sacrificii oblati præstantiam, æternam sacerdotii durationem, reditum denique in cœlum, judicandum esse.

ἈΡΧΙΠΟΙΜΗΝ, *ενος*, ὁ, 1. proprie: *pastorum princeps*, ab *ἀρχὴ princeps*, et *ποιμὴν pastor*. Sed quia antiquitus doctores et voluntatis divinæ interpretes, duces et imperatores, omninoque ii, qui civium et subditorum salutem omni modo curabant et adversus insultus tuebantur, *ποιμένες*, ob summam eorum cum pastoribus similitudinem, vocabantur, quod hi greges ad pascua ducunt et omni modo tutos præstant ac defendunt, non solum factum est, ut *ἀρχιποίμην*

2. metaphorice *summus dux et princeps, primus et summus doctorum divinorum* diceretur, sed etiam Christus in N. T. *κατ' ἐξοχὴν* nomine *ἀρχιποίμενος* insignitus reperiatur, quo æque ac voce *ἀρχιερεὺς* officium ejus salutare et summa dignitas et auctoritas a Deo ipsi concessa per imagines humanas adumbratur. Semel autem legitur in N. T. 1 Petr. V, 4. *καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος* cum judex hominum comparebit Christus primus et summus Christianorum doctor, et dominus omnis ecclesiæ a Deo post resurrectionem suam constitutus. Conf. infra sub *ποιμήν*.

ἈΡΧΙΠΠΟΣ, *ου*, ὁ, *Archippus*. Nomen proprium viri origine Græcum, idem, quod *magister*, seu *præfectus equorum*, ex *ἀρχὸς* vel *ἄρχων*, et *ἵππος*. Ex Coloss. IV, 17. recte colligitur, eum fuisse doctorem ecclesiæ Colossensium, nam ibi jubetur *βλέπειν τὴν διακονίαν ἐν Κυρίῳ*, et Philem. v. 2. *συστρατιώτης* Pauli et Timothei vocatur. Sæpius non commemoratur in N. T.

ἈΡΧΙΣΥΝΆΓΩΓΟΣ, *ου*, ὁ, *synagogæ Judaicæ præfectus et præpositus*, qui interdum in N. T. *ἄρχων τῆς συναγωγῆς*, (Luc. VIII, 41.) interdum etiam simpliciter ὁ *ἄρχων* (vide infra sub *ἄρχων*) vocatur, et Hebraice רֹאשׁ הַכְּנֶסֶת appellabatur. Ex ejus jussu et præscripto omnia in synagoga peragebantur, et, ut omnia decore et ex instituto majorum in ecclesia gererentur, curæ ejus commissum erat. Inprimis autem *Archisynagogis* incumbebat officium non solum deligendi idoneos, qui munere lectoris legis et prophetarum in synagoga fungerentur, ne confusio et perturbatio ex promiscuo accessu (nulli enim stati erant in synagoga lectores prophetarum et legis, sed facultas erat unicuique idoneo munus hoc peragendi) oriri posset; sed etiam designandi et nominandi eos, quibus dicendi et docendi in synagoga libertatem concedi tuto posse credebant (Act. XIII, 15.) eorumque sermones examinandi et dijudicandi. Eosdem ex monumentis veterum etiam constat potestatem habuisse in synagoga flagris cædendi et excommunicandi, omninoque de causis, ad religionem Judaicam pertinentibus judicandi; quemadmodum nec negari potest, interdum vel in una synagoga plures fuisse Archisynagogos, et numerum horum Presbyterorum ipsos apud Judæos determinatum nullum extitisse. Uberiorem officiorum Archisynagogis incumbentium descriptionem dedit *Vitringa* de *Synagoga Vetere* II. c. 11. et in *Archisynagogo Obss. novis illustra-*

to. Franequ. (1685. 4.) Marc. V, 22. 35. ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου ex præfecti domesticis. *Syrus* bene: ܡܢ ܒܝܬ ܪܒ ܟܢܘܫܬܐ ex domesticis principis synagogæ. ib. v. 36. 38. Luc. VIII, 49. XIII, 14. Act. XVIII, 8. 17. Sæpius non legitur in N. T.

ἈΡΧΙΤΕ΄ΚΤΩΝ, ονος, ὁ, *fabrorum princeps et præfectus, architectus, fabricator, qui ædificiis extruendis præest*, ex ἀρχὸς, et τέκτων *faber*, unde ἀρχιτεκτονέω *ædifico* descendit, quod legitur apud *Theophr. Char.* 2, 5. τὴν οἰκίαν φῆσαι εὖ ἠρχιτεκτονῆσθαι. *Etym. M.* ἀρχιτέκτων σημαίνει καὶ τὸν τῶν οἰκοδομημάτων ἐπιστάτην, κυρίως δὲ τὸν ἀρχὸν τῶν τεκτόνων, τὸν τὴν διάθεσιν τοῦ κατασκευάσματος ἐπινοοῦντα, καὶ τὸν κατασκευάσαντά τι καὶ σκευωρήσαντα πρᾶγμα. In N. T. tantum legitur 1 Cor. III, 10. ubi Paulus se comparat cum perito architecto, dicens: ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα tanquam peritus artis ædificandi fundamentum jeci, h. e. prima religionis Christianæ elementa vobis tradidi. In vers. Alex. respondet Hebraico חָרָשׁ Ies. III, 3. σοφὸν ἀρχιτέκτονα. Exod. XXXV, 35. *Polyb.* XIII, 4. 6.

ἈΡΧΙΤΕΛΩ΄ΝΗΣ, ου, ὁ, *princeps, præfectus portitorum, operarum magister*, q. d. ἄρχων τῶν τελωνῶν, qui a Romanis *publicanus* vocabatur. Nam *publicani* vectigalia a publico redimere solebant, suos autem alebant ministros, qui vectigalia exigerent, et *portitores* vocabantur. Cf. *Salmasium* de *Fœnore Trapezitico* p. 245. *Burmann.* de *Vectigalibus Populi Romani*, c. 9. Semel legitur in N. T. Luc. XIX, 2. καὶ αὐτὸς ἦν ἀρχιτελώνης, *Vulgatus* male: et hic princeps erat publicanorum.

ἈΡΧΙΤΡΙ΄ΚΛΙΝΟΣ, ου, ὁ, *architriclinus, præfectus triclinii, convivii magister, qui curam convivii gerit*, qui etiam τρικλινάρχης et συμποσιάρχης dicebatur, cujus officii erat adornare convivium, ejusque elegantiæ et decori prospicere, convivas locare singulos competenti loco, mensas et lectulos, quibus accumbere solebant, æque ac fercula disponere, nec non cibos et vina prægustare. Compositum enim est ex ἀρχὸς *præfectus*, et τρικλίνος *locus, tribus constratus lectis* ad discumbendum, seu *cœnaculum*. Vide *Zorn. Bibliotheca Antiquario-Exegetica* T. I. p. 562. seq. Joh. II, 8. φέρετε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ, et v. 9. ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος. — φωνεῖ τὸν νυμφίον ὁ ἀρχιτρίκλινος. Sæpius non legitur in N. T. *Lightfootus* in *Horis Hebr. et Talmud.* in Joh. II, 8. ἀρχιτρίκλινον eum fuisse arbitratur, *qui instar sacellani erat, gratias agebat et benedictiones, in talibus conviviis haberi solitas, pronuntiabat.* Sed magis fortasse illustrationi loci Johannei inservit observatio *Gaudentii*, Episcopi Brix. Tr. II. de *Lect. Evang. Inord.* 9. qui monet, cum nuptiæ fierent apud Judæos, de sacerdotali ordine datum esse quendam, qui non solum morem disciplinæ legitimæ gubernaret, sed etiam conviviorum apparatui ministros atque ordinem dispensaret, et ab hoc officio *Architriclinus* vocaretur; ad quem morem Siracides c. XXXII, 1. respexisse videtur.

ἌΡΧΟΜΑΙ, fut. ἄρξομαι. Vox media, notans: *incipio, initium facio*, et monente *Küstero* de *Verbis Mediis* I, 23. ita ab activo ἄρχω differt, ut hoc de eo, qui incipit ita, ut alii eum sequantur, dicatur, illud vero incipere, aliquid facere, nemine quamvis sequente, significet, quod tamen discrimen, nimis subtile, non ubique locum habere, satis constat. Luc. III, 23. ἀρχόμενος cum munus docendi auspicaretur. (Conf. *Gust. Sommelii* D. de genuina notione vocis ἀρχόμενος Luc. III, 23. P. 1. et 2. Lund. 1774. 4.) Act. I, 1. ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν καὶ διδάσκειν quæ Jesus inde ab initio muneris sui fecit et docuit. Matth. IV, 17. Joh. XIII, 5. *Xenoph. Mem.* IV, 2. 5.

2. cum infinitivo alius verbi facit periphrasin verbi in tempori finito ejus, quod adjunctum est in infinitivo. Marc. VI, 7. *καὶ ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν* et misit eos. ib. X, 32. Luc. III, 8. *καὶ μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς.* ib. XIII, 25. *καὶ ἄρξησθε ἔξω ἑστάναι.* ubi *Syrus*, neglecta voce ἄρξησθε, habet: ܘܬܩܘܡܘܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ et eritis stantes. Luc. XIV, 18. se excusarunt. ib. XV, 14. ad egestatem redigebatur. v. 24. et lætati sunt. Sic etiam in vers. Alex. *ἄρχεσθαι* haud raro pleonastice ponitur v. c. Genes. II, 2. *ὡς ἤρξατο ὁ Θεὸς ποιῆσαι*, pro *ἐποίησε*; in Hebraico est: אֲשֶׁר עָשָׂה; ad imitationem Hebr. הֵחֵל Genes. IX, 20. 1 Chron. I, 10. Idem usus hujus verbi apud Græcos etiam obtinet, ut *cœpit* apud Latinos, v. c. *Terent. Andr.* V, 1. 2. " satis pericli cœpi adire," pro: *adii. Sallust. Bell. Catil.* c. 40. *Jug.* c. 35. Conf. *Barthius* ad *Petronium* c. 79. *Apollod.* III, c. 13. 6. *διώκειν αὐτὴν ἤρξατο. Herodian.* I, 3. 2. *Abresch. Dilucid. Thucyd.* p. 640. et *Schwarz.* ad *Olearium de Stilo N. T.* p. 17. seq.

Ἄρχω, fut. *ξω*, *impero*, *dominor*, *principatum obtineo*, *magistratum gero*, (*Xenoph. Mem.* II, 6. 25.) ab *ἀρχή*. Habet post se genitivum. Marc. X, 42. *οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν* qui gentibus imperant, qui sunt imperio præditi in republica. Rom. XV, 12. *ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν* qui exsurget ad imperandum gentibus. *Phavor.* ἄρχω· *δεσπόζω, ἐξουσιάζω, ἡγοῦμαι, κρατῶ, κυριεύω, δυναστεύω, προηγοῦμαι.*

Ἄρχων, *οντος*, ὁ, 1. in universum dicitur in N. T. *is, qui habet τὴν ἀρχὴν*, h. e. *qui præditus est imperio, et quamlibet dignitatem et potestatem, quamvis parvam, habet, et est illustris in quocunque vitæ genere cæterisque nobilior*, adeoque pro subjectorum diversitate *rex, princeps, dux, præfectus, magistratus, primas, primarius, præcipuus, caput*, quorum vocabulorum in singulis N. T. locis vertendis cautus et diligens usus unice a contexta oratione pendet. Matth. IX, 34. *ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων* ope principis dæmoniorum, reliquorum, quasi ducis et antesignani, qui in aliis locis Satanas, Beelsebub, Belial, Diabolus, et *ὁ Πονηρὸς κατ' ἐξοχὴν* vocatur. Matth. XII, 24. Marc. III, 22. Luc. XI, 15. Luc. XVIII, 18. *καὶ ἐπηρώτησέ τις αὐτὸν ἄρχων* interrogavit eum deinde aliquis e primoribus, seu proceribus. Matth. XX, 25. *οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν* qui imperium habent in republica, imperatores, reges, præfecti, magistratus etc. dominantur in cives et auctoritate sua utuntur. Act. VII, 35. Moses dicitur *ἄρχων*, seu, ut est in codd. quibusdam e glossemate, *ἀρχηγὸς*, populi Judaici, h. e. dux, princeps et caput, legislator. Act. XVII, 9. *οἱ ἄρχοντες* magistratus, senatores urbis, qui v. 20. *στρατηγοὶ* vocantur, et *στρατηγὸς* Græcis interdum dicitur pro *magistratu quocunque*. Act. XXIII, 5. *ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς* principibus populi tui, præfectis civitati Judaicæ quibuscunque, ne maledicas, coll. Exod. XXII, 28. נָשִׂיא בְּעַמְּךָ לֹא תָאֹר. Nec tamen repugnarem, si quis utrumque locum de sacerdote magno explicare mallet, coll. v. 4. Luc. XIV, 1. *ὁ ἄρχων τῶν Φαρισαίων* primarius Pharisæorum. 1 Cor. II, 6. et 8. *οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου* proceres Judæorum ad unum omnes, assessores synedrii magni, Herodes et Pilatus, fortasse etiam philosophi et theologi, Græcorum pariter ac Judæorum, coll. I, 18. 19. 22. 23. Apoc. I, 7. *ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς* cujus imperio subjecti sunt omnes reges. Huc etiam pertinent omnia loca N. T. in quibus diabolus *ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου* princeps hujus mundi, h. e. impiorum et adversariorum Christi, auctorque omnis vitiositatis 2 Cor. IV, 4. et impedimentorum variorum propagationis religionis Christianæ ex usu loquendi Hebræorum vocatur, quibus accommodate ad sub-

tiliorem philosophiam Judæorum, Babylonicæ sapientiæ commentis permixtam, רַב הָעוֹלָם seu שַׂר, etiam קְשַׁמְקְרָטוֹר dicebatur. Vide *Wetstenii. N. T.* T. I. p. 925. Joh. XII, 31. νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω nunc Satanas de principatu suo dejicietur, seu, cessabunt jam magna ex parte omnia propagationis religionis Christianæ impedimenta. ib. XIV, 30. ἔρχεται γὰρ ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, h. e. ὁ διάβολος τὸ κράτος τοῦ θανάτου ἔχων, coll. Hebr. II. 14. brevi mihi moriendum erit. Joh. XVI, 11. ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται jam fracta est et debilitata vis et potestas Satanæ. Ephes. II, 2. κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, ubi cf. dicta supra ad ἀήρ.

2. κατ' ἐξοχὴν vero apud Judæos ἄρχων dicebatur *synagogæ præfectus, qui præest sacris in synagoga faciendis.* Sic Matth. IX, 18. ἰδοὺ ἄρχων ἐλθὼν, coll. Marc. V, 22. ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων, et Luc. VIII, 41. ubi ὁ ἄρχων τῆς συναγωγῆς vocatur. Matth. IX, 23.

3. Formula: ἄρχοντες τῶν Ἰουδαίων in N. T. haud raro *assessores synedrii magni Judæorum*, nunquam autem *viros generis pontificis* significat. Sic autem legitur in N. T. Luc. XXIII, 13. Πιλάτος δὲ συγκαλεσάμενος τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ἄρχοντας, h. e. omnes, e quibus synedrium Hierosolymitanum consistebat, cujus præses erat pontifex M. ubi vid. *Wetstenius.* ibid. v. 35. XXIV, 20. ubi etiam ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες junctim commemorantur. Joh. III, 1. Nicodemus ἄρχων τῶν Ἰουδαίων vocatur. ib. VII, 26. Act. III, 17. IV, 5. et 26. 2 Macc. XIV, 27. Apud *Josephum A. J.* XX, 1. 2. ἄρχοντες Ἱεροσολυμιτῶν assessores synedrii magni vocantur. Conf. *Ernesti Institutio Interpr. N. T.* p. 242.

4. ἄρχοντες Ἰουδαίων olim etiam dicebantur *magistratus civiles in singulis Judææ provinciis et oppidis constituti, qui controversiarum minorum sedebant judices*, qui interdum etiam simpliciter οἱ ἄρχοντες, etiam δικασταὶ vocabantur. Talis omnino intelligendus est ἄρχων Luc. XII, 58. ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρχοντα, qui ibidem et in loco parallelo Matth. V, 25. ὁ κριτὴς vocatur. Vide *Guil. de Water* D. de archonte apud Judæos litium arbitro, in *Miscell. Duisburg.* T. I, p. 222. seq. In Ægypto etiam fuisse archontas, seu magistratus oppidanos, qui tamen subjecti erant archonti Alexandrino, docet locus Act. VII, 27. τίς σὲ κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν; quis te judicem et arbitrum constituit? coll. Exod. II, 14. יִמְּךָ שָׂמְךָ לְאִישׁ שַׂר וְשֹׁפֵט. De Romanis plane rem demonstrat *L. Antonii Epistola* ad *Sardianos* apud *Josephum A. J.* XIV, 10. 17. Eodem modo Judæis datum erat beneficio Romanorum, ut quodlibet oppidum in terra Judaica, quamvis parvum, suos sibi magistratus proprios, ἄρχοντας dictos, haberet, qui non solum de rebus ad religionem et sacra pertinentibus, sed etiam de causis minoribus civilibus cognoscerent. Conf. *Petri Wesselingii* Diatribe de Archontibus Judæorum ad inscriptionem Berenicensem apud *Maffeum Antiquitt. Gall.* Epist. 1. et 8. (Traj. ad Rh. 1738. 8.) et *Ernesti* l. l. p. 244.

5. interdum vox ἄρχων subaudienda est v. c. Rom. XIII, 7. ἀπόδοτε οὖν πᾶσι, scil. ἄρχουσι, τὰς ὀφειλάς, ad quem locum cf. *I. C. Schwarz.* de *Solœcismis N. T.* p. 123.

Ἄρωμα, τος, τὸ, *aroma, odoramentum*, quod recte descendere judicatur ab ἄρι vocula, intendendi vim habente, et ὄζω, *oleo*, eo, quod odorem insignem spiret. Nonnisi quater legitur in N. T. de aromatibus, quibus corpus exanimatum, sepulturæ tradendum, more Judæorum condiebatur. Marc. XVI, 1. Luc. XXIII, 56. XXIV, 1. Joh. XIX, 14. In vers. Alex. pro Hebraico בֹּשֶׂם seu בְּשָׂם usurpatur 2 Regg. XX, 13. Esther. II, 12. Cant. IV, 10. 16. *Phavor.* ἄρωμα· θυμίαμα, τὸ μύρισμα καὶ εὐωδίασ-

μα. Vide etiam *Polluc. Onomast.* I, 1. 5. 24.

Ἄσα, ὁ, *Asa.* Nomen proprium viri indeclinabile Syriacum, i. q. *medicus*, aut *sanans*, ab ܐܣܐ, Chald. אָסָא *sanavit.* Fuit vero Asa rex Judæ, filius regis Abiæ, 1 Regg. XV, 8. Matth. I, 7. 8.

ἈΣΆΛΕΥΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie sensu physico: *qui a fluctibus marinis non agitatur nec agitari potest, inconcussus, immobilis, immotus*, ex α priv. et σαλεύω *agito, fluctuo.* Sic legitur in N. T. Act. XXVII, 41. καὶ ἡ μὲν πρῶρα ἐρείσασα ἔμεινεν ἀσάλευτος prora quidem fixa in maris aliqua rupe manebat inconcussa. Deinde metaphorice

2. *stabilis, firmus, certus, perennis.* Hebr. XII, 28. βασιλεία ἀσάλευτος cœtus Christianorum, quatenus in perpetuum durabit et augebitur. *Diod. Sic.* II, 48. ἐλευθερία ἀσάλευτος. III, 47. εὐδαιμονία ἀσάλευτος. XII, 29. σπονδαὶ ἀσάλευτοι. *Æschin.* Dial. III, 17. ἀσάλευτος ἡσυχία. *Polyb.* IX, 9. 8. ἀσαλεύτως καὶ βεβαίως μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων.

ἌΣΒΕΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui non exstinguitur, et qui non potest exstingui, inexstinguibilis*, et ex adjuncto: *nunquam cessans*, ex α priv. et σβεννύω, vel σβέννυμι *exstinguo.* Matth. III, 12. κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ igne cremabit haud exstinguendo. Marc. IX, 43. 45. εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον. Luc. III, 17. In omnibus vero his locis de misero statu improborum post mortem sermo est. Utraque notio huic voci etiam apud Græcos Scriptores haud raro subjicitur. In propria notione legitur apud *Strabonem* Lib. IX, p. 606. qui λύχνους ἀσβέστους in templis, et *Plutarchum* in *Numa* p. 66. qui πῦρ ἄσβεστον Vestalium commemorat. In metaphorica notione autem de eo, quod est sempiternum et nunquam cessat, adhibetur ab *Homero Od.* IV, 584. (ἄσβεστος κλέος. *Schol.* ἀκατάπαυστος.) *Callimach. Hymn. in Del.* 118. et *Æschylo* in *Prometh. Vinct.* 532. Alia loca collegit *Wetstenius N. T.* T. I. p. 267. *Phavor.* ἄσβεστος· ἀκατάπαυστος.

ἈΣΕΒΕΙΑ, ας, ἡ, 1. *contemtus cultus divini, impietas in Deum, neglectio noscendi colendique Dei.* Rom. I, 18. ubi τῇ ἀσεβείᾳ opponitur ἡ ἀλήθεια, h. e. omnis recte de Deo cogitandi ratio, religio vera, sive Judaica, sive Christiana, sive denique naturalis. 2 Tim. II, 16. ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας quibus neglectio viri cultus divini indies augetur.

2. *omnis improbitas et pravitas morum factorumque ex illo contemtu cultus divini proveniens.* Rom. XI, 26. καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ et removebit omnem vitiositatem a Jacobitis. Tit. II, 12. ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν renuntiantes vitiositati, coll. Jud. v. 15. πάντων τῶν ἔργων τῆς ἀσεβείας, et v. 18. *Phavor.* ἀσέβεια· ἀδικία περὶ τὸ θεῖον.

ἈΣΕΒΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *irreligiosus sum, impie ago.* 2 Petr. II, 6. ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν ut exemplum impiis in posterum statueret. Jud. v. 15. Sæpius non legitur in N. T.

ἌΣΕΒΗΣ, ές, οῦς, ὁ, ἡ, *qui numen divinum vel plane non, vel non recte colit, alienus a cultu Dei recto*, et ex adjuncto: *impius, qui negligens est officiorum erga Deum:* interdum etiam bono sensu *is, qui agnoscit se peccatorem esse, et vitam suam emendat, certa fretus fiducia, Deum velle misereri.* Rom. IV, 5. ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ qui impiis, serio se emendantibus, peccata remittit. ib. V, 6. ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε pro salute peccatorum mortuus est. 1 Tim. I, 9. ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς. 1 Petr. IV, 18. 2 Petr. II, 5. III, 7. Jud. v. 4. 15. *Hesych.* ἀσεβής· ἄθεος, ἀμαρτωλός. *Phavor.* ἀσεβὴς παρὰ τὸ σέβω σεβὴς καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α — ἀθέμιτος, μισόθεος, θεομισὴς, ὀλίγωρος θεῶν, νεωτεριστὴς περὶ τὸ θεῖον κ. τ. λ.

ἈΣΈΛΓΕΙΑ, ας, ἡ, *omnis obscœnitas in dictis factisque, lascivia indomita, effrenis et impudentissima libido et inde profecta facinora*, et æque late

patet ac vocabulum ἀκαθαρσία. *Suid.* ἀσέλγεια· πορνεία, ἀκαθαρσία, μιαρία. *Etym. M.* ἑτοιμότης πρὸς πᾶσαν ἡδονήν. Interdum autem *petulantiam et luxum et profusionem pecuniæ* significat, observante ex *Æschine Suida*, ἀσέλγεια· ἀντὶ τοῦ πολυτέλεια, οὕτως Αἰσχίνης, et *Polluce Onom.* VIII, c. 7. s. 79. In N. T. scriptoribus hæc vox interdum tam indefinite et vage adhibetur, v. c. in recensione vitiorum, ut, quænam illarum notionum ei in singulis locis vindicanda sit, non semper appareat, v. c. Marc. VII, 22. (ubi a plerisque interpretibus per *injuriam* redditur, in quo sensu reperitur apud *Polybium* V, 28. VIII, 9.) 1 Petr. IV, 3. In reliquis tamen locis ita ponitur, ut sit vocabulum generis et quamvis impudentem et indomitam libidinem significet, v. c. Rom. XIII, 13. μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις. 2 Cor. XII, 21. ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ ἀσελγείᾳ. Galat. V, 19. Ephes. IV, 19. ubi cum ἀκαθαρσίᾳ permutatur. 2 Petr. II, 7. 18. Semel tantum Jud. v. 4. latissime hæc vox patere et omnem omnino impietatem et improbitatem indicare videtur. Conjecturas veterum de derivatione hujus vocis vide apud *Suidam* et *Auctorem Etym. M.* et *Alberti Obss. in N. T.* p. 332. Plurimis autem probatam vidi eorum opinionem, qui hanc vocem ex α priv. et Σέλγη (quod est nomen oppidi Pisidiæ, cujus cives, quippe ex Lacedæmoniorum disciplina profecti, præ reliquis honesti et probi fuerunt) compositam judicarunt. De ipsius vocis usu vario apud Græcos vide præter *Wetstenium N. T.* T. I. p. 588. *J. C. Leuschneri* Comm. super origine ac genuina vi vocabuli ἀσέλγεια ad intelligenda quædam N. T. loca. Lips. 1746. 4.

ἌΣΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *non signatus, cui signum* seu *nota non est impressa*, ex α priv. et σῆμα *signum*. Opponitur ἐπίσημος. Sic v. c. argentum rude ἄργυρος ἄσημος vocabatur. Vide *Plutarchum* in *Marii Vita* c. 12. ubi ἄργυρος ἄσημος opponitur τῷ νομίσματι. *Olympiodor.* Catena in Job. cap. XXXIII, p. 607. ἄσημον ἀντὶ τοῦ ἀτύπωτον σταθμὸν καὶ ἀχαρακτήριστον. Conf. vers. Alex. Job. XLII, 11.

2. *obscurus, qui nullis signis notisque dignosci potest.* *Suid.* ἄσημον· τὸ μηδὲν σημαῖνον. *Hesych.* ἀσήμως· ἀτραν̃ως.

1. *obscuri nominis, ignobilis, ignotus*, et de personis æque ac rebus usurpatur. *Suid.* ἄσημος· ὁ ἀγενής. *Hesych.* ἀσήμων· ἀφανῶν, ἀγνώστων. Sic semel in N. T. legitur Act. XXI, 39. οὐκ ἀσήμου πόλεως urbis celeberrimæ, nobilissimæ et clarissimæ civis. 3 Macc. I, 14. ἄσημόν τινα κατέκλινεν ἐν τῇ σκηνῇ. *Eurip. Ion.* 8. πόλιν οὐκ ἄσημον. Græcorum commemorat. Eadem formula reperitur quoque apud *Dionys. Hal. Ant.* XI, 35. *Achill. Tat.* VIII, p. 465. Conf. *Irmisch. Observv.* ad *Herodian.* I, 9. 12. p. 355. et *Reiske Indic. Græcit. in Plutarch. Vitas parall.* s. h. v.

ἌΣΗΡ, ὁ, *Aser.* Nomen proprium indeclinabile filii octavi Jacobi, patriarchæ, ex ancilla Leæ, Silpa, suscepti, origine Hebraicum אָשֵׁר *beatus, felix.* Genes. XXX, 13. Luc. II, 36. ἐκ φυλῆς Ἀσήρ. Filias Aseritarum, ob venustatem formæ olim celebres, ductas vulgo fuisse a sacerdotibus, e scriptis Rabbinorum observat *Wetstenius N. T.* T. I. p. 666. Apoc. VII, 6. Sæpius non legitur in N. T.

ἈΣΘΕΝΕΙΑ, είας, ἡ. Apud Græcos æque ac Scriptores N. T. in universum *omni rei aut personæ* tribuitur, *cui aliquid deest, quæ est manca, imperfecta, viribus destituta et afflicta.* Speciatim vero in N. T. ita dicitur.

1. *qualiscunque roboris et virium corporis defectus, morbus, imbecillitas corporis*, et opponitur τῇ ἰσχύϊ *prosperæ valetudini, vigori.* Matth. VIII, 17. αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε medelam attulit infirmitatibus morbisque nostris, coll. Ies. LIII, 4. Luc. V, 15. καὶ θεραπεύεσθαι ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν. ib. VIII, 2. XIII, 11. 12. Joh. V, 5. XI, 4. Act. XXVIII, 9. 1 Tim. V, 23. διὰ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας ob valetudinem tuam infirmiorem. *Xenoph. Hist. Gr.*

VI, 4. 18. ἐκ τῆς ἀσθενείας οὔπω ἴσχυεν. 2 Macc. IX, 22. καὶ περιπεσὼν ἀσθενείᾳ δυσχέρειαν ἐχούσῃ.

2. *imperfectio totius conditionis humanæ, conditio humilis corporis humani.* 1 Cor. XV, 43. σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ humatur corpus debile et fragile, morti obnoxium, quod facile debilitari potest, ubi opponitur τῇ δυνάμει. 2 Cor. XIII, 4. ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, quia habebat naturam humanam infirmam et debilem, aut, quod eodem redit, secundum humilem conditionem, qua Jesus his in terris usus est. Eodem modo *imbecillitas* apud Latinos de omni *imperfectione* usurpatur, v. c. *Cic.* de *Nat. Deor.* I. c. 44.

3. metaphorice: *quævis imbecillitas ingenii*, quæ non solum *ei* tribuitur, *cui est tardum ingenium et hebes, qui ægre se edoceri et corrigi patitur*, v. c. Rom. VI, 19. ἀνθρώπινον λέγω διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν populariter locutus sum, ut vestræ imbecillitati ingenii succurrerem,—sed etiam de *eo* dicitur, *qui inopia doctrinæ et eruditionis laborat.* Sic autem legitur in N. T. 1 Cor. II, 3. ubi Paulus de se ipso dicit ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς ego me inter vos gessi indoctum, non usus sum docta institutione; ubi τῇ σοφίᾳ v. 1. et τοῖς πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις v. 4. opponitur. Vocatur autem *inopia doctrinæ et eruditionis* ἀσθένεια, quia indocti vulgo nullius pretii haberi solent. Vide infra sub ἀσθενής.

4. *vitiositas, peccatum, imbecillitas animi.* Hebr. V, 2. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν quippe ipse ad peccata pronus. *Œcumenius* ad h. l. ἀσθένειαν τὴν ἁμαρτίαν ἐκάλεσε. Hebr. VII, 28. coll. v. 26. et 27.

5. per synecdochen denotat *omnis generis calamitates et afflictiones externas, molestias et ærumnas.* Rom. VIII, 26. συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν auxilium nobis fert in tolerandis calamitatibus nostris, i. q. v. 18. ἐν τοῖς παθήμασι τοῦ νῦν καιροῦ. 2 Cor. XI, 30. τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι de calamitatibus meis ob religionem Christianam gloriabor. ib. XII, 5. 9. ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται auxilio meo præsto sum afflictis. ib. v. 10. Galat. IV, 13. δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς inter quas afflictiones varias, quæ v. 14. πειρασμὸς vocantur. Hebr. IV, 15. μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν qui non pronus sit et valeat succurrere nobis, miseria et calamitatibus pressis. Cf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 546.—*Suid.* ἀσθένεια· ταλαιπωρία, νόσος, ἀδυναμία.

ἈΣΘΕΝΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. *defectu roboris et virium corporis laboro, ægroto, infirmus sum.* Matth. XXV, 36. ἠσθένησα καὶ ἐπεσκέψασθέ με me ægrotantem curastis. ibid. X, 8. ἀσθενοῦντας θεραπεύετε. Marc. VI, 56. Joh. XI, 1. Act. IX, 37. Philipp. II, 26. 27. ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ. 2 Tim. IV, 20. Jacob. V, 14. Respondet in vers. Alex. Hebr. חָלָה et נֶחֱלָה Judd. XVI, 7. 11. 17. Ezech. XXXIV, 4. *Palæphat.* de *Incred.* c. 31.

2. metaphorice: *minus valeo ingenio, minus recte sentio, imbecilliori animo sum*, inprimis, *relate ad religionis Christianæ scientiam.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. VIII, 9. μήπως——πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν ne ista libertas locum faciat peccandi cognitionis hujus expertibus. v. 11. καὶ ἀπολεῖται ὁ ἀσθενῶν ἀδελφὸς et ita miser redditur rudior Christianus. 2 Cor. XI, 29. τίς ἀσθενεῖ καὶ οὐκ ἀσθενῶ; h. e. accommodo me lubenter iis, qui nondum satis sunt confirmati in religionis scientia, coll. 1 Cor. IX, 22.

3. *minus valeo viribus et potestate, impar sum alicui rei efficiendæ, vim habeo fractam et debilitatam*, et opponitur τῷ δυνατέω. Sic legitur in N. T. 2 Cor. XIII, 3. ὅς scil. Χριστὸς, εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν qui se erga vos non imbecillem exhibebit, sed satis potentiam suam declarabit. Rom. VIII, 3. ἠσθένει νόμος διὰ τῆς σαρκὸς legis Mosaicæ vis et efficacia fracta est et debilitata vitiositate humana.

4. *imperfectus sum, minus valeo, laboro ex aliqua parte.* Rom. IV, 19. καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει certo sperans

absque ulla dubitatione, seu constanti et firma fide præditus. (Simili modo apud *Herodot.* IV. p. 325. ed. *Wesseling.* Pythagoras οὐκ ἀσθενέστατος σοφιστὴς, h. e. valde sapiens, πάνυ σοφὸς, interprete *Eustathio* vocatur: ubi vid. *Valckenarius.*) Rom. XIV, 1. τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει qui non certam habet animi persuasionem, potius animo est hæsitante et fluctuante, qui v. 2. simpliciter ὁ ἀσθενῶν vocatur. Similis formula: ἀσθενεῖν ταῖς διανοίαις animum deponere, 1 Macc. XI, 49. legitur. Sic etiam apud Latinos *imbecillitas* et *infirmitas* de inconstantia et animo minus stabili legitur, v. c. apud *Cic.* ad *Div.* I, 4. 6. *Cæs.* de *Bello Gall.* IV, 5. 1.

5. *in stultitiam prolabor*, seu *ineptum, levem me gero.* 2 Cor. XI, 21. ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν quasi jactantia elati, quasi in stultitiam prolapsi. Cf. infra ἀφροσύνη.

6. *miseriis et calamitatibus premor.* 2 Cor. XII, 10. ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι quo magis miseriis premor, eo majoribus viribus me instructum sentio. ib. XIII, 4. καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ mala enim perpessi ob religionem Christianam. ib. v. 9. χαίρομεν γὰρ, ὅταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν gaudemus de calamitatibus nostris. Aliam novam ac ingeniosam hujus loci explicationem dedit *J. C. Schwarzius* in *Monumentis Ingeniorum* T. III, p. 83. Sensum nempe h. l. ita constituit: Gaudemus nos, si nulla nobis occasio sit apostolica auctoritate utendi, et per miraculum aliquod animadversionis potestatem declarandi, et vos per virtutem spiritus divini, per fidem intemeratam et vitæ sanctitatem, nostræ potestati et animadvertendi facultati locum nullum relinquatis. Statuit itaque, ἀσθένειαν, quam sibi Apostolus h. l. tribuit, esse consilium, vi ac facultate sua propter certas causas non utendi, quo sensu apud *Cic.* I, Ep. 4. s. 6. *imbecillitas*, et apud *Jul. Cæsar. B. G.* IV, c. 5. s. 1. *infirmitas* nomen usurpatur.

7. *auxilio aliorum indigeo, pauper sum, opibus destituor.* Act. XX, 35. ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων succurrere aliorum paupertati. Judd. VI, 15. 2 Sam. III, 1. Sic etiam legitur apud *Aristoph. Pac.* v. 668. γινώσκοντες εὖ τοὺς πένητας ἀσθενοῦντας, ubi *Schol.* ἀσθενοῦντας· ἀντὶ τοῦ ἐν ἐνδείᾳ ὄντας. Idem tradit *Suidas* sub ἀσθένεια. — *Phavor.* ἀσθενῶ· ἀῤῥωστῶ, κάμνω, νοσῶ, ἀτροφῶ.

ἈΣΘΕΝΗΜΑ, τος, τὸ, 1. *imbecillitas, infirmitas, debilitas.* Est verbale a prima persona perf. passiv. ἠσθένημαι verbi ἀσθενέω.

2. τὰ ἀσθενήματα metaphorice dicuntur *opiniones et actiones eorum, qui nondum certam et perfectam religionis Christianæ scientiam habent*, die Schwachen unaufgeklarten Chriſten ſowohl in der Vorſtellungs- als Handlungs-Art *Christians imperfectly informed either as to opinions or practice.* Sic legitur in N. T. Rom. XV, 1. ὀφείλομεν ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν officium nobis potentioribus incumbit imbecilliores patienter ferre. Sæpius non legitur in N. T.

ἈΣΘΕΝΗΣ, ές, οῦς, ὁ, ἡ, 1. proprie: *imbellis, infirmus, defectu roboris et virium corporis laborans, ægrotans. Hesych.* ἀσθενής· ἀῤῥωστος. Est ortum ex α priv. et σθένος *robur.* Matth. XXV, 39. πότε δέ σε εἴδομεν ἀσθενῆ; ibid. v. 43. et 44. Luc. X, 9. καὶ θεραπεύετε τοὺς ἐν αὐτῇ ἀσθενεῖς. Act. IV, 9. V, 15. 1 Cor. XI, 30. ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι. Fortasse et huc referri poterit locus 1 Petr. III, 7. ubi mulieres τὸ ἀσθενέστερον σκεῦος τὸ γυναικεῖον vocantur, h. e. imbecilliores, inprimis, quoad corporis structuram, corpore et animo infirmi, ad quem locum vid. *Wetstenius.*

2. *miser, afflictus.* 1 Cor. IV, 10. ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ὑμεῖς δὲ ἰσχυροί nos miseri sumus et afflicti, vos felices. In versione Alex. respondet Hebraico עֲנִי Prov. XXII, 22. XXXI, 5. 9. Apud Græcos adeo ἀσθενὴς interdum speciatim *pauper, egenus*, dicitur v. c. *Eurip. Supplic.* v. 433. ubi τῷ πλούσιος opponitur. *Lysias Orat.* I. p. 3. ed.

Taylor. Hinc metaphorice ἀσθενὴς dicitur

3. *vitiosus, pronus ad peccata*, adjuncta *miseriæ* notione. Sic legitur in N. T. Rom. V, 6. ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν Χριστὸς ἀπέθανε quum adhuc vitiositatis miseriam sentiremus, Christus pro nobis mortuus est, coll. v. 8. ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν.

4. *cui est facultas admodum tenuis aliquid perficiendi*. Matth. XXVI, 41. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενὴς animum quidem promptum habetis, sed non item facultatem perficiendi. Marc. XIV, 38.

5. *omne, quod est imperfectum, quod non præstat id, quod præstare debet*, ἀσθενὴς dicitur. Sic Galat. IV, 9. religio Mosaica τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα vocatur, quippe longe imperfectior religione Christiana et puerili tantum ingenio hominum destinata. Eodem modo Hebr. VII, 18. διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελὲς quia non perfecte hominem expiare et felicem reddere valebat.

6. *contemtus, qui vilipenditur, qui nullius pretii est aut habetur*. 1 Cor. I, 25. τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ quod vile et nullius pretii videtur in rebus divinis, tamen longe præstantius est omnibus institutis humanis. ib. v. 27. καὶ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς qui reliquis viles et contemti videntur, hos elegit Deus. 1 Cor. XII, 22. ubi τὰ ἀσθενέστερα μέλη τοῦ σώματος sunt, ex mea sententia, viliora et maxime contemta corporis membra, quæ *pudenda* vulgo dicuntur, quanquam non ignoro, fuisse interpretes, qui hæc Pauli verba de membris teneris et minus validis, v. c. de oculo, explicarent, repugnante commate 23. ubi τὰ ἀτιμότερα vocantur.

7. *facilis, obsequiosus, mollis*, quem etiam nos in lingua vernacula einen ſchwachen Menſchen, *a weak man*, vocare solemus. Sic legitur in N. T. 2 Cor. X, 10. ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, h. e. vi oppositionis, præsens facilis est.

8. *qui nondum satis confirmatus est in religione Christiana, cui deest certa animi persuasio*. 1 Cor. VIII, 7. καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα (pro ἀσθενῶν ὄντων) μολύνεται sed conscientia horum hominum, qui nondum idoneam religionis Christianæ scientiam habent, polluitur. ib. IX, 22. ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενὴς accommodavi me imperitiorum captui. 1 Thess. V, 14. ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν rationem habete infirmorum in religione.

'ΑΣΙ'Α, ας, ἡ. *Asia*, ab Hebraico חֲצִי *medium*, uti *Bochartus* in *Phaleg* l. IV, c. 33. *Hyde* ad *Peritsols Itinera mundi* p. 15. aliique volunt. Est enim proprie orbis pars media Africam inter et Europam, quam vulgo Asiam minorem vocant, tertia terrarum orbis veteris pars, magnitudine Africam æquans et Europam, quæ dividitur in *majorem* et *minorem*. Asia, *minor* dicta, inter Pontum Euxinum et mare Cyprium interjacens, provincias in suo complectitur ambitu Phrygiam, Ciliciam, Pamphyliam, Cariam, Lyciam, Ioniam, Lydiam, Æoliam, Mysiam, Bithyniam, Paphlagoniam, Cappadociam, Galatiam, Lycaoniam, Pisidiam, in quibus provinciis et præsertim in Ionia, quam plurimos habitasse Judæos, constat ex Act. II, 9. VI, 9. XIX, 10. et ex oratione Judæorum ad Agrippam apud *Joseph*. A. J. XVI, 2. 4. *Asia* autem *major* reliquas continet partes Asiæ, quæ extra hunc Isthmum usque ad oceanum Eoum habentur. In N. T. libris semper intelligitur Asiæ regio *minor* dicta, et quidem vel *totaliter* vel *partialiter*. *Totaliter* legitur v. c. Act. XIX, 26. 27.—XXVII, 2. *Partialiter* autem Act. XVI, 6. et inprimis pro ea Asiæ parte ponitur, quæ *Ionia* dicebatur, (*Strabo* XIV initio.) et quam etiam *Strabo Asiam* specialiter vocat, ubi Ephesus sita fuit. Act. II, 9. VI, 9. XIX, 10. 22. XX, 16. XXI, 27. XXIV, 19. 1 Cor. XVI, 19. 2 Cor. I, 8. 1 Petr. I, 1. Apoc. I, 4. 11. Conf. *Cellarii* Notit.

Orb. Antiqu. Lib. III, c. 1. p. 4. seq. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 464.

ΑΣΙΑΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, *Asianus, ex Asia proconsulari, cujus metropolis Ephesus est, oriundus.* Act. XX, 4. Ἀσιανοὶ δὲ Τυχικὸς καὶ Τρόφιμος. Sæpius non legitur in N. T.

ΑΣΙΑ'ΡΧΗΣ, οῦ, ὁ, *Asiarcha* seu *Asiæ præfectus.* Est nomen compositum ex Ἀσία et ἀρχὸς *præfectus.* Semel legitur in N. T. Act. XIX, 31. τινὲς δὲ Ἀσιαρχῶν quidam Asiarcharum. Fuerunt autem *Asiarchæ principes sacerdotum totius Asiæ,* Ἱεράρχαι, *qui ex variis Asiæ provinciis et oppidis et quidem ex ipsis primoribus et opulentissimis civibus eligebantur annui, quorum munus erat non solum sacra facere, sed etiam ludos theatrales in Deorum honorem suis sumtibus edere,* unde eos *Rufinus* apud *Euseb.* H. E. IV, 15. *munerarios* vocat. Habebant Ephesi concilium commune, ad quod singulæ Asiæ civitates quotannis legatos mittebant, qui sacerdotes erant, ut tanto majorem haberent dignitatem. In suis singuli provinciis Λυκιάρχαι, Συριάρχαι, Φοινικάρχαι vocabantur. Vide *Salmas. Exercitt. Plinian.* p. 805. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 586. *Sever. Lintrupii* Spec. II. *Meletem. Critic. Zeibichii Obss. ex numis sacris* p. 36. et *van Dale* Dissert. ad Inscriptt. et Marm. Diss. III, p. 274. seq.

ΑΣΙΤΙ'Α, ας, ἡ, 1. proprie: *penuria ciborum,* ex α priv. et σῖτος *frumentum, cibus.*

2. *abstinentia a cibis, jejunatio.* Act. XXVII, 21. πολλῆς ἀσιτίας γενομένης cum diutius a cibis abstinuissent. *Vulgatus:* cum multa jejunatio fuisset, coll. v. 35. et 36. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo ἀσιτέω usurpatum legitur, ut sit idem quod ἀσιτίζω. 1 Macc. III, 17. et apud *Xenoph.* de Rep. Laced. II, 5.

ΑΣΙΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie 1. *qui plane nullos cibos ingerit, ab iis abstinet,* (*Xen. Cyrop.* IV, 2. 19.) et inprimis apud medicos veteres *is* dicebatur, *qui ciborum fastidio laborat.* Unde *Hesych.* ἀσιτία· ἡ ἀνορεξία, h. e. morbus, cum stomachus omnia respuit, fastidium cibi. Conf. *Foësii* Œconom. Hippocr. p. 65.

2. *qui parum tantum cibi sumsit, qui non edit quantum satis est, nec justa cœna utitur.* Sic autem legitur hæc vox non solum Act. XXVII, 33. ἄσιτοι διατελεῖτε μηδὲν προσλαβόμενοι ex quo exspectantes jejuni mansistis, sed etiam apud *Sophocl.* Aj. Flagell. v. 325. *Euripid.* Hipp. Coronat. v. 275. *Josephum* Antiqq. Jud. VI, 14. 8. VII, 7. 4. Confer infra ad προσλαμβάνω dicta, et *Wetstenium N. T.* T. II, p. 646. Ita etiam צוּם sumi videtur Esther IV, 16.

ΑΣΚΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie 1. *exerceo, assuefacio alium.*

2. intransitive pro medio ἀσκοῦμαι, *me exerceo, assuefacio, studeo, omnem diligentiam et industriam adhibeo.* Sic semel in N. T. legitur Act. XXIV, 16. ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ in eo equidem omnibus viribus meis elaboro. *Polybius* Hist. IX, 19. οἱ περὶ τὰς βαναύσους τέχνας ἀσκοῦντες. *Lucian. Dial. Deor.* VII. *Arrian. Epict.* II, 16. Potissimum quidem ἀσκῶ de iis dicebatur, qui in palæstra exercebantur; sed et sæpe latius patet hujus verbi vis, de cujus variis notionibus eleganter exposuit *Abreschius* ad *Æschylum* p. 179. seq. et *Jac. Lydius* in Agonisticis SS. c. 15. Vide et *Lexicon Xenoph.* Vol. I. p. 438. seq. *Hesych.* ἀσκεῖ· μελετᾷ, γυμνάζεται, φιλοπονεῖ.— ἀσκούμενοι· γυμναζόμενοι, παιδευόμενοι.

ΑΣΚΟ'Σ, οῦ, ὁ, *uter coriaceus* vel *pelliceus, pellis in utris formam consuta, qua liquida contineri et deferri solebant apud orientales,* et Hebraice נֹאד, Jos. IX, 4. 13. Judd. IV, 19. חֵמֶת, Genes. XXI, 14. 15. 19. etiam נֵבֶל, 1 Sam. X, 3. Jerem. XIII, 12. vocabatur. In N. T. speciatim ἀσκὸς dicitur *uter coriaceus,* (sæpe ex pelle caprina confectus. *Homer. Odyss.* VI, 78.) *quo ad vina servanda et condenda veteres utebantur,* unde ad *vini vasa* refert *Pollux* Onom. VI, 2. s. 14. X,

20. 71. Adde *Herodotum* II, c. 121. καὶ ἀσκοὺς πλήσαντα οἴνου ἐπιθεῖναι ἐπὶ τῶν ὄνων. *Homer.* Iliad. III, 247. καὶ οἶνον εὔφρονα — ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ. Quater autem in hoc sensu legitur in N. T. Matth. IX, 17. Marc. II, 22. Luc. V, 37. et 38. Conf. *Thom. M.* sub Θύλακος p. 457. ed. *Bernardi*, et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 360.

ἈΣΜΈΝΩΣ. Adverbium, *lubenter, prompte, cum gaudio, cupide.* Vulgo quidem derivatur ab ᾄδω *delecto, oblecto*, sed tunc cum spiritu aspero ἡσμένως seu ἀσμένως scribendum esset. Rectius ex mea sententia deducitur ab ᾄδω *cano*, unde ἀσμένως, q. d. *cum cantu, lætitiæ signo.* Bis autem tantum legitur in N. T. Act. II, 41. οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ cupide amplectentes ejus doctrinam. ib. XXI, 17. ἀσμένως ἐδέξαντο ἡμᾶς οἱ Ἀδελφοὶ lubenter et cum gaudio exceperunt nos Christiani. Formula ἀσμένως δέχεσθαι etiam legitur apud *Ælian.* V. H. XII, 18. XIII, 31. *Jos. A. J.* IV, 6. 7. XII, 9. 7. *Diod. Sic.* XII, 54. 2 Macc. IV, 12. *Hesych.* ἀσμένως· μετὰ χαρᾶς, ἡδέως, εὐκταίως, προθύμως, ἑκουσίως. Vide et *Alberti Glossar.* p. 63. 7.

ἌΣΟΦΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *insipiens, sapientia destitutus. Xenoph. Mem.* III, 9. 4.

2. *idonea religionis Christianæ* (quæ κατ' ἐξοχὴν σοφία vocatur) *scientia destitutus*, et ex adjuncto: *scelestus, vitiosus.* Sic semel in N. T. legitur, Ephes. V, 15. μὴ ὡς ἄσοφοι, ἀλλ' ὡς σοφοί ut vivatis non paganorum more, (qui v. 17. ἄφρονες vocantur) sed veros Christianos vos præstetis.

ἈΣΠΆΖΟΜΑΙ, fut. ἀσομαι, 1. *aliquem in adeundo vel abeundo saluto, solemni et recepta apud Judæos formula, præsens salutem dico, valedico.* Sic legitur in N. T. Matth. X, 12. εἰσερχόμενοι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν ἀσπάσεσθε αὐτήν intrantes autem domum salutate domesticos, seu, adeuntes familiam fausta omnia illi apprecamini, coll. Luc. X, 5. πρῶτον λέγετε· εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ. Luc. I, 40. *Suid.* ἀσπάζεσθαι· προσαγορεύειν. In *valedicendi* notione reperitur hæc vox Act. XX, 1. καὶ ἀσπασάμενος ἐξῆλθεν convocatis discipulis valedixit et discessit. ib. XXI, 6. καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους cum nobis invicem valedixissemus. *Aristoph.* Nubes v. 1144. *Xenoph.* Anab. VII, 1. 6.

2. si de *absentibus* usurpatur: *mitto salutem ad aliquem, bene precor*, aut, *alterius nomine salutem alicui impertior, alterius verbis saluto.* Sic autem sæpissime in fine epistolarum Paulinarum legitur. Rom. XVI, 3. ἀσπάσασθε Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκυλαν salutate meo nomine Priscillam et Aquilam. ibid. v. 5. 6. 7. 8. 16. ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι πᾶσαι salutationem vobis annuntio ab omnibus cœtibus Christianis. 1 Cor. XVI, 19. 20. Phil. IV, 20. 22. Coloss. IV, 10. ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἀρίσταρχος bona vobis per me apprecatur Aristarchus. 1 Thess. V, 26. 2 Tim. IV, 21. Tit. III, 15. Hebr. XIII, 24.

3. *convenio, adeo aliquem, inviso*, de quo etiam Latini voce *salutare* usi sunt; et ex adjuncto: *familiariter colloquor.* Act. XVIII, 22. καὶ ἀσπασάμενος τὴν ἐκκλησίαν salutato Christianorum cœtu. XXI, 7. καὶ ἀσπασάμενοι τοὺς ἀδελφοὺς ἐμείναμεν.

4. *amplector aliquem, osculor*, et ex adjuncto: *cum gaudio excipio.* Luc. X, 4. καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε nec quemquam in itinere amplectamini, seu, ne amplexibus mutuis moremini, coll. 2 Regg. IV, 29. כִּי תִמְצָא־אִישׁ לֹא תְבָרְכֶנּוּ וְכִי־יְבָרֶכְךָ אִישׁ לֹא תַעֲנֶנּוּ. Rom. XVI, 16. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Marc. IX, 15. ἐσπάζοντο αὐτὸν cum gaudio eum exceperunt. *Scholiast. Aristoph.* ad *Plutum* v. 743. Κυρίως ἀσπάζεσθαί ἐστὶ τὸ περιπλέκεσθαί τινα διὰ τὸ ἄγαν σπᾶσθαι εἰς ἑαυτὸν τὸν ἕτερον, καὶ περιβάλλειν τὰς χεῖρας ἐν τῷ φιλοφρονεῖσθαι. Idem *Eustathius* tradit ad *Homeri* Iliad. III. 31. X, 543. Vide et *Lexicon Xenophont.* Vol. I. p. 443. Hinc etiam osculum, in sac. cœnæ celebratione et in festo paschatos in

vet. ecclesia usurpatum, ἀσπασμὸς vocatur a patribus Græcis. Cf. *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 553. seq.

5. *benevolo et amico prosequor animo, amo aliquem.* Ita Matth. V, 47. καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μόνον et si populares tantum vestros amatis, coll. v. 46. Nec hanc notionem Græcis inusitatam fuisse, docent loca *Herodot.* I. c. 122. *Xenoph.* Ages. XI, 3. et alia, quæ collecta exstant in Observv. Miscell. Amstelod. Vol. III. p. 237. *Aristoph.* Plut. v. 743. τὸν Πλοῦτον ἠσπάζοντο, ubi Schol. ἠσπάζοντο· ἤγουν ἐφιλοφρονοῦντο. *Suidas* per ἀγαπᾶν καὶ φιλοφρονεῖσθαι interpretatus est. Confer etiam *Ez. Spanhemium* ad *Aristoph. Plut.* v. 323.

6. *gratulor alicui.* Act. XXV, 13. ἀσπασάμενοι τὸν Φῆστον ut Festo auspicia muneris gratularentur.

7. *gaudeo, lætor.* Hebr. XI, 13. καὶ ἀσπασάμενοι et spe repleti gaudebant; ubi videndus *Wetstenius.* *Chrysostomus* ἀσπασάμενοι, τοῦτ' ἔστι ἡσθέντες, gratum et acceptum habebant. *Maxim. Tyr.* Diss. XXI, 1. *Suid.* ἀσπάζεσθαι· καὶ τὸ χαίρειν τινὶ ἁπλῶς. Conf. *D'Orville* ad *Chariton.* I, 3. p. 224. ed. Lips. In universum bene de hoc vocabulo exposuit *Jensius* in Ferculo Litterario p. 13. seq.

Ἀσπασμὸς, οῦ, ὁ, *salutatio, quæ fit in tesseram* partim *amicitiæ et benevolentiæ*, partim *honoris et reverentiæ, eaque vel voce prolata vel scripta, vel ullo alio modo significata.* Luc. I, 29. καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος secum in animo versabat, quid sibi vellet hæc salutatio. ibid. v. 44. ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου simulac hæc salutatio pervenit ad aures meas. Matth. XXIII, 7. ubi Pharisæi dicuntur φιλεῖν τοὺς ἀσπασμοὺς delectari salutationibus, quæ fiunt honoris et reverentiæ causa. 1 Cor. XVI, 21. ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρί, scil. γεγραμμένος ἐστι, salutatio manu mea scripta est, Coloss. IV, 18. 2 Thess. III, 17. *Phavorin.* ἀσπασμός· ἡ εὐχή. παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρί. Conf. *I. I. Claudii Diss. de salutationibus vett. Ultraj.* 1702. 8.

Ἄσπιλος, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *immaculatus, maculæ expers, in quo nullus est nævus*, ex α priv. et σπίλος *macula*, de quo infra dicetur. Anthol. I, 20. 18. *Herodian.* V, 6. 16. *Suid.* ἄσπιλος καὶ ἀσπίλωτος· ὁ μὴ ἔχων σπίλον τινά. *Hesych.* ἄσπιλος· ἄμωμος, καθαρός.

2. metaphorice: *expers labis moralis, immaculatus ab inquinamentis et sordibus vitiositatis et peccatorum.* 1 Tim. VI, 14. ἄσπιλον· ἀνεπίληπτον. Jacob. I, 27. ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου. 1 Petr. I, 19. Christus dicitur ἄμωμος καὶ ἄσπιλος immunis ab omni vitiositatis genere. 2 Petr. III, 14. Conf. *Symmachi* reliquias ad Job. XV, 15.

Ἀσπὶς, ίδος, ἡ, 1. *scutum, clypeus ex corio, nonnunquam etiam ex ligno confectus.* Conf. *Potteri* Archæol. Gr. III, c. 4.

2. *aspis, serpentis genus*, cujus ictus tam sunt lethales, ut nullo fere remedio curari possint, nisi confestim partes illæ, quæ ictum ejus sunt passæ, præcidantur. Conf. *Ælian. H. A.* II, 24. VI, 38. Rom. III, 13. ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν venenum aspidum est sub labiis eorum. Hebraice עֶכְשׁוּב dicitur Ps. CXL, 3.

Ἄσπονδος, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie dicebatur Græcis *is, qui nec sacris nec conviviis interest, in quibus libare solebant Diis amicitiæ et sacræ cujusdam concordiæ stabiliendæ causa*, ut bene observavit *Schwarz.* in Comment. Gr. Ling. p. 26. ex α priv. et σπονδὴ *libatio, fœdus.* Hinc

2. ἄσπονδος dicitur non solum, *qui fidem datam fallit, et inita fœdera frangit*, sed etiam, *qui implacabili adversus alios odio fervet, et quasi nullas σπονδὰς admittit, implacabilis, irreconciliabilis.* *Hesych.* ἄσπονδοι· ἄγριοι, ἐχθροὶ καὶ μὴ μνημονεύοντες φιλίας ἢ διαθέσεως, ἀδιάλλακτοι.—ἀσπόνδει· οὐκ εἰρηνεύει. *Alberti* Gloss. N. T. p. 94. ἀσπόνδους· παραξαίνοντας τὴν μεθ' ὁρκομω-

σίας ἀσφάλειαν. Rom. I, 31. ἀστόργους, ἀσπόνδους, ἀνελεήμονας. 2 Tim. III, 3. ἄστοργοι, ἄσπονδοι. *Philo de Charit.* T. II. p. 397. 18. et *de vita Mosis* T. I. p. 119. 25. ed. *Mangey.* Sic etiam dirissima bella, quæ nullo fœdere dirimi possunt, passim apud *Demosthenem* (v. c. *de Corona* p. 314. ed. *Reiske*) ἄσπονδοι πόλεμοι vocantur.

ἈΣΣΑ΄ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, *assarius* vel *assarium.* Est vox origine Latina, descendens ab *as, assis*, quæ, terminatione Græca diminutiva addita, a Græcis sub Romanorum monarchia in suam assumta civitatem, non tamen ideo Latinismis N. T. annumeranda, ut ab haud paucis factum videmus. Nam dudum jam hæc vox in scripta optimorum Græcorum irrepserat, v. c. *Dionysii Halic.* qui sæpe Latina nomina Græcis litteris scripta retinuerunt, v. c. πατρίκιος, δικτάτωρ et multa alia. De valore et pretio *assarii* constituendo dissentiunt viri docti. Aliis ἀσσάριον est *dimidia pars assis Romani, semuncialis. Plin.* H. N. XXXIII, 3. Alii vero idem cum asse Romano esse voluerunt, v. c. *Kypke* in Observv. Sacr. T. I. p. 57. et profecto omnium rectissime ii statuisse videntur, qui *assarium* valuisse tradunt decimam partem δραχμῆς seu δηναρίου. Drachma autem sex obolis æstimatur, obolus sex chalcis, chalcus septem leptis, ut adeo ad modernam monetam restrictum ἀσσάριον valeret einen Creutzer, oder vier Pfennige, *a cross, or four pennies.* Conf. *Gronov.* de Pecunia Vetere p. 439. et *Budæum* de Asse p. 200. seq. *Hesych.* ἀσσάριον καὶ λεπτὸν ἓν εἰσι. Idem tradit *Alberti* Gloss. N. T. p. 204. Etiam Judæi hanc vocem assumserunt et scribunt אִיסָר, sed fere ita ea utuntur, ut formula בְּאִיסָר vel כְּבְאִיסָר *quodvis vilissimum et minimum pretium* indicetur. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 376. Hinc lucem fœnerantur duo illa N. T. loca, in quibus hæc vox tantum legitur. Matth. X, 29. οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; nonne duo passerculi minimo pretio venduntur? Luc. XII, 6. οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο;

ἍΣΣΟΝ, *propius, prope, juxta.* Est neutrum comparativi gradus, et poëtis admodum familiaris vox, cujus positivus est ἐγγὺς, sicut a μέγας comparativus est μέσσων et μάσσων et a παχὺς comparativus πάσσων formatur. Act. XXVII, 13. ἄσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην propius ora legebant Cretæ. Sæpius non legitur in N. T. A plerisque hæc vox annumeratur vocabulis poëticis. Et sæpe profecto legitur apud poëtas Græcos, v. c. *Homer.* Iliad. VI, 143. XXII, 4. *Moschum* Idyll. IV, 26. *Eurip.* Cyclop. v. 254. Utuntur tamen etiam prosaici Scriptores isthac comparativi forma, v. c. *Joseph.* A. J. I, 201. *Herodot.* II, 52. IV, 3. 5. Conf. *Foësii* Œconom. Hippocratis p. 65. *Etym. M.* ἄσσον· τὸ ἐγγὺς καὶ πλησίον. εἴρηται παρὰ τὸ ἐγγὺς κ. τ. λ. *Hesych.* ἄσσον· πλησίον, ἐγγύς. ἄσσον· ἴτε, ἐγγὺς ἔρχεσθε.

ἍΣΣΟΣ, ου, ἡ, *Assus*, urbs Mysiæ majoris maritima, sita ad mare Ægæum, a Troade, civitate Phrygiæ minoris, novem milliaribus distans. Alias dicta est *Apollonia*, teste *Plinio* H. N. V, c. 30. et nota fuit *Assio lapide*, qui etiam *Sarcophagus* dicitur. In N. T. bis memoratur, Act. XX, 13. 14. Confer etiam *Cellarii* Notit. Orb. Ant. III, 3. p. 43. et *Wetstenii, N. T.* T. II, p. 592.

ἈΣΤΑΤΕ΄Ω, ῶ, *incertis sedibus vagor, erro, oberro*, ex ἄστατος *instabilis.* Tantum legitur in N. T. 1 Cor. IV, 11. καὶ ἀστατοῦμεν totum terrarum orbem, sedibus nostris ejecti, tanquam nebulones oberrare cogimur, seu, *et incertis sedibus erramus. Phavor.* ἀστατοῦμεν· τουτέστι διωκόμεθα. ἀποστολικὴ ἡ λέξις. ὡς τὸ κολαφιζόμεθα καὶ ἀστατοῦμεν. De *mari turbido* ἀστατεῖν legitur apud *Appian. bell. Syriac.* p. 221. ἔτι ἀστατούσης χειμῶνι τῆς θαλάσσης. Male vertitur: *mari per hye-*

mem nondum admittente navigia. et ἄστατος apud *Plutarchum M. Crass.* c. 17. Interdum etiam apud Græcos hæc vox de *eo* usurpatur, *qui inconstans est.*

ἌΣΤΕΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie *urbanus* dicitur, *in urbe natus aut degens,* et opponitur τῷ ἀγροικος. *Etym. M.* ἀστεῖος· ὄνομα ἐκ τοῦ ἄστυ. λέγεται κυρίως ὁ ἐν ἄστει διατρίζων. *Hesych.* ἀστείων· τῶν ἐν ἄστει διατριζόντων.—

2. ita dicitur, *qui est politis moribus,* uti ἀστεῖον de *omni* apud Græcos usurpatur, *quod est gratum, elegans et ita comparatum, ut aliorum sibi gratiam conciliare valeat.* Sic v. c. *Josephus* A. J. IX, 2. s. 1. usus est: ἀποδεξάμενος τὴν δεξιότητα τῶν λόγων καὶ τὸ ἀστεῖον τοῦ ἤθους ὁ Ἠλίας. *Hesych.* ἀστεῖος· ὁ χαρίεις, ὁ ἐπίχαρις.

3. refertur ad corporis vultusque speciem, ut sit *formosus, venustus,* quia urbani fere vincunt, certe olim vincebant et nunc vincere existimantur rusticos præstantia formæ vultusque et oris venustate. *Suid.* ἀστεῖος· εὐπρόσωπος. *Etym. M.* ὁ δ' εἶδος (ita enim reponendum videtur loco ἦθος) ἐπαινούμενος. Act. VII, 20. de Mose: καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ et erat puer admodum venustus, coll. Exod. II, 2. ubi טוֹב vocatur, et *Joseph.* A. J. II, 95. 6. et 7. Hebr. XI, 23. διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον. Sic *Aristænetus* Lib. I, ep. 4. νὴ Θεοὺς ἀστεῖον τὸ γύναιον. ibid. ep. 19. *Aristotel. Nicomach.* IV, 7.

ἌΣΤΗΡ, έρος, ὁ, 1. *stella,* unum corporum lucidorum cœli, suo splendore noctis illustrantium tenebras, quasi αὐστὴρ ab αὔω *splendeo.* *Suid.* ἀστήρ· ἄστρου διαφέρει. ὁ μὲν ἀστὴρ ἕν τί ἐστι, τὸ δὲ ἄστρον ἐκ πολλῶν συνέστηκεν, ὅ καὶ ἀστροθέτημα καλεῖται, quæ tamen differentia non semper observata reperitur. Alexandrini sæpe usi sunt pro Hebr. כּוֹכָב Judd. V, 20. Nehem. IX, 23. Matth. II, 2. εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα vidimus enim ejus stellam. h. e. indicem nativitatis ejus. ibid. v. 7. 9. 10. XXIV, 29. καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ et stellæ obscurabuntur. Conf. infra sub πίπτω. Marc. XIII, 25. καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔσονται ἐκπίπτοντες. 1 Cor. XV, 41. ἄλλη δόξα ἀστέρων, ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. Conf. sub δόξα. Vocabulum ἀστὴρ apud Græcos latissime patere, et *omne* designare, *quod aliquem splendorem habet et emittit,* docuit *I. H. a Seelen* in *Meditatt. Exeg.* P. I, p. 105. sequ.

2. metaphorice ἀστέρες vocantur *doctores ecclesiæ Christianæ* ob muneris præstantiam et dignitatem, et quia doctrinæ puritate et vitæ integritate suo prælucere debent exemplo auditoribus. Sic legitur in apocalypsi passim, v. c. cap. I, 16. ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ ἀστέρας ἑπτὰ, coll. v. 20. οἱ ἑπτὰ ἀστέρες, ἄγγελοι τῶν ἑπτὰ ἐκκλησιῶν εἰσι. ibid. II, 1. III, 1. ubi τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ et οἱ ἑπτὰ ἀστέρες invicem permutantur. Jud. v. 13. ubi doctores leves et inconstantes, qui ad varia opinionum commenta deflectunt, ἀστέρες πλανῆται stellæ erraticæ vocantur. Imitati sunt hac in re N. T. scriptores librorum V. T. auctores, qui stellarum imagine omnes viros illustres et præcipuos, maxime autem verbi divini doctores insigniunt. Num. XXIV, 17. Dan. VIII, 10. 24. XII, 3. 1 Maccab. I, 25. Solebant tamen etiam Græci eos, qui aliqua re præ aliis elucebant, stellis comparare, ut ex *Musæi* Her. et Leand. v. 21. et aliis locis probavit *Palairet.* in Observatt. Philol. Crit. p. 521. Sic v. c. vocatur *Marcellus* in epigrammate statuæ ejus inscripto ἀστὴρ πατρίδος apud *Plutarch. Marcell.* c. 30.

3. *Christus* in Apoc. XXII, 16. ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνος dicitur, ob insignem suam pariter majestatem divinam ac doctrinæ traditæ præstantiam. Sed Apoc. II, 28. per τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνον rectius futura in cœlis felicitas intelligitur, nisi aliquis statuere mallet, δώσω αὐτῷ positum esse pro δήσω αὐτὸν, adeoque virum in summa dignitate ac felicitate consti-

tutum cum stella matutina h. l. comparari.

ἈΣΤΗΡΙΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie sensu physico: *instabilis, infirmus*, ex α priv. et στηρίζω *stabilio, suffulcio, confirmo.*

2. metaphorice: *qui non idoneam religionis Christianæ scientiam habet*, aut, *qui in virtutis studio nondum satis confirmatus est.* 2 Petr. II, 14. δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους allicientes homines infirmos. ibid. III, 16. ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν quæ inscii nec satis firmi in cognitione interpretando pervertunt. *Hesych.* ἀστήρικτον· ἄπιστον. — ἀστηρίκτους· ἀσθενεῖς.

ἌΣΤΟΡΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie:

1. *qui naturalia erga alios, propinquo sanguine sibi junctos, parentes maxime atque liberos, charitatis vincula dissolvit, omnemque sic humanitatem ejurare videtur*; deductum enim est a στοργὴ, quod de insito illo a natura mutuo impensissimi amoris affectu usurpatur, quo parentes sobolem amplecti et fovere solent, et liberi vicissim parentes prosequuntur, quo qui præditus est, a Græcis φιλόστοργος et στέργων dicitur. *Athenæus* XIV, p. 655. C. οἱ καλούμενοι ὄρνιθες μελεαγρίδες —— ἔστι δὲ ἄστοργον πρὸς τὰ ἔκγονα τὸ ὄρνεον, καὶ ὀλιγωρεῖ τῶν νεωτέρων. Quemadmodum vero vocabulum στοργὴ latius etiam patet apud Græcos, et de omnis amoris et amicitiæ sensu usurpatur (*Hesych.* στοργή· φιλία, ἀγάπη); ita etiam ἄστοργος

2. in genere dicitur, *amoris et amicitiæ plane expers, qui omnem humanitatis sensum plane exuit. Suid.* ἀστόργους· τοὺς ἀπηνεῖς καὶ ἀφίλους. *Hesych.* ἀστόργους· μὴ ἀγαπῶντας τινά. Idem legitur in *Alberti* Gloss. N. T. p. 93. In N. T. tantum extat Rom. I, 31. et 2 Tim. III, 3.

ἈΣΤΟΧΕΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *a scopo aberro, non recta ad scopum tendo, non recta collineo*, ex α priv. et στοχάζομαι *recta collineo ad scopum, recta ad scopum tendo*, seu *feror.* Opponitur τῷ εὐστοχέω. *Hesych.* ἀστοχεῖ· ἀποτυγχάνει, ἁμαρτάνει.

2. in universum: *aberro, declino, deficio, descisco ab aliqua re aut persona.* Construitur fere cum genitivo. Sic legitur in N. T. 1 Tim. I, 6. ὧν τινὲς ἀστοχήσαντες a quibus quidem aberrantes. ibid. VI, 21. περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν defecerunt a vera religione Christiana. 2 Tim. II, 18. οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν. Sæpius in N. T. non reperitur. *Polybius* Exc. Leg. 89. μὴ δόξωσι Ῥωμαίων ἀστοχεῖν. *Plutarch.* de *def. Orac.* p. 414. F. ἀστοχοῦσι τοῦ μετρίου καὶ πρέποντος. Id. *Galba* p. 1060. ἀστοχεῖν ἐδόκει τοῦ πρέποντος. Sirac. VII, 21. VIII, 11.

ἈΣΤΡΑΠΗ, ῆς, ἡ, 1. *fulgur*, seu lux, quæ in nubium collisione subito erumpit et apparet ante tonitru, ἡ ἐπὶ τῆς παρατρίψεως ἢ καταῤῥήξεως τῶν νεφῶν ἐκπύρωσις, quæ Hebraice בָּרָק dicitur Exod. XIX, 16. Nomen habet a splendore et coruscatione, nam ἀστράπτω *splendere, fulgere* notat. Apoc. IV, 5. ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ καὶ φωναί. ibid. VIII, 5. XI, 19. XVI, 18. Matth. XXIV, 27. Cum fulgure in N. T. eleganter comparantur non solum omnia, quæ inopinato et summa cum celeritate accidunt et perficiuntur, sed etiam, quæ insignem et eximium splendorem emittunt. Luc. X, 18. ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα scio, quam celerrime per vos imminutam et fractam esse potestatem diaboli. ibid. XVII, 24. sicut fulgur quam celerrime ex altera parte cœli ad alteram refulget, ita quoque celeriter ac inopinato adveniet filius hominis. Matth. XXVIII, 3. ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ ejus vultus habebat speciem fulguris.

2. *fulgor, splendor.* Luc. XI, 36. ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε ut si lucerna fulgore te collustraret. Eodem modo בָּרָק usurpatur Deut. XXXII, 41. בְּרַק חַרְבִּי, Nahum III, 3. בָּרָק חֲנִית.

ἈΣΤΡΑ΄ΠΤΩ, fut. ἄψω, *fulguro, fulgeo, corrusco, refulgeo, mico*, et proprie quidem, ut Hebraicum בָּרַק Ps. CXLIV, 6. de *fulgure* dicitur. Luc. XVII, 24. ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα: interdum tamen de *omni* usurpatur, *quod admodum candet et fulget, ut oculi aspicientium exinde quasi a fulgure perstringantur.* Sic de vestibus admodum candidis ac splendidis usurpatum reperitur Luc. XXIV, 4. ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις, ubi in uno codice λευκαῖς legitur e glossemate. Conf. *Scholiast. Eurip.* ad Phœniss. v. 111. *Xenoph. Cyrop.* VI, 4. 1. *Hesych.* ἀστράπτων· ὑπερλάμπων.

ἌΣΤΡΟΝ, ου, τὸ, 1. proprie: *sidus, e coagmentatione plurium stellarum collectum*, seu: *regio cœli plures stellas complexa. Macrob.* Somn. Scip. I, 14. "Apud Græcos ἀστὴρ et ἄστρον diversa significant; et prius quidem stella una est, ἄστρον autem signum stellis coactum, quod nos *sidus* vocamus." *Ammonius*: Ἄστρον καὶ ἀστὴρ διαφέρει· ἄστρον μὲν γάρ ἐστιν τὸ ἐκ πολλῶν ἀστέρων μεμορφωμένον ζῴδιον, οἷον Ὡρίων, Ἄρκτος· ἀστὴρ δὲ ὁ εἷς. Idem tradit *Scholiastes Pindari* ad *Olymp.* I, 9. *Oppiani* ad *Halieutica* III, 48. et *Eustathius* ad *Homer. Il.* IV, 75. Sed non semper hæc differentia observata reperitur a Scriptoribus Græcis, in quorum libris æque ac in N. T. ἄστρον haud raro

2. pro ἀστὴρ ponitur, et omnino *stellam* notat. Luc. XXI, 25. καὶ ἔσται σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις. Act. XXVII, 20. μήτε ἡλίου μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων. Hebr. XI, 12. καθὼς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει. Eodem modo ἄστρον legitur apud *Æschin. Socr.* Dial. III, 17. ἰδεῖν περιφορὰς ἄστρων. *Pindar.* Olymp. Od. I, v. 9. ut apud Latinos *astrum* aut *sidus* pro *stella*, v. c. *Ovid.* Trist. I, 5. 47.

3. *figura, imago, simulacrum stellæ.* Act. VII, 43. τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥέμφαν, ubi de *Saturno* sermo est, *qui in figura stellæ colebatur.* Vide infra ad Ῥέμφαν dicta.

ἈΣΥ΄ΓΚΡΙΤΟΣ, ου, ὁ, *Asyncritus.* Nomen proprium viri Romani Græcum, cujus Rom. XVI, 14. mentio fit. Est ab appellativo ἀσύγκριτος, ὁ, ἡ, *incomparabilis, qui cum alio contendi et comparari nequit. Hesych.* ἀσύγκριτον· ἀνόμοιον, ὑπερέχον, ubi *Alberti* videndus. *Suid.* ἀπαράβλητος, ἀσύγκριτος, ἀνόμοιος.

ἌΣΥΜΦΩΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie *dissonus, discors* dicitur, et de absentia harmoniæ in cantu et instrumentis musicis usurpatur. Compositum enim est ex α priv. et σύμφωνος *consonus.* Sapient. XVIII, 10. ἀσύμφωνος ἐχθρῶν φωνή. *Dion. Hal. de compos. verb.* c. 11. χορδὴν ἀσύμφωνον.

2. metaphorice: *dissentiens, discors*, Sic semel legitur in N. T. Act. XXVIII, 25. ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους cum jam dissidia et altercationes exorirentur. *Symmachus* Ps. LV, 10. ἀσύμφωνον ποίησον, Hebr. פַּלַּג. *Diod. Sic.* IV, 1. ἀσυμφώνους εἶναι πρὸς ἀλλήλους. *Plutarch. Agis* c. 10. πόλιν ἀσύμφωνον καὶ ἀνάρμοστον.

ἈΣΥ΄ΝΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie partim *de hominibus* adhibetur, *qui non intelligunt et capiunt aliquid, intelligentia carentibus, qui non assequuntur, quæ dicuntur*, partim *de rebus obscuris et intellectu difficilioribus* usurpatur. *Thom. M.* ἀσύνετος· ὁ μὴ νοῶν καὶ ὁ μὴ νοούμενος. Sic legitur Matth. XV, 16. ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; vosne etiam adhuc facultate assequendi sensum verborum meorum destituti estis? *Joseph.* A. J. I, 4. s. 3. ὑπὸ πολυφωνίας ποιήσας ἑαυτῶν ἀσυνέτους εἶναι. *Euripid.* Phœniss. v. 1759. αἴνιγμ' ἀσύνετον εὑρών.

2. *alienus a vera religione, idololatricus.* Rom. I, 21. καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία tenebris offusa est mens eorum, a vero Dei cultu aliena. ibid. X, 19. ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ ὑμᾶς invidiam excitabo in vobis contra gentem idololatricam, coll. Deut. XXXII, 21. בְּגוֹי נָבָל אַכְעִיסֵם.

2. *improbus, religione carens*, gewissenlos, *destitute of religion.* Rom. I,

31. ἀσυνέτους. *Suid.* ἀσυνέτους· τοὺς ἀσυνειδήτους, ὧν οὐδὲν ἀφρονέστερον παρὰ τῷ 'Αποστόλῳ νοητέον, ubi videndus *Ernesti.* Verbum ἀσυνετέω in versione Alex. pro Hebraico בָּגַד legitur Ps. CXIX, 158.

'ΑΣΥ'ΝΘΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui fœdera inita et pacta non servat, fœdifragus.* Opponitur εὐσύνθετος et εὐσυνθετῶν (*Polyb.* Exc. Leg. 35. *fidem datam præstans. Hesych.* ἀσυνθέτους· μὴ ἐμμένοντας ταῖς διαθήκαις, μὴ συντιθεμένους. *Alberti* Gloss. N. T. p. 94. ἀσυνθέτους· μὴ ἐμμένοντας ταῖς συνθήκαις, consentiente *Suida.* Compositum est ex α priv. et συντίθημι *compono*, συντίθεμαι *paciscor.* Semel tantum in N. T. legitur, Rom. I, 31. ἀσυνθέτους perfidos. In vers. Alex. respondet hæc vox τῷ בֹּגְדָה, Jerem. III, 7. 10. et בֹּגֵדָה ibid. v. 8. et 11. Conf. *Bielii* Thesaurum Philologicum sub ἀσυνθεσία et ἀσυνθετέω, et *Wetstenii* N. T. T. II. p. 29.

'ΑΣΦΑ'ΛΕΙΑ, ας, ἡ, 1. *firmitas, munitio, diligentia et cura, qua aliquid munitur et custoditur.* Act. V, 23. δεσμωτήριον εὕρομεν κεκλεισμένον ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ carcerem clausum invenimus *tutissime, firmissime*, seu, *summa cum diligentia. Stephanus* in Thesauro Gr. L. T. III, p. 1173. docuit, ἀσφάλειαν etiam apud Græcos interdum *firmum præsidium*, τὸ ἀσφαλὲς ἔρυσμα, significare, et apud *Polybium* Hist. III, 69. *castra, munimenta*, ἀσφάλεια vocantur.

2. ex adjuncto: *securitas, immunitas a periculo.* 1 Thess. V, 3. εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια nihil nobis metuendum est. Conf. Levit. XXVI, 5. Deut. XII, 10. ubi Hebraico בֶּטַח in versione Alexandrina respondet. *Polybius* Hist. III, 27. *Xenoph.* Mem. XIII, 12. 7. τοῖς δὲ τὰ σώματα εὖ ἔχουσι πολλὴ ἀσφάλεια καὶ οὐδεὶς κίνδυνος. 2 Macc. III, 22. IV, 21. IX, 21. *Hesych.* ἀσφάλειαν· σωτηρίαν.

3. metaphorice: *certitudo, veritas rei indubitata.* Luc. I, 4. ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν ut intelligeres veritatem et certitudinem eorum, quæ edoctus fuisti. Conf. *Xenoph.* Memor. IV, 6. 15. ubi ἀσφάλεια non tam *certitudinem*, quam *demonstrationem* et *explicationem certam*, seu *certitudinem efficientem* significare videtur. *Herodian.* III, 9. 5. τοὺς δὲ παῖδας ὁμηρεύειν εἰς ἀσφάλειαν τῆς πίστεως ἐξέδωκεν.

'ΑΣΦΑΛΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *sollicite firmo et munio aliquid, ne vel ruat vel elabatur, tueor, in tuto colloco, custodio, constringo*, nostrum: etwas verwahren, in sichere Verwahrung bringen, *to guard any thing, to have it in sure keeping*, quasi διαφυλάσσω μετὰ πάσης ἀσφαλείας, ut legitur 2 Maccab. III, 22. Eandem significationem habet medium ἀσφαλίζομαι, quod non tam de iis dicitur, qui per alios aliquid muniendum curant, sed ut activum etiam de *iis* usurpatur, *qui rem locumve muniunt ipsi.* Vide *Dresigium* de Verbis Mediis N. T. II, 4. Matth. XXVII, 64. κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον jube muniri sepulcrum, scilicet militibus custodibus. ib. v. 65. ἀσφαλίζεσθε muniendum curate, et v. 66. Act. XVI, 24. πόδας ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον pedes nervo constrinxit ligneo. Sæpius non legitur in N. T. Sapient. XVIII, 16. ἀσφαλισάμενος σιδήρῳ. *Diod. Sic.* XVIII, c. 52. p. 296. τὰς πόλεις ἀσφαλισάμενος, nempe φρουραῖς. *Polyb.* I, 42.

'ΑΣΦΑΛΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, 1. proprie: *firmus, non lubricus, lapsui non obnoxius, qui non potest labefactari, everti et dejici*, (ex α priv. et σφάλλω *supplanto, everto, labefacto.*) Huc pertinet locus Hebr. VI, 19. ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, h. e. quam veluti animi ancoram tenemus tutam ac firmam; si nempe, quod plerique volunt, ἀσφαλῆ ad proxime antecedens ἀγκύραν, non autem ad ἣν, seu ἐλπίδα, referendum est. Sapient. IV, 3. οὐδὲ ἀσφαλῆ βάσιν ἐδράσει. ibid. XIV, 3. τρίζον ἀσφαλῆ. *Phavorin.* ἀσφαλής· ἑδραῖος.

2. metaphorice: *certus, verus.* Act. XXI, 34. γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς certi ali-

quid cognoscere. XXII, 30. XXV, 26. περὶ οὗ ἀσφαλές τι γράψαι οὐκ ἔχω de quo certum quid scribam, non habeo. Sapient. VII, 23. βέβαιον ἀσφαλές. Conf. *Abresch.* Auctarium Dilucid. *Thucyd.* p. 349.

3. *id, quod aliquem aut certum aut tutum ab omni periculo reddere valet,* ἀσφαλὲς dicitur. Sic Philipp. III, 1. τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές me eadem scribere vobis mihi non molestum est et vobis hanc utilitatem præstabit, ut vos tutiores reddat ab omni lapsu et confirmet.

ΑΣΦΑΛΩ̃Σ. Adverbium. 1. *tuto, firmiter, secure, magna cum cura et diligentia, sollicite.* Marc. XIV, 44. καὶ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς abducite eum tuto, ne elabatur. *Vulgatus* per *caute* interpretatus est. *Syrus:* ܘܬܨܝܪ ܗ݂ܘ݂ *circumspecte.* Potest etiam verti: abducite eum sine periculo ac metu, nempe erroris, aut: nullum periculum ab iis verentes, qui Christum vi liberatum venirent. *Polyb.* XIV, 44. ἀπαγαγὼν ἀσφαλῶς τὴν δύναμιν. Act. XVI, 23. ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτοὺς ut diligenter eos observaret. Tob. VI, 4. θὲς ἀσφαλῶς. Apud Græcos Scriptores ἀσφαλῶς non solum *sine periculo* et *sine metu* notat, *Polyb.* I, cap. 19. III, c. 110. *Herodian.* II, 9. s. 8. Baruch. V, 7. sed etiam *diligenter, magna cum cura. Herodian.* IV, 12. s. 3. Ῥωμαῖοι ἀσφαλῶς συστήσαντες τὰς φάλαγγας.

2. *certo, vere, indubitate, ita, ut excludatur omne periculum errandi.* Act. II, 36. ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ persuadeant sibi jam quam certissime omnes Israëlitæ. Sapient. XVIII, 6. ἵνα ἀσφαλῶς εἰδότες. Similem locum ex *Eunapii* Proæres. adduxit *Wetstenius* N. T. T. II. p. 469.

ΑΣΧΗΜΟΝΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *turpiter ago et indecore facio ea, quæ vel per se vel opinione hominum turpia sunt.* Opponitur τῷ εὐσχημονεῖν *facere ea, quæ decorum postulat.* 1 Cor. XIII, 5. ἡ ἀγάπη οὐκ ἀσχημονεῖ qui vere alios amat, non indecore agit. Sic legitur apud *Ælian.* V. H. VI, 13. de turpi vita Dionysii, quam egit Corinthi. *Xenoph. de re equestr.* 11, 6. Conf. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. XI, 4. et *Hemsterhus.* ad *Lucian.* Nigrin. c. 10. T. I. p. 48. qui docuit, ἀσχημονεῖν etiam actorem scenicum dici, cum personæ, cujus partes agit, dignitatem non tuetur. *Hesych.* ἀσχημονεῖ· ἀκοσμεῖ, ut loco ἀσχηνεῖ ex *Phavorino* reponendum est. Deinde ex adjuncto:

2. *ignominiam subeo, ignominia afficior.* 1 Cor. VII, 36. εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει si quis vero existimat, se subiturum aliquid dedecoris propter filiam suam virginem. Sic etiam legitur Deut. XXV, 3. וְנִקְלָה אָחִיךָ לְעֵינֶיךָ, Alex. ἀσχημονήσει ὁ ἀδελφός σου ἐναντίον σου, et Ezech. XVI, 39. ubi ἀσχημονοῦσα, Hebr. עֲרֻיָּה in vers. Alex. respondet. *Eurip.* Hecuba v. 407. ubi Schol. ἀσχημονῆσαι per ἀτιμασθῆναι interpretatus est. Confer etiam *Wetstenii* N. T. T. II. p. 130. seq.

ΑΣΧΗΜΟΣΎΝΗ, ης, ἡ, 1. *turpe, quod effari pudet, actio fœda et pudenda,* et speciatim *nefanda et illegitima Venus.* Rom. I, 27. ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι mares in sexum suum nefandam libidinem exercentes. Sirac. XXIX, 41. XXX, 13. ἵνα μὴ ἐν τῇ ἀσχημοσύνῃ αὐτοῦ προσκόψῃ.

2. *pudenda, membra corporis humani, quæ a pudore nomen habent.* Apoc. XVI, 15. ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ, καὶ βλέπωσι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτοῦ nec nudus incedat et conspicua fiant pudenda ejus; ubi tamen per pudenda metaphorice *turpes* et *impiæ actiones* intelligendæ sunt. Sirac. XXIX, 21. ἱμάτιον καὶ οἶκος καλύπτων ἀσχημοσύνην. In versione Alex. τῷ עֲרֻיָּה Exod. XX, 26. Deut. XXIII, 14. respondet. *Aquila* et *Symmach.* Gen. IX, 22. אֶת עֶרְוַת אָבִיו τὴν ἀσχημοσύνην τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

ἈΣΧΗ΄ΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *indecorus, probrosus, turpis, ignominiosus.* Semel legitur in N. T. 1 Cor. XII, 23. τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν membra, quæ pudenda vocare solemus.

ἈΣΩΤΙ΄Α, ας, ἡ, 1. proprie in universum ei tribuitur, *qui servari nequit, de cujus salute spes nulla est reliqua,* ex α priv. et σώω *servo.* Certe ἄσωτος apud Græcos haud raro pro ἄσωστος ponitur, v. c. in *Sophoclis* Ajac. Flag. v. 190. τᾶς ἀσώτου Σισυφιὰς γενεᾶς. Schol. τῆς ἐξώλους καὶ σώζεσθαι μὴ δυναμένης.

2. speciatim sic dicitur *prodigalitas, vita luxuriosa, profusio,* et ex adjuncto: *vita fœdissima et ad omnem turpitudinem abjecta, scelesta et impia,* quoniam, qui incontinentes sunt et sua nequiter prodigunt, ad turpissimas actiones proclives reperiuntur. Unde *Cic.* Tuscul. III. 8. τὴν ἀσωτίαν *nequitiam* dixit, contrarium frugalitati vitium; et *Gellius* VII, 11. τὸν ἄσωτον Latine interpretatur *nequam.* Sic autem legitur Ephes. V, 18. ἐν οἴνῳ ἐστὶν ἀσωτία vinolentia scelerum fœdissimorum fœcunda mater est. Tit. I, 6. μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας non vitæ luxuriosæ crimini obnoxii. 1 Petr. IV, 4. εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν secum in effusissimas libidines ruere. 2 Macc. VI, 4. τὸ μὲν γὰρ ἱερὸν ἀσωτίας καὶ κώμων ἐπεπλήρωτο ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ῥαθυμούντων μεθ' ἑταιρῶν. Conf. etiam *Aristot.* Ethic. ad Nicomachum IV, 1. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Ἀσωτία· πορνεία.

Ἄ΄ΣΩΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *prodigus, luxuriosus, qui sua nequiter dilapidat et profundit,* ὁ διασκορπίζων, καὶ μὴ σώζων τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν. Hinc

ἈΣΩ΄ΤΩΣ. Adverbium, *luxuriose, dissolute, prodige.* Semel legitur in N. T. Luc. XV, 13. ζῶν ἀσώτως perdite et prodigaliter vivens. *Plutarch. Galba* c. 16. *Hesych.* αἰσχρῶς· ἀπλήστως. De hoc pariter ac duobus proxime antecedentibus vocabulis copiose disputavit *Wetstenius N. T.* T. I. p. 758.

ἈΤΑΚΤΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω. Vox a re militari desumta, in qua notat *ordines deserere, non servare, ducibus immorigerum esse,* et de militibus usurpatur, qui quocunque modo ea, quæ sui sunt officii, negligunt. Conf. *Olearium* de Stilo N. T. p. 83. seq. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* p. 636. et *Lamb. Bos.* Observv. Miscell. Crit. cap. XVII. Deinde vero ad *omnem* transfertur, *qui officio suo non fungitur, munus suum non recte obit,* seu παραλείπει τι τῶν τεταγμένων, ut explicata hæc vox a *Xenoph.* Cyrop. VIII, 6. 8. reperitur. 2 Thess. III, 7. οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν inter vos in muneris mei partibus non negligens fui. Sic etiam legitur apud *Xenoph.* Œconom. V, 15. ubi ἀτακτοῦντες opponuntur τοῖς ποιοῦσιν, ἃ δεῖ ποιεῖν. *Philostratus* de Vit. Sophist. I, c. 25. s. 6. ὥσπερ τῶν παίδων οἱ τὰς ἐκ τῶν διδασκάλων πληγὰς, εἴ τι ἀτακτήσειαν, δεδιότες.

Ἄ΄ΤΑΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie dicitur *miles, qui ordinem suum stationemque deserit,* aut, *qui inordinatim incedit, aut omnino contra jussum imperatoris se gerit.* Sic v. c. apud *Xenoph.* Œconom. VIII, 4. ἄτακτος στρατιὰ est exercitus inordinatim incedens et opponitur §. 6. τῇ στρατιᾷ τεταγμένῃ. et ab *Ælian.* V. H. XIV, 46. perturbatio, in hostium acie facta, ἀταξία vocatur.

2. *qui omnem disciplinam negligit, qui nullis legibus humanis pariter ac divinis teneri se patitur, refractarius, qui incompositis est moribus.* 1 Thess. V, 14. νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους admonete, qui contra ordinem divinitus præscriptum agunt. Sæpius in N. T. non legitur. Confer *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. XIV, cap. 48. et *Wetstenii N. T.* T. II, p. 306.

ἈΤΑ΄ΚΤΩΣ. Adverbium. 1. proprie; *inordinate, nulli ordini adstricte, sine ordine ac incomposite, vago quodam modo.* Exempla vide apud *Foësium* Œconomia Hippocr. p. 66.

2. *neglecta omni disciplina, non con-*

venienter legibus humanis et divinis. 2 Thess. III, 6. ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος uniuscujusque, qui, neglecta disciplina Christiana, incontinenter vivit. ibid. v. 11. ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως audivimus autem, esse inter vos, qui licentius paulo vivant. *Isocrates* ad *Nicoclem* p. 46. (ed. *Wolfii* 1594. in 8.) μὴ τοὺς μὲν ἄλλους ἀξίου κοσμίως ζῆν, τοὺς δὲ βασιλέας ἀτάκτως.

Ἄτεκνος, ου, ὁ, ἡ, *qui est sine liberis, improles, orbus, sterilis,* ex α priv. et τέκνον *filius.* Luc. XX, 28. καὶ οὗτος ἄτεκνος ἀποθάνῃ. ibid. v. 29. et 30. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. XVI, 3. Alexandrini usi sunt pro שַׁכּוּלָה Jer. XVIII, 21. et שְׁכוּלָה Ies. XLIX, 21. *Hesych.* ἄτεκνος· ἄγονος. *Gloss. Vett.* ἄτεκνος· *orbus, sine liberis, sterilis, improles.*

Ἀτενίζω, fut. ίσω, *intentis oculis aliquem aspicio, intentos oculos in aliquem defigo,* et ex adjuncto: *impavide ac sine metu aliquem aspicio.* (ab ἀτενὴς *intentus,* quod est ex α conjunctivo et τείνω *extendo, intendo.*) Construitur cum dativo vel cum accusativo et prepositione εἰς, (*Polyb.* VI, 11, 7.) et positum est elliptice pro ἀτενίζω τοῖς ὄμμασι, ut plene legitur apud *Themistium* Orat. II, p. 31. σφόδρα ἐπιθυμοῦντες τοῖς ὄμμασιν ἀτενίσαι εἰς τὸν Θεόν. et in codicibus quibusdam N. T. Act. III, 4. Luc. IV, 20. καὶ πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ et omnium interim auditorum oculis in ipsum intuentibus. ib. XXII, 56. Act. I, 10. καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ et cum illum abeuntem oculis sequerentur. ib. III, 4. ἀτενίσας δὲ Πέτρος εἰς αὐτὸν, ubi in uno codice ἐμβλέψας legitur. v. 12. VI, 15. VII, 55. ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανόν. 2 Cor. III, 7. 13. *Hesych.* ἀτενίζει· προσέχει, βλέπει. *Alberti* Gloss. N. T. ἀτενίζοντες· ἀτενὲς βλέποντες. *Etym. M.* τὸ πάνυ βλέπω καὶ ἐκτείνω καὶ λίαν ἐπισταμένως ὁρῶ.

Ἄτερ, *sine, absque.* Adverbium, quod construitur cum genitivo, et in N. T. bis occurrit. Luc. XXII, 6. ἄτερ ὄχλου absque tumultu. ibid. v. 35. ἄτερ βαλαντίου absque crumena. 2 Macc. XII, 15. ἄτερ κριῶν καὶ μηχανῶν ὀργανικῶν. *Homer.* Il. δ'. 376. Od. η'. 325. Pertinet hæc particula, ut bene observavit *Glassius* in Philologia Sacra p. 508. ed. *Dathii* ad illud particularum genus, quæ, cum Latine præpositiones exprimant, in Græco sermone ad adverbia referuntur. *Hesych.* ἄτερ· χωρὶς, ἄνευ, ἐκτός.

Ἀτιμάζω, fut. άσω, 1. *ignominiose tracto, contumelia afficio, quocunque modo hoc fiat, sive verbis, sive gestibus, sive re ipsa.* Luc. XX, 11. οἱ δὲ κἀκεῖνον δείραντες καὶ ἀτιμάσαντες. Act. V, 41. ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι quod digni habiti essent, qui propter religionem Christianam flagris cæderentur, coll. v. 40. *Suid.* ἀτιμῆσαι· ἀτίμως ὑβρίσαι. 2. *contemno, dehonesto, honore privare conor, aspernor, cum contemtu rejicio.* *Suid.* ἀτιμάζω· τὸ καταφρονῶ, τὸ ἀναδύομαι. Joh. VIII, 49. καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με et vos omni modo honori meo detrahere conamini. Rom. I, 24. τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ut dehonestarent sua inter se mutuo corpora. ibid. II, 23. διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις violatione præceptorum divinorum denegas Deo honorem et obsequium debitum. Jacob. II, 6. ὑμεῖς δὲ ἠτιμάσατε τὸν πτωχόν et vos contemtim haberetis pauperes nec iis lites vestras dijudicandas permitteretis. Sirac. VIII, 4. ἵνα μὴ ἀτιμάζωνται οἱ πρόγονοί σου. v. 6. μὴ ἀτιμάσῃς ἄνθρωπον ἐν γήρει αὐτοῦ. X, 31. *Æschylus* Prometh. Vinct. v. 207. et 789. μηδ' ἀτιμάσῃς λόγους.

Ἀτιμάω, ῶ, fut. άσω, et Ἀτιμόω, *contumelia afficio, ignominiose tracto, quocunque modo hoc fiat, dedecoro.* Semel legitur in N. T. Marc. XII, 4. καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον dimiserunt contumelia affectum. *Schol. Sophocl.* in *Ajax. Fl.* 1148. ἀτιμάζω, τὸ καταφρονῶ· ἀτιμῶ, τὸ ἄτιμον ποιῶ.

Ἀτιμία, ας, ἡ, 1. *ignominia, contumelia, infamia, qua aliquis afficitur.*

2 Cor. VI, 8. *διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας* sive gloria sequatur, sive ignominia afficiar et contemtu. Respondet Hebraico כָּלְמָה Jerem. III, 25. et קָלוֹן Psalm. LXXXIII, 16. Hos. IV, 7. in vers. Alexandrina. Sirac. V, 13. *δόξα καὶ ἀτιμία ἐν λαλιᾷ.* Xenoph. de Vectigal. II, 2.

2. *dedecus, turpe, indecens, indecorum.* Rom. I, 26. *πάθη ἀτιμίας* pro *πάθη ἄτιμα* affectus fœdissimi et turpissimi. 1 Cor. XI, 14. *ἀνὴρ, ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι* si vir comam alit, indecore agit.

3. *status et conditio vilis et deterior.* 1 Cor. XV, 43. *σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ* pro *σπείρεται σῶμα ἄτιμον* humatur corpus humile et vile, ubi opponitur *τῇ δόξῃ*, et cum *ἀσθένεια* permutatur. Eodem sensu legitur in epistola Jerem. v. 24. ubi de idolis sermo est, quæ dicuntur *ἐνδεικνύμενοι τὴν ἑαυτῶν ἀτιμίαν τοῖς ἀνθρώποις*, h. e. interprete *Vulgato*, ostendunt suam ignobilitatem hominibus.

4. *usus minus honestus et nobilis.* Rom. IX, 21. *ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν* alia vasa ad honestos, alia vero ad minus honestos usus adhibenda. Idem legitur 2 Tim. II, 20. coll. Sapient. XV, 7. *τὰ τῶν καθαρῶν ἔργων δοῦλα σκεύη, τὰ δ' ἐναντία.* In loco 2 Cor. XI, 21. ubi leguntur verba: *κατὰ ἀτιμίαν λέγω, ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν, ἀτιμίαν* esse arbitror idem, quod *ἀφροσύνην* v. 1. et in notione *jactantiæ, ostentationis* accipiendum esse, quæ ita dicitur, quia indigna est viro gravi et honesto, ut adeo verba *κατὰ ἀτιμίαν λέγω* reddenda sint: *Jam paululum jactabunde loqui mihi liceat.*

ΆΤΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie: 1. apud Græcos, sed admodum raro, *is* dicitur, *qui censuram effugit, qui judicum severitati evasit*, v. c. apud *Dionys. Halic.* XI. extr. quem locum adduxit *Schwarzius* in Commentar. L. Gr. p. 212.

2. *ignominia et contumelia affectus*, v. c. apud *Eurip.* Phœniss. v. 640. *Xenoph.* de rep. Athen. III, 13. ubi *ἄτιμος* dicitur, qui jus civitatis, opes, honores amisit, qui in exilium mittitur.

3. *contemtus, illaudatus, ignobilis, qui nullo est in honore et pretio, qui nullo loco et numero est*, ὁ *μὴ ἔχων τιμὴν*, *Hesychio* interprete. Matth. XIII, 57. *οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος* nuspiam doctor magis contemnitur. Marc. VI, 4. 1 Cor. IV, 10. *ὑμεῖς ἔνδοξοι, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι* vos estis nobiles, nos autem ignobiles. ibid. XII, 23. *καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώματος* membra corporis, quæ vilipendimus nec adeo magni facimus. Sæpius non legitur in N. T. *Xenoph.* de *Vectig.* IV, 10. *χρυσίον ὅταν πολὺ παραφαίνῃ, αὐτὸ μὲν ἀτιμότερον γίγνεται. Joseph. A. J.* V, 6. 4. *τοῦ δὲ Ἀσιανοῦ παντὸς τὸ Ἰσραηλιτῶν ἐστιν ἰδεῖν νῦν ἀτιμότερον γεγενημένον. Callimach. Hymn.* in *Delum* v. 131. Hebr. נִבְזֶה Ies. LIII, 3. et נִקְלֶה ib. III. 5.

ΆΤΜΙΣ, ίδος, ἡ, 1. *halitus, omnis exhalatio, qualiscunque et undecunque sit*, interdum etiam *fumus*, et omnino respondet Latino *vapor*, quod non semper *humorem, caloris vehementia evectum*, German. Dampf *vapour*, sed interdum *ipsum ardorem et æstum identidem per se ipsum repercussum* notat, ut ex *Curtio* IV. c. 7. s. 6. VI, 6. 28. probavit *Schwarzius* in *Comment. Gr. L.* p. 212. Adde *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 6. 4. p. 196. Hinc *ἀτμίζειν, fumare, vapores exhalare*, quod legitur apud *Xenoph. Anab.* IV, 5. 12. Act. II, 19. *καὶ ἀτμίδα καπνοῦ* et fumum densum, seu fuliginem fumi. Sirac. XXII, 24. *πρὸ πυρὸς ἀτμὶς καμίνου καὶ καπνός.* ib. XXIV, 15. *ὡς λιβάνου ἀτμίς. Etym. M. ἀτμίς· καπνὸς, ἀτμὸς, πνοή. Suid. ἀναθυμίασις· ἄκρον πυρός. Hesych. ἀπαύγασμα*, (Sapient. VII, 25.) *πνοή.* Jam quia vapor et fumus, in aëre ascendens, tandem evanescit et perit, hinc *ἀτμὶς*

2. metaphorice *omne, quod est fluxum, caducum et incertum* significat. Sic legitur in N. T. Jacob. IV, 14. Quid est vita vestra? *ἀτμὶς γάρ ἐστιν*

ad exiguum apparens et brevi evanescens.

Ἄτομος, ου, ὁ, ἡ, 1. *qui dividi et dissecari non potest, individuus*, ex α priv. et τέτομα, perf. med. verbi τέμνω *seco*. Hinc ἄτομοι et ἄτομα dicta sunt *corpuscula minutissima et tenuissima, quæ sectione dividi nequeunt, et quæ per fenestras ac spiracula jubar solis ingrediens sursum atque deorsum sibi inerrantia passim ostendit*. *Theodoret. Therapeut. Disp.* IV. Opp. T. IV. p. 795. ed. Hal. ἄτομα — οἱ δὲ ὠνομάσθαι φασὶν διὰ τὸ ἄγαν σμικρὸν, ἅτε δὴ τομὴν καὶ διαίρεσιν δέξασθαι οὐ δυνάμενον. καλοῦσι δὲ οὕτω τὰ σμικρότατα ἐκεῖνα καὶ λεπτότατα σώματα, ἃ διὰ τῶν φωταγωγῶν εἰσβάλλων ὁ ἥλιος δείκνυσιν ἐν ἑαυτῷ ἄνω καὶ κάτω πλανώμενα. *Hesych.* ἄτομα· λεπτὰ, τομὴν μὴ δυνάμενα λαβεῖν. Hinc metaphorice

2. sumitur *pro temporis spatio brevissimo, momento, quod adeo breve est, ut dividi nequeat*. Sic semel in N. T. legitur, 1 Cor. XV, 52. ἀλλαγησόμεθα ἐν ἀτόμῳ (scil. χρόνῳ) καὶ ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ mutabimur momento et jactu oculi. *Theophyl.* ad h. l. ἐν ἀτόμῳ, ἐν ἀκαριαίῳ χρόνῳ καὶ ἀμερεῖ. *Hesych.* ἐν ἀτόμῳ· ἐν ῥιπήματι, ἐν τάχει. *Alberti Gloss. N. T.* p. 136. et 197. ἐν ἀτόμῳ· ἐν τάχει, ἐν ῥυζήματι. Vide præter *Valckenarii Anim.* in *Ammonium* s. h. v. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 570.

Ἄτοπος, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie, vi etymologiæ, *qui non habet fixum locum*, seu *sedem, cui locus non est relictus*. Est enim ex α priv. et τόπος. Hinc

2. metaphorice *absonum*, seu, *quod est alienum a loco et tempore, et rationi non consentaneum, inconveniens, importunum* significat, τὸ μὴ καθῆκον τῷ τόπῳ. *Etym. M.* ἄτοπον· ἀντὶ τοῦ ἀλόγου τάττεται. Sic legitur apud *Ælian. V. H.* II, 8. *Polyb.* X, 24. 3.

2. *quod est novum, insolitum et inexspectatum*, παράδοξον, ξένον καὶ θαυμαστὸν, ut ab *Hesychio* et *Suida* explicatur. Sic legitur apud *Thucyd.* Lib. III, c. 38. ubi opponuntur sibi invicem τὰ ἄτοπα et τὰ εἰωθότα. ib. II, 49. *Plat. Crit.* §. 2. ὡς ἄτοπον τὸ ἐνύπνιον, ubi conf. *Fischeri* notas.

4. *scelestus, impius*, qui facit, quæ sunt indigna homine, ratione prædito, et religionis præceptis contraria. 2 Thess. III, 2. ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων ut eripiamur potestati hominum flagitiosorum et improborum. *Athenæus* VII, p. 279. D. *Hesych.* ἄτοπον· ἔκθεσμον, πονηρὸν, αἰσχρόν. Neutrum τὸ ἄτοπον, sc. πρᾶγμα, *quod est rationis rectæ et religionis dictamini non consentaneum, facinus, scelus*. Luc. XXIII, 41. οὐδὲν ἄτοπον (in aliis codd. πονηρὸν e glossemate legitur) ἔπραξεν nullum scelus commisit. *Syrus:* ܒܝܫ detestabile. *Hesych.* ἄτοπα· πονηρὰ, αἰσχρά. In vers. Alex. non solum Hebr. אָוֶן Job. IV, 8. XI, 11. Prov. XXX, 20. respondet, sed etiam pro יְרֵשִׁיעַ, Job. XXXIV, 12. Alex. ἄτοπα ποιεῖν posuerunt. *Diog. Laërt.* II. c. 8. *Polyb.* V, 11. *Sext. Empir. Hypot.* III, 24. ubi cum παράνομον et ἄδικον permutatur. Hinc ἀτοπία *omnem vitiositatem* (Judith. XI, 11.) notat, monente *Ernesti* in *Glossar. Polyb.* s. h. v.

5. τὸ ἄτοπον *malum, incommodum, detrimentum, noxium*. Act. XXVIII, 6. cum viderent μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γενόμενον nihil inde detrimenti ei enasci, *Vulgatus: nihil mali in eo fieri*. Similis locus est 2 Macc. XIV, 23. Νικάνωρ ἔπραττεν οὐδὲν ἄτοπον. *Joseph. A. J.* VIII, 14. 4. et XI, 5. 2.

Ἀττάλεια, ας, ἡ. *Attalia*. Urbs Pamphyliæ in Asia maritima, quæ Lyciæ finibus proxima erat, unde interdum et Lyciæ attribui solet a geographis antiquioribus. Teste *Strabone* (XIV. p. 983.) a conditore suo, *Attalo Philadelpho*, rege Pergami, nomen sortita est. Hac destructa, alia haud procul ab ea condita est, quæ hodie a Turcis *Antali* vocatur. Cf. *Wesseling.* ad *Antonin. Itinerarium* p. 670. et 679. et *Wetstenium N. T.* T. II. p. 546. Semel memoratur in

N. T. Act. XIV, 25. κατέβησαν εἰς Ἀττάλειαν.

ΑΥ̓ΓΆΖΩ, fut. *άσω*, *splendeo*, *illucesco*, *fulgeo*, *affulgeo*, ab αὐγὴ *splendor*. Semel tantum in N. T. et quidem metaphorice usurpatum legitur 2 Cor. IV, 4. εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ non splendeat ipsis lux evangelii gloriæ Christi, h. e. ne cognoscant præstantiam religionis Christianæ. *Hesych.* αὐγάζομαι· βλέπω. — αὐγάζουσα· ὁρῶσα.

ΑΥ̓ΓῊ, ῆς, ἡ, 1. *splendor*, *lumen*, *radius lucis*, ab αὔω *splendeo*. In vers. Alex. respondet Hebraico נֹגַהּ Ies. LIX. 9. *Hesych.* αὐγή· (χρεία) λαμπρότης καὶ φῶς. 2 Macc. XII, 9. ὥστε φαίνεσθαι τὰς αὐγὰς τοῦ φέγγους εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα. *Xenoph. Mem.* IV, 7. 7. ἄνευ ἡλίου αὐγῆς.

2. *diluculum matutinum*, *prima lux*, ita, ut omissum sit vel ἡλίου vel ἡμέρας. Sic legitur in N. T. Act. XX, 11. ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς verba faciens usque ad diluculum. *Polyæn.* IV. p. 386. κατὰ τὴν πρώτην αὐγὴν τῆς ἡμέρας. Sæpius non legitur in N. T.

ΑΥ̓ΓΟΥΣΤΟΣ, ου, ὁ. *Augustus*. Cognomen *Julii Cæsaris Octaviani*, Romanorum secundi imperatoris, qui fuit filius senatoris *Octavii* et *Acciæ*, filiæ *Juliæ*, sororis *C. Julii Cæsaris*, qui inter reliquos imperatores non solum diutissime, sed etiam felicissime imperio Romano præfuit. Natus est A. U. C. 691. Cicerone et Antonio Coss. Obiit Nolæ A. C. XIV. æt. LXXVI. imperii LVII. Anno ejus XLII. imperii Jesus Christus Bethlehemi natus est. Nomen Augustus accepit a senatu Romano, teste *Floro*, vel ob pacem, orbi Romano restitutam, ejusque finium dilatationem, quasi *augens imperium* dictus, vel per assentationem, quia *Augustus* apud Latinos in universum *sanctum*, *venerabilem et summo honore dignissimum*, quem Græci σεβαστὸν vocant, significat, (Vett. Gloss. *Augustus*, σεβαστὸς, ἱερός.) ab *augere*, quod olim de hostiis, mola salsa respersis, et diis immolandis et consecrandis adhibebatur. Certe hæc fuit sententia *Dionis Cassii* Lib. LIII. ubi de hac appellatione hæc habet: ἀλλὰ Αὔγουστος, ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὤν, ἐπεκλήθη. πάντα γὰρ τὰ ἐντιμιώτατα καὶ τὰ ἱερώτατα αὔγουστα προσαγορεύεται. Idem tradit *Pausanias* III, 11. τὸ δὲ ὄνομα εἶναι τούτῳ Αὔγουστος, ὃ κατὰ γλῶτταν δύναται τῶν Ἑλλήνων, Σεβαστός. *Suet.* in *Octav.* c. 7. Exinde factum est, ut postea singuli ac universi imperatores Romani, uti a Julio Cæsare *Cæsares*, ita ab Augusto *Augusti* salutarentur. Semel in N. T. memoratur Luc. II, 1.

ΑΥ̓ΘΆΔΗΣ, εος, ὁ, ἡ, *qui sibi nimis placet et plaudit*, *suos tantum sensus et consilia sua sequitur*, *et reliquos omnes alto supercilio contemnit*, et ex adjuncto: *insolens*, *arrogans* et *jactabundus*, ex αὐτὸς et ἀδέω *placeo*. Cf. *Theophrast. Char.* 16. et ibi *Casaubon.* et *Fischerum* ad *Platonis Apolog. Socr.* §. 23. Legitur in N. T. tantum Tit. I, 7. oportet episcopum esse μὴ αὐθάδη, et 2 Petr. II, 10. τολμηταὶ, αὐθάδεις temerarii atque sibi unice placentes. In vers. Alex. bis tantum occurrit pro עַז *durus*, *sævus*, Genes. XLIX, 3. 7. et זָדוֹן *arrogans*, *temerarius*. Prov. XXI, 24. *Hesych.* αὐθάδης· ὑπερήφανος, θυμώδης, παράνομος, αὐτάρεστος, seu αὐτάρεσκος. *Suid.* αὐθάδης· αὐτάρεστος, θυμώδης, θρασὺς, ὑπερόπτης. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 368.

ΑΥ̓ΘΑΊΡΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Apud Græcos et active et passive usurpatur, et de rebus æque ac personis adhibetur, ut αὐθαίρετος sit: *qui volens et sponte aliquid facit aut patitur*, *voluntarius*, *spontaneus*: αὐθαίρετον autem significet, *quod sponte fit*, *quod quis volens patitur*, *et ab arbitrio pendet*. Compositum est ex αὐτὸς *ipse*, et αἱρέομαι *eligo*. *Xenoph. Anab.* V, 7. 17. οἱ αὐθαίρετοι στρατηγοὶ qui sponte sibi munus ducis arrogaverunt. *Ælian. V. H.* III, 26. αὐθαίρετος φυγὴ voluntarium exilium. *Polyb.* II, 21. 6. Bis

tantum legitur in N. T. 2 Cor. VIII, 3. ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι supra vires sponte sua contulerunt. ib. v. 17. αὐθαίρετος ἐξῆλθε πρὸς ὑμᾶς spontaneus ad vos profectus est. Hebr. נְדִיב in *Symmachi* reliquiis Exod. XXXV, 7. respondet. *Hesych.* ἑκούσιος. *Phavor.* αὐτόβουλος. *Suid.* αὐτεπάγγελτος. *Gloss. N. T. Fabric.* p. 143. ἑκὼν, ἑλόμενος, ubi conferendus *Alberti*.

ΑΥ'ΘΕΝΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *auctoritate polleo, pro auctoritate ago*: etiam in partem deteriorem: *imperium affecto, auctoritatem in aliquem usurpo. Hesych.* αὐθεντεῖν· ἐξουσιάζειν, ubi vide *Alberti* notas. Construitur cum genitivo, et legitur 1 Tim. II, 12. οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς aut auctoritatem s. imperium sibi in maritos arrogare. (*Diod. Sic.* I. c. 27. κυριεύειν τὴν γυναῖκα τἀνδρός.) Hinc ortum suum traxit vox αὐθέντης, quæ apud antiquiores quidem Scriptores *eum* significat, *qui sua se manu interficit*; (*Harpocrat.* ὁ αὐτόχειρ, ἢ ὁ αὐτὸν ἀναιρῶν, ubi vid. *Vales.* Sapient. XII, 6. quem *Sophocles* in *Œdipo Tyr.* 106. dixit αὐτοέντης, sc. χειρί.) apud recentiores vero de *eo* usurpatur, *qui imperium habet, et pro auctoritate agit*, ἐξουσιαστὴς, ut *Hesychius* interpretatur, v. c. *Eurip. Supplic.* v. 442. δῆμος αὐθέντης χθονὸς populus princeps terræ. *Schol.* ad *Thucyd.* III. c. 58. αὐθένται κυρίως οἱ αὐτόχειρες καὶ οἱ πολέμιοι. οἱ δὲ νῦν, αὐθέντας τοὺς κυρίους καὶ δεσπότας. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 326.

ΑΥ'ΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *tibia cano*, ab αὐλὸς *tibia*. Matth. XI, 17. Luc. VII, 32. ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε tibiis cecinimus vobis, seu, *concentum lætum edidimus vobis*. (*Herodot.* VI, c. 129. *Æsopi Fab.* 130.) sed non saltastis: de quo loco videndus *Vorstius* in libro de *Adagiis N. T.* c. XI, p. 815. 1 Cor. XIV, 7. πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον; quomodo dignoscetur, quale sit, quod tibia canitur? Sæpius non legitur in N. T. libris.

ΑΥ'ΛΗ', ῆς, ἡ. Olim, inprimis Homeri ætate, αὐλὴ

1. dicebatur *omnis locus subdialis apertus et vento expositus*, ab ἄω *flo*, quia a ventis perflatur. *Athenæus Deipnosoph.* L. V. c. 2. p. 189. διαπνεόμενος τόπος αὐλὴ λέγεται, ubi vid. *Casaubonus*. Eadem notio obtinet in N. T. v. c. Apoc. XI, 2. καὶ τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ spatium extra templum, quod tecto nullo tegitur, sed tamen muris inclusum erat. *Phavor.* αὐλή· ὁ περιτετειχισμένος καὶ ὕπαιθρος τόπος.

2. *prima ædium pars, subdiale, in ædibus opulentiorum maxime aut principum spatium, atrium*, seu *area ante magnas ædes, vestibulum ædium, porticu circumdatum*. In ædibus ditiorum autem memoratur a Scriptt. N. T. duplex aula, προαύλιον et αὐλή. Προαύλιον Latino *vestibulum* respondet et *exteriorem aulam* significat; αὐλὴ autem est *interior aula ante ædes*, quæ Latinis *atrium* dicebatur, contra antiquiorum Græcorum usum loquendi, quibus αὐλὴ proprie idem significat, quod προαύλιον, nempe locum ante januam vacuum et inter fores ædium ac viam medium. Conf. *Perizonius* ad *Ælian. V. H.* III, 4. et *Grævii Lect. Hesiod.* cap. 16. Matth. XXVI, 58. ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ ἀρχιερέως ad atrium pontificis, coll. v. 69. ἔξω ἐκάθητο ἐν τῇ αὐλῇ. Marc. XIV, 54. 66. coll. v. 68. Luc. XXII, 55. Joh. XVIII, 15. 16. Alexandrini haud raro voce αὐλὴ usi sunt pro חָצֵר 1 Chron. IX, 22. 25. 2 Chron. IV, 9. XXXIII, 5. et חָצֵיר *atrium* Ies. XXXIV, 13. Jam, quia in ejusmodi loco subdiali ante ædes antiquis temporibus pecudes continebantur et stabulari solebant, factum est, ut αὐλὴ

3. diceretur *stabulum, caula, mansiones*, ὕπαιθροι τόποι, *in quibus oves, capræ et alia pecora minora stabulantur, ovile. Homer. Iliad.* IV. 433. Joh. X, 1. εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων. ibid. v. 16. ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, ubi metaphorice usurpatur hoc sensu: alios præterea mihi destinavit Deus sectatores, qui non sunt e populo Judaico. *He-*

sych. αὐλῆς· ἐπαύλεως. *Pollux Onom.* I, 247.

4. per synecdochen partis pro toto, *domus, ædificium*, speciatim: *arx, palatium, regum et magnatum ædes*, quia opulentiorum domus habebant ejusmodi locum subdialem. *Athenæus* l. l. νῦν καὶ τὰ βασίλεια λέγουσιν αὐλάς. *Suid.* αὐλή· ἡ τοῦ βασιλέως οἰκία. Matth. XXVI, 3. εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως. Luc. XI, 21. φυλάσσῃ τὴν ἑαυτοῦ αὐλὴν arcem suam custodit. *Eurip. Phœn.* v. 1561. *Æschin.* Dial. III, 19. αὐλὴ Διός. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 6. 27. p. 178.

ΑΥ᾽ΛΗΤΗ᾽Σ, οῦ, ὁ, *tibicen, qui tibia canit*, ab αὐλέω *tibia cano*. Duplici autem modo hæc vox usurpatur in N. T. pro diverso tibiarum usu. Cantabat nempe fanis, cantabat tibia ludis apud veteres, ut verbis *Ovidii* utar, et ideo αὐλητὴς *tibicen* dicebatur, *qui in hilaritate et conviviis tempestivis adhibebatur*. Apoc. XVIII, 22. φωνὴ αὐλητῶν καὶ σαλπιστῶν οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι. Cantabat autem etiam mœstis tibia funeribus, (*Ovid. Fast.* VI, 660.) unde αὐληταὶ κατ᾽ ἐξοχὴν *tibicines* vocantur, *qui in funeribus adhibebantur* (*Joseph. B. J.* III, 9. 5.), *cantu suo lugubri hominum, ad funus convenientium, animos ad mœrorem et lacrymas commovebant, et pompam præeundo cohonestabant*. Vestigia hujus ritus apud Judæos, qui ex gentilium imitatione ad eos derivatus vulgo esse creditur, deprehenduntur tum in Talmude, tum in *Maimonide*. Cf. *Buxtorf. Lexic. Talmud.* p. 1524. *Geier.* de *Hebræorum Luctu* c. 5. §. 16. p. 75. et *Kirchmann.* de *Funeribus Romanor.* II, 5. Hinc lucem fœneratur locus Matth. IX, 23. ubi αὐληταὶ in domo Jairi, principis synagogæ, filiam ejus mortuam ad tibiam reperiuntur mœrentes, lacrymantes ac miserantes. Conf. ad h. l. *I. Z. Hilligeri* D. de tibicinibus in funere adhibitis. Viteb. 1717. 4.

ΑΥ᾽ΛΙ᾽ΖΟΜΑΙ, fut. ἰσομαι, est omnino *commorari, versari in aliquo loco quovis tempore et quacunque ratione*; unde apud *Xenoph. Anab.* IV, 3. 1. ταύτην τὴν ἡμέραν ηὐλίσθησαν, et ibid. c. 1, 8. ταύτην τὴν νύκτα ηὐλίσθησαν. *Aristot. H. A.* IX, 32. *Dionys. Halic.* VIII, 19. Interdum tamen αὐλίζομαι, per se positum, *pernoctare, noctem transigere in aliquo loco* significat, v. c. apud *Apollodor. Bibl.* II, 5. 10. Alexandrini sæpe usi sunt pro לִין (Judd. XIX, 15. 20. 2 Sam. XII, 16.) æque ac עָבַן (Job. XI, 13, XV, 28.) In N. T. bis legitur. Matth. XXI, 17. καὶ ηὐλίσθη ἐκεῖ ibique pernoctavit. Luc. XXI, 37. τὰς δὲ νύκτας ηὐλίζετο εἰς τὸ ὄρος noctu vero versabatur in monte. *Herodot.* III, 110. *Hesych.* αὐλίζομαι· μένω, (Latinum *maneo. Horat. Carm.* I, 1. 25.) ἐνδιατρίζω.

ΑΥ᾽ΛΟ᾽Σ, οῦ, ὁ, *tibia*, (secundum *Plinium H. N.* XVI, 36. ex calamo, seu arundine primum fabricata, serius autem ex auro, argento, orichalco, et aliis æris generibus, etiam buxo, loto aut cornu, teste *Polluce Onom.* IV, 9.) ab αὔω vel ἄω *flo*, quia instrumentum est, quod inflatur. Ejus usus erat et in lætis rebus, Matth. XI, 17. (*Aristot.* de *Rep.* VIII, 6. et 7.) et in luctu, Matt. IX, 23. interdum etiam ad canendum classicum adhibebatur. Conf. *Lamb. Bos. Antiqq. Gr.* p. 182. et *Casp. Bartholinum* de tibiis veterum I. c. 8. p. 104. (Ed. 2. Amst. 1679. 8.) In N. T. tantum legitur 1 Cor. XIV, 7. εἴ τε αὐλός. De hoc instrumento musico conferri meretur *Ez. Spanhem.* in notis ad *Callimachum* p. 466. et *Eustathius* ad *Homer. Iliad.* VI. p. 1157. Alexandrini usi sunt hac voce pro חָלִיל 1 Sam. X, 5. Ies. V, 12. et olim videtur αὐλὸς de *omni instrumento, quod inflatur*, in universum usurpatum fuisse. *Hesych.* αὐλός· κιθάρα ἢ σύριγξ.

ΑΥ᾽ΞΑ᾽ΝΩ, fut. αὐξήσω, et transitive et intransitive usurpatur apud Græcos Scriptores pariter ac librorum N. T. auctores. Transitive si sumitur, significat *augere, incrementum*

dare et largiri, crescere, augeri et propagari jubere et facere. Sic legitur apud LXX. Genes. XVII, 6. Levit. XXVI, 9. Job. XLII, 10. Intransitive autem si usurpatur, (ut Latinum *augere* apud *Catull. Carm.* XLIV, 324. Vide *Interpretes* ad *Liv.* III, 6.) est: *incrementum capere, crescere, augeri*, i. q. αὐξάνεσθαι. *Diod. Sic.* XVII, c. 105. p. 242. ed. *Wessel. Pausan. Phocic.* c. 32. p. 881. Cf. *Grævii* notas ad *Luciani Solœcistam* T. II. p. 734. Medium αὐξάνομαι *me augeo*, i. e. *cresco*, de quo legendus est *Dresigius* de *Verbis Mediis N. T.* I, 30. p. 217. seq. Non autem sufficit hanc universam notionem verbi αὐξάνειν et αὐξάνεσθαι tenuisse in explicandis singulis N. T. locis, in quibus pro contextæ orationis et subjectorum varietate multis modis adhibitum reperitur. Sic

1. ita ponitur, ut sit: *adolescere, ad adultam pervenire ætatem.* Luc. I, 80. τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε et puer adolevit. ib. II, 40. 1 Petr. II, 2. ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε, ubi tamen sensu metaphorico accipiendum erit de *perfectione Christiana*, ad quam Christiani aspirantes haud raro cum *viris adultis* in N. T. comparantur. *Ælian. V. H.* II, 7. αὐξηθὲν βρέφος. *Æschines* Dial. III, 17. *Antigon. Caryst.* Hist. M. c. 107. αὐξανομένων δὲ τῶν νεοττῶν. Genes. XXI, 8. ηὐξήθη τὸ παιδίον.

2. *crescere magnitudine, succrescere*, si adhibetur de plantis et arboribus. Matth. VI, 28. τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, πῶς αὐξάνει lilia quomodo succrescunt. ibid. XIII, 32. ὅταν δὲ αὐξηθῇ ubi vero succrevit. Marc. IV, 8. ἐδίδου καρπὸν ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα. Luc. XII, 27. XIII, 19.

3. *crescere facere, incrementum largiri plantis et arboribus.* 1 Cor. III, 6. ἐγὼ ἐφύτευσα, ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξανεν ego plantavi, sed Deus incrementa dedit. ibid. v. 7. ὁ αὐξάνων Θεός. In utroque autem loco αὐξάνειν metaphorice *prospero successu juvare doctrinam ab aliquo traditam* significat. 2 Cor. IX, 10. αὐξήσαι τὰ γενήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν, h. e. augebit præmia liberalitatis vestræ. Ies. LXI, 11.

4. *crescere auctoritate, dignitate, potestate, opibus.* Joh. III, 30. ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι ejus auctoritas augeri, mea indies imminui debet. Cf. ad h. l. *Palairet.* In vers. Alex. transitive usurpatur, ut sit: *augere aliquem honoribus, opibus et commodis*, v. c. Job. XLII, 10. ὁ Κύριος ηὔξησε τὸν Ἰώβ. Jos. IV, 14. Conf. quæ dixi in *Spicilegio I. Lexici in Intt. Græc. V. T. post Bielium* p. 20. seq.

5. *numero crescere, numerosum fieri.* Act. VII, 17. ηὔξησεν ὁ λαὸς καὶ ἐπληθύνθη. Genes. XVII, 6. Levit. XXVI, 9.

6. *propagari, dimanare latius*, si de *doctrina* sermo est. Act. VI, 7. καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε et doctrina Christiana dimanavit latius. ib. XII, 24. καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο. *Syrus* bene: ܘܐܬܪܒܐ ܘܣܓܝ *prædicabatur.* Act. XIX, 20. κατὰ κράτος ὁ λόγος τοῦ Κυρίου ηὔξανε καὶ ἴσχυεν.

7. metaphorice: *perfectiorem fieri, incrementa capere.* 2 Cor. X, 15. αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν. Ephes. IV, 15. αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν Christo juncti cognitione et virtute Christiana perfectiores reddamur. Coloss. I, 10. αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ. 2 Petr. III, 18. αὐξάνετε δὲ ἐν χάριτι καὶ γνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν. *Ælian. V. H.* IV, 2. αὐξῆσαι τέχνην.

ΑΥ"ΞΗΣΙΣ, εως, ἡ, *incrementum, augmentum*, ab αὐξάνω *cresco, incrementum capio.* Atticos Scriptores voce αὔξη pro αὔξησις usos esse, *Mœris* et *Thom. M.* auctores sunt: αὔξην ἀττικῶς, αὔξησιν ἑλληνικῶς. Occurrit tamen apud *Herodotum* II, 13. *Pindar.* V, 37. et *Theophrast.* de *Causis Plantarum* XI. c. 7. In N. T. bis legitur. Ephes. IV, 16. τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται indies majora incrementa capit cœtus Christianorum. Coloss. II, 19. αὔξῃ τὴν αὔξησιν Θεοῦ, h. e. vel maxima incrementa capit ecclesia Christiana, ut Θεοῦ superlativi

indicandi causa additum sit, vel, augetur Christianorum numerus, ita, ut Deus hoc incrementum largiatur. *Ælian. V. H.* XIII, 3. αὔξησιν δὲ οὐκ ἐλάμβανεν. *Phavor.* αὔξησις, ἐπὶ ἀνθρώπων ἢ ζώων ἢ ἑτέρων τινῶν. αὔξη δὲ καὶ βλάστη, ἐπὶ μόνων τῶν φυτῶν. καὶ αὔξησις κίνησις περὶ τὸ τέλειον μέγεθος.

ΑΥ"ΞΩ, idem quod ΑΥ̓ΞΆΝΩ *cresco*, quod vide. Conf. *Thom. M. Eclog.* sub αὔξειν. In N. T. bis legitur. Ephes. II, 21. ἡ οἰκοδομὴ αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ædificium surgit in templum Dei, seu metaphorice, in dies crescit Christianorum numerus. Nam αὔξειν æque ac αὐξάνειν, de ædificiis usurpatum, *paulatim altius exsurgere* significat. Coloss. II, 19. αὔξῃ τὴν αὔξησιν Θεοῦ. Vide sub αὔξησις.

ΑΥ"ΡΙΟΝ. Adverbium. 1. *cras*, ἡ αὔριον, scil. ἡμέρα, *dies proxime sequens, crastinus, posterus.* Luc. X, 35. καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον, scil. ἡμέραν, postridie. (*Syrus:* ܠܡܚܪ̈ ; ܠܡܙܘ̈ ; ad *auroram diei*, i. e. *postridie*; quo sensu etiam formula: وي الغد qua h. l. et alibi passim *Arabs* usus est, adhibetur. Uterque sine dubio αὔριον derivavit ab αὔρα *aura, ventus levior*, qui mane spirare solet. Vide *Lud. de Dieu Crit. S.* p. 455.) Act. IV, 3. εἰς τὴν αὔριον ad posterum diem. ib. v. 5. ἐπὶ τὴν αὔριον postero die. ib. XXIII, 15. 20. ut cras in synedrium deducat. XXV, 22.

2. ἡ αὔριον ἡμέρα *omne futurum tempus.* Matth. VI, 34. μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον ne anxie de futuro tempore solliciti sitis. Jacob. IV, 14. οἵτινες οὐκ ἐπίστασθε τὸ τῆς αὔριον nescitis quid serus vesper vehat.

3. *brevi.* Matth. VI, 30. καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον et cito perituram. Luc. XII, 28. 1 Cor. XV, 32. αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν brevi moriemur. Sirac. X, 10. *Arrian.* Diss. in *Epictet.* III, c. 22. δεδοικὼς μὴ οὐ σχῇς τροφὰς αὔριον. Eodem modo מָחָר usurpatur Ies. XXII, 13. Idem valet de formula σήμερον καὶ αὔριον, quæ *brevissimum temporis spatium* significat, v. c. Luc. XIII, 32. ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον et per breve tantum tempus ægrotos sanaturum. ibid. v. 33. πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον, sc. ἐπιτελεῖν ἰάσεις κ. τ. λ. interim me oportet per breve illud tempus muneri mihi demandato satisfacere. Conf. *Glassii Philologia S.* p. 372. ed. *Dathii.*

ΑΥ̓ΣΤΗΡῸΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *austerus.* Est vocabulum Græcis et Latinis commune.

1. proprie est saporis, et significat, *quod acerbum saporem habet, qualis est fructuum non maturorum aut vini immaturi. Dioscor.* V, 6. ὁ δὲ αὐστηρὸς (scil. οἶνος) οὐρητικώτερος. *Diog. Laërt.* VII, 117. οἶνος αὐστηρὸς, ubi vid. *Menagius.*

2. metaphorice: *homo asper, tristis, severior et rigidior.* Ita bis in N. T. legitur. Luc. XIX, 21. et 22. ἤδεις ὅτι ἐγὼ ἄνθρωπος αὐστηρός εἰμι. In utroque loco *Syrus* habet ܩܫܝܐ *durus.* 2 Macc. XIV, 30. αὐστηρότερον διεξάγοντα συνιδὼν τὸν Νικάνορα πρὸς αὐτόν. *Diog. Laërt.* VII, 26. ἐρωτηθεὶς, διατί αὐστηρός ὢν ἐν τῷ πότῳ διαχεῖται. *Hesych.* αὐστηρός· σκυθρωπὸς, ξηρός. *Etym. M.* αὐστηρὸς παρὰ τὸ αὔω, τὸ ξηραίνω, ὁ μέλλων αὔσω, ἐξ οὗ αὐστηρὸς σημαίνει στρυφνὸν, ξηρὸν, αὐχμηρὸν, σκυθρωπόν.

ΑΥ̓ΤΆΡΚΕΙΑ, ας, ἡ, 1. *abundantia, copia et affluentia omnium rerum, quibus opus est, sufficientia.* 2 Cor. IX, 8. ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες ut semper satis opum et facultatum habeatis.

2. *animus sua sorte contentus.* 1 Tim. VI, 6. ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας pietas cum modestia seu moderatione animi conjuncta. *Dionys. Halic. Ant.* II, 74. *Diog. Laërt.* X, 130. Sæpius non legitur in N. T.

ΑΥ̓ΤΆΡΚΗΣ, εος, ους, ὁ, ἡ, 1. proprie: *qui tantum habet, quantum satis est ad vitam suam sustentandam, nec adeo aliorum indiget auxilio, qui sibi sufficit.* *Phavor.* αὐτάρκης· αὐτοβόηθος, παρὰ τὸ αὐτὸς καὶ τὸ ἀρκῶ, βοηθῶ, ὁ ἑαυ-

τῷ ἐπαρκῶν καὶ βοηθῶν. Idem: αὔταρκες· τὸ ἱκανῶς ἐξαρκοῦν. Sirac. V, 1. καὶ μὴ εἴπῃς, αὐτάρκη μοί ἐστι. XI, 24. XXXI, 19.

2. *par rei efficiendæ, idoneus. Hesych.* ἱκανός. *Isocrat. Panegyr.* c. 11. αὐτάρκης χώρα, h. e. terra, ad usus incolarum satis magna et apta, interprete *Moro. Xenoph. Cyrop.* IV, 3. 3. μὴ αὐτάρκεις ὄντες κτήσασθαι αὐτά. *Mem.* IV, 7. 1. αὐτάρκης ἐν ταῖς προσηκούσαις πράξεσι. *Polyb.* V, 55. 8. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 4. 10. p. 109.

3. *qui est sua sorte contentus, qui animo paucis contento præditus est.* Philipp. IV, 11. ἐγὼ ἔμαθον ἐν οἷς εἰμὶ, αὐτάρκης εἶναι ego enim, quacunque conditione fuero, contentus esse didici. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. XL, 18. ζωὴ αὐτάρκους ἐργάτου γλυκανθήσεται. *Diog. Laërt.* II, 24. de Socrate: αὐτάρκης ἦν καὶ σεμνός. *Polyb.* VI, 48. 7.

ΑΥ̓ΤΟΚΑΤΆΚΡΙΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *suopte judicio condemnatus, a se ipso condemnatus*, ex αὐτὸς et κατακρίνω *condemno*. Semel legitur in N. T. Tit. III, 11. ὢν αὐτοκατάκριτος suo judicio condemnatus, ut loquitur *Cicero pro Cluentio* c. 21. Optime *Œcumenius* ad h. l. ἢ ἀναπολόγητός ἐστιν, ἢ αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ τῆς οἰκίας συνειδήσεως κατακρινόμενος.

ΑΥ̓ΤΌΜΑΤΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *qui sponte aliquid facit, nullo alio interveniente aut impellente, spontaneus*, et de rebus æque ac personis adhibetur. Κατ' ἐξοχὴν vero de *eo* usurpatur, *quod sponte e terra nascitur nec humanæ operæ et culturæ debetur*, ut idem sit quod αὐτοφυὴς, inde τῷ סָפִיחַ *sponte natum, sponte crescens*, in vers. Alex. Levit. XXV, 5. 11. 2 Regg. XIX, 29. respondet. In N. T. bis tantum legitur. Marc. IV, 28. αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ vi naturali, vi quadam se ipsam movente, terra fructum fert. Act. XII, 10. ἥτις (scil. πύλη) αὐτομάτη (pro αὐτομάτως) ἠνοίχθη αὐτοῖς sponte se iis aperuit porta. Admodum delectati hac voce optimi Græci Scriptores reperiuntur, v. c. *Herodot.* II. c. 94. *Diod. Sic.* I, 8. τοὺς αὐτομάτους ἀπὸ τῶν δένδρων καρπούς. *Arrian.* de *Exped. Alex.* VII, 4. 8. οἱ λειμῶνες νάρδον αὐτόματοι ἐκφέρουσι. *Hesiod. Opp.* 118. *Maxim. Tyr. Diss.* XI, p. 68. *Aristænet.* I. Ep. 7. p. 34. *Hesych.* αὐτομάτη· ἑκουσία. — αὐτόματον· αὐτοφυές. Hinc natum est verbum αὐτοματίζω *sponte ago, altero inconsulto*, quod legitur apud *Xenoph. Cyrop.* IV, 5. 10.

ΑΥ̓ΤΌΠΤΗΣ, ου, ὁ, *qui ipse aliquid vidit, testis oculatus*, ex αὐτὸς et ὄπτομαι *video*. Semel in N. T. reperitur Luc. I, 2. οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται qui ab initio muneris Christi testes oculati fuerunt. *Polyb.* III, 4. *Xenoph. Cyrop.* V, 4. 9. *Hesych.* αὐτόπτης· θεατής.

ΑΥ̓ΤῸΣ, ἡ, ό. Pronomen, usu frequentissimum, quo Alexandrini sæpe usi sunt pro הוּא, הֵם vel הֵמָּה. In N. T. autem est

1. Pronomen relativum, valens, *ipse, ille, is*. Galat. III, 10. τοῦ ποιῆσαι αὐτὰ, scil. τὰ γεγραμμένα ἐν βιβλίῳ τοῦ νόμου. ib. v. 12. ὁ ποιήσας αὐτὰ ζήσεται ἐν αὐτοῖς. ibid. IV, 17. Ephes. I, 7. etc.

2. Pronomen demonstrativum *hic, hæc, hoc*, ubi sermo est de re aut persona, sive sensibus, sive intellectu præsente. Matth. XXI, 42. παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, pro τοῦτο, a Jehova hoc factum est; de quo loco vide *Vorstii Philol. Sacr.* c. XI. p. 282. ed. *Fischeri.* 1 Thess. IV, 10. ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελφούς.

3, *ipsemet*, nostrum: selbst *himself*. Matth. XXVII, 57. ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ qui ipse discipulus Christi erat. Luc. VI, 42. αὐτὸς τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου δοκὸν οὐ βλέπων ipsemet trabem in tuo oculo non animadvertens. ib. XI, 46. 52. XXIV, 15. καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς συνεπορεύετο αὐτοῖς. Joh. IV, 2. Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν Jesus ipse neminem baptizabat, ubi nostro: in eigener Person *in one's proper person* respondet. ibid. v. 44. Act. VIII,

13. X, 26. κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι. ib. XXI, 24. Sic etiam *ipse* apud Latinos usurpatur, v. c. apud *Cic.* I. *Tusc.* 17. "Ego ipse cum eodem ipso non invitus erraverim."

4. reciproce ponitur pro *ego ipse, tu ipse, nos ipsi, se ipsum*, i. q. ἐμαυτὸς, σεαυτὸς, ἑαυτὸς, ἐγὼ, σὺ, ἡμεῖς, ὑμεῖς. Luc. XI, 4. καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν quemadmodum et nos remittimus. Matth. XXIII, 37. λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν et lapidas, qui ad te missi sunt. Luc. I, 45. ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ, pro σεαυτῇ seu σοι, quæ fidem habuisti promissionibus tibi datis. Ies. XLVII, 8. audi hoc דֹּאת אֲמָרָה בְלִבָּהּ, loco בְּלִבֵּךְ, quæ cogitas tecum. Schol. *Æschyl.* ad *Agamemnon.* v. 1149. ἀμφὶ δ' αὐτὰς περὶ σεαυτῆς. Conf. *Vorstii Philol. S.* c. XXVI, p. 536. et 540. Matth. XXI, 45. ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει intellexerunt de se narrari hanc fabulam. Joh. XIII, 11. ᾔδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτὸν, pro ἑαυτὸν, noverat enim, qui ipsum traditurus esset. Hebr. XI, 21. προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Apoc. V, 10. καὶ ἐποίησας αὐτοὺς, pro ἡμᾶς, coll. v. 9. Vide *Storr. Obss. ad Syntax. et Analog. Hebr.* p. 391. ibid. XVIII, 28. ἐν αὐτῇ, pro ἔν σοι. coll. v. 23. et Genes. XLIX, 4. et 9. *Thucyd.* VII, c. 5. Cf. *Georgii Hierocrit. N. T.* P. 1. p. 162. et *Viger.* de *Idiotismis L. Gr.* p. 162. seq. ed. *Zeunii. Suid.* αὐτός· ἀντὶ τοῦ ἐγώ.

5. *solus, sejunctus ab aliis.* Marc. VI, 31. δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ vos soli, dimissis nempe cæteris. *Lucian. Opp.* T. I. p. 230. ed. *Reitz.* αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμεν, ubi videndus *Tiberius Hemsterhus. Ælian. V. H.* II, 39. et VII, 13. ubi vid. *Gronov. Aristoph. Acharn.* v. 506. ubi vid. *Küsterus.* Interdum autem μόνος additur, v. c. apud *Æschin. Socr.* Dial. II, 19. *Eurip. Phœn.* v. 1245. Cf. *Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd.* p. 223. Non aliter apud Latinos *ipse* usurpatur, v. c. apud *Liv.* II, 54.

6. i. q. αὐτόματος *sua sponte, spontaneus.* Joh. XVI, 27. αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς Deus, vel me non commendante, vos amat. *Xenoph. Mem.* I, 3. 7. καὶ αὐτὸν ἐγκρατῆ ὄντα, ubi vide *Ernesti Obss.* ad *Homer. Il.* VIII, 293. τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν ὀτρύνεις; Conf. Intt. ad *Callim. Hymn.* in *Apoll.* v. 6. Sic etiam Latini, v. c. *Terent. Andr.* I, 2. 22. animus ipse ægrotus, h. e. sua sponte ad vitia proclivis. *Cic.* de *Clar. Orat.* 34.

7. pro relativo ὅς. Joh. I, 6. ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης cui nomen Johannes erat. ib. XV, 5. κἀγὼ ἐν αὐτῷ et in quo ego maneo. Apoc. II, 18. καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ et cujus pedes sunt. XVII, 2. Conf. *Olearium* de *Stilo N. T.* p. 83. seq. et *Stolberg.* de *Solœcismis* c. 2. p. 31.

8. ut Lat. *ipse* honoris causa simpliciter de *omni* usurpatur, *qui est summa virtute et dignitate præditus* aut *generis splendore insignis.* Sic v. c. αὐτὸς est periphrasis *Jehovæ Dei unius.* Rom. X, 12. ὁ γὰρ αὐτὸς Κύριος πάντων Deus enim est omnium Dominus. Hebr. XIII, 5. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν Deus enim promisit. Eodem modo הוּא pro יְהוָה legitur Deut. XXXII, 39. Ps. CII, 27. Conf. *Carpzov. Observatt. Philon.* ad Hebr. I, 12. Ita etiam *Christus* in N. T. κατ' ἐξοχὴν αὐτὸς et ὁ αὐτὸς vocatur Matth. I, 21. XXV, 31. Marc. I, 36. Luc. V, 17. 1 Joh. II, 6. 12. 27. 28. III, 3. 5. 6. 16. Interdum etiam ipsi *Judæi* αὐτοὶ appellantur, proprio nomine eorum dissimulato, v. c. Matth. XI, 1. Luc. V, 17. Hebr. VIII, 9. Bene autem observavit *Casaubonus* ad *Theophr. Char.* περὶ κολακείας, etiam apud Græcos pronomen αὐτὸς et apud Latinos *ipse* voces servorum et discipulorum fuisse, quibus vel dominos vel magistros suos appellarent. Vide *Heinsium* ad *Hesiod.* O. et D. p. 226. Sic Pythagoræ discipulos constat doctorem suum commemoraturos illud αὐτος ἔφα adhibuisse. Vide *Menagium* ad *Diog. Laërt.* VIII,

46. et *Joh. Alberti* in *Periculo Critico* p. 2. *Suid.* αὐτός· ὁ δεσπότης.

9. si præmissum habet articulum, *idem* significat et relationem aliquam infert ad id, quod antecedit. Matth. V, 47. οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὰ αὐτὰ ποιοῦσιν; nonne et portitores idem faciunt? Marc. XIV, 39. τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών iisdem verbis. Luc. VI, 33. Act. XV, 27. ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. Rom. II, 1. 1 Cor. I, 10. Ephes. VI, 9. Philipp. I, 30. Conf. *Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd.* p. 417.

10. ὁ αὐτὸς, *qui semper idem manet, immutabilis, omnis mutationis expers.* Hebr. I, 12. σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ tu vero es immutabilis, æternus. ibid. XIII, 8. Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς Jesus Christus autem semper manebit is, qui fuit et nunc est. Huc etiam referrem locum 2 Cor. X, 1. αὐτὸς ἐγὼ Παῦλος ego Paulus, qui semper sibi constat, nunquam a se ipso discedit. Ita etiam הוּא accipitur Ies. XLI, 4. אַתָּה־הוּא מַלְכִּי. Ps. XLIV, 5.

11. αὐτὸς cum dativo, *similis.* 1 Cor. XI, 5. ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ similis est ei, quæ rasa est. Sic etiam apud Græcos αὐτὸς τινὶ eleganter dicitur, *qui alteri par, similis est, nihil ab eo differt*, v. c. *Ælian. V. H.* VII, 11. τὰ ὑποδήματα αὐτὰ φορεῖν τοῖς ἀνδράσιν. Imitati sunt hoc genus loquendi etiam Latini. Vide *Drakenb.* ad *Sil.* XV, 400. et *Cortium* ad *Sallust. B. C.* c. 20.

12. αὐτὸς, ut οὗτος, sæpe eleganter *abundat* in N. T. quod, ut recte observatum est, non tam factum est ex Hebraismo, quam more loquendi optimorum Scriptorum Græcorum. Matth. IV, 16. φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. ib. XXI, 41. κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς. ib. XXVI, 71. εἶδεν αὐτὸν ἄλλη. Marc. IX, 28. ἐπηρώτων αὐτόν. Act. VII, 21. ἀνείλετο αὐτόν. Apoc. II, 7. 17. τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ. Genes. XIII, 15. לְךָ אֶתְּנֶנָּה tibi dabo. Deut. XI, 12. אֲשֶׁר־אַתָּה. XXVIII, 52. Job. XXXVIII, 9. *Herodian.* VIII. c. 6. s. 10. οἷς ἐπιφοιτῶσιν αὐτοῖς. *Arrian. Diss. Epictet.* III. c. 1. οὐδὲ γὰρ λέοντι τὸ τυχὸν βοΐδιον τολμᾷ ἀντιστῆναι αὐτῷ. *Sophocl. Œdip. Tyr.* v. 287. Plura loca Græcorum habent *Viger.* de *Idiotismis Ling. Gr.* p. 168. *Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd.* p. 224. et *Jensius* in *Lect. Lucian.* p. 100. Æque otiose poni *ille* et *is* (*Liv.* I, 58.) apud Latinos, docuit *Gronov.* ad *Liv.* XXV, 27.

13. αὐτὸς, ut *ipse*, cum *numeralibus*, indicat, accurate, non rotunde designari numerum. Apoc. XVII, 11. καὶ αὐτὸς ὀγδόος ἐστὶ et ipse est (rex) octavus. Conf. *Viger.* l. l. p. 72. seqq. Sic *ipse* quoque eleganter additur categorematibus temporis, ut significetur, tempus aliquod plane exiisse, v. c. apud *Cic. Famil.* II, 2. *Attic.* III, 1. *Brut.* c. 15.

14. Restant formulæ ἐπὶ τὸ αὐτὸ et κατὰ τὸ αὐτὸ, in N. T. obviæ. Prior formula ἐπὶ τὸ αὐτὸ notat, *simul, una*, et pro diversitate orationis, in cujus serie legitur, etiam verti potest *eodem loco, ad eundem locum, eodem tempore, unanimiter, eodem consilio et scopo, pariter ad unum omnes.* Matth. XXII, 34. συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ coiverunt, Hebr. יְקֻבָּצוּ יַחְדָּו. Act. III, 1. ἐπὶ τὸ αὐτὸ, scil. πρᾶγμα, in eundem finem, ut bene observavit *Abreschius* in *Annotatt. ad N. T.* p. 604. Act. I, 15. ἦν δὲ ὄχλος ἐπὶ τὸ αὐτὸ congregati erant centum et viginti. 1 Cor. XI, 20. συνερχομένων ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, i. q. ἐν ἐκκλησίᾳ v. 18. et reliqua. In versione Alex. ἐπὶ τὸ αὐτὸ Hebraico יַחְדָּו respondet, *quod eodem tempore*, Deut. XXII, 10. 11. *ad eundem locum*, 2 Sam. II, 13. *ad unum omnes pariter*, Ps. XIX, 9. XXXVII, 38. significat, quemadmodum יָחַד *unanimi consilio*, Ps. II, 2. XXXIV, 3. notat. *Hesych.* ἐπὶ τὸ αὐτό· εἰς τὸν αὐτὸν τόπον. Posterior formula κατὰ τὸ αὐτὸ, quæ Act. XIV, 1. legitur, vel idem significat, quod ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *una, simul*, vel, ut ἔθος suppleatur, reddenda est: *pro more*, coll. XVII, 2.

15. Formula ἀπ' αὐτῆς, omissa voce ὥρας, significat *illico*, *mox*, *statim*, et est idem, quod alias ἐξ αὐτῆς, vel conjunctim ἐξαυτῆς dicitur. Sic vero accipienda esse videtur Act. XVI, 18. ubi ἀπ' αὐτῆς non de puella, sed de tempore accipiendum esse, ex sequenti formula ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ apparere arbitror. *Arrian. Diss. Epictet.* II, 12. ὥστε πάνθ' ὑπτιναοῦν συναισθανόμενον, τῆς μάχης ἀναχωρεῖν ἀπ' αὐτῆς.

ΑΥ'ΤΟΥ. Adverbium. *Ibi*, *isthic*, *hic*, ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, ut *Schol. Thucyd.* VI, 34. interpretatur. Proprie est genitivus pronominis αὐτὸς et vox τόπου cum præpositione subauditur, ut plene scriptum sit: ἐπ' αὐτοῦ τόπου in isthoc loco, i. q. αὐτόθι. Alexandrini usi sunt partim pro בָּזֶה *in hoc loco*, Exod. XXIV, 14. Num. XXII, 19. partim pro פֹּה *hic*, Num. XXXII, 6. 2 Sam. XX, 4. In N. T. legitur tanquam adverbium Matth. XXVI, 36. καθίσατε αὐτοῦ considete hic. Act. XV, 34. ἐπιμεῖναι αὐτοῦ ibi remanere. ib. XVIII, 19. XXI, 4. Sæpius non legitur in N. T. Præterea extat apud *Xenoph. Cyrop.* IV, 1. 1. Cf. *Abresch. Dilucid. Thucyd.* p. 403.

ΑΥ'ΤΟΥ, ῆς, οῦ, *sui ipsius*, contracte pro ἑαυτοῦ, ῆς, οῦ, quod vide infra. 2 Tim. II, 19. ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ amat Deus veros suos cultores.

ΑΥ'ΤΟΦΩΡΟΣ, vide infra sub 'ΕΠΑΥΤΟΦΩ'ΡΩ.

ΑΥ'ΤΟΧΕΙΡ, ος, ὁ, 1. vulgo apud Græcos dicitur *percussor*, *qui sua manu interficit non solum se*, *sed etiam alios*, *qui cædes facit*, ex αὐτὸς et χείρ *manus*, ut recte docuit Cel. *Morus* ad *Isocratis Panegyr.* c. 32. p. 81. *Xenoph. Hist. Gr.* VII, 3. 7. *Hesych.* αὐτόχειρ· φονεύς. it. αὐτόχειρες, οἱ ταῖς ἰδίαις χερσὶ φονεύοντες. *Phavor.* αὐτόχειρ· καὶ ὁ ἑαυτὸν ἀνελὼν καὶ ἕτερον, καὶ μὴ δι' ἄλλου φονεύσας.

2. in universum, *qui suis manibus aliquid agit et efficit*. Semel in N. T. legitur ita Act. XXVII, 19. αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐρρίψαμεν nostris manibus armamenta navis abjecimus. Conf. *Eustath.* ad Iliad. ξ'. p. 986. 39. Nec desunt exempla apud reliquos Græcos, v. c. apud *Aristoph. Aves* v. 1135. *Eurip. Phœn.* v. 344. αὐτόχειρ σφαγή, et ibid. v. 897. αὐτόχειρ θάνατος. *Herodian.* VII, 2. 17. ubi cum αὐτουργὸς conjungitur. *Hesych.* αὐτοχειρία· τὸ τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ ποιῆσαί τι. Lectu digna de hac voce habet *Hoogev.* ad *Vigeri* lib. de *Idiot. Ling. Gr.* p. 136. 137. Edit. Glasg. 1813.

ΑΥ'ΧΜΗΡΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1. proprie: *siccus*, etiam *sordidus*, *squalidus*, ab αὐχμέω *squalidus sum*, *squaleo*. *Plato Legg.* L. VI. p. 861. *Xenoph. Mem.* II, 1. 31. *Aristoph. Plut.* v. 83. unde αὐχμὸς *squalor*, etiam *siccitas ex æstu*. *Æschin. Socr.* Dial. III, 11. Jam quia loca squalida, v. c. carceres subterranei, simul caliginosa esse solent, hinc αὐχμηρὸς est

2. *obscurus*, *tenebricosus*, *caliginosus*. Sic semel in N. T. legitur 2 Petr. I, 19. ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ ut lumini fulgenti loco obscuro. *Hesych.* αὐχμηρόν· ξηρὸν, σκοτῶδες. *Suid.* — στυγνὸν ἢ σκοτεινόν. Cf. etiam *Polluc. Onom.* V, 5. s. 110. et *Oudend.* ad *Lucan.* l. V. v. 39.

'ΑΦΑΙΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *tollo*, *aufero*, *adimo*, *removeo*, *privo*, *detraho*, et cujuscunque generis ablationem indicat, vel sensu physico, vel metaphorico. Luc. I, 25. ἀφαιρεῖν τὸ ὀνειδός μου ἐν ἀνθρώποις ut auferret opprobrium meum apud homines. ibid. X, 42. ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς quæ nunquam ei eripietur. Eandem significationem habet medium ἀφαιροῦμαι, v. c. Luc. XVI, 3. ὁ Κύριός μου ἀφαιρεῖται τὴν οἰκονομίαν ἀπ' ἐμοῦ submovet me dominus administratione Apoc. XXII, 19. καὶ ἐάν τις ἀφέλῃ ἀπὸ τῶν λόγων τῆς προφητείας ταύτης, ἀφελεῖ ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ κ. τ. λ. detrahentem aliquid his oraculis privabo parte, quam habet, ubi ἀφαιρεῖν τῷ ἐπιθεῖναι v. 18. æque opponitur ac τῷ προσθεῖναι. 1 Macc. VIII, 30. 2 Macc. XIV, 7. ἀφελόμενος τὴν προγονικὴν δόξαν, λέγω δὴ τὴν ἀρχιερωσύνην. Deut. XII, 32. οὐ προσθήσεις ἐπ' αὐτὸ οὐδὲ ἀφελεῖς

ἀπ' αὐτοῦ. Num. XXXVI, 3. *Hesych.* ἀφείλαντο· ἀπεστέρησαν. *Phavorinus* addit ἥρπασαν, ἀνέσπασαν.—Huc pertinet etiam formula: ἀφαιρεῖν τὰς ἁμαρτίας *remissionem et veniam peccatorum conciliare, tollere pœnas peccatorum*, i. q. alibi dicitur αἴρειν et φέρειν τὰς ἁμαρτίας. Rom. XI, 27. ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Hebr. X, 4. Sirac. XLVII, 11. Κύριος ἀφελεῖ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ. Respondet autem Hebr. formulæ נָשָׂא חַטָּאָה Exod. XXXIV, 7.

2. speciatim: *amputo, abscindo*, i. q. ἀποκόπτω. *Hesych.* ἀφεῖλεν· ἦρεν, ἔκοψεν. Matth. XXVI, 51. ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον aurem amputavit. Marc. XIV, 47. coll. Joh. XVIII, 10. ἀπέκοψεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον. In versione Alex. respondet Hebraico בָּרַת *abscidit, amputavit*, 1 Sam. V, 4. XVII, 51. 1 Macc. VII, 47. τὴν κεφαλὴν ἀφεῖλον. ibid. XII, 17. Eodem modo *auferre* usurpatur apud *Virgil. Æn.* X, v. 364. *Ovid. Met.* VI, 556. Conf. *Palairet. Obss. Philol. Crit.* p. 95.

ἈΦΑΝΗ΄Σ, ές, οῦς, ὁ, ἡ, *absconditus, ab aspectu et visu remotus, qui latet et adeo ignoratur, obscurus.* (ex α priv. et φαίνω *ostendo, appareo.*) Tantum in N. T. extat Hebr. IV, 13. καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ nemo eum latet, nullius hominis cogitata a Deo ignorantur. Sirac. XX, 30. σοφία κεκρυμμένη καὶ θησαυρὸς ἀφανής. *Xenoph. Œcon.* I, 18. οἱ ἀφανεῖς ὄντες τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 11. 5. p. 433. et *Lexic. Xenophont.* Vol. I. p. 495. *Suid.* ἀφανές· τὸ σκοτεινόν.

ἈΦΑΝΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie: *e conspectu removeo, tollo, aufero, ita, ut ne vestigium quidem appareat. Suid.* ἀφανίσαι· τὸ ἀνελεῖν καὶ ἀφανὲς ποιῆσαι. Idem *Etym. M.* Passivum ἀφανίζομαι *evanesco, in nihilum redigor, evanidus reddor.* Sic legitur in N. T. Jacob. IV, 14. ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη postea vero in auras evanescit. *Ælian. V. H.* XII, 1. φῦμα ἠφανίσθη tumor evanuit. Apud *Stobæum Serm.* 12. Ceus quidam canos dicitur βαφῇ ἀφανίζειν. Hinc ἀφανίζειν interdum *sepelire, humare* notat, *Xenoph. Mem.* I, 2, 53. interdum etiam *tegere, velare, occultare* significat; (*Ælian. V. H.* I. c. 41. II, c. 7. *Hesych.* ἀφανίσαι· σκεπάσαι.) quam notionem in loco Matth. VI, 16. voci huic interpretes nonnulli subjiciunt.

2. *perdo, corrumpo, ad usum inutile reddo*, etiam *nitore suo et fulgore privo, deformo, polluo, inquino. Hesych.* ἀφανίζειν· σήπειν, ἀπολλύειν. *Suid.* ἀφανίσαι· μολύναι, χρᾶναι. Sic legitur in N. T. Matth. VI, 16. ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν deformant facies suas, deturpant vultum, quasi αἰσχύνουσι τὰ πρόσωπα, ἄκαλες ποιοῦσιν πρόσωπον. Vultus in jejuniis sibi assumunt austeros, ora et habitum lugentium simulatione induunt, pallorem, quantum quidem possunt, cuti obducunt. Ἀφανισμὸς τοῦ προσώπου, inquit *Chrysostomus*, τὸ πρὸς κενοδοξίαν ὠχρὸν φαίνεσθαι. Vide ad h. l. *Wetstenium.* Matth. VI, 19. ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει quas tinea vel ærugo corrumpit. coll. Luc. XII, 33. σὴς διαφθείρει. Cf. de hoc loquendi usu Obss. Miscell. Amstel. Vol. III, p. 411. *Abreschius* ad *Æschylum* p. 538. *Auctarium* Lib. III, p. 99. Nam loca, quæ *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 25. notavit, sunt ἀπροσδιόνυσα, nam confirmant tantum notionem *vastandi*, quam hoc verbum interdum habet.—Jam quia ii, qui sunt terrore confusi, aut pudore suffunduntur, e conspectu hominum se subducere et se tegere solent, factum est, ut ἀφανίζομαι

3. metaphorice notaret *obstupesco, terreor, pudore suffundor*, ad imitationem Hebraici שָׁמַם, quod, ut vel tironibus notum est, non solum *vastari*, sed etiam *attonitum esse, stupere* notat. Dan. VIII, 27. Ies. LIX, 16. Sic autem legitur in N. T. Act. XIII, 41. καὶ ἀφανίσθητε, h. e. vel obstupescite, vel pudore suffundamini. Habac. I, 5. וְהִתְמַהּוּ תִּמָּהוּ. In versione Alex. non solum שָׁמַם, sed e-

tiam חָרַד *tremuit*, Ezech. XXX, 9. respondet.

ἈΦΑΝΙΣΜΟ῞Σ, οῦ, ὁ, *evanescentia, interitus, abolitio*, ab *ἀφανίζω*. Semel in N. T. legitur Hebr. VIII, 13. *τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον ἐγγὺς ἀφανισμοῦ* quod autem antiquatur et senescit, propinquum est abolitioni et interitui. Vocem *ἀφανισμὸς* autem æque ac *ἀφανίζειν* interdum metaphorice de *abrogatione* et *abolitione legum* dici, docuit *Kypke* Observv. in N. T. Vol. II. p. 395. ad locum Pauli illustrandum.

῎ΑΦΑΝΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *omnis* dicitur, *qui non amplius conspicitur et quocunque modo oculis subducitur, non conspicuus*. Descendit autem a tertia pers. perf. pass. *πέφανται* verbi *φαίνομαι appareo*, præmisso *α* priv. Semel in N. T. legitur Luc. XXIV, 31. *καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν* sed ille statim discessit ab iis. Eodem sensu legitur etiam apud Græcos Scriptores, v. c. *Diod. Sic.* IV, c. 65. T. I. p. 310. ubi *Wesseling.* videndus. *Eurip.* Orest. v. 1495. et 1557. ubi Menelaus de Helena dicit: "audivi: *ὡς οὐ τέθνηκεν, ἀλλ' ἄφαντος οἴχεται.*" Conf. *Abresch.* ad *Æschylum* p. 325. et 595. *Hesych. ἄφαντον· ἀφανὲς, ἀθεώρητον, μὴ φαινόμενον, ἀφανῆ, μὴ ὁρώμενον.*

ἈΦΕΔΡΩ῎Ν, ῶνος, ὁ, *latrina, cloaca, locus secretus, in quo homo ventrem exonerat, in quem excrementa alvi egeruntur et confluunt*, quem Attici *ἀπόπατον* et *κοπρῶνα*, observante *Suida* et *Phavorino*, Alexandrini et Macedones *λυτρῶνα* vel *λουτρῶνα* appellavere. Conf. quæ de hac voce docte disputavit *Fischer.* de Vitiis Lexicorum N. T. Prol. XXXI, p. 12. seq. In N. T. bis legitur Matth. XV, 17. *καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται* et tandem in latrinam ejicitur. Marc. VII. 19. *καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται.* Interdum etiam ponitur ita, ut eo intelligatur *sedes, podex, anus*, observante *Suida*, *ὁ ἀφεδρὼν καὶ σημαίνει τὸ μέρος τοῦ σώματος τὸ περὶ τὴν ἔξοδον.* Idem: *ἀφεδρών· ἀπὸ τῶν ἑδρῶν. ἕδραι γὰρ λέγονται αἱ σέλλαι.* Vide *Steph. le Moyne ad Varia Sacra* p. 815. et *H. J. Schomaker de Jure Cloacarum* (Lugd. Bat. 1752.) c. 1.

ἈΦΕΙΔΙ῎Α, ας, ἡ, *non parcere, crudelitas, durities, quando nobis aut aliis non parcimus*, (ex *α* priv. et *φείδομαι parco.*) Semel in N. T. legitur Coloss. II, 23. *ἀφειδία σώματος* durities in corpus, contemtus et incuria corporis, quæ est in male habendo corpore et abstinentia a talibus cibis, quos homines appetunt. *Œcumenius καταφρόνησιν τοῦ σώματος, Ambrosius* corporis vexationem vocat. Eodem modo *ἀφειδέω* de iis, qui vigiliis et invisendis ægrotis corpus suum macerant; a *Thucyd.* Lib. II. c. 51. usurpatur, et apud *Lucian.* Anachars. *τῶν σωμάτων ἀφειδεῖν* dicuntur, qui corporibus non parcunt, dum quibusvis periculis temere sese exponunt. *Hesych. ἀφειδία· καρτερία.* Vide *Wetstenii* N. T. T. II. p. 290.

ἈΦΕΛΟ῎ΤΗΣ, τητος, ἡ, 1. proprie *integritas*, ὁλοκληρία, et ei tribuitur, cui nec superfluum aliquid est in corpore, nec aliquid deest. Non differt a voce *ἀφέλεια*, quæ hoc sensu legitur apud *Joseph.* A. J. III, 12. 2. sacerdotes summos *ἀφελεῖς δὲ εἶναι πᾶσαν ἀφέλειαν* corpora integra habere jussit Moses. *Hesych. ἀφελής· ἀσινὴς, καθαρὸς, ὁλόκληρος, ὁ μήτε πλεονάζων, μήτε δέων τι τοῦ σώματος. Phavorin. σημαίνει δὲ καὶ τὸν ὑγιῆ τὸ σῶμα, παρὰ τὸ μηδενὸς ἀφαιρεῖσθαι τοῦ σώματος.*

2. metaphorice: *simplicitas morum et animi, a qua omnis abest simulatio et calliditas, et quæ omnem fastum respuit*, quæ alias *ἁπλότης* dicitur, speciatim vero *liberalitas erga pauperes, ex modesto, libero hilarique animo profecta.* Semel in N. T. legitur Act. II, 46. *μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας* agapas celebrabant, ita, ut hilaritati et liberalitati ingenuæ ac sinceræ studerent. Ita et usurpatur adjectivum *ἀφελὴς*, v. c. apud *Ælian.* V. H. XII, 1. *τὸ τοῦ ἤθους ἀφελὲς* morum simplicitas. *Lucian.* T. I. p. 210. *ἀφελὴς καὶ ἄπλοκος. Plutarch.* T. II. p. 755. *εἰ μὴ φύσει τὸν τρόπον ἁπλοῦς ἦν καὶ ἀφελής. Clem. Alex.* Pæda-

gog. L. I. p. 107. ἀφελεῖς καὶ νήπιοι καὶ ἀκέραιοι. Legitur etiam adverbium ἀφελῶς de epulis usurpatum apud *Ælian.* V. H. II, 18. IV, 9. *Phavorin.* ἀφέλειαν ἐπὶ ἁπλότητος οἱ παλαιοὶ ἐτίθουν. Conf. *Alberti* Append. ad Gloss. N. T. p. 210. *Wetstenii* N. T. T. II. p. 471. et *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 592.

Ἄφεσις, εως, ἡ, 1. proprie: *emissio* (v. c. teli. *Polyb.* XXVII, 9. 6.), *dimissio, liberatio*, et speciatim *dimissio e captivitate, libertas*, ab ἀφίημι. Sic legitur in N. T. Luc. IV, 18. κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν ad annunciandam captivis libertatem, h. e. ad annunciandam miseris restitutionem in feliciorem statum. Conf. supra sub αἰχμάλωτος. Hinc in vers. Alex. Hebr. דְּרוֹר *libertas*, Levit. XXV, 10. Ies. LXI, 1. Ezech. XLVI, 17. respondet. 3 Esdr. IV, 62. ὅτι ἔδωκεν αὐτοῖς ἄφεσιν καὶ ἄνεσιν. *Polyb.* I, 79. 72. et XXII, 9. 17. *Hesych.* ἄφεσις· ἀπόλυσις.

2. metaphorice: *remissio, condonatio, venia.* Matth. XXVI, 28. εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Marc. I, 4. Luc. I, 77. III, 3. XXIV, 47. Act. II, 38. V, 31. X, 43. XIII, 38. XXVI, 18. Ephes. I, 7. τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων. Coloss. I, 14. Interdum etiam simpliciter positum ἄφεσις *remissionem peccatorum* notat, v. c. Hebr. IX, 22. χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις sine sanguinis effusione nulla expiatio locum habet. ibid. X, 18. Sæpius in N. T. non legitur. Sic etiam in vers. Alex. ἄφεσις de *remissione debiti* legitur Deut. XV, 3. ἀδελφῷ σου ἄφεσιν ποιήσεις τοῦ χρέους σου.

Ἁφή, ῆς, ἡ, 1. *tactus*, μία τῶν πέντε αἰσθήσεων, ut *Suidas* interpretatur, aut, αἴσθησις χειρῶν ἤγουν ψηλάφησις, *Hesychio* interprete, ab ἅπτομαι *tango*.

2. *junctura, commissura*, maxime *membrorum corporis, qua artus artum tangit*, a præterito med. ἧφα verbi ἅπτω *necto, alligo* das Gelenke *the joint.*

2. metaphorice, ut Lat. *vinculum, omne, quod vim habet consensum animorum et mutuum amorem efficiendi.* Ita bis in N. T. legitur. Ephes. IV, 16. ἀφὴ τῆς ἐπιχορηγίας mutuum auxilium societatis Christianæ, (quæ haud raro cum corpore humano comparatur in N. T.) vinculum. Coloss. II, 19. δι' οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον cujus provida cura omnis Christianorum cœtus arctissime mutuis officiis junctus est.

Ἀφθαρσί'α, ας, ἡ, 1. *incorruptibilitas, immortalitas, corpus interitus expers.* 1 Cor. XV, 42. ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ, pro σῶμα ἄφθαρτον, prodit corpus interitus expers. ibid. v. 53. ἀφθαρσία, cum ἀθανασία permutatur v. 54. Sap. II, 23. Θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐν ἀφθαρσίᾳ Deus creavit hominem incorruptibilem, immortalem. *Plutarch. Aristid.* p. 322. A.

2. *omne, quod perenne est et perpetuum durat*, speciatim: *felicitas Christianorum perpetua et perennis in futura vita*, i. q. ζωὴ αἰώνιος. Rom. II, 7. ἀφθαρσίαν ζητοῦσιν qui comparare sibi student felicitatem æternam. Eadem notio etiam locum habet ex eorum opinione, qui δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν positum putant pro δόξαν καὶ τιμὴν ἄφθαρτον. 1 Cor. XV, 50. οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ corpus humanum, quale est in hac vita, non potest particeps fieri felicitatis æternæ, i. q. in antecedentibus dixerat βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται. 2 Tim. I, 10. φωτίσαντος ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου doctrinam de futura hominum felicitate eaque æterna notam facit. Similis locus reperitur in libro Sapientiæ VI, 18. 19. προσοχὴ νόμων βεβαίωσις ἀφθαρσίας, ἀφθαρσία δὲ ἐγγὺς εἶναι ποιεῖ Θεοῦ.

3. *constantia.* Ephes. VI, 24. τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν ἐν ἀφθαρσίᾳ, pro ἀφθάρτως, qui constanter J. C. colunt et venerantur.

Ἄφθαρτος, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie, sensu physico: *immortalis, incorruptibilis, corruptionis et interitus expers.* Rom. I, 23. τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ Dei immortalis, cui opponitur φθαρτὸς ἄνθρωπος. *Plutarch. de orac. def.* p. 420. A. 1 Cor. XV, 52. οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται

ἄφθαρτοι mortui immortali corpore præditi prodibunt. 1 Tim. I, 17. ἀφθάρτῳ. in aliis codd. ἀθανάτῳ. Sap. XII, 1. τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσιν. *Diog. Laërt.* X, c. 123. 1 Cor. IX, 25. ἄφθαρτος στέφανος corona, quæ non flaccescit, h. e. æterna præmia, perpetua felicitas. 1 Petr. I, 23.

2. *perpetuus, perennis, nunquam periturus.* 1 Petr. I, 4. κληρονομίαν ἄφθαρτον felicitatem æternam. III, 4. ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ πραέος καὶ ἡσυχίου πνεύματος in perpetua, nunquam cessante mansuetudine et tranquillitate animi. Sapient. XVIII, 4. ἄφθαρτον νόμου φῶς.

'ΑΦΙΗΜΙ, fut. ήσω. Vox ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων in N. T. quæ et de rebus et de personis usurpatur.

1. proprie notat: *amoveo, emitto,* sensu physico, sive id vi fiat, cum quid projicimus, sive manus errore, ut, cum quid nobis excidit. Vide *Schweighæuseri Lex. Polyb.* s. h. v.

2. metaphorice: *dimitto, discedere jubeo,* etiam *libellum repudii do.* Matth. XIII, 36. τότε ἀφεὶς τοὺς ὄχλους dimissa concione. 1 Cor. VII, 11. καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι et maritum uxorem suam non repudiare. ibid. v. 12. μὴ ἀφιέτω αὐτήν. Marc. IV, 36. *Homer.* Il. II, 263. Schol. ἀφήσω· ἀπολύσω, ἀποπέμψω. *Theophrast.* Char. V, 1. *Ælian.* V. H. XII, 9. οἱ δὲ παῖδες ἀφεθέντες ὑπὸ τοῦ διδασκάλου.

3. *relinquo, discedo, abeo, desero.* Matth. IV, 20. 22. ἀφέντες τὰ δίκτυα relictis retibus. V, 24. ἄφες τὸ δῶρον relinque munus. XVIII, 12. XIX, 27. Joh. X, 12.

4. *relinquo post me,* ita, ut nostro hinterlaſſen, nachlaſſen, *to leave, to bequeath,* respondeat, *relinquo posteris meis,* i. q. καταλείπω, cum quo verbo permutatur Marc. XII, 19. καὶ καταλίπῃ γυναῖκα καὶ τέκνα μὴ ἀφῇ. v. 20. οὐκ ἀφῆκε σπέρμα non reliquit posteros. v. 21. 22. Joh. XIV, 27. εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν discedens a vobis omnigenam vobis felicitatem apprecor.

5. *superstitem relinquo,* nostrum: übrig laſſen, *to leave remaining.* Matth. XXIII, 38. ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος relinquetur vobis urbs vestra devastata. XXIV, 2. οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθον non superstes manebit lapis super lapidem, qui non destruatur. Convenit formula loquendi, qua usus est *Virgilius Æn.* II. 608. avulsaque saxa vides. Marc. XIII, 2. Luc. XIII, 8. ἄφες αὐτήν. XIX, 44. XXI, 6.

6. *captivum dimitto, libero.* Luc. XVII, 34. καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται alterum milites dimittent. ib. v. 35. 37. Matth. XXIV, 40. 41. *Polyb.* XXXIII, 1. 6. *Xenoph. Cyrop.* III, 2. 6. Abunde hunc usum loquendi ex *Diodoro Sic.* probavit *Munthe* in Observv. Philol. in N. T. p. 175. Hinc metaphorice de *morbis* usurpatur, qui ab orientalibus Scriptoribus cum vinculis, quibus constringatur homo, eleganter comparari solent. Sic Matth. VIII, 15. καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς et convaluit. Marc. I, 31. Joh. IV, 52. Sic et loqui amat medicorum parens *Hippocrat.* Aphor. Sect. IV, §. 30. et 61. ἀφίησι ὁ πυρετός.

7. *missum facio, non curo.* Matth. XV, 14. ἄφετε αὐτούς missos facite illos, non curate illorum indignationem.

8. *missum facio, non molestiam facio,* nostrum: zufrieden laſſen *to let one alone.* Matth. IV, 11. τότε ἀφίησιν αὐτὸν διάβολος illico missum eum fecit diabolus. ibid. XIX, 14. ἄφετε τὰ παιδία sinite infantes me adire. Joh. XII, 7. ἄφες αὐτήν noli ei hoc exprobrare, Eodem modo ἐᾷν usurpatur apud *Sophocl.* Trach. v. 348.

9. *sino, patior.* Matth. XIII, 30. ἄφετε συναυξάνεσθαι sinite utrumque succrescere. Joh. XI, 48. ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτω si eum sinimus porro ita agere. Eodem modo רָפָה usurpatur Exod. XXXII, 10. 2 Sam. XVI, 11. ἄφετε αὐτὸν καταραῖσθαι. Judd. XVI, 26.

10. *permitto, concedo.* Matth. III, 15. ἄφες ἄρτι permitte quæso, ubi τῷ διακωλύειν opponitur. ibid. VII, 4. XXIII, 13. οὐκ ἀφίετε εἰσελθεῖν ut intrent, permittere non vultis. Marc. I, 34. ἤφιε 3 sing. aor. 2. indicativi ab antiquo ἀφίεω; ut ἧλτεν apud *Hesiod.*

O. et D. v. 80. ab ἀλιτέω. (Notandus est hic aoristus 2. qui præter h. l. Marc. XI, 16. et apud *Philonem* Legat. ad Caium p. 1021. *Lucian. Timon.* p. 66. ἤφιε περινοστεῖν ἐλευθέρως. *Pausan.* II, c. 5. *Thucyd.* I, p. 130. occurrit. Conf. *Kypke* Observv. Sacr. T. I. p. 151.) Marc. V, 19. 37. VII, 12. Sirac. XXIII, 1. μὴ ἀφῇς με πεσεῖν ἐν αὐτοῖς.

11. *permitto, committo, demando,* nostrum: zur Beſorgung überlaſſen *to leave to the care of.* Matth. VIII, 22. ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς permitte mortuis mortuorum curam habere.

12. *patior aliquem auferre aliquid, rem alicui trado, concedo auferendum,* nostrum: herausfolgen laſſen *to allow to be delivered.* Marc. XI, 6. καὶ ἀφῆκαν αὐτούς, scil. λύειν καὶ ἀπάγειν τὸν πῶλον. Matth. V, 40. ἄφες αὐτῷ τὸ ἱμάτιον illi et pallium tuum auferendum concede.

13. *emitto.* Ad hanc notionem referenda est α) formula: ἀφιέναι τὴν φωνὴν *clamorem edere,* seu *emittere vocem,* ut *Liv.* I, 58. loquitur, quæ legitur Marc. XV, 37. ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην ἐξέπνευσε clamore magno edito exspiravit. Genes. XLV, 2. ἀφῆκε φωνὴν μετὰ κλαυθμοῦ, ubi formulæ Hebr. תֵּת אֶת־קֹלוֹ respondet. Nec infrequens est hæc formula apud profanos, v. c. apud *Eurip.* Phœn. v. 1461. ubi Schol. φωνὴν ἀφῆκεν ἀντὶ τοῦ ἐξήνεγκεν, ex quo sua hausit *Phavorinus.* Conf. *Horrei* Observatt. Crit. p. 194. et 242. β) formula: ἀφιέναι τὸ πνεῦμα *mori, exhalare spiritum.* Matth. XXVII, 50. ἀφῆκε τὸ πνεῦμα exspiravit. *Eurip. Hecub.* v. 571. Similis formula legitur Genes. XXX, 17. *Ælian. H. A.* II, 1. VII, 29. *Herodot.* IV, 190. ἀφιέναι τὴν ψυχήν, pro qua etiam simpliciter ἀφίημι ponitur Judd. II, 21. ubi Hebraico מוּת respondet.

14. *negligo, violo, transgredior,* si de præceptis sermo est. Matth. XIII, 23. ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου difficiliora et graviora præcepta legis violatis. Marc. VII, 8. τῷ ἀφίημι opponitur κρατέω, uti τῷ ποιέω apud Lucam XI, 42.

15. *omitto, prætermitto.* Hebr. VI, 1. ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον omissis religionis Christianæ elementis. *Eurip. Androm.* 392. ἀρχὴν ἀφείς. *Aristot. Ethic.* IX. 4. *Theophr.* Char. Procem. 4. ἀφεὶς τὸ προοιμιάζεσθαι.

16. junctum verbis, *debitum,* (*Diog. Laërt.* V, 73. *Ælian.* V. H. XIV, 24.) *peccatum,* aut *injuriam* indicantibus, *condonare, remittere* notat. Matth. VI, 12. remitte nobis peccata nostra, nam et nos condonamus injurias nobis illatas. ib. v. 14. IX, 2. 5. 6. XII, 31. 32. Luc. XXIII, 34. Joh. XX, 23. *Herodot.* VI, 30. In vers. Alex. Hebr. נָשָׂא Ies. XXII, 14. respondet. Adde Deut. XV, 2. Genes. XVIII, 26. Ps. XXXI, 6. Sirac. II, 12. XXVIII, 2. Ἀφίημι etiam apud Græcos de *judicibus* usurpatur, *qui absolvunt reum,* ita, ut construatur cum accusativo personæ et genitivo rei. *Xenoph.* Mem. IV, 4. 4. *Ælian.* V. H. I, 34. *Herodian.* I, 10. 3. De constructione verbi ἀφιέναι in hac significatione vide *Vitringæ Obss. SS.* IV, c. 3. p. 912. *Alberti pericul. critic.* p. 44. ejusque *notas ad Glossar. Gr.* p. 98. Confer etiam *I. Floderi* D. ex profanis auctoribus illustrantem locutionem scriptt. N. T. ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας. Ups. 1770. 4.

17. pleonastice ponitur Matth. XXII, 22. ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον discesserunt.

Ἀφικνέομαι, ουμαι, fut. ἀφίξομαι, 1. *venio, pervenio, advenio. Xenoph. Anab.* VI, 3. 16. *Hesych.* ἀφίκετο· παρεγένετο. — ἀφικνούμενος· παραγενόμενος.

2. metaphorice, ut Latinum *pervenio, innotesco, dimano.* Rom. XVI, 19. ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο fama obedientiæ vestræ ad aures omnium pervenit. Sæpius in N. T. non legitur. Sirac. XLVII, 17. εἰς νήσους πόῤῥω ἀφίκετο τὸ ὄνομά σου. *Ælian.* V. H. II, 41. ὅτε ἀφίκετο αὐτῷ μαντεῖον cum ille oraculum audiret.

Ἀφιλάγαθος, ου, ὁ, ἡ, *qui virtutis et honesti, hominum adeo proborum inimicus est et adversarius*, ex α priv. φίλος *amicus* et ἀγαθὸς *bonus*. Semel in N. T. legitur 2 Tim. III, 3. in plurali ἀφιλάγαθοι bonis inimici. ubi *Theophyl.* et *Œcumen.* ἐχθροὶ παντὸς ἀγαθοῦ interpretantur.

Ἀφιλάργυρος, ου, ὁ, ἡ, *qui pecuniæ cupiditate non tenetur, alienus ab avaritia*, opponitur τῷ αἰσχροκερδής. (ex α priv. φίλος *amicus* et ἄργυρος *argentum, pecunia.*) Bis legitur in N. T. 1 Tim. III, 3. et Hebr. XIII, 5. ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος, scil. ἔστω, alieni ab avaritia sunto mores.

Ἄφιξις, εως, ἡ. Apud Græcos fere semper

1. *adventum in aliquem locum* significat, ab ἀφικνέομαι *pervenio, advenio.* Gloss. ἄφιξις· *adventus, profectio. Hesych.* ἔφοδος, παρουσία. *Dion. Halic. Ant.* l. VIII, c. 2. et 63. Interdum tamen, quemadmodum ἔρχεσθαι *abire* notat, ita etiam ἄφιξις

2. *abitum, discessum* significat. Sic semel in N. T. legitur Act. XX, 29. μετὰ τὴν ἄφιξίν μου. *Vulgatus: post discessionem meam.* Adsunt etiam pauca quædam loca e Scriptoribus Græcis, quæ hanc notionem confirmant et tuentur. *Herod.* IX, 17. μετὰ τὴν ἄφιξιν τὴν εἰς Θήβας, et cap. 76. μετὰ τὴν ἄφιξιν τῆς γυναικός. *Dionys. Halic.* X, 8. Alia loca collegit *Alberti* ad *Hesychium* T. I. p. 645. 7. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 598.

Ἀφίστημι, fut. ἀποστήσω. Iterum hic dicendum, quod jam supra ad ἀνίστημι dictum est, hoc verbum nempe in activo pro temporum diversitate nunc *activam*, nunc *neutralem*, seu *intransitivam* significationem, ut ἵστημι et omnia ejus composita, habere. *Activam* notionem habent *præsens, imperf. aorist.* 1. et *futurum; neutralem* vero *perfectum, plusquamperfectum* et *aoristus* 2. Proprie denotat

1. *seorsum statuo, dirimo, sejungo, procul colloco*, ex ἀπὸ et ἵστημι *statuo, colloco.*

2. *abeo, discedo*, i. q. ἀπέρχομαι, quam significationem etiam medium ἀφίσταμαι habet Luc. II, 37. ἡ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ quæ templum frequenter adibat. ibid. XIII, 27. ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες ἐργάται τῆς ἀδικίας facessite hinc omnes improbi. Act. XII, 10. καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ et statim discessit angelus ab eo. ibid. XV, 38. τὸν ἀποστάντα ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ Παμφυλίας qui deseruisset eos inde a Pamphylia. XIX, 9. Genes. XII, 8. ἀπέστη ἐκεῖθεν εἰς τὸ ὄρος. *Hesych.* ἀπέστη· ἐχωρίσθη. Idem: ἀφέστηκας· ἐμακρύνθης. *Homer.* Iliad. III, 33. Schol. ὑπεχώρησεν. Conf. *Abresch.* ad *Æschylum.* p. 556.

3. metaphorice: *desisto, absisto ab aliquo, missum facio.* Luc. IV, 13. ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ ad tempus desinebat ei molestias facere. Act. V, 38. ἀπόστητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων missos facite hos homines. ibid. XXII, 29. εὐθέως ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν protinus destiterunt ab eo, qui erant de eo quæstionem habituri. 2 Cor. XII, 8. ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ ut a me desisteret. In vers. Alex. respondet in hoc sensu Hebraico חָדַל Job. VII, 16. ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ. Sirac. XXIII, 11.

4. metaphorice: *renuncio, valedico, abstineo.* 2 Tim. II, 19. ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας renuntiet vitiositati.

5. *fugio alicujus consuetudinem, vito.* 1 Tim. VI, 5. ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων noli cum talibus commercium habere, seu, arctam contrahere familiaritatem. Sirac. VII, 2. ἀπόστηθι ἀπὸ ἀδίκου.

6. *deficio ab aliquo, descisco, desino alicujus discipulus et sectator esse.* Luc. VIII, 13. καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται ingruentibus calamitatibus desciscunt. 1 Tim. IV, 1. ἀποστήσονται τινὲς τῆς πίστεως a religione Christiana quosdam esse defecturos. Hebr. III, 12. ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος ita, ut a veri Dei cultu deficiatis. Hebr. מָרַד, Ezech. XX, 8. ἀπέστησαν ἀπ' ἐμοῦ. Sapient. III, 10. τοῦ Κυρίου

ἀποστάντες. Sirac. X, 14. Loca Græcorum dedit *Dresig.* de Verbis Mediis N. T. I, 32. p. 223.

7. *ad defectionem impello, efficio, ut alter meas partes sequatur, sectatorem mihi concilio.* Act. V, 37. ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ multos homines in suas partes traduxit. Deut. XIII, 10. ἐζήτησε ἀποστῆσαί σε ἀπὸ Κυρίου. Sirac. XIX, 2. οἶνος καὶ γυναικες ἀποστήσουσι συνετούς. *Isocrates* Evag. p. 476. Κιλικίαν δὲ βασιλέως ἀπέστησε. *Herodian.* VII, 7. 9. et 13. τὰ ἔθνη ἀποστήσαντες. *Herodot.* I, 154. τοὺς Λυδοὺς ἀπέστησεν ἀπὸ Κύρου.

Ἄφνω. Adverbium. *Repente, subito, protinus,* per syncopen pro ἀφανῶς, ex α priv. et φαίνω. Respondet Hebraico פִּתְאֹם Jos. X, 9. Eccles. IX, 12. Ter tantum legitur in N. T. Act. II, 2. XVI, 26. XXVIII, 6. καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν. *Ælian.* V. H. II, 7. ubi ἄφνω usurpatur in commemorandis prodigiis. *Joseph.* A. J. VIII, 13. 5. ἄφνω πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ βωμὸν ἔπεσε. *Hesych.* ἄφνω· ἐξαίφνης, αἰφνιδίως.

Ἀφόβως. Adverbium. *Sine metu, intrepide.* (ex α priv. et φόβος *metus.*) Luc. I, 74. ἀφόβως λατρεύειν αὐτῷ sine metu servili Deum colamus. 1 Cor. XVI, 10. Philipp. I, 14. ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν, pro: μετὰ παῤῥησίας, libere tradere religionem Christianam. Jud. v. 12. ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες impudenter semet ipsos pascentes. Prov. I, 33. ubi in versione Alex. Hebraico מִפַּחַד respondet. Vide et Sapient. XVII, 4. *Xenoph. Hier.* 7. 10. et *Æsop. Fab.* 292.

Ἀφομοιόω, ῶ, fut. ώσω, *confero inter se, assimilo, similem reddo. Xenoph.* Mem. III, 10. 2. καὶ μὴν τά γε καλὰ εἴδη ἀφομοιοῦντες. Passivum ἀφομοιόομαι, οῦμαι, *similis sum, assimilor,* legitur in N. T. tantum Hebr. VII, 3. ubi Melchisedechus dicitur ἀφομοιούμενος τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ filio Dei similis. Epistola Jerem. v. 5. τοῖς ἀλλοφύλοις ἀφομοιωθῆτε. ibid. v. 63. 70.

Ἀφορά́ω, ῶ, fut. άσω, 1. proprie: *oculos averto ab aliqua re.* Sic legitur apud *Xenoph.* Cyrop. VII, 1. 18. παίουσιν ἀφορῶντας a tergo cædunt.

2. *oculos ab alieno aspectu abstractos in aliud objectum figo, intentis oculis aliquid aspicio et contemplor.* Sic legitur apud *Diod. Sic.* XIX, 23. *Hesych.* ἀφορῶντες, ἀποβλέποντες. Hinc

3. metaphorice: *diligenter expendo, attenta mente considero, imitandum mihi aliquid propono.* Tantum in N.T. extat Hebr. XII, 2. ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν sit nobis exemplum propositum Christus auctor religionis nostræ. *Joseph. A. J.* IV, 4. 7. *Arrian. Diss. Epictet.* IV, c. 1. εἰς ταῦτα ἀφόρα τὰ παραδείγματα. *Heliodor.* VII, p. 330. εἰς ποίαν ἀφορῶντας ἐλπίδα. In notione simili *respiciendi* legitur apud *Joseph. A. J.* VII, 5. 4. πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀφορῶν.

Ἀφορί́ζω, fut. ίσω, 1. proprie: *designo, describo terminos, definio, suis limitibus circumscriptum discerno,* et de agro dicebatur, qui a reliquis discernebatur, terminis constitutis. Exod. XIX, 12. וְהִגְבַּלְתָּ אֶת־הָעָם סָבִיב Alex. καὶ ἀφοριεῖς (Schol. ὁροθετήσεις) τὸν λαὸν κύκλῳ. Hinc

2. *separo, discerno, quocunque modo hoc fiat.* Matth. XIII, 49. καὶ ἀφοριοῦσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων segregabunt impios a piis. XXV, 32. καὶ ἀφορισεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων. Act. XIX, 9. 2 Cor. VI, 17. Galat. II, 12. καὶ ἀφώριζεν ἑαυτὸν et separavit se ab iis, h. e. et fugiebat eorum consuetudinem. Quia vero ἀφορίζεσθαι κατ' ἐξοχὴν de *iis rebus* usurpatur, *quæ a communi usu segregantur, ut Deo consecrentur,* (v. c. Levit. XX, 26. XXVII, 21. conf. etiam *Hesychii* Glossarium sub τεμένη) hinc ἀφορίζειν in N. T.

3. *iis* tribuitur, *qui aliquem ad certum opus et munus sacrum obeundum eligunt ac designant,* interdum adeo de Deo ipso eodem sensu adhibetur. Act. XIII, 2. ἀφορίσατέ μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ τὸν Παῦλον εἰς τὸ ἔργον eligite Barnabam ac Paulum ad munus. Rom.

I, 1. ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ electus a Deo doctor religionis Christianæ. Galat. I, 15. ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρὸς Deus, qui me jam inde a natalibus destinaverat ad munus apostolicum, ubi cum καλεῖν permutatur. *Hesych.* ἀφωρισμένος· ἐκλελεγμένος, διακεκριμένος. Idem tradit *Alberti* Gloss. N. T. p. 90.

4. *excommunico, e cœtu et societate ejicio*, i. q. ἀποσυναγωγέω. Luc. VI, 22. καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς, coll. Joh. XVI, 2. ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς. Uberius de hac notione exposuit *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 600.

Ἀφορμὴ, ῆς, ἡ, in universum *omnem apparatum subsidiorum ad aliquam rem perficiendam necessariorum* significat. Sic v. c. apud *Xenoph.* de Vectig. III, 6. 9. 12. id, quod impenditur ad lucrum faciendum, ἀφορμὴ dicitur, et ab eodem Mem. III, 12. 4. præsidia vitæ, res ad vitam sustentandam necessariæ, ἀφορμαὶ εἰς τὸν βίον voçantur. Conf. quæ de hac voce lectu digna habet *Vigerus* de Idiotismis Ling. Gr. p. 61. Edit. Glasg. 1813. et *Schwarz.* in Comment. Crit. Ling. Gr. p. 225. Ab hac universa notione repetenda est altera, quæ vulgo huic voci in Lexicis tribui solet, significatio *opportunitatis, occasionis*, Græcis Scriptoribus non minus usitata, v. c. *Xenoph.* Mem. II, 7. 12. ἔργων ἀφορμαὶ opportunitas operis suscipiendi, ad quem locum vide, quæ *Hindenburgius* in Animadvv. laudavit. Æque late hæc vox in N. T. patet. Rom. VII, 8. et 11. ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς vitiositas per interdictum nacta occasionem et materiam vim suam exserendi. 2 Cor. V, 12. ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος ut vobis materiam præbeam de me doctore gloriandi. ibid. XI, 12. ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελόντων ἀφορμὴν ut occasionem se laudandi præripiam, qui eam studiose quærunt. Galat. V, 13. εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ ad peccandi licentiam. 1 Tim. V, 14. μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν nullam adversariis religionis Christianæ calumniandæ præbere materiam. *Hesych.* ἀφορμή· ἡ νῦν ἐνθήκη λεγομένη, ἢ πρόφασις, ἢ αἰτία. Conf. *Wetstenii* N. T. T. II. p. 56. et 344. et *Lexic. Xenoph.* Vol. I. p. 505.

Ἀφρίζω, fut. ἴσω, *spumo, spumam excito*, seu *reddo*, ab ἀφρὸς *spuma*. Bis in N. T. legitur. Marc. IX, 18. ἀφρίζει καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ spumat ac stridet dentibus suis. ib. v. 20. ἐκυλίετο ἀφρίζων volutabatur ita, ut os ejus spumam ageret. Conf. *Foësii* Œconomia Hippocr. p. 71.

Ἀφρὸς, οῦ, ὁ, *spuma*. Semel in N. T. legitur Luc. IX, 39. σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ spumantem lacerat. *Eurip. Iphig. in Taur.* v. 307. *Etym. M.* ἀφρός· τὸ μετὰ σφοδρᾶς φορᾶς προϊέμενον.

Ἀφροσύνη, ης, ἡ, 1. *amentia, imprudentia, levitas animi, incuria honesti ac recti*, ab ἄφρων, quod vide. Sic ex plerorumque interpretum opinione legitur apud Marc. VII, 22. sed incerta ibi est significatio et dubia. Vox ὑπερηφανία, quæ præcedit, notionem *ostentationis* commendat.

2. *ostentatio, jactantia*, quam et Latini *stultitiam* vocant, quoniam est insipientiæ certissimum signum. Sic autem legitur in N. T. 2 Cor. XI, 1. ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρόν τῇ ἀφροσύνῃ utinam perferretis paululum meam ostentationem, h. e. quæ me commendandi caussa jam proferre coactus sum. ibid. v. 17. ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ sed quasi jactabunde. ibid. v. 21. ἐν ἀφροσύνῃ λέγω jactabundi enim jam personam induo.

Ἄφρων, ονος, ὁ, ἡ, 1. *stultus, qui rem non recte intelligit, qui temerarie et inconsiderate agit, amens*, ex α priv. et φρὴν *mens*. Luc. XII, 20. ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπό σου, ibi ἄφρων dicitur, qui sibi divitias congerit vanas et caducas, vera autem et cœlestia bona non curat, ut Christus ipse v. 21. explicat. Luc. XI, 40. ἄφρονες Pharisæi vocantur, qui externam vasorum v. c. puritatem curabant, internam vero animi prorsus negligebant. 1 Cor. XV, 36.

denique ἄφρων appellatur, qui, quæ ex natura de reditu corporum mortuorum in vitam sponte intelligi possunt, non recte percipit.

2. *inscius, paganus, religionis Christianæ scientia destitutus*, et ex adjuncto: *impius, scelestus.* Rom. II, 20. παιδευτὴν ἀφρόνων doctorem insciorum. Ephes. V, 17. μὴ γίνεσθε ἄφρονες ne amplius paganorum more vitiositati vos dedatis; nam sequitur: ἀλλὰ συνιέντες τί τὸ θέλημα Κυρίου. 1 Petr. II, 15. τὴν τῶν ἀφρόνων ἀγνωσίαν calumnias paganorum, quas ex ignorantia proferre solent.

3. *jactabundus, ostentator.* 2 Cor. XI, 16. μή τις με δόξῃ ἄφρονα εἶναι ne quis me vanum ostentatorem habeat. ib. v. 19. ἡδέως γὰρ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων lubenter fertis jactabundos. XII, 6. οὐκ ἔσομαι ἄφρων non vaniloquentiæ accusari possem. ibid. v. 11. γέγονα ἄφρων paululum jactabunde de me locutus sum. Sic etiam Latine *stultos* vocant, quos gloria vexat inanis.

ἈΦΥΠΝΌΩ, ῶ, fut. ώσω, *sopior, obdormio*, ex ἀπὸ et ὕπνος *somnus.* Verbum ἅπαξ λεγόμενον, Luc. VIII, 23. πλεόντων δὲ αὐτῶν ἀφύπνωσε inter navigandum obdormivit Jesus. Rarior est hæc notio apud Græcos, nam vulgo ἀφυπνόω et ἀφυπνίζω (*Ælian.* V. H. I, 13.) *e somno excitare*, et sensu passivo *expergefieri* significat. Vid. *Pierson.* ad *Mœridem* p. 61. Sed eodem tamen sensu legitur in versione Alex. Judd. V, 27. sec. Ald. ἀφύπνωσε ἀναμέσον τῶν σπελῶν αὐτῆς ubi in Hebr. שֵׁכָב respondet.

ἌΦΩΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. *mutus, vocis expers, qui facultate loquendi plane est destitutus.* 1 Cor. XII, 2. πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ad colenda simulacra idolorum muta, coll. Ps. CXV, 5. Habac. II, 18. 2 Petr. II, 16. ὑποζύγιον ἄφωνον ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον. 2 Maccab. III, 29.

2. *qui obmutescit, vocem non emittit.* Sic in N. T. legitur Act. VIII, 32. ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος ut agnus coram tonsore obmutescit, et nullum sonum edit, coll. Ies. LIII, 7. ubi נֶאְלָמָה vocatur. Etiam apud Græcos ἄφωνος et ἀχανὴς (quam vocem *Mœris* tanquam magis atticam præferendam judicavit τῷ ἄφωνος) et ἄναυδος de *attonito* usurpatur, *cui præ ingenti stupore et admiratione vox est intercepta*, v. c. apud *Athen.* VII, p. 298. *Ælian.* V. H. XII, c. 41. πρῶτον ἔστη ἄφωνος, ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ παραδόξῳ θέᾳ. Hinc ἀφασία *stuporem* notat, quo vox et sermo intercipitur. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 9. 12. p. 356. Plane singulari modo autem hoc vocabulum usurpatur 1 Cor. XIV, 10. οὐδὲν αὐτῶν (scil. φωνῶν) ἄφωνον et nulla lingua sensu et significatione caret, seu, nulla est, quæ non vere dici possit lingua. Sic βίος ἀξίωτος vita non vitalis.

ἈΧΑ᾽Ζ, ὁ, *Achas.* Nomen viri origine Hebraicum אָחָז *apprehendens, possessor.* Fuit rex Judæ admodum impius, filius Jothami, 2 Regg. XVI, 1. Legitur in N. T. Matth. I, 9.

ἈΧΑΙΆ, ας, ἡ, *Achaia.* Nomen *regionis Græciæ.* Augustius si sumitur, fuit nomen provinciæ, sitæ in Peloponneso aut Morea, regione Græciæ versus septentrionem. Nomen accepit ab *Achæo*, filio Xuthi, olim Ægialea dicta, fortasse ab Ægialeo, rege Sicyoniæ. Sub Augusto erat provincia proconsularis. Tiberius eam Macedoniæ adjunctam Cæsarianam fecit, sed Claudius utramque provinciam senatui reddidit, seu, proconsularem fecit. *Sueton.* vita *Claudii* c. 25. *Polybii* ætate tota Peloponnesus dicta est Ἀχαΐα. conf. *Polyb.* II, c. 38. Latius si accipitur, complectitur Peloponnesum et Græciam, quæ proprie sic dicitur, h. e. regiones omnes, quæ interjectæ sunt inter Peloponnesum et Thessaliam, et cum Μακεδονίᾳ conjungitur, quia in has duas provincias totam Græciam diviserunt Romani, postquam Græcos in suam potestatem redegerant. Conf. *Cellarii* Notit. Orb. Antiq. T. I, p. 1170. et *Sal-*

masii Exc. Plin. p. 568. De provincia *Achaia* proconsulari, sensu angustiori sumta, cujus caput Corinthus fuit, accipiendus erit locus Act. XVIII, 12. 27. ibid. vero XIX, 21. latius patet, nam ibi verba leguntur: διελθὼν Μακεδονίαν καὶ Ἀχαΐαν. Rom. XV, 26. Ἀχαΐα cœtus Christianorum in Achaia, latius sumta. ibid. XVI, 5. loco Ἀχαΐας reponendum est Ἀσίας. 1 Cor. XVI, 15. 2 Cor. I, 1. IX, 2. XI, 10. 1 Thess. I, 7. 8. *Hesych.* Ἀχαιοί· οἱ Ἕλληνες, κυρίως δὲ καὶ οἱ κατοικοῦντες μέρος τι τῆς Πελοποννήσου τὴν καλουμένην Ἀχαΐαν.

ἈΧΑΙΚΟΣ, οῦ, ὁ, *Achaicus*, i. e. *ad Achæos pertinens, Achæorum proprius.* *Xenoph. Hist. Græc.* IV, 3. 5. *Hom.* Il. ί. 375. ubi vid. *Eustathius.* In N. T. est nomen viri Christiani, qui commemoratur 1 Cor. XVI, 17. forte sic dicti ab Achaia provincia, ex qua oriundus fuit.

ἈΧΑΡΙΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *ingratus, qui gratias non refert, qui, accepti beneficii immemor, officia sua negligit,* (*Xenoph. Mem.* II, 2. 1.) ex α priv. et χαρίζομαι *gratificor.* Bis legitur in N. T. Luc. VI, 35. ubi Deus benignus dicitur ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς. 2 Tim. III, 2. ἀχάριστοι, ἀνόσιοι, nam ingratum dicens omne crimen dixeris. Sapient. XVI, 29. *Herodian.* VI, 9. 1. ὡς ἀπίστου καὶ ἀχαρίστου. *Lucian. Timon.* 48. ἀχάριστοι καὶ πονηροί. *Eustath.* in *Od.* Υ. p. 304. 40. ἀσύνηθες δὲ τοῖς μεθ' Ὅμηρον ἀχάριστον ἐπὶ τοῦ μὴ χαρίεντος. αὐτὸν γὰρ ἀχάριστον φασί, οὗ ἀποῤῥεῖ μνῆσις εὖ πεπονθότος.

ἈΧΕΙΜ, vel ἈΚΕΙΜ, ὁ. *Achim.* Est nomen proprium indeclinabile viri, filii Zadoci cujusdam, origine Hebraicum. Legitur in N. T. Matth. I, 14.

ἈΧΕΙΡΟΠΟΙΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, non *manu factus, non factus et exstructus opera, arte et ingenio hominum, divinus,* ex α negat. et χειροποίητος *artificio humano structus.* Marc. XIV, 58. ἄλλον ἀχειροποίητον ναὸν οἰκοδομήσω templum, non opere humano structum, ædificabo. 2 Cor. V, 1. οἰκίαν ἀχειροποίητον corpus quod totum est a Deo. Coloss. II, 11. περιτομὴ ἀχειροποίητος circumcisio spiritualis, manibus non peracta. Sæpius in N. T. non legitur. *Alberti* Gloss. N. T. ἀχειροποίητον· ἀκατασκεύαστον.

ἈΧΛΥΣ, ύος, ἡ, 1. proprie: *caligo aëris, tenebræ, nebula,* i. q. σκότος, quo sensu non solum in *Symmachi* reliquiis, Job. III, 5. pro Hebraicis verbis חֹשֶׁךְ et עֲנָנָה, sed etiam apud *Homer.* Odyss. VII, v. 41. (ἣ ἐά οἱ ἀχλὺν θεσπεσίην κατέχευε) *Polyb.* XXXIV, 11. 15. legitur.

2. *oculorum morbus,* seu *caligatio cœcitas, quando oculi* vel *pellicula super inducta excœcantur,* vel *retusam et hebescentem habent aciem ex caloris nativi aut spiritus extinctione, aut humorum, oculos regentium, perturbatione,* ut centies apud *Hippocratem* sumitur, teste *Foësio* Œcon. Hippocrat. p. 22. Sic autem cum *Kypkio* in Observatt. Sacr. T. II, p. 64. accipiendam arbitror hanc vocem Act. XIII, 11. παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος protinus autem illum corripuit tanta cœcitas ac nox oculorum. *Plutarch. Alex. M.* c. 45. ὥστε καὶ ταῖς ὄψεσιν ἀχλὺν ὑποδραμεῖν. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* ἀχλύν· σκοτίαν καὶ ἀορασίαν. Idem: ἀχλύς· ἡ ἐν ὀφθαλμοῖς λεπτὴ, ὕλη, ὁμίχλη, σκοτία, ἀμβλυωπία. *Suid.* ἀχλύς· σκότος, ὁμίχλη, ζόφος, ἀμβλυωπία. Cf. etiam. *Schol. Æschyli* ad Pers. v. 671.

ἈΧΡΕΙΟΩ, ῶ, fut. ώσω, *inutilem reddo* vel *facio.* Passiv. ἀχρειόομαι, οῦμαι, *factus sum inutilis ac ineptus, corruptus sum.* Rom. III, 12. ἅμα ἠχρειώθησαν ad unum omnes inepti sunt ad virtutis studium ac perversi. Sæpius non legitur in N. T. *Polyb.* I, 14. 6. II, 33. 5.

ἈΧΡΕΙΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, 1. *inutilis, iners, ineptus ad aliquid efficiendum,* i. q. ἄχρηστος *damnum afferens. Etym. M.* οὗ μὴ ἔχει τις χρείαν. Matth. XXV, 30. τὸν ἀχρεῖον δοῦλον servum pigrum, qui officio suo non satisfecit, i. q. ὀκνηρὸν, ubi sermo est de servo illo, cui creditum fuerat talentum, qui de-

mino non solum nihil per pigritiam profuerat, sed etiam damnum attulerat. Hinc ἀχρειότης *pigritia, inertia* in libro Tobiæ IV, 13. Conf. etiam *Clarkium* ad *Homer.* Iliad. II, v. 269.

2. *qui non est magni momenti et pretii.* Luc. XVII, 10. λέγετε ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν non adeo magnam operam vestram, quam locastis, existimate. 2 Sam. VI, 22. וְהָוִיתִי שָׁפֵל בְּעֵינָי Alexandr. καὶ ἔσομαι ἀχρεῖος ἐν ὀφθαλμοῖς μου. Pertinet huc fortasse glossa *Etym. M.* ἀχρεῖον· τὸ ἀσθενὲς καὶ βάρους ἀμέτοχον.

Ἄχρηστος, ου, ὁ, ἡ, *inutilis, Arrian. Epictet.* I, 9. III, 24. (ex α priv. et χρηστὸς *utilis*) et per λιτότητα *admodum damnosus et perniciosus.* (*Hesiod. Opp.* v. 296.) Sic semel in N. T. legitur Philem. v. 11. ubi Onesimus ἄχρηστος vocatur, qui Philemoni multum nocuerat eumque læserat, coll. v. 18. Solent enim non solum Scriptores sacri, (conf. supra ad ἀλυσιτελὴς) sed etiam utriusque linguæ auctores interdum diminutionis et attenuationis gratia ponere verba contraria eorum, quæ declarare velint iisque adjungere particulas negandi. Sic v. c. μὴ λυσιτελεῖν apud *Xenoph.* Cyrop. I, 3. 8. est *exitium afferre*, et ἀλυσιτελῶς *magno cum damno*, apud *Theophr.* Char. VIII, 4. quemadmodum *inutile* apud *Cic.* (Offic. I, 10. III, 13. II, 14. de Invent. I, 49. Vide *Ernesti Clav. Cic.* s. h. v.) legitur de eo, quod detrimentosum est. Conf. plura apud *Fischerum* de Vitiis Lexicorum N. T. Prol. XXV, p. 7. seq. *Clarkium* ad *Homer.* Il. II, 269. et *A. Gellii N. A.* II. c. 6.

Ἄχρι, sequente consona, et Ἄχρις, sequente vocali, quanquam interdum Ἄχρι in codicibus ante vocalem reperitur, v. c. Act. I, 2. Adverbium, naturam præpositionis habens, quod cum genitivo construitur, et nihil plane differt a μέχρι et μέχρις, observante *Eustathio* ad *Homer.* p. 1062. qui, γίνεται, inquit, τὸ ἄχρις ἀπὸ τοῦ μέχρις ἀποβολῇ τοῦ μῦ καὶ τροπῇ τοῦ φωνήεντος. In N. T. variis modis usurpatum legitur.

1. est loci: *usque ad.* Act. XIII, 6. ἄχρι Πάφου usque ad Paphum. XX, 4. ἄχρι τῆς Ἀσίας. XXVIII, 15. ἄχρις Ἀππίου Φόρου. Apoc. XVIII, 5.

2. de tempore: *usque ad*, ita, ut tempus ulterius excludat. Matth. XXIV, 38. ἄχρι ἧς ἡμέρας pro ἄχρι ἡμέρας, ᾗ κ. τ. λ. usque ad illum diem quo etc. Conf. Act. I, 2. Luc. I, 10. XVII, 27. Act. XIII, 11. ἄχρι καιροῦ per aliquod tempus. ibid. XX, 11. ἄχρις αὐγῆς usque ad diluculum. Galat. III, 19. ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα, pro ἄχρις χρόνου, ᾧ ἔλθῃ κ. τ. λ. ut valeret usque ad adventum Messiæ. IV, 2. ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρὸς usque ad tempus a patre definitum. Si jungitur verbo, notat: *donec, usque dum*, v. c. Apoc. XV, 8. ἄχρι τελεσθῶσιν donec explerentur. ib. XVII, 17. XX, 3. Qui vulgo ex hac notione explicatur locus Luc. IV, 13. mihi quidem ambiguitate quadam laborare videtur: nam verba ἄχρι καιροῦ, quæ vulgo quidem vertuntur *per aliquod temporis spatium*, æque commode reddi possunt *ab hoc ipso tempore;* certe ἄχρι, ut Latinum *usque*, (*Terent. Eun.* III, 2. 18. *Juven. Sat.* XIII, 157. *Virg. Æn.* VII, 289.) non tantum *terminum ad quem*, sed etiam *a quo* significat. Conf. *Tempe Helvetica* T. III. p. 67.

3. *ante, antequam.* Rom. V, 13. ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν τῷ κόσμῳ jam ante promulgationem legis Mosaicæ vitiositas inter homines erat, coll. v. 14. qui locus vulgo male redditur: *quamdiu lex erat, erat quoque peccatum in mundo.* Act. XXVII, 33. ἄχρι δὲ οὗ ἔμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι ante lucis seu diei ortum jussit eos cibum capere: ad quem locum conf. *Kypke* Observv. Sacr. T. II, p. 143.

4. non semper *terminum temporis* s. *tempus ad quod*, sed etiam *intervallum, tractum temporis, quo aliquid factum fuerit*, significat. Act. XX, 6. ἄχρις ἡμερῶν πέντε intra quinque dies. Rom. VIII, 22. ἄχρι τοῦ νῦν hoc nos-

tro tempore. Eadem significatione gaudet formula: ἄχρις ἧ, quæ haud raro continuationem et perpetuitatem indicat. Rom. XI, 25. ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ quamdiu multitudo gentilium intraret. Hebr. III, 13. ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται. 2 Macc. XIV, 10. Conf. quæ ad Act. III, 19. *Krebsius* notavit in Observatt. Flavianis p. 173. et *Gregor. Nazianz.* Orat. II. de Filio p. 343. ed. *Hervag.*

Ἄχυρον, ου, τὸ, non est *palea, quæ vento abigi solet*, ut vulgo male traditum reperitur in Lexicis vulgaribus, et a *Schoettgenio* adeo in *antiquitatibus triturœ et fulloniæ* (Lips. 1763. 8.) p. 53. nam hæc Græce dicitur ἄχνη (Vide *Eustath.* ad *Il.* ε'. p. 575.) vel χνοῦς, sed *totus calamus frumenti inde a radice usque ad spicam, quæ grana continet.* (quæ Græce ἀθὴρ dicitur) et respondet Hebraico תֶּבֶן Exod. V, 7. Genes. XXIV, 25. *Etym. M.* ἄχυρον· ἡ καλάμη ἡ ἀλλοιωθεῖσα. Jam quia Judæi aliæque gentes comburere solebant stramen stipulasque loco ligni ad cibos coquendos, furnos calefaciendos aliosque usus, (conf. *Kypke* Observv. Sacr. T. I, p. 14. et *Paulsen.* de Agricultura Orientalium p. 150.) eleganter a Christo cum stramine, igne comburendo, comparantur impii, a Deo gravissimis pœnis afficiendi. Matth. III, 12. τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ, et Luc. III, 17. *Aristoph. Acharn.* 510. Sæpius non legitur in N. T.

Ἀψευδής, ές, οῦς, ὁ, ἡ, *mentiri nescius, verax*, ex α priv. et ψευδὴς *mendax*. Semel tantum in N. T. Deus dicitur ἀψευδὴς Tit. I, 2. quatenus metuendum non est, ne vana promissione nos lactet. In *Symmachi* reliquiis Hebr. לֹא־שֶׁקֶר Job. XXXVI, 4. respondet. Legitur præterea in *Lycophron.* Cassandra v. 1456. *Eurip. Orest.* 364. ἀψευδὴς θεός. *Ælian.* V. H. XIV, 28. ἀληθῆ τε καὶ ἀψευδῆ. Vox ἀψευδεῖν legitur apud *Xenoph. Cyrop.* V, 2. 4.

Ἄψινθος, ου, ἡ, *absinthium*, (ἀψίνθιον, apud *Xenoph. Anab.* I, 5. 1. herbæ amarissimæ genus, Wermuth *Wormwood*, quod vulgo non male compositum existimatur ex α priv. et ψίνεσθαι *fructum vel florem amittere.* Absinthium enim flores non amittit. Vide *Ol. Celsii Hierobot.* P. I. p. 480.

2. per metonymiam causæ efficientis pro effectu, *amaritudo.* Apoc. VIII, 11. καὶ γίνεται τὸ τρίτον τῶν ὑδάτων εἰς ἄψινθον et tertia pars aquarum facta est amara.

Ἄψινθος, ου, ὁ nomen *stellæ*, insignem ecclesiæ doctorem sine dubio significantis. Apoc. VIII, 11.

Ἄψυχος, ου, ὁ, ἡ, *anima carens, inanimatus*, ex α priv. et ψυχὴ *anima.* Opponitur ἔμψυχος. In N. T. tantum legitur 1 Cor. XIV, 7. τὰ ἄψυχα (scil. ὄργανα) φωνὴν διδόντα tamen instrumenta musica, vita et sensu carentia, sonum edunt. Sapient. XIV, 29. ἀψύχοις γὰρ πεποιθότες τοῖς εἰδώλοις. *Eurip. Ion.* 881. *Polyb.* VI, 47. 10. X, 24. *Xenoph. Sympos.* 5. 3. *Hesych.* ἄψυχον εἴδωλον· μὴ ἔχον ψυχήν.

B

Βάαλ, ὁ, et ἡ. *Baal.* Nomen indeclinabile Hebraicum בַּעַל, quod significat *Dominum.* Fuit proprie quidem nomen idoli Phœniciorum et Cananitarum, quod etiam sub nomine contracto *Bel* (בֶּל contracte pro בָּעַל) ab Assyriis, Babyloniis aliisque vicinis populis colebatur, (Ies. XLVI, 1. Jerem. L, 2. LI, 44.) in quo Sol cultus esse vulgo creditur; sed deinde etiam haud raro per synecdochen speciei pro quocunque alio idolo ponitur. Jerem. II, 8. in versione Alexandrina ponitur cum articulo masculini (Num. XXII, 41. 1 Regg. XV, 32.) et fœminini generis. (Zeph. I, 4. Hos. II, 8.) In N. T. ubi semel tantum legitur, ei articulus fœminini generis præponitur. Rom. XI, 4. οἵτινες οὐκ

ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ, pro τῇ τοῦ Βάαλ εἰκόνι, qui non flexerunt genua imagini vel statuæ Baal. Legi in hanc rem meretur *Selden.* de Diis Syris Syntagma II, cap. 1. et 2. et Additamenta *Beyeri* p. 137. et 264.

ΒΑΒΥΛΏΝ, ῶνος, ἡ. *Babylon.* Est vox originis Hebraicæ בָּבֶל *confusio*, a בָּלַל *confudit.* Urbs antiqua Babylon, quæ nomen traxit a confusione linguarum, quam Moses memorat Genes. XI. exstructa a Nimrode, sita erat in Assyria vel Chaldæa, in regione campestri Sinear vel Sennahar ad Euphratem. Quæ, cum diu fuisset sedes regum Assyriæ, tandem diruta est et destructa, ac Seleucus Nicanor aliam condidit ad Tigridem haud procul ab antiqua distantem, quam *Seleuciam* dictam *Plinius H. N.* VI, c. 26. vocat Chaldaicarum gentium caput. Fuit urbs amplissima et potentissima et provinciæ potius, quam urbis ambitum habuit, teste *Aristotele Polit.* III, c. 2. Unde in N. T. pro tota regione Chaldæorum ponitur. Matth. I, 11. 12. 17. Act. VII, 43. Est etiam urbs ejusdem nominis sita in Ægypto, vel Ægypto proxima, in finibus Arabiæ, juxta Heliopolin, ex qua multi viri docti Petrum primam suam epistolam scripsisse existimant. Sed ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, quæ 1 Petr. V, 13. commemoratur, sine dubio est ecclesia Christiana, quæ Babylone in Assyria erat, et originem suam debebat Judæis, qui, per Nabuchodonosorum in Assyriam abducti, beneficio decreti Cyri in pristinas sedes redeundi non usi fuerant. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 697. In Apocalypsi, ubi sæpius commemoratur Babylon, v. c. XIV, 8. XVI, 19. XVII, 5. XVIII, 2. 10. 21. alii Romam, alii Hierosolymam, et, ut mihi videtur, rectius intelligendam esse judicant.

ΒΑΘΜΌΣ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *gradus, limen.* Est verbale a perf. pass. βέβημαι, pro quo Dorice est βέβαμαι, verbi βαίνω, *scando*, inserta litera θ. *Plutarch. Romul.* c. 20. In versione Alex. pro Hebraico מִפַּתָּן 1 Sam. V, 5. et מַעֲלֶה 2 Regg. XX, 10. 11. positum reperitur.

2. metaphorice: *gradus dignitatis, fastigium honoris. Ammian. Marc.* XV, 13. Sic legitur in N. T. semel 1 Tim. III, 13. βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται viam sibi muniunt ad majores honores, ad ampliorem in muneribus ecclesiasticis dignitatem. Alii tamen, ut *Theodoretus*, (qui per τίμιον βαθμὸν ἐν τῷ μέλλοντι βίῳ interpretatur) hunc locum de præmiis in futura vita explicandum esse censuerunt. In notione *dignitatis et honoris fastigii* legitur βαθμὸς apud *Euseb. H. E.* III, 21. *Plutarch. Alcibiad.* c. 17. quemadmodum ἐπαναβαίνω de dignitatum militarium gradibus usurpatum legitur a *Xenoph. Cyrop.* II, 1. 10. Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 614. et *P. Zornii Opuscula SS.* T. II. p. 57. sq.

ΒΆΘΟΣ, εος, τὸ, 1. proprie: *profunditas*, et tribuitur rebus, quæ dimensione æstimari solent. Matth. XIII, 5. διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς eo quod non haberent terram profundam, seu βαθεῖαν γῆν, quam optimam judicat *Lucianus Abdicat.* p. 183. Hinc βάθος et βαθὺ designat *fœcunditatem terræ ac segetum.* v. c. apud *Callim. H. in Apoll.* 65. et *Eurip. Androm.* 638. Marc. IV, 5. De mari si usurpatur, *mare altum* significat. Luc. V, 4. ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος provehere in altum.

2. *ipsa terra, quam inhabitamus.* Rom. VIII, 39. οὔτε ὕψωμα οὔτε βάθος nec cœlum nec terra, h. e. nihil plane in tota rerum natura. *Chrysostomus* ad h. l. καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, coll. Ies. VII, 11. Sed varie explicatur hic locus ab interpretibus. Alii enim βάθος de *miseria* et *calamitate* explicant, nixi loco Ps. CXXX, 1. alii vero de *rebus* et *personis humilibus* interpretantur. *Alberti Gloss. N. T.* p. 105. τὸ βάθος· τὰ κατώτερα μέρη.

3. ut Græcum ἄβυσσος, et Hebraicum תְּהוֹם, (Ps. XXXVI, 7.) *omne, quod est occultum, absconditum, immensum et impervestigabile, quod intellectus humanus vel plane non, vel haud facile capere et assequi valet*, significat, τὸ ἀνεξιχνίαστον. 1 Cor. II, 10. καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ adeo abdita et occulta Dei consilia. Conf. *Valesius* ad *Polyb.* p. 396. ed. *Gronov.* Rom. XI, 33. ὦ βάθος πλούτου o immensam et impervestigabilem beneficentiam Dei! Apoc. II, 24. τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ occultas fraudes Satanæ; nam βαθὺς, ut Lat. *altus ingenii*, is dicitur, cujus consilia et sensus, utpote tecta, ægre assequimur. *Eichhornio* in Comm. ad h. l. τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ est doctrina, seu mysterium diaboli, impietatis omnis adeoque hæresium auctoris. Pertinet huc glossa *Hesychii*: τὰ βάθη· τὰ ἀχώρητα, τὰ ἀκατάληπτα. Judith. VIII, 14. βάθος καρδίας ἀνθρώπου. Conf. etiam vers. Alex. et *Theodot.* ad Dan. II, 22. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 76. et *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 615.

4. *magnitudo, omne, quod est summum in suo genere.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. VIII, 2. ἡ κατὰ βάθος πτωχεία ὑμῶν summa vestra paupertas. *Sophocl. Ajax Flagell.* 130. ἢ μακροῦ πλούτου βάθει. *Ælian. V. H.* III, 18. πλοῦτος βαθὺς summæ divitiæ. *Sallust. Bell. Jugurth.* c. 81. profunda avaritia. *Hesych.* βάθος· μέγα. Apud Græcos βαθὺς etiam *divitem* notat, v. c. *Plutarch.* de *Consol.* p. 110. ed. *Xylander.* βαθὺς δυνάστης Κροῖσος.

5. Restat locus Ephes. III, 18. ubi quatuor rerum corporearum dimensionis species, τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος, pro immenso ambitu Christi erga homines benevolentiæ ponuntur.

ΒΑΘΎΝΩ, fut. υνῶ, *excavo, profundum facio, in profundum penetro*, a βαθὺς. Semel in N. T. legitur Luc. VI, 48. ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε qui alte effodiens fundamentum posuit. In vers. Alex. respondet Hebraico עָמַק in Hiphil. Ps. XCII, 5. Jerem. XLIX, 8.

ΒΑΘΥ̓Σ, εῖα, ὐ, 1. proprie: *profundus.* Joh. IV, 11. καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθὺ et puteus est profundus.

2. metaphorice *omne, quod plenum ac magnum est et summum in suo genere*, βαθὺ vocatur. Vid. *Grævii lectt. Hesiod.* p. 95. Sic v. c. tribuitur *graviori somno, sopori alto, quo quis quasi sepultus jacet*, qui ὕπνος βαθὺς dicitur Act. XX, 9. *Ælian. V. H.* IX, 13. XIII, 6. *Theocrit. Idyll.* VIII, 65. 66. Sirac. XXII, 7. Tribuitur etiam *diluculo, cum summum mane est.* Luc. XXIV, 1. ὄρθρου βαθέος primo, seu summo mane, coll. Marc. XVI, 1. 2. λίαν πρωΐ. Ita βαθὺς etiam apud Græcos de tempore usurpatur, v. c. *Theocrit. Idyll.* XVIII, v. 404. *Polyæn.* I, 28. 2. βαθείας ἑσπέρας ἐπανῆλθεν. ib. IV, 9. 1. ὄρθρος βαθύς. *Phlegon. Trallian. Mirab.* c. 1. Conf. *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* II, 36. *Reitz.* ad *Lucianum* T. II. p. 603.

ΒΑΪ́ΟΝ, ου, τὸ, plur. τὰ βαΐα. Vocabulum e lingua Coptica (ubi Baïs dicitur. Vide *Chæremon.* apud *Porphyrium* de *Abstinentia* IV, c. 7. et vers. Copt. Joh. XII, 15.) in linguam Græcam translatum, quod proprie *ramum palmæ* (1 Macc. XIII, 51. *Symmach.* Cant. VII, 9.) significat, qui Græce etiam βαΐς, interdum βαΐνὴ (supple ῥάβδος) 1 Macc. XIII, 37. vocatur. (*Hesych.* βαΐς· ῥάβδος φοίνικος, καὶ βαΐον. *Etym. M.* βαΐον· παρὰ τὸ βίᾳ πίλλεσθαι σημαίνει τὸν κλάδον τῆς φοίνικος.) Deinde vero, sive φοίνιξ addatur, sive simpliciter ponatur, *omnis generis ramos* significat. In posteriori significatione semel legitur in N. T. Joh. XII, 13. ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων acceperunt termites palmarum. *Syrus* h. l. τὰ βαΐα transtulit ܣܥܦܐ quæ vox *cujusvis arboris ramos* significat. Palmarum rami speciatim Syris ܦܘܪܝܐ dicuntur, ut docuit *Ludov. de Dieu* in *Critica S.* p.

518. Cf. Levit. XXIII, 40. ubi Hebraica בַּפֹּת תְּמָרִים ab ignoto interprete in Hexaplis vertuntur *βαΐα φοινίκων*, ab Alexandrinis autem *κάλλυνθρα φοινίκων*. Hinc apud *Symmachum* Genes. XL, 16. *κανᾶ βαΐνὰ canistra texta spadicibus* vocantur. Conf. de hac voce *Cangii Glossarium* p. 167. *Salmasium* ad *Achillem Tatium* p. 621. seq. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 615. et *Fischerum* de *Vitiis Lexicorum N. T.* Prolus. I. p. 16.

ΒΑΛΑΑ᾽Μ, *ὁ. Balaam, Bileam.* Nomen proprium prophetæ, seu potius harioli, præstigiatoris et somniorum interpretis, qui fuit filius *Beori* ex Mesopotamia, et quidem ex urbe Petora oriundus, (Num. XXII, 5. Deut. XXIII, 4. Jos. XXIV, 9.) a quo Balacus, data pecunia, impetrare studuerat, ut Israëlitas devoveret. Ter ejus nomen reperitur in N. T. 2 Petr. II, 15. *ἐξακολουθήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ τοῦ Βοσὸρ* falsi doctores, qui sequuntur vitæ rationem Bileami, lucri injusti cupiditate scilicet abrepti. Jud. v. 11. *καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν* et ad errorem Bileami pro mercede effusi sunt. Apoc. II, 14. ubi commemorantur *Bileamitæ*, qui *Eichhornio* in Comm. ad. h. l. Vol. I. p. 74. iidem esse videntur, qui Græco nomine Nicolaitæ dicuntur, ut utrumque sit nomen falsorum doctorum mere symbolicum, qui Bileamo in eo similes fuerint, quod alios fraudibus circumvenirent. Est enim בִּלְעָם *Νικόλαος, victor populi*, a בָּלַע, Arab. بلع *vicit* (Hos. VIII, 8. Job. XXXVII, 20.) עָם *populus.*

ΒΑΛΑ᾽Κ, *ὁ. Balak.* Nomen regis Moabitarum, ab Israëlitis extincti. Legitur in N. T. Apoc. II, 14.

ΒΑΛΑ᾽ΝΤΙΟΝ, *τίου, τὸ, crumena, cui pecunia immittitur, et in ea asservatur*, a *βάλλω jacio, injicio, immitto*, (unde et *βαλλάντιον* scribitur apud *Plutarchum Vita Gracchi* c. 2.) et differt a *πήρα*, quod *saccum* significat, *in quo commeatus et alia necessaria recondi solent:* unde interdum pro ipsa pecunia usurpatur, teste *Scholiast.* ad *Aristoph. Aves* v. 404. *ἄνευ βαλαντίου· ἄνευ ἀργυρίου καὶ δαπάνης.* Legitur in N. T. Luc. X, 4. *μὴ βαστάζετε βαλάντιον* ne ferte vobiscum crumenam. ib. XII, 33. *ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα* parate vobis crumenas, quæ non veterascunt, h. e. comparare vobis veras et certas divitias studete. ib. XXII, 35. 36. *Xenoph. Symp.* 4. 2. Alexandrini usi sunt hoc vocabulo pro צְרוֹר, Job. XIV, 17. et כִּיס, Proverb. I, 14. *Suid. βαλάντιον· μάρσιπος. Εὐνάπιος· Εἴτε φιλοχρήματος εἴη καὶ δοῦλος τῶν βαλαντίων. Hesych. μαρσύπιον. Thom. M. βαλάντιον καὶ πήρα ῥήτορες, οὐ μαρσίπιον.* Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 719.

ΒΑ᾽ΑΛΩ, fut. *βλήσω*, s. *βαλῶ*, p. *βέβλημα*,

1. *jacio vi et impetu.* Joh. VIII, 7. *πρῶτος τὸν λίθον ἐπ᾽ αὐτῇ βαλέτω* primus in eam jaciat lapidem. ib. v. 59. Act. XXII, 23. *καὶ κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα* pulverem in aërem jacientibus. *Homer. Iliad.* δ'. 108. ε'. 115. 255. *Eurip. Med.* 273.

2. *conjicio*, v. c. *in carcerem.* Joh. III, 24. *οὔπω γὰρ ἦν βεβλημένος εἰς τὴν φυλακὴν ὁ Ἰωάννης* nondum in carcerem conjectus erat Johannes. Eodem sensu legitur Matth. V, 25. XVIII, 30. Luc. XII, 58. XXIII, 19. et 25. Act. XVI, 23. 24. 37. Apoc. II, 10. XII, 9. in *fornacem*, Matth. XIII, 42. *καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός.* ibid. v. 50.

3. *objicio*, i. q. *προβάλλω*, seu *βάλλω ἔμπροσθέν τινος.* Marc. VII, 27. *καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις* eumque canibus objicere. Matth. VII, 6. *μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων* nec margaritas vestras porcis objicite. ibid. XV, 26.

4. *injicio, immitto, pono*, (*Homer. Il.* δ'. 15. ε'. 40. *Æschyl. Prometh. Vinct.* 679.) *dimitto.* Matth. IV, 6. 18. *βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν* rete mari injicientes. Sic etiam legitur c. XIII, 27. XVII, 27. *βάλε*

ἄγκιστρον hamum mittito, coll. Ies. XIX, 8. οἱ βάλλοντες ἄγκιστρον εἰς τὸν ποταμόν. Marc. I, 16. ubi tamen præstantissimi codices ἀμφιβάλλοντας loco βάλλοντας habent. Joh. XXI, 6. Matth. XXVII, 6. οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν non licet fisco sacro immittere; ubi βαλεῖν est i. q. τιθέναι. Vid. *Stosch. Antiq. Thyat.* Lib. II, c. 5. §. 8. Marc. XII, 41—44. Joh. V, 7. βάλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν in aquam me dimittat. ibid. XII, 6. καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζε et pecunias, quæ immittebantur loculo, asservabat, vel in rem suam convertebat. Apoc. XIV, 16. et 19. καὶ ἔβαλεν τὸ δρέπανον ἐπὶ τὴν γῆν. Huc etiam referenda videtur phrasis: βάλλειν τὸν δάκτυλον καὶ τὴν χεῖρα εἰς τί *digito vel manu aliquid tangere.* Marc. VII, 33. ἔβαλε τοὺς δακτύλους αὐτοῦ εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ. Joh. XX, 25. ἐὰν μὴ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων nisi digitum meum immisero vestigiis clavorum. ibid. v. 27. βάλε τὴν χεῖρά σου εἰς τὴν πλευράν μου injice manum tuam lateri meo. Hinc, si de *fluidis* usurpatur et *liquore*,

5. *infundere*, *fundere* notat. Matth. IX, 17. οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς nec quisquam vinum recens conjicit in veteres utres. Marc. II, 22. Luc. V, 37. 38. Joh. XIII, 5. εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα deinde infudit aquam in pelvim. Sic שׁוּם quod Alexandrini interdum per βάλλω transtulerunt, v. c. Ezech. XXI, 22. XXIII, 24. ab iisdem etiam ἐγχέω redditur. Exod. XXIV, 6. *Arrianus* Diss. in *Epictet.* IV, c. 13. οἶνον ἵνα βάλω εἰς τὸν πίθον. *Dioscor.* I, 94.

6. de *semine* si usurpatur, significat: *serere*, *semen terræ mandare*. Luc. XIII, 19. ὃν (scil. κόκκον σινάπεως) ἄνθρωπος ἔβαλεν εἰς κῆπον ἑαυτοῦ quod misit aliquis in hortum, coll. Matth. XIII, 31. ὃν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ. Ps. CXXVI, 6. βάλλοντες τὰ σπέρματα.

7. cum præpositione ἀπὸ, *abjicio*. Matth. V, 29. καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ et abjice. ibid. v. 30. XVIII, 8. 9. Apoc. IV, 19. καὶ βαλοῦσι τοὺς στεφάνους αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου et abjecerunt coronas coram throno, submissionis testandæ causa. ib. VI, 13. ὡς συκῆ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς quemadmodum ficus abjicit ficus immaturas.

8. *ejicio*, *emitto*, sive simpliciter ponatur, sive ἔξω addatur. Apoc. XII, 15. καὶ ἔβαλεν ὁ ὄφις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ὕδωρ ὡς ποταμὸν et ejecit serpens aquam ex ore fluminis instar. ibid. v. 16. Matth. V, 13. εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω quam ut foras ejiciatur; sed potest etiam h. l. per *abjici* verti, in quo sensu formula: ἔξω βάλλειν, legitur apud *Ælian. V. H.* X, 30. Sensu metaphorico reperitur formula ἔξω βάλλειν, 1 Joh. IV, 18. ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον perfectus amor omnem animo adimit timorem et anxium metum. Hinc

9. si de *liquore* usurpatur, *effundere* significat. Matth. XXVI, 12. βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον τοῦτο ἐπὶ τοῦ σώματός μου quod vero hoc unguentum corpori meo affudit, seu, in corpus meum effudit. Sic שׁוּם Hebræorum ab Alexandrinis mox per ἐκχέω, Judd. VI, 19. mox per ἐπιχέω, Levit. V, 11. redditum legitur.

10. *cædo*, *percutio*, *ferio*, *cædendo et feriendo vulnero ac saucio*. Marc. XIV, 65. καὶ οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον et lictores virgis vel baculis eum cædebant. In eadem notione legitur in vers. Alex. ubi partim τῷ יֶרֶה, 2 Paral. XXVI, 15. partim τῷ מָחַץ, Habac. III, 13. respondet.

11. *trado*, *committo*. Matth. XXV, 27. ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις oportebat igitur te tradere pecuniam meam numulariis, seu mensariis, coll. Luc. XIX, 23. Formulam βάλλειν τὸ ἀργύριον propriam esse in re pecuniaria, et significare *collocare pecuniam alicui*, *ponere apud aliquem*, docuit *Salmasius* de *Usuris* p. 632.

12. *do*, *efficio*, *concedo*, *concilio*. Matth. X, 34. οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην non veni eo consilio, ut redderem

tempora pacata: paulo post legitur: οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν, ubi βάλλειν μάχαιραν est: *turbas dare, dissensionem efficere*, coll. Luc. XII, 51. ubi legitur δοῦναι εἰρήνην καὶ διαμερισμόν. *Homer. Iliad.* IV, 16. ἢ φιλότητα μετ' ἀμφοτέροισι βάλωμεν. Ad hanc notionem referenda videtur formula: βάλλειν εἰς τὴν καρδίαν τινὸς *suggerere, inspirare, instillare, consilium alicui subjicere*, Joh. XIII, 2. τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου cum diabolus jam Judæ Simoni Iscariotæ consilium suggessisset Christum prodendi. Similis formula βάλλειν ἐν καρδίαις legitur apud *Pindar. Olymp.* XIII. v. 21. πολλὰ δ' ἐν καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον. Sic contra ea βάλλεσθαι τὶ εἰς νοῦν est: *alicujus rei faciendæ consilium capere*, apud *Joseph. A. J.* VI, 13. 4. VII, 4. 3. Conf. *Wesseling.* ad *Herodot.* V, 49. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 928. Interdum autem βάλλω etiam *neutraliter* usurpatur, ut significet

13. *abjicio, projicio me, demitto me, insilio.* Matth. IV, 6. βάλε σεαυτὸν κάτω inde te projice. Joh. XXI, 7. καὶ ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν se mari immisit.

14. *invado, ingruo, irruo, incido.* Act. XXVII, 14. μετ' οὐ πολὺ δὲ ἔβαλε κατ' αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικὸς non multo post invasit eam, scil. navem, ventus vehementissimus. *Vulgatus:* misit se contra ipsam.

15. in forma passiva ejusque perfecto et plusquamperfecto, *jactus sum, decumbo, jaceo*, et speciatim de *ægrotis* usurpatur, *qui lecto sunt affixi.* Matth. VIII, 6. ὁ παῖς μου βέβληται παραλυτικὸς servus meus decumbit paralyticus. ibid. v. 14. εἶδε τὴν πενθερὰν αὐτοῦ βεβλημένην καὶ πυρέσσουσαν. Marc. VII, 30. plene legitur βάλλεσθαι ἐπὶ τῆς κλίνης, coll. Apoc. II, 22. Luc. XVI, 20. ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ ἡλκωμένος qui jacebat ad portam ejus ulceribus scatens.

16. interdum omittitur, v. c. Matth. V, 22. ubi ante verba εἰς τὴν γέενναν subaudiendum est βληθῆναι, coll. v. 29. et 30.

ΒΑΠΤΙ'ΖΩ, fut. *ίσω*, 1. proprie: *immergo ac intingo, in aquam mergo*, a βάπτω, et respondet Hebraico טָבַל, 2 Regg. V, 14. in vers. Alex. et טָבַע apud *Symmachum* Ps. LXVIII, 5. et apud *incertum*, Ps. IX, 6. In hac autem significatione nunquam in N. T. sed eo frequentius in Scriptt. Gr. legitur, v. c. *Diod. Sic.* I, c. 36. de Nilo exundante: τῶν χερσαίων θηρίων τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ περιληφθέντα διαφθείρεται βαπτιζόμενα multa terrestrium animalium, a flumine deprehensa, submersione pereunt. *Strabo* Lib. XII. p. 391. et XIV. p. 458. ed. *Casaub. Polyb.* III, c. 72. μόλις ἕως τῶν μαστῶν οἱ πεζοὶ βαπτιζόμενοι διέβαινον. Idem V, c. 47. et aliis in locis, quæ larga manu dedit *Schwarzius* in *Comment. Crit. Ling. Gr.* p. 232. seq. Jam, quia haud raro aliquid immergi ac intingi in aquam solet, ut lavetur, hinc

2. *abluo, lavo, aqua purgo* notat. Sic legitur in N. T. Marc. VII, 4. καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται (in quibusdam codd. ῥαντίσωνται) οὐκ ἐσθίουσι et res, in foro coëmtas, nisi prius aqua ablutæ et purgatæ fuerint, non edunt. Luc. XI, 38. ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου Jesum ante prandium se non lavisse. Βαπτίζεσθαι non solum *lavari*, sed etiam *se lavare* significare, multis locis probari potest. Sirac. XXXIV, 30. βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ καὶ πάλιν ἁπτόμενος αὐτοῦ τί ὠφέλησε τῷ λούτρῳ αὐτοῦ; Judith. XII, 7. καὶ ἐβαπτίζετο ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος.

3. Hinc transfertur ad *baptismi ritum solemnem*, quem, ut, quicunque essent instituti religionis Christianæ initiis eamque amplecti et profiteri vellent, initiarentur, Christus instituit Matth. XXVIII, 19. ita, ut βαπτίζω sit: *baptizo, baptismum administro, actum baptismi exerceo*, seu, *baptismi ritu obstringo aliquem professioni religionis Christianæ; βαπτίζομαι* autem

sensu passivo significet: *baptismum accipere, sacramento baptismi initiari;* in medio vero, quod habet significationem reciprocam, *se baptizandum curare.* Joh. IV, 2. καίτοιγε Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν quamvis Jesus ipse non baptizaret, sed per discipulos baptismum administrandum curaret. Act. II, 41. VIII, 12. 13. 16. 36. 38. IX, 18. X, 47. 48. XIX, 5. XXII, 16. ἀναστὰς βάπτισαι age, cura te baptizandum. Imprimis autem hac in re solemnes sunt in N. T. formulæ: βαπτίζειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, h. e. baptismi ritu obstringere aliquem doctrinæ de Deo, Messia et Spiritu S. a Christo ipso et per Apostolos traditæ, ut legitur Matth. XXVIII, 19. βαπτίζεσθαι εἰς vel ἐπὶ τὸ ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ, seu εἰς Χριστὸν, Act. II, 41. XIX, 5. Rom. VI, 3. Galat. III, 27. baptismo suscepto se obstringere observationi et professioni religionis Christianæ. βαπτίζεσθαι εἰς τὸν θάνατον Ἰησοῦ, Rom. VI, 3. baptismi ritu obstringere se, velis ad imitationem mortis Christi renuntiare peccatis et vitiositati, deponere peccata, ut Christus vitam posuit suam. βαπτίζεσθαι εἰς ἓν σῶμα, quæ 1 Cor. XII, 13. de Christianis legitur, qui baptizabantur, ut ejusdem societatis essent membra et mutuæ benevolentiæ ac concordiæ studerent. Ex omnibus his locis satis superque apparet, formulam: βαπτισθῆναι εἰς ὄνομά τινος significare in universum: *se nomini alicujus, doctrinæ, institutioni, auctoritati addictum profiteri per baptismi ritum,* unde illustrari potest locus 1 Cor. X, 2. ubi Israëlitæ, qui Mose duce ex Ægypto exierant, dicuntur πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ τῇ θαλάσσῃ, h. e. omnes se professos esse sectatores Mosis ducis et imperatoris, cum nubem illam et Mosen ducem sequerentur per mare rubrum, coll. 1 Cor. I, 13. 15. Nec aliena sunt ab hoc hucusque comprobato usu sacro verbi βαπτίζειν loca N. T. in quibus partim de *ipsius Christi per Johannem suscepto baptismo,* partim de *baptismo, Johannis instituto,* exponitur. Quod enim *ad baptismum ab ipso Christo per Johannem susceptum* attinet, e locis Matth. III, 13—17. Joh. III, 31—33. patet, Jesum hoc ritu non solum inauguratum fuisse ad munus publicum et palam declaratum esse filium Dei, sed etiam Christum eo se ipsum obstrinxisse vitæ ac doctrinæ, voluntati divinæ omni ex parte convenienti; *baptismo* vero, *quem Johannes divino præcepto usurpavit,* Judæi non solum erant obstringendi τῇ μετανοίᾳ, Matth. III, 11. sed etiam initiandi in novam œconomiam Messiæ propediem auspicandam, Matth. III, 2. Act. XIX, 4. unde apparet, quid sibi velit formula: βαπτισθῆναι εἰς Ἰωάννου βάπτισμα, quæ Act. XIX, 3. legitur. Vide *Joh. Floderi* τὸ βαπτισθῆναι εἴς τι, λέξις N. T. Scriptoribus familiaris. Upsal. 1762. 4.

4. metaphorice: ut Lat. *imbuo, large et copiose do atque suppedito, largiter profundo.* Matth. III, 11. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ ille vos spiritu sancto et igne imbuet. Marc. I, 8. Luc. III, 16. Joh. I, 33. οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, h. e. hic cumulate tribuet hominibus dona Spiritus S. Act. I, 5. ad quem locum *Theophyl.* τὴν ἐπίχυσιν καὶ τὸν πλοῦτον τῆς χορηγίας σημαίνει, coll. Act. II, 17. Act. XI, 16. Nec ignotus est hic verbi βαπτίζω usus metaphoricus Græcis Scriptoribus, apud quos haud raro *obruere* notat. Sic apud *Diod. Sic.* I, c. 73. legitur formula: ἰδιώτας βαπτίζειν ταῖς εἰσφοραῖς tributis plebem onerare; ubi vid. *Wesseling.* apud *Justin. Mart.* Dial c. Tryph. p. 313. ed. Paris. βεβαπτισμένος ἁμαρτίαις dicitur, *qui vitiis scatet. Anthol. Gr.* Lib. II, c. 47. βαπτίζεται δ' ὕπνῳ γείτονι τοῦ θανάτου. Alia exempla habet *D'Orville* ad *Charit.* II, c. 4. p. 307. ed. Lips.

5. per metaphoram βαπτίζεσθαι significat: *calamitatum fluctibus obrui, mergi miseriis, mala perferre,* etiam

sponte se periculis vitæ offerre, mortem adeo ipsam sibi inferri pati. Sic legitur in N. T. Matth. XX, 22. *καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι βαπτισθῆναι*; num easdem calamitates perferre potestis, quæ mihi sunt subeundæ? ibid. v. 23. Marc. X, 38, 39. Luc. XII, 50. *βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι* restat mihi hoc, ut magnis miseriis mergar. Huc etiam referrem locum illum vexatissimum, 1 Cor. XV, 29. *ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν*; quem ita vertendum arbitror: *si nulla esset resurrectio, omnibus omnino præmiis carerent, qui gravissimis calamitatibus sponte se offerunt propter spem, quam habent, mortuos aliquando esse in vitam redituros.* Varias de h. l. expositiones, si cui libet et vacat legere, evolvat *Biblioth. Bremens.* Class. VII, p. 667. seq. *Deylingii Obss. Sacr.* P. II. Obs. XLIV, p. 396. et *Dresigium* de *Verbis Mediis N. T.* I, 33. p. 225. Ps. LXIX, 2. 3. 15. 16. *Plutarch. de puer. educ.* c. 13. §. 3. *ψυχὴ τοῖς μὲν συμμέτροις αὔξεται πόνοις, τοῖς δὲ ὑπερβάλλουσιν βαπτίζεται. Heliodor. Æthiop.* II, 3. *καὶ τῇ συμφορᾷ βεβαπτισμένον.* ib. IV, 20. V, 16.

ΒΑ΄ΠΤΙΣΜΑ, *ατος, τὸ, baptisma.* Nomen verbale a perfecto passivo *βεβάπτισμαι* verbi *βαπτίζω.*

1. proprie: *immersio, intinctio in aquam, lotio.* Hinc transfertur

2. ad ritum sacrum, qui *κατ' ἐξοχὴν* baptismus dicitur, quo baptizandi olim in aquam immergebantur, ut veræ religioni divinæ obstringerentur. Ita legitur α) *de baptismo, quem Johannes baptista jussu divino administrabat.* Matth. III, 7. Luc. VII, 29. qui *κατ' ἐξοχὴν βάπτισμα μετανοίας* vocatur. Marc. I, 4. Luc. III, 3. Act. XIII, 24. XIX, 4. quia ad obsequium Deo præstandum animorumque emendationem homines obstringebat. Hic vero observandum est, formulam *βάπτισμα Ἰωάννου* interdum latius patere, et per synecdochen *totum munus, institutionem ac doctrinam Johannis baptistæ* significare, v. c. Matth. XXI, 25. *βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν*; coll. v. 25. et 26. Luc. XX, 4. Act. I, 22. X, 37. XVIII, 25. β) de *baptismo, a Christo Apostolis demandato, et ad initiandos Christianos præscripto ritu,* qui Rom. VI, 4. *βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον,* (scil. Ἰησοῦ) et 1 Petr. III, 21. *συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεὸν,* interdum etiam simpliciter *βάπτισμα,* Ephes. IV, 5. Coloss. II, 12. appellatur.

3. per metaphoram: *gravissimæ afflictiones et calamitates ob religionem perferendæ, quibus, qui eas sustinent, quasi submerguntur,* quæ olim haud omnino male *baptismus sanguinis* appellabantur. Sic autem legitur in N. T. Matth. XX, 22. 23. Marc. X, 38. 39. Luc. XII, 50.

ΒΑΠΤΙΣΜΟ΄Σ, *οῦ, ὁ, lotio, purgatio, ablutio.* Sic ter legitur in N. T. Marc. VII, 8. *βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων,* ubi lotiones poculorum pro omnibus omnino purgationibus leviticis ponuntur, de quibus etiam locutus est Paulus Hebr. VI, 2. et IX, 10.

ΒΑΠΤΙΣΤΗ΄Σ, *οῦ, ὁ, baptista, qui ritum baptismi administrat,* a *βαπτίζω.* Est agnomen Johannis, Zachariæ filii, a munere, divinitus ei demandato, ortum. Legitur Matth. III, 1. XI, 11. 12. XIV, 2. 8. XVI, 14. XVII, 13. Marc. VI, 24. 25. VIII, 28. Luc. VII, 20. 28. 33. IX, 19.

ΒΑ΄ΠΤΩ, fut. *βάψω, mergo, immergo, tingo, intingo, imbuo.* Luc. XVI, 24. *ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος,* pro *ἐφ' ὕδατος,* ut intingat extremum digiti sui in aquam. Joh. XIII, 26. *ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω,* cui ego intingens offulam dedero. Apoc. XIX, 13. *ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι* vestis tincta sanguine. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini autem sæpe hac voce usi sunt pro Hebraico טָבַל, Num. XIX, 18. 1 Sam. XIV, 27. et semel pro מָחַץ, Ps. LXVIII, 22. *Phavor. βάπτουσι· πλύνουσιν.*

ΒΑΡΑΒΒΑ̃Σ, ᾶ, ὁ. *Barabbas.* Est nomen proprium (frequens in Talmude) insignis latronis, quem repudiato Christo sibi condonari a Pilato efflagitarunt Judæi. Plenum ejus nomen fuit Ἰησοῦς Βαραββᾶς, quod non solum in quibusdam codicibus N. T. Matth. XXVII, 17. legitur, sed etiam nuper ab *Adlero* (videatur ejus kurze ueberſicht ſeiner bibliſch-kritiſchen Reiſe nach Rom. Altona 1783. p. 121. seq.) in Cod. Vat. Syr. XIX. inventum fuit. Sed nomen Jesus sine dubio ejectum est in reliquis N. T. locis (Matth. XXVII, 16. 20. 21. 26. Marc. XV, 7. 11. 15. Luc. XXIII, 18. Joh. XVIII, 40.) a librariis, ne nomen Jesu conveniret alicui iniquorum, ut recte monuit *Origines Homil.* XXXV, in Matthæum. *Alberti Gloss. N. T.* p. 4. Βαραββᾶν· υἱὸν διδασκάλου ἢ υἱὸν πατρὸς, ex בַּר *filius* et אַב seu אַבָּא, quod *patrem* æque ac *doctorem* significat. Vid. *Lud. de Dieu Critica S.* p. 384.

ΒΑΡἈΚ, ὁ. *Barak.* Nomen Hebraicum (בָּרָק *fulgur*) ἄκλιτον judicis cujusdam populi Israëlitici, filii Abinohami, cujus mentio fit Judd. IV, 15, 16. et Hebr. XI, 32.

ΒΑΡΑΧἸΑΣ, ου, ὁ. *Barachias.* Nomen viri Hebraicum, compositum ex בֵּרַךְ *benedixit* et יָהּ *Deus*, teste *Alberti Gloss. N. T.* p. 3. Βαραχία· εὐλόγησεν Κύριος. Ita autem appellatus est a Christo pater Zachariæ, occisi in templo Hierosolymitano, qui alias *Joiada* dictus est, ut adeo binominis fuisse recte credatur. Semel legitur in N. T. Matth. XXIII, 35. Conf. *Possini Spicil. Evangel. S.* XI.

ΒἈΡΒΑΡΟΣ, ου, ὁ, ut Latinum *barbarus*,

1. proprie de eo usurpatum fuisse videtur, *qui difficulter, aspere et duriter loquitur*, ut ab ipso sono natum sit hoc nomen, ut vult *Strabo* Lib. XIV, p. 455. quanquam haud ignoro, alios ab Arabico بربر *murmuravit*, alios denique, ut *Drusius* Lib. II. Quæst. XVII, ex Syriaco ברא *extra*, originem traxisse, judicasse. Hinc

2. ita dicitur *omnis, qui utitur lingua peregrina*, seu *exotica, quæ a nobis non potest intelligi*, sine ulla ferociæ et ruditatis notione, qui Græcis appellabatur ἑτερόγλωσσος. Sic *Ovid.* de se, in Ponto vivente, Trist. V, 10. 37. "Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli." *Eurip. Hecub.* v. 328. *Orest.* v. 485. *Herodot.* II, 158. βαρβάρους πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφίσι ὁμογλώσσους. Et in versione Alex. Ps. CXIV, 1. מֵעַם לֹעֵז recte redditur ἐκ λαοῦ βαρβάρου, nam לָעַז, quod semel legitur in V. T. ex analogia linguæ Arab. لعز et Syr. ܠܥܙ *barbare loqui, intorquere sermonem, ne intelligatur*, significat. Hac autem significatione usus est Paulus 1 Cor. XIV, 11. ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος, καὶ ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ βάρβαρος ego loquentis linguam non intelligam, nec, qui peregrina lingua utitur, me intelliget. Vide *I. C. Klemmii* D. Crit. de voce βάρβαρος ad l. l. Tub. 1732. 4. In reliquis N. T. locis semper e contextu definiendum erit, quinam potissimum populi hoc nomine innuantur. Sic

3. Græcis, si βάρβαροι opponuntur, omnes populi dicuntur, *qui non Græcæ sunt civitatis. Isocrat. Evag.* c. 11. Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων. Hinc lucem fœneratur locus Rom. I, 14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ubi tamen latere videtur in voce βάρβαρος notio *populorum rudium et a disciplina humanitatis alienorum.* Græci enim, qui tunc temporis ob philosophiæ studium in omni humanitatis disciplina exculti credebantur, omnes gentes incultas βαρβάρους appellare consueverunt. Cf. *Dougtæi Analecta Sacra N. T.* Exc. LXVIII. *Hesychius* ad locum Rom. I, 14. βάρβαροι· οἱ ἀπαίδευτοι.

4. respectu ad Romanos *omnes, qui non sunt Romani*, βάρβαροι vocantur. Sic legitur in N. T. Act. XXVIII, 2. et 4. ubi incolæ insulæ Maltæ, e

Græcis, Carthaginiensibus et multis Africanis populis mixti, hoc nomine insigniuntur.

5. *omnes nationes exceptis Judæis* barbarorum nomine comprehenduntur. Coloss. III, 11. *βάρβαρος Σκύθης.* Conf. quæ de hac voce recte monuerunt *D'Orville* ad *Charit.* VI, c. 3. p. 526. ed. Lips. *Irmisch.* ad *Herodian.* l. 1. 5. p. 20. *Krebs. Obss. Flav.* p. 268.

ΒΑΡΕ΄Ω, ῶ, fut. *ήσω*, 1. *gravo, degravo, onero*, et proprie est ponderis, quod grave est, cui incumbit, a *βαρύς*. Alexandrini usi sunt pro Hebraico כָּבֵד Exod. VII, 14. Sed in N. T. metaphorice tantum usurpatur, et quidem ita, ut

2. *somno* tribuatur, qui occupat ac tenet oculos, unde formula: *βαρεῖσθαι ὕπνῳ*, interdum etiam simplex *βαρεῖσθαι* significat *gravem somno esse, premi gravitate soporis.* Matth. XXVI, 43. *ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι* (unus codex addit *ἀπὸ ὕπνου*) oculi enim eorum erant gravati, seu, altiori somno oppressi erant. Luc. IX, 32. *οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ.* Marc. XIV, 40. Sic *graves somno* apud *Ovid. Heroid.* Ep. XIV, 33. Conf. *Gataker.* ad *M. Antonin.* VIII. §. 36.

3. *molestus sum, molestiam creo.* 1 Tim. V, 16. *καὶ μὴ βαρείσθω ἡ ἐκκλησία* nec oneri sint cœtui Christianorum, ubi sermo est de viduis, sumtibus publicis sustentandis.

4. *affligo, premo calamitatibus.* 2 Cor. I, 8. *ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν* quod pressi sumus afflictionibus præter modum. ibid. V, 4. *στενάζομεν βαρούμενοι. Dion. Halic. Ant.* I. c. 14. *πόλεις ὑπὸ πολέμων καὶ ἄλλων κακῶν βαρηθεῖσαι.* Sæpius non legitur in N. T.

ΒΑΡΕ΄ΩΣ. Adverbium. *Graviter, moleste, difficulter.* (ab eodem.) Bis legitur in N. T. Matth. XIII, 15. Act. XXVIII, 27. formula *βαρέως ἀκούειν τοῖς ὠσί*, quæ proprie quidem notat *obstructas aures habere, difficulter audire*, sed deinde etiam metaphorice de *iis* usurpatur, *qui non admittunt edocti meliorem cognitionem*, coll. Ies. VI, 10. *Xenoph. Cyrop.* II, 2, I. et *Anab.* II, 1. 7.

ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙ΄ΟΣ, *ου, ὁ. Bartholomæus*, ex בַּר *filius* et תַּלְמַי, (quod 2 Sam. XIII, 37. Alex. *Θολμί* redditur) quod ex analogia nomen patris ejus fuisse videtur, quasi *filius Tolmi.* Fuit unus Apostolorum Christi, quem eundem fuisse haud pauci censent cum Nathanaële e locis Joh. I, 46. coll. Matth. X, 3. Joh. XXI, 2. ut adeo Nathanaël ejus nomen proprium, Bartholomæus autem nomen paternum fuerit. Legitur nomen ejus Matth. X, 3. Marc. III, 18. Luc. VI, 14. Act. I, 13. *Alberti Gloss. N. T.* p. 1. *Βαρθολομαῖος υἱὸς κρεμάσας ὕδατα.* Auctor glossæ vocabulum ex בַּר *filius*, תָּלָה *suspendens* et מַיִם *aqua* satis inepte deduxit.

ΒΑΡΙΗΣΟΥ΄Σ. *Barjesus.* Cognomen pseudoprophetæ Judæi et Magi Hebraicum, quod plerique ex בַּר et יְהוֹשׁוּעַ *Josua* compositum tradunt. Conf. *Lud. de Dieu Critica S.* ad Act. XIII, 6. p. 580. Semel commemoratur Act. XIII, 6. ubi quidam codices habent *Βαριησοῦς*, h. e. *filius Jehu.* Conf. *Heinsii Exercit. S.* IV. c. 8.

ΒΑ΄Ρ-΄ΙΩΝΑ΄Σ, *ᾶ, ὁ. Bar-Jonas.* Nomen Simonis Petri Apostoli Syro-Hebraicum, quod idem valet ac filius Jonæ, seu Joannis. Matth. XVI, 17. *Alberti Gloss. N. T.* p. 2. *Βὰρ' Ἰωνᾶ· υἱὸς περιστερᾶς*, ex בַּר *filius* יוֹנָה et *columba.*

ΒΑΡΝΑ΄ΒΑΣ, *α, ὁ. Barnabas.* Cognomen viri, alias *Joses* dicti, qui fuit genere Levites, patria Cyprius, insignis doctor religionis Christianæ et Apostolus, collega Pauli. Significationem nominis ipse Lucas suppeditat Act. IV, 36. ubi scribitur *Ἰωσῆς δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον υἱὸς παρακλήσεως*, ut adeo cognomen hoc ab Apostolis accepisse videatur ob solatium, quo a-

nimos Christianorum doctrina sua ac institutione repleverat, nam נָבָא apud Hebræos *vaticinari, hortari, consolari* notat. Act. XIII, 1. 2.

ΒΑ΄ΡΟΣ, εος, ους, τὸ, 1. proprie: *pondus, gravitas, onus*, et opponitur τῷ ἐλαφρόν. *Xenoph. Cyrop.* III, 3, 19. Hinc Alex. usi sunt Judd. XVIII, 21. pro כֹּבֶד *gravamen, sarcina, impedimenta militaria.* In N. T. metaphorice usurpatur et quidem ita, ut

2. *omne, quod alteri molestum est et molestiam et incommodum creat*, significet. Sic legitur in N. T. Matth. XX, 12. τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα qui per totum diem labore æstuque solis defatigati sumus. Act. XV, 28. ubi βάρος dicuntur leges et præcepta, quorum observatio est molesta, certe molesta videtur, coll. Apoc. II, 24. οὐ βαλῶ ἐφ' ὑμᾶς ἄλλο βάρος nova vobis officia non injungo. Galat. VI, 2. æque ac ὄγκος *vitia et errores aliorum hominum*, ob molestiam, quam nobis creare vulgo solent, βάρος appellantur: ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, aliorum errores et vitia patienter et æquo animo ferte. 2 Macc. IX, 10. διὰ τὸ τῆς ὀσμῆς ἀφόρητον βάρος. Sirac. XIII, 2. *Dionys. Halic. Ant.* IV, 10. βάρος τῶν κινδύνων καὶ τῶν ἀναλωμάτων.

3. *gloria, dignitas, honor*, i. q. δόξα, τιμὴ et ἀξίωμα. 1 Thess. II, 6. δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι quum possemus in summo honore et auctoritate esse, utpote Christi Apostoli. Exempla Græcorum dedit *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* IV, c. 61. T. I. p. 306. Eodem modo *pondus* apud Latinos usurpari, *Salmasius* docuit ad *Trebellii Pollionis* triginta tyrannos c. 4. Paulus respexit sine dubio usum vocabuli Hebraici כָּבוֹד. Hinc βάρος, aliis substantivis additum,

4. *magnitudinem et præstantiam alicujus rei insignem* significat. 2 Cor. IV, 17. καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν præsentes afflictiones, quæ admodum leves sunt, efficiunt nobis æternam felicitatem summam illam et præstantissimam. Sic apud *Sophoclem Ajax Flag.* v. 130. ἢ μακροῦ πλούτου βάρει· *Eurip. Hipp.* 626. χρυσοῦ βάρος, et apud *Claudianum* de *Laud. Stilic.* III, 76. *famæ pondus. Suid.* βάρος· ἀντὶ τοῦ τὸ πλῆθος, τὴν ἰσχύν.

ΒΑΡΣΑΒΑ΄Σ, ᾶ, ὁ. *Barsabas.* Est cognomen

1. *Josephi*, qui fuit unus ex illis duobus viris, ex quibus unum Apostoli loco Judæ elegerunt, Act. I, 23.

2. *Judæ*, qui cum Paulo, Barnaba et Silia Hierosolyma Antiochiam missus fuit, Act. XV, 22.

ΒΑΡΤΙ΄ΜΑΙΟΣ, ου, ὁ. *Bartimæus.* Nomen cœci cujusdam nativitate, quem Jesus miraculoso modo sanavit. Idem quod υἱὸς Τιμαίου, ut a Marc. X, 46. explicatur ex Τίμαιος et בַּר *filius*, quæ vox sæpe in nominibus propriis occurrit.

ΒΑΡΥ΄ΝΩ, fut. υνῶ, 1. proprie: *gravo, premo, gravando ac premendo impedio.* (a βαρύς.) *Xenoph. Mem.* II, 2. 5.

2. metaphorice ad animum translatum: *animum inertem et ineptum reddo ad negotia sua recte peragenda.* Sic semel tantum legitur in N. T. Luc. XXI, 34. μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μεριμναῖς βιωτικαῖς cavete, ne animus vester torpens et ineptus reddatur ad vigilantiam crapula, ebrietate et curis hujus vitæ. Exod. VIII, 15. Alex. ἐβαρύνθη ἡ καρδία αὐτοῦ. Hoc ipsum verbum eodem modo, ut hic apud Lucam, constructum etiam legitur apud Sirac. XXI, 25. χείλη ἀλλοτρίων ἐν τούτοις βαρυνθήσεται. Alias cum ὑπὸ v. c. apud *Xenoph. de rep. Laced.* ὑπὸ πλησμονῆς βαρύνεσθαι.

ΒΑΡΥ΄Σ, εῖα, ὺ, 1. proprie: *gravis, ponderosus*, et opponitur τῷ κοῦφος. Matth. XXIII, 4. φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα onera admodum gravia, h. e. difficilia admodum præcepta. *Æschin. Socr.* Dial. II, 13.

2. *difficilis, observatu difficilis.* Matth. XXIII, 23. ἀφήκατε τὰ βαρύτερα νόμου negligitis difficiliora legis præcepta.

Sed alii interpretes, *Elsnerum* secuti, hunc locum de *præceptis præstantioribus legis et majoris momenti ac pretii* interpretantur; quam significationem habere βαρὺς æque ac Lat. *gravis* (apud *Cic. p. Flacco* c. 23. et 24.), clare docent loca *Polyb.* I, 38. III, 13. 60. *Herodian.* II, 14. 7. 1 Joh. V, 3. *καὶ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσὶ* et præcepta ejus non sunt impossibilia, seu, observatu non difficilia. In omnibus his locis autem βαρὺς etiam *molestum* significare potest, ut legitur apud *Xenoph. Hist. Gr.* III, 2. 1. et IV, 1. 12. Sic sæpe in vers. Alex. usurpatum legitur, v. c. Exod. XVIII, 18. et Dan. II, 11. ubi τῷ יָקִיר respondet.

3. *gravis, qui est magni momenti.* Act. XXV. 7. *πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιώματα* multas et graves criminationes. Cf. de hac notione *Elsneri Obss. Sacras* T. I. p. 105.

4. inprimis, si de animalibus usurpatur, *violentus, sævus, trux, rapax, et omnino is, qui alteri detrimentum affert et nocet.* Act. XX, 29. *λύκοι βαρεῖς* lupi rapaces, seu metaphorice: falsi doctores, qui noxios errores lucri caussa spargunt. *Polyb.* I, 10. *λίαν βαρεῖς καὶ φοβεροί. Diog. Laërt.* I, c. 7. 2. *βαρὺς πᾶσιν ἐγένετο.* Et apud *Xenoph. Mem.* III, 6. 12. *βαρὺ χωρίον* locus propter pestilentes et noxios vapores minime saluber dicitur.

5. *durus, severus.* 2 Cor. X, 10. *ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ βαρεῖαι καὶ ἰσχυραὶ* litteræ ejus duræ sunt et severæ. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II, p. 203. *Hesych. βαρύς· κακὸς, ἀειδὴς, σκληρός.* Idem; *βαρὺ δηλοῖ δὲ καὶ μέγα καὶ χαλεπὸν καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἀναιδές.* Βαρύτης *insolentiam* notat apud *Dion. Halic. Ant.* X. c. 6. Conf. etiam *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 9. 15. p. 360. et II, 14. 7. p. 438.

ΒΑΡΥ'ΤΙΜΟΣ, *ίμου, ὁ, ἡ, pretiosus, gravis pretii,* (ex βαρὺς et τιμὴ *pretium*) nam olim æs appendebatur, non vero numerabatur, prout hodie fieri solet: unde etiam apud Latinos *grave pretium* (*Sallust. Hist.* III,) opponitur *levi pretio.* (*Sueton. Aug.* 41.) Semel in N. T. legitur Matth. XXVI, 7. *ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα βαρυτίμου* habens alabastrum unguenti valde pretiosi, ubi in quibusdam codicibus *πολυτίμου*, fortasse e loco Joh. XII, 3. legitur. Unus est etiam hac voce *Æschylus* in Suppl. v. 25. *ὕπατοί τε θεοὶ καὶ βαρύτιμοι*, ubi tamen *βαρύτιμος graviter punientem* significat.

ΒΑΣΑΝΙ'ΖΩ, fut. *ίσω*, 1. proprie: *examino, probo, exploro metalla per lapidem Lydium*, qui *βάσανος* Græcis dicitur.

2. *inquiro per torturam, torqueo maleficos ad eruendam veritatem*, nam *βάσανος* etiam *tormentum* notat, *per quod inquisitio fieri solet.* Sic legitur apud *Joseph. A. J.* II, 6. 4. XVI, 8. 1. Hinc in N. T. synecdochice usurpatur, ut significet

3. relate ad corpus, *doloribus acribus ac gravibus vexare, acutissimis et gravissimis cruciatibus afficere.* Matth. VIII, 6. *ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς, δεινῶς βασανιζόμενος* servus meus domi decumbit paralyticus, et gravissimos sustinet dolores. Apoc. IX, 5. *ἵνα βασανισθῶσι μῆνας πέντε.* ib. XII, 2. *βασανίζεσθαι* de doloribus parturientis usurpatur, et idem valet, quod *ὠδίνω.* Eodem sensu in vers. Alex. 1 Sam. V, 3. usurpatum legitur, et 2 Macc. VII, 13.

4. in universum: *affligo, molestiam facio*, et *βασανίζομαι laboro, vexor*, ita, ut ad corpus æque ac ad animum referatur. Matth. VIII, 29. *ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς*; huc cur nos vexatum venis ante tempus? ubi *βασανίσαι*, quoad sensum et ex mente dæmone acti, est: *eripere et coërcere potestatem in corpora humana.* Marc. V, 7. Luc. VIII, 28. coll. IV, 34: nam de pœnis et cruciatibus, dæmonibus a Deo paratis, in omnibus his locis cogitari nullo modo potest. Marc. VI, 48. *καὶ εἶδεν αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν* et vidit eos multum in remigando laborare, seu vexari remigando. 2 Petr. II, 8. *ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζον* impie eorum factis

magna ægritudine animi afficiebatur pius Lothus. Apoc. XI, 10. Eodem plane sensu habet *Philostrat. Vita Apollonii* IV, c. 25. *Arrian. Epictet.* II, 22. *Lucian. Amor.* p. 875. Hinc ex adjuncto:

5. *punio, pœnis afficio.* Apoc. XIV, 10. καὶ βασανισθήσεται ἐν πυρὶ καὶ θείῳ ἐνώπιον τῶν ἁγίων ἀγγέλων. ibid. XX, 10. καὶ βασανισθήσονται εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Sapient. XI, 9. *Joseph. A. J.* II, 14. 4.

6. *huc et illuc agito, jacto.* Matth. XIV, 24. τὸ δὲ πλοῖον ἦν βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων. *Vulgatus:* fluctibus maris agitabatur. Alex. Hebr. רֲגָזָה *commotio, agitatio* per βάσανος reddiderunt Ezech. XII, 18. *Thom. M.* τὸ βασανίζειν ἐπὶ δοκιμασίας λαμβάνεται, καὶ τῶν διὰ λόγων, καὶ τῶν διὰ τιμωρητικῶν ὀργάνων. μὴ λέγε οὖν βεβασάνισται ὑπὸ νόσου, ἀλλ' ἐξήτασται, ubi legendi sunt Interpretes. *Etym. M.* βασανίζειν· οὐ τὸ αἰκίζεσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι παρὰ τοῖς ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ἀνακρίνειν καὶ δοκιμάζειν καὶ ἐλέγχειν τὸ ἀληθὲς διὰ λόγων.

ΒΑΣΑΝΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *examen, exploratio, inquisitio, quæ fit vel per lapidem Lydium vel per tormenta.* (a βασανίζω.)

2. *dolor gravis ac vehemens.* Apoc. IX, 5. καὶ ὁ βασανισμὸς αὐτῶν ὡς βασανισμὸς σκορπίου et dolores eorum similes erant doloribus, qui excitantur ictu scorpionis.

3. *pœna gravissima, qua aliquis afficitur.* Apoc. XVIII, 7. 10. 15.

4. *locus, ubi aliquis excruciatur et pœna afficitur.* Apoc. XIV, 11. καὶ ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν ἀναβαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων, ubi βασανισμὸς vel est τόπος τῆς βασάνου, ut vocatur infernum Luc. XVI, 28. vel πῦρ καὶ θεῖον, quo cruciandos esse idololatras v. 10. dixerat.

ΒΑΣΑΝΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *tortor, qui tormentis veritatem eruit, explorator.* (ab eodem.) *Hesych.* ὁ δημόκοινος, πολλάκις δὲ ὁ διαιτητὴς, καὶ παρὰ τῶν ἀνδραπόδων τὴν ἀλήθειαν πυνθανόμενος. Idem: λίθος οὕτω λέγεται, Λυδικοῦ λίθου γένος, καὶ λίθος βάσανος, ᾧ παρατρίζοντες τὸ χρυσίον ἐδοκίμαζον.

2. *commentariensis, custos et præfectus carceris,* qui a Luca Act. XVI, 23. δεσμοφύλαξ vocatur, aut secundum alios: *præfectus ergastulis, qui gravissimos labores imponebat.* Sic semel legitur in N. T. Matth. XVIII, 34. παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς debitorem dedit in nervum, seu commentariensi tradidit in custodiam; ubi sermo est de debitore improbo, qui in custodiam dari, non torqueri solet, ut vera confiteatur. *Plutarch.* T. II, p. 498. Tyranni δημίους τρέφουσι καὶ βασανιστάς. Recte autem ad h. l. *Grotius carcerem* etiam JCtis *cruciatum* dici, idoneis argumentis probavit. Conf. *Fischeri* Prolus. XIX. de *Vitiis Lexicorum N. T.* p. 20.

ΒΑ'ΣΑΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *examen quodcunque, quocunque etiam fiat modo,* speciatim: *examen metallorum et inquisitio per tormenta. Hesych.* δοκιμασία.

2. per metonymiam partim *tormentum, quod adhibetur, ut vera extorqueantur,* v. c. apud *Ælian. V. H.* VII, 18. partim *coticulam,* seu *lapidem Lydium* notat, *quo aurum, aliudve metallum probatur et examinatur, qui indicat, quantum auri sit in vena, quantum argenti vel æris,* v. c. apud *Pindar. Pyth.* Od. X, v. 105. πειρῶντι δὲ καὶ χρυσὸς ἐν βασάνῳ πρέπει. *Harpocrat.* βάσανος· λίθος οὕτω καλεῖται, ᾗ τὸ χρυσίον παρατριβόμενον δοκιμάζεται. *Etym. M.* χρυσοχοϊκὴ λίθος, ἐν ᾗ δοκιμάζεται ὁ χρυσὸς, κἄντι ὄξυζος. κἄντι κίβδηλος ᾗ.

3. in N. T. *omnis corporis cruciatus et dolor, maxime e morbis gravibus et acribus qui oritur.* Matth. IV, 24. ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους variis morbis et cruciatibus vexatos. Sic *Aquila* Hebr. מַכְאוֹב βάσανος transtulit Eccles. I, 18. Conf. etiam Alex. 1 Sam. VI, 3. 4. 17. Sapient. XIX, 4. 1 Macc. IX, 56. *Ælian. V. H.* VII, c. 18. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* βάσανος· ἄλγημα, πληγή.

4. *pœna quævis*, inprimis *pœnæ infernales post mortem.* Luc. XVI, 23. ὑπάρχων ἐν βασάνοις inter cruciatus infernales; nam præcessit ἐν τῷ ᾅδῃ. ibid. v. 28. εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς βασάνου ubi locus tormentorum est infernus.

ΒΑΣΙΛΕΊΑ, είας, ἡ, 1. *regnum, imperium, quod regionibus continetur et a rege possidetur.* Marc. VI, 23. ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου dimidiam adeo regni mei partem. Apoc. XVI, 10.

2. *provincia, minor pars regni.* Matth. IV, 8. καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου demonstrabat ipsi varias terræ Judaicæ provincias. Idem valet de loco Luc. IV, 5. Esther. VIII, 12. IX, 16. 20. pro Hebr. אֲשֶׁר בְּכָל־מְדִינוֹת הַמֶּלֶךְ Alexandrini habent: οἳ εἰσιν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

3. *imperium, respublica, quæ administratur a rege aut ab alio principe.* Matth. XII, 25. πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς ἐρημοῦται omnis respublica, factionibus divisa, dilabitur. ibid. v. 26. βασιλεία τοῦ Σατανᾶ occurrit ex opinione Judæorum, qui varias spirituum malorum classes constituebant, quibus principem atque præsidem Satanam tribuere solebant. Marc. III, 24. Luc. XI, 17. 18. Act. I, 6. εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τοῦ Ἰσραήλ; num hoc tempore restitues collapsam rempublicam Israëliticam?

4. per metonymiam: *imperium, regni administratio et regimen, dominatus, principatus, potestas.* Matth. VI, 13. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία tu enim es universi dominus. Luc. I, 33. καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος ejusque imperii non erit finis. Joh. XVIII, 36. ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου non est mihi sæculare ac humanum imperium. Hebr. I, 8. Apoc. XII, 10. ubi βασιλεία cum ἐξουσία permutatur. Apoc. XVII, 17. 18. *Herodian.* IV, c. 3. §. 10. et 11. VI, c. 2. §. 1.

5. *natio*, seu *gens, regis* seu *principis imperio subjecta. Suid.* βασιλεία καὶ τὸ ἔθνος τὸ βασιλευόμενον. Matth. XXIV, 7. ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν gens in gentem et populus in populum insurget. Marc. XIII, 8. Luc. XXI, 10. Hebr. XI, 33. κατηγωνίσαντο βασιλείας potentissimas nationes vicerunt.

6. *dignitas regia, titulus et honor regis. Suid.* βασιλεία· τὸ ἀξίωμα. Luc. XIX, 12. λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν ut dignitatem regiam a senatu Romano sibi expeteret. Apoc. XVII, 12. οἵτινες βασιλείαν οὔπω ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς λαμβάνουσι.

7. βασιλεία ponitur pro βασιλεὺς *rex*, abstracto posito pro concreto. Marc. XI, 10. εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβίδ, coll. Luc. XIX, 38. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος βασιλεύς. Apoc. I, 6. καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλείαν ἱερεῖς τῷ Θεῷ. *Eichhornio* in Comm. ad h. l. βασιλεία ἱερεῖς positum esse videtur pro βασιλεία ἱερέων, ut sit societas hominum, qui sacerdotum juribus ac privilegiis fruuntur, h. e. Christianorum, quibus liber ad gratiam divinam aditus (1 Petr. II, 9. coll. Exod. XIX, 6.) Christi interventu reclusus est. Eodem modo ἱεράτευμα pro ἱερεῖς ponitur 1 Petr. II, 5. 9.

8. metaphorice: *felicitas, fortunatus ac prosper rerum status*, maxime *felicitas futuræ vitæ.* Matth. XXV, 34. κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν fruamini jam felicitate destinata vobis inde ab æterno. Luc. XII, 32. ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν nam Deus vobis omnia, ad fortunatum rerum vestrarum in his terris statum pertinentia, suppeditabit. ib. XXII, 29. διατίθεμαι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου βασιλείαν spondeo vobis eandem, quam mihi pater promisit felicitatem. Conf. de hac notione, quæ infra ad βασιλεὺς et βασιλεύω a me dicentur. Restat jam, ut etiam de vi et sensu formularum, in N. T. frequentissimarum, βασελεία Θεοῦ, βασιλεία τῶν οὐρανῶν, βασιλεία τοῦ Ἰησοῦ, seu Χριστοῦ, *regnum Dei, cœlorum, J. C.* quod etiam interdum simpliciter ἡ βασιλεία dicitur, pro viribus exponam, ad juvandam veram N. T. in haud paucis locis interpretationem.

Multos atque doctissimos interpretes invenerunt nostra inprimis ætate hæ formulæ loquendi admodum difficiles et ambiguæ, Matth. IV, 23. VIII, 12. XIII, 19. inter quos eminent Ven. *Koppius* in Excursu I. ad Ep. ad Thessal. *Doederlein.* in Institutt. Theol. Christ. p. m. 743. seq. et *Keilius* in Hist. Dogmatis de regno Messiæ, Christi et Apostolorum ætate, ad illustranda N. T. loca accommodate exposita, (Lips. 1781. 4.) qui, etsi in sensu singulorum locorum constituendo dissentientes, in eo tamen consentiunt, fuisse has formulas non ab ipso Jesu et Apostolis inventas, sed jam longe ante eorum tempora Judæorum mentibus infixas hæsisse. Quæ autem *regni Messiæ* expectatio Judæorum animos occupaverat, non est dubium, quin profecta sit e V. T. oraculis, quæ ex communi saltem doctorum Judaicorum interpretatione novum regem Judaicæ genti promitterent, qui veram Jehovæ religionem instauraturus, corruptos Judæorum mores emendaturus, peccata populi expiaturus, eumque a jugo alieni imperii ita liberaturus esset, ut regnum ejus summa tranquillitate, amplitudine ac felicitate insigne futurum esset. Ps. II. CX. Ies. XI. LII. LIII. Micha IV. V. Dan. IX, 24. 27. Conf. *Schoettgen.* dissertatio de regno cœlorum מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם in Hor. Hebr. Vol. I. p. 1147. *Wetstenii* N. T. T. I. p. 256. et *Koppe* l. l. p. 214. seq. Quas itaque tum libris sacris, tum sermone familiari Judæorum pervulgatas videbant formulas de munere et beneficiis Messiæ, has, ut partim se ingenio Judæorum accommodarent, partim autem ipsam veram doctrinam de Messia a popularibus præjudiciis eo facilius purgarent, pro sapientia sua retinere haud dubitarunt Jesus atque Apostoli, et jam quomodo Scriptores N. T. hac ratione loquendi usi fuerint, dispiciendum erit. Jam vero *Koppe* et post eum *Keilius* multis nobis rationibus persuadere conati sunt, in N. T. formulis: *βασιλεία Θεοῦ, οὐρανῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ* describi tantum *illud Christi regnum, quod post mortuorum demum in vitam reditum insigni aliqua majestate ab ipso inaugurabitur, quoque ii, qui ejus doctrinam his in terris amplexi sunt vitamque ad ejus præcepta instituerunt, beatissima felicitate fruentur.* Sed jam recte monuit *Doederlein.* l. l. minime consentaneum videri, omnia N. T. loca ad hanc trahere significationem, quam in quibusdam tantum locis valere concedendum est, sed constituenda potius esse varia notionum hujus formulæ genera ex contexta oratione et temporis *περιστάσεσι* diligenter definienda. Ne itaque a me misceantur invicem, quæ miscenda non sunt, ne vis interpretationi singulorum locorum N. T. inferatur in favorem opinionis amicorum, sententiæ reliquorum interpretum omnium accedere, et varia significationum genera constituere placet. Sunt autem hæc: α) *tempus adventus Christi in has terras.* Matth. III, 2. ubi Johannes baptista, qui tamen non admodum explicitas de regni Messiæ, indole habuisse videtur ideas, populum docet: *μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν* emendatione animorum præparate vos ad initia regni Messiæ, quæ jam imminent. ib. IV, 17. initia jam cepit regnum Messiæ, coll. v. 23. *κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας* tradens doctrinam de Christi in has terras adventu, ibid. X, 7. Marc. I, 15. Luc. X, 9. 11. β) *omnis salus et felicitas per Christum hominibus parta.* Matth. VI, 33. *ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ* operam date, ut consequamini felicitatem Christianam. ibid. XII, 28. *ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ* liberationem jam a spirituum malorum potestate vobis per me, Messiam, contigisse. XIX, 12. *διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν* ut compotes fierent felicitatis per Christum partæ. Luc. VI, 20. XI, 2. *ἐλθέτω σου ἡ βασιλεία* etiam nos participes redde felicitatis Christianæ. v. 20. XII, 31. XVI. 16.

Act. VIII, 12. Speciatim ita dicitur γ) *futura Christianorum felicitas in cœlo cum reditu Christi e cœlo conjuncta.* Matth. V, 10. ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν nam aliquando felicitate æterna beabuntur. ibid. v. 19. ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν exigua præmia in futura vita sperare poterit. v. 20. VII, 21. salutis æternæ particeps erit. VIII, 11. 12. υἱοὶ τῆς βασιλείας quibus primum destinata fuit felicitas æterna Christianorum. XVIII, 3. 4. XX, 1. Marc. IX, 47. coll. v. 46. Luc. XIII, 28. 29. XIV, 15. XXII, 16. 18. 30. XXIII, 42. Act. XIV, 22. 1 Cor. VI, 9. 10. XV, 50. Galat. V, 21. Ephes. V, 5. 1 Thess. II, 12. 2 Thess. I, 5. 2 Tim. IV, 18. Jacob. II, 5. 2 Petr. I, 11. Jam, quia hæc salus Christianorum in hac pariter ac futura vita speranda iis tantum vere contingit, qui *doctrinam Christi amplectuntur* et *diligenter observant*, et ipsa religio Christiana haud ultimum inter beneficia Christi obtinet locum, factum est, ut formula: βασιλεία Θεοῦ, οὐρανῶν, κ. τ. λ. etiam δ) interdum simpliciter *religionem Christianam* significaret, ex Judæorum loquendi usu, apud quos formula מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם de religione vere divina usurpata, haud raro occurrit, ut *Schoettgen.* l. l. et *Wetsten.* ad Matth. XXI, 25. docuerunt. Matth. V, 3. ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ad eos maxime pertinet religio Christiana. XIII, 11. τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν sensus parabolarum de fatis religionis Christianæ. ibid. v. 24. 31. 33. 38. 44. 47. 52. XXI, 43. XXII, 2. Marc. IV, 11. 26. 30. Marc. X, 14. τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ hi sunt, quibus maxime destinatæ sunt religionis Christianæ copiæ. v. 15. ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον qui non animo puerili præditus amplectitur religionem Christianam. Luc. VIII, 10. IX, 62. XIII, 18. 20. XVIII, 17. 29. Act. XIX, 8. XXVIII, 23. 31. Rom. XIV, 17. in religione Christiana non spectatur, utrum discrimen ciborum facias nec ne. 1 Cor. IV, 20. Apoc. I, 9. ἐν τῇ βασιλείᾳ ob religionem Christianam. Confer *Noesselti Opusc. Exeget.* T. II. p. 112. ε) *cœtus, societas Christianorum in his terris.* Matth. XI, 11. ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν minimus sectatorum Christi. v. 12. ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, vide βιάζω. XIII, 41. XVI, 19. XIX, 24. εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ amplecti religionem Christianam. XXI, 31. XXIII, 13. Marc. X, 23 24. 25. XII, 34. Luc. VII, 28. XVIII, 24. 25. Coloss. I, 13. Hebr. XII, 28. βασιλείαν παραλαμβάνοντες cum cives simus cœtus Christianorum. Joh. III, 3. 5. ζ) *imperium spirituale et invisibile, quo Christus cœtum sectatorum suorum his in terris tuetur et auget, suamque doctrinam in dies magis magisque propagat.* 1 Cor. XV, 24. ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν quando Christus resignabit imperium suum. Apoc. XI, 15. Hinc interdum ita vocatur η) *ipsa propagatio religionis Christianæ in his terris* æque ac *omne tempus, quo se Christus dominum ecclesiæ suæ insigni modo declarat.* Luc. IX, 27. ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, coll. Marc. IX, 1. Luc. XXI, 31. ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ adesse jam tempus, quo longe lateque propagabitur religio et felicitas Christiana. Act. I, 3. Coloss. IV, 11. Matth. XVI, 28. 2 Tim. IV, 1. in utroque hoc loco *regnum Messiæ* de solemni Christi in has terras reditu intelligendum est, postquam se universi generis humani dominum demonstrabit mortuorum resuscitatione et judicio super omnes habendo. ϑ) *regnum Christi terrenum et aspectabile, quod sibi finxerat Judæorum credulitas Christi et Apostolorum maxime ætate, bellis contra hostes et tyrannos gentis Israëliticæ clarum et insigne,* cujus spe non solum plebem Judæorum, sed etiam ipsos Apostolos et Christianos aliquamdiu innutritos fuisse, constat. Huc pertinet loca N. T. Matth. XVIII, 1. XX, 21. Marc. XV, 43. Luc. XVII, 20. XIX, 11. XXIII,

51. Hæc fere sunt loca N. T. (pauca enim tantum omisi, quæ mihi ambiguitate laborare videbantur) in quibus formula *βασιλεία Θεοῦ* et *οὐρανῶν* legitur, e quibus satis apparet, *τοὺς οὐρανοὺς* pro *Deo ipso* poni, a quo omnia bona, per Christum hominibus parta, unice sunt derivanda. Conf. *Koppe* l. l. p. 216. et *Gottl. C. Storr.* D. de notione vocis *βασιλεία τῶν οὐρανῶν* ex ipsis Christi dictis eruta. Tub. 794. 4. et in Ej. *Opusc. Acad.* Vol. I, p. 253.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ, είου, ὁ, ἡ, *regalis, regius, regem decens, ad regem pertinens.* Bis legitur in N. T. 1 Petr. II, 9. *βασίλειον ἱεράτευμα*, sacerdotium regium, h. e. sacerdotes, qui regiam dignitatem habent, coll. Exod. XIX, 6. *ὑμεῖς δὲ ἔσεσθέ μοι βασίλειον ἱεράτευμα*, ubi in Hebraico est: מַמְלֶכֶת כֹּהֲנִים. Substantive *βασίλειον*, scil. *δῶμα* s. *οἴκημα, regia, regia domus, aula.* Luc. VII, 25. *ἐν τοῖς βασιλείοις* (sc. *δώμασι*) in palatiis regiis, ubi *τὰ βασίλεια* sunt i. q. *βασιλικοὶ δόμοι* apud *Eurip.* Phœn. v. 1347. In vers. Alex. Prov. XVIII, 19. *τῷ* אַרְמוֹן respondet. Eodem sensu sumitur apud Græcos *Xenoph.* Anab. III, 4. 15. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 701.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ, έως, ὁ, 1. proprie: *rex, qui regis et nomen et potestatem et dignitatem habet.* Matth. I, 6. *τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα.* ibid. II, 1. 3. Luc. X, 24. XIV, 31.

2. *qui cum imperio ac potestate regioni præest, nec tamen regis nomen habet.* Matth. XIV, 9. ubi *βασιλεὺς* vocatur *Herodes Antipas*, qui Luc. III, 19. *ὁ τετράρχης* vocatur. Marc. VI, 14. Act. IV, 26. XII, 1. XXV, 13. Hebr. VII, 1. Eleganter de hoc loquendi usu exposuit *Krebsius* ad Decreta Romanorum pro Judæis e Josepho, p. 159. et 391. seq. Jam quia Græci etiam summum exercitus ac belli ducem *βασιλέα* vocare solebant, (*Orbicius* in libello *περὶ τῶν τάξεων*, qui subjectus est *J. Scapulæ* Lex. Gr. Lat. Edit. Glasg. 1816. Append. fol. 162. *ὁ δέ γε τοῦ παντὸς στρατοῦ ἡγεμονεύων, βασιλεύς.* Adde *Diod. Sic.* T. II, p. 538. ed *Wessel.*) factum est, ut etiam

3. *κατ' ἐξοχὴν imperator Romanus* ita diceretur, quemadmodum ab Herodiano imperium Romanum *βασιλεία* vocatur. 1 Tim. II, 2. *ὑπὲρ βασιλέων* pro salute imperatorum Romanorum. 1 Petr. II, 13. *εἴτε βασιλεῖ ὡς ὑπερέχοντι.* ibid. v. 17. *τὸν βασιλέα τιμᾶτε.* Exosum alias quidem erat Romanis *Regis* nomen, et ab illo æque ac nomine *Domini*, quia utrumque odiosum esse sentiebant, diligenter abstinuerunt *imperatores Romani;* nihilominus tamen constat ex monumentis sat antiquis, titulum *βασιλέως* non solum ab exteris et Christianis Scriptoribus longe ante ævum Constantinianum imperatoribus Romanis datum esse, sed etiam in Judaicis Scriptoribus nomen מֶלֶךְ et קֵיסַר promiscue usurpatum reperiri. Conf. *Spanhemius* de Usu et Præstantia Numismatum T. II. p. 397. et *Selden.* de Jur. Nat. et Gent. p. 803.

4. *quivis præfectus et præpositus, dux.* Apoc. IX, 11. *βασιλέα τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου.* Sermo enim ibi est de locustis, quarum agmen certo ordine volitat præmissis ducibus. V. *Eichhornii* Comm. ad h. l. Vol. II, p. 27. Sic etiam in Scriptt. Gr. *satrapæ Æschyl.* Pers. v. 24. et *prætores* (conf. *Fischer.* ad *Æchin. Socr.* Dial. III, 2.) *βασιλεῖς* dicuntur.

4. *κατ' ἐξοχὴν Deus Optimus Maximus βασιλεὺς* vocatur, ob summum ejus in omnes res creatas imperium. Matth. V, 35. *ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως* est enim summi regis urbs, seu ipsius Dei sedes. 1 Tim. I, 17. Deus *ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων*, et ibid. VI, 15. *βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων* vocatur. Apoc. XV, 3.

6. hoc nomine insignitur *Christus, quatenus est a Deo constitutus Dominus ecclesiæ suæ.* Matth. XXI, 5. XXV, 34. coll. v. 31. Luc. XIX, 38. Joh. I, 50. *ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.* ibid. XII, 15.

7. *Christiani ob summam eorum dignitatem et felicitatem* βασιλεῖς vocantur. Apoc. I, 6. καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς, ubi tamen in aliis codicibus βασιλείαν loco βασιλεῖς, et rectius, ut videtur, legitur. Apoc. V, 10.

ΒΑΣΙΛΕΎΩ, fut. εύσω, 1. proprie: *rex sum, regno, regis dignitatem et nomen habeo.* Luc. XIX, 14. οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς nolumus illum habere regem nostrum. ib. v. 27. 1 Tim. VI, 15. ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων. Interdum βασιλεύειν, ut ipsum nomen βασιλεὺς, etiam

2. de eo dicitur, *qui cum potestate et imperio alicui regioni præest, nec tamen regis et nomen et dignitatem habet.* Sic Matthæus II, 22. Archelaum, Herodis M. successorem, quem Augustus non regem, sed ethnarcham tantum constituit, βασιλεῦσαι scribit. Conf. supra ad βασιλεὺς a me dicta. Interdum hæc vox

3. etiam jam de *ipso Deo* atque *Christo, filio Dei*, usurpatur, ad utriusque summum imperium in omnes res creatas, et speciatim cœtum Christianorum describendum. Luc. I, 33. καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας et dominabitur perpetuo in familiam Jacobi. 1 Cor. XV, 25. δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν. Apoc. XI, 15. 17. Apoc. XIX, 6. ubi tamen βασιλεύειν est: *præstare se dominum, summi sui imperii edere documenta.*

4. metaphorice, et adjuncta universalitatis notione, *vim suam exserere in aliquem, invalescere* notat. Rom. V, 14. ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως vim suam mors exercuit in omnes inde ab Adamo usque ad Mosen. ibid. v. 17. et 21. ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης quemadmodum mors, peccati pœna, in omnes homines grassata est, ita benignitas divina vim suam exseruit per remissionem peccatorum. VI, 12. μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι ne operetur per vos vitiositas. *Xenoph. Mem.* IV, 3. 14. ἡ ψυχὴ βασιλεύει ἐν ἡμῖν.

5. *beatus, felix sum, felicissima conditione fruor, summam obtineo dignitatem.* Rom. V, 17. ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι vivent et beati erunt. 1 Cor. IV, 8. χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε, καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε sponte vestra felicissimi facti estis, et utinam res ita se vere haberet! Apoc. V, 10. XX, 4. 5. *Plutarch. de virtute et vit.* T. VI. Opp. p. 384. *Reiske* τρυφήσεις ἐν πενίᾳ καὶ βασιλεύσεις. Sic et *regnare* apud Latinos de *jucundissimo rerum statu* dicitur, v. c. apud *Cic.* ad Divers. VII, 24. " olim cum regnare existimabamur." *Horat.* I, ep. X, 8.

ΒΑΣΙΛΙΚΌΣ, ὸ, ἡ, τὸ, 1. *regius, regalis, ad regem spectans, a rege proveniens, regi conveniens.* Act. XII, 20. ἀπὸ τῆς βασιλικῆς (scil. χώρας) ex regio territorio. ibid. v. 21. ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικὴν indutus veste regia. Alex. hac voce fere usi sunt pro Hebraico מֶלֶךְ, et Chaldaico מַלְכָּה 2 Sam XIV, 26. Dan. VI, 7. etiam pro מַלְכוּת Esther. I, 19.

2. ὁ βασιλικὸς, sc. ὑπηρέτης, *aulicus, minister regis, aliquis e proceribus regis. Polyb.* IV, 76, 2. Joh. IV, 46. 49. *Vulgatus: regulus*, unde in quosdam codices venit lectio βασιλίσκος. *Syrus:* ܒܥܠ ܛܒܐ. Nam omnibus tamen interpretibus probata fuit hæc explicatio, quam multis Josephi locis comprobavit *Krebsius* in Obss. Flav. p. 144. Alii, ut *L. Bos.* ἀνὴρ supplere malunt, ut ἀνὴρ βασιλικὸς sit, qui est e familia regis oriundus, agnatus Herodis; alii vero vocem στρατιώτης omissam esse judicant. Conf. *Casauboni* Exercitt. Antibar. p. 356. et *Wetstenii N. T.* T. I, p. 866.

3. *summum, præstantissimum in suo genere.* Hanc vero significationem obtinet in loco Jacob. II, 8. ubi lex amoris et benevolentiæ erga alios homines βασιλικὸς νόμος κατὰ τὴν γραφὴν nominatur, h. e. præceptum, quod est judice Scriptura sacra longe præstantissimum, quod Matth. XXII, 39. coll. 38. ἐντολὴ πρώτη καὶ μεγάλη dici-

tur; ubi vid. *Wetstenius*. Eodem sensu Græci apud quos βασιλικὸς etiam *virum nobilem, clarum, in dignitate aliqua constitutum* notat, ut docuit *Kypke* ad Joh. IV, 46.) hac voce usi sunt, v. c. *Xenoph.* Sympos. I, 8. βασιλικὸν κάλλος.

ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ, ης, ἡ, 1. *regina*, quæ Græcis etiam βασίλεια aut βασιλὶς dicitur, monente *Phrynicho*: βασίλισσα οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων εἶπε, ἀλλὰ βασίλεια ἢ βασιλὶς, et *Scholiasta Oppiani* ad *Halieut.* I, 39. cui etiam *Thom. M.* et *Mœris* accesserunt. Sed βασίλισσα etiam apud *Plutarchum*, *Herodianum* (I, 7. 6.), *Heliodorum*, *Xenophontem* (Œcon. IX, 15.) *Polybium* (V, 43.) et alios legitur; conf. *Georg.* Hierocrit. N. T. P. I. p. 112. et *Irmisch.* in Observatt. ad l. l. *Herodian.* p. 247. Matth. XII, 42. βασίλισσα νότου. Luc. XI, 31. Act. VIII, 27. τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων.

2. metaphorice: *mulier, in summa dignitate constituta*. Apoc. XVIII, 7.

ΒΑ΄ΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *gressus, incessus*, i. q. ἔβδισις, qua voce *Suidas* interpretatus est. Sic legitur apud *Sophocl.* in Aj. Flag. v. 8. Κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις. *Hesychius* quoque hoc ipsum nomen inter alia πορείαν et βῆμα significare monet.

2. metonymice: *id, quo fit gressus, pes, planta pedis, ea pedis pars, quæ infra talos est*. Act. III, 7. ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρὰ confirmatæ sunt ipsius plantæ et tali. Sapient. XIII, 18. τὸ μηδὲ βάσει χρῆσθαι δυνάμενον. *Herodian.* VI, 5. 12. *Apollodor. Bibl.* I, 3. πηρωθέντα τὰς βάσεις. *Schol. Sophoclis* ad Philoct. v. 692. βάσιν· πόδα. Hinc etiam *basin, fundamentum, fulcimentum* notat, quæ significatio nec Alexandrinis interpretibus, nec Græcis Scriptoribus infrequens est.

ΒΑΣΚΑΙ΄ΝΩ, fut. ανῶ, vox Latina *fascino*, quæ, præeunte *L. Bos.* in Exercitt. Philol. in N. T. p. 174. seq. a βάσκω derivanda videtur, quod, *Hesychio* teste, *maledicere, obtrectare*, κακολογεῖν notat, ut adeo βασκαίνω

1. proprie: *calumnior, accuso*, significet, quam notionem olim vere in usu fuisse, tradunt Lexicographi vett. *Hesych.* βασκαίνει· μέμφεται. *Suid.* βασκαίνει· αἰτιᾶται καὶ μέμφεται καὶ συκοφαντεῖ. *Thom. M.* βασκαίνω· μέμφομαι, διαβάλλω.

2. *invidere*, quia calumniæ ex invido in alios animo oriri solent. Vid. *Pollux* Onomast. III, c. 18. *Hesych.* βασκαίνει· λυπεῖ, φθονεῖ. *Dion. Halic.* T. VI. *Opp.* p. 339. et T. VIII. p. 130. *Reisk.* Sirac. XIV, 6. 8. coll. v. 10. Hinc βασκανία *invidia*. Sapient. IV, 12.

3. *fascinare oculos, magicis artibus excantare aliquem*. *Ælian.* V. H. I, 15. *Theocrit, Idyll.* ς΄. 39. Unde Græcis grammaticis βασκαίνειν est παρὰ τὸ φάεσι καίνειν, in qua sententia fuit *Schol. Aristoph.* ad Plutum v. 571. βασκαίνειν λέγεται παρὰ τὸ τοῖς φάεσι καίνειν, ὅ ἐστι τοῖς ὀφθαλμοῖς κτείνειν, διὰ τοῦ βλέμματος φθείρειν. Hinc

4. metaphorice: *malis artibus aliquem decipere et in errores inducere*. Sic semel legitur in N. T. Galat. III, 1. τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε; quis vos falsa doctrina seduxit? Exposuit post alios de variis hujus verbi significationibus *Irmisch.* ad *Herodian.* T. I. p. 897. *Wetstenius N. T.* T. II. p. 222. et *Joh. Floderus* in Diss. de vi verbi βασκαίνειν. Upsal. 1764. 4.

ΒΑΣΤΑ΄ΖΩ, fut. άσω, 1. *porto, manu fero, bajulo, gero, mecum habeo*, et speciatim de iis usurpatur, qui onus humeris subeunt. Matth. III, 11. οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι non dignus sum, qui calceamenta ejus portem, h. e. qui vilissima ipsi servitia præstem. Marc. XIV, 13. κεράμιον ὕδατος βαστάζων. Luc. VII, 14. οἱ βαστάζοντες qui portabant feretrum. ib. X, 4. XI, 27. ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε venter, qui te gestavit. Act. XXI, 35.

2. *attollo*, quia, quæ portanda sunt, fere attolli debent. Joh. X, 31. ἐβάστασαν οὖν πάλιν λίθους. *Vulgatus*: sustulerunt igitur iterum lapides. coll. VIII, 59. *Joseph.* A. J. VII, 11. 7.

βαστάσας δὲ αὐτὴν ἀπὸ τῆς γῆς. VIII, 2. 2. *Homer. Il.* λ'. 593. φ'. 405.

3. *aufero, removeo,* (*Appian. Bell. Civ.* l. I. p. 647.) etiam *surripio, furor.* Matth. VIII, 17. καὶ τὰς νόσους ἡμῶν ἐβάστασε in se suscepit morbos nostros; ubi imago petita est ab iis, qui onera aliorum in se suscipiendo, eos sublevant, eorumque incommoda in se transferunt; nisi statuere malimus, ut Lat. *tollere* (*Ovid. Pont.* I, 3.) ita etiam βαστάζειν verbum fuisse olim proprium medicorum, morbos sanantium, quod docere videtur locus *Galeni* de *Compos. medic. per genera* II. ψώρας τε θεραπεύει, καὶ ὑπώπια βαστάζει. Joh. XII, 6. καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν et quod immittebatur, furto auferebat. Sunt tamen, qui ἐβάσταζεν per *asservabat, curam habebat* reddere malint. Joh. XX, 15. εἰ ἐβάστασας αὐτὸν si abstulisti ejus cadaver; ubi in uno codice legitur ἦρες, coll. v. 13. et *Wetstenio N. T.* T. I. p. 959. *Suid.* βαστηχθείη· ἀρθείη, κλαπείη. *Apollodor.* Bibl. III, 4. 3. Ita et *ferre* apud Latinos pro *auferre.* Conf. *Menagium* ad *Diog. Laërt.* IV, 5. 5. 9. *Schweighæuser.* ad *Polyb.* XVIII, 1. 15. et *Krebs.* Obss. Flav. p. 153. seq.

4. *asporto,* et metaphorice: *annuncio, trado, doceo, divulgo.* Act. IX, 15. τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν ut gentilibus tradat meam religionem. Confer quæ de vi hujus phraseos scripsit *H. Scharbau* in Obss. SS. p. 173. seq.

5. *intelligo, capio, satis idoneus sum ad aliquid discendum et cognoscendum.* Joh. XVI, 12. ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι multa adhuc dicenda restant, quibus tamen recte intelligendis vos impares sentio. *Syrus* bene: non potestis ܠܡܫܩܠ *capere. Epictet. Enchir.* c. 36. τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, εἰ δύνασαι βαστάσαι, sc. φρενί, quod addit *Suidas* aliquo loco

6. *perfero, sustineo, tolero, æquo animo fero, indulgeo.* Matth. XX, 12. τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα qui pertulimus laboris et æstus solis molestias. Act. XV, 10. Rom. XV, 1. τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάσαι accommodare se imbecillioribus. Galat. VI, 2. ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε. Vide sub βάρος. Apoc. II, 2. 3.

7. *accipio, reporto, afficior,* i. q. κομίζομαι. Galat. V, 10. βαστάσει τὸ κρίμα pœnas dabit Deo, punietur gravissime. Eodem modo נָשָׂא Micha VII, 9. usurpatur.

8. *premor, vexor aliqua re.* Galat. VI, 5. ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει nemo est ab omnibus vitiis et erroribus plane immunis.

ΒΑ'ΤΟΣ, ου, ἡ, *rubus, sentis,* ἡ ἄκανθα, ut *Etymolog. M.* interpretatur, et τὸ τῆς ἀκάνθης εἶδος, teste *Mœride.* Alexandrini usi sunt pro Hebraico סְנֶה, Exod. III, 2. 3. 4. Deut. XXXIII, 16. Quater legitur in N. T. Marc. XII, 26. ἐπὶ τοῦ βάτου, ubi historia de rubo ardente narratur, in quo Mosi Deus apparuit. Luc. VI, 44. οὔτε ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλήν neque e rubo vindemiatur uva. ibid. XX, 37. Act. VII, 30. ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου in flamma rubi ardentis. *Plutarch.* T. VI. Opp. p. 355. ed. *Reiske. Polyb.* III, 71. 1. Conf. de hac voce præter *Dioscorid.* IV, c. 37. *Suiceri Thesaur. Eccles.* T. I. p. 672. et *Ol. Celsii Hierobot.* T. II. p. 58.

ΒΑ'ΤΟΣ, ου, ὁ. *Batus.* Est genus mensuræ liquidorum, quod juxta *Joseph.* A. J. VIII, 2. fin. capiebat sextarios septuaginta et duos, (δύνανται, inquit, χωρῆσαι ξέστας ἑβδομήκοντα καὶ δύο) *amphora attica.* At *Epiphan.* de Mensuris p. 540. ed. Bas. quinquaginta tantum sextarios capere monet. Conf. *Theodoret.* Opp. T. I. ed. Hal. p. 466. et scholion in *Hexaplis Origen. Montfauc.* ad 1 Regg. V, 11. Nomen habet ab Hebraico בַּת Ezra VII, 22. quod teste *Theodor.* l. l. alii βάτον, alii βάδον scripserunt. Vocatur hæc mensura etiam μετρητὴς ab Alex. 2 Paralip. IV, 5.

In N. T. semel legitur Luc. XVI, 6. ἑκατὸν βάτους ἐλαίου. *Vulg.* centum cados olei, ubi codices βάδους, κάδους, etiam κάζους habent. *Syrus* autem transtulit ; quod est ipsum Græcum μετρητάς. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 763.

ΒΑ΄ΤΡΑΧΟΣ, ου, ὁ, *rana*. Vox πεποιημένη videtur auctori *Etym. M.* παρὰ τὴν βοὴν τραχεῖαν ἔχειν, quod habet vocem asperam et inconditam. Vide *Bochart.* Hieroz. P. II, L. V. c. 1. p. 651. Semel legitur in N. T. Apoc. XVI, 13. ὅμοια βατράχοις. Alexandrini usi sunt pro Hebr. צְפַרְדֵּעַ Ps. LXXVIII, 45. CV, 30.

ΒΑΤΤΟΛΟΓΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *balbutio, lingua titubo et hæsito;* nam βάττος dicitur Græcis, *qui non potest plane, clare et distincte eloqui quod vult*, μογιλάλος. Jam, quia balbutientes solent multis vicibus iterare syllabas et singula verba, factum est, ut βαττολογεῖν deinde etiam significaret

2. non tam *verbosum esse*, quam *repetitione verborum eorumdem odiosa et vana uti, eadem sæpius repetere in loquendo*, i. q. ταυτολογεῖν. Sunt tamen, qui originem duxisse hoc vocabulum existimant a *Batto* quodam, poëta, qui hymnos perhibetur fecisse longos et verbosos, constantes formulis multis, unam eandemque rem declarantibus. *Suid.* βαττολογία· ἡ πολυλογία, ἀπὸ Βάττου τινὸς μακροὺς καὶ πολυστίχους ὕμνους ποιήσαντος, ταυτολογίαν ἔχοντας. *Alberti* Gloss. N. T. p. 202. μὴ βαττολογήσητε. Βάττος ἦν Λίβυς τὸ γένος Κυρηναῖος αἰπόλος ἢ ποιμὴν ὕθλος καὶ στωμύλος, παρ' οὗ τὸ βαττολογεῖν καὶ ὑθλεῖν. In libris Græcis, qui ad nostram pervenerunt ætatem, verbum βαττολογέω non reperitur, sed olim in usu fuisse, docet *Hesych.* βαττολογία· ἀργολογία, ἀκαιρολογία. Tantum legitur in N. T. Matth. VI, 7. προσευχόμενοι μὴ βαττολογήσητε ὥσπερ οἱ ἐθνικοὶ ne multa et inania verba faciatis in precibus, gentilium more; ad quem locum conf. *Schwarz.* Commentar. Ling. Gr. p. 246. et Sirac. VII, 14. Cæterum lectu digna de hac voce habent *Casaubonus* Exercitt. Antibar. XIV, 8. *Stolberg.* Exercitt. Ling. Gr. IX, p. 364. *Wetstenius* N. T. T. I, p. 322. *Gust. Sommelius* D. de genuina notione h. v. Lund. 1766. 4. et *J. D. Michaëlis* in Diatribe de Battologia, in Syntagmate Commentationum P. II, p. 57. seq.

ΒΔΕΛΥΓΜΑ, τος, τὸ, 1. *abominatio, exsecratio, aversatio*, etiam *res abominabilis et detestabilis, quam ob fœtorem pessimum, quem emittit*, (sic enim proprie dici videtur) *vel aliam fœditatem omnes aversantur.* Matth. XXIV, 15. Marc. XIII, 14. τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, qua formula aut summa et abominabilis vastatio, aut ob locum Dan. IX, 27. XII, 11. ubi שִׁקּוּץ מְשֹׁמֵם legitur, exercitus omnia vastans, per quem imminet summa et abominabilis vastatio, indicatur, coll. Luc. XXI, 20. et *Joseph.* A. J. X, 11. 7. Simplicissima hæc interpretandi ratio, quæ etiam punctum tulit *Krebsii* in Observv. Flav. p. 52. adeo certa est, ut mirandum sit, alios βδέλυγμα ἐρημώσεως de statua Caligulæ, in templo Hierosolymitano collocata, historiæ repugnantes, explicasse, alios vero de *insignibus aquilarum, in Hierosolymam et templum a Romanis collocatis*, cogitasse. Conf. *Ernesti* ad *Suidæ* et *Phavorini* Glossas Sacr. p. 26. Luc. XVI, 15. βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ displicet Deo.

2. speciatim βδέλυγμα *idolum, idololatriam* et *omne, quod ad idolorum cultum pertinet*, significat, ex usu loquendi Alexandrinorum. Sic 1 Regg. XI, 5. Astarte βδέλυγμα Σιδωνίων idolum Sidoniorum vocatur ab Alexandrinis, et ab iisdem βδέλυγμα pro אֱלֹהִים, 1 Regg. XI, 23. גִּלּוּלִים, ibid. XXI, 22. et אֱלִילִים, Ies. II, 8. 20. ponitur; in quo secuti videntur usum vocabulorum Hebraicorum

שִׁקּוּץ (quod Deut. XXIX, 17. Jerem. XIII, 27. de idolorum cultu usurpatur) et תּוֹעֵבָה. (quod de *ipsis idolis* Exod. VIII, 26. dicitur.) *Lex. Cyrilli MS.* πᾶν εἴδωλον βδέλυγμα ἐκαλεῖτο παρὰ Ἰουδαίοις. Huc referrem locum Apoc. XVII, 4. ποτήριον γέμον βδελυγμάτων ubi explicationis causa additur καὶ ἀκαθάρτητος πορνείας αὐτῆς. ibid. v. 5. Babylonia mater τῶν βδελυγμάτων τῆς γῆς, h. e. idolorum cultus, latissime propagati, dicitur. *Coran. Sur.* LXXIV, 5.

3. *peccatum atrocissimum.* Apoc. XXI, 27. ποιοῦν βδέλυγμα καὶ ψεῦδος. Sirac. XV, 13. ubi *Syrus* videndus. In vers. Alex. respondet Hebraico מְזִמָּתָה *scelus gravissimum.* Jer. XI, 15. *Phavor.* καὶ ἔτι βδέλυγμα ἡ πραττομένη πρᾶξις παρὰ τὸν προσήκοντα λόγον. Idem tradit *Lex. Cyrill. MS.*

ΒΔΕΛΥΚΤΟ῾Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *abominabilis, exsecrabilis, detestabilis,* a βδελύσσομαι. Semel legitur in N. T. Tit. I, 16. βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς Deo ob impietatem abominabiles. Proverb. XVII, 15. תּוֹעֲבַת יְהוָה גַּם שְׁנֵיהֶם Alex. ἀκάθαρτος καὶ βδελυκτὸς παρὰ Θεῷ. *Hesych.* βδελυκτός· μισητὸς, ἐξουθενημένος, βδελυρός.

ΒΔΕΛΥ΄ΣΣΟΜΑΙ, vel attice ΒΔΕΛΥ΄ΤΤΟΜΑΙ, fut. ὑξομαι,

1. proprie: *aversor aliquam rem ob fœtorem aut saporem pessimum, quem emittit.* Sic legitur apud *Aristoph.* Plut. v. 700. *Hesych.* βδελύσσεσθαι· κενοῦσθαι τὴν κοιλίαν. Hinc

2. in universum: *abominor, aversor, detestor aliquid. Aristoph. Nub.* 1131. *Suid.* βδελύττεσθαι αἰτιατικῇ, μυσάττεσθαι, ναυτιᾷν, ἀποστρέφεσθαι. *Hesych.* βδελυσσόμενοι· μισοῦντες. βδελύττεται· μισεῖ, ὑφορᾶται·

3 *abominabilem et detestandum esse,* et inprimis de *iis* usurpatur, *qui sceleribus atrocissimis omnis generis et idolorum cultu se abominabiles Deo reddunt.* Apoc. XXI, 8. καὶ ἀμαρτωλοῖς καὶ ἐβδελυγμένοις, coll. Hos. IX, 10.

4. *abominabile aliquid declaro, jubeo alios aliquid detestari.* Sic legitur in N. T. Rom. II, 22. ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα qui idolorum cultum fugiendum mones; nam præcessit ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν.

ΒΕ΄ΒΑΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, et αιος, αία, αιον,

1. proprie: *firmus, stabilis, qui non facile labefactari et concuti potest. Hesych.* βέβαιον· ἀσάλευτον, ἀσφαλές. Hinc explicandum esse censuerunt plerique interpretes locum Hebr. VI, 19. ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, non incommode quidem, sed tamen non necessario, nam verba ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν æque commode ad ἣν, sc. ἐλπίδα, ac ad ἄγκυραν referri possunt.

2. *certus, qui est indubitatæ veritatis, erroris expers, ratus,* i. q. ἀληθής. Rom. IV, 16. εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν et ita rata maneat promissio, h. e. eventum habeat certissimum. 2 Cor. I, 7. καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν et spem certissimam de vobis foveo. Hebr. II, 2. lex Mosaica βέβαιος dicitur, quatenus ejus promissiones et minæ certissimum habuerunt eventum, et nemo eam impunis violare poterat. ibid. IX, 17. διαθήκη ἐπὶ νεκροῖς βεβαία testamentum ratum fit testatoris morte. 2 Petr. I, 19. ἔχομεν βεβαιότερον προφητικὸν λόγον habemus certiora vaticinia.

3. *constans.* Hebr. III, 6. παῤῥησία βεβαία constans fiducia. ibid. v. 14. 2 Petr. I, 10. *Thucyd.* V, 43. οὐ βεβαίους φάσκων εἶναι Λακεδαιμονίους.

ΒΕΒΑΙΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *aliquid firmum et stabile reddo, et efficio, ne labefactetur aut e loco suo dimoveatur.* Ita in N. T. non legitur, etsi ita haud raro adhibetur ab exteris scriptoribus.

2. metaphorice: *confirmo certis argumentis, auctoritate munio, persuadeo,* etiam speciatim: *ratum facio, eventu comprobo. Hesych.* βεβαιῶ· κυρῶ. Marc. XVI, 20. τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν σημείων miraculis doctrinæ eorum divinam auctoritatem concili-

ante. Hebr. II, 3. ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη nobis a discipulis Christi certissime tradita est. Hebr. XIII, 9. καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν præclarum est animum habere de veritate religionis Christianæ persuasum. Rom. XV, 8. εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὴν ἐπαγγελίαν τῶν πατέρων ut eventu comprobaret promissiones a Deo majoribus datas. Hoc sensu est et apud *Lysiam* p. 325. et apud *Demosthenem*, observante *Wetstenio* N. T. T. II. p. 93.

3. *constantem reddo, efficio, ut aliquid menti alicujus semper inhæreat, confirmo.* 1 Cor. I, 8. ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἀνεγκλήτους qui et vos confirmabit in vero religionis Christianæ studio. 2 Cor. I, 21. ὁ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν qui confirmat nos vobiscum in religione Christiana. Coloss. II, 7. βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει. 1 Cor. I, 6. καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν et doctrina Christiana altos in animis vestris egit radices et quotidie progressus facit.

ΒΕΒΑΙΩΣΙΣ, εως, ἡ, *confirmatio, uberior declaratio et defensio.* (a βεβαιόω.) Philipp. I, 7. βεβαίωσις τῆς πίστεως defensio, religionis Christianæ confirmandæ causa suscepta. Hebr. VI, 16. ὁ ὅρκος εἰς βεβαίωσιν jusjurandum datum ad fidem faciendam dictis. coll. *Thucyd.* IV, 87. Sæpius non legitur in N. T. Sapient. VI, 18. προσοχὴ νόμων βεβαίωσις ἀφθαρσίας observatio præceptorum divinorum animum certa spe felicitatis æternæ replet.

ΒΕ΄ΒΗΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie Græcis dicebatur *profanus*, h. e. *omnis, qui a sacris arcetur et mysteriis, non initiatus*, i. q. ἀμύητος, *qui quasi limine*, τῷ βηλῷ, *et ostio templi arcetur et arcendus est.* Recte enim deducitur a βηλὸς, quod *limen domus* et *limen ædis sacræ* significat, et βε, quod in compositione *negandi* et *privandi* significationem habet. Videatur *Herald.* ad *Arnob.* p. 78. Βέβηλον iisdem proprie *omne, quod Diis non est consecratum*, dicitur, v. c. *Æschyl.* Supplic. v. 518. βέβηλον ἄλσος, h. e. τὸ πᾶσι βατὸν καὶ μὴ ἱερόν. Conf. *Spanhem.* ad *Callim.* Hymn. in Apoll. v. 2. *Hesych.* βέβηλον· τὸ μὴ ἱερὸν καὶ ἄθεον. βέβηλος· ἀνίερος, ἀμύητος. *Etym. M.* βέβηλος· ὁ μὴ ἱερὸς τόπος, ἀκάθαρτος καὶ βατὸς πᾶσιν. Sed in N. T. et de *personis* adhibetur, et tunc,

2. ut Latinum *profanus, religionis ac sacrorum violatorem et contemtorem, hominem, qui legem nullam divinam curat*, significat. Sic legitur in N. T. 1 Tim. I, 9. ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις. Hebr. XII, 16. 3 Macc. II, 14.— et de *rebus* dicitur et

3. *omne, quod est alienum a religione Christiana*, significat. 1 Tim. IV, 7. τοὺς βεβήλους μύθους fabulas a religione Christiana plane alienas. ibid. VI, 20. 2 Tim. II, 16.—Utuntur fere hoc vocabulo Alexandrini pro Hebr. חֹל Levit. X, 10. 1 Sam. XXI, 4. 5. Occurrit etiam in *Aquilæ* reliquiis Ezech. XLVIII, 15.

ΒΕΒΗΛΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, *profano, contamino, violo.* Respondet Hebr. חָלַל, חִלֵּל, Exod. XXXI, 14. Num. XVIII, 32. Nehem. XIII, 17. etiam טָמֵא Ezech. XLIII, 7. 8. in versione Alex. In N. T. bis legitur Matth. XII, 5. τὸ σάββατον βεβηλοῦσι leges Sabbati violant, coll. Nehem. XIII, 18. βεβηλῶσαι τὸ σάββατον. Act. XXIV, 6. τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι templum conatus est profanare. Ezech. XXII, 26. καὶ ἐβεβήλουν τὰ ἅγιά μου καὶ τὰ σάββατα. *Hesych.* βεβηλοῦνται· μιαίνονται, ἁμαρτάνουσι. Idem: ἐβεβήλωσεν· ἐμίανεν, ἐμόλυνεν, ἀκάθαρτον ἐποίησε.

ΒΕΕΛΖΕΒΟΥ΄Λ, ὁ, seu, ut etiam in codicibus N. T. haud raro scribi solet, Βεελζεβούβ. Ita vocatur in N. T. *princeps geniorum malorum, Satanas*, ὁ ἄρχων τῶν δαιμονίων, ut explicatur Matth. XII, 24. Marc. III, 22. Luc. XI, 15. 18. 19. ubi ἐν Βεελζεβοὺλ est: auxilio principis geniorum malorum. Matth. XII, 27. X, 25. εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐπεκάλεσαν patremfamilias cum Beelzebulis ministrum criminantur. De origine hujus vocis

diversæ sunt doctorum virorum sententiæ. Alii pro βεελζεβοὺς, ς cum λ permutato, dictum existimant. בַּעַל זְבוּב autem erat nomen *idoli Ecronitarum*, 2 Regg. I, 2. proprie notans *Dominum muscarum*, quod crederent, illud idolum abigere posse muscas, quibus regio Ecronitarum admodum vexabatur, quemadmodum et Jupiter a Græcis dictus fuit *ἀπόμυιος*, h. e. abactor muscarum, et *μυίαγρος*. Conf. *Seldenum* de *Diis Syris* II, c. 6. *Plin. H. N.* X, 28. Cyrenaici Achorem Deum invocant, muscarum multitudine pestilentiam afferente, quæ protinus intereunt, postquam libatum est illi Deo. *Alberti* Gloss. N. T. p. 30. βεελζεβούλ· *καταπίνων μυίας*, ex זְבוּב *musca* et בָּעַל, quod Alexandrini Ies. XVI, 8. *καταπίνειν* reddiderunt per metathesin literarum pro בָּלַע *absorpsit*. Alii Judæos Satanæ nomen βεελζεβοὺλ ignominiæ causa dedisse statuunt, eumque, quasi *dominum stercoris*, seu *stercoreum* vocasse, a זָבֶל *fimus*, *stercus*. Conf. *Lightfoot.* ad Matth. XII, 24. Sed rectius statuere videntur, qui βεελζεβοὺλ proprie *principem, præfectum deastrorum* notare affirmant, ut זְבוּל nomen olim fuerit omnibus idolis commune, (Certe זְבוּל *stercorarium* etiam pro *fano idololatrico* legitur in *Hieros. Berachos* Fol. 12. col. 2. et ibidem sacrificantes idolis *stercorantes* מְזַבְּלִין dicuntur. Vide J. *Sauberti Var. lectt. text. Gr. Ev. Matth.* p. 107.) nisi quis ab Hebraico זָבַל *habitare* deducere malit, ut Satanas ita dictus sit ob ejus in corpora humana potestatem. Alia habet *Buxtorf. Lex. Talm.* f. 333. et *Seldenus* de *Diis Syris Synt.* II. c. 7.

ΒΕΛΙ'ΑΛ, ὁ. Admistum Græco sermoni vocabulum Hebraicum בְּלִיַּעַל, quod, compositum e particula בְּלִי et vocabulo יַעַל, proprie *hominem nequam neque frugis bonæ* significat. Conf. *Fischerum* de Versionibus Græcis V. T. p. 93. seq. Semel legitur in N. T. 2 Cor. VI, 15. *τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαλ*; ubi vel cum plerisque *princeps iste atque dux geniorum malorum*, *Satanas*, vel *paganismus* intelligendus est. Conf. Grotius ad h. l. De lectione vitiosa Βελίαρ, quam h. l. codices quidam habent, videndus est *Alberti* ad *Hesychium* T. I. p. 717. Laudat locum Pauli *Suidas*: Βελίαρ· *τῇ Ἑβραίων φωνῇ τὸν ἀποστάτην δηλοῖ.* Ὁ Ἀπόστολος· Τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ Βελίαρ;

ΒΕ'ΛΟΣ, εος, τό. Est vocabulum generis et æque late patens ac Hebr. שֶׁלַח et Lat. *telum* (quod *Festus* de *verb. signif.* p. 463. et *Servius* ad Æn. II, 468. a Græco *τήλοθεν eminus* deduxerunt.), *omne armorum genus, quod manu vel arcu eminus emittitur, omnis generis tela, quæ jaciuntur et mittuntur, jaculum, sagittam*, etc. significat, a *βάλλω jacio*: (pro quo et βέλλω antiquitus dicebatur. V. *Homer.* Il. ε'. 369.) unde apud Græcos *τὰ βέλη* sagittariis, *τοξόταις*, æque ac jaculatoribus, *ἀκοντισταῖς*, et funditoribus, *σφενδονίταις*, tribuuntur. *Eustathius*: βέλος· *πᾶν τὸ πόρρωθεν βαλλόμενον. Hesych. πᾶν τὸ βαλλόμενον.* (*κἂν λίθος εἴη* addit *Apollonii Lex. MS.* teste *Alberti* ad *Hesych.*) In N. T. semel legitur Ephes. VI, 16. *τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι.* Βέλη *πεπυρωμένα tela ignita* sunt quidem proprie *tela, in quorum capite, seu alveo excavato includebatur ignis, ut incendium excitare possent in urbibus et lethaliter conficere, in quem missa erant*, quæ Latinis *malleoli* et *phalaricæ* s. *falaricæ* dicebantur, (vid. *Apollodor.* Bibl. II. c. 4. §. 2. *Zosimus* III, 25.) de quibus lectu digna habet *Is. Casaubonus* ad Æneæ Tactica p. 103. et *Vegetius* de Re Militari IV. c. 18. sed deinde, ut omnino pro *telis maxime periculosis et lethalibus* dicuntur, ita in loco Paulino metaphorice *omnes omnino res* significant, *quibus saluti Christianorum periculum tunc tem-*

poris struebatur ab hostibus et adversariis relig. Christianæ, maxime *persecutiones et calamitates ob religionem Christianam.*

ΒΕΛΤΙ΄ΩΝ, *ονος, ὁ, ἡ, melior, rectior.* Est comparativus irregularis nominis *ἀγαθός.* Neutrum *τὸ βέλτιον melius, rectius*, fere adverbialiter sumitur. Semel legitur in N. T. 2 Tim. I, 18. *βέλτιον σὺ γινώσκεις* optime tu nosti.

ΒΕΝΙΑΜΙ΄Ν, *ὁ. Benjamin.* Nomen proprium Hebraicum *ἄκλιτον* filii Jacobi duodecimi ex Rahele suscepti, a qua, doloribus partus defatigata et morti vicina, primum בֶּן־אוֹנִי *filius doloris*, sed ab ipso patre בִּנְיָמִין dictus fuit, quod nempe in senectute Jacobi natus fuerat, quasi בֶּן־יָמִים Gen. XXXV, 18. In N. T. per metonymiam etiam tribuitur *ejus posteris*, seu *tribui, ab eo descendenti.* Act. XIII, 21. *ἐκ φυλῆς* Βενιαμίν. Rom. XI, 1. Philipp. III, 5. Apoc. VII. 8. Sæpius non memoratur in N. T.

ΒΕΡΝΙ΄ΚΗ, *ης, ἡ. Bernice.* Nomen proprium *filiæ Herodis Agrippæ majoris* et regis Agrippæ minoris sororis, quæ primum nupta fuit patruo suo, *Herodi*, Chalcidis regi. Ipso mortuo, aliquamdiu, sed parum honeste, in viduitate vixit; suspecta enim erat incestuosa cum Agrippa fratre familiaritate, cujus suspicionem ut removeret, *Polemoni*, Ciliciæ regi, nupsit, a quo discedens ad fratrem rediit, eumque, non sine aucta incestus suspicione, comitabatur. Conf. *Joseph.* A. J. XX, 7. s. 1. 2. In N. T. bis commemoratur Act. XXV, 13. 23. XXVI, 30. Conf. *Wetstenii* N. T. T. II. p. 627.

ΒΕ΄ΡΟΙΑ, *ας, ἡ. Bercea.* Urbs Macedoniæ (Βέροια, *ἡ κατὰ* Μακεδονίαν, ut vocatur Lib. VII. *Constitutt. Apostol.* c. 46. ut ab alia ejusdem nominis urbe in Syria, a Seleuco fundata, cujus *Joseph.* A. J. XII, 9. 7. mentionem facit, distinguatur) prope Pellam inter Lydiam et Haliacmonem fluvios sita, ubi Paulus non sine fructu uberrimo doctrinam tradidit Christianam, quæ deinde dicta est Irenopolis, et hodie a Turcis Boor vocatur. Scribitur etiam Βέρροια, de quo conferendus est *Wassius* ad *Thucyd.* I, c. 61. p. 351. Tom. I. ed. *Bipont.* Diversæ hujus scribendi rationis vestigia etiam reperiuntur in codicibus N. T. Act. XVII, 10. 13. ubi vid. *Wetstenius.*

ΒΕΡΟΙΑΙ΄ΟΣ, *αία, αῖον. Bercœensis, Bercæa oriundus*, a Βέροια, *Bercæa.* Legitur in N. T. Act. XX, 4.

ΒΗΘΑΒΑΡΑ΄, *ᾶς, ἡ. Bethabara.* Semel in N. T. legitur hoc nomen proprium, quod vi etymologiæ *locum ad transitum accommodatum, oppidum, seu locum, ubi Jordan trajicitur* (nam est ex בֵּית *domus, locus*, et עֲבָרָה *transitus, trajectio*, compositum) significat. Joh. I, 28. ubi tamen expungendum est, et reponendum Βηθανίᾳ ex auctoritate codicum optimorum et paraphr. *Nonni Megalopol.* Lectio Βηθαβαρᾷ ex mera conjecturali correctione *Origenis* orta videtur, qui Opp. T. II, p. 130. seq. ed. Huet. se in illas terras iter instituisse narrat, nullum autem oppidum, nomine Bethania insignitum deprehendere potuisse, sed ibi circa Jordanem invenisse urbem, Bethabaram dictam. Sed sine dubio urbs, quæ Christi ætate Bethania vocabatur, sequenti ætate Bethabara dicta fuit, nam utrumque vocabulum vi etymologiæ unum idemque notat, ut statim videbimus. Qui vero Bethabaram a Bethania diversam esse statuunt, illam urbem fuisse trans Jordanem docent inter pontem Chamatanum prope Tiberiadem ad effluxum Jordanis e mari Genesaritico, et trajectum Hierichuntinum in tribu Manasse sitam. Vide *Lightfoot.* Disquis. Chorogr. Johanni præmissa p. 911. *Ludov. de Dieu* Crit. S. p. 491. et *Cellarii* Notit. Orb. Antiq. L. III, c. 13.

ΒΗΘΑΝΙ΄Α, *ας, ἡ. Bethania.* Duplex fuit Bethania. Una oppidum vel vicus, ultra montem Oliveti situs,

quindecim ab Hierosolyma stadiis, in loco aspero et montano, qui Joh. XI, 1. vocatur κωμὴ Μαρίας καὶ Μάρθας, ubi Jesus Lazarum ex mortuis resuscitavit, Joh. XI, 11. 18. et haud raro cum discipulis suis pernoctavit, Matth. XXI, 17. et nomen suum accepisse videtur a dactylis palmarum ibi frequentibus (quasi בֵּית חִינֵי locus dactylorum) ex sententia *Lightfoot.* in Centuria Chorographica Matthæo præfixa cap. 41. Vide *Wetstenii* N. T. T. I. p. 464. *Altera* vero, cujus mentionem facit Joh. I, 28. fuit urbs trans Jordanem in tribu Ruben, ubi Johannes baptizabat, et Jordanes trajiciebatur, postea Bethabara dicta, composita ex בֵּית et עֲבָרָה navis, quasi locus, ubi navi trajicitur fluvius.

ΒΗΘΕΣΔΑ᾽, ᾶς, ἡ. *Bethesda.* Nomen proprium Syro-Chaldaicum (בֵּית חִסְדָּא, ܒܝܬ ܚܣܕܐ *domus misericordiæ*, seu pietatis, h. e. locus, ubi charitas et benevolentia erga alios exercentur, nosodochium, ægrotis excipiendis et curandis destinatum ædificium. Vide *Lud. de Dieu Crit. S.* p. 499.) piscinæ haud procul a templo Hierosolymitano cum ædificio super eam extructo, ubi ægroti decumbentes vi quidem aquarum medicatarum, non tamen sine beneficio divino sanabantur. Legitur Joh. V, 2. ubi in codicibus quibusdam Βηθσαϊδὰ legitur; de qua lectionis varietate conferendus *Wesseling.* ad *Antonini* Itinerarium p. 589.

ΒΗΘΛΕΕ᾽Μ, ἡ. *Bethlehem.* Nomen proprium urbis Hebraicum ἄκλιτον, quæ sita fuit in tribu Juda prope Hierosolymam, cujus antiquum nomen *Ephrata* fuit, ut ex Genes. XXXV, 19. XLVIII, 7. Micha V, 2. apparet. Antiquitus pagus tantum erat, deinde oppidi nomen obtinuit, munimentis quoque a Rehabeamo cincta. 2 Chron. XI, 6. Vocata est autem Βηθλεὲμ, seu בֵּית־לֶחֶם *domus panis*, ob ingentem frumenti copiam, qua regio illa abundabat. *Eusebius* de *locis Hebraicis* refert, eam sex milliaribus Hierosolymis distitisse, austrum versus juxta viam Hebronensem. Matth. II, 1. 5. Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας vocatur, ut distinguatur ab alio oppido ejusdem nominis in inferiore Galilæa, in tribu Sabulon, non procul a mari Galilææ sito, de quo legitur Jos. XIX, 15. Eadem Luc. II, 4. πόλις Δαβὶδ appellatur, quod Davides in ea natus et educatus fuit, coll. Joh. VII, 42. et 1 Sam. XVI, 1. 18. Nobilissima facta est, quod *Christus* in ea in lucem editus fuit, Matth. II, 6. Luc. II, 15. Conf. *Relandi* Palæstina p. 642. seq.

ΒΗΘΣΑΙ᾽ΔΑ᾽, ᾶς, ἡ. *Bethsaida.* Ita enim scribendum videtur, non Βηθσαϊδὰν, ut in multis Matthæi et Lucæ libris legitur, quæ posterior scriptura librariorum vel grammaticorum errori tribuenda est, qui, locis quibusdam N. T. decepti, ubi quartus casus legitur, hunc pro primo substituerunt. Habuit autem, ut eleganter et docte demonstravit *Fischerus* de Vitiis Lexicorum N. T. Prol. XIX, p. 5. seq. Palæstina duo hujus nominis oppida, seu potius vicos, qui formam oppidorum referrent, qui vulgo κωμοπόλεις appellantur. Alterum eorum, quod et κώμη, Marc. VIII, 23. 26. coll. v. 22. et πόλις, Joh. I, 44. Matth. XI, 21. coll. v. 20. dicitur, ab Evangelistis in Galilæa inferiore ad latus occidentale lacus Genesareth positum, partim multitudine miraculorum, a Christo ibi patratorum, partim nativitate et commoratione Petri et Andreæ et Philippi Apostolorum nobilitatum fuit. Unde non solum a Johanne (I, 45. XII, 21. coll. Matth. IV, 18.) diserte Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλιλαίας dicitur, sed etiam a Luca (X, 13. 15.) et Matthæo (XI, 31. 33.) ita describitur, ut appareat, fuisse e numero oppidorum, littori occidentali lacus Genesareth adjacentium, nec longe Capernaumo distitisse. Alterum vero oppidum, seu vicus ejusdem nominis in inferiore Gaulanitide ad ori-

entale lacus Genesareth littus trans Jordanem, prope influxum ejus in mare Genesarethicum, situm, cujus *Joseph. A. J.* XVIII, 3. *B. J.* II, 13. mentionem facit, a Philippo tetrarcha restauratum et incolis auctum, mutato nomine pristino *Julias* appellabatur, in honorem *Juliæ*, imperatoris Augusti filiæ. Hoc autem laudari a Luca IX, 10. idoneis argumentis evincere conatus est *Fischerus* l. l. Nomen utriusque oppidi est Hebraicum בֵּית־צַיְדָה *locus venationis et piscationis*, quod incolarum utriusque oppidi maxima pars vitam piscatu toleraret. Cf. etiam *Macknighti Comment. Harmon. in IV. Evang.* T. II. p. 465. seq.

ΒΗΘΦΑΓῊ, ῆς, ἡ. *Bethphage.* Fuit tractus aliquis montis Oliveti vel ad radicem hujus montis ad latus Hierosolymæ orientale, ita dictus a ficubus, quibus consitus erat. Est enim nomen compositum ex פֶּגֶ *ficus immatura*, et בַּיִת, quod non solum *domum*, sed etiam *regionem* significat. Quanquam enim mons Oliveti ab olivis præcipue nomen adeptus est, tamen et ficus et palmas produxit, pro quarum in diversis montis tractibus enascentium varietate et his diversa nomina imposita fuerunt. Cf. *Lightfoot. Chorographiam Marco præmissam* c. 4. et *Buxtorf. Lex. Talmud.* p. 1691. Alii tamen, ut *Hieronymus* in Onomastico Bethphagen villulam fuisse in monte Oliveti statuunt, et *Euseb.* eandem vocat κώμην πρὸς τῷ ὄρει τῶν ἐλαίων. Legitur Matth. XXI, 1. Marc. XI, 1. Luc. XIX, 29. Ridiculas veterum et recentiorum de ipsius nominis significatione sententias qui scire cupiat, is adeat *Alberti Gloss. N. T.* et *Lud. de Dieu Criticam Sacram* p. 360.

ΒΗ̃ΜΑ, τος, τὸ, 1. proprie: *gradus, gressus, passus, qui fit pede*, a βαίνω *gradior, incedo. Lex. Cyrilli MS.* βῆμα· βάδισμα. *Xenoph. Cyr.* VII, 5. 3. Multa sunt hujus significationis propriæ in Verss. Gr. V. T. vestigia, v. c. in fragmentis *Aquilæ* et *Symmachi*, ubi 1 Sam. XX, 3. Hebr. פַּסַּע, et 2 Sam. VI, 13. צָעַד vox βῆμα respondet. Et sic etiam legitur Act. VII, 5. καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ, οὐδὲ βῆμα ποδὸς nullum plane ipsi concessit agrum, ubi in suo pedem poneret. Βῆμα ποδὸς enim, *pedis spatium*, pro admodum exiguo spatio ponitur; vide *Wetstenium N. T.* T. II. p. 494. unde e contrario οὐ βῆμα ποδὸς proverbialiter *ne latum quidem pedem, nec tantulum, seu plane nihil* significat, et Hebraicæ formulæ: עַד־מִדְרַךְ כַּף־רָגֶל Deut. II, 5. respondet.

2. metonymice: *omnis locus editus, ad quem ascendendum est per gradus, tribunal, pulpitum, suggestus oratorius*, (*Herodian.* VI, 3. 4.) etiam *thronus.* Matth. XXVII, 19. καθημένου αὐτοῦ ἐπὶ βήματος sedente autem eo in tribunali. Observandum autem videtur tironum causa, judicia tunc temporis sub dio fuisse acta in provinciis, sedente magistratu in tribunali, quod positum erat in loco editiore, tesseris marmoreis strato, coll. Joh. XIX, 13. Act. XVIII, 12. καὶ ἤγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα, v. 16. 17. XXV, 6. In formula βῆμα Καίσαρος, quæ Act. XXV, 10. occurrit, ambiguitas esse videtur, nam vel *ipsum tribunal Cæsaris* vel *magistratum, a Cæsare constitutum et ejus personam sustinentem*, significare potest. Rom. XIV, 10. πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ omnes adstabimus tribunali Christi judicandi. 2 Cor. V, 10. Usurpatur etiam a Græcis vox βῆμα ita, ut sedem excelsam et magnificam, e qua jus dicebatur, significet, v. c. a *Dionys. Halic.* XII, c. 30. Cf. *Irmisch.* ad *Herodian.* T. I. p. 142. Act. XII, 21. ubi de Herode legitur καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος ἐδημογόρει πρὸς αὐτούς, per βῆμα intelligendus est, ut monuit recte *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 216. *suggestus, throni speciem referens, in theatro Cæsareensi ab Herode M. exstructus, unde et spectabat*

ludos, et verba faciebat in concione; unde apud Græcos βῆμα interdum simpliciter *suggestum oratorium* notat, v. c. *Xenoph. Mem.* III, 6. 1. *Æschin. Socr.* Dial. III, 13. coll. 2 Macc. XIII, 26. et Nehem. VIII, 4. *Hesych.* Βῆμα· πλείονα μὲν σημαίνει, κοινότερον δὲ οὕτως καὶ λογεῖον, ὥσπερ ἐν ἐκκλησίᾳ καὶ δικασηρίῳ.

ΒΗ΄ΡΥΛΛΟΣ, ε, ὁ, ἡ, *beryllus, lapis pretiosus, seu gemma coloris viridis languidioris, nascens apud Indos.* Hodie vulgo *Aquamarin* dicitur. Vid. *Plin. H. N.* XXXVII, c. 5. Viriditate similis est smaragdo, unde ejusdem naturæ cum smaragdo multis visus est. Sed pallidus ejus viror est; at smaragdi herbaceam præferunt viriditatem. Plura de hac gemma vide apud *Salmas.* ad *Solinum* p. 567. et 1105. et ad *Epiphan.* de *gemmis* c. XI. p. 109. *M. Hilleri* Tr. de XII. *Gemmis in pectorali Pontif. Hebr.* p. 35. et *Wetstenii N. T.* T. II, p. 845. Semel commemoratur in N. T. Apoc. XXI, 20. Scribitur etiam βηρίλλιος, βηρύλλιος et βηρύλλιον. Cf. Exod. XXVIII, 20. XXXIX, 11. ubi Hebraico שֹׁהַם respondet, de quo legendus *Braunius de Vestitu Sacerdotum Hebr.* Lib. II, c. 18. *Hesych.* βήρυλλος· λίθος ἢ βοτάνης εἶδος. *Suid.* βήρυλλος· εἶδος λίθου.

ΒΙ΄Α, ας, ἡ, *violentia, robur, violentus impetus. Hesych.* δύναμις, ἰσχὺς, ἀνάγκη. *Suid.* ὁρμή. *Etym. M.* ἀδικία. Act. V, 26. οὐ μετὰ βίας non quidem vi. (*Polyb.* p. 782. et 1074. ed. *Gronov.*) Act. XXI, 35. διὰ τὴν βίαν τοῦ ὄχλου nimis urgente populo. ibid. XXIV, 7. XXVII, 41. ὑπὸ τῆς βίας τῶν κυμάτων. *Homer. Iliad.* I, 430. V, 521.

ΒΙΑ΄ΖΩ, fut. άσω, *vim facio, cogo, urgeo*, etiam *verbis et rationibus persuadeo. Joseph. A. J.* V, 6. 7. VI, 14. 3. Medium βιάζομαι et active *vim inferre, vim facere*, et passive *vim pati* significat apud Scriptores Græcos æque ac N. T. *Triclinius* quidem ad *Sophocl. Antigon.* v. 65. scripsit: μὴ εἴπῃς τὸ βιάζομαι ἀντὶ τοῦ βιάζω, sed contrariam sententiam asserunt multa Scriptorum vett. loca. Sic, ut pauca e multis afferam, βιάζομαι, pro βιάζω, usurpavit *Xenoph. Cyrop.* III, 3. 29. V, 5. 13. Idem de *Re Equestri* I, 8. *Polyb.* I, 26. Vide *Ernesti in Gloss. Polyb.* sub hac voce, et *Biel. Thesaur. Philol.* s. h. v. In N. T. bis legitur Matth. XI, 12. ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βιάζεται, ubi βιάζεσθαι passive de re usurpatur, quæ quasi vi et impetu extorquetur, in quam impetus fit, hoc sensu: *doctrina Christiana summa cum cupiditate arripitur ab hominibus*, seu, quod eodem redit, *homines summo desiderio flagrant, ut recipiantur in sectatorum Christi cœtum. Syrus*: βιάζεται bene transtulit: ܡܬܥܕܝ ܒܥܝܐ *cum violentia accipitur. Hesychius*, hunc locum fortasse respiciens, βιάζεται· βιαίως κρατεῖται. Novam h. l. explicationem protulit *J. C. Schwarzius* in *Monumentis Ingen.* T. I. p. 171. et multis vindicavit ibid. T. III. p. 39. et 59. ubi docuit, locis e *Platonis Sophista* p. 158. 160. et *de Legibus* VIII. p. 647. allatis, βιάζειν apud Græcos etiam de docentibus adhiberi, quum rem aliquam auditoribus lectoribusve tam perspicue et tam acriter proponunt, ut dissentire ac dubitare non liceat, adeoque Christum h. l. dixisse arbitratur, rationes rerum divinarum adhuc ita clare et impigre demonstratas esse, ut, qui vi illa utantur, eamque imitentur, divinæ gratiæ rite ac vere compotes fiant. Luc. XVI, 16. καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν (scil. βασιλείαν τοῦ Θεοῦ) βιάζεται et omnes summo studio in regnum cœlorum, seu sectatorum Christi cœtum recipi nituntur, ubi βιάζεσθαι aperte non solum notionem activam, sed etiam metaphoricam habet, ut sit: *desiderio alicujus rei flagrare et teneri, summo studio conari et niti*, ut apud *Ælian. V. H.* XIII, 32. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἥκειν βιάζομαι. Conf. *Krebs. Obss. Flav.* p. 30. seq. *Appian. Bell. Syr.* p. 187. et *Bell. Civ.* l. I, p. 691.

ΒΙ΄ΑΙΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, et ΒΙ΄ΑΙΟΣ, αίου, ὁ, ἡ, *violentus, vehemens, impetuosus,*

et non solum de *personis, quæ vi aliquid consequi conantur,* (*Hesych.* βίαιος· παράνομος.) sed etiam de *rebus* usurpatur, *quæ sunt vehementes.* Tantum in N. T. legitur Act. II, 2. ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας tanquam irruentis venti vehementis. Exod. XIV, 21. ἐν ἀνέμῳ βιαίῳ. Ies. LIX, 19. ποταμὸς βίαιος. *Arrian. Exped. Alex.* II, 63. τῆς νυκτὸς χειμὼν ἐπιγίνεται σκληρὸς—— καὶ πνεῦμα βίαιον. Cf. *Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd.* p. 345.

ΒΙΑΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *vim inferens, vi irrumpens vel invadens, violentus,* a βία. Vox hæc, quam apud exteros Scriptores se reperisse negant *Stephanus, Alberti* et *Wolfius,* reperitur tamen non solum in *Philone* de *Agricultura* p. 314. ed. *Mangey* (ὑπὸ βιαστῶν καταπνεόντων εἰς αὐτὴν παθῶν καὶ ἀδικημάτων Vol. III. ed *Pfeifer.* p. 42.) sed etiam in glossariis vett. ubi *violentus* explicatur. Legitur etiam βιατὴς apud *Pindar. Nem.* Od. IX, v. 130. ubi *Scholiastes* βιατὰν ἰσχυρὸν, ἀνδρεῖον interpretatus est.

2. *qui desiderio alicujus rei flagrat, qui summo cum studio et contentione aliquid obtinere annititur.* Matth. XI, 12. καὶ οἱ βιασταὶ ἁρπάζουσι αὐτὴν, ubi βιασταὶ sunt, qui flagrant cupiditate felicitatis in œconomia nova obtinendæ, laboriosi atque strenue per viam angustam difficilemque enitentes. *Chrysost.* οἱ μετὰ σπουδῆς προσιόντες. Vid. *Wetstenii N. T.* T. I, p. 382.

ΒΙΒΛΑΡΙΔΙ'ΟΝ, ου, τὸ, *libellus.* Diminutivum a βιβλάριον, quod est a βίβλος *liber.* Apoc. X, 2. βιβλαρίδιον ἠνεῳγμένον libellum apertum, ubi tamen in aliis codicibus βιβλιδάριον et βιβλίον legitur. ibid. v. 8. 9. 10. Conf. *Montfaucon.* in *Palæographia* p. 25. et 78.

ΒΙΒΛΙ'ΟΝ, ου, τὸ, 1. *liber compactus, volumen, constans ex pluribus chartis, seu membranis, invicem complicatis et compositis.* Luc. IV, 17. 20. Joh. XX, 30. XXI, 25. 2 Tim. IV, 13. et in Apocalypsi passim, v. c. VI, 14. ὡς βιβλίον veluti voluminis convoluti latus literis obsitum, coll. Ies. XXXIV, 16. *Xenoph. Mem.* I, 6. 14.

2. speciatim *Codex V. T.* maxime ea pars, quæ continet vaticinia de Messia. Hebr. X, 7. ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. Sic סֵפֶר Ps. XL, 7.

3. *libellus, scheda, litteræ.* De *testamenti tabulis* legitur ap. *Dion. Halic.* T. V. p. 509. ed. *Reiske.* Matth. XIX, 7. Marc. X, 4. βιβλίον ἀποστασίου libellus repudii, h. e litteræ, quas maritus dabat repudiatæ uxori, iisque testabatur, se nihil juris amplius in eam habere velle, quæ Hebraice vocantur סֵפֶר כְּרִיתֻת Deut. XXIV, 1. 3. Jer. III, 8. Exemplum talis libelli repudii, duodecim lineis nec paucioribus nec pluribus conscribendi, reperitur apud *Lightfoot.* in *Hor. Hebr. et Talmud.* ad Matth. V, 31. De formula βιβλίον ζωῆς, quæ Apoc. XVII, 8. et XXI, 27. occurrit, vide infra sub βίβλος. In universum ob locum Apoc. XX, 12. ubi memorantur *libris judicii, ad quos a Deo judicandi sint homines, et in quibus omnes actiones humanæ diligenter annotatæ reperiantur,* observandum est, in Script. S. *librum Deo* tribui ad exactissimam ejus cognitionem et providentiam describendam, adeoque *libris judicii* in l. l. apocalypseos exactissimam divinam omnium dictorum, cogitationum et factorum humanorum scientiam symbolice notari, de quo multis exposuit *Glassii Philol. Sacra* p. 981. ed. *Dathii.* Etiam a Judæis tam antiquioribus, quam recentioribus Deo libri tribuuntur, ut multis docuit *Buxtorfius* de *Synag. Vet.* V, c. 23. et *Joh. a Lent Theol. Jud.* cap. 20. Vide etiam *Suidam* s. v. Ζεὺς et *Lucian. Philopatr.* p. 251. T. IX. ed. *Bipont.* καὶ ἔστιν ἐν οὐρανῷ βλέπων δικαίους τε καὶ ἀδίκους, καὶ ἐν βίβλοις τὰς πράξεις αὐτῶν ἀπογραφόμενος.

ΒΙ'ΒΛΟΣ, ου, ἡ, 1. propr. *papyrus* s. *biblus, in qua scribitur* (*Xenoph. Anab.* VII, 5. 8.) deinde *volumen,*

liber scriptus, certo scriptionis ordine concinnatus ac congestus. Marc. XII, 26. ἐν τῇ βίβλῳ Μωσέως. Luc. III, 4. XX, 42. Act. I, 20. VII, 42. βίβλοι Ἐφεσίων, qui Act. XIX, 19. commemorantur, fuerunt *libri*, qui continebant γράμματα Ἐφέσια, h. e. notas, formulas et voculas magicas, a Magis Ephesiis excogitatas, quibus maxime in incantationibus et sanandis morbis gravioribus utebantur, quarum specimina quædam dedit *Hesychius*. Vide infra sub Ἐφέσιος.

2. *catalogus, recensio, enumeratio.* Matth. I, 1. βίβλος γενέσεως catalogus majorum J. C. seu tabula genealogica J. C. Sic סָפַר a סֵפֶר *recensere, numerare* usurpatur Genes. V, 1. סֵפֶר תּוֹלְדֹת Alex. ἡ βίβλος γενέσεως. In eadem notione βίβλος etiam reperitur apud *Herodot.* II, c. 100. Huc etiam referenda formula ἡ βίβλος ζωῆς, qua significabatur in libris V. T. *catalogus viventium*, ut adeo *deleri e libro vitæ*, esset, *morti tradi.* Exod. XXXII, 32. 33. coll. v. 10. Num. XI, 15. in libris N. T. vero indicatur *catalogus quasi eorum, quibus Deus felicitatem æternam destinavit.* Philipp. IV, 3. ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς qui beatorum civitati adscripti sunt, quos summa manet in cœlo felicitas. Apoc. III, 5. XIII, 8. XX, 15. XXII, 19. Conf. *Glassii Philol. Sacra* p. 981. ed. *Dathii.*

ΒΙΒΡΩ΄ΣΚΩ, ΒΡΩ΄ΣΚΩ, fut. βρώσω, *comedo, edo.* Semel legitur in N. T. Joh. VI, 13. ἃ ἐπερίσσευσεν τοῖς βεβρωκόσι quæ superfuerunt illis, qui commederant, seu convivis. *Xenoph. Hier.* I, 24. ὁ βεβρωκώς.

ΒΙΘΥΝΙ΄Α, ας, ἡ. *Bithynia.* Provincia Natoliæ, seu Asiæ minoris, adjacens Ponto Euxino et Phrygiæ, Thracum olim coloniis frequentata. *Solinus* c. 54. vult, hanc provinciam a Bebrycibus, antiquissimis ejus incolis, olim dictam fuisse *Bebryciam*, deinde *Mygdoniam*, et tandem *Bithyniam* a quodam *Bithyno*, rege, ejus victore. Memoratur autem Act. XVI, 7. et 1 Petr. I, 1. Conf. *Cellarii Notit. Orb. Antiq.* Lib. III, c. 8.

ΒΙ΄ΟΣ, ου, ὁ, 1. *vita, tempus vitæ*, etiam *certa vivendi ratio, vitæ conditio et disciplina. Ælian. V. H.* III, 26. XIV, 7. Luc. VIII, 14. ἡδοναὶ τοῦ βίου voluptates, quibus in hac vita indulgere solent homines. 1 Tim. II, 2. ἥρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν vitam agamus tranquillam et securam. 2 Tim. II, 4. αἱ τοῦ βίου πραγματεῖαι negotia hujus vitæ. 1 Petr. IV, 3. ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τοῦ βίου. *Suid.* βίος· ποτὲ δὲ αὐτὸ τὸ ζῆν. *Etym. M.* βίος· ὁ χρόνος τῆς ζωῆς, ἐν ᾧ τις διατρίβει· βίον καὶ τὸ ἐπιτήδευμα.

2. *victus, facultates, opes, et omnino res omnis ad vitam sustentandam necessaria. Suid.* βίος· ποτὲ μὲν ἡ οὐσία τῶν κτημάτων. Marc. XII, 44. ὅλον τὸν βίον αὐτῆς, i. q. in anteced. πάντα ὅσα εἶχεν. Luc. VIII, 43. προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον omnes facultates erogarat. ib. XV, 12. διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον et divisit illis facultates. v. 30. XXI, 4. 1 Joh. II, 16. ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, vide sub ἀλαζονεία. III, 17. Et in hac significatione centies hæc vox apud Scriptores probatissimos legitur, v. c. *Aristoph. Plut.* v. 751. coll. v. 754. *Eurip. Phœn.* 413. Suppl. 863. *Herodot.* II, 121. *Athenæus* III, 12. p. 90. *Polyb.* II, 58. IV, 18. Aliorum exemplorum copiam reliquere *Schacht.* in *Obss. Phil.* ad *Marcum* in *Bibl. Nova Brem.* Class. II. p. 505. et *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* XIV, 32. Sic etiam Hebraicum חַיָּה sumitur Ies. LVII, 10. Ezech. VII, 13. et נֶפֶשׁ Ies. LVIII, 10. De eodem Latinæ vocis *vita* usu conferendus est *Donatus* ad *Terent. Phormion.* I, 3. 12.

3. interdum omittitur, v. c. post διάγειν, Tit. III, 3. coll. 1 Tim. II, 2. *Theocrit. Idyll.* XI, 7.

ΒΙΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, *vitam ago, vivo.* Semel in N. T. legitur 1 Petr. IV, 2. θελήματι Θεοῦ τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιῶσαι χρόνον reliquum vitæ tempus Deo consecrare. *Xenoph. Mem.* IV, 8. 2. et 6. Respondet Hebr. חַיָּה, Prov. VII,

2. coll. Job. XXIX, 18. ubi pro אַרְבֶּה יָמִים Alexandrini habent *πολὺν χρόνον βιώσω*. Sapient. XII, 23. *ἐν ἀφροσύνῃ ζωῆς βιώσαντας ἀδίκους*. *Hesych.* *ἐβίωσας· ἔσωσας τὸ ζῆν, περιεποίησας ἢ ἔδωκας.* Idem: *ἐβίωσα· ἔζησα, διῆξα.* Idem: *βιοῦν· καὶ βιοτεύειν· βιοῦν μὲν τὸ ἐξάγειν τὸ ζῆν, βιοτεύειν δὲ τὸ πορίζειν τὰ πρὸς τὸν βίον.* Conf. etiam *Ammonium* s. *βιοῦν*.

ΒΙ΄ΩΣΙΣ, *εως, ἡ, vita, vitæ instituta et mores, vivendi et agendi ratio*, quam etiam Latini *vitam* appellare solent. Act. XXVI, 4. *τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος* quæ fuerit mea vivendi ratio inde a juventute. Sæpius non legitur in N. T. reperitur tamen in *Symmachi* reliquiis Psalm. XXXVIII, 6. ubi Hebraico חֶלְדִּי, non, ut *Bielius* male notavit, *τῷ* חָדְלִי respondet, et in Prologo Sirac. *διὰ τῆς ἐννόμου βιώσεως*.

ΒΙΩΤΙΚΟ΄Σ, *ὁ, ἡ, τὸ, ad vitam sustentandam, seu rem familiarem pertinens, sæcularis*, a *βιόω*. Ter tantum legitur in N. T. Luc. XXI, 34. ubi *μέριμναι βιωτικαὶ* sunt anxiæ de necessitatibus vitæ curæ. 1 Cor. VI, 3. 4. ubi *βιωτικὰ κριτήρια* vocantur *lites de rebus hujus vitæ, de rebus ad victum cultumque pertinentibus*, quæ Latine vocantur *controversiæ privatæ*. *Plutarch.* T. VI. Opp. p. 537. et T. VIII. p. 704. ed. *Reiske*. Conf. de hac voce *Valesium* ad *Euseb. H. E.* VI, 3. p. 100. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 802. et T. II. p. 121. et *Wesseling.* ad *Diod. Sic. Excerpta* T. II. p. 611.

ΒΛΑΒΕΡΟ΄Σ, *ὁ, ἡ, τὸ, noxius, perniciosus*, a *βλάβη noxa, damnum, detrimentum*. 1 Tim. VI, 9. *ἐπιθυμίας βλαβερὰς* cupiditates noxias. *Xenoph. Mem.* I, 3. 11. *βλαβερὰς ἡδονάς*. Sæpius non legitur in N. T. Reperitur hæc vox, a *Bielio* neglecta, semel tantum in versione Alex. Prov. X, 26. ubi verba כַּחֹמֶץ לַשִּׁנַּיִם redduntur *ὥσπερ ὄμφαξ ὀδοῦσι βλαβερόν*: sæpius autem apud Græcos, ut apparet e locis laudatis a *Wetstenio N. T.* T. II. p. 349.

ΒΛΑ΄ΠΤΩ, fut. *ἅψω, lædo, noceo, damno afficio, detrimentum affero*. Regit accusativum. Marc. XVI, 18. *οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψει* innoxium ipsis erit. Luc. IV, 35. *μηδὲν βλάψαν αὐτὸν* nihilque eum læsit. Sæpius non legitur in N. T.

ΒΛΑΣΤΑ΄ΝΩ, seu ΒΛΑΣΤΕ΄Ω, fut. *ήσω*, perf. *βεβλάστηκα*. Verbum hoc de plantis et proventibus terræ proprium et active et passive usurpatur in N. T.

1. Active significat *germinare facere, germina producere, elicere viriditatem herbescentem*, i. q. *βλαστῆσαι ποιεῖν*. Jer. XXXIII, 15. Sic legitur in N. T. Jacob. V, 18. *καὶ ἡ γῆ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν αὐτῆς* et terra germinando produxit fructum suum. Simili modo usurpatum reperitur Genes. I, 11. *βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου*, ubi in Hebraico legitur תַּדְשֵׁא. Num. XVII, 8. *ἐβλάστησε κάρυα*. *Hesych.* *ἐβλάστησεν· ἐξέφυ.*

2. Passive seu reciproce adhibitum notat: *elicere quasi ex se viriditatem herbescentem, progerminare, fruticari, frondescere*. Matth. XIII, 26. *ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος καὶ καρπὸν ἐποίησε*, ubi vero effloruit herba et fructum edidit. Marc. IV, 27. *καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ καὶ μηκύνηται*. Hebr. IX, 4. *καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν βλαστήσασα* et virga Aaronis, quæ germinaverat. *Xenoph. Œcon.* XIX, 10. *καὶ ἰσχυρὸν τὸ φυτὸν ἡγοῦμαι βλαστάνειν*: et apud eundem de *Vectig.* I, 3. opponitur *τῷ καρποφορεῖν*. Substantivum *βλάστησις* legitur apud *Theophr. H. Plant.* III, 6.

ΒΛΑ΄ΣΤΟΣ, *ου, ὁ. Blastus*. Nomen proprium viri Græcum, a *βλαστάνω*, seu *βλαστέω, germino*, i. q. *βλαστὸς germen producens*. Fuit autem *Blastus* præfectus cubiculo regis Herodis *ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως*, ut vocatur Act. XII, 20. Sæpius non memoratur in N. T.

ΒΛΑΣΦΗΜΕ΄Ω, *ῶ*, fut. *ήσω*, 1. proprie est: *verbis infaustis, vocibus male ominatis uti*, et opponitur *τῷ εὐφημεῖν abstinere verbis male ominatis*, et fuit verbum proprium apud Græcos in sacris faciendis. Conf. *Casaubon.* ad *Theophrast. Char.* c. 19. et *Schwarz. Comment. Ling. Gr.* p. 254.

2. *calumniis proscindo, convicior, male precor, inique de aliquo judico,*

vitupero, quasi *βλάπτω τὴν φήμην alterius famam et existimationem quocunque modo lædo*, quomodo etiam formula *lædere famam* usus est *Cic. p. Cluentio* c. 5. Respondet Hebr. גָּדַף Ps. XLIV, 17. Matth. XXVII, 39. *οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν* prætereuntes vero conviciis eum insectabantur. Luc. XXIII, 39. Act. XVIII, 6. *καὶ βλασφημούντων* conviciis adeo proscindentibus Paulum. *Liban.* Ep. 445. *Herodian.* II, 6. 20. Rom. II, 24. *τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι* religio Christiana per vos contemtui et calumniis gentilium exponitur. ib. III, 8. ubi *Theophyl.* *βλασφημεῖσθαι* per *διασύρεσθαι, συκοφαντεῖσθαι* interpretatus est. 1 Cor. X, 30. *τί βλασφημοῦμαι*; cur iniqua subeam judicia? 1 Tim. I, 20. *ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν* ne in posterum religionem conviciis proscindant, seu, contemtim de ea judicent. *Herodian.* II, 6. 20. Huc etiam referenda est formula: *βλασφημεῖν Χριστὸν*, quæ Act. XXVI, 11. legitur et omnino *Christo valedicere, renuntiare ejus religioni* significat, quia, qui olim renuntiabant religioni Christianæ, Christum execrari eique maledicere cogebantur. cf. *Euseb. H. E.* IV, 15. VI, 41. et *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 698.

3. ratione Dei significat: *dicere et facere, quibus majestas Dei violatur, maledicum in Deum esse, impie loqui, arrogare sibi et sumere, quæ sunt Dei.* Matth. IX, 3. *οὗτος βλασφημεῖ* hic impie loquitur. ibid. XXVI, 65. Marc. III, 28. Joh. X, 36. Sic גָּדַף 2 Regg. XIX, 6. 22. legitur. Præterea commemoratur in N. T. formula: *βλασφημεῖν εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*, Marc. III, 29. Luc. XII, 10. qua frivola illa Judæorum Christi ætate criminatio describitur, qua miracula, a J. C. divina vi patrata, a vi et auxilio dæmonis malevoli repetebant.

ΒΛΑΣΦΗΜΙ΄Α, *ίας, ἡ*. Vox bene Græca, quæ etiam apud *Polyb.* XI, 4. (*πολλῆς ἀδοξίας πλήρη καὶ βλασφημίας*) occurrit, et in universum *læsionem existimationis ac famæ alterius* notat. *Demosthen. Or. de Rhodior. libert.* p. 78. Hinc in N. T. libris

1. significat *obtrectationem, calumniam, maledicentiam, convicium, quo hominis existimatio injuste læditur.* Matth. XV, 19. Marc. VII, 22. Eph. IV, 31. Coloss. III, 8. ubi *Theophylactus* per *λοιδορίαν* exponit. 1 Tim. VI, 4. Alex. pro נָאַצָה Ezech. XXXV, 12. usi sunt.

2. *omne in Deum impie dictum et factum*, quod *blasphemia in Deum κατ' ἐξοχὴν* dici solet. Matth. XXVI, 65. Marc. II, 7. XIV, 64. Luc. V, 21. Joh. X, 33. Apoc. XIII, 6. additur *πρὸς τὸν Θεόν*. De *βλασφημίᾳ τοῦ πνεύματος*, quæ Matth. XII, 31. commemoratur, dictum est ad *βλασφημέω*. Conf. etiam *Spicilegium meum I. Lex. Bieliani* p. 24.

ΒΛΑ΄ΣΦΗΜΟΣ, *ου, ὁ, ἡ*, 1. *De personis* si dicitur, est: *qui contumeliose et ignominiose de aliis loquitur, obtrectator, maledicus, qui calumniis, falsis rumoribus et conviciis bonæ aliorum famæ et existimationi criminis maculam aspergere tentat. Etym. M. ὁ τὰς φήμας βάλλων, ὁ λοίδορος.* Cf. etiam *Eustath.* ad *Iliad. β'*. p. 219. et *Odyss.* VIII, p. 1490. De *rebus* autem si dicitur, *contumeliosus, existimationi et famæ inimicus*, quasi *βλάπτων τὴν φήμην*. 1 Tim. I, 13. *τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον* qui contumeliosus fui erga doctrinam Christianam. 2 Tim. III, 2. 2 Petr. II, 11. ubi *φέρειν κρίσιν βλάσφημον* ferre sententiam criminatricem, est: *conviciis proscindere. Herodian.* VII, 8. 21. *Ælian. V. H.* XII, 57.

2. *qui ipsam divinam majestatem lacessere haud erubescit, qui impia et injuria in majestatem ac perfectiones summi numinis eructat verba. Suid.* *βλάσφημος· ὁ εἰς Θεὸν ἐξυβρίζων.* Act. VI, 11. 13. *λαλεῖν ῥήματα βλάσφημα.*

ΒΛΕ΄ΜΜΑ, *τος, τὸ, visus, adspectus*, a *βέβλεμμαι*, perf. pass. verbi *βλέπω adspicio.* Semel in N. T. legitur 2 Petr. II, 8. *βλέμματι καὶ ἀκοῇ* visu et auditu. Apud atticos Scriptores *βλέμμα* fere de *vultu ejusque conditione* usurpatur, v. c. *Herodian.* IV, 5. 17. *βλέμματι*

δριμεῖ ἀφορῶν truculento vultu intuitus. *Ælian. V. H.* VI, 14. VIII, 12. XIV, 22. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 705.

ΒΛΕΠΩ, fut. ἑψω, 1. proprie: *video, oculis cerno.* Matth. XIII, 16. μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν ὅτι βλέπουσι vos autem beati, qui me videtis. ibid. v. 17. Marc. V, 31. VIII, 23. 2 Cor. X, 7. τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε videtis tantum, quæ in oculos incurrunt. Hinc βλέπεσθαι *oculis subjectum et præsentem esse* significat, quemadmodum e contrario μὴ βλέπεσθαι de *rebus absentibus, præteritis æque ac futuris* usurpatur. Rom. VIII, 24. ἐλπὶς δὲ βλεπομένη, pro ἐλπὶς βλεπομένων spes rerum, quæ adsunt, bonorum præsentium. 2 Cor. IV, 18. μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα κ. τ. λ. non curamus bona præsentia, sed futura, non terrena, sed cœlestia. Hebr. XI, 1. πράγματα οὐ βλεπομένα res futuræ, quæ nondum sensus feriunt. ib. v. 3. ubi τὰ βλεπόμενα sunt omnes res creatæ aspectabiles, ibid. v. 7. diluvium Noachicum, quatenus futurum erat, τὰ μηδέπω βλεπόμενα vocatur. Huc etiam referenda est formula: βλέπειν τὸ πρόσωπόν τινος videre faciem alicujus, h. e. non solum *alicui præsentem esse*, sed etiam *familiariter aliquo uti et ministrare alicui.* Sic Matth. XVIII, 10. οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς angelos eorum tutelares semper patri meo cœlesti apparere. Formula ipsa est Hebraica, nam *ministri, amici et familiares regis* 2 Regg. XXV, 19. רֹאֵי פְּנֵי־הַמֶּלֶךְ dicuntur.

2. *adspicio, intueor*, i. q. ἐμβλέπω, ad imitationem Hebr. נָבַט, quod Alexandrini per ἐμβλέπω, Ies. V, 12. 30. LI, 1, 2. 6. transtulerunt et רָאָה, cui in versione Alex. ἐφοράω, Job. XXII, 12. Ps. CXII, 7. CXXXVII, 7. et ἐμβλέπω. Ies. XVII, 7. respondent. Matth. V, 28. πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα omnis, qui fœminam adspicit. βλέπειν h. l. est *lascivis oculis intueri, oculos lascive circumducere*, quod eleganter alias ἐποφθαλμιᾷν dicitur. Vide *Elsnerum* ad h. l. Act. III, 4. βλέψον ἡμᾶς intuere nos animo, fiducia pleno. Interdum tamen præpositio εἰς additur. Joh. XIII, 22. ἔβλεπον οὖν εἰς ἀλλήλους se invicem intuebantur.

3. *cum admiratione* aut *delectatione et voluptate aliquid video et adspicio.* Sic legitur in N. T. Matth. XXIV, 2. οὐ βλέπετε πάντα ταῦτα quod jam admirabundi intuemini templi ædificium. Marc. XIII, 2. βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομάς. Sic etiam non solum חָבַיט, 1 Sam. XVI, 7. sed et רָאָה, Ps. LIV, 7. usurpatur. Adde Sirac. XXV, 10.

4. *facultatem videndi habeo*, unde infinitivus βλέπειν, qui haud raro nominascit, *visum* s. *ipsam facultatem videndi* significat. Luc. VII, 21. καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν et multis cœcis restituit visum, seu, eos visu donavit; ad quem locum cf. *El. Palairet. Obss. Philol. Crit.* p. 175.

5. *visum recipio, facultatem videndi recupero*, i. q. ἀναβλέπω. Matth. XV, 31. τυφλοὺς βλέποντας. Joh. IX, 7. ἦλθε βλέπων rediit visu recuperato. ibid. v. 15. καὶ βλέπω et jam visus est mihi restitutus, ubi cum ἀναβλέπω permutatur.

6. de *omnibus reliquis sensibus corporis*, de *omni aliquid sentiendi et cognoscendi genere* usurpatur, ut adeo βλέπειν sæpe sit *audire, audiendo cognoscere.* Sic Matth. XV, 31. βλέποντας κωφοὺς λαλοῦντας audientes mutos loquentes. 2 Cor. VII, 8. βλέπω γὰρ ὅτι ἡ ἐπιστολὴ ἐκείνη ἐλύπησεν ὑμᾶς illam enim epistolam vos multo dolore affecisse ad aures meas pervenit. Coloss. II, 5. βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν cognoscens e relationibus aliorum omnia inter vos recte et ordine agi. Apoc. I, 12. καὶ ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνήν. Verba sensuum apud Græcos pariter ac Latinos Scriptores haud raro permisceri, *Schraderus* docuit ad *Musæum* de *Her. et Leandr.* v. 5. et *Abreschius* ad *Æschylum* p. 2. Sic legitur apud *Æschyl. Prometh. Vinct.*

v. 21. φωνὴν ὄψει. *Aristoph. Pac.* v. 1064. *Schol.* ad *Sophocl. Trachin.* v. 369. ὡς ὁρᾷς ἀντὶ τοῦ ὡς ἀκούεις. Vice versa apud Latinos *audiri* pro *cerni*, v. c. apud *Virg. Æn.* II, 705. extat.

7. *eo, iter facio, tendo ad aliquem locum*, nam, qui tendit ad aliquem locum, ejus facies est in eum directa. E contrario βλέπειν εἰς τὰ ὀπίσω *reverti, redire* significat. Posterior hæc formula legitur Luc. IX, 62. ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω qui aratro manum admoverit et deinde reversus fuerit. Debemus hanc significationem unice linguæ Hebraicæ (nam locus, quem *Palairet.* in *Obss. Crit.* p. 182. ex *Artemidoro* adduxit, est ἀπροσδιόνυσος), in qua verba haud pauca, quæ proprie *videre, aspicere* notant, de *iis, qui iter faciunt*, usurpantur. Sic v. c. Genes. XIX. 26. de uxore Loti legitur וַתַּבֵּט מֵאַחֲרָיו, h. e. reversa est, interprete ipso Christo Luc. XVII, 31. 32. Eodem modo שׁוּר *cernere, contemplari* etiam *venire, proficisci* (Arab. سار *profectus est*) notat Ies. LVII, 9. Cant. IV, 8.

8. ut Latinum *specto*, (*Cæsar. B. G.* VII, 69.) *situs sum ad aliquam cœli plagam, pertineo*, nach einer Seite zu liegen *to lie to one side.* Act. XXVII, 12. λιμένα βλέποντα κατὰ Λίβα portus Cretæ spectans Africum. *Vulgatus* voce *respicere* usus est. Ezech. XL, 24. πύλη βλέπουσα πρὸς νότον porta australis. Sic etiam Græci dicere consueverunt, apud quos haud raro de ædificiis, montibus et aliis rebus, aliquo vergentibus, βλέπειν et ἀποβλέπειν legitur, v. c. *Xenoph. Mem.* III, 8. 9. ἐν ταῖς πρὸς μεσημβρίαν βλεπούσαις οἰκίαις κ. τ. λ. *Diog. Laërt.* I, 2. τάφους πρὸς ἕω βλέποντας sepulchra ad Orientem sita. *Stephanus Byzant.* in Ἀστερουσίᾳ de monte: ἀποβλέπον εἰς θάλασσαν. *Herodian.* VI, 5. 2. πρὸς τὰ ἀρκτῷα μέρη βλέπουσαν. Hanc autem significationem si obtinet, semper præpositiones εἰς, κατὰ, et πρὸς, additæ leguntur. Cf. *Irmisch.* ad *Herodian.* II, c. 11. §. 16. p. 357. T. II. et *Lexic. Xenoph.* s. h. v. n. 3.

9. metaphorice: *experior, sentio.* Matth. XIV, 30. βλέπων δὲ τὸν ἰσχυρὸν ἄνεμον sentiens vim tempestatis exortæ. *Appian. Alex. Bell. Annib.* p. 574. ὡς δὲ καὶ πνεῦμα ποτὲ ἐθεάσαντο. Rom. VII, 23. βλέπω ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου experior aliam vim se in me exserentem, seu, dictamen pravarum cupiditatum. Eodem modo רָאָה Thren. III, 1. Ps. LXXI, 20. Jer. V, 12.

10. *intelligo, cognosco*, quasi *video oculis animi.* Marc. VIII, 18. ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπετε facultate intelligendi præditi tamen non intelligitis. Joh. IX, 39. Rom. XI, 8. τοῦ μὴ βλέπειν nec tamen perspiciant veritatem et præstantiam doctrinæ Christianæ. Jacob. II, 22. βλέπεις intelligis exinde. Hinc τῷ רָאָה in vers. Alex. respondent συνίημι, 2 Sam. XII, 19. Jer. XX, 12. et γινώσκω, Judd. II, 7. Jer. XII, 3.

11. *scio, cognitum habeo et perspectum.* Matth VI, 4. 18. καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ et pater tuus, qui vel occulta cognita habet. Joh. V, 19. ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. Hebr. III, 19. καὶ βλέπομεν et scimus historia teste. 1 Cor. XIII, 12. βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου manca et imperfecta est, quam in præsenti habemus, cognitio. Inprimis autem memorabilis est ad hanc significationem confirmandam locus Joh. IX, 39. ubi hæc verba leguntur: ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. Qui enim h. l. οἱ βλέποντες vocantur, sunt, qui sibi persuasum habent, se habere jam idoneam et certam veræ religionis cognitionem, v. c. Pharisæi, coll. v. 41. E contrario vero οἱ μὴ βλέποντες, ideoque a Christo ad idoneam religionis scientiam adducendi, inscii vocantur et ignari, qui tamen ignorantiæ suæ bene conscii ad majorem scientiam adspirant.

12. *facultate intelligendi et cognos-*

cendi aliquid præditus sum. Matth. XIII, 13. βλέποντες οὐ βλέπουσι, quod de iis dicitur, qui aures obstinabant oculosque occludebant, ne veritatem ipsis traditam intelligerent, coll. v. 14. Simile oxymoron reperitur apud *Terent. Prol. Andr. intelligendo, ut nihil intelligant*, et *Gellium N. A.* XV, 24. "*ut contra, si quis sentiat, nihil sentiat.*" Marc. IV, 12. Luc. VIII, 10.

13. *considero.* 1 Cor. I, 26. βλέπετε τὴν κλῆσιν ὑμῶν considerate eos, qui amplexi sunt religionem Christianam. ibid. X, 18. βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα. In versione Alex. τῷ רָאָה non solum τὸ κατανοέω, Genes. XLII, 9. Exod. II, 11. sed etiam καταμανθάνω respondet, Genes. XXXIV, 1. Levit. XIV, 36.

14. *attendo diligenter.* Marc. IV, 24. βλέπετε τί ἀκούετε, h. e. diligenter attendite iis, quæ vobis dicuntur et vim dictorum assequi studete. Luc. VIII, 18. βλέπετε πῶς ἀκούετε.

15. *curo, operam do.* 1 Cor. III, 10. ἕκαστος βλεπέτω πῶς ἐποικοδομεῖ quilibet autem videat quid superstruat. 1 Cor. XVI, 10. Ephes. V, 15. βλέπετε πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε. Coloss. IV, 17.

16. ut Latinum *video, caveo*, inprimis, si cum ἀπὸ construitur, aut particula negandi sequitur. Matth. XXIV, 4. βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ cavete, ne quis vos inducat in errores. Marc. VIII, 15. βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης, coll. Matth. XVI, 6. Marc. XII, 38. XIII, 9. 33. βλέπετε cauti estote et vigilantes. Luc. XXI, 8. Act. XIII, 40. 1 Cor. VIII, 9. X, 12. Galat. V, 15. Philipp. III, 2. Hebr. III, 12.

17. *rationem habeo, respicio, studio et cupiditate alicujus rei teneor.* Matth. XXII, 16. οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων non personarum respectum habes, non moveris auctoritate humana, aut, non partium studio teneris. Eadem formula legitur Marc. XII, 14. Conf. infra ad πρόσωπον dicta. Pertinere mihi huc videtur locus *Luciani* T. I. p. 379. ἐς δὲ τὸ χρυσίον πάντες ἔβλεπον, ubi conferendi sunt Interpretes.

BOANEPΓE'Σ, *Boanerges.* Vox Hebraica Græcis modo litteris scripta, quæ semel in N. T. legitur Marc. III, 17. ex quo loco satis apparet, ita a Jesu appellatos fuisse Jacobum majorem et Johannem, fratrem ejus, ipsamque vocem *filios tonitru* significare, nam a Marco explicationis causa additur, ὅ ἐστιν, υἱοὶ βροντῆς. Ita autem dicti fuerunt ob singularem in dicendo potentiam et δύναμιν, qua instructi erant divinitus, ut infra ad vocem βροντὴ a me docebitur. Variis autem modis hæc vox scripta reperitur in libris veteribus. In Cod. Alex. et *Gloss. Gr. Alb.* βοανηργὲς reperitur. *Suid.* βοανεργεὶς habet, et in aliis codicibus βοανεργὴς legitur. Eadem opinionum varietas est in originibus hujus vocis constituendis, quam alii ex בְּנֵי et רַעַם *tonitru*, alii ex בֵּן *filius*, הָרַג *occidit* et אֵשׁ *ignis* conflatam esse, admodum inepte existimant. Recte enim vidit. *Ludov. de Dieu* in *Critica S.* p. 397. vocem ex בְּנֵי et רֶגֶשׁ *strepitus, tonitru*, conflatam esse; cui opinioni leges grammaticas minime contrarias esse, docuit *Stockius* in *Clavi L. S. N. T.* p. 213. In universum conferri meretur *Vorstius* de *Hebraismis N. T.* c. 24. p. 478. seq. ed. *Fischeri* et *Laur. Fabricius* in *reliquiis Syris* p. 297. *Th. Crenii Analect. Philol. Crit. Historicorum.*

BOA'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *clamo, vociferor, cum clamore dico.* Interdum pleonastice additur φωνῇ μεγάλῃ. Marc. XV, 34. ἐβόησεν φωνῇ μεγάλῃ. Act. VIII, 7. Interdum etiam simpliciter ponitur. Act. XVII, 6. XXI, 34.

2. *lætitiam cantu*, seu *voce intenta et elata testor.* Galat. IV, 27. ῥῆξον καὶ βόησον (ubi in Hebraico Ies. LIV, 1. est צַהֲלִי *persona, jubila.*

3. *palam doceo, palam aliquid trado.* Matth. III, 3. φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ acclamatio doctoris publici in deserto

auditur. Marc. I, 3. Luc. III. 5. Joh. I, 23. Eodem modo קָרָא Ies. XL, 3. Hinc βοᾶσθαι Græcis res dicitur, quæ sermonibus omnium celebratur, v. c. apud *Theophr. Charact.* VIII, 2.

4. *invoco, imploro, enixe rogo, alicujus opem et auxilium imploro.* Luc. XVIII, 7. τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, h. e. qui assidue eum ad vindictam provocant. Cf. *Symmachum* ad Ps. III, 5. et Alex. ad Thren. II, 18. 2 Paral. XX, 9. Deut. XV, 9. *Homer. Odyss.* II, 142.

ΒΟΗ', ῆς, ἡ, *clamor*, etiam *preces, quibus alicujus auxilium imploratur, aut aliquis ad vindictam provocatur.* Semel legitur in plurali Jacob. V, 4. αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων εἰς τὰ ὦτα Κυρίου σαβαὼθ εἰσεληλύθασιν, ubi per βοὰς τῶν θερισάντων, quæ ad aures Jehovæ pervenisse dicuntur, intelligendæ sunt *metentium, quibus detracta ac decurtata est merces, preces ad Deum enixæ, quibus eum ad vindictam provocant. Suid.* βοήν· μάχην καὶ φωνὴν μεγάλην.

ΒΟΗ'ΘΕΙΑ, είας, ἡ, *adjumentum, auxilium*, a βοηθέω, Hebr. עֶזְרָה. Bis tantum legitur in N. T. Act. XXVII, 17. βοηθείαις ἐχρῶντο, h. e. adjumentis utebantur, seu, conjunctis ac intensis viribus navem, fluctuum violentiæ obnoxiam, firmabant, ne confringeretur aut submergeretur. Alii tamen, ut *Kypkius* ad. h. l. per βοηθείας adminicula illa intelligunt, quibus navi periclitanti succurritur, v. c. catenas, uncos, funes, ancoram et alia instrumenta nautica. Hebr. IV, 16. εἰς εὔκαιρον βοήθειαν auxilium divinum promptum et omni tempore paratum. *Syrus* vertit non male ܠܥܘܕܪܢܐ ܒܐܒܢܐ ܕܐܘܠܨܢܐ *in auxilium in tempore afflictionis. Aristot. Rhet.* II, 5.

ΒΟΗΘΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie vi etymologiæ notat vel *accurrere cum clamore auxilii ferendi causa*, μετὰ βοῆς θεῖν, seu δραμεῖν, (cf. *Valckenar.* ad *Eurip. Hippol.* v. 776.) vel *accurrere ad clamorem oppressorum*, πρὸς τὴν βοὴν θέειν. Act. XVI, 9. XXI, 28. βοηθεῖτε auxilio venite. *Polyb.* II. p. 1403. *Aristoph. Vesp.* 431.

2. in universum: *auxiliari, opitulari, succurrere, opem ferre* notat, et convenit fere cum Hebraico עָזַר et speciatim de *iis* usurpatur, *qui medentur morbis*, v. c. apud *Dioscor.* I, 28. et 106. *Arrian. Epict.* II, 15. Sic legitur in N. T. Matth. XV, 25. coll. v. 22. Marc. IX, 22. 24. Adde 2 Cor. VI, 2. Hebr. II, 18. Apoc. XII, 16.

ΒΟΗΘΟ'Σ, οῦ, ὁ, proprie: *qui ad clamorem et vocem alicujus periclitantis accurrit auxilii ferendi causa*, a βοηθέω, quod vide. Deinde vero omnino *auxiliator* et *opitulator*. Semel legitur in N. T. Hebr. XIII, 6. ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν, Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς ut animo, fiducia pleno, dicere possimus, præsentissimum nobis est auxilium Dei. Eadem verba leguntur Ps. CXVIII, 6. יְהוָֹה לִי בְּעֹזְרָי Κύριος ἐμοὶ βοηθός.

ΒΟ'ΘΥΝΟΣ, ου, ὁ, non semper *quævis fovea* aut *cavitas profundior in terra* dicitur, sed interdum speciatim *cisternam, foveam, quæ aquis recipiendis et colligendis inservit*, τὸν λάκκον, ut auctor *Etym. M.* interpretatus est, significat. Sic autem legitur in N. T. Matth. XII, 11. ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον, ubi sermo est de pecoribus, quæ Sabbato aquatum ducuntur. ibid. XV, 14. ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται. Luc. VI, 39. Sæpius non legitur in N. T. In vers. Alex. τῷ פָּחַת respondet 2 Sam. XVIII, 17. Ies. XXIV, 17. 18.

ΒΟΛΗ', ῆς, ἡ, æque late patet ac Latina vox *jactus*, et non solum *ipsum jaciendi actum* (*Herodian.* II, 6. 69. VII, 12. 12.) significat, sed etiam *illud ipsum, quod jacitur*, seu *emittitur*, notat, et de *sagitta, lapide, radiis solis, oculis*, etiam *ictibus et verberibus* usurpatur, v. c. *Homer. Odyss.* IV, 150. ὀφθαλμῶν βολαί. ibid. XVII, 283. ubi cum πληγὴ permutatur. Genes. XXI, 16. ὡσεὶ τόξου βολήν. 2 Macc. V,

14. *βελῶν βολάς.* Et *ἡλίου βολαὶ* pro *ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου* haud raro apud Sophoclem et alios poëtas Græcos legitur. In N. T. semel legitur Luc. XXII, 41. *ὡσεὶ λίθου βολήν*, supple *κατὰ*, fere ad lapidis jactum. Formula autem *βολὴ λίθου tantum spatii, quantum jactus lapidis conficit*, de quovis exiguo viæ spatio usurpatur. *Homer. Iliad.* V, 12. ubi vid. *Eustath. Thucyd.* V, 65.

ΒΟΛΙΖΩ, fut. *ίσω*, *bolidem demitto, jacio, altitudinem* s. *fundum maris exploro emisso perpendiculo nautico*, Græce *βολὶς* dicto, quod nautæ facere solent, ne vadis illidantur, a *βολὶς*, quod vide. *Eustathius* in *Il. ε'.* p. 427. exposuit *βάθος θαλάσσης μετρεῖν μολιβδίνῃ καθέτῳ, ἢ τοιῷδε τινί.* Semel legitur in N. T. Act. XXVII, 28. *καὶ βολίσαντες εὗρον ὀργυιὰς εἴκοσι* et cum demisissent bolidem, invenerunt passus vel cubitos viginti profunditatis; atque paulo post ibidem est: *βολίσαντες εὗρον ὀργυιὰς δεκαπέντε.* Cf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 645.

ΒΟΛΙΣ, *ίδος*, ἡ, 1. *jaculum, sagitta, omne, quod mittitur et jacitur*, a *βολὴ*, observante *Athenæo Deipnosoph.* III, 23. p. 106. ed. *Casaub. Hesych. βολίδες· ἀκόντια, λογχάρια. — βολίς· βέλος, λόγχη, ἀκόντιον. Gloss. MS.* in Sap. Salom. V, 21. *βολίδες· ἀκτῖνες.* In vers. Alex. respondet Hebr. שְׁלַחַ *missilia arma*, Nehem. IV, 17. interdum etiam *τῷ* חֵץ Num. XXIV, 8. Zach. IX, 14. Sic legitur in N. T. Hebr. XII, 20. *ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται* aut jaculo transfigetur, ubi verbis Hebraicis אוֹ־יָרֹה יִיָּרֶה Exod. XIX, 13. respondet.

2. est *perpendiculum nauticum*, seu *funis, cui plumbum est alligatum, qui de prora jacitur, et quo nautæ explorant profunditatem aliquorum locorum maris.* Inde descendit *βολίζω.*

ΒΟΟΖ, ὁ. *Booz, Boas.* Nomen viri Hebraicum *ἄκλιτον* בֹּעַז Ruth. IV, 21. quod videtur eum significare, *in quo est robur et fortitudo.* Fuit filius *Salmon*, consanguineus Elimelechi, Bethlehemitæ. Ruth. II, 1. In N. T. bis memoratur Matth. I, 5. Luc. III, 32.

ΒΟΡΒΟΡΟΣ, ου, ὁ, proprie est: *ἡ ἐκ τῆς βορᾶς κόπρος, stercus*, seu *fimus, qui everritur e stabulis pecudum.* (a *βορὰ pabulum.*) *Plutarch. Opp.* T. VIII, p. 294. ed. *Reiske. Etym. M. ἡ ἐκ τῆς τροφῆς γενηθεῖσα ὕλη. Hesych.* et *Phavor. ὀχετὸς δυσώδης*, cloaca, malum odorem spirans, *cœnum, limus*, et ita differt a *πηλὸς lutum*, de qua differentia vide *Hemsterhus.* ad *Luciani Somn.* p. 24. Hinc *βορβορόω cœno me polluo et contamino*, quod proprie est suum, seu porcorum. *Ælian. Hist. Anim.* V, 45. Alex. usi sunt hoc vocabulo pro טִיט Jer. XXXVIII, 6. In N. T. semel legitur 2 Petr. II, 22. *ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου*, sc. *ἐπιστρέψασα*, sus lota ad volutabrum cœni revertitur. Adagium in eos dictum, qui in pristina flagitia et animi sordes relabuntur, de quo exposuit *Vorstius* de *Adagiis N. T.* c. IV. p. 776.

ΒΟΡΡΑΣ, ᾶ, ὁ, 1. *boreas, aquilo, ventus septentrionalis*, qui et Græcis *βορέας* et *βορέης* (Prov. XXVII, 16. Sirac. XLIII, 20.) dicitur, sine dubio, quia aërem purificat et serenum reddit, unde *serenifer* vocatur ab *Avieno.* Vid. *Ovid. Metam.* VI, 690. et *Senec. Troad.* 390. *Hesych. βορρᾶς· ἄνεμος ψυχρὸς καὶ παγώδης καὶ σκληρός.* In vers. Alex. respondet Hebraico צָפוֹן Genes. XIII, 14. Num. II, 25.

2. *plaga*, seu *pars septentrionalis, a qua Boreas flare solet.* Sic legitur in N. T. Apoc. XXI, 13. *καὶ ἀπὸ βορρᾶ πυλῶνες τρεῖς*, ubi observandum est, genitivum *βορρᾶ* non per Dorismum pro *βορρᾶος* positum esse, sed omnes voces Græcas, in *ας* et *ᾶς* terminatas, eandem genitivi formam, quæ h. l. reperitur, habere, ut docuit *Georgius* in *Hierocritico N. T.* 156. Conf. *Ælian. V. H.* XII, 61. Eodem modo צָפוֹן usurpatur Job. XXXVII, 22. *ἀπὸ βορρᾶ νέφη χρυσαυγοῦντα.*

3. *terræ, versus septentrionem sitæ, quæ subjectæ sunt aëris tractibus, unde boreas spirat.* Luc. XIII, 29. ἀπὸ βορρᾶ καὶ νότου ex omnibus terris.

ΒΟ΄ΣΚΩ, fut. βοσκήσω. 1. Activum *pasco alium*, et proprium est *pastorum, qui pecora in pascua ducunt*, unde pecora βοσκήματα Græcis vocantur, quanquam interdum etiam ad homines transfertur, ut χορτάζεσθαι, ut sit in universum *alere, prospicere pastionem et nutrimenta*, vel cum contemtu aliquo et contumelia, ut significetur, homines ipsos pecoribus similes et abjectissimos esse; (conf. *Eustath.* ad *Homer. Odyss.* XI, 364.) vel, ut nihil in hac voce contumeliæ sit. *Homer. Od.* XIV, 325. XIX, 294. βόσκομαι, medium, *meipsum pasco, pascor*, et ὁ βόσκων *pastor, pecora in pascua ducens.* Matth. VIII, 30. ἀγέλη χοίρων πολλῶν βοσκομένη grex porcorum pascentium. Marc. V, 11. ubi pro βοσκομένη in aliis codicibus legitur βοσκομένων. Luc. VIII, 32. 34. XV, 15. βόσκειν χοίρους ut pasceret porcos. Matth. VIII, 33. ὁ βόσκων *porcarius, subulcus*, qui proprie συβώτης et χοιροβοσκὸς dicitur.

2. metaphorice: *diligenter curo, saluti alicujus prospicio, provideo quocunque modo.* Joh. XXI, 15. 17. βόσκε τὰ ἀρνία μου, βόσκε τὰ πρόβατά μου quæ verba omnia officia, Petro, futuro Christianorum doctori, incumbentia, complectuntur. Hinc etiam in vers. Alex. Hebraica רָאָה *prospexit, providit*, respondet 1 Regg. XII, 16. ubi pro Hebr. עַתָּה רְאֵה בֵיתְךָ דָּוִד in Græcis leguntur: νῦν βόσκε τὸν οἶκόν σου Δαυίδ.

ΒΟΣΟ΄Ρ, ὁ. *Bosor.* Nomen proprium viri Hebraicum indeclinabile. Ita dictus fuit pater Bileami, pseudoprophetæ, qui Num. XXII, 5. Hebraice בְּעוֹר a בָּעַר *exarsit, succensus fuit*, et ab Alexandrinis ibidem βεὼρ vocatur. In N. T. autem 2 Petr. II, 15. βοσὸρ vocatur, mutata littera ע in σ, ex more Græcorum, non tam ad faciliorem pronuntiationem, ut quidam opinati sunt.

ΒΟΤΑ΄ΝΗ, ης, ἡ, latius patet quam Latinum *herba, gramen*, et, ut Hebraicum עֵשֶׂב, cui in vers. Alex. respondet, de *omni proventu agri* dicitur. Hebr. VI, 7. γῆ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς γεωργεῖται ager profert fruges utiles iis, a quibus colitur. Sæpius non legitur in N. T. Æque late patet vox.

ΒΟ΄ΤΡΥΣ, υος, ὁ, quæ *omnis generis fructus arboreos auctumnales*, τὴν ὀπώραν, significat, quanquam interdum de specie tantum, de *fructu vitis*, de *uvis, botris, racemis* dicitur. *Suid.* βότρυν· τὴν ὀπώραν, οὐχὶ τὴν σταφυλὴν μόνον, καὶ μή ποτε τὴν βοτρυϊᾶν ὀπώραν. Semel legitur in N. T. Apoc. XIV, 18. τρύγησον τοὺς βότρυας τῆς γῆς, ὅτι ἤκμασαν αἱ σταφυλαὶ αὐτῆς vindemia botros terræ, quoniam maturuerunt uvæ ejus. *Xenoph. Œcon.* 19, 18. Vide *Polluc.* I, 248. In vers. Alex. Hebr. אֶשְׁכּוֹל respondet Genes. XL, 10. Cantic. I, 14.

ΒΟΥΛΕΥ΄Ω, fut. εὐσω. Activum: *consilium do alteri, suadeo, auctor sum.* In N. T. non legitur, reperitur tamen in vers. Alex. Ies. XXIII, 8. τίς ταῦτα ἐξούλευσεν ἐπὶ Τύρον; quis hoc de Tyro consilium dedit? Medium βουλεύομαι, fut. βουλεύσομαι, in N. T. dupliciter usurpatur, et quidem

1. *deliberare, consultare inter se, conferre inter se consilia*, quum nempe de pluribus dicitur; at, de uno cum dicitur, *secum deliberare, consultare*, significat, ut recte de hac voce exposuit *Dresigius* de *Verbis Mediis N. T.* I, 37. p. 236. Sic autem legitur Luc. XIV, 31. οὐχὶ καθίσας πρῶτον βουλεύεται; nonne prius expendet, seu, cum amicis suis deliberabit? Act. V, 33. καὶ ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς, pro τοῦ ἀνελεῖν ἕνεκα, seu χάριν, et deliberarunt de morte eorum. Esther. III, 6. ἐβουλεύσατο ἀφανίσαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους. 2 Regg. VI, 8. ἐβουλεύσατο πρὸς τοὺς παῖδας αὐτοῦ.

In *consultandi* notione legitur etiam apud *Xenoph.* Œconom. XI, 24. *Herodot.* IV, 119. *Joseph. A. J.* I, 21. 1. et *Ælian.* V. H. XII, 8. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 755.

2. *decernere, consilium capere.* Joh. XII, 10. ἐβουλεύσαντο δὲ οἱ ἀρχιερεῖς, ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἀποκτείνωσιν decreverunt pontifices etiam Lazarum interficere. Act. XV, 37. Βαρνάβας δὲ ἐβουλεύσατο (in aliis codd. ἐβούλετο e glossemate) συμπαραλαβεῖν τὸν Ἰωάννην Barnabas Johannem secum assumere volebat. Sed in h. l. ἐβουλεύσατο etiam verti potest: *consilium dederat:* quo sensu in hac ipsa forma legitur apud Alexandrinos 2 Sam. XVI, 23. Conf. *Thom. M.* p. 158. ed. *Bernard.* Act. XXVII, 39. εἰς ὃν ἐβουλεύσαντο ἐξῶσαι τὸ πλοῖον in quem decreverant navem impellere. 2 Cor. I, 17. τοῦτο οὖν βουλευόμενος cum hoc mihi proposuissem; ubi in codicibus quibusdam βουλόμενος e glossemate, quod huc fortasse e v. 15. irrepsit, legitur. Et paulo ibidem: ἢ ἃ βουλεύομαι κατὰ σάρκα βουλεύομαι; num in consiliis capiundis me humano more agere creditis? Ies. XLVI. 10. Alex. πάντα, ὅσα βεβούλευμαι, ποιήσω, ubi in Hebr. וְכָל־חֶפְצִי אֶעֱשֶׂה Ies. III, 8. VII, 5. In eadem notione legitur apud *Xenoph.* in Apol. Socr. §. 1. *Herodian.* VI, 6. 5. ἐπανελθεῖν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐβουλεύσατο. Conf. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. II, 28.

ΒΟΥΛΕΥΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie in universum dicitur *quivis consiliarius, qui aliis consilium dat,* βουληφόρος, ut *Schol. Homeri* ad Iliad. VI, v. 114. interpretatus est, a βουλεύω *consilium do;* unde in vers. Alex. Hebraico יוֹעֵץ Job. III, 14. XII, 17. respondet.

2. *senator,* (*Xenoph. Hist. Gr.* II, 3. 16. et 17.) *assessor synedrii magni, qui res gravissimas, ad religionem et rempublicam pertinentes, judicabat.* Ita autem bis legitur in N. T. de Josepho, qui fuit consiliarius magni illius consessus Hierosolymitani. Marc. XV, 43. εὐσχήμων βουλευτὴς, ubi βουλευτὴς *Vulgatus* per *decurionem* vertit, approbante *Boisio* (in Collat. p. 151.), *R. Simone, Martianæo* et aliis, nam, qui Romæ *Senatores* vocabantur, ii in municipiis *Decuriones* dicebantur. Sed alienum videtur ab hoc loco discrimen inter senatores et decuriones ob locum Luc. XXIII, 50. 51. Cæterum transiit hæc vox in Latinam linguam. (*Buleuta* occurrit apud *Plin.* X, Epp. 48. 5. ep. 113. 3. ep. 115. 3.) et Syriacam (ܒܘܠܐܛܐ), qua voce *Syrus* Marc. XV, 43. usus est.

ΒΟΥΛΗ', ῆς, ἡ, 1. et *consultationem, deliberationem,* et *ipsum consilium, decretum, propositum, voluntatem* significat. Luc. XXIII, 51. οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ αὐτῶν eorum deliberationibus et decretis de Jesu interficiendo non calculum addiderat suum. Act. II, 23. ὡρισμένῃ βουλῇ τοῦ Θεοῦ consilio ac decreto divino. ib. IV, 28. XXVII, 12. ἔθεντο βουλὴν consilium ceperant. (ubi vid. *Wetstenius N. T.* T. II. p. 640.) v. 42. τῶν δὲ στρατιωτῶν βουλὴ ἐγένετο milites decreverant. Respondet in versione Alex. Hebraico עֵצָה Deut. XXXII, 28. Prov. VIII, 14.

2. *voluntas benevola,* et in hoc sensu inprimis Deo tribuitur in N. T. Hebr. VI, 17. τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ immutabile esse ejus decretum benevolum. Speciatim autem βουλὴ Θεοῦ in N. T. vocatur *consilium Dei benevolum et æternum de beandis et salvandis hominibus per religionem Christianam.* Hinc de Pharisæis et legis peritis, qui repudiabant baptismum Johannis, quo homines initiabantur in novam œconomiam Messiæ, propediem auspicandam, Luc. VII, 30. legitur τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς rejecerunt consilium Dei erga se ipsos benevolum.

3. *illa ipsa res, quæ est e consilio et decreto profecta, inceptum, institutum,* per metonymiam dicitur. Act. V, 38. ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη ἢ τὸ ἔργον τοῦτο nam si eorum cœptum et

institutum est humanum. ibid. XX, 27. τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν πᾶσαν τὴν βουλὴν Θεοῦ, ubi βουλὴ Θεοῦ est idem quod τὸ εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ v. 24. et ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ v. 25. adeoque ipsa doctrina Christiana, quam debemus benevolæ voluntati divinæ.

4. *sensum, cogitatum.* 1 Cor. IV, 5. καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν tunc sensa pectoris occulta, cogitata hominum in lucem producentur a Deo. Hinc in vers. Alex. τῷ מַחְשָׁבוֹת Job. V, 12. Ies. LV, 7. 8. et τῷ מְזִמָּה Ps. XXI. 11. Prov. II, 11. respondet, Sirac. XXX, 21. ubi verba μὴ θλίψῃς σεαυτὸν ἐν βουλῇ σου respondet Germanicis: Quale dich nicht durch traurige Gedanken und angstliche Vorstellungen *torment not yourself with sad thoughts or anxious anticipations.*

5. Interdum πλεονάζει. Ephes. I, 11. κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ: quemadmodum ipsum verbum βουλεύομαι 3 Maccab. I, 10. pleonastice ponitur. *Hesych.* βουλή· γνώμη, θέλημα. *Etym. M.* βουλή· σημαίνει δὲ τὴν ἄθροισιν καὶ τὸ προβούλευμα. (*Homer.* Iliad. II, 53.) καὶ τὴν γνώμην, (Iliad. X, 43.) καὶ τὴν προαίρεσιν, καὶ τὴν θέλησιν.

ΒΟΎΛΗΜΑ, τος, τὸ, 1. *voluntas, consilium, decretum, propositum,* a βουλή.

2. *conatus perficiendi ac exsequendi propositum,* qui etiam Latinis *voluntas* dicitur. Rom. IX, 19. τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; quis enim voluntati ejus resistere, aut eam irritam reddere valet? Act. XXVII, 43. ἐκώλυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήματος eos a conatu istud consilium exsequendi prohibuit. Cæterum a grammaticis inter βούλευμα et βούλημα hoc discrimen, non semper tamen observatum, constituitur, ut illud sit *consilium privatum,* hoc vero *consilium publicum* significet. *Schol. Aristoph.* ad Plutum v. 493. βούλευμα μὲν τὸ ἴδιον, βούλημα δὲ τοῦ δημοσίου ἡ γνώμη. Idem tradit *Suidas,* quem vide.

ΒΟΎΛΟΜΑΙ, fut. βουλήσομαι, 1. *deliberato consilio aliquid volo, cupio, decerno.* Plus enim involvit βούλομαι, quam θέλω. Hoc enim est simpliciter *volo,* illud *considerate, re prius deliberata volo, post aliquam deliberationem in animum induco, adeoque firmiter, magna cum animi constantia volo. Eustathius* ad *Homer.* Iliad. I, v. 112. p. 45. 51. οὐχ' ἁπλῶς θέλω, ἀλλὰ βούλομαι, ὅπερ ἐπίτασις τοῦ θέλειν ἐστι, καὶ οὐ τυχόντως βούλομαι, ἀλλὰ κατὰ πολύ. Matth. I, 19. ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν decrevit illam clam dimittere, ubi a θέλειν aperte distinguitur. *Syrus* transtulit: ܡܨܒ̈ܐ *meditabatur,* qua voce etiam v. 20. pro ἐνθυμέομαι usus est. ib. XI, 27. καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. Act. XII, 4. XXVIII, 18. ubi judicibus tribuitur, qui, quæstione de aliquo habita, eum absolvendum esse judicant. 1 Cor. XII, 11.

2. *cupide, anxie aliquid volo, nimium studeo, inhio.* 1 Tim. VI, 9. οἱ βουλόμενοι πλουτεῖν qui vero nimio divitiarum amore et studio tenentur. coll. Prov. XXVIII, 22. Eodem modo ἐθέλω usurpatur apud *Epictet.* Enchir. I, 4.

3. *delector aliquo, faveo alicui.* Jacob. I, 18. βουληθεὶς, sc. ἐν ἡμῖν, ἀπεκύησεν ἡμᾶς pro summa sua erga nos benignitate emendandos nos curavit per religionem Christianam. In vers. Alex. τῷ חָפֵץ respondet. 2 Sam. XXIV, 3. ἱνατί βούλεται τῷ λόγῳ τούτῳ; 1 Sam. XVIII, 25. οὐ βούλεται ὁ βασιλεὺς ἐν δόματι. 2 Sam. XX, 11. τίς ὁ βουλόμενος Ἰωάβ; quis favet Joabo? Sic et θέλειν apud Græcos: conf. *Marklandum* ad *Lysiam* p. 332.

4. *possum, valeo.* Act. XVIII, 15. κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι has lites dijudicare non valeo.

5. *præcipio, jubeo, hortor.* 1 Tim. II, 8. βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ. ibid. V, 14. βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν. Tit. III, 8.

6. interdum pleonastice ponitur. Jacob. IV, 4. ὃς ἂν οὖν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου. Jud. v. 5. ὑπομνῆσαι ὑμᾶς βούλομαι. Jacob. III, 4. ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται, scil. μετάγειν,

quocunque impetus gubernantis agit. Eodem modo legitur apud *Joseph.* A. J. II. 5. s. 3. φράσαι τὶ κἀκείνῳ δηλοῦν βούληται τὰ διὰ τῆς παρελθούσης νυκτὸς ὀφθέντα. Conf. *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* X, §. 8. p. 293. Cæterum de forma ἠξουλήθην, quæ 2 Joh. v. 12. reperitur, conf. interpretes ad *Thom. M.* p. 258. sub ἐξουλόμην.

ΒΟΥΝΟ῎Σ, ου, ὁ, *collis, tumulus, clivus, locus, seu pars terræ eminentior,* sine dubio a βαίνω *scando,* qui Græcis cæteris λόφος et χῶνος dicitur. Bis legitur in N. T. Luc. III, 5. καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται et omnes montes et juga deprimentur. ib. XXIII, 30. καὶ τοῖς βουνοῖς, καλύψατε ἡμᾶς et ad colles, operite nos. *Phrynichus* p. 156. ed. Pauw. βουνός· ὀθνεία ἡ φωνὴ τῆς Ἀττικῆς. *Eustath.* ad Od. τ. p. 680. 37. βάρξαρον λέξιν vocat. Sed satis infregerunt auctoritatem *Phrynichi Schwarzius* in Commentar. Crit. Ling. Gr. p. 261. et *Valckenar.* ad *Herodot.* IV, c. 158. Alexandrini vocabulo hoc utuntur sæpissime pro גִּבְעָה Exod. XVII, 9. 10. 1 Sam. VII, 1. Ies. II, 2. *Hesych.* βουνός· στιβὰς, κύπριοι. βουνοί· βωμοί. Cæterum nomen hoc Æolice mutatum ad gentes plerasque Europæas, Germanos, Belgas, Gallos, qui *Dunum* vocant, ex Æolico δουνὸς, pro βουνὸς, transiisse, observat *Salmasius de Ling: Hellen.* p. 112. Confer etiam *Turnebi Adverss. SS.* XX, 15. et *Barthii* Advers. XL, 19.

ΒΟΥ῀Σ, βοὸς, ὁ, ἡ, *bos, vacca.* Est vocabulum ὀνοματοποιητικὸν, observante *Bocharto in Hieroz.* T. I. p. 287. Luc. XIII, 15. XIV, 5. 19. Joh. II, 14. 15. 1 Cor. IX, 9. 1 Tim. V, 18.

ΒΡΑΒΕΙ῎ΟΝ, ου, τὸ, proprie notat *præmium, quod victoribus in certaminibus gymnicis Græcorum a brabeuta decernebatur et dabatur,* cujus generis erat *corona, palma, olea,* etc. et differt ab ἆθλῳ, ut λῆμμα a δώρῳ, ut illud distribuatur a brabeutis, hoc vero reportetur et accipiatur a victoribus. *Hesych.* βραβεῖον· ἐπινίκιον, ἔπαθλον, νικητήριον. *Etym. M.* βραβεῖον λέγεται ὁ παρὰ τῶν βραβευτῶν διδόμενος στέφανος τῷ νικῶντι. Vid. *Pollux* Onomast. III, 30. 142. seq. et *Lydius* in Agonisticis Sacris p. 145. In hoc significatu legitur 1 Cor. IX, 24. εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον sed unus tantum reportat præmium, seu brabeum.

2. metaphorice significat *felicitatem æternam, præmia virtutis in vita futura, veris Christianis destinata.* Sic legitur in N. T. Philipp. III, 14. κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ut scopum versus ferar ad obtinenda præmia, cœlitus nobis a Deo per Christum promissa.

3. interdum omittitur hæc vox. Philipp. III, 12. οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον, (sc. τὸ βραβεῖον) et paulo post ibidem: διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, sc. τὸ βραβεῖον, coll. 1 Cor. IX, 24. et *Chrysost.* ad h. l. Ph. III, 13. deest post κατειληφέναι, coll. v. 14.

ΒΡΑΒΕΎΩ, 1. proprie: *judex sum certaminis et moderator, palmam victori decerno, assigno, tribuo,* et dicitur *de præsidibus et moderatoribus publicorum ludorum,* seu *certaminum Græcorum Olympiacorum,* qui *brabeutæ,* etiam *agonothetæ* vocantur, quorum erat leges certaminum præscribere, lites dirimere, qui præmiis dignus esset, dijudicare, et ipsa præmia distribuere. Sapient. X, 12. ἀγῶνα ἰσχυρὸν ἐβράβευσεν αὐτῷ. Conf. *Stolberg.* Exerc. L. Gr. p. 102. *Wetstenii* N. T. T. II. p. 292. et *Pollux* Onom. III, c. 30. s. 145.

2. in universum: *judex sedeo in re quavis alia, dirigo, moderor, præsum, guberno.* Sic semel in N. T. legitur Coloss. III, 15. ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν concordia, quæ Deo placet, regat et gubernet animum vestrum, sit regula et norma omnium sensuum vestrorum et actionum, coll. Philipp. IV, 7. Nec desunt similia loca in Græcis Scriptoribus. *Aristot.* Rhetor. I. c. 56. τοῦ δικαίου βραβευτής ἐστιν ὁ δικαστής. Apud *Polyb.* V, 2. βραβεύεσθαι pro *administrari* ponitur, coll. c. 11. et *Isocrat.* Orat. ad Philipp. p. 188. Philippi regis decreta et mandata dixit τὰ βραβευόμενα: ut loca e *Josepho* et aliis silentio omittam,

quæ ad hanc significationem confirmandam adduxerunt *Krebsius* in Observatt. Flav. p. 343. *D'Orville* ad *Chariton.* VI, 4. p. 445. et 540. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XIV, 65. *Hesych.* βραδεύει· διακρίνει, ἐπιψηφίζεται, μεσιτεύει, διοικεῖ. Idem: βραδευέτω· ἰθυνέσθω, μεσιτευέτω, μηνυσάτω. Idem tradit *Lex. Cyrill. MS.* et *Alberti Gloss.* N. T. p. 158.

ΒΡΑΔΎΝΩ, fut. υνῶ, ut Latinum *tardo* (Vide *Fesselii Advers. SS.* I, 2. 9.) duplici notione sumitur:

1. intransitiva: *tardo, cunctor, tardius venio.* 1 Tim. III, 15. εἰ δὲ βραδύνω si autem tardius venero, seu, moram fecero. Gen. XXXVI, 19. Deut. VII, 10. Sirac. XXXV, 18. *Plutarch.* T. II. *Opp.* p. 726. et 732.

2. transitiva: *remoror, differo, moras necto et facio.* Sic 2 Petr. III, 9. οὐ βραδύνει ὁ Κύριος τῆς ἐπαγγελίας, h. e. non ultra tempus constitutum differt dominus promissionis suæ complementum. Nam post τῆς ἐπαγγελίας omissum esse substantivum ἀναπλήρωσιν, seu τελείωσιν, aut aliud simile vocabulum, recte colligi posse videtur ex genitivo τῆς ἐπαγγελίας, pro quo Grotius olim scriptum esse τὰς ἐπαγγελίας judicabat, quia βραδύνω, transitive sumtum, semper accusativum additum habeat, v. c. Ies. XLVI, 13. σωτηρίαν τὴν παρ' ἐμοῦ οὐ βραδύνω. Sed, ut jam *Drusius* ad h. l. observavit, non infrequentes sunt apud Scriptt. sacr. casuum mutationes, seu μεταπτώσεις. *Phavor.* βραδύνω· ἀμεταδότως, ἀντὶ τοῦ βραδὺς γίνομαι. καὶ βραδύνεται ἀντὶ τοῦ βραδυτῆτα λαμβάνει. ἡ δ' ὁδὸς βραδύνεται. Idem: βραδύνω· μέλλω, δηθύνω, διάγω. καὶ βραδύνω ἐλθεῖν.

ΒΡΑΔΥΠΛΟΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *tarde et incommode navigo, tarda navigatione utor,* ex βραδὺς et πλοῦς *navigatio.* Legitur tantum in N. T. Act. XXVII, 7. ἐν ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις βραδυπλοοῦντες quum diutius tarde navigassemus, nempe ob ventos adversos. *Artemid.* IV, 32.

ΒΡΑΔΎΣ, εῖα, ύ, genitivus έος, είας, έος,

1. *tardus, segnis,* et τῷ ταχὺς opponitur, v. c. Jacob. I, 19. ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργὴν celer ad audiendum, tardus ad respondendum (scil. ad injurias illatas), tardus ad vindictam.

2. metaphorice: *stupidus, qui est tardo ingenio et hebes ad aliquid cognoscendum et intelligendum,* qui et Latinis *tardus* dicitur. *Polyb.* IV, 8. 7. βραδὺς opponitur συνετῷ. Luc. XXIV, 25. βραδεῖς τῇ καρδίᾳ homines obtuso ingenio. Sic etiam substantivum βραδύτης de stupiditate animi apud *Theophrast.* occurrit Charact. XIV, s. XV. *Suid.* βραδύς· ὁ μὴ ἀγχίνους. κἀπιλήσιμων καὶ βραδύς. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. (129.) Οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς τοῦ σώματος κινήσεως παρείληπται νῦν, ἀλλὰ τὸ μὴ ἀγχίνουν καὶ νωθὲς τῆς διανοίας θέλει δηλοῦν. Vide *Wetstenii* N. T. T. I. p. 826.

ΒΡΑΔΥΤΉΣ, ῆτος, ἡ, *tarditas, cunctatio,* (a βραδὺς *tardus.* Dicitur etiam βραδύτης, ητος, Vid. *Thom. Mag.* in v. ἰσότης,) sensu et transitivo et intransitivo. Semel tantum legitur in N. T. 2 Petr. III, 9. ὥς τινες βραδυτῆτα ἡγοῦνται ut quidam eum differre promissionum suarum eventum temerarie existimant. *Isocr. Paneg.* 39. *Xenoph. H. G.* IV, 6. 5. *Plutarch.* de *ser. Num. vindicta* p. 549. B. *Appian. B. C.* IV, p. 1052.

ΒΡΑΧΊΩΝ, ονος, ὁ, 1. proprie: *brachium, lacertus,* et quidem ea pars brachii, quæ ab ulna ad cubitum descendit, Hebraicum זְרוֹעַ.

2. metaphorice: *vis, robur, potentia,* ad imitationem Hebraici זְרוֹעַ (Job. XL, 4. ἐξήγαγέ σε Κύριος——ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, Hebr. בְּזְרֹעַ נְטוּיָה. Deut. V, 15.). Luc. I, 51. ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ qui insignia facta patrat per summam suam potentiam. Joh. XII, 38. καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; quis cognoscit vim divinam per miracula conspicuam? Act. XIII, 17. μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ἐξήγαγεν αὐτοὺς potentia summa usus eduxit populum suum ex Ægypto. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. XXXVI, 6. δόξασον χεῖρα καὶ βραχίονα δεξιόν. 2 Macc. XV, 24. *Suid.* βραχίων τροπικῶς ἡ δύναμις, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ ἐργάζεσθαι

πεφύκασιν οἱ ἄνθρωποι. Δαβίδ. ὅτι βραχίονες ἁμαρτωλῶν συντριβήσονται ex Ps. XXXVII, 17.

ΒΡΑΧΥ΄Σ, εῖα, ὺ, genitiv. έος, είας, έος. 1. proprie: *brevis, parvus, non longus*, ut de *modo* et *mensura* dicatur. *Xenoph.* Œcon. XVIII, 2. βραχὺς ὁ κάλαμος σίτου. *Dion. Halic.* Arch. V, 38. βραχὺς ποταμός.

2. *modicus, exiguus*, ita, ut et de *tempore* et *spatio* usurpetur. Luc. XXII, 58. μετὰ βραχὺ, sc. διάστημα τοῦ χρόνου, post breve intervallum temporis, paulo post. Act. V, 34. ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι jussit foras paulisper Apostolos abducere. *Plutarch. Galba* p. 1055. Act. XXVII, 28. βραχὺ δὲ (pro κατὰ βραχὺ δὲ) διαστήσαντες paululum progressi. *Thucyd.* I, 63. Hebr. II, 7. 9. βραχύ τι, sc. μέρος χρόνου, ad breve tempus. De *loco* βραχὺ et βραχύ τι aliquoties occurrit in versione Alex. 2 Sam. XVI, 1. ubi Hebr. מְעַט respondet. 2 Sam. XIX, 36. de *tempore*, Proverb. V, 14. Ps. CIX, 8. Sapient. XII, 10.

3. *parvus, exiguus, modicus*, de *copia* et *multitudine*. Sic legitur in N. T. Joh. VI, 7. ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βραχύ τι, sc. μέρος, λάβῃ ut quisque eorum vel paululum accipiat. Hebr. XIII, 22. διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν, sc. ῥημάτων, paucis vobis scripsi. Eodem modo apud Alexandrinos βραχὺς, vel simpliciter positum, vel additis vocibus ἀριθμὸς et μέρος, usurpatur 1 Sam. XIV, 29. ἐγευσάμην βραχύ τι, sc. μέρος τοῦ μέλιτος. ibid. v. 43. βραχὺ μέλι. Ps. CV, 12. ἀριθμῷ βραχεῖς. *Hesych.* Βραχύ· ἀντὶ τοῦ οὐδὲν, ὀλίγον, μικρόν. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Βραχύς· μικρὸς, ὀλίγος. In universum de hac voce bene exposuit *Zeunius* ad *Xenoph.* de Re Equestri IX, 3. Vide et *Lexic. Xenophonteum* s. h. v. et *Schweighæuseri Lexic. Polyb.*

ΒΡΕ΄ΦΟΣ, εος, τὸ, 1. *fœtus, qui adhuc in matris utero latet, embryo. Hesych.* βρέφος· ἔμβρυον, νήπιον. *Schol. Homeri* ad Iliad. XXIII, 266. (βρέφος ἡμίονον κυέουσαν) βρέφος, ὃ ἡμεῖς ἔμβρυον λέγομεν ἐν τῇ γαστρὶ ὄν. *Apollodor.* Bibl. III, 4. 3. ἑξαμηνιαῖον βρέφος— ἐνέβρεψε τῷ μηρῷ. Etiam *Aquila* usus est hac voce pro עוֹלְלִים Ps. VIII, 3. Sic legitur in N. T. Luc. I, 41. ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς fœtus, quem utero gestavit, veluti præ gaudio exultavit. ibid. v. 44.

2. *infans recens natus*. Luc. II, 12. εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον invenietis infantem fasciis involutum. ibid. v. 16. Act. VII, 19. τοῦ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν exponere infantes eorum. *Etym. M.* βρέφος· τὸ νεογνὸν παιδίον, κυρίως ἐπὶ ἀνθρώπου. 1 Macc. I, 61. 2 Macc. VI, 10. *Eurip.* Phœn. v. 821. *Xenoph. Mem.* II, 2. 5. Apud Græcos Scriptores βρέφος tam de humana, quam de aliorum animalium sobole usurpatur, v. c. *Ælian.* V. H. I, 6.

3. non semper *infantem modo natum*, sed etiam *puerum, jam aliquantulum adultum*, notat, ut Latinum *infans*, quod de puero septem annorum in veteri lapide apud *Gruterum* p. 679. n. 7. legitur. Sic autem reperitur Luc. XVIII, 15. προσέφερον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ βρέφη. 2 Tim. III, 15. ἀπὸ βρέφους a puero, inde a prima tua juventute. *Hesych.* βρέφος· παῖς.

4. metaphorice: *qui nuper tantum institutus est in religione Christiana, et admissus est ad sacra Christianorum*. 1 Petr. II, 2. ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη. Conf. supra ad ἀρτιγέννητος.

ΒΡΕ΄ΧΩ, fut. βρέξω, 1. in universum: *rigo, madefacio, irrigo, quocunque modo hoc fiat*, unde ἡ βρέξις *humectatio*. Luc. VII, 38. ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι pedes ejus lacrymis madefecit. ibid. v. 44. Ps. VI, 6. ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω (Hebr. אַמְסֶה). Ies. XXXIV. 3. βραχήσεται τὰ ὄρη ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῶν, Hebr. נָמַסּוּ הָרִים מִדָּמָם. *Xenoph.* de Re Equestri V, 6. καὶ τὸ προκόμιον δὲ χρὴ βρέχειν. Conf. *Salmasii* Exercitt. Plinian. p. 588. seq. *Plutarch.* T. I. Opp. p. 125. *Reiske*

2. i. q. ὕω, *pluviam spargo, demitto*, seu *pluviæ instar demitto, pluo*. Matth. V, 45. βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους pluviam spargit super probos et improbos. *Syrus:* ܡܫܬܐ ܡܛܪܗ demittit pluviam suam. Luc. XVII, 29. ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ depluit ignis ac sulphur de cœlo, ubi subintelligenda est vox Θεὸς, seu Κύριος, coll. Genes. XIX, 24. II, 5. ubi Hebraico הִמְטִיר respondet, ne quis hoc verbum impersonaliter sumi credat. Jacob. V, 17. Apoc. XI, 6. ἵνα μὴ βρέχῃ ὑετὸς ut non decideret pluvia. *Xenoph. Œconom.* 17, 2. *Phavor.* Βρέχει οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων εἶπε ἐπὶ τοῦ ὑετοῦ, ἀλλὰ ὕειν. βρέχειν δὲ ἐπὶ τῶν ἀπαλυνομένων ὑπὸ τοῦ ὕδατος φασὶν κ. τ. λ. Idem tradit *Phrynichus*. Sed contrarium docuerunt Interprett. ad *Thom. M.* sub βρέχει p. 171.

ΒΡΟΝΤΗ', ῆς, ἡ, *tonitru*. Joh. XII, 29. βροντὴν γεγονέναι tonitru editum esse. (Conf. *Herodot.* III, 86. *Pindar. Pyth.* IV, 350. et alia loca, quæ laudat *Wetstenius N. T.* T. I, p. 925.) Apoc. IV, 5. VI, 1. VIII, 5. X, 3. 4.

2. metaphorice ita dicitur *facultas potenter dicendi, orationis efficacia, vis et potestas*, quæ ab *Isocrate* vocatur ἡ δεινότης ἡ ἐν τοῖς λόγοις, quemadmodum etiam verbum βροντᾷν (ut Latinum *tonare* apud *Columellam* de Re Rustica Præf. L. I. sect. 30. occurrit, " neque ille ipse Cicero territus cesserat tonantibus Demostheni et Platoni") eleganter apud ipsos Græcos *facundis et disertis oratoribus* tribuitur, v. c. *Dionys. Halic.* L. XII, p. 505. Περικλέης ὁὐλύμπιος ἤστραπτεν, ἐβρόντα, συνεκύκα τὴν Ἑλλάδα, *Aristoph.* Acharn. v. 530. coll. Cic. Orat. c. 9. Sic autem legitur in N. T. Marc. III, 17. ubi narratur, fratres Jacobum et Johannem υἱοὺς βροντῆς, h. e. βροντῶντας, a Jesu appellatos esse, quod facultate docendi orationisque potestate essent inprimis præstituri. Conf. de hoc loquendi usu *Vorstii* Philol. Sacram p. 478. seq. ed. recent. et *Fischeri* Prol. XXIX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 16. seq.

ΒΡΟΧΗ', ῆς, ἡ, proprie quidem significat *madefactionem* et *irrigandi actum*, deinde vero per metonymiam *illud ipsum, quod madefacit*, speciatim vero *imbrem, pluviam vehementem et densam, agmen aquarum cœlestium*, ut adeo ab ὑετὸς eodem modo differat, quo גֶּשֶׁם a מָטָר. (a præterito med. βέβροχα verbi βρέχω). Bis autem in N. T. legitur. Matth. VII, 25. 27. καὶ κατέβη ἡ βροχὴ et delapsus est imber. Respondet Hebraico גֶּשֶׁם in vers. Alex. Ps. LXVIII, 10. CV, 32. et in *Symmachi reliquiis* Prov. XXV, 23. ubi *Aquila* ὄμβρος habet.

ΒΡΟ'ΧΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie in universum *laqueus, qui ad capiendum et constringendum componitur et aptatur*, dicitur, v. c. *quo aves et feræ irretiuntur*, (conf. *Potter.* ad *Lycophron.* p. 145. *Pollux* Onom. V, c. 4. *Herodot.* VII, 212. unde Hebraico מוֹקֵשׁ in vers. Alex. Prov. VI, 5. XXII, 25. respondet) *quo quis suspenditur*, (*Suid.* τὸ τῆς ἀγχόνης σχοινίον. *Etym. M.* ἐπὶ τοῦ σχοινίου τοῦ περιτιθεμένου ἐν τῷ λαιμῷ) *quo navis alligatur in littore et ancora firmatur*, (*Etym. M.* Κυρίως δὲ βρόχος λέγεται, ὁ εἰς τὰς ἀγκύρας ἐνημμένος, καὶ τὰ ἀπόγεια σχοινία διὰ τὸ βρέχεσθαι) et *cujus usus erat in bellis et obsidionibus*. (conf. *Kypke* Observv. Sacr. T. II. p. 206. seq.

2. metaphorice: *omnis vis, cum astutia conjuncta, quæ alicui infertur, et cum quis invitus ad rem aliquam agendam adstringitur*. Sic semel in N. T. legitur 1 Cor. VII, 35. οὐχ' ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω non, ut jugum humeris vestris aut necessitatem imponam. Conf. *Potter.* ad *Lycophron.* Cassandr. v. 405.

ΒΡΥΓΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, est per se *stridor, crepitus dentium, fremitus*. (a βέβρυγμαι, perf. pass. verbi βρύχω. Inter-

dum additur τῶν ὀδόντων, sed pleonastice. *Suid.* Βρυγμός· τρισμὸς ὀδόντων. *Hesych.* Βρυγμός· ἀπὸ τοῦ βρύχειν, ὅ ἐστι τοῖς ὀδοῦσι πιέζοντα ψόφον ἀποτελεῖν, ὡς ἐν ῥίγει συμβαίνει. ἢ ἀκόνησις μύλων ἢ τρισμὸς ὀδόντων. *Galenus:* ὁ ἀπὸ τῶν ὀδόντων συγκρουομένων ψόφος. Conf. *Foësii* Œcon. Hippocr. p. 80. In N. T. autem eo indicatur *summus invidiæ, doloris, et indignationis gradus*, quem sentient in futura vita flagitiosi. Matth. VIII, 12. ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Hæc formula (quæ etiam in descriptione summi terroris, in quo etiam strident dentes, quemadmodum frigore, v. c. apud *Lucian. Jov. Trag.* p. 225. *Heliodor.* V. p. 208. adhibetur) sæpius occurrit in N. T. v. c. Matth. XIII, 42. 50. XXII, 13. XXIV, 15. XXV, 30. Luc. XIII, 28.

ΒΡΎΧΩ, fut. ύξω, *dentibus inter se collisis sonitum ac fremitum edo, frendeo, strideo dentibus*, estque proprie canum rabidorum, qui cum frendore stringunt dentes in obvios, interdum etiam leonum, (*Suid.* βρύχων τοὺς ὀδόντας ὁ λέων, coll. Prov. XIX, 12.) et nihil plane differt a voce *βρύκω*, quam *Hesych.* τρίζειν τοὺς ὀδόντας interpretatur. Alexandrini usurparunt pro Hebr. חָרַק Job. XVI, 9. Ps. XXXV, 16. Thren. II, 16. Conf. quæ de hac propria significatione *Valckenar.* et *Ammon.* ad *Ammonium* sub v. *βρύκειν*, *Pierson.* et *Sallierius* ad *Mœridem* p. 99. seq. et Interpp. ad *Thom. M.* sub *βρύχειν* p. 172. monuerunt. Metaphorice de *hominibus iracundis et furore in aliquem correptis* usurpatur, quia hi, præ ira dentibus collisis, strepere solent. Sic autem semel in N. T. legitur Act. VII, 54. ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτὸν et fremebant dentibus super ipsum, quæ est ipsa formula Hebraica חָרַק עָלַי בִּשְׁנָיו, quæ Job. XVI, 9. legitur.

ΒΡΎΩ, fut. ύσω. Duplici notione sumitur:

1. intransitiva, *scateo, plenus sum, abundo, affluo, circumfluo*, in qua et cum genitivo construitur, v. c. apud *Diog. Laërt.* I, 122. ῥθειρῶν ἔβρυον πᾶς, et cum ablativo, ut apud *Anacreontem* Od. 58. βρύονται μίτραις πολυανθέμοις. Conf. *Spanhem.* ad *Aristoph.* Nub. v. 45.

2. transitiva: *produco, emitto, prodire facio*, unde mox de *floribus* et *fructibus, quos terra producit*, v. c. apud *Xenoph.* de Venat. V, 12. ὅταν δὲ ἡ γῆ βρύῃ, mox de *fontibus, e quibus aqua ebullit*, dici solet. *Eustath.* ad Il. ε'. p. 1126. 42. Hinc per *scaturire* reddendum est Jacob. III, 11. μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν; numquid idem fons ex eodem foramine scaturit dulcem et amaram aquam? Sæpius in N. T. non legitur. *Hesych.* βρύει· ῥέει, πηγάζει, ἀναζλύζει, πηδᾷ. Idem: ἀνθεῖ, ἀνίησιν, αὔξεται.

ΒΡΩ̃ΜΑ, ατος, τὸ, 1. *cibi ac edulia, quidquid nutrit, alimentum.* (a βιβρώσκω s. βρώσκω *comedo.*) Matth. XIV, 15. ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα ad coëmendum cibum. Marc. VII, 19. καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα, ubi tamen *βρώματα id, quod e cibis versum est in excrementa*, significare videtur. 1 Cor. X, 3. βρῶμα πνευματικὸν manna, cibus cœlestis.

2. *cibus solidior, alimentum corporis solidius*, στερεὰ τροφή, et metaphorice: *sublimior doctrina, perfectioribus tantum et intelligentioribus Christianis tradenda.* Hanc vero significationem habet βρῶμα, quando τῷ γάλα opponitur. 1 Cor. III, 2. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα, scil. ἔδωκα, aut simile quid, lacte vos potavi, nec cibum solidiorem vobis dedi, coll. v. 1. et Hebr. V, 12. 13. 14.

3. *certa ciborum et nutrimentorum genera, quorum usus interdictus erat lege Mosaica.* 1 Tim. IV, 3. ἀπέχεσθαι βρωμάτων, scil. κελευόντων, ubi sermo est de doctoribus judaizantibus. Hebr. IX, 10. XIII, 9. Sic βρώματα 1 Macc. I, 63. de εἰδωλοθύτοις usurpatum reperitur.

4. *comestio, ipse actus comedendi*, et

speciatim *esus et usus ciborum prohibitorum lege Mosaica.* Rom. XIV. 15. εἰ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται si usus carnis, idolis oblatæ, fratrem tuum offendit; et paulo post ibidem: μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, coll. v. 17. 20. 21. 1 Cor. VIII, 8. et 13. coll. v. 10.

5. metaphorice: *res, quæ animum oblectat, id, quo capimur, delectamur, quod summo cum studio agimus.* Joh. IV, 34. ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με in hoc unice incumbo et elaboro, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me. Sic *Lactant.* I, 1. 20. "Nullus suavior animo cibus est, quam cognitio veritatis."

ΒΡΩ΄ΣΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *esculentus, qui comedi potest,* τὸ βρώσιμον *esculentum, cibus.* Luc. XXIV, 41. ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; num habetis hic aliquid edulii? Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt pro Hebr. מַאֲכָל Levit. XIX, 23. Ezech. XLVII, 12.

ΒΡΩ΄ΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *esus,* seu *actus comedendi.* 1 Cor. VIII, 4. περὶ δὲ τῆς βρώσεως τῶν εἰδωλοθύτων quod vero ad usum carnium, ex victimis idolorum residuarum, attinet. 2 Cor. IX, 10. ὁ ἐπιχορηγῶν ἄρτον εἰς βρῶσιν. Rom. XIV, 17. οὐ γάρ ἐστι ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις in ecclesia Christiana non spectatur hoc, utrum discrimen ciborum facias nec ne. De *usu ciborum, lege Mosaica prohibitorum,* legitur Coloss. II, 16. μή τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει. *Xenoph. Mem.* I, 3. 15.

2. *cibus, edulium,* et *omne, quod nutrit,* i. q. βρῶμα, cum quo permutatur Joh. IV, 32. coll. v. 34. Sic autem legitur in N. T. Joh. VI, 27. τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην. Hebr. XII, 16. ἀντὶ βρώσεως μιᾶς pro edulio uno. *Polyb.* XII, 3. 10. *Homer.* Odyss. X, 176. ὄφρ' ἐν νηῒ θοῇ βρῶσίς τε πόσις τε. In vers. Alex. pro Hebr. אֹכֶל Genes. XLVII, 24. מַאֲכָל Genes. II, 9. III, 6. et aliis, idem significantibus vocabulis, ponitur. Conf. Interpp. ad *Thom. M.* sub βρώματα.

3. metaphorice: *res, quæ animum oblectat, desiderio animi humani omni ex parte satisfacit, adeoque,* ex adjuncto, *omni cum studio appetitur et tractatur, occupatio, bonum, commodum.* Joh. IV, 32. ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε aliam occupationem in præsenti habeo, aliud mihi agendum est, quod vos ignoratis, coll. v. 34. Joh. VI, 27. τὴν βρῶσιν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, h. e. bona et commoda, quæ perpetuo durant, et hominibus contingunt per religionem Christianam. ibid. v. 55. ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις doctrina mea desideriis animi humani omni ex parte satisfacit, omnis generis cognitionem et felicitatem suppeditat.

4. *erosio, arrosio, corruptio,* etiam *res ipsa arrodens,* et speciatim ita dicitur *rubigo, ærugo, ĭos, vitium metallorum,* et speciatim *vitium auri et argenti, ab humore et situ contractum.* Matth. VI, 19. 20. σὴς καὶ βρῶσις nec tinea nec ærugo. Et in hoc sensu respondet Hebr. אָכַל Malach. III, 11. quod de omni dicitur, quod aliquid perdit atque consumit. Ipse *Aquila* vocabulo βρῶσις Ies. L, 9. pro Hebraico עָשׁ *tinea* usus est. Eodem modo etiam βρῶμα usurpatur in Epist. Jerem. v. 12. ubi de gentium diis dicitur οὗτοι δὲ οὐ διασώζονται ἀπὸ ἰοῦ καὶ βρωμάτων. *Scultetus* in *Exc. Evang.* II, c. 35. σὴς καὶ βρῶσις in Matth. l. l. non esse duas diversas species, sed per Hendiadyn explicandum judicat, ut sit idem quod σὴς βρώσκουσα. Conf. etiam *Lud. de Dieu Crit. S.* p. 328.

ΒΡΩ΄ΣΚΩ, i. q. ΒΙΒΡΩ΄ΣΚΩ, fut. βρώσω *edo, comedo.* Legitur in N. T. semel Joh. VI, 13. ἃ ἐπερίσσευσον τοῖς βεβρωκόσιν quæ superfuerunt illis, qui comederant. 2 Maccab. II, 11. Conf. *Biel.* Thes. Philol. s. h. v.

ΒΥΘΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie: *mergo, demergo, in profundum abjicio,* et speciatim de *aquis et fluctibus* dicitur, *quibus aliquis submergitur et obruitur.*

Hesych. βυθίζων· ποντίζων ἐν βυθῷ. Luc. V, 7. ὥστε βυθίζεσθαι αὐτὰ, ubi sermo est de navigiis, piscibus adeo repletis, ut mergi inciperent. *Syrus* bene; ܐܝܟ ܕܩܪܝܒܢ ܗܘܝܢ ܠܡܛܒܠܐ *ut propinquæ essent submergi.* s. *submersioni.* 2 Macc. XII, 4. ἐπαναχθέντας αὐτοὺς ἐβύθισαν. *Polyb.* II, 10. 5. XVI, 3. 2.

2. metaphorice de *rebus* usurpatur, *quibus aliquis in exitium et miseriam præcipitatur, conjicio, adduco, præcipito, demergo.* 1 Tim. VI, 9. ubi sermo est de perversis cupiditatibus, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν quæ demergunt hominem in interitum et perniciem. Eodem modo verbo καταβυθίζειν de *affectibus, qui in summam et irreparabilem demergunt miseriam,* usus est *Longinus* de Sublim. §. 44. Conf. *Bergler.* ad *Alciphr.* I. Ep. 13. p. 53.

ΒΥΘῸΣ, οῦ, ὁ, 1. in universum: *omnis ima pars alicujus rei, fundus. Xenoph.* Œcon. XIX, 11.

2. *fundus maris, profundum maris,* τὸ ἄφατον βάθος, ut *Etymologici M. auctor* interpretatur, (*Artemidor.* IV, 55. *Diod. Sic.* III, 21. *Ælian. H. A.* VIII, 7.) et deinde *ipsum mare, mare altum.* Sic semel legitur in N. T. 2 Cor. XI, 25. ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, qui locus, ut recte jam vidit *Theodoretus,* explicandus est de scapha dissoluta, seu tabula, in qua Paulus post naufragium totam diem noctemque, huc et illuc a fluctibus agitatus, transegit ac in alto mari natavit. *Chrysost. Homil.* XXV. in h. l. p. 727. νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, οἱ μὲν ἐν μέσῳ πελάγει φασὶν, οἱ δὲ ὡς νηχόμενος, ὅπερ καὶ ἀληθέστερον εἰπεῖν. In hac autem significatione, ut nempe *ipsum mare, mare altum* indicet, non solum βυθὸς apud Græcos reperitur, v. c. *Theocrit.* Idyll. XI, v. 62. *Ælian.* Hist. Anim. VIII, 7. sed etiam ipsum Hebraicum מְצוּלָה, cui βυθὸς in vers. Alex. respondet, legitur Ps. CVII, 24. Vide etiam LXX. Exod. XV, 5. Ps. LXVIII, 22. Similiter Latini *Profundum* pro *Mare* dixerunt, v. c. *Lucanus* Pharsal. II, v. 680. "profundi ora videns."

ΒΥΡΣΕῪΣ, έως, ὁ, *coriarius, qui coria parat et concinnat,* qui animalium cæsorum pelles subigendo molliendoque ad multiplicem in re domestica, militari, ac navali usum præparare solet, qui ὁ τὰς βύρσας θεραπεύων, (ut loquitur *Suidas* T. I. p. 460.) βυρσοδέψης (Vid. *Etym. M.* s. h. v.) et σκυτοδέψης (*Suidas* T. III. p. 342.) vocatur, a βύρσα, *corium, pellis,* i. q. δέρμα, quod legitur Job. XVI, 15. pro גֶּלֶד *cutis, pellis,* in vers. Alexandrina. Ter legitur in N. T. Act. IX, 42. παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ. ibid. X, 6. 32. Conf. *I. E. I. Walchii* D. de *Simone coriario.* In Ej. *Diss. in Act. Ap.* Vol. II. *Thom. M.* βυρσοδέψης, οὐ βυρσεὺς, ad quem locum conf. Interpretes.

ΒΎΣΣΙΝΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *byssinus, ex bysso confectus et contextus,* a βύσσος, quod vide. Legitur Apoc. XVIII, 16. ἡ περιβεβλημένη βύσσινον καὶ πορφυροῦν (sc. ἔνδυμα s. ἱμάτιον, quod sæpe omittitur.) quæ amicta erat vestibus byssinis et purpureis. ibid. XIX, 8. ἵνα περιβάληται βύσσινον καθαρὸν καὶ λαμπρόν. v. 14. ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν καὶ καθαρόν. *Phavor.* Βύσσινον· κόκκινον. *Hesych.* βύσσινον· πορφυροῦν. In vers. Alex. respondet τῷ שֵׁשׁ Genes. XLI, 42. et בּוּץ 1 Chron. XV, 27. Adde *Plutarch.* T. VI. *Opp.* p. 380. et 664. ed. *Reiske.*

ΒΎΣΣΟΣ, ου, ἡ, *byssus, species lini Ægyptiaci, optimi, tenuissimi, mollissimi et candidissimi,* quod Hebraice שֵׁשׁ Exod. XXVIII, 39. Ezech. XVI, 13. בּוּץ, a quo *byssus* derivatur, 2 Chron. V, 12. etiam בַּד 1 Chron. XV, 27. vocatur. Conf. *Faber* ad *Harmari Obss. in Orient.* T. II. p. 378. A Persico et Arab. بز *linum* derivat *Relandus* de *vet. lingua Persica* §. 5. Crescebat *byssus* illa, de

qua Scriptores sacri loquuntur, in Ægypto, prope urbem, *Sembat* dictam, et differt ab ea, quam exteri Scriptores commemorant circa *Elidem*, Achaiæ urbem, e planta colligi. Copiose et accurate eam descripsit *Pollux* Onom. VII, c. 17. sect. 75. ἡ βύσσος λίνου τι εἶδος παρ' Ἰνδοῖς. ἥδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τι ἔριον γίγνεται, ἐξ οὗ τὴν ἐσθῆτα λίνου ἄν τις μᾶλλον φαίη προσεοικέναι, πλὴν τοῦ πάχους. Ἔτι γὰρ παχύτερος τῷ δένδρῳ καρπὸς ἐπιφύεται, καρύῳ μάλιστα προσεοικῶς, τριπλῷ τὴν διάφυσιν. Ἧς διαστάσης, ἐπειδὰν αὐανθῇ τὸ ὥσπερ κάρυον, ἔνδοθεν ἐξαιρεῖται τὸ ὥσπερ ἔριον, ἀφ' οὗ κρόκη γίγνεται. Τὸν δὲ στήμονα ὑφιστᾶσι αὐτῷ λινοῦν. Adde *Philostrat.* Vita Apollon. II, c. 20. Alba quidem erat byssus, sed apud veteres frequenter purpureo colore inficiebatur, unde *Hesych.* βύσσινα· πορφυρᾶ. In N. T. bis legitur. Luc. XVI, 19. Apoc. XVIII, 12. Conf. *Salmasii* Exercitt. Plin. p. 701. seq. *H. Reland.* Diss. Miscell. P. I. p. 212. *Ol. Celsii* Hierob. T. II, p. 169. et *J. R. Forsteri l. de Bysso antiqu. Hebr. Lond.* 776. 8.

ΒΩΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, proprie in universum *omnis locus editior* dictus videtur, *ad quem gradatim ascenditur. Suid.* βωμός· τόπος ἀνάβασιν ἔχων: speciatim vero ita dicebatur *ara, altare*, quia altaria in locis editioribus erecta erant. (a βάω, seu βαίνω *ascendo.*) Semel in N. T. legitur Act. XVII, 23. *Etym. M.* βωμός· τέμενος ἱερὸν, ὅπου θύουσι τοῖς Θεοῖς, παρὰ τὸ βῶ, τὸ βαίνω. παρὰ τὸ βαίνειν τὸ αἷμα ἐν αὐτῷ. *C. Vitringa* in *Comm. in Ies.* T. I. p. 491. derivat a בָּמָה *excelsum*, quod excelsæ essent aræ, unde *altare* ab altus. Sed suspectas habeo Græcarum vocum ex lingua Hebræa derivationes, quoties ipsa Græca commodas suppeditat.

Γ

ΓΑΒΒΑΘΑ', ἡ. *Gabbatha.* Est nomen Syro-Chaldaicum *loci editioris*, seu *suggestus, lapidibus marmoreis strati, Hierosolymæ, ubi tribunal Pilati fuit, et ex quo concionem militum et civium ex more prætorum aliorumque magistratuum Romanorum alloqui solebat*, (conf. *Tacit.* Annal. I, c. 18. s. 2.) a radice גָּבַהּ *elevari, excelsum esse.* Semel memoratur in N. T. Joh. XIX, 13. καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ βήματος εἰς τόπον, λεγόμενον Λιθόστρωτον, Ἑβραϊστὶ δὲ Γαββαθᾶ et pro tribunali sedit in loco, qui dicebatur λιθόστρωτον, Hebraice Gabbatha. *Syrus* usus est voce ⟨ (quod *septum*, seu *peribolum*, notat, *quo ædificiorum tecta plana in Palæstina cingebantur, ne quis decideret* pro γαββαθᾶ, quod *pavimentum illud elatum septum esset et clausum*, ut *Tremellius* recte monuit. Vide infra ad λιθόστρωτον.

ΓΑΒΡΙΗ'Λ, ὁ. *Gabriel.* Nomen angeli Hebraicum indeclinabile גַּבְרִיאֵל, compositum ex אֵל *Deus*, et גֶּבֶר *vir*, ut idem sit, ac *vir Dei*, h. e. *angelus, minister Dei*, et illud י sit paragogicum, ut in מַלְכִּי צֶדֶק. Memoratur non solum Dan. VIII, 16. IX, 21. sed etiam Luc. I, 19. 26. ubi ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, et ἄγγελος vocatur, et a Deo ablegatus fuisse narratur tum ad Zachariam, tum ad Mariam virginem. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 649.

ΓΑ'ΓΓΡΑΙΝΑ, ης, ἡ, *gangræna.* Descendit a γράω vel γραίνω *arrodo, depascor*, et ἄγαν *valde*, et significat *morbum, quo pars quædam corporis, laborans vi inflammationis, ita emortua est et corrupta, ut, nisi medela opportune adferatur, malum, latius indies serpens, reliquas simul corporis partes in doloris trahat consortium, ossaque tandem carie arrodens totum in perniciem tradat corpus*, der kalte Brand, der Beinfrass *inflammation, gangrene.* Conf. *Celsum* de Re medic. V, 26. s. 31. *Paul. Æginet.* IV, 29. et *Foësii* Œconom. Hippocrat. p. 81. Vulgo γάγγραινα de *cancro*, præeunte *Syro*, *Vulgato* et

Luthero, explicatur; sed *cancer*, seu *carcinoma*, καρκίνος Græcis dicitur. Semel autem legitur in N. T. 2 Tim. II, 17. καὶ ὁ λόγος αὐτῶν, ὡς γάγγραινα, νομὴν ἕξει et doctrina eorum, ut gangræna, sui veneni vim longius diffundit, seu, latius serpit et depascit, ad quem locum *Theophylactus*: νόσημά ἐστι σηπεδόνας ἐργαζόμενον καὶ τὰ κύκλῳ ἐπινεμόμενον. *Hesych.* φαγέδαινα, οἱ δὲ καρκίνος, πολυδιάχυτον ἐν τῷ σώματι πάθος. *Etym. M.* πάθος διαζρωτικὸν σαρκῶν. *Alberti* Gloss. N. T. p. 164. ὡς γάγγραινα· εἶδος πάθους, ubi omissa suspicor verba: ὃ ἀπὸ μέρους ἐφ' ὅλον τὸ σῶμα χωρεῖ. Confer etiam *Wakefield* in *Silva Critica* P. III. p. 154. seq. et *Plutarch. de adulat. et amici discr.* T. VI. Opp. p. 240. ed. *Reiske*, ubi γάγγραινα metaphorice de sermonibus adulatorum adhibetur.

ΓΑ'Δ, ὁ. *Gad.* Nomen Hebraicum *ἄκλιτον filii septimi Jacobi ex Zilpa, ancilla Leæ, suscepti*, (a גַּד *turma*, quia Lea, isto nato, se quasi turmam et exercitum filiorum nactam esse, putabat. Genes. XXX, 11.) quod semel in N. T. legitur Apoc. VII, 5. ἐκ φυλῆς Γάδ.

ΓΑΔΑΡΗΝΟ'Σ, οῦ, ὁ. *Gadarenus.* Est nomen gentile, quod in N. T. occurrit Marc. V, 1. ubi Christus venisse dicitur εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, ubi quædam exemplaria habent Γεργεσηνῶν, alia Γερασηνῶν. Luc. VIII, 26. ubi *regio Gadarenorum* dicitur esse ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας, et ibidem v. 37. *Regio Gadarenorum*, quam *Joseph.* de B. J. III. c. 3. 1. Γαδαρίδα vocat, nomen accepit ab urbe *Gadara*, quæ fuit urbs Græcanica, πόλις ἑλληνὶς, (ut eam vocat *Joseph. A. J.* XVII, 11. 4.) olim Judaica, sed a Pompeio Judæis ademta, sita ad ortum lacus Tiberiadis, in regione decapolitana (teste *Plin.* H. N. V, 18.) et metropolis totius Perææ, h. e. totius regionis transjordanicæ, (*Joseph.* B. J. IV, 8. 3. eam μητρόπολιν τῆς Περαίας καρτερὰν vocat) et distabat a Tiberiade stadiis sexaginta, et ab urbe *Gergessa*, aliis *Gerasa* dicta, duabus leucis, interfluente fluvio Hieromace. *Eusebius Onom.* Γάδαρα πόλις ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην ἀντικρὺ Σκυθοπόλεως καὶ Τιβεριάδος πρὸς ἀνατολαῖς ἐν τῷ ὄρει. *Hieron.* Erat urbs Gadara trans Jordanem contra Scythopolim et Tiberiadem ad orientalem plagam sita in monte. Vide *Reland.* Palæstinam Lib. III, p. 774. *Is. Casaubonum* Exercitt. Antibar. XIII, 34. p. m. 267. seq. et *Macknighti Comm. Harm. in IV Evang.* T. II, p. 273. ed. *Ruckersfeld.*

ΓΑ'ΖΑ, ης, ἡ. *Gaza.* Vox origine Persica, quæ et *ærarium* et *thesaurum, opes atque divitias*, et κατ' ἐξοχὴν *pecuniam regiam, thesaurum e tributis, quæ regi pendebantur, collectum, et omnia ejus pretiosa* significat. *Hesych.* Γάζα· παρὰ Πέρσαις βασίλειον (scil. θησαυροφυλάκιον) ἢ οἱ ἐκ τῶν πολλῶν φερόμενοι φόροι ἢ τὰ τίμια. *Curtius* III, c. 13. s. 5. " pecuniam regiam, quam Persæ *Gazam* vocant." *Pompon. Mela* I, c. 11. " Cæterum in Palæstina est ingens et munita admodum *Gaza; sic Persæ ærarium vocant.*" Idem tradit *Hieronymus* ad Ies. XXXIX. Successu tamen temporis vox ista non solum Græca, sed etiam Latina civitate donata est, adeo, ut usurpata reperiatur ab ipso *Cic.* de Offic. II, 22. Inprimis autem ea usi reperiuntur Alexandrini non solum pro Hebraico גָּנַז et Chaldaico גְּנַז vel גִּנְזַיָּא Ezra V, 17. VI, 1. VII, 20. Esther. III, 9. sed etiam pro Chaldaica גִּנְבַרַיָּא *præfectus ærarii*, Ezra VII, 21. et Ies. XXXIX, 2. ubi ei nihil in Hebraico respondet. *Aristoteles* Hist. Plantar. VIII, c. 11. τὰ ἱμάτια καὶ τὴν ἄλλην γάζαν κόπτεσθαι. Semel etiam legitur in N. T. Act. VIII, 27. de dynasta regis Candaces ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς qui erat præfectus universæ Gazæ illius, seu, thesaurarius illius. *Suid.* γάζα· καὶ γαζοφυλάκιον. θησαυροφυλάκιον. γάζα γὰρ θησαυρός. Plura de hac voce vide apud *Brisson.* de

Regno Pers. I, §. 181. et *Reland.* Diss. Miscell. P. II, p. 184.

ΓΑ΄ΖΑ, ης, ἡ. *Gaza.* Est nomen Hebraicum urbis, quæ fuit una ex quinque urbibus Philistæorum, (1 Sam. VI, 17.) olim tribui Judæ sorte assignata. (Jos. XIII, 3.) Urbs fuit admodum munita, (unde Hebraice עַזָּה, h. e. *valida, robusta*, dicitur) sita in colle versus fines terræ Israëliticæ australes, (Genes. X, 19.) ultima tendentibus in Ægyptum, viginti stadiis a mari et undecim milliaribus ab Hierosolyma distans. Hanc *Alexander Macedo*, cum sub potestate Ægyptiorum erat, devastavit et post eum *Alexander*, dictus *Jannæus*, rex Judæorum. Unde a Luca Act. VIII, 26. vocatur ἡ ἔρημος deserta et devastata, quamquam alii, (v. c. *Casaubonus, Eras. Schmidius, Beza* et *le Moyne* ad Varia Sacra p. 461.) ducti potissimum auctoritate *Syri* interpretis, vocem ἔρημος non ad urbem Gazam, sed ad viam, Philippo illuc tendenti terendam, referant, refutati satis ab *H. Relando* in Palæstina III, p. 787. et *Wesselingio* ad *Antonin.* Itinerar. p. 151. Postea hæc urbs instaurata est cum multis aliis a *Gabinio*, tradente *Josepho* A. J. XIV, 5. 3. donata ab Augusto Herodi M. eoque mortuo Syriæ adjecta, ut docuit ex *Josepho Krebsius* in Observ. Flav. p. 205. seq. Vide et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 506.

ΓΑΖΟΦΥΛΑ΄ΚΙΟΝ, ου, τὸ, *gazophylacium.* In universum

1. est *ærarium, thesauri conditorium, locus, ubi pecuniæ et alia pretiosa deponi et asservari solent*, ex γάζα et φυλακὴ, Esther. III, 9. *Hesych.* γαζοφυλάκιον· θησαυροφυλάκιον, βαλάντιον, σκευοφυλάκιον. Idem *Suidas* tradit. Γαζοφύλαξ *custos thesauri*, legitur apud *Plutarch.* T. IX. *Opp.* p. 274. *Reiske.* Speciatim ita dicitur

2. *ærarium sacrum, locus, in quo custodiebantur et asservabantur munera sacra, quibus templum ornaretur, aliique sumtus sustinerentur.* Fuerunt autem in atrio mulierum positæ arcæ tredecim numero, quas Talmudistæ vocant שׁוֹפָרוֹת ob figuram tubis non dissimilem, quibus indebatur pecunia, quæ in usum templi et pauperum sustentationem ultro conferebatur a populo, de quibus eleganter exposuit *H. Reland.* in libro: de Spoliis templi Hierosolym. c. XII. Has autem communi nomine τὸ γαζοφυλάκιον dictas esse tempore Christi, apparet e locis Marc. XII, 41. βάλλει χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον. ibid. v. 43. πλεῖον πάντων βέβληκε τῶν βαλόντων εἰς τὸ γαζοφυλάκιον. Luc. XXI, 1. τοὺς βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.

3. *atrium mulierum*, seu *pars templi circa occasum, in qua non solum positæ erant cistæ tredecim, quibus indebatur pecunia sacra, sed etiam cimelia templi, vasa aurea et argentea asservabantur*, Hebraice dicta לִשְׁכָּה Nehem. XIII, 5, Hinc lucem fœneratur locus Joh. VIII, 20. ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησεν ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ hos sermones fecit Jesus in atrio mulierum, ad quem conf. *Lampe* in Comm. T. II. p. 398.

ΓΑΪ΄ΟΣ, ου, ὁ. *Gaius* vel *Caius.* Nomen proprium viri Latinum. Trium autem Caiorum fit mentio in N. T. libris. Unius *Derbensis*, Act. XX, 4. καὶ Γάϊος Δερβαῖος, qui fuit comes Pauli, in Asiam tendentis; alterius *Macedonis*, Act. XIX, 29. Γάϊον καὶ Ἀρίσταρχον Μακεδόνας, qui ibidem συνέκδημος τοῦ Παύλου comes Pauli vocatur; tertii *Corinthii*, hospitis Pauli, cum Corinthi versaretur, in cujus ædibus Christiani convenire solebant. Rom. XVI, 23. Γάϊος ὁ ξένος μου καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης, a Paulo baptizatus, 1 Cor. I, 14. cui etiam Johannes tertiam suam epistolam inscripsisse videtur. 3 Joh. v. 1. Sæpius in N. T. non reperitur.

ΓΑ΄ΛΑ, ακτος, τὸ, 1. proprie: *lac, nutrimentum infantum, succus maternus, quo animalia nutriuntur.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. IX, 7. καὶ ἐκ

τοῦ γάλακτος τῆς ποίμνης οὐκ ἐσθίει et lacte gregis non utitur.

2. metaphorice: *præcepta prima et facilia, elementa alicujus doctrinæ et scientiæ*, et speciatim *prima elementa doctrinæ Christianæ, rudibus et indoctis destinata*, ex usu loquendi Judæorum, qui tirones et rudes, elementis religionis Judaicæ adhuc operam dantes, partim תִּינוֹקוֹת *sugentes* partim קָטוֹן שֶׁנּוֹלַד appellare solebant. Conf. *Schoettgen. Hor. Hebr. et. Talmud.* ad 1 Petr. II, 2. Sic autem extat 1 Cor. III, 2. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα οὐ βρῶμα tradidi vobis elementa doctrinæ Christianæ, non doctrinam sublimiorem. Hebr. V, 12. τὸ γάλα non solum opponitur τῇ στερεᾷ τροφῇ, sed etiam cum formula: τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ permutatur, et ibid. v. 13. ὁ μετέχων γάλακτος dicitur esse ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης. 1 Petr. II, 2. ipsa doctrina Christiana pura ac integra, quippe qua animi haud secus ac infantes lacte nutriuntur, τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα vocatur. In *Alberti Gloss. N. T.* p. 121. γάλα per διδασκαλίαν ἐλαφρὴν exponitur.

ΓΑΛΑ'ΤΗΣ, ου, ὁ. *Galata, incola Galatiæ.* ΓΑΛΑ'ΤΑΙ, ῶν, οἱ, *Galatæ*, seu *Gallo-Græci*, nomen gentis, interjectæ inter Bithynos et Paphlagones et Phryges et Cappadoces, quæ nomen suum nacta est a Gallis, qui, duce *Brenno*, e patria egressi, in parte Phrygiæ consederant. Cf. *Liv.* XXXVIII, 16. *Florus* II, 11. et *Cellarii Geograph. Plen.* III, c. 4. Galat. III, 1. ὦ ἀνόητοι Γαλάται o imprudentes Galatæ! ubi tantum sermo est de Christianis, Galatiæ incolis, qui falsorum doctorum opinionum levitate turbari se passi fuerant, ut adeo male hæc reprehensio Pauli ad ingenium gentis universæ referatur, quæ φῦλον ἄφρον dicitur *Callimacho Hymn. in Delum.* v. 34. ubi vid. notas *Ezech. Spanhemii.*

ΓΑΛΑΤΙ'Α, ας, ἡ. *Galatia*, seu *Gallo-Græcia.* Ea vero dicitur Asiæ minoris aut potius Natoliæ pars, quæ ab ortu Pontum et Cappadociam, ab occasu Phrygiam et Bithyniam, a meridie Lycaoniam, a septentrione Paphlagoniam terminos habuit. Nomen accepit a Gallis, Brenno duce ex Italia post incensam Romam huc transgressis, in auxilium quippe vocatis a rege Bithyniæ Nicomede; unde, quia Gallis Græca gens mixta eam incoluit, dicebatur etiam *Gallo-Græcia* et *Græco-Gallia.* Antea enim ejus incolæ fuerunt *Phryges* et *Paphlagones.* Imperante Cæsare Augusto A. U. C. 729. ante C. 26. in provinciæ Romanæ formam redacta, a proprætore gubernabatur, et sub Theodosio distincta est in primam et secundam. Insignis fuit Galatia non solum soli fertilitate et ubertate et mercaturæ studio, teste *Strabone* et *Stephano* sub voce *Phrygia*, sed etiam coloniis plurium gentium, quæ ibi concesserant, in quibus etiam Judæi fuerunt haud pauci, Galat. V. 1. quorum æque ac gentilium ibi versantium plures a Paulo ad Christianam religionem conversi fuerunt, quibus epistolam scripsit, quæ adhuc extat, qua, ne doctoribus Judaicis corrumpi se paterentur, cavere studuit. 1 Cor. XVI, 1. Galat. I, 2. 2 Tim. IV, 10. 1 Petr. I, 1. Conf. *Hofmann.* Diss. de *Galatia antiqua*, Lips. 1726. 4. et *G. Wernsdorf. librum singularem de republica Galatarum*, Norimb. 1743. 4.

ΓΑΛΑΤΙΚΟ'Σ, ὁ, ἡ, τό. *Galaticus, ad Galatiam pertinens.* (a præced.) Bis legitur in N. T. Act. XVI, 6. διελθόντες δὲ τὴν Φρυγίαν καὶ τὴν Γαλατικὴν χώραν Phrygiam et Gallo-Græciam peragrantes. ibid. XVIII, 23. διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν.

ΓΑΛΗ'ΝΗ, ης, ἡ, *serenitas, tranquillitas maris, quum maris fluctus compositi sunt et quiescunt, nec ulla aura moventur*, quam *Cæsar* de *B. G.* III, 15. V. 23. *malaciam* et *tranquillitatem* vocat, et hoc modo differt a νηνεμίᾳ, quod de *serenitate aëris* dicitur. *Homer. Iliad.* V, v. 523. *Odyss.*

X, 94 Legitur autem ter in N. T. Matth. VIII, 26. καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη et magna tranquillitas insequebatur. Marc. IV, 39. Luc. VIII, 24. *Xenoph. Anab.* V, 7. 5. Legitur etiam in *Symmachi* reliquiis Ps. CVII. (CVI.) 29. ubi τῷ דְּמָמָה respondet. *Etym. M.* sub γάλα, γαλήνη· ἡ πραεῖα καὶ ἐφεσταμένη θαλάσσα. *Hesych.* γαληνόν· ἥσυχον, ἵλαρὸν, εὔδιον.

ΓΑΛΙΛΑΙΑ, ας, ἡ. *Galilæa.* Nomen regionis Palæstinæ septentrionalis, a Syrorum finibus inter Jordanem et mare mediterraneum ultra lacum Genesareth productæ, quæ a septentrione montem Libanum, ab oriente Jordanem, a meridie Samariam, ab occidente mare mediterraneum terminos habet. Distribuitur in Galilæam superiorem et inferiorem, τὴν ἄνω καὶ τὴν κάτω auctore *Joseph.* de *B. J.* III, 3. 1. *Galilæa superior* ita dicta, quod montibus abundabat, judice *Lightfooto Hor. Hebr. et Talmud.* p. 919. et a Matthæo IV, 15. Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν appellatur, vel, quod esset finitima Tyriis et Sidoniis, et aliis gentibus cincta et confinis, (*Joseph B. J.* III, 3. τοσούτοις ἔθνεσιν ἀλλοφύλοις κεκυκλωμένη,) vel, quod eam incolerent gentes variæ, Phœnices, Arabes, Syri, etc. (*Strabone* enim teste Lib. XVI, p. 1103. Galilæa inhabitata erat ὑπὸ φυλῶν μικτῶν, ἔκ τε Αἰγυπτίων ἐθνῶν, καὶ Ἀραβίων καὶ Φοινίκων.) Incipit a finibus Tyriorum et Sidoniorum et usque ad Jordanis fontes procurrit. *Galilæa inferior*, quæ sic dicitur, quia plana magis fuit et campestris, haud raro *Galilæa* simpliciter vocata, Marc. I, 9. Luc. II, 39. IV, 14. complectebatur potissimum terras tribuum Issachar et Zabulon et partem Naphthali ad mare Galilææ sitam, urbesque Nazareth, Cana, Capernaum et alias. Alii distinguunt inter Galilæam cis Jordanem, quæ est Galilæa proprie sic dicta, et inter Galilæam trans Jordanem, v. c. *Lightfoot.* in *Hor. Hebr. et Talmud.* p. 919. Joh. VII, 52. μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; an tu quoque es sectator illius Galilæi?

ΓΑΛΙΛΑΙΟΣ, ὁ, ἡ, τό. *Galilæus, ad Galilæam pertinens, Galilæa oriundus.* Nomen gentile a præced. Luc. XXII, 59. XXIII, 6. Joh. IV, 45. Act. I, 11. II, 7. V, 37. Judæi reliqui Galilæos, homines admodum stultos, ineptos et *rudes* esse credebant, unde non solum Jesus, quia, relicta patria ingrata, Nazaretha, Capernaumi habitavit, et in Galilæa inprimis docuerat et factis celeber factus fuerat, contemtus causa ὁ Γαλιλαῖος, vocabatur a Judæis Matth. XXVI, 69. καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Γαλιλαίου et tu fuisti unus sectatorum Jesu illius Galilæi; sed etiam sequentibus sæculis Christiani hoc nomine invidioso a Judæis pariter ac gentilibus insigniebantur; conf. *Arrian.* in *Epictet.* IV, c. 7. *Julian.* Ep. VII, et IX. Utebantur præterea Galilæi dialecto quæ erat ipsis propria et facilis cognitu, barbara, impolita, litteras distinctas confundens, voces diversas inconcinne jungens, vocibus peculiaribus, in Judæa inusitatis, utens, et toto cœlo a dialecto Hierosolymitana discrepans, ut verbis utar *Buxtorfii* in *Lex. Talmud.* sub גָּלוּל p. 435. seq. ut adeo non mirum fuerit, Petrum fuisse sermone suo proditum et pro Galilæo agnitum, ut Marcus narrat XIV, 70. καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει. Commemorantur præterea in N. T. Luc. XIII, 1. 2. *Galilæi*, quos Pilatus inter sacrificandum occiderat, quos plerique statuunt fuisse sectatores Judæ Galilæi, de quo Act. V, 37. legitur. Non autem a duce, sed a gente et patria ita appellatos fuisse, e v. 2. constat, ubi cum reliquis Galilæis comparantur. Narrat autem Josephus, Galilæos fuisse homines inprimis seditiosos, et haud raro in ipso templo (ut *Wetstenius* ad hoc locum docuit) occasione festorum dierum tumultuatos esse.

ΓΑΛΛΙΩΝ, ωνος, ὁ. *Gallio.* No-

men proprium viri, qui Act. XVIII, 12. 14. 17. commemoratur. Fuit autem Proconsul Romanus Achaiæ, frater natu major Senecæ, cui in juventute nomen *Novatus* fuit, quod, cum in familiam *Julii Gallionis* per adoptionem transiret, cum Gallionis nomine permutavit. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II, p. 575.

ΓΑΜΑΛΙΗΛ, ὁ, *Gamaliel.* Nomen viri Hebraicum, quod Hebraice scribitur גַּמְלִיאֵל, Num. I, 10. II, 20. ubi de filio Pedazuris, principis tribus Manasse, sermo est. Fuit autem Gamaliel, quem דַּרְשָׁן Judæi vocant, nepos Hillelis, filius R. Simeonis, *Pharisæorum* sectæ addictus et legis doctor et Pauli magister, Act. V, 34. XXII, 3. qui præfuisse Synedrio, ultimis Tiberii, Caii, et primis Claudii annis, et obiisse XVIII annis ante excidium urbis dicitur, cujus cathedram R. Simeon, filius, postmodum capessivit. Magnum ejus fuit nomen inter Judæos. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 487.

ΓΑΜΕΩ, ῶ, fut. *ήσω*, 1. proprie est virorum et notat: *uxorem ducere, nuptias inire cum fœmina*, ut auctor est *Pollux Onom.* III, c. 45. *καὶ γῆμαι μὲν ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς λέγεται, γήμασθαι δὲ ἐπὶ τῆς γυναικός.* Construitur cum accusativo, apud Græcos non solum, v. c. *Apollodor. Bibl.* III, 5. 6. sed etiam in N. T. Matth. V, 32. *καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ*, ibid. XIX, 9. 10. Marc. VI, 17. X, 11. Luc. XIV, 20. XX, 34. 35. ubi *τῷ ἐκγαμίσκεσθαι* opponitur 1 Cor. VII, 33. *Eurip. Phœn.* 7. 13. 53. Interdum tamen

2. etiam *fœminis* tribuitur et *nubere* significat. 1 Cor. VII, 28. *καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος* ib. v. 34. *ἡ δὲ γαμήσασα.* 1 Tim. V, 11. 14. *βούλομαι οὖν νεωτέρας* (scil. *χήρας*) *γαμεῖν* volo viduas juvenes secundum inire matrimonium. *Eurip. Phœn.* v. 394. *κακῶς δὲ γῆμαι πατέρα σόν.* Interdum

3. *γαμεῖν* generaliter de *sponso et sponsa, nuptias inter se contrahentibus*, dicitur, et significat mox *matrimonium inire*, mox *matrimonio junctum esse.* 1 Cor. VII, 10. *τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω* iis vero, qui matrimonio juncti sunt, hanc legem scribo. ibid. v. 9. *κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι* melius est matrimonium inire, quam uri. — In Scriptoribus Gr. *γαμεῖσθαι* et *γαμεῖν* interdum etiam *stuprum committere et admittere* notat, et *γάμος ipsum stuprum illatum et admissum* haud raro significat, ut multis exemplis veterum post *Scholiasten Aristoph.* in *Plutum* v. 1082. *Spanhem.* ad *Callimach. Hymn. in Del.* v. 38. et 240. et *Barnes.* ad *Anacreont. Od.* LII. docuerunt. Sed nollem ex hac notione explicare loca Matth. XXIV, 37. 38. et Marc. VI, 17. In priori enim loco partim verbum oppositum *ἐκγαμίζοντες* notionem *uxorem ducere* postulat, partim *securitas* describitur, *qua res hujus vitæ agebant Noachi coævi, nihil plane metuentes.* In posteriori loco de *conjugio* aperte sermo est nam historia docet, Herodem Antipam Philippi fratris uxorem non pellicis loco habuisse, sed vere eam uxorem duxisse. — *Thom. M.* p. 177. *οὐ μόνον ἄγεται γυναῖκα, ἀλλὰ καὶ γαμεῖ. γαμεῖ τὶς ἀμεταβάτως, ἀντὶ τοῦ γάμον ἔχει, τουτέστι συνημμένος ἐστὶ γυναικί. καὶ γαμεῖ τήνδε μεταβατικῶς, ἀντὶ τοῦ εἰς γάμον λαμβάνει, ἢ λαβὼν ἔχει.* ubi conf. Interpretes.

4. Passivum *γαμέομαι, οῦμαι*, de *fœminis* usurpatur, *matrimonio jungor, nubo.* Marc. X, 12. *καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ* et nupserit alteri. 1 Cor. VII, 39. *ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι* licet ei, cui voluerit, nubere. *Ælian. V. H.* X, 2. *ἡ γυνὴ ἡ νόμῳ γημαμένη αὐτῷ. Eurip. Phœn.* v. 1700.

ΓΑΜΙΖΩ, fut. *ίσω, spondeo, nuptum do, matrimonio jungo*, idem quod *γαμίσκω* et *ἐκγαμίζω.* Omissum quidem est hoc verbum in omnibus fere Lexicis in N. T. legitur tamen 1 Cor. VII, 38. *ὥστε καὶ ὁ γαμίζων καλῶς ποιεῖ, ὁ δὲ μὴ γαμίζων κρεῖσσον ποιεῖ* ubi quidem in aliis codicibus bis *ἐκγαμίζων* legitur,

sed hanc lectionem rejiciendam h. l. esse, recte judicavit *Griesbachius*.

ΓΑΜΙ΄ΣΚΩ, idem quod ΓΑΜΙ΄ΖΩ, *nuptum do, spondeo, matrimonio jungo*. Passivum *γαμίσκομαι elocor, matrimonio jungor*. Marc. XII, 25. *οὔτε γαμίσκονται*, (ubi alii codices *ἐκγαμίσκονται*, alii *γαμίζονται*, alii *γαμίζουσι* habent, e glossemate) neque nuptum dantur.

ΓΑ΄ΜΟΣ, ου, ὁ, 1. *nuptiæ*, seu *festum nuptiale, nuptiarum solemnia*, et speciatim *convivium nuptiale*, quod etiam *δεῖπνον τοῦ γάμου* vocatur. Joh. II, 1. *γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας* nuptiæ celebrabantur Canæ in Galilæa. ibid. v. 2. *ἐκλήθη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν γάμον* invitatus erat Jesus ad istas nuptias. Huc etiam refero loca Apoc. XIX, 7. *ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ ἀρνίου*, et ib. v. 9. *οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ ἀρνίου κεκλημένοι*, quanquam in utroque loco *γάμος* metaphorice *summam illam atque æternam felicitatem* significat, *qua post hanc vitam veri Christiani, cum Christo arctissime conjuncti, fruentur*. Genes. XXIX, 22. 1 Macc. X, 58. *Homer. Odyss. ι'*. 226. *Pollux Onom.* III, 3. 4. *Ὅμηρος μέντοι οὐ τὸ ἔργον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑστίασιν γάμον καλεῖ*. Conf. *Feithii Antiq. Homer.* II, 13. *Reitz.* ad *Lucian. Amores* c. 51. T. II, p. 454.

2. per metonymiam adjuncti significat *conjugium* et *matrimonium ipsum, connubium, τὴν συνοίκησιν. Pollux Onom.* III, 1. 3. Hebr. XIII, 4. *τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι* scil. *ἔστω*, sanctum et venerabile vobis sit conjugium omni ex parte. Sap. XIV, 26. *γάμων ἀταξία. Arrian. Indic.* VIII, 6. *Herodian.* III, 10. 10. *γάμῳ σωφρονίσαι θέλων. Eurip. Phœn.* v. 59. 413. 774.

3. *quodvis solenne epulum, convivium, epulæ*. Sic legitur in N. T. Matth. XXII, 2. de rege *ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ* qui filio suo apparavit epulas, aut in honorem ejus celebravit convivium; ubi non solum pluralis *γάμοι* pro singulari *γάμος* (coll. v. 8.) positus est, e more Atticorum Scriptorum, *Theophr. Char.* XII, 1. XXII, 1. sed etiam *γάμοι* v. 4. cum voce *ἄριστον* permutatur. *Syrus* h. l. usus est voce ܣܥܘܕܬܐ, quæ *convivium, epulas* generatim notat. Luc. XII, 36. *πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων* quando ab epulis discedat. ibid. XIV, 8. *ὅταν κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους* ad convivium si ab aliquo invitatus fueris. Eadem vox sic legitur in vers. Alex. Esther. II, 18. IX, 22. ubi Hebraico מִשְׁתֶּה respondet, quo *convivium omne* indicatur.

4. *conclave, in quo convivium solemne celebratur, triclinium*. Matth. XXII, 10. *καὶ ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων*, ita, ut abundaret triclinium convivis; ubi in uno codice *νυμφὼν* e glossemate legitur. *Syrus:* ܒܝܬ ܣܥܘܕܬܐ *domus convivii*.

ΓΑ΄Ρ, est conjunctio causalis, quæ semper in oratione postponitur et varias habet in libris N. T. significationes.

1. *nam, enim*, ita, ut causam et rationem dictorum indicet. Matth. I, 20. 21. II, 2. 5. 6. 13. 20. III, 2. etc. Cf. *Devarium* de *Græcæ Linguæ particulis* p. 84. ed. *Reusmanni*.

2. *igitur, itaque, quare, quapropter*, Luc. XII, 58. *ὡς γὰρ ὑπάγεις κ. τ. λ.* quod si itaque cum adversario tuo adis magistratum. Rom. II, 28. *οὐ γὰρ* itaque non est. 2 Cor. I, 24. Conf. *Reiske Animadv. ad Græcos auctores*, Vol. IV, p. 313.

3. *quanquam*. Joh. IV, 44. *αὐτὸς γὰρ Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν* quanquam Jesus dicere solebat. Rom. IX. 15. 17.

4. *nempe, scilicet, quippe, inquam*, Rom. XV, 27. *εὐδόκησαν γὰρ*, coll. v. 26. Matth. III, 3. *οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς κ. τ. λ.* hic nempe est prædictus ille. Joh. V, 36. *τὰ γὰρ ἔργα*. 2 Cor. IV, 11. *ἀεὶ γάρ*. Rom. III, 20. *Xenoph.* Cyr. I, 6. 19. et V, 5, 6.

5. *exempli gratia, verbi causa*. Rom. VII, 2. *ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ* sic verbi causa mulier maritata.

6. *autem, vero*. Rom. IV, 13. *οὐ γὰρ διὰ νόμου* non autem per legem. ibid. v. 15. V, 7. IX, 6.

7. *sane, profecto.* Act. XVI, 37. οὐ γὰρ minime profecto hoc non fiet. Joh. IX, 30. ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστι hoc sane admodum mirum est. Philipp. II, 27. καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλησίον θανάτῳ et sane periculose ægrotus fuit. Huc referrem etiam locum Act. IV, 27. ubi verba ἐπ' ἀληθείας explicationis causa addita videntur Conf. *Perizon.* ad *Ælian. V.* H. VIII, 12.

8. *interrogationi inservit* et est mere particula completiva, quæ tamen per *nam, enim, quæso,* Latine reddi potest. Matth. XXVII, 23. τί γὰρ κακὸν ἐποίησε; quodnam quæso crimen commisit? Matth. IX, 5. Marc. XV, 14. Act. XIX, 35. Idem usus particulæ γὰρ in multis Græcorum libris reperitur, v. c. *Diog. Laërt.* VI, 1. *Aristoph. Acharn.* v. 594. ΔΙ. ἐγὼ γάρ εἰμι πτωχός; ΛΑ. Ἀλλὰ γὰρ τίς εἶ; *Nubes* v. 1181. *Lucian.* in *Tim.* T. I. p. 137. οἴει γὰρ εὑρίσκειν με οἵτινές εἰσι. Alia loca congesserunt *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 71. *Devarius lib. laud.* p. 85. et *Vigerus* de *Idiotismis Ling. Gr.* p. 405. Edit. Glasg. 1813.

9. interdum et inprimis in narrationum initio *redundat.* Matth. I, 18. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς κ. τ. λ. ubi tamen fortasse est particula explanativa, reddenda: *scilicet, namque,* ut legitur quoque apud *Plutarch.* de puer. educ. IV, 17. 2 Tim. II, 7. Galat. I, 10. ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω. Sic etiam usurpatur apud *Æschyl. Agamemn.* v. 14. ubi Schol. περισσὸς ὁ γάρ. *Herodot.* III, c. 120. *Dionys. Halic.* I, 85. init. In universum de hac particula legi merentur *Irmischii Excursus* ad *Herodian.* I, 8. 5. T. I. p. 894.

ΓΑΣΤΗ'Ρ, έρος, et per syncopen γαστρὸς, ἡ,

1. proprie notat *partem corporis inferiorem, ventrem, ventriculum, in quem cibi recipiuntur,* i. q. κοιλία, teste *Suida.* Hinc apud Græcos

2. non solum *res, cibum et potum, quæ in partes illas corporis descendunt,* Xenoph. *Cyrop.* I, 2. 8. *Mem.* I, 2. 1. Sirac. XXXVII, 5. sed etiam *cupiditatem edendi et bibendi, Xenoph.* de *Republ. Laced.* c. 2. §. 1. vel *voluptatem e cibo et potu perceptam* significat. Conf. *Fischer.* Prolus. XII. de *Vitiis Lexicorum N. T.* p. 7. seq. et *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 6. 2. p. 186.

3. synecdochice: *homo vorax, gulæ ventrique deditus, lurco, helluo, qui quasi totus venter est,* qui etiam γαστρίμαργος et γαστρίδουλος vocari Græcis solet. Sic legitur Tit. I, 12. ubi Cretenses dicuntur γαστέρες ἀργαὶ, h. e. homines pigritiæ dediti et intemperantes ac luxuriosi in victu. Nec desunt similia loca in Scriptoribus exteris. Sic v. c. in *Hesiodi Theogon.* v. 26. γαστέρες οἶον. *Ælian. V. H.* I, 28. ὡς φορτικὸν καὶ γαστέρα διαβάλλουσι Ῥόδιοι. De eodem usu vocis Latinæ *venter* (v. c. apud *Lucil. Sat.* II, 1.) conf. *Donatum* ad *Terent. Phorm.* V, 7. 95. et *Cuperum* in *Obss. Sacris* III, 10. *Hesych.* γαστέρες· οἷον τροφῆς μόνης ἐπιμελούμενοι, ὡς Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ. *Suid.* γαστέρες· ἐπὶ τῶν γαστριμαργούντων.

4. *uterus in mulieribus, matrix.* Hinc formula: ἐν γαστρὶ ἔχειν, scil. βρέφος, s. παῖδα, s. ἔμβρυον, *gravidam esse, fœtum in utero gestare, uterum gerere,* (quæ τῷ הָרָה in vers. Alex. Genes. XXXVIII, 24. Judd. XIII, 5. respondet, quemadmodum etiam ab Alexandrinis γαστὴρ pro Hebr. רֶחֶם Ps. CX. 3. positum reperitur) quæ etiam Græca donata civitate apud *Athenæum* X. p. 453. *Pausan. Messen.* c. 33. *Attic.* 6. *Artemid. Oneirocrit.* II, 18. III, 32. et *Tzetzen* in Schol. ad *Lycophron. Cassandr.* v. 838. legitur. Matth. I, 18. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα comperta est gravida. ibid. v. 23. ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει virgo prægnans erit. ibid. XXIV, 19. Luc. I, 31. συλλήψῃ ἐν γαστρί. 1 Thess. V, 3. Sirac. XL, 1. *Pindar. Pyth.* IV, 177. *Musæus. Her. et Leandr.* 138.

ΓΕ', est particula enclitica, quæ aliis dictionibus postponitur, et se-

paratim vix legitur. Interdum valet

1. *quidem*. Act. II, 18. καί γε, ἐπὶ τοὺς δούλους μου. 2 Cor. V, 3. εἴγε siquidem. Ephes. III, 2. IV, 21. Coloss. I, 23. Eandem significationem habet apud Græcos cum pronominibus ἐγὼ, σὺ, αὐτός. Cf. *Viger. de Idiotismis Ling. Gr.* p. 401. et seqq. Edit. Glasg. 1813.

2. *saltem, certe, tamen*. Luc. XI, 8. διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ saltem ob flagitantis improbitatem. ib. XVIII, 5. διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον tamen, quia molestiam mihi facit. 1 Cor. IX, 2. ἀλλά γε tamen. Luc. XIX, 42. καί γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ saltem hocce die tuo. Atque hic usus frequentissimus est apud Græcos. Sic in Orat. *Lycurgi* p. 206. ed. *Taylor*. εἰ μὴ αὐτὸς, οἱ παῖδές γε si non ipse, saltem liberi. *Demosthen.* pro Corona p. 317. εἰ μὴ ὅλον, μέρος γε.

3. *modo*. Galat. III, 4. εἴ γε καὶ εἰκῇ dummodo frustra.

4. *profecto, vere*. 1 Cor. IV, 8. καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε et utinam vere regnaretis! vid. *Vigerus*. p. 402. Edit. Glasg. 1813.

5. haud raro ornatus gratia tantum adhibetur ad numerum orationi conciliandum, et abundat. Luc. XXIV, 21. Rom. VIII, 32. Alia loca N. T. in quibus pleonastice legitur hæc particula sub vocibus, quibus annexa invenitur, annotata evolvi possunt, v. c. ἀλλά γε, ἄρά γε, εἴ γε, εἰ δὲ μή γε, καί τοι γε, μενοῦν γε, μήτι γε etc.

ΓΕΔΕΩ'Ν, ῶνος, ὁ. *Gideon*. Nomen proprium Hebraicum (גִּדְעוֹן *exscindens, destruens*, a radice גָּדַע *exscidit, destruxit*.) ducis ac principis Israëlitarum fortissimi, filii Joasi, qui etiam Jerubaal dictus est Judd. VI, 31. Israëlitas a potestate Midianitarum liberavit. Judd. VII. Legitur in N. T. Hebr. XI, 32.

ΓΕ'ΕΝΝΑ, ης, ἡ. Vox origine Hebraica, quæ proprie *vallem Hinnomi* significat, conflata ex appellativo גֵּיא *vallis*, et nomine proprio הִנֹּם, possessore hujus vallis. Fuit autem *Vallis filiorum Hinnomi* vallis amœnissima, arboribus consita et fontibus irrigua prope Hierosolymam versus orientem et austrum ad torrentem Kedron, in qua Judæi imaginem illam æneam Molochi posuerant, quæ faciem habebat vitulinam, manusque instar hominis expandebat, et cui Judæi idololatræ, ut R. *Kimchi* ex veteribus Rabbinis tradidit, non modo columbas, turtures, agnos, arietes, vitulos, tauros immolare, sed etiam liberos suos objicere solebant. Conf. 1 Regg. XI, 7. 2 Regg. XVI, 3. 4. In oraculis Jeremiæ VII, 31. vocatur hæc vallis תֹּפֶת, a תּוֹף *tympano*, quod nempe sacrificuli in horrendis illis sacris tympana pulsarent, ne ploratus et clamores infantum, qui comburebantur, ab adstantibus audirentur. Abrogatis his horrendis sacris a Josia, Judæi, ad puriorem Dei cultum revocati, 2 Regg. XXIII, 10. narrantur postea hunc locum ita abominati esse, ut in eum non solum omnes sordes ejicerent, sed etiam cadavera animalium et ultimo supplicio affectos insepultos eo projicerent, (conf. *Sam. Petiti Varr. Lectt.* I, 4. et *Morinus* de *Lingua Primæva* p. 366.) ad quæ consumenda cum continui ignes necessarii essent, ne ex putredine inficeretur aër, et vermes semper adessent, qui superstites reliquias depascerent, (vid. *Braun. Selecta S.* IV. §. 120.) hinc factum est, ut non solum *quævis gravissimæ pœnæ et maxime contumeliosa mortis genera*, sed etiam *conditio miserrima, qua scelesti post mortem dæmonum inter consortia cruciatibus maximis et perennibus afficientur*, adeoque *ipse infernus* Gehennæ nomine non solum a Judæis, (vid. *Bartoloccium* in *Biblioth. Rabbin. M.* T. II. p. 128. seq.) sed etiam a Christo ejusque Apostolis appellarentur. Matth. V, 22. ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς dignus, qui contumeliosa morte afficiatur. ib. v. 29. et 30. καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν quam ut in inferno pereas. ib. X, 28. qui animam cum corpore potest exitio dare. ibid. XVIII, 9.

XXIII, 15. υἱὸν γέεννης gravissimis pœnis dignum. ib. v. 33. ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης pœnas infernales. Marc. IX, 43—48. γέεννα vocatur τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, ὅπου ὁ σκώληξ οὐ τελευτᾷ καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. Luc. XII, 5. Jacob. III, 6. καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης et postea ipsa absumitur igne inferni. Sæpius non legitur in N. T. *Suid.* γέεννα· ἡ καταδίκη. *Alberti Gloss. N. T.* p. 5. γέεννης φάραγγος. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 299.

ΓΕΘΣΗΜΑΝΗ̃. *Gethsemane.* Fuit nomen prædii ad radicem montis Oliveti, ultra torrentem Kedron, quod alii ex גַּיְא *vallis* et שְׁמָנִים *pinguedines* compositum putant, quasi *vallis pinguedinis, fertilissima*, ut sit ab ubertate soli ita dictum illud prædium; alii vero rectius, ut opinor, ex גַּת *torcular* et שֶׁמֶן *oleum*, conflatum judicant, ut sit *locus torcularium olei*; nam in vicinia Oliveti situs fuit hic locus. Conf. *Ludov. de Dieu Critica Sacra* p. 379. Bis legitur in N. T. Matth. XXVI, 36. Marc. XIV, 32. Variis modis hæc vox in Codd. Gr. scribitur: Γεθσημανεί, Γεθσαμανεί etc. Vide *I. Sauberti Var. Lectt. text. Gr. Ev. Matth.* p. 216.

ΓΕΙΤΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *vicinus, in vicinia habitans, qui est ejusdem terræ*, a γέα, contracte γῆ, *terra*. Ter legitur in N. T. Luc. XIV, 12. μηδὲ γείτονας. ib. XV, 6. τοὺς φίλους καὶ τοὺς γείτονας. Joh. IX, 9. Alex. usi sunt pro שָׁבֵן Ps. XXI, 12. Jer. VI, 21. שׁוֹכֵן, Job. XXVI, 5. et pro שְׁכֻנַת, Exod. III, 22. Ruth. IV, 17. In Scriptoribus Gr. non solum de *personis*, (*Xenoph. Mem.* II, 2. 12.) sed etiam de *rebus* usurpatur, v. c. *Æschyl. Sept. c. Theb.* v. 492. et 557. Cf. etiam *Küsterum* ad *Aristoph. Plutum* v. 435.

ΓΕΛΆΩ, ῶ, fut. άσω, 1. *rideo*, unde γέλως *risus*.

2. ex adjuncto; *gaudeo, lætor, statu læto et beato utor*. Sic bis legitur in N. T. Luc. VI, 21. μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν· ὅτι γελάσετε beati, qui jam miseriis pressi ploratis, nam summa vos manet felicitas. ib. v. 25. οὐαὶ ὑμῖν οἱ γελῶντες νῦν væ vobis, qui jam de fortunato vestro statu lætamini.

ΓΈΛΩΣ, ωτος, ὁ, *risus*, et ex adjuncto: *hilaritas, lætitia, gaudium*, etiam *lætandi et gaudendi materia*, (ut צְחוֹק Genes. XXI, 6.) i. q. χαρά, cum quo permutatur Jacob. IV, 9. ὁ γέλως ὑμῶν εἰς πένθος μεταστραφήτω καὶ ἡ χαρὰ εἰς κατήφειαν risus cum lamentis, gaudium cum tristitia commutabitur.

ΓΕΜΊΖΩ, fut. ίσω, *repleo, impleo, plenum facio*, a γέμω, *plenus sum*, Marc. IV, 37. ὥστε αὐτὸ, sc. πλοῖον, ἤδη γεμίζεσθαι ita, ut navis aquis impleretur. In aliis codd. legitur βυθίζεσθαι et καταποντίζεσθαι e glossemate. ibid. XV, 36. καὶ γεμίσας σπόγγον ὄξους et spongiam aceto implens. Luc. XIV, 23. ἵνα γεμισθῇ ὁ οἶκός μου ut cœnaculum meum compleatur. ibid. XV, 16. γεμίσαι τὴν κοιλίαν ad satietatem usque ventrem implere. Joh. II, 7. γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος· καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω. ib. VI, 13. Apoc. VIII, 5. XV, 8. Sæpius non legitur in N. T. Construitur hæc vox, ut e locis allatis satis apparet, cum accusativo subjecti et cum genitivo materiæ, qua illud impletur. Conf. *Polluc. Onom.* I, 99. et *Xenoph. Hist. Gr.* VI, 2. 14. et VII, 2. 23. *Suid.* γεμίζω· γενικῇ. ἔστι δὲ καὶ αἰτιατικῇ. τὸ ἀντλῶ.

ΓΈΜΩ, fut. εμῶ, *plenus sum, onustus sum*. Construitur cum genitivo vel addita, vel omissa præpositione ἐκ, seu ἐξ, quemadmodum etiam מָלֵא, cui Ps. X, 7. Amos II, 13. respondet, mox מ additum habet. Jer. LI, 5. mox sine מ reperitur, 2 Regg. XXIII, 14. Matth. XXIII, 25. ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας cum tamen intus plena sint rapina et malitia partis, coll. Luc. XI, 39. γέμει ἁρπαγῆς. Rom. III, 14. ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει. Apoc. IV, 8, XVII, 3. 4. etc. 2 Macc. III, 6. *Suid.* γέμω· γενικῇ, τὸ πλήθω. *Scholiast. Sophocl.* in *Phi-*

loctet. v. 872. γέμων· πεπληρωμένος. Conf. *Casaubon.* ad *Athen.* p. 311.

ΓΕΝΕΑ, ᾶς, ἡ, 1. proprie: *generatio, genitura, natales*, i. q. γένεσις. Sic legitur *Xenoph. Cyrop.* I, 2. 13. εἴησαν μὲν ἂν οὗτοι πλεῖόν τι ἢ πεντήκοντα ἔτη γεγονότες ἀπὸ γενεᾶς.

2. *proles, posteritas, omnes, qui ex communi quadam stirpe origines ducunt, familia, natio, gens, cognati.* In notione *prolis* et *posteritatis* legitur apud *Polyb.* in *Exc.* p. 84. T. III. Opp. ed. *Ern. Joseph. A. J.* I, 10. 3. ὁ Θεὸς καὶ παῖδα αὐτῷ γενήσεσθαι καταγγέλλει καὶ πολλὴν ἐξ ἐκείνου γενεάν. Adde Esther. IX, 28. ubi Hebraico זֶרַע respondet et Num. XIII, 23. γενεαὶ Ἐνὰχ progenies Enak. *Familiæ ac cognationis* significationem habet hæc vox apud *Joseph. A. J.* V, 1. 5. σώζειν δὲ μόνην Ῥαχάβην καὶ τὴν γενεὰν αὐτῆς, et in versione Alex. Genes. XXXI, 3. ἀποστρέφου εἰς τὴν γῆν πατρός σου, καὶ εἰς τὴν γενεάν σου. Levit. XXV, 41. Jer. VIII, 3. ubi Hebr. מִשְׁפָּחָה respondet. Sic legitur in N. T. Matth. I, 17. πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ omnes itaque familiæ sibi invicem succedentes, seu generationes. De *natione* et *gente* usurpatur in versione Alex. Levit. XX, 18. ubi pro Hebraico עַם ponitur.

3. *ætas hominis triginta fere annorum numero circumscripta, duratio vitæ unius hominis, generatio hominum simul viventium, spatium, quod duas sibi invicem succedentes nativitates interjacet.* Suid. γενεά· κατ' ἐνίους μὲν ἔτη ξ, κατ' ἐνίους δὲ λ. *Etym. M.* γενεὰ λέγεται καὶ τὰ εἰκοσιεννέα ἔτη. Conf. *Wesselingium* ad *Diod. Sic.* I, p. 28. *Maium* ad *Luciani Macrobios* T. III, p. 210. ed. *Bip.* et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 232. Interdum etiam non *certum quoddam et definitum tempus*, sed simpliciter *ævum, tempus, sæculum* notat, v. c. Luc. I. 50. εἰς γενεὰς γενεῶν perpetuo, per omnes ætates. ibid. VII, 31. ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης. Act. VIII, 33. τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ætatem ejus quis enarrabit? ib. XIII, 36. XIV, 16. XV, 21. ἐκ γενεῶν ἀρχαίων inde a priscis sæculis. Ephes. III, 5. ἑτέραις γενεαῖς hucusque. ib. v. 21. Coloss. I, 26. Sic דּוֹר Ies. LI, 8. LIII, 8.

4. *homines, una ætate viventes, homines alicujus ætatis*, seu *sæculi.* Matth. XI, 16. τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην; quibus vero similes dicam homines hujus ætatis? ubi sermo est de Judæis, Christi ætate viventibus. ibid. XII, 39. 41. 42. 45. XVI, 4. XVII, 17. XXIII, 36. Marc. VIII, 12. 38. IX, 19. XIII, 30. Luc. I, 48. IX, 41. XI, 29. 30. 31. 50. 51. XVII, 25. XXI, 32. Act. II, 40. Philipp. II, 15. Hebr. III, 10. Sic דּוֹר Eccles. I, 4.

5. metaphorice: *qualitas, indoles, conditio, ingenium et ratio hominum.* Sic accipitur Luc. XVI, 8. οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν εἰσί nam hujus sæculi homines sunt in suo genere prudentiores Christianis. *Etym. M.* γενεὰ σημαίνει ἓξ. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ παντὸς τῶν ἀνθρώπων γένους, (*Homer. Iliad.* VI, 146.) ἐπὶ δὲ τῆς εὐγενείας, (*Iliad.* XI, 785.) ἐπὶ δὲ τῆς ἡλικίας, (*Iliad.* XIV, 112.) ἐπὶ δὲ τῶν προγόνων, (*Iliad.* V, 265.) ἐπὶ δὲ τῶν ἐκγόνων, (*Iliad.* XXI, 191.) ἐπὶ δὲ διαστήματος χρόνου, τῶν μὴ κατ' αὐτὸ βεβιωκότων. (*Iliad.* I, 250.) Cf. etiam, quæ de vario hujus vocis usu *Perizonius* in *Origg. Ægypt.* p. 175. seq. *Jensius* in *Ferculo liter.* p. 6. et *Grævius* in *Lectt. Hesiod.* p. 26. disputarunt.

ΓΕΝΕΑΛΟΓΈΩ, ῶ, fut. ήσω, et speciatim de *eo* usurpatur apud Græcos, *qui familiarum origines recenset, generis seriem describit et natales progenitorum investigat, Xenoph. Symp.* IV, 51. *Theophr. Char.* XXVIII, 1. et in universum de *eo* adhibetur, *qui alicujus rei causam et originem investigat. Ælian. V. H.* IV, 17. τὸν σεισμὸν ἐγενεαλόγει οὐδὲν ἄλλο εἶναι, ἢ σύνοδον τῶν τεθνεώτων. Passivum γενεαλογεομαι, οῦμαι, *ad genus alicujus referor, originem duco, repeto ab aliquo*, legitur in N. T. tantum Hebr. VII, 6. ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν qui vero non

ex familia et tribu Levi erat. 1 Chron. V, 1. καὶ οὐκ ἐγενεαλογήθη (הִתְיַחֵשׂ) εἰς πρωτοτόκια.

ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΑ, ας, ἡ, *genealogia, generis recensio, natalium descriptio,* (ex γενεὰ et λέγω.) Bis legitur in N. T. 1 Tim. I, 4. μηδὲ προσέχειν (scil. δεῖν) μύθοις καὶ γενεαλογίαις (Utramque vocem etiam conjunxit *Polybius* IX, 2. 1.) ἀπεράντοις neque operam dare fabulis et genealogiis inutilibus. Non audiendi autem esse videntur, qui genealogias Pauli de *æonibus Gnosticorum* et *Judæorum* סְפִרוֹת atque *emanationibus* cum *Grotio* et aliis interpretantur, sed omnis locus explicandus est de peculiari illo Judæorum vitio, qui sibi admodum placebant in majorum suorum enumeratione, et condendis novis genealogiis ex particulis et fragmentis, quas apud privatos remansisse verosimile est, quamvis Herodes Idumæus, ut vulgo conjicitur, ut genealogias omnes exstirparet, omnem impenderit operam. Hoc vero studio genealogico Apostolorum ætate multi abusi esse videntur, vel ad conficiendas falsas tabulas genealogicas, e quibus, quod Jesus a Davide genus derivare nequeat, demonstrare conabantur, vel ad vanam gloriam quærendam, ut haberent Christiani e Judæis, quo se contra reliquos Christianos e Paganis ob generis nobilitatem efferrent. Hinc Apostolus, ne quid respublica Christiana detrimenti caperet, tales quæstiones et disputationes inanes, omnino fugiendas, et ἀπεράντους esse judicavit. Cf. *Vitringa Obss. Sacr.* I, 2. 2. IV, 9. 16. *Wetstenii N. T.* T. II, p. 316. Adde Tit. III, 9.

ΓΕΝΕΣΙΑ, ων, τά. Dissentiunt viri docti in constituenda hujus vocis vera notione, quæ bis tantum in N. T. occurrit, Matth. XIV, 6. Marc. VI, 21. Alii enim (v. c. *Heinsius*, et *H. Reland. Diss. Miscell.* P. II. p. 257.) *diem imperii Herodis natalem et inaugurationis publicam celebrationem,* τὴν ἡμέραν τῆς ἀρχῆς, alii vero *nativitatis memoriæ recolendæ sacra* voce γενέσια ab Evangelistis locis laudd. indicari existimant. Sed nullum hucusque exemplum idoneum ad confirmandam priorem significationem afferri potuit, ut adeo tutius videatur, sumere, τὰ γενέσια (supple συμπόσια convivia) dicta esse a Scriptoribus sacris *natalitia, festum diei natalis,* (γενέθλιος ἡμέρα, seu τὰ γενέθλια, nam discrimen, quod *Ammonius* inter γενέσια et γενέθλια fecit, ut illud de *die mortis*, hoc de *nativitatis die* usurpatum sit a veteribus, nihili est, quanquam Atticos per euphemismum τὰ γενέσια pro νεκυσίοις posuisse ex *Polluce* III, c. 19. satis constat) quem veteres quotannis solemni gaudio et convivio sunt prosequuti. *Suid.* γενέσια· ἡ δι' ἐνιαυτοῦ ἐπιφοιτῶσα τοῦ τεχθέντος μνήμη. Quod autem *Phrynichus* et *Thom. M.* monuerunt, nullum Græcum Scriptorem bonæ notæ adhibuisse vocem γενέσια in hoc significatu, verum pro eo γενέθλια vel γενέθλιος ἡμέρα dixisse, id non vere dictum esse, probant loca, quæ ex *Alciphron.* III, ep. 18. et 55. *Josepho* et *Philone* larga manu collegerunt *Schwarz.* ad *Olear. de Stilo N. T.* p. 282. *Wetstenius N. T.* T. I. p. 411. et *Krebs. Obss. Flav.* p. 38. Transiit hæc vox in linguam *Chaldaicam* et *Rabbinicam*, ubi גְּנוּסָא (Genes. XL, 40. in vers. Jonath.) et גְּנִיסָיָא scribitur.

ΓΕΝΕΣΙΣ, εως, ἡ, 1. *generatio, nativitas, ortus,* etiam *origo.* (*Polyb.* VI, 5. βασιλείας ἀρχὴ καὶ γένεσις.) (a γίνομαι *gignor, nascor.*) Matth. I, 18. Jacob. I, 23. ubi τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως est facies naturalis et nativa, quam per generationem accepit. Luc. I, 14. ἐπὶ τῇ γενέσει αὐτοῦ χαρήσονται de nativitate ejus gaudebunt, ubi in codd. haud paucis e glossemate γεννήσει legitur. *Æschin. Socr.* Dial. III, 4. πρὸ τῆς γενέσεως antequam natus fuisti. ib. §. 7. κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν simulac natus est. *Jamblich. Vit. Pythag.* p. 29. *Artemid.* II, 27. Respondet

Hebraico מוֹלֶדֶת in vers. Alex. Genes. XXXI, 13. Ruth. II, 11.

2. per metonymiam: *vita ipsa, duratio vitæ.* Jacob. III, 6. καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως et incendit totius vitæ decursum a prima origine usque ad mortem, h. e. vitam hominis miserrimam reddit. Hæc simplicissima videtur explicatio loci, admodum difficilis, quem multis modis tentarunt interpretes, cui tamen, ut ingenue fatear, præferrem aliam interpretationem a nemine, quantum scio, propositam, ex qua τροχὸς γενέσεως de universo orbe terrarum explicandum esset, hoc sensu: *lingua incendit totum orbem terrarum, suscitando* nimirum *seditionum, bellorum, dissidiorum et odiorum incendia*, si modo probari posset idoneis locis, voci γένεσις, quam *Suidas* tantum per κόσμον interpretatur, vere subjectam fuisse a veteribus *mundi* notionem. Ad significationem *vitæ* autem adstruendam multa loca afferri possunt, v. c. Judith. XII, 18. παρὰ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς γενέσεώς μου. Sapient. VII, 5. γενέσεως ἀρχήν. *Hierocles* p. 298. τὴν ὅλην τῆς γενέσεως ἀποχὴν abstinentiam ab omnibus rebus ad hanc pertinentibus. Cf. quæ ex *Aristide* et *Photii Bibl.* notavit *Heisen.* Diss. XXVI. in Epist. Jacob. p. 834.

3. *ipsum genus et prosapia, familia, ordo et series eorum, qui sunt ex eadem stirpe prognati.* Matth. I, 1. βίβλος γενέσεως descriptio generis, series majorum, i. e. *genealogia*, quæ formula respondet Hebraicæ סֵפֶר תּוֹלְדֹת Genes. V, 1. pro qua interdum omissa voce סֵפֶר simpliciter תּוֹלְדוֹת legitur, Gen. VI, 9. Ruth. IV, 18. unde verba Græca Matthæi a Syro translata reperiuntur: ܦܫܝܛܘ ܕܝܠܕܘܗܝ ܕܝܫܘܥ. Cæterum vox γένεσις in versione Alex. pro מִשְׁפָּחוֹת ponitur Exod. VI, 24. 25. Num. I, 18. 1 Chron. IV, 38.

ΓΕΝΕΤΗ, ῆς, ἡ, *nativitas, ortus*, unde ἐκ γενετῆς *inde a natalibus.* (a γίνομαι.) Semel in N. T. legitur Joh. IX, 1. εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς vidit hominem cœcigenum. *Diod. Sic.* V, c. 32. ἐκ γενετῆς ὑπάρχει πολιά. *Polyb.* III, 20. 4. φρονεῖν ἐκ γενετῆς. *Hesiod. Theog.* 271. *Suid.* γενετή· πατριὰ ἢ γενέσια. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 902.

ΓΕΝΝΆΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *genero, progigno*, si de viris adhibetur, *concipio, pario, enitor*, de mulieribus. De viris legitur Matth. I, 12—16. de feminis Luc. I, 13. Galat. IV, 24. Passivum γεννάομαι *nascor.* Matth. I, 16. II, 1. Marc. XIV, 21. Joh. VIII, 41. ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα non spurii liberi sumus. ib. XVIII, 37. Act. II, 8. ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν qua a nativitate inde usi sumus. Galat. IV, 23. Hinc τὸ γεννηθὲν etiam ὁ γεννηθείς, dicitur *infans, puer*, etiam *embryo, qui adhuc in utero matris latet.* Galat. IV, 29. ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς filius, naturali modo procreatus. Matth. I, 20. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν quod enim concepit. *Athenag. Legat.* p. 135. ἐκτιθέναι μὲν τὸ γεννηθέν. Ita et apud Græcos τὰ γεννώμενα pro *liberis* ponitur, v. c. *Dion. Halic.* IX, 22. Cæterum, quemadmodum γεννᾶν, viris proprium, (*Eurip. Iphig.* 360.) etiam haud paucis in locis *feminis* tribuitur, id quod non ex usu ling. Hebr. sed linguæ Græcæ (*Apollod. Bibl.* III. p. 18. *Heraclit. de incredib.* c. 6. *Diod. Sic.* IV, p. 223. Vide *Barnes.* ad *Eurip. Iphig. in Aul.* v. 474. et 639.) factum esse docuit *Pfochenius* de *Puritate Ling. N. T.* §. 43. ita et τίκτειν, *feminis* proprium, de *viris* dictum invenitur et *gignere* significat. Conf. *Strodtmanni* Syll. 1. Differentt. Græc. §. 27. in *Novis Miscell. Lips.* Vol. VII. p. 676.

2. *efficio, profero, occasionem suppedito.* 2 Tim. II, 22. ὅτι γεννῶσι μάχας nihil enim, ut nosti, nisi rixas movent. Similis locus est apud *Stob.* Serm. CCXL, p. 790. τῆς ἡδονῆς τὸ ἄμετρον ἐπίσπαστον λύπην ἐγέννησεν, quem debeo *Palaireto* in *Obss. Phil. Crit.* p. 471.

3. *declaro aliquem filium.* Act. XIII,

33. ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε ego jam te filium meum, seu regem, declaravi. Hebr. I, 5. V, 5.

4. metaphorice γεννᾶν *ei* tribuitur, *qui aliis vitam spiritualem dat*, h. e. *vim et facultatem recte intelligendi, cogitandi et ratiocinandi, quoad intellectum, et, quoad voluntatem, vim appetendi bona et aversandi mala*; seu brevius: *qui alios instituit et emendat*. Hinc in N. T. *a*) Apostolis et reliquis doctoribus Christianis tribuitur, qui institutione sua et doctrina homines ad religionem Christianam adduxerant. 1 Cor. IV, 15. ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα per me adducti estis ad religionem Christianam. Philem. v. 10. ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου quem captivus ad religionem Christianam adduxi. *β*) de Deo usurpatur, quatenus auxilio inprimis institutionis in religione Christiana hominibus non solum facultatem res divinas intelligendi et credendi, sed etiam facultatem recte agendi largitur. Joh. I, 13. ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν per religionem Christianam a Deo sunt emendati. ibid. III, 3. ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος nisi quis baptismo suscepto et per religionem Christianam plane emendetur. ib. v. 6. 7. 8. 1 Joh. II, 29. III, 9. IV, 7. V, 1.

5. *natus esse in aliqua re* is dicitur, *qui inde a tenera ætate alicui rei operam dedit et adsuevit*. Joh. IX, 34. ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος tu es pessimus homo, a primis inde vitæ initiis scelestus fuisti, coll. Ps. LI, 7. Posset tamen hic locus accommodate ad opinionem Judæorum (Joh. IX, 2. et 3.) etiam verti: tu a scelestis parentibus natus es.

6. γεγεννημένος εἴς τι dicitur, *qui destinatus est alicui rei, quem sors aliqua manet inevitabilis*. 2 Pet. II, 12. γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν destinata capturæ et morti.

ΓΈΝΝΗΜΑ, τος, τὸ, 1. *progenies, soboles, fœtus, liberi*, ita, ut de hominibus æque ac de animalibus dicatur. Matth. III, 7. γεννήματα ἐχιδνῶν o progenies viperina! h. e. metaphorice, o homines insignis perversitatis, in quos parentum vitiositas propagata fuit! ib. XII, 34. XXIII, 33. Luc. III, 7. Jos. XV, 14. γεννήματα τοῦ Ἐνὰκ posteri Enak, Hebr. יְלִידֵי הָעֲנָק. Sirac. X, 18. γεννήμασι γυναικῶν. 1 Macc. I, 38. *Hesych.* γέννημα· παιδίον. Conf. *L. Bos.* ad *Thom. M.* p. 190.

2. metaphorice: *proventus agrorum et arborum, fruges, fructus*. Matth. XXVI, 29. ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ex hoc vino, Hebr. מִפְּרִי הַגָּפֶן, Hos. X, 1. Marc. XIV, 25. Luc. XXII, 18. Deut. XXII, 9. Luc. XII, 18. καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γεννήματά μου, h. e. τοὺς καρπούς μου, coll. v. 17. quo omnes fruges meas reponam. Exod. XXIII, 10. καὶ συνάξεις τὰ γεννήματα (תְּבוּאָה) τῆς γῆς. Genes. XLI, 35. XLVII, 24. Optimi etiam Scriptores Græci γεννήματα de *fructibus et proventibus agrorum* dixerunt, v. c. *Polyb.* I, 71. 1. *Diod. Sic.* V, 17. T. I. p. 343. ed. *Wesseling.* τῶν πρὸς τὴν τροφὴν γεννημάτων οἶνον οὐκ ἔχουσι. Cf. *Abresch.* ad *Æschylum* p. 549. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 519. et Interpretes ad *Thom. M.* p. 190. seq.

3. metaphorice: *effectus, id quod ex aliqua re consequitur, fructus*, die moralischen Folgen einer freyen Handlung *the moral effects of a free action*. 2 Cor. IX, 10. αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν augebit præmia liberalitatis vestræ. Hos. X, 13. ἕως τοῦ ἐλθεῖν γεννήματα δικαιοσύνης ὑμῶν.

ΓΕΝΝΗΣΑΡῈΤ, ἡ. *Gennesaret*. Est nomen regionis in Galilæa amœnissimæ, sitæ ad mare Galilææ, seu Tiberiadis, quam *Joseph.* de *B. J.* III, 10. §. 8. his verbis describit: παρατείνει δὲ τὴν Γεννησὰρ ὁμώνυμος χώρα, θαυμαστὴ φύσιν τε καὶ κάλλος. οὔτε γὰρ αὐτή τι φυτὸν ἀρνεῖται διὰ τὴν πιότητα, καὶ πᾶν πεφυτεύκασιν οἱ νεμόμενοι· τοῦ δὲ ἀέρος τὸ εὔκρατον ἁρμόζει καὶ τοῖς διαφόροις κ. τ. λ. Ab hac regione nomen accepit *lacus*, qui nunc *mare Galilææ*, Matth. IV, 18. nunc *mare*

Tiberiadis, Joh. XXI, 1. nunc *lacus Gennesaret*, Luc. V, 1. vocatur, de quo hæc habet *Joseph.* l. l. §. 7. ἡ δὲ λίμνη Γεννησὰρ ἀπὸ τῆς προσεχοῦς χώρας καλεῖται. σταδίων δὲ εὖρος οὖσα τεσσαράκοντα, καὶ πρὸς τούτοις ἑτέρων ἑκατὸν τὸ μῆκος, γλυκεῖα δὲ ὅμως ἐστὶ καὶ ποτιμωτάτη κ. τ. λ. Regio ista antiquitus dicebatur כִּנֶּרֶת ab urbe quadam ejusdem nominis, sita non procul ab influxu Jordanis in mare Galilææ. Jos. XIX, 35. A Chaldæis vocatur גִּנֵּיסַר et גִּנּוֹסַר, a Syris ܓܢܣܪ, quam Scripturam etiam *Josephus* retinuit. Vide *J. Sauberti varias lectt. text. Gr. Ev. Matth.* p. 137. Origo vocis perobscura est. *Alberti Gloss. N. T.* p. 4. Γεννησαρέτ· κῆπος ἀρχόντων, cujus glossæ auctor vocem sine dubio conflatum existimavit ex גַּן *hortus* et שַׂר *princeps*. Sed *Hesych.* Γεννησαρέτ· πατρὶς ἀρχόντων. In N. T. ter tantum occurrit. Matth. XIV, 34. εἰς τὴν γῆν Γεννησαρὲτ, seu secundum alios Γεννήσαρ. Marc. VI, 53. ubi eadem lectionis varietas reperitur. Luc. V, 1. παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρέτ. Conf. *Relandi Palæstina* II. p. 422. et 442. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 419. et *Lightfoot. Cent. Chorogr. Matthæo præfix.* c. 79.

ΓΕ΄ΝΝΗΣΙΣ, εως, ἡ, *nativitas, generatio*, (a γεννάω *gigno*) quæ a Scriptoribus Græcis fere dicitur γένεσις, ut ab *Æschin.* Dial. III, 4. 7. Legitur in N. T. Matth. I, 18. τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν ipsa Christi generatio fuit talis. Luc. I, 14. πολλοὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ χαρήσονται multi de ejus nativitate gaudebunt; ubi tamen loco γεννήσει reponendum videtur γενέσει. Eccles. VII, 1. καὶ ἡμέρα τοῦ θανάτου ὑπὲρ ἡμέραν γεννήσεως מִיּוֹם הִוָּלְדוֹ.

ΓΕΝΝΗΤΟ΄Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *natus, prognatus, genitus, progenitus.* (ab eodem.) Respondet Hebraico יָלוּד in vers. Alex. Job. XIV, 1. XV, 14. XXV, 4. Bis legitur in N. T. Matth. XI, 11. ἐν γεννητοῖς (scil. ὑπὸ) γυναικῶν inter homines, Hebr. יְלוּד אִשָּׁה, conf. Job. l. l. Luc. VII, 28. *Hesych.* γεννητός· γνήσιος υἱός.

ΓΕ΄ΝΟΣ, εος, τὸ, 1. *genus, stirps, origo, familia, homines pauci ejusdem stirpis.* Act. VII, 13. καὶ φανερὸν ἐγένετο τῷ Φαραὼ τὸ γένος τοῦ Ἰωσὴφ et innotuit Josephi genus Pharaoni. (*Judith.* XVI, 24.) ibid. XIII, 26. υἱοὶ γένους Ἀβραὰμ ex Abrahami genere oriundi.

2. *progenies, proles, soboles.* Act. XVII, 28. τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν Dei sumus progenies, i. q. in *Pythagor. Carm. aureis:* Θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν. Conf. *J. H. Maii Obss. SS.* I. p. 97. seq. ibid. v. 29. γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ cum igitur a Deo nati, seu creati simus. Apoc. XXII, 16. καὶ τὸ γένος Δαβὶδ et progenies Davidis. Sic γένος apud *Callim. Hymn. in Delum* v. 109. et 256. *Homer. Od.* φ΄. 335. et *genus* apud Latinos usurpatur; cf. *Burmann.* ad *Ovid. Met.* II, 744.

3. *gens, natio, populus.* Marc. VII, 26. Συροφοίνισσα τῷ γένει Syrophœnissa genere. Act. IV, 36. Κύπριος τῷ γένει. ib. VII, 19. κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν dolose egit cum gente nostra. ibid. XVIII, 2. Ποντικὸν τῷ γένει natione Ponticum, et v. 24. 2 Cor. XI, 26. ἐκ γένους e gente Judaica, e popularibus meis. (Γένος h. l. nude positum κατ' ἐξοχὴν *gentem Judæam* notat et opponitur ἔθνεσι. Conf. 3 Macc. III, 2, 6.) Philipp. III, 5. ἐκ γένους Ἰσραήλ. In vers. Alex. respondet τῷ עַם Genes. XI, 6. Esther. II, 10. Ies. XLIII, 20. Tob. I, 10. *Diod. Sic.* I, 19. λέγοντας Ἰνδὸν εἶναι τὸ γένος. *Ælian. V. H.* I, 34. ἀνὴρ γένει Μάρδος. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 8. 2. p. 271. Sic *genus* pro *gente* apud *Virg. Æn.* V, 285. "Cressa genus Pholoë."

4. *genus*, cui opponitur *species*, per synecdochen etiam *ipsa species, quæ certa qualitate, conditione, valore* etc. *æstimatur*, i. q. εἶδος. *Hesiod. Opp.* v. 11. οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος.

ubi *Moschopulus*: τὸ γένος ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ εἶδος. *Æschin.* Dial. II, 26. γένος τι τῶν ζώων καλοῦμεν ἄνθρωπον. In versione Alex. legitur pro Hebraico מִין *species*, Genes I, 11. 12. 21. 24. VI, 20. et Chaldaico זְנִין Dan. III, 2. 5. 7. 10. 15. In hac vero notione haud raro, ut Latinum *genus*, abundat, v. c. apud *Diod. Sic.* I, 9. ἱστοριογράφων γένος, pro ἱστοριόγραφοι. *Cic.* V. ad *Famil.* ep. 12. " genus scriptorum tuorum." *Virgil. Æn.* VII, 753. Matth. XIII, 47. καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ omnis, seu varii generis pisces capienti. ib. XVII, 21. τοῦτο δὲ τὸ γένος, sc. δαιμόνων, οὐκ ἐκπορεύεται, ubi γένος δαιμόνων positum est pro δαίμονες. Marc. IX, 29. 1 Cor. XII, 10. γένη γλωσσῶν facultatem variis peregrinis linguis loquendi. Eadem formula v. 28. redit, ubi tamen, abstracto posito pro concreto, de *ipsis hominibus, qui sunt facultate peregrinis linguis loquendi instructi*, explicanda videtur. ibid. XIV, 10. τοσαῦτα γένη φωνῶν ἐστιν ἐν κόσμῳ tot et tam varia linguarum genera reperiuntur. *Alberti Gloss. N. T.* p. 133. γένη γλωσσῶν· ἰδιότητες διαλέκτων.

5. *ordo, secta.* Act. IV, 6. καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ et quicunque erant ex ordine summorum sacerdotum. Galat. I, 14. ἐν τῷ γένει μου sectæ Pharisæorum adscriptis. *Etym. M.* γένος ἐπὶ ἔθνους τάσσεται, καὶ ἐπὶ πόλεως, καὶ ἐπὶ συστήματος, καὶ ἐπὶ σπέρματος, καὶ ἐπὶ τέκνου.

ΓΕΡΓΕΣΗΝΟ῎Σ, οῦ, ὁ, *Gergesenus.* Nomen gentis, quod in N. T. occurrit tantum Matth. VIII, 28. ubi Jesus venisse dicitur εἰς τὸ πέραν εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν, qui locus cum locis parallelis Marc. V, 1. Luc. VIII, 26. ubi Γαδαρηνῶν legitur, optime ita conciliari potest, ut statuamus, urbem *Gergasa*, quæ etiam *Gerasa* dicta est, (conf. *Græv. Lectt. Hesiodd.* p. 81.) sitam fuisse in agro oppidi *Gadara* (quæ fuit metropolis totius Perææ) trans Jordanem e regione maris Galilæi. Cf. præter *Lightfootum* in *Hor. Hebr. ad locum Matthæi*, *Cellarii* Geograph. T. II. p. 645. Videntur autem incolæ regionis Γεργεσηνῶν non Judæi fuisse, sed gentiles, quia Israëlitis nunquam permissum fuit porcos alere.

ΓΕΡΟΥΣΊΑ, ας, ἡ, *senatus*, vel *presbyterium*, *collegium presbyterorum*, seu *senatorum*, σύστημα γερόντων, a γέρων *senex*, vel γερούσιος *ad senes pertinens*, quia olim senatus ex senioribus constabat, qui majori prudentia solent esse præditi. *Hesych.* γερουσία, πρεσβυτέριον, πλῆθος γερόντων. *Alberti* Gloss. N. T. p. 67. γερουσίαν· πρεσβυτέριον. Semel legitur in N. T. Act. V, 21. συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ubi γερουσία et τὸ συνέδριον conjunguntur, non, quod differrent invicem, sed ut exteris vera notio vocis συνέδριον explicaretur. Est itaque γερουσία h. l. *ipsum synedrium magnum*, quam significationem etiam haud raro in libris apocryphis V. T. habet, v. c. 2 Macc. I, 10. IV, 44. 3 Macc. I, 8. Judith. IV, 6. XV, 10. et apud *Josephum* passim. Conf. de hac significatione *Ezech. Spanhemium* ad *Juliani* Impp. p. 127. *Dionys. Hal. Ant.* II, 12. τοῦτο τὸ συνέδριον ἑλληνιστὶ ἑρμηνευόμενον γερουσίαν βούλεται δηλοῦν κ. τ. λ. *Plutarch. an seni admin. resp.* p. 789. ἡ δὲ Ῥωμαίων σύγκλητος ἄχρι νῦν γερουσία καλεῖται.

ΓΈΡΩΝ, οντος, ὁ, *senex.* Semel in N. T. legitur Joh. III, 4. γέρων ὢν cum sit senex. *Hesych.* γέρων· πρεσβύτερος.

ΓΕΎΩ, fut. εὑσω, *gustare facio alterum*, *gustandum præbeo alteri.* Activum hoc in N. T. non est obvium. Habetur tamen Genes. XXV, 30. γεῦσόν με ἀπὸ τοῦ ἐψήματος πυῤῥοῦ. Conf. etiam *Valckenar.* ad *Herodot.* VII, c. 46. Medium Γεύομαι

1. et proprie est: *gustare facio me ipsum*, h. e. *gusto saporem alicujus rei, exploro ope linguæ aut palati.* Construitur, ut omnia reliqua verba sensuum, cum genitivo, raro cum accusativo. Matth. XXVII, 34. καὶ γευ-

σάμενος, sc. αὐτοῦ, et cum gustasset illud. Joh. II, 9. ὡς δὲ ἐγεύσατο ὕδωρ.

2. per synecdochen: *edo, vescor, cibum capio*, ita, ut omissum sit τροφὴν, seu βρώματα, seu βρῶσιν. Act. X, 10. καὶ ἤθελε γεύσασθαι et volebat cibum capere. ibid. XX, 11. καὶ γευσάμενος, sc. ἄρτου, quod additur 1 Sam. XIV, 24. Act. XXIII, 14. μηδενὸς γεύσασθαι. Coloss. II, 21. μηδὲ γεύσῃ neque edas cibos, interdictos lege Mosaica. Eodem modo Hebræi voce טָעַם usi sunt 1 Sam. XIV, 29. Jon. III, 7. Nec ea notione Græcis γεύεσθαι ignotum fuit. Conf. *Eurip.* Iphig. in Aul. v. 423. *Ælian. H. A.* XVI, 37. καὶ οὐκ ἂν γεύσαιντό ποτε ὑείων. ib. VI. 4. ὅταν ὀπώρας μέλλωσι γεύεσθαι.

3. metaphorice: *ipsa experientia teste aliquid cognosco, experior, periculum facio, patior, particeps fio.* Huc referenda est formula: γεύεσθαι θανάτου, *mori, mortem subire*, quæ non legitur quidem in V. T. sed tamen apud Rabbinos occurrit in Beresch. Rab. S. 9. רִאשׁוֹן שֶׁלֹּא יִטְעֹם טַעַם מִיתָה ,רִאשׁוֹן הָיָה אָדָם quem locum *Buxtorf.* in Lex. Talmud. sub טָעַם p. 895. excitavit. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 434. Matth. XVI. 28. οἱ μὴ γεύσωνται θανάτου qui non morituri sint. Luc. IX, 27. Joh. VIII, 52. Hebr. II. 9. —Hinc etiam lucem fœnerantur loca N. T. Luc. XIV, 24. γεύσεταί μου τοῦ δείπνου convivii mei particeps erit. Hebr. VI, 4. γευσαμένους δὲ τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου participes facti beneficii divini, i. q. μετόχους γενηθέντας in sequentibus. ibid. v. 5. καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα qui experientia edocti præstantiam religionis Christianæ cognoverunt. 1 Petr. II, 3. εἴπερ ἐγεύσασθε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος experti estis benignitatem domini, coll. Ps. XXXIII, 8. Prov. XXXI, 18. Exempla hujus notionis possunt plura e Scriptoribus optimis Græcorum afferri, sed hæc pauca sufficient. *Herodot.* VI, 5. γεύεσθαι ἐλευθερίης. *Pindar.* Nem. Od. V, v. 596. πόνων γεύεσθαι. *Sophocl.* Trach. v. 1108. ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην, ubi *Schol.* ἐγευσάμην· ἐπειράσθην, πεῖραν ἔσχον. Conf. *Canter.* et *Potter.* ad *Lycophr.* Cassandr. v. 382. *Gronov.* ad *Herodot.* p. 90. ed. *Wessel. Küster.* ad *Aristoph.* Ran. v. 465. *Hesych.* γεύσασθαι· πειράσαι, ἅψασθαι.--γευσώμεθα· ἀλλήλων πεῖραν λάζωμεν.

ΓΕΩΡΓΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *agrum colo, agriculturam exerceo, aro, rei rusticæ operam do* (ex γῆ et ἐργάζομαι *operor*). Si γῆ additur, simpliciter per *colere* reddendum est. Sic autem legitur in N. T. Hebr. VI, 7. γῆ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς καὶ γεωργεῖται terra profert fructus utiles illis, a quibus colitur. Sæpius in N. T. non legitur. 1 Chron. XXVII, 26. pro עֹשֵׂי מְלֶאכֶת הַשָּׂדֶה habent Alexandrini τῶν γεωργούντων τὴν γῆν.

ΓΕΏΡΓΙΟΝ, ου, τὸ, 1. proprie: *ager cultus, aratus, arvum.* Respondet Hebraico שָׂדֶה Prov. XXIV, 30. XXXI, 16.

2. metaphorice usurpatur de eo, *cujus animus colitur.* 1 Cor. III, 9. Θεοῦ γεώργιόν ἐστε vos estis cœtus ille, quem Deus edocendum et emendandum curat per religionem Christianam.

ΓΕΩΡΓΌΣ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *agricola, qui colit rus vel agrum.* 1 Tim. II, 6. Jacob. V, 7.

2. per synecdochen: *vinitor, qui colit vineam*, i. q. ἀμπελουργός. Matth. XXI, 33. καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν (sc. ἀμπελῶνα) τοῖς γεωργοῖς et elocavit eam vinitoribus ib. v. 34. 35. 38. 40. 41. Marc. XII, 1. 2. 7. Luc. XX, 9. 10. 14. 16. Joh. XV, 1. καὶ ὁ πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστι et pater meus vinitor est, h. e. et pater meus provida sua cura amplectitur omnem cœtum Christianum. Exempla hujus significationis dedit *El. Palairet.* Observv. Philol. Crit. p. 258.

ΓΗ̃, ῆς, ἡ, 1. proprie notat *terram aridam ab aquis distinctam.* Luc. V, 11. καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ τὴν γῆν, naves ad *littus* appellebant. Joh.

XXI, 8. 9. 11. καὶ εἵλκυσε τὸ δίκτυον ἐπὶ τῆς γῆς. Apoc. XIV, 7. τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πηγὰς ὑδάτων. Hinc in versione Alex. τῷ יַבָּשָׁה Jon. I, 13. respondet.

2. *universus orbis terrarum habitabilis, globus terraqueus, qui cœlo contradistinguitur*, ἡ οἰκουμένη, Hebr. תֵּבֵל cui etiam respondet in versione Alex. 1 Chron. XVI, 30. Ies. XXVI, 9. 18. Sic legitur in N. T. Matth. V, 18. ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ibid. v. 35. coll. v. 34. VI, 19. IX, 6. XI, 25. Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς. XII, 42. XVII, 25. XXIV, 35. Luc. XXI, 33. Ephes. I, 10. τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς omnes omnino homines. 2 Petr. III, 5. et 7. *Æschin. Socr.* Dial. III. §. 19.

3. *tractus terræ, regio, provincia.* Matth. II, 20. εἰς γῆν Ἰσραὴλ in terram Israëliticam. v. 21. IX, 26. εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην totam illam regionem pervasit. v. 31. XIV, 34. Jud. v. 5. ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Hinc pro *insula* quoque ponitur Act. XXVII, 39. coll. XXVIII, 1. Eodem modo אֶרֶץ sumitur Genes. XII, 10. XLII, 30. 33. Exod. VII. 19. Hinc ἡ γῆ τινὸς *patria alicujus* dicitur Act. VII, 3. ἐξελθε ἐκ τῆς γῆς σου egredere e patria tua, coll. Genes. XII, 2.

4. speciatim ita dicitur *Palæstina, terra Israëlitarum.* Matth. V, 5. ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν securi et tranquilli manebunt in Palæstina, seu, summa felicitate fruentur. XXIV, 30. πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς omnes tribus terræ Israëliticæ. XXVII, 45. ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν per totam Palæstinam. Act. IV, 26. βασιλεῖς τῆς γῆς principes Palæstinæ. Ephes. VI, 3.

5. *urbs, vel civitas terræ*, seu *certæ alicujus regionis et provinciæ*, tanquam pars pro toto. Sic legitur in N. T. Matth. II, 6. ubi Bethlehem dicitur γῆ Ἰούδα, i. e. urbs Judææ. X, 15. γῆ Σοδόμων καὶ Γομόρρων. XI, 24. quanquam in his duobus locis γῆ pro incolis et civibus urbis ponitur. Qui hunc significatum unice ex Hebræo repetendum judicarunt, provocarunt ad Alexandrinos, qui Hebraicum עִיר sæpe per γῆν reddunt. v. c. Jerem. XXIX, 7. XXXIV, 22. XL, 5. Sed ex iis locis colligi tantum posse videtur, עִיר interdum apud Hebræos pro *regione*, seu *tractu terræ* poni. Præstat igitur, hanc ipsam significationem ex ipsius linguæ Græcæ usu repetere. *Scholiastes Æschyli* ad Sept. contra Theb. v. 105. γᾶν per πόλιν recte exposuit. *Eurip.* Hecub. v. 16. γῆς ὁρίσματα mœnia urbis Trojæ. *Coluthus de raptu Helenæ* v. 271. De eadem vocabulorum χθὼν et χώρα significatione exposuit *Küsterus* ad *Aristoph.* Thesmophor. v. 115. Sic etiam *tellus* apud Latinos usurpatur, v. c. apud *Virgil.* Æn. XI, 245. ubi *Ilia tellus* pro *urbs Ilia* ἐμφατικῶς dicitur, ut recte monuit *Servius.*

6. *homines, terrarum orbem incolentes, qui sunt et habitant in aliqua regione, civitate et urbe*, per metonymiam. Matth. V, 13. ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς vos estis doctores generis humani. VI, 10. IX, 26. 31. X, 15. 34. ἐπὶ τὴν γῆν inter homines. XI, 24. γῇ Σοδόμων Sodomorum civibus, coll. v. 23. Luc. II, 14. ἐπὶ γῆς εἰρήνη. Apoc. XII, 12. οὐαὶ τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ væ terræ ac mari, h. e. cœtui Christianorum, e gentibus collecto: ubi vide Var. lectt. Lat. *terræ* de *gentibus* ac *populis* adhiberi docet *Burm.* ad *Propert.* p. 232. Adde Judith. I, 12. II, 1. 2.

7. *terra, tellus, humus, ager, pars*, seu *superficies terræ, quæ ad cultum est apta, fœcunda*, Erdreich *soil.* Matth. XIII, 5. ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλὴν quæ non multum terræ haberent, et paulo post ibid. διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς quoniam non obruta satis terra essent. Marc. IV, 5. 31. Joh. XII, 24. πεσὼν εἰς τὴν γῆν nisi granum tritici terræ mandatum. Hebr. VI, 7. γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ὑετὸν ager enim, qui pluvia irrigatur. Sic etiam pro *agro* legitur apud *Æschin.* Dial. II, 2. *Xenoph.* de Republ. Laced. XV, 3.

8. *fruges terræ* per metonymiam.

Apoc. XIV, 16. ἔβαλε τὸ δρέπανον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἐθερίσθη ἡ γῆ.

9. *solum.* Matth. X, 29. καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν nec tamen ullus eorum decidit in terram, h. e. perit. ib. XV, 35. ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν discumbere humi.

10. Restant formulæ: ἐκ τῆς γῆς εἶναι et ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν, quæ leguntur apud Joh. III, 31. ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστι καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ qui natus est in his terris, terrenus quippe, doctrinam minus præstantem tradit, ubi εἶναι ἐκ τῆς γῆς non solum originem habere mere humanam, et ex hominibus modo naturali prognatum esse significat, sed etiam adjunctam notionem habet, non peculiari quodam modo a Deo missum esse doctorem, nam opponitur τῷ ἄνωθεν ἔρχεσθαι a Deo missum esse peculiari quodam modo, originem habere divinam: formula vero, ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν significat: *res viliores, doctrinam minus præstantem tradere, quæ non excedit humanam scientiam.* Omnis autem locus relate ad Johannem et Christum explicandus est.

ΓΗ῞ΡΑΣ, τος, contracte γήρως, τὸ, *senectus, ea ætas, quæ decrepita est et ultima.* Semel in N. T. legitur Luc. I, 26. καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ αὐτῆς concepit filium in senectute sua. Dativus γήρᾳ contracte pro γήρατι, eliso τ, legitur etiam Genes. XXI, 7. ἔτεκον υἱὸν ἐν τῷ γήρᾳ μου. Sirac. III, 11. VIII, 6. *Xenoph. Cyrop.* I, 5. 7. et *Apol.* 8.

ΓΗΡΑ΄ΣΚΩ, vel ΓΗΡΑ΄Ω, fut. άσω, 1. *senesco, consenesco,* si de personis adhibetur. Joh. XXI, 18. ὅταν δὲ γηράσῃς cum vero senueris. Respondet Hebr. זָקַן Gen. XVIII, 13. Ruth. I, 12.

2. *vetustus fio,* si de rebus dicitur. Hebr. VIII, 13. τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον quod vero antiquatur ac vetustum fit. Sæpius in N. T. non legitur. Occurrit tamen de *frugibus* apud *Xenoph.* de Vectigal. I, 4. τοῖς ἐπ᾽ ἐνιαυτὸν θάλλουσί τε καὶ γηράσκουσιν.

ΓΙ΄ΝΟΜΑΙ, vel ΓΙ΄ΓΝΟΜΑΙ, fut. γενήσομαι, p. m. γέγονα. Est verbum anomalum, quod tempora subinde mutuo petit nunc a γείνω vel γείνομαι, nunc a γένεομαι. Varias autem significationes habet in N. T.

1. *fio,* h. e. *evenio, contingo, accido,* nostrum: sich begeben, zutragen *to happen, to arrive.* Matth. I, 22. τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν hoc vero ideo evenit. ib. XXIV, 6. δεῖ γὰρ πάντα γενέσθαι hæc oportet quidem fieri. v. 20. ne ista fuga accidat hiemis tempore. v. 21. 34. XXVI, 56. XXVII, 54. καὶ τὰ γενόμενα et reliquos eventus. XXVIII, 11. ἅπαντα τὰ γενόμενα omnem rem. Marc. V, 14. ἰδεῖν τί ἐστι τὸ γεγονός. IX, 21. XI, 23. ὅτι ἃ λέγει γίνεται omnia ejus jussis parent. XIII, 19. Luc. I, 20. etc. In hac vero significatione haud raro abundat, ut הָיָה Genes. XLVI, 33. v. c. Matth. XVIII, 13. καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτὸ quam (ovem) si tandem invenerit. *Syrus,* neglecta voce γένηται, transtulit: ܘܢܫܟܚܝܗ *et si inveniat eam.* Joh. XIV, 22. τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτόν; quare te nobis ostendere vis? Idem valet de formula: καὶ ἐγένετο et ἐγένετο δὲ, toties obvia in libris historicis N. T. quam Scriptores N. T. ubi aliquid narrandum habent, præmittere solent pleonastice, loco voculæ δὲ, qua Græci fere in connectendis periodis utuntur. Habet vero hæc formula post se vel infinitivum cum præpositione ἐν, v. c. Marc. II, 15. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακεῖσθαι. IV, 4. Luc. II, 6. V, 1. vel genitivum, consequentiæ indicem, Luc. XI, 14. ἐγένετο δὲ τοῦ δαιμονίου ἐξελθόντος, vel tempus finitum, interveniente ὡς, καὶ, ὅτε, v. c. Luc. I, 23. III, 21. Eodem modo וַיְהִי ponitur in V. T. ut redundet. Jos. III, 2. 2 Regg. VI, 30. ut uberius demonstravit *Vorstius* de Hebraismis N. T. c. 33. p. 601. seq. ed. *Fisch.*

2. *orior, exorior, efficior, existo,* nostrum: entstehen *to arise.* Matth. VIII, 24. σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ θαλάσσῃ exorta est magna tempestas in mari. v. 26. IX, 16. καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται et pejor ruptura existit. XIII, 21.

XXV, 6. κραυγὴ γέγονεν clamor existebat. XXVI, 5. ne tumultus excitetur. v. 45. XXVIII, 2. σεισμὸς ἐγένετο μέγας. Marc. I, 11. καὶ φωνὴ ἐγένετο et vox audiebatur. II, 21. IV, 17. 37. 39. IX, 7. Luc. III, 22. IV, 25. 36. VI, 48. 49. IX, 34. 35. 36. XXII, 24.

3. *efficior, patror*, nostrum: verrichtet werden *to be effected, or executed.* Matth. XXI, 42. παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη a Deo hoc effectum est. Luc. IX, 7. τὰ γενόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα omnia miracula ab eo patrata. Matth. XI, 20. ἐν αἷς ἐγένοντο αἱ πλεῖσται δυνάμεις αὐτοῦ inter quos multa miracula edita erant. ibid. v. 21. et 23. Luc. IV, 23. X, 13.

4. *impleor, eventum habeo*, nostrum: in Erfüllung gehen *to be accomplished*, de re prædicta, cui eventus constat, et æque late patet ac verbum πληροῦμαι, ita, ut res ipsa interdum non extra similitudinis terminos extendi debeat. 1 Cor. XV, 54. τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος tunc eventum habebit illud dictum.

5. *fio, per executionem, efficior, perficior*, ut de *eo* dicatur, *cujus votis, voluntati et jussis alii satisfaciunt et parent*, nostrum: in Ausübung gebracht werden *to be brought into use or practice.* Sic legitur in N. T. Matth. VI, 10. γενηθήτω τὸ θέλημά σου jussis tuis omnibus satisfiat. ibid. XXVI, 42. γενηθήτω τὸ θέλημά σου pareo voluntati tuæ. Luc. XI, 2. XXII, 42. XXIII, 34. γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν postulatis eorum satisfacere. Act. XXI, 14.

6. *contingo, evenio*, de re, quæ alicui datur et conceditur, nostrum: zu Theil werden *to happen or fall out.* Matth. VIII, 13. καὶ ὡς ἐπίστευσας γενηθήτω σοι concedam tibi vota. IX, 29. κατὰ τὴν πίστιν γενηθήτω ὑμῖν. XV, 28. γενηθήτω σοι ὡς θέλεις eveniat tibi quod petiisti. XVIII, 19. dabitur ipsis a patre meo cœlesti. (*Æschin. Socr. Dial.* II. p. 70. οἴεται ἡμῖν παρὰ τῶν Θεῶν, ἃ εὐχόμεθα, γενέσθαι ἂν καὶ ἅμα. *Ælian.* V. H. IX, 25. Conf. *Abreschii Dilucid. Thucyd.* p. 808.) Luc. XIX, 9. σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο salus familiæ huic contigit. Act. VII, 31. ἐγένετο φωνὴ Κυρίου πρὸς αὐτὸν contingebat ei hoc oraculum divinum; ubi cum πρὸς construitur. Galat. III. 14. ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία γένηται. Ita הָיָה, cui *γίνομαι* haud raro respondet in versione Alex. sumitur, Jos. XV, 2. XVII, 6. et pro וְיִנָּתֵן לָךְ Esther. V, 3. 6. Alex. habent, καὶ ἔσται σοι.

7. *sortem, fata habeo, conditione aliqua utor.* Matth. X, 25. ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ sufficit discipulo, si eandem sortem habuerit, quam magister. Luc. XXIII, 31. ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; confer sub ξηρός. Act. XII, 18. τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο quid tandem Petro evenerit, quam sortem subierit, coll. Exod. XXXII, 1. et *Nova Bibl. Lubec.* Vol. II, p. 121. Act. XXVIII, 6. μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον. Sic חָיָה legitur 2 Sam. XVIII, 32. *Theocrit. Idyll.* XIV, 51.

8. *fio, successu temporis evado.* Matth. V, 45. ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν ut fiatis filii dilecti Patris vestri cœlestis. XII, 45. καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου. Rom. VII, 13. 1 Cor. III, 18. IV, 9. 2 Cor. V, 21. VII, 14.

9. *exorior, ingruo, appeto*, nostrum: anbrechen *to appear.* Matth. VIII, 16. ὀψίας δὲ γενομένης die vero vesperascente. XIV, 15. 23. XVI, 2. vesperi. XXVII, 1. πρωΐας δὲ γενομένης sub lucis ortum, et v. 57. Marc. VI, 47. *Herodot.* I, c. 198. ὄρθρου γενομένου. II, 121. ὡς ἡμέρα ἐγένετο, et III, 85. ὡς ἐγένετο ἡ νύξ. Exod. X, 13.

10. *mutor, convertor in aliquid*, vel sequente præpositione εἰς, vel simpliciter positum. Matth. IV, 3. ἵνα οἱ λίθοι ἄρτοι γένωνται lapides hos mutari in panes. Joh. XVI, 20. ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται tristitia vestra in lætitiam vertetur, seu, mutabitur. Joh. II, 9. 1 Petr. II, 7. etc. Ita etiam הָיָה, seq. ל, Exod. IV, 3. coll. VII, 15.

11. *absolvor, ad finem perducor.* He-

br. IV, 3. καίτοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων jam vero opera Dei inde ab creatione hujus universi absoluta sunt.

12. *celebror, agor*, si de festo die aut solemnitate sermo est. Matth. XXVI, 2. ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται post biduum pascha celebrandum esse. Joh. II, 1. γάμος ἐγένετο nuptiæ celebrabantur ib. X, 22. ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν Ἱεροσολύμοις agebatur dies festus instaurationis Hierosolymis. Marc. VI, 2. καὶ γενομένου σαββάτου. Sic etiam legitur in vers. Alex. 2 Regg. XXIII, 22. ὅτι οὐκ ἐγενήθη τὸ πάσχα τοῦτο Heb. כִּי לֹא נַעֲשָׂה כַּפֶּסַח הַזֶּה.

13. *instituor, ordinor, promulgor, feror*, si de lege, aut instituto aliquo sermo est. Galat. III, 17. ὁ μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς νόμος lex Mosaica post quadringentos et triginta annos promulgata. Marc. II, 27. τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο sabbatum institutum est a Deo hominum causa. *Syrus*: ܐܬܒܪܝ creatum, h. e. institutum est.

14. *nascor, gignor, existo*, i. q. γεννάομαι. Joh. VIII, 58. πρὶν Ἀβραὰμ γένεσθαι ἐγώ εἰμι ante Abrahami nativitatem ego extiti. Rom. I, 3. τοῦ γενομένου (in aliis codd. γεννωμένου e glossemate) ἐκ σπέρματος Δαβὶδ e prosapia Davidis oriundi. Galat. IV, 4. γενόμενον ἐκ γυναικός. Genes. IV, 25. τῷ Σὴθ ἐγένετο υἱός, Hebr. וַתֵּלֶד־בֵּן. Vide et Genes. XXI, 3. 5. 9. XXXV, 26. et Jerem. XVI, 2. *Theophr.* Char. XVII, 2. υἱός σοι γέγονεν. *Æschin.* Dial. III, 19.

15. *nascor, producor*, de iis, quæ quotannis nascuntur et producuntur, frugibus et fructibus terræ. Matth. XXI, 19. μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα ne amplius ex te fructus nascitor. Sic etiam apud exteros Scriptores legitur, v. c. *Xenoph.* de Vectig. I, 3. τὰ γιγνόμενα *fruges terræ*. Conf. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. VI, 1.

16 *creor, creando producor*. Joh. I, 3. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν omnia per eum sunt creata ne minimo quidem excepto. ib. v. 10. καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Hebr. XI, 3. εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. Jac. III, 9. ἀνθρώπους τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας. Respondet in vers. Alex. Hebr. נִבְרָא Gen. II, 4. Ies. XLVIII, 7.

17. *venio aliquo, ad aliquem, advenio, pervenio*, i. q. ἔρχομαι, παραγίνομαι, ἐπιγίνομαι. In hac autem significatione construitur intercedentibus præpositionibus εἰς, ἐν, ἐπὶ, κατὰ, ὑπὸ, et adverbiis loci ἐγγὺς et ὧδε. Luc. X, 32. γενόμενος κατὰ τὸν τόπον delatus ad illum locum, quum pervenisset ad illum locum. ibid. XXII, 40. γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ τόπου et ubi venit ad illum locum. XXIV, 22. γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον. Joh. VI, 25. πότε ὧδε γέγονας; quando huc advenisti? Act. XX, 16. γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα. ibid. XXI, 17. 35. XXV, 15. Huc etiam referri possunt loca, ubi γίνεσθαι partim de sono, qui ad aures nostras perfertur, usurpatur, v. c. Luc. I, 44. ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου simulac tua salutatio pervenit ad aures meas; partim de navigio, quod ad terram impellitur, dicitur Joh. VI, 21. καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς, coll. Act. XXVII, 7. interdum adeo de tempore adhibetur, Luc. XXII, 14. καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα et stata hora. Nec optimis Scriptoribus insolens est hic verbi γίνεσθαι usus, v. c. *Æschin.* Dial. III, 1. καὶ γενομένῳ μοι κατὰ τὸν Εἰλισσόν. *Arrian. Exped. Alex.* I, c. 11. II. c. 11. *Herodian.* I, 7. 3. Conf. *Krebs.* Obss. Flav. p. 145. Nec aliter Latini, quibus *esse* interdum est i. q. *venire*, conf. *Casaub.* ad *Sueton.* Aug. c. 16. et *Burmann.* ad *Phædr.* Fab. V, 4.

18. *sum*, i. q. εἰμί, respondet enim Hebr. הָיָה in vers. Alex. diversis in locis, v. c. Nehem. VI, 6. Matth. XI, 26. ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου hæc est sapiens tua et benigna voluntas. XXIV, 44. XIX, 8. ἀπ' ἀρχῆς

δὲ οὐ γέγονεν οὕτω olim non erat sic. Luc. II, 42. καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα, sc. παῖς. Luc. X, 36. τίς τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γεγονέναι quis horum trium videtur tibi proximus fuisse? Joh. XIII, 2. καὶ δείπνου γενομένου et inter cœnam. XX, 27. Act. V, 24. διηπόρουν περὶ αὐτῶν, τί ἂν γένοιτο τοῦτο; dubitabant s. ambigebant, quid hoc rei esset? XX, 16. 2 Petr. I, 20. Cæterum in hac notione γίνεσθαι haud raro cum participiis construitur, v. c. Marc. I, 4. ἐγένετο βαπτίζων, baptizabat. 2 Cor. VI, 14. μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες. *Herodot.* I, c. 169. ἐγένοντο μαχόμενοι. Conf. *Abresch.* ad *Æschylum* p. 551.

19. *sum, versor, ago in aliquo loco.* Matth. XXVI, 6. τοῦ δὲ Ἰησοῦ γενομένου ἐν Βηθανίᾳ Jesus autem Bethaniæ versabatur. Marc. IX, 33. Act. XIII, 5. 1 Cor. XVI, 10. *Ælian.* V. H. IV, 15. ἐν Φαρναζάζου (sc. οἴκῳ) γενόμενος.

20. Restant formulæ loquendi in N. T. obviæ, quæ ad universas notiones non commode referri possunt, ideoque separatim explicandæ sunt. α) γίνεσθαι ὑπό τι, seu τινά, *obstrictum, obligatum esse, subjectum esse alicujus imperio.* Gal. IV, 4. γενόμενον ὑπὸ νόμον legibus Mosaicis obstrictum. *Ælian.* V. H. III, 26. ἀξιῶν Ἐφεσίους ὑπ' αὐτῷ γενέσθαι Ephesios suo imperio subjectos esse cupiens. β) γίνεσθαι τινί τι, *se gerere erga aliquem aliquo modo.* 1 Cor. IX, 20. καὶ ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος gessi me inter Judæos tanquam Judæus. ibid. v. 22. τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα omnium ingenio me accommodare studui. 1 Thess. II, 10. γ) γίνεσθαι μετά τινος, vel *socium alicujus esse*, vel *se gerere erga aliquem.* Marc. XVI, 10. τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις discipulis et apostolis J. C. qui ejus comites et socii fuerant. Act. XX, 18. πῶς μεθ' ὑμῶν τὸν πάντα χρόνον ἐγενόμην quomodo me inter vos gesserim per omne illud tempus. Eandem significationem habet formula γίνεσθαι πρός τινα 1 Cor. II, 3. δ) γίνεσθαι τινί, seu τινός, *habere, possidere.* Matth. XVIII, 12. ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκατὸν πρόβατα si quis habuerit centum oves.—*ad aliquem pertinere, alicujus esse.* Luc. XX, 33. τινὸς αὐτῶν γίνεται γυνή; cujusnam ex iis uxor erit? Hinc γίνεσθαι ἀνδρί *nubere, rem cum viro habere,* ad imitationem Hebraicæ formulæ הָיוֹת לְאִישׁ Levit. XXII, 12. Deut. XXIV, 2. Rom. VII, 3. ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ si cum alio viro consueverit. Adde Judd. XIV, 20. Ezech. XXIII, 4. Significat etiam hæc formula *imperio alicujus parere.* Rom. VII, 4. εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ ut vobis jam alius imperio parendum sit. ε) γίνεσθαι ἐν τινί *uti aliqua re, facere aliquid, deditum, studiosum esse,* pro quo Græci fere γίνεσθαί τινος ponere solent, v. c. *Diog. Laërt.* I, 23. μετὰ δὲ τὰ πολιτικὰ τῆς φυσικῆς ἐγένετο θεωρίας, ubi videndus *Casaub.* Philipp. II, 7. ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος usus est corpore humano. 1 Thess. II, 5. οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν non usi sumus oratione adulatoria. 1 Tim. II, 14. Sic apud *Xenoph.* de Vectigal. IV, 3. γίνεσθαι ἐν ἀργυρίοις. ζ) γίνεσθαι ἀπό τινος *abire, discedere ab aliquo.* Luc. XXIV, 31. καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν sed ille statim discessit ab iis. η) γίνεσθαι ἐν ἑαυτῷ *se colligere, ad se redire,* seu *reverti.* Act. XII, 11. καὶ ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ tum Petrus se colligens. *Polyb.* Hist. I, 49. ταχὺ δὲ ἐν ἑαυτῷ γενόμενος, ubi præcesserat ἐξενίσθη διὰ τὸ παράδοξον. *Xenoph.* Anab. I, 5. 15. Conf. *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* XIII, 95. θ) μὴ γένοιτο *absit hoc, ne eveniat.* Formula improbantis et aversantis. Luc. XX, 16. μὴ γένοιτο hoc Deus avertat. Rom. III, 4. nullo modo. ibid. v. 31. VI, 2. 15. VII, 7. etc. Respondet Hebraico חָלִילָה Genes. XLIV, 7. 17. Jos. XXII, 29. Legitur etiam, sed plenius, apud *Ælian.* V. H. IX, 36. μὴ γένοιτο ἄν σοι οὕτω κακῶς. ι) ἐκ μέσου γίνεσθαι *e medio tolli, removeri.* 2 Thess. II, 7.

μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται usque dum ille, qui nunc cohibet, e medio tollatur.

ΓΙΝΩ΄ΣΚΩ, fut. γνώσομαι, p. ἔγνωκα.

1. *cognosco sensu corporis, sentio.* Marc. V, 29. καὶ ἔγνω τῷ σώματι et corpore suo sensit, se attactu vestimenti Christi sanatam esse. Luc. VIII, 46. ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ ego enim sensi vim salutiferam a me profectam esse.

2. *comperio, rescisco, certior fio, ex fama et relationibus aliorum percipio,* nostrum: erfahren *to know, to understand.* Matth. IX, 30. ὁρᾶτε μηδεὶς γινωσκέτω cavete, ne quis hoc resciscat. Marc. V, 43. ἵνα μηδεὶς γνῷ τοῦτο. VII, 24. IX, 30. XV, 45. καὶ γνοὺς ἀπὸ τοῦ κεντυρίωνος. Luc. IX, 11. XIX, 15. XXIV, 18. Joh. IV, 1. V, 6. Act. I, 7. XVII, 13. Eodem modo יָדַע 1 Sam. IV, 6. 1 Macc. III, 11. Hinc passivum γινώσκεσθαι *innotescere, vulgari, emanare in vulgus, percrebescere.* Matth. X, 26. καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται nihil est tam occultum, quod non aliquando innotescat. Luc. VIII, 17. ubi per φανερὸν γίνεσθαι explicatur. ibid. XII, 2. Act. IX, 24. ἐγνώσθη δὲ τῷ Σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν quas eorum insidias cum rescisset Saulus. *Xenoph.* de Venat. XIII, 10. γιγνώσκονται μὲν ἐπὶ τὰ βελτίω — καὶ γιγνώσκονται ἐπὶ τὰ χείρω.

3. *cognosco, intellectu comprehendo, intelligo, mente perspicio.* Matth. XIII, 11. ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας vobis datum est intelligere parabolas illas. XVI, 8. XXI, 45. ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει intelligebant de se narrari hanc fabulam. XXII, 18. Marc. IV, 11. 13. VIII, 17. XII, 12. XV, 10. Luc. I, 18. κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; unde hoc intelligam, sc. te verum dixisse? XVIII, 34. ubi cum συνίεναι permutatur. ib. XX, 19. Joh. III, 10. καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις illa intellectu comprehendere non vales. VI, 69. VII, 17. γνώσεται περὶ τῆς διδαχῆς is facile experientia doctus intelliget, utrum doctrina mea sit a Deo. ibid. VIII, 43. XIII, 12. γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν; num intelligitis quare hæc fecerim? v. 28. 35. Act. VIII, 30. etc. Judd. XIV, 18. Dan. II, 3. *Æschin.* Dial. II, 39.

4. *agnosco,* i. q. ἐπιγινώσκω. Luc. XXIV, 35. καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου ut ab iis inter cœnandum agnitus fuerit, coll. v. 31.

5. *dignosco, discerno.* Matth. XII, 33. ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται e fructu arboris indoles dignoscenda. Luc. VI, 44. 1 Cor. XIV, 7. πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον; quomodo dignoscetur id quod tibia canitur et cithara? *Æschin.* Dial. I, 10. ἢ τὰς τῶν ἵππων τῶν ἀγαθῶν φύσεις γιγνώσκουσι. Pro γινώσκειν ibid. §. 12. διακρίνειν et διαγιγνώσκειν dicitur.

6. *colligo, conjicio.* Matth. XXIV, 32. γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος colligitis instare æstatem. ib. v. 33. Marc. XIII, 28. 29. Luc. XXI, 20. 30. 31. Joh. VI, 15.

7. *intellectu valeo, possum.* Matth. XVI, 3. τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν cœli vultum quidem potestis dignoscere.

8. *scio, cognitum habeo.* Matth. VI, 3. μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου ut te ipsum quasi lateant. Luc. II, 43. καὶ οὐκ ἔγνω Ἰωσὴφ et ignorabat Josephus. VII, 39. X, 11. 22. XII, 47. 48. Joh. VII, 27. VIII, 52. XI, 57. Act. II, 36. XIX, 35. XX, 34. Rom. VI, 6. etc.

9. *novi,* ita, ut vel ad personam, vel ad indolem et mores referatur. Matth. XXV, 24. ἔγνων σε, ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος ego novi te hominem durum esse. Joh. I, 49. πόθεν με γινώσκεις; unde me nosti? ibid. II, 24. διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας cum nosset omnes. 2 Cor. V, 16. Genes. XXIX, 5. γινώσκετε Λαβὰν τὸν υἱὸν Ναχώρ; οἱ δὲ εἶπαν, γινώσκομεν.

10. *calleo, scientiam, cognitionem habeo alicujus rei, artis, disciplinæ, linguæ,* etc. Act. XXI, 37. ἑλληνιστὶ γιγνώσκεις; scisne Græce? omissum est λαλεῖν, quod additur Nehem. XIII, 24. ubi ἐπιγινώσκειν eodem sensu ponitur. Joh. VII, 49. ὁ ὄχλος ὁ μὴ γινώ-

σκων τὸν νόμον plebs rudis religionis, sc. scientiæ religionis Mosaicæ. Interdum γινώσκειν, simpliciter positum, significat: *scientiam et cognitionem religionis Christianæ habere.* 1 Cor. VIII, 2. οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε non habet veram religionis Christianæ scientiam, quam habere debet. ibid. XIII, 9. ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν imperfecta et manca est nostra relig. Christ. scientia. ib. v. 12.

11. interdum transitive sumitur pro *docere, tradere, notum et manifestum facere.* Joh. V, 42. ἀλλ' ἔγνωκα ὑμᾶς jam sæpius vobis palam professus sum. Rom. II. 18. καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα, sc. τοῦ Θεοῦ, alios, quæ sit Dei voluntas, doces, coll. v. 19. 20. 21. *Pindar. Olymp.* VI, 148. et XIII, 3. Eodem modo יָדַע pro הוֹדִיעַ ponitur Ps. CXLVII, 20. ubi Alex. δηλοῦν habent, cum quibus *Chaldæus* et *Lutherus* conspirant. Exod. XXIX, 46. Hinc passivum γινώσκεσθαι *edoceri, institui ab aliquo* significat. 1 Cor. VIII, 3. οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ hic edoctus est a Deo, hic habet veram et salutarem religionis Christianæ scientiam. Galat. IV, 9. μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ vel potius a Deo ad ejus cognitionem adducti.

12. *inquiro, indago, investigo,* et κατ' ἐξοχὴν de *judicibus* usurpatur, *qui in reum inquirunt et statum causæ inquirendo cognoscunt.* Joh. VII, 51. καὶ γνῷ τί ποιεῖ et cognita ejus causa. Act. XVII, 19. 20. XXII, 30. XXIII, 28. βουλόμενος δὲ γνῶναι τὴν αἰτίαν cupiens scire causam. XXIV, 11. 1 Cor. IV, 19. 1 Thess. III, 5.

13. *considero, serio rem perpendo, probe examino, reputo.* Matth. XII, 7. εἰ δὲ ἐγνώκειτε τί ἐστιν quod si perpenderitis quid sibi vellet hoc. XXIV, 39. καὶ οὐκ ἔγνωσαν neque prius rem serio perpenderent. Luc. XIX, 42. ὅτι εἰ ἔγνως τὰ πρὸς εἰρήνην σου utinam, quæ sint tibi salutaria, perpenderes! Joh. XV, 18. γινώσκετε κ. τ. λ. tunc erigite vos, reputantes, me prius odisse. 2 Cor. VIII, 9. Hebr. III, 10. αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου non perpendunt miracula mea. Ita יָדַע usurpatur Ps. XXXIX, 4. XL, 9. Hos. II, 10. Conf. etiam *Abresch.* Dilucid. Thucyd. p. 392.

14. *puto, opinor,* Matth. XXIV, 50. ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ, ᾗ οὐ γινώσκει die, quo eum non expectat, et hora, qua non putat, h. e. *inopinato.* Luc. XII, 46.

15. *statuo mecum, decerno.* Luc. XVI, 4. ἔγνων τί ποιήσω decrevi quid faciam. *Diod. Sic.* IV, c. 57. ἔγνω τοὺς Ἡρακλείδας ἐξ ὅλης τῆς Ἑλλάδος φυγαδεῦσαι. Probavit hanc notionem *Bergler.* ad *Alciphr.* Ep. I, 25. p. 98. seq. *Reiz.* ad *Lucian.* T. II, p. 586. seq. et *Barnes.* ad *Eurip.* Dan. v. 43.

16. *probo assensu meo, approbo.* Rom. VII, 15. ὃ γὰρ κατεργάζομαι οὐ γινώσκω malum, quod patro, ipse non probo. Apoc. II, 24. οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ. Conf. *Gatakerum* de Stilo N. T. c. 4. p. 33.

17. *agnosco aliquem meum esse et ad me pertinere,* et ex adjuncto: *magnifacio, revereor, amo, beneficiis afficio.* Matth. VII, 23. ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς nunquam vos pro meis habui, s. nunquam vos amicos meos et familiares habui. Joh. VIII, 55. καὶ οὐκ ἐγνώκατε αὐτὸν sed vos non veri Dei cultores estis. ibid. X, 14. καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν amo meos sectatores et ab iis vicissim amor. v. 15. 27. XVII, 3. 1 Cor. VIII, 3. εἴ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ qui Deum amat et recte colit, is vicissim ab eo amatur et beneficiis afficitur. 2 Tim. II. 19. ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ favet Deus et delectatur veris suis cultoribus. Hebr. XIII, 23. γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον humaniter Timotheum excipe et, prout par est, tractate. Eodem modo יָדַע haud raro in libris V. T. usurpatur, Ps. I, 6. XXXVII, 18.

18. per euphemismum est: *coeo, rem habeo,* et de congressu maris et fœminæ tam licito, quam illicito,

usurpatur, ad imitationem Hebraici יָדַע. Huc pertinet formula: *γινώσκειν ἄνδρα*, quæ respondet Latinæ *virum experiri*, h. e. *rem habere cum viro*, et legitur Luc. I, 34. *ἄνδρα οὐ γινώσκω* sum ignara mariti, ut *Horatius* virginem illibatam et innuptam vocat. Genes. XIX, 8. לֹא יָדְעוּ אִישׁ Alex. *οὐκ ἔγνωσαν ἄνδρα*. Num. XXXI, 17. 35. Interdum etiam de ipsis maribus dicitur. Matth. I, 25. *καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν* nec rem habuit cum ea. Genes. IV, 1. וְהָאָדָם יָדַע אֶשְׁתּוֹ ibid. XXIV, 16. Eodem sensu *γινώσκειν* in Græcis Scriptoribus et apud Latinos *cognoscere* et *scire* usurpari, *Fesselius* in Adversariis Sacris Lib. II, c. 14. et *Wetstenius* N. T. T. I. p. 229. docuerunt. *Hesych.* ἔγνω· ὡμίλησεν ἀνὴρ πρὸς γυναῖκα.

19. interdum omittitur, v. c. Rom. XI, 18. *εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι*, scil. *γνῶθι*.

20. Notandæ sunt formulæ loquendi *τοῦτο δὲ γινώσκετε*, seu *γινώσκοντες*, Scriptoribus N. T. et Paulo inprimis admodum frequentes, quibus utuntur, vel rem animadversione dignam inculcandi, vel commendandi, vel transitionis, vel explicationis et demonstrationis causa, quæ vel reddendæ *etenim*, *scilicet*, vel plane in versione omittendæ sunt, v. c. Matth. XXIV, 43. Luc. XII, 39. Rom. VI, 6. 2 Tim. III, 1.

ΓΛΕΥΚΟΣ, *εος*, *ους*, *τὸ*, proprie *liquor ex uvis stillans, antequam calcentur*, quod alias *πρόχυμα* et *πρότροπον* (*Plin. H. N.* XIV, 7. et 9.), a *Columella* (de *re rust.* XII, 41.) vero et *Catone* (de *re rust.* c. 23.) et aliis *lixivum* fuit nuncupatum. Deinde *mustum*, *vinum recens ex uvis expressum*, et synecdochice: *vinum*, *vinum dulce*, *quivis dulcis potus*, a *γλυκὺς dulcis*. Semel legitur in N. T. Act. II, 13. *γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσὶ* vino dulci (non *musto*; vindemiam enim in mensem Tisri cecidisse apud Judæos, satis notum est) pleni sunt. Alex. Job. XXXII, 19. *ὥσπερ ἀσκὸς γλεύκους* (Hebr. יַיִן) *ζέων*. *Etym. M.* γλεῦκος· τὸ ἀπὸ τῆς ληνοῦ ἀπόσταγμα αὐτομάτως καταῤῥέον ἀπὸ τῆς σταφυλῆς. ἔστι γὰρ τοῦτο γλυκύτατον καὶ λιπαρώτατον. *Hesych.* τὸ ἀπόσταγμα τῆς σταφυλῆς, πρὶν πατηθῇ. Idem *Cyrillus Lex. MS.* et *Suidas*. Confer præter *Wetstenii* N. T. T. II. p. 465. *J. E. J. Walchii D. de natura et indole τοῦ γλεύκους ad* Act. l. l. in *Ej. Diss. in Acta App.* Vol. I.

ΓΛΥΚΥΣ, *εῖα*, *ὐ*, *dulcis*, *suavis*, *jucundus*. Apoc. X, 9. *ἀλλ' ἐν τῷ στόματί σου ἔσται γλυκύ, ὡς μέλι*. ibid. v. 10. Jacob. III, 11. 12. *τὸ γλυκύ*, scil. *ὕδωρ*, opponitur *ὕδατι ἀλυκῷ aquæ marinæ*, et *aquam potabilem, ad potum aptam*, notat, plane, ut nostrum: susses Wasser *fresh water*.

ΓΛΩΣΣΑ, seu ΓΛΩΤΤΑ, *ης*, *ἡ*, 1. *lingua, pars corporis humani, gustus et sermonis instrumentum*. Marc. VII, 33. *ἤψατο τῆς γλώσσης αὐτοῦ*, v. 35. *ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ*, i. q. *ἀνεῴχθη ἡ γλῶσσα αὐτοῦ* Luc. I, 64. h. e. *usum linguæ recepit*. Luc. XVI, 24. *καὶ καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου* et refrigeret linguam meam. Act. II, 26. *καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου*, h. e. canit lingua mea laudes divinas, ubi tamen haud pauci Intt. ob locum Ps. XVI, 9. ubi in Hebraico כְּבוֹדִי legitur, vocabulo *γλῶσσα animæ* significationem subjiciunt, repugnante plane usu loquendi. Jacob. III, 5. 1 Petr. III, 10. *παυσάτω τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ ἀπὸ κακοῦ*.

2. per metaphoram: *lingula ignis, extremitas flammæ*, quia extrema ignis flamma ad formam linguæ effigiata est. Sic semel legitur in N. T. Act. II, 3. *καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς* et videbant flammas igneas inter ipsos divisas; ubi de fulguribus volitantibus sermo esse videtur. Similis locus est Ies. V, 24. ubi לְשׁוֹן אֵשׁ cum לֶהָבָה permutatur.

3. per metonymiam: *lingua animi interpres, sermo, unicuique genti peculiaris, dialectus*. Marc. XVI, 17. *γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς* linguis variis

ignotis utentur. Act. II, 4. ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις ita, ut loquerentur peregrinis linguis. ibid. v. 11. ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις linguis nostris vernaculis. *Homer.* Iliad. IV, 438. Sap. I, 6. *Xenoph. Œcon.* 13, 8. De *dialecto* legitur apud *Xenoph. Mem.* III, 14. 7. *Etym. M.* γλῶσσα σημαίνει καὶ τὴν διάλεκτον.

4. speciatim: *lingua peregrina, extera, barbara, ignota*, i. q. γλῶσσα ἑτέρα. Sic legitur in N. T. Act. X, 46. ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις audiebant enim eos linguis ignotis loquentes. XIX, 6. ἐλάλουν δὲ γλώσσαις. 1 Cor. XII, 10. ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν facultas variis exteris linguis loquendi. 1 Cor. XIV, 2. seq. ὁ λαλῶν —— τῷ Θεῷ qui loquitur lingua ignota, non tam hominibus, sed potius Deo loquitur. Conf. *Stosch. Archæol. Œconom. N. T.* p. 93. Recte jam monuit *Clemens Alexandrinus:* ἀπεριλήπτους οὔσας τὰς βαρβάρων φωνὰς, μηδὲ διαλέκτους, ἀλλὰ γλώσσας λέγεσθαι. Conf. *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* p. 120.

5. *donum linguarum peregrinarum, facultas linguis peregrinis loquendi.* 1 Cor. XIII, 8. γλῶσσαι παύσονται facultas linguis peregrinis loquendi cessabit aliquando.

6. *populus, natio, gens, quæ aliqua lingua utitur, homines diversarum linguarum; quibus distinguuntur*, i. q. ἔθνος, ἄνθρωπος. Philipp. II, 11. καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται et ad unum omnes homines profiteantur. Apoc. V, 9. ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους. VII, 9. X, 11. XIII, 7. XVII, 15. Eodem modo Chaldaicum לִשָׁנַיָּא usurpatur Dan. III, 4. IV, 1. V, 19. et Hebraicum לָשׁוֹן Ies. XLV, 23. כָּל־לָשׁוֹן *omnes homines.* Judith. III, 8. πάντα τὰ ἔθνη καὶ πᾶσαι αἱ γλῶσσαι καὶ πᾶσαι αἱ φυλαί. Vide *Wetstenii* N. T. T. II. p. 670.

7. *facultas dicendi, eloquentia, ars communicandi sensa animi.* 1 Cor. XIII, 1. ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, h. e. si præditus essem maxima facundia et eloquentia, non solum humana, sed etiam, quæ humana major esset.

8. interdum omittitur, v. c. 2 Tim. III, 4. προπετεῖς, ubi posses supplere *præcipites lingua. Phavorin.* γλῶσσα· τὸ τῆς φωνῆς ὄργανον — ἐνίοτε δὲ διάλεκτον δηλοῖ, ὡς παρ' Ὁμήρῳ ἐν τῷ ἄλλη ἄλλων γλῶσσα, τὴν διάλεκτον γλῶσσαν λέγει. δηλοῖ δέ ποτε τὴν ἐπεξενωμένην διάλεκτον.

ΓΛΩΣΣΟ'ΚΟΜΟΝ, ου, τὸ, i. q. ΓΛΩΣΣΟΚΟΜΕΙ'ΟΝ. *Pollux* Lib. X, c. 33. γλωττόκομον habet, quod etiam apud *Longinum* de Sublim. S. XLIII. legitur. Eleganter et docte de hac voce exposuit *Krebsius* in Observv. Flav. p. 152. Proprie significasse videtur *cistellam, quæ asservat musicorum lingulas, arcam, tibiarum lingulis recondendis idoneam.* Compositum enim est ex γλῶσσα *lingua*, etiam *lingula tibiarum et aliorum instrumentorum musicorum, quæ inflantur*, et κομέω *servo, curo, cum cura gesto.* Eo haud dubie respexit *Hesychius* hac glossa: Γλωττόκομον· ἐν ᾧ οἱ αὐληταὶ ἀπετίθεσαν τὰς γλωσσίδας. Deinde vero transfertur *ad quamlibet arculam, rebus pretiosis aut certe necessariis condendis aptam*, ut sit *theca, capsula, scrinium, marsupium, loculus*, et æque late patet ac vox ἀποθήκη. Sic teste *Galeno* Comm. II. in libr. de Fract. Atticis dicebatur *capsula, scrinii instar, in qua tabulæ aut reconditiores litteræ aut etiam res pretiosiores recondebantur, et quam multi, iter facientes, secum ferre solebant.* Alexandrini usi sunt hac voce pro Hebraico אֲרוֹן, h. e. arca corbanica 2 Paralip. XXIV, 8. 10. 11. et *Aquila* Exod. XXXVII, 1. 1 Regg. VI, 19. de arca fœderis eandem vocem adhibuit. Interdum teste *Hemsterhusio* ad *Aristoph.* Plutum v. 711. p. 238. *loculum* notat, *in quo argentum reponebatur, marsupium,* (*Plutarch.* T. V. Opp. p. 624. ed. *Reiske*) quæ significatio unice convenit locis N. T. duobus, in quibus hæc vox tantum occurrit. Joh. XII, 6. καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν

nam gestabat loculum, et, quod donatum erat, furabatur. ibid. XIII, 29. *Hesych.* γλωσσόκομον· θήκη, σορὸς ξυλίνη λειψάνων. *Helladius* Chrestomath. p. 11. ed. *Meursii* ὅτι τὸ γλωσσοκομεῖον κυρίως μέν ἐστι τὸ ἀγγεῖον, ὃ τὰς αὐλητικὰς ὑποδέχεται γλώσσας· οἱ δὲ νῦν καταχρώμενοι, καὶ ἐπὶ τῶν ἕτερα δεχομένων τιθέασι τὴν λέξιν. Cæterum donata est successu temporis hæc vox civitate Judaica, ut e loco Genes. L, 26. apparet, ubi גְּלוֹסְקְמָא in Targ. Jonath. et Hieros. Hebraico אָרוֹן respondet et de loculo mortuorum usurpatur. Conf. *Buxtorf.* Lex. Talmud. et Rabb. p. 443. et *Wetstenius* N. T. T. I. p. 921.

ΓΝΑΦΕΥ̓Σ, έος, ὁ, seu ΚΝΑΦΕΥ̓Σ, *fullo*, qui Atticis etiam πλυνεὺς dicebatur (conf. *Mœris* s. h. v.) cujus officium erat, vestes albas, cum sordidiores factæ erant, lavare, creta et nitro purgare et mediantibus γνάφοις, seu *carduis*, pannos pectere et lanam excitare. *Theophr.* Char. c. X. *Plutarch.* T. VIII. Opp. p. 108. ed. *Reiske.* Deducitur a γνάφω vel γνάπτω *carmino*, *carpendo* vel *vellicando polio*, hoc vero est a γνάφος vel κνάφος, i. e. carduus, quo pectunt pannos, ἀκανθῶδες τι, ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια, teste *Scholiaste Aristoph.* ad Plutum v. 166. Legitur semel in N. T. Marc. IX, 3. οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι cujusmodi fullo quispiam in terra non potest dealbare. Alexandrini usi sunt pro Hebraico כּוֹבֵס *fullo*, a כָּבַס *lavare*, *purgare*. 2 Regg. XVIII, 17. Ies. VII, 3. XXXVI, 2. Scribitur etiam κναφεὺς in libris maxime Atticorum, teste *Harpocratione*, cujus locum totum adscribere placet: γναφεύς· τοῦτο οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ κ ἔλεγον. κοινὸν δὲ τὸ διὰ τοῦ γ. (sic reperitur apud *Aristoph.* Vesp. v. 1223.) Κνάφος δέ ἐστιν ἀκανθῶδες τι, ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια. τοῦτο οἱ νεώτεροι διὰ τοῦ γ λέγουσι, παρὰ τὴν γνάψιν. κναφεὺς μὲν οὖν παρὰ τὸ κνῶ, ὃ σημαίνει τὸ ξύω — γναφεὺς δὲ, παρὰ τὴν τοῦ φάρους γνάψιν, ἥτις ἐστὶ παρὰ τὸ γάνος, τὸ λαμπρόν. *Hesych.* γναφέως· καθαίροντος ῥύπον. Conf. de hac litterarum γ et κ permutatione *Hemsterhus.* ad *Lucian.* Dial. Vocal. p. 86. quemadmodum de ipso fullonum opificio legi merentur *C. Schoettgenii* Antiquitates Trituræ et Fulloniæ, Tr. ad Rhen. 1727. auctius editæ Lips. 1763. 8.

ΓΝἨΣΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie dicitur *genuinus*, *legitimus*, *legitimam et minime spuriam originem habens*, et opponitur νόθῳ *notho*, *spurio*. Sic centies apud *Josephum* legitur v. c. A. J. III. 2. 1. συμφέρειν τὸ τοὺς παῖδας εἶναι γνησίους, et V, 7. 1.

2 metaphorice: *genuinus*, *sincerus*, *verus*, *qui vere talis est*, *qualis esse debet*. Hinc τὸ γνήσιον pro γνησιότης *ingenuitas*, *sinceritas*. 2 Cor. VIII, 8. τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων ut, quam sincera sit vestra benevolentia, explorem. Philipp. IV, 3. σύζυγε γνήσιε. 1 Tim. I, 2. Tit. I, 4. γνησίῳ τέκνῳ germano filio, seu discipulo; nisi quis vertere malit, caro, dilecto discipulo. Certe τὸ γνήσιον *amorem* et *benevolentiam* notat 3 Macc. III, 13. ut demonstratum est a me in Spicilegio I. Lexici Bieliani p. 26. *Phavor.* γνήσιος· ὁ μὴ νόθος, ὁ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γεννηθείς, ἐκ τοῦ γενῶ γενήσω. γενήσιος δὲ κατὰ συγκοπὴν γνήσιος κ. τ. λ. *Strabo* VII, p. 414. A. γνήσιοι γὰρ οἱ γερμανοὶ κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων διάλεκτον.

ΓΝΗΣἸΩΣ. Adverbium, *genuine*, *germane*, *legitime*, etiam *candido et simplici animo*, *bono et sincero animo*. Philipp. II, 20. ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει qui tam sincere vestram curam sit gesturus. Sæpius non legitur in N. T. *Polyb.* IV, 30. 2.

ΓΝὈΦΟΣ, ου, ὁ, *nubes tenebricosa*, *tonitru parturiens*, *caligo*, *cœlo*, *nubibus obvoluto*, *exorta*, *tenebræ*, *nebula*. Secundum *Eustathium* in *Iliad.* μ΄. p. 489, 16. est a νέφος *nebula*, mutato ε in ο et assumto γ per dialectum Æolicam. Semel legitur in N. T.

Hebr. XII, 18. τῷ γνόφῳ, ubi Hebraico עֲנָן respondet, Deut. IV, 11. Cæterum in vers. Alex. ponitur pro אֲפֵלָה, Exod. X, 22. אֹפֶל, Job. XXIII, 17. עֲרָפֶל, Exod. XX, 21. et עֲנָנָה, Ies. XLIV, 22. *Phavor.* ἡ συννέφεια ἢ ὁ ζοφώδης ἀήρ. *Hesych.* συννέφεια· δεινὸς ἄνεμος, ἀχλὺς, σκοτομηνία, collatis interpretibus Gr. ad Job. III, 5. *Suid.* σκότος βαθύ. Idem legitur in *Lexico Psalteri MS.*

ΓΝΩ΄ΜΗ, ης, ἡ. Est verbale a perfecto ἔγνωσμαι, verbi γινώσκω, *agnosco, novi, statuo, decerno.*

1. *sententia, mens.* 1 Cor. I, 10. καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ concordia animorum. Apoc. XVII, 13. οὗτοι μίαν γνώμην ἔχουσιν summus est inter eos animorum consensus; *conspirant.* Nam μίαν γνώμην ἔχειν est i. q. ἴσα βαίνειν, ἴσα πνεῖν. *Jul. Pollux* VIII, 151. Cæterum formula γνώμην ἔχειν sæpius obvia est apud Græcos, v. c. *Herodot.* I, 207. II, 7. *Thucyd.* II, 86. *Aristoph. Nub.* 157. ὁπότερα τῆν γνώμην ἔχοι. *Schol.* πῶς διάκειται καὶ διαλογίζεται.

2. *voluntas.* Act. XX, 3. ἐγένετο γνώμη constituit, decrevit. Philem. v. 14. χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης te invito, te non permittente. Hinc κατὰ γνώμην ποιεῖν τινὶ *alicui gratificari* apud *Xenoph.* de *Re Equestri* c. XI, 5.

3. *judicium, opinio.* 1 Cor. VII, 40. κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην ut mea fert opinio, ex mea sententia. Eadem formula legitur quoque apud *Herodot.* V, 3. *Ælian. V. H.* VII, 12.

4. *consilium.* 1 Cor. VII, 25. γνώμην δὲ δίδωμι consilium vobis do, modeste vobis suadeo. *Hesych.* γνώμην δίδωμι· συμβουλεύω, ut rescribendum est loco συμβουλεύομαι. 2 Cor. VIII, 10. καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι. Sirac. VI, 18. ubi cum συμβουλία permutatur. *Xenoph.* de *Vectigal.* IV, 22. τῇ δὲ γνώμῃ ἐπιμελουμένοι consilio adjuvantes. *Suid.* βουλή. προαίρεσις. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 128.

5. *decretum.* Apoc. XVII, 17. ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ exsequi decretum Dei. Conf. *Taylor.* ad *Demosthenem* T. II. p. 604. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 824. In vers. *Theodotionis* respondet Chaldaico דְּתָא, Dan. II, 15. et מַטְעֲמָא, Ezr. IV, 19. V, 3. *Hesych.* γνῶμαι· τὰ ψηφίσματα.

6. Interdum omittitur, v. c. post ἀπὸ μιᾶς, sc. γνώμης, Luc. XIV, 18.

ΓΝΩΡΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, 1. *notum facio, revelo, quod antea ignotum et occultum erat, narro, doceo, trado.* Sic legitur in N. T. Joh. XV, 15. doctrinam a patre acceptam vobis tradidi. ibid. XVII, 26. καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου καὶ γνωρίσω. Rom. IX, 22. καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ et potentiæ suæ documentum edere, i. q. ἐνδείξασθαι in antecedenti. 2 Cor. VIII, 1. Galat. I, 11. Ephes. I, 9. VI, 19. ἐν παῤῥησίᾳ γνωρίσαι τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου libere tradèndi religionem Christianam. ibid. v. 21. γνωρίσει narrabit. Coloss. I, 27. IV, 7. 9. 2 Petr. I, 16. Passivum γνωρίζεσθαι *innotescere, patefieri, tradi.* Rom. XVI, 26. εἰς ὑπακοὴν πίστεως, εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος ad obedientiam doctrinæ, gentilibus traditi. Ephes. III, 3. ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνωρίσθη μοι τὸ μυστήριον. ib. v. 5. 10.

2. *indicium certum alicujus rei do, significo, dico, quibus signis aliqua res cognosci et ab aliis discerni possit.* Luc. II, 15. ὃ ὁ Κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν quod Deus nobis significavit, coll. v. 12. 1 Cor. XII, 3. διὸ γνωρίζω ὑμῖν ideo certum signum et indicium vobis dabo: conf. seq. Ezech. XLIV, 23. ἀναμέσον ἀκαθάρτου καὶ καθαροῦ γνωριοῦσιν αὐτόν. Hanc vim verbi multis exemplis evicit *H. Stephanus* in *Thes. Ling. Gr.* et *Jensius* in *Ferculo litterario* p. 36.

3. *in memoriam alicui revoco, commonefacio aliquem,* ita, ut omissum sit πάλιν. 1 Cor. XV, 1. γνωρίζω δὲ ὑμῖν meminisse vos volo; nam in sequentibus repetitur a Paulo, de quo jam in antecedentibus Corinthiis exposuerat.

4. *monstro, ostendo.* Act. II, 28.

ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς monstras mihi viam redeundi in vitam, h. e. reducis me in vitam et restituis: modus loquendi plane singularis, cui tamen lucis aliquid affunditur locis utriusque Codicis, quæ *Glassius* in *Philol. S.* p. 223. collegit, ut probaret, verba, quæ *rei* notificationem significant, quandoque pro ipsa rei productione usurpari.

5. etiam intransitive usurpatur, ut sit: *scire, nosse.* Philipp. I, 22. καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω utrum optarem ignoro, non video. Job. XXXIV, 25. יַכִּיר מַעֲבָדֵיהֶם Alex. γνωρίζων αὐτῶν τὰ ἔργα. *Vulg.* novit eorum opera. Prov. III, 6. *Marc. Antonin.* IV, 29.—*Hesych.* γνωρίσαι· φανεροποιῆσαι. *Phavor.* γνωρίζω· τὸ ὑπομιμνήσκω παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ. ὡς τὸ, γνωρίζω ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ εὐαγγέλιον. καὶ γνωρίζω ἀντὶ τοῦ γινώσκω. ὡς ὁ Θεόλογος Γρηγόριος. οἷον γνωρίσωμεν ἡμῶν τὸ ἀξίωμα, καὶ ὑπὲρ τίνος Χριστὸς ἀπέθανε. καὶ γνωρίζω τὸ γνώριμον καὶ δῆλον ποιῶ.

ΓΝΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1. *omnis accurata et distincta alicujus rei scientia et cognitio.* Respondet Hebr. דַּעַת in vers. Alex. Ps. XIX, 2. XLIV, 10. Prov. II, 6. VIII, 9. 10. 12. Sic legitur in N. T. Luc. I, 77. τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ ut cognitione salutaris doctrinæ populum ejus imbuas. Rom. II, 20. ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ te habere veram et rectam legis scientiam. 2 Petr. III, 18. αὐξάνετε δὲ ἐν χάριτι καὶ γνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν augeatur indies vestra religionis Christianæ cognitio, quam debetis beneficio divino.

2. speciatim ita dicitur *scientia rerum divinarum, notitia rerum ad religionem pertinentium,* et κατ' ἐξοχὴν *scientia et cognitio religionis Christianæ.* Luc. XI, 52. ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως vobis demandatum est munus imbuendi populum scientia veræ religionis divinæ. Rom. XV, 14. πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως satis instructi scientia relig. Christianæ. 1 Cor. I, 5. ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει. ib. VIII, 1. ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν· ἡ γνῶσις φυσιοῖ nos omnes eam scientiam religionis Christianæ habemus, quæ scilicet nos de vanitate deastrorum edocere potest, sed scientia illa sola ad superbiam ducere solet. ibid. XIV, 6. ἢ ἐν γνώσει ita, ut vos scientia religionis Christianæ imbuam, 2 Cor. XI, 6. Coloss. II, 3.

3. *perfectior cognitio religionis Christianæ, quæ paucorum esse solet.* 1 Cor. VIII, 7. ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις sed non omnes perfectiore cognitione et certa persuasione gaudent. ib. v. 10. τῷ ἔχοντι γνῶσιν opponitur ὁ ἀσθενὴς ὤν. ib. v. 11. 1 Cor. XIII, 2.

4. Interdum tamen γνῶσις in N. T. a σοφία distinguitur forsitan hoc discrimine, ut γνῶσις sit imperfectior et ea religionis Christianæ scientia, quæ tantum circa elementa ejus versatur; σοφία autem dicatur major et perfectior religionis Christianæ scientia, ut eam possis docte, subtiliter et prudenter aliis tradere. Sic autem legitur in N. T. 1 Cor. XII, 8. ubi conferendus est *Chrysostomus* in *Homilia* ad h. l. ibid. XIII, 8. εἴτε γνῶσις, καταργηθήσεται cognitio imperfectior illa religionis, quam nunc habemus, olim cessabit, nam succedet perfectior, coll. v. 9. *Etymol. ineditum:* γνῶσις σοφίας διαφέρεται. γνῶσις μέν ἐστι τὸ εἰδέναι τὰ ὄντα. σοφία δὲ καὶ τὸ τὰ ὄντα γινώσκειν, καὶ τὸ τὴν τῶν ἀντιπιπτόντων λύσιν ἐπίστασθαι.

5. *cognitio religionis practica, quæ se ipsis factis et virtutis studio exserit.* 2 Cor. VI, 6. ἐν γνώσει, nam ibi conjungitur cum aliis virtutibus. ibid. VIII, 7. ubi diserte a πίστει καὶ λόγῳ distinguitur. Nam γινώσκειν τὸν Θεὸν in N. T. non tantum iis tribuitur, qui cognitionem idoneam veri Dei habent, sed etiam iis, qui convenienter vivunt huic cognitioni, Deumque pia mente colunt.

6. *facultas intelligendi et cognoscendi, intelligentia, captus.* Ephes. III, 19. τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ amorem Christi omni

cogitatione humana superiorem, s. excedentem omnem captum humanum, coll. v. 20. quam nec sperare nec satis intelligere possumus.

7. *ipsa religio, doctrina rerum divinarum.* 2 Cor. II, 14. *τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ* qui per nos utique doctrinam suam propagat, velut odorem, suave olentem. ib. IV, 6. *τῆς γνώσεως τῆς δόξης* doctrinæ, religionis præstantissimæ. ib. X, 5. *πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ* omnes potentes adversarios, qui se opponunt religioni divinæ. Philipp. III, 8. *διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ* ob summam præstantiam religionis Christianæ. 1 Tim. VI, 20. *τῆς ψευδωνύμου γνώσεως* falsæ religionis, doctrinæ rerum divinarum, quæ non digna est hoc nomine. Eodem modo דַּעַת, quod per *γνῶσιν* usitatissime vertunt Alexandrini, usurpatur Malach. II, 7. ubi ait Propheta שִׂפְתֵי כֹהֵן יִשְׁמְרוּ־דַעַת h. e. ministrorum Dei est, ut invigilent doctrinæ ejusque puritati. Huic plane respondet Arabicum عِلْم, quod sæpissime in Corano de effatis divinis usurpatur, quæ jactabat Muhamedes. *Clemens Alex. Strom.* Lib. VI, p. 645. *γνῶσις παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ παραδοθεῖσα καὶ ἀποκαλυφθεῖσα.* Cf. *Tittmanni* libellum de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 138. seq.

8. *sapientia et prudentia.* 1 Petr. III, 7. *συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν* prudenter cum uxoribus vestris vivite. 2 Petr. I, 5. *ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ τὴν γνῶσιν* cum virtutis Christianæ studio conjungite prudentem vitæ rationem. Rom. XI, 33. *γνῶσις* ipsi Deo tribuitur, quatenus, quæ conducunt ad hominum felicitatem, judicio minime fallaci cognoscit, et suam summam sapientiam gubernatione rerum humanarum demonstrat. *Hesych. γνῶσις· σύνεσις, εἴδησις, νόησις.*

ΓΝΩ΄ΣΤΗΣ, ου, ὁ, *qui aliquid bene cognitum et perspectum habet adeoque aliquam rem dijudicare valet, gnarus,* a *γινώσκω.* Semel in N. T. legitur Act. XXVI, 3. *μάλιστα γνώστην* (in aliis codd. *ἐπιστάμενος*, in aliis *εἰδὼς* e glossemate) *ὄντα σε πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν τε καὶ ζητημάτων* (pro *γνώστου ὄντος σου.* Conf. *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* II. 13. et *Markland.* ad *Lysiæ* Oratt. II, p. 440.) cum te non lateant præcepta et controversiæ Judæorum. Hist. Susann. v. 42. *ὁ Θεὸς αἰώνιος ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης.* In versione Alex. respondet Hebraico יְדְעֹנִי *ariolus, rerum futurarum divinator.* 1 Sam. XXVIII, 3. 2 Regg. XXI, 6.

ΓΝΩΣΤΟ΄Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1. *notus, cognitus,* ita, ut de *hominibus* æque ac de *rebus* usurpetur. Joh. XVIII, 15. 16. *γνωστὸς τῷ ἀρχιερεῖ* notus erat domesticis Pontificis. Act. I, 19. *καὶ γνωστὴν ἐγένετο* et innotuit. ibid. II, 14. IV, 10. IX, 42. XIII, 38. XIX, 17. XXVIII, 22. 28. *γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν* sciatis vero, יְוֻדַּע לָכֶם, Ezech. XXXVI, 32.

2. *familiaris, amicus,* etiam *cognatus. Suid. γνωστοί· φίλοι. Lex. Cyrilli MS. Brem. γνωστούς· ἀδελφούς.*— Sic legitur in N. T. Luc. II, 44. *ἐν τοῖς συγγενέσι καὶ τοῖς γνωστοῖς* inter cognatos et amicos, ib. XXIII, 49. *εἱστήκεισαν δὲ πάντες οἱ γνωστοὶ αὐτοῦ μακρόθεν* eminus consistebant omnes familiares ejus et cognati. Ps. LXXXVIII, 8. *ἐμάκρυνας τοὺς γνωστούς μου ἀπ' ἐμοῦ,* ubi Hebraico מְיֻדָּע respondet. Nehem. V, 10. pro וְגַם־אֲנִי אַחַי וּנְעָרַי Alexandrini habent *καὶ οἱ ἀδελφοί μου καὶ οἱ γνωστοί μου.* Adde *Aquil. Theod.* Prov. VII, 4.

3. *certus, non dubius, extra controversiam positus, omnia veri signa habens.* Act. IV, 16. *γνωστὸν σημεῖον* indubitatum miraculum patratum.

4. *τὸ γνωστὸν cognitio, scientia,* i. q. *γνῶσις,* quo ipso vocabulo usi sunt *Chrysost.* et *Theodoret.* explicationis causa ad locum Rom. I, 19. *διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς* quanquam vero habent cognitionem

de Deo, ab ipso Deo ipsis suppeditatam. Sic cap. II, 4. τὸ χρηστὸν pro χρηστότης ponitur, et Genes. II, 9. pro Hebraicis עֵץ הַדַּעַת טוֹב וָרָע Alexandrini habent καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ.

5. *carus, dilectus.* Act. XV, 18. γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ nam cara sunt Deo semper omnia ejus opera, h. e. amat omnes homines, gentiles æque ac Judæos. Suadet hanc explicationem omnis orationis series et confirmat ipse usus loquendi. Conf. supra sub γινώσκω.

ΓΟΓΓΎΖΩ, fut. ύσω, 1. *murmuro, mussito, submissa voce utor, clanculum et intra dentes aliquid profero.* Ita legitur Joh. VII, 32. ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι τοῦ ὄχλου γογγύζοντος περὶ αὐτοῦ ταῦτα cognoscentes populum clam hæc de Jesu statuere, quæ nempe v. 31. leguntur. Proprie de *columbis* hæc vox usurpata videtur, teste *Polluce* V, 13. *Hesych.* γογγύζειν· φθέγγεσθαι, τονθορύζειν. *Phavorin.* γογγύζειν· ἐπὶ τῆς περιστερᾶς λέγεται. σημαίνει δὲ τὸ τονθορύζειν. Jam, quia hi, qui mussitant, fere ex indignatione hoc faciunt, hinc factum est, ut γογγύζω

2. significaret *indignari, ægre ferre, conqueri, contendere et rixari,* nec tamen indignationem et querelam licite proferre et aperire. Matth. XX, 11. λαβόντες δὲ ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου tum illi fremebant contra patremfamilias. Luc. V, 30. καὶ ἐγόγγυζον et indigne ferebant. Joh. VI, 41. ἐγόγγυζον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ Judæi autem indignabantur ob id, quod dixerat. ibid. v. 43. et 61. 1 Cor. X, 10. μηδὲ γογγύζετε ne conquerimini de Deo, coll. Num. XIV, 1. Sæpius non legitur in N. T. Eodem sensu hæc vox reperitur apud *M. Antonin.* II, 21. *Arrian.* Diss. in *Epictet.* III, c. 26. μὴ ἀντίτεινε· μὴ γόγγυζε. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I, p. 424.

ΓΟΓΓΥΣΜΟ῝Σ, οῦ, ὁ, 1. *murmur, mussitatio, sermo submissus,* i. q. τονθορυσμός. (a γογγύζω.)

2. *disputatio clandestina.* Joh. VII, 12. καὶ γογγυσμὸς πολὺς περὶ αὐτοῦ multa fuit de eo disputatio.

3. *indignatio clandestina, quæ non palam profertur.* Philipp. II. 14. πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν (in aliis codd. legitur ὀργῆς) omnibus officiis vestris satisfacite, sine indignatione, h. e. *lubenter, hilari et promto animo.* 1 Petr. IV, 9. φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους ἄνευ γογγυσμῶν lubenter vos invicem hospitio excipite.

4. *querela, conquestio.* Act. VI, 1. ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλλήνων πρὸς τοὺς Ἑβραίους excita est conquestio Hellenistarum adversus Christianos e Judæis. Eodem sensu legitur in vers. Alex. Exod. XVI, 7. 8. 9. 12. ubi Hebraico תְּלוּנָה respondet. Num. XVII, 10.

ΓΟΓΓΥΣΤΗ῝Σ, οῦ, ὁ, *murmurator.* (ab eodem). Semel legitur in N. T. Jud. v. 16. ubi falsi doctores γογγυσταὶ vocantur vel ideo, quia *contentiosi* erant et, pugnandi libidine abrepti, Christianis doctoribus, maxime Apostolis, obloquebantur et eos conviciis proscindebant, coll. Prov. XXVI, 20. נִרְגָּן *contentiosus,* Alex. λοίδορος, *Theod.* γογγυστὴς, *Aquila* τονθυστὴς, *Symmachus* δόλοις) vel ideo, quia *rebelles* erant contra Deum ejusque voluntati se opponebant, homines scelesti et immorigeri Deo. Certe voci γογγυσμὸς Ies. LVIII, 9. in vers. Alex. Hebraico אָוֶן *iniquitas* respondet.

ΓΌΗΣ, ητος, ὁ, 1. proprie: *incantator, præstigiator, qui præstigiis aliisve malis artibus imponit,* qui etiam μάγος dici solet, qua ipsa voce *Hesychius* usus est s. h. v. Ita vero legitur apud *Xiphilinum* in Epit. *Dionis Cass.* de imperatore *Antonino Caracalla,* artibus magicis impenso studio favente, in vita ejus: τοῖς δὲ μάγοις καὶ γόησιν οὕτως ἔχαιρεν, ὡς καὶ Ἀπολλώνιον τὸν Καππαδόκην τὸν ἐπὶ τοῦ Δομιτιανοῦ ἀνθήσαντα ἐπαινεῖν καὶ τιμᾶν, ὅστις καὶ μάγος καὶ γόης ἐγένετο κ. τ. λ. Hinc

2. *impostor quivis* ita dicitur, *qui aliis imponit,* unde et apud Scriptores Gr. γοητεία τῇ ἀπάτῃ jungitur, ut do-

cuit *Gottleber* ad *Platonis Menexenum* c. 2. p. 18. In N. T. legitur semel 2 Tim. III, 13. πονηροὶ δὲ ἄνθρωποι καὶ γόητες, ubi sermo est de falsis doctoribus, qui in sequentibus πλανῶντες vocantur. *Suid.* γόης· κόλαξ, πλάνος, ἀπατεών. *Timæus Lex. Plat.* γόητες· ἀπατεῶνες. Conf. *Abresch.* ad *Æschylum* p. 484. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 363. et *Fischer.* ad *Platonis Phæd.* §. 30. p. 339. ed. rec.

ΓΟΛΓΟΘΑ̃. *Golgotha.* Nomen collis exigui prope Hierosolymam, in quo Christus crucifixus est, origine Chaldaicum גֻּלְגַּלְתָּא *cranium*, (Syriacum ܓܘܠܓܘܠܬܐ voce media radicis elisa, Hebraicum vero גֻּלְגֹּלֶת a גָּלַל volvit, in Piel גִּלְגֵּל, unde cranium hoc notatur nomine a forma rotunda, quam habet) quod *locum calvariæ*, seu *cranii* significat, κρανίου τόπον, ut explicatur Matth. XXVII, 33. et Joh. XIX, 17. Locus vero, ubi Christus crucifigebatur, ita vocatus videtur, non ob formam montis, capiti humano similem, ut quibusdam visum est, sed quia refertus fuerit craniis maleficorum, ibi interfectorum.

ΓΌΜΟΡ'Ρ'Α, ας, ἡ, et ΓΌΜΟΡ'Ρ'Α, ων, τὰ, *Gomorrha.* Nomen urbis πενταπόλεως (nam eo loco, ubi nunc mare mortuum, seu lacus Asphaltites est, erant olim quinque urbes, Genes. XIV, 2. quarum una fuit hæc Gomorrha) ad plagam orientalem terræ Judææ sitæ, quæ ob summam civium impietatem cum Sodoma eodem eversa est incendio. Genes. XIX, 24. Hebraice dicta est עֲמוֹרָה ab עָמַר *manipulos fecit*, sine dubio a copia frugum, erat enim sita in tractu amœnissimo et fertilissimo. Consueverunt autem Græci ע per γ exprimere, v. c. רִעְמָה ῥέγμα, עַזָּה γάζα, Genes. XIX, 23. צוֹעַר σήγωρ et σώγαρ, Genes. XXXVI, 24. alia multa ut taceam. In N. T. autem legitur tantum Matth. X, 15. Marc. VI, 11. Rom. IX, 29. 2 Petr. II, 6. Jud. v. 7.

ΓΌΜΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *onus navis*, (φορτίον) *merces, quæ sunt in navi.* (a γέμω *onustus sum.*) Sic legitur in N. T. Act. XXI, 3. ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον ibi enim nautæ exposituri erant merces. *Eustath.* in *Iliad.* ό. p. 1041. 39. φόρτος νηὸς ὁ καὶ γόμος. οὗ καὶ αὐτοῦ χρῆσις παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Id. in *Iliad.* π'. p. 1106. 50. *Herodot.* I, 194. Apud Alexandrinos de *quovis onere* usurpatur, et Hebraico מַשָּׂא respondet. Exod. XXIII, 5. 2 Regg. V, 17. 2. *quæcunque merces aliæ, quodlibet mercimonium.* Apoc. XVIII, 11. τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει οὐκέτι merces eorum nemo emit amplius. Sæpius non legitur in N. T. *Phavor.* γόμος· ὁ φόρτος, εἴτουν τὸ ἄχθος. *Gloss. onus*, γόμος, βάρος, φορτίον.

ΓΟΝΕΥ̓Σ, έος, ὁ, *parens, pater ac mater.* (a præt. med. γέγονα, verbi γείνω, *gigno, procreo.*) Uterque enim parens hoc nomine concluditur. Matth. X, 21. ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς insurgent liberi adversus parentes. 2 Cor. XII, 14. 2 Tim. III, 2. γονεῦσιν ἀπειθεῖς. *Hesiod. Opp.* 233. τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν. *Aristoph. Nub.* 990. Interdum etiam de *iis* usurpatur, *qui parentes habentur vulgo, et vere sunt voluntate ac benevolentia.* Luc. II, 27. καὶ ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν. ibid. v. 41. Conf. *Schweighæuser* ad *Polyb.* XII, 10. 3.

ΓΌΝΥ, υος, et γόνατος, τὸ, *genu, femorum ac crurum commissura.* Inde formula: προσπίπτειν τοῖς γόνασί τινος *amplecti alicujus genua, ad genua alicujus procidere*, quæ legitur Luc. V, 8. προσέπεσε τοῖς γόνασιν τοῦ Ἰησοῦ. Similis formula reperitur in N. T. κάμπτειν τὸ γόνυ, seu τὰ γόνατα τινί, quæ *partim* pro προσεύχεσθαι *precari, orare* ponitur, ex more istorum temporum, genubus flexis orandi, v. c. Ephes. III, 14. τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα propterea ego Deum semper celebrare soleo precibus meis eique gratias agere, *partim* vero *cultum divinum præ-*

stare, genibus flexis adorare significat. Rom. XI, 4. οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ qui non Baalem ut Deum coluerunt. ibid. XIV, 11. ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ me omnes cultu divino prosequentur, coll. Ies. XLV, 23. כִּי־לִי תִכְרַע כָּל־בֶּרֶךְ. Philipp. II, 10. Restat formula: τὰ γόνατα τιθέναι *genua flectere, in genua procumbere* s. *prolabi.* Marc. XV, 19. καὶ τιθέντες τὰ γόνατα προσεκύνουν αὐτῷ et genubus flexis supplices eum sunt venerati. Luc. XXII, 41. Act. VII, 60. IX, 40. XX, 36. XXI, 5.

ΓΟΝΥΠΕΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *in genua procido, genua flecto*, i. q. alias dicitur πρὸς τὰ γόνατά τινὸς πίπτειν, vel προσπίπτειν τοῖς γόνασί τινός. (ex γόνυ *genu*, et πετεῖν, i. q. πίπτειν *cadere.*) Construitur autem cum dativo vel cum accusativo, interveniente particula ἔμπροσθεν. Videndus est de constructione hujus vocis *Abreschius* in Animadvv. ad *Æschylum* p. 552. Speciatim vero γονυπετέω in N. T. est:

1. *procidere in genua supplicandi et misericordiam alicujus implorandi causa.* Matth. XVII, 14. προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος γονυπετῶν αὐτὸν (in aliis codicibus αὐτῷ) accessit aliquis, qui eum supplex ita rogabat. Marc. I, 40. *Polyb.* XV, 27. *Eurip. Phœn.* 300. *Hesych.* γονυπετεῖ· παρακαλεῖ, δέεται, ἱκετεύει.

2. *procidere in genua honoris et cultus gratia.* Marc. X, 17. *Suid.* γονυπετῆσαι· αἰτιατικῇ, προσκυνῆσαι.

3. *in genua procidere illudendi causa.* Matth. XXVII, 29. καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Sæpius in N. T. non legitur.

ΓΡΑ'ΜΜΑ, τος, τὸ, 1. proprie: *littera, character, ex quo syllaba et voces conficiuntur.* Sic legitur in N. T. Luc. XXIII, 38. ἦν δὲ καὶ ἐπιγραφὴ γεγραμμένη ἐπ' αὐτῷ γράμμασιν ἑλληνικοῖς καὶ ῥωμαϊκοῖς καὶ ἑβραϊκοῖς titulus etiam scriptus erat Græcis, Latinis et Hebraicis litteris. Loca veterum huc pertinentia collegit *Wetstenius N. T.* T. I. p. 886.

2. per synecdochen *id, quod scriptum est et litteris consignatum*, et quidem α) *chirographum, syngrapha, scripta contractus formula*, eine Obligation, Schuld-Verschreibung, *an obligation, a written promise to pay a debt.* Luc. XVI, 6. 7. δέξαι σου τὸ γράμμα accipe tuam cautionem; qua ipsa voce h. l. *Vulgatus* usus est. Sic legitur apud *Joseph. A. J.* XVIII, 6. 3. ut pecuniam daret mutuam ἐπὶ γράμματι καὶ πίστει τῇ αὐτοῦ. β) *epistola, litteræ.* Act. XXVIII, 21. ἡμεῖς οὔτε γράμματα περί σου ἐδεξάμεθα ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας nos neque litteras de te accepimus ex Judæa. Galat. VI, 11. πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρὶ quam longam vobis epistolam manu mea scriptam dederim. Sic autem legitur apud *Xenoph. Hist. Gr.* I, 1. 15. γ) *leges Mosaicæ scriptæ* et *Codex V. T., doctrina et præcepta religionis, quæ Codice V. T. continentur.* Joh. V, 47. εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε quodsi nec Mosis scriptis, h. e. vaticiniis ejus, de me prolatis, fidem habetis. ibid. VII, 15. πῶς οὗτος γράμματα οἶδε; unde illi facultas interpretandi litteras sacras? Rom. II, 29. VII, 6. οὐ παλαιότητι γράμματος non lege Mosaica abrogata. 2 Cor. III, 6. τῷ γράμματι legi Mosaicæ, opponitur πνεῦμα doctrina Christiana. 2 Tim. III, 15. τὰ ἱερὰ γράμματα libri sacri Judæorum dicuntur: ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας inde a tenera ætate nactus es cognitionem librorum sacrorum. Libri sacri Judæorum a *Josepho* τὰ ἱερὰ γράμματα (*A. J.* III, 7. 6. XIII, 5. 8. *Philo de Vit. Mos.* T. II. p. 179. 21. ed. *Mangey.*) αἱ ἱεραὶ βίβλοι (*A. J.* I, 6. 2. III, 6. 1.) et ἐν τῷ ἱερῷ ἀνακειμένη γραφὴ (*A. J.* III, 1. 7.) vocantur. Cæterum γράμμα etiam Græcis *lex* dicitur, v. c. apud *Isocrat.* in *Areop.* p. 288. ed. *Wolf.* γράμματα λαζεῖν παρ' ἀλλήλων. *Aristoph. Concion.* v. 1042.

3. *eximia, insignis eruditio, doctrina*, et speciatim *erudita et subtilis reli-*

gionis judaicæ scientia et cognitio. Act. XXVI, 24. τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει insignis tua doctrina te non compotem tui reddit. Rom. II, 27. διὰ γράμματος, qui tamen habes religionis Mosaicæ idoneam cognitionem.—*Phavor.* γράμμα· ὁ χαρακτὴρ, ἡ ἐπιστολὴ, αὐτὸ τὸ γράμμα, τὸ σύγγραμμα κ. τ. λ.

ΓΡΑΜΜΑΤΕῪΣ, έως, ὁ, proprie: 1. *scriba, cujus officium est, ut aliquid scribat et describat, qui scribendi exercet officium,* (a γράφω *scribo*) Hebr. סֹפֵר, quod, ut bene *Lightfootus* in *Hor. Hebr. et Talmud.* ad Matth. II, 4. p. m. 205. docuit, olim tribuebatur *Notariis publicis* in synedriis, registrariis in synagogis, omninoque iis, qui hominibus privatis scribebant libellos repudii, contractuum, emtionis ac venditionis, phylacteria etc. et κατ' ἐξοχὴν *Scribæ populi* vocabantur. 2 Sam. VIII, 17. 2 Regg. XII, 10. Esther. III, 12. Ezra VII, 6. 11. 12. Speciatim γραμματεῖς ad imitationem Hebraici סוֹפְרִים dicebantur.

2. *legis periti,* h. e. *legis divinæ, Judæis traditæ, et traditionum doctores et interpretes, Theologi Judæorum,* qui non solum curam codicis sacri habebant, ita, ut partim eum custodirent, partim recte describi curarent, sed etiam in causis cognoscendis, et difficilioribus scripturæ sacræ locis interpretandis operam suam præstabant, et assessores erant synedrii magni, unde *scribæ legis,* νομικοὶ et νομοδιδάσκαλοι appellabantur, et ipsa vox Græca γραμματεῖς cum nomine Φαρισαῖοι, Matth. V, 20. XII, 38. XV, 1. et vocibus ἀρχιερεῖς, Matth. II, 4. XX, 18. XXI, 15. et πρεσβύτεροι, Matth. XVI, 21. XXVI, 3. XXVII, 41. conjuncta reperitur. Sic autem legitur in N. T. Matth. VII, 29. XVII, 10. XXIII, 2. 13. 14. 15. Conf. *Vorstius* de *Hebraismis N. T.* cap. III. p. 84. seq. ed. *Fischeri* et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 244.

3. *quilibet doctor religionis Christianæ.* Matth. XIII, 52. πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν quilibet doctor bene callens et tradens doctrinam evangelii. ibid. XXIII, 34. ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας καὶ σοφοὺς καὶ γραμματεῖς. De doctore religionis usus est hac voce Sirac. XXXVIII, 25.

4. in universum ita dicitur *vir, sapientia ac doctrina excellens, eruditione insignis,* cui ἀγράμματος Act. IV, 13. opponitur. Sic legitur in N. T. 1 Cor. I, 20. ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; ubi sunt philosophi eruditi, et qui subtiliter disserere et disputare valent? coll. Ies. XXXIII, 18. Eodem modo סוֹפֵר τῷ בּוֹר *rudi, indocto* opponitur, ut *Lightfootus* docuit l. l. Jam quia viri litterati et eruditione insignes olim præficiebantur summis in republica muneribus et maxime inter consiliarios regis erant, factum est, ut γραμματεὺς

5. de *summo magistratu* et *præfecto,* seu *principe civitatis* diceretur. Sic autem legitur in N. T. Act. XIX, 35. καταστείλας δὲ ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον præses autem, seu gubernator Ephesi cum populum mitigasset. *Syrus* bene transtulit ܪܝܫܐ ܕܡܕܢܢܬܐ, h. e. *primarius civitatis.* Ad hunc locum elegantem dissertationem scripsit *J. C. Schwarzius* de γραμματεῦσι magistratu civitatum Asiæ proconsularis, Altorf. 1735. 4. Conf. etiam (*Rob. Ellis*) *Fortuita Sacra* p. 119. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 586. Eodem modo præses regis Babylonici in Samaria סָפְרָא, vocatur Alexandrinis γραμματεὺς, Ezr. IV, 8. Adde Sirac. X, 5. *Gloss.* γραμματεὺς *tesserarius,* h. e. qui tesseras tribuit et militibus symbola præscribit. Vide *Seldenum* ad *Marm. Oxon.* p. 110. seq. et *van Dalen* Diss. V. c. 3. p. 423. In universum de variis hujus vocis notionibus eleganter exposuit *Fesselius* in *Adversariis Sacris* Lib. I, c. 1. cum quo conferri meretur *Trozzius* de Scribis Hebræorum,

Græcorum et Romanorum, ad calcem *Hugonis* libri de prima scribendi origine p. 477—513.—*Hesych.* γραμματεύς· ὁ ἀναγνώστης, γράμματα εἰδὼς καλῶς.

ΓΡΑΠΤΟ῾Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *scriptus, litteris consignatus.* (a γράφω *scribo.*) Semel in N. T. legitur Rom. II, 15. τὸ ἔργον νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν leges divinæ scriptæ sunt in cordibus eorum, h. e. animis eorum infixæ hærent, seu, bene cognitas eas habent, seu, formata est, earum in animis notio. Ipsa vero loquendi formula: γράφειν ἐν καρδίαις, etiam apud alios Scriptores in hoc sensu satis frequens est, ut Ven. *Koppe* ad h. l. docuit. Conf. *Æschyl. Prometh.* 267. ad quem locum *Scholiastes:* οὕτω δὲ καὶ Πίνδαρος φησί· φρενὸς ἐμᾶς γέγραπται· τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν αἰνιττόμενος. Conf. infra sub γράφω.

ΓΡΑΦΗ῾, ῆς, ἡ, 1. *scriptura, scriptum, liber, libellus.* Rom. I, 2. ἐν γραφαῖς ἁγίαις. XVI, 26. Speciatim

2. ἡ γραφὴ, etiam in plurali αἱ γραφαὶ, dicitur *Scriptura Sacra,* seu *Codex V. T. libri sacri Judæorum,* interdum etiam *ipsa doctrina in libris V. T. tradita.* 2 Tim. III, 16. πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος omnis scriptura, quæ Deum auctorem habet. Act. VIII, 32. ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γραφῆς locus scripturæ sacræ. ib. XVIII, 24. δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς literas sacras interpretandi peritia valde pollens. Matth. XXI, 42. XXII, 29. Marc. XII, 24. μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς non tenetis doctrinam in V. T. traditam. Luc. XXIV, 27. Joh. V, 39. X, 35. Jacob. II, 8. 1 Petr. II, 6. 2 Petr. I, 20. πᾶσα προφητεία γραφῆς.

3. *locus unus e libro quodam sacro Judæorum, dictum scripturæ sacræ,* per metonymiam continentis pro contento, περιοχὴ τῆς γραφῆς. Marc. XII, 10. οὐδὲ τὴν γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε; Joh. VII, 38. XIII, 18. ἀλλ᾽ ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ sed eveniet, quod in illo scripturæ sacræ loco traditur. Jacob. II, 23.

4. *vaticinia V. T. de Messia ejusque persona, munere et vita.* Matth. XXVI, 54. πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ, sc. τῶν προφητῶν, quod additur v. 56. Marc. XIV, 49. Luc. XXIV, 32. ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφὰς cum interpretaretur nobis vaticinia de Messia, coll. v. 25. 26. 27. 44. et 45. Joh. XIX, 24. XX, 9. Act. XVII, 2. 11. XVIII, 28. ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. 1 Cor. XV, 3. 4.

5. *vaticinium, oraculum* in universum. Luc. IV, 21. ὅτι σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν jam eventum habet hoc, quod audivistis, oraculum. Joh. XVII, 12. Act. I, 16.

6. *ille ipse, qui loquens inducitur in scriptura sacra.* Rom. IX, 17. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραώ dicit autem Deus de Pharaone, teste scriptura sacra. Galat. III, 8. προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφὴ prævidens vero Deus teste scriptura sacra. ibid. v. 22. συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν Deus multis in locis script. sac. omnes homines peccato obnoxios esse declaravit. Galat. IV, 30. ἀλλὰ τί λέγει ἡ γραφή; sequuntur autem verba Saræ, quæ Moses in illo loco litteris mandavit.

7. *liber V. T. deperditus.* Jacob. IV, 5.

8. *epistola, litteræ.* 2 Petr. III, 16. ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, quem locum plerique interpretes de epistolis Paulinis explicant.

9. interdum omittitur, v. c. 2 Cor. VI, 16. post φησίν. Ephes. IV, 8. διὸ λέγει, sc. ἡ γραφή. ibid. v. 14. Jacob. IV, 6. 1 Macc. V, 16. Idem quoque sæpius apud *Philonem* fieri observat *J. Alberti* in *Museo Brem.* Vol. I. p. 120.

ΓΡΑ῾ΦΩ, fut. ἄψω, 1. *scribo, litteras pingo in tabula, membrana, charta, aliave materia, litterarum notis et characteribus aliquid exprimo.* 2 Thess. III, 17. οὕτω γράφω, h. e. en! litterarum mearum ductus, quibus ipse in scribendo adsuevi. Matth. XXVII, 37. Apoc. V, 1. γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν. Act. XV, 23. etc.

2. *varias formas pingo, notas quaslibet rei imprimo*, unde non solum γράφειν etiam *pictoribus* tribuitur apud Græcos, sed etiam γραφὴ *signum quodvis alicui rei illitum vel impressum* significat. Sic autem legitur in N. T. Joh. VIII, 6. et 8. Ἰησοῦς κάτω κύψας, τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν tum Jesus corpore inclinato varias formas pingebat in terra, ut solent homines, alte meditantes, et res externas minime curantes, aut aliud agentes, ne aures aliis præbere velle videantur. Optima hæc videtur *Lutheri* de hoc loco Johanneo sententia, confirmata quoque a *Kypkio* et *Heumanno* in *Nova Sylloge Dissertationum* P. I. p. 173. Adde locum *Eurip. Orest.* v. 631.

3. *scribo, conscribo epistolam, absenti aliquid significo per litteras*, etiam: *epistolam scribi jubeo, in epistola memoro.* Act. XV, 23. γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε, pro: γράψαντες ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον, uti legitur ibid. XXIII, 25. 2 Cor. II, 9. Philem. v. 21. 1 Petr. V, 12. 2 Cor. XIII, 10. Galat. I, 20. VI, 11. Interdum etiam legitur in notione prægnante, ita, ut in hac voce simul lateat notio τοῦ πέμπειν et ἐπιστέλλειν, et significet *literas scriptas mittere.* Act. XV, 23. γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε, qui literas eo perferrent hoc exemplo: ad quem locum conf. *Abresch.* ad *Æschyl.* p. 185. Rom. XVI, 24. πρὸς Ῥωμαίους ἐγράφη, coll. v. 22. 1 Cor. XVI, 24. 1 Petr. V, 12. Ita et legitur apud *Polyb.* V, 38. *Isocr.* Ep. IV, p. 988. ubi πέμπειν ἐπιστολὴν et γράψαι permutatur. *Aristænet.* II. Ep. 13.

4. *prædico, vaticinor scriptis.* Luc. XXII, 37. ὅτι ἔτι τοῦτο τὸ γεγραμμένον δεῖ τελεσθῆναι ἐν ἐμοὶ debet hoc in me ex vaticiniis eventum habere. ib. XXIV, 46. οὕτω γέγραπται ita prædictum est in libris V. T. Joh. I, 45. ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ καὶ προφῆται quam oraculis suis annunciarunt Moses atque prophetæ. ibid. XII, 16. ὅτι ταῦτα ἦν ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα id de eo fuisse prædictum. Hebr. X, 7. ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ in volumine librorum sacrorum vaticinia de me extant.

5. *describo.* Rom. X, 5. Μωσῆς γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, scil. οὖσαν, Moses describit justitiam e lege ortam hoc modo.

6. *præcipio, jubeo, præscribo*, ita, ut de legislatore inprimis dicatur, qui legem fert et promulgat. Marc. X, 5. ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην hanc legem vobis scripsit. ibid. XII, 19. Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν. Luc. II, 23. καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου quemadmodum præscriptum est in lege Mosaica. ibid. X, 26. ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; quænam habet præcepta lex Mosaica? 1 Joh. II, 12. 13. 14. Tob. I, 6. 3 Esdr. VI, 17. Sic etiam apud exteros Scriptores legitur, v. c. *Ælian. V. H.* XIII, 24. ἔγραψε Λυκοῦργος. ib. VI, 10. Περικλῆς νόμον ἔγραψεν. *Plutarch. Sept. Sap. Conviv.* p. 152. Vid. *Petiti leges Atticas* II. Tit. I. p. 174. et 183. Ita et *scribere* apud Latinos, v. c. *Sueton. Tiber.* c. 2. *Livium* III, 33. In lingua quoque Arabica كَتَبَ sæpe *jubere* notat, v. c. apud *Elmacin.* p. 221. ubi cum أَمَرَ permutatur.

7. γέγραπται sæpissime κατ' ἐξοχὴν denotat: *scriptum est in sacris litteris.* Matth. IV, 4. 6. 7. XXI, 13. XXVI, 31. etc.

8. *in catalogum*, seu *in tabulas, refero, inscribo.* Luc. X, 20. ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς vos esse in eorum numero, quibus Deus felicitatem æternam destinavit. Apoc. XIII, 8. XVII, 8. XX, 15. XXI, 27. Conf. supra sub βιβλίον et βίβλος.

ΓΡΑΩ΄ΔΗΣ, εος, ὁ, ἡ, *anilis, levis et nullius momenti.* (a γραῦς, γραὸς, ἡ, *anus.*) Semel legitur in N. T. 1 Tim. IV, 7. τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ profanas et aniles quæstiones recusa. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 336.

ΓΡΗΓΟΡΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω. 1. proprie, ut ἀγρυπνέω, de *corporis vigilia* usurpatur, *vigilo, somnum arceo, abstineo a somno corporali*, et opponi-

tur τῷ καθεύδω. Matth. XXVI, 38. 40. οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ; ita ne unam quidem horam potestis vigilare mecum? Marc. XIII, 34. XIV, 37. 38.

2. metaphorice: ut Latinum *vigilo* (*Sueton. Tib.* 21. *Sallust. Catil.* 52. 29.) *omni cura, diligentia et studio in rem aliquam incumbo* s. *negotio alicui vaco, caute et circumspecte ago, omnia attendo, provideo, prospicio.* Matth. XXV, 13. γρηγορεῖτε οὖν caute agite. Marc. XIII, 35. Act. XX, 31. διὸ γρηγορεῖτε curam agite diligentem cœtus Christianorum, vestræ curæ demandati: posset etiam reddi: cavete vobis ab his falsis doctoribus. 1 Cor. XVI, 13. vestræ felicitati consulite. Coloss. IV, 2. γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ assidui estote in precibus faciendis, maxime gratiis agendis Deo. 1 Thess. V, 6. 1 Petr. V, 8. Apoc. III, 2. 3. XVI, 15. Respondet Hebraico שָׁקַד, quod de vigilia corporis æque ac animi haud raro in V. T. ponitur et per γρηγορεῖν et ἀγρυπνεῖν ab Alexandrinis exponitur, v. c. Ps. CII, 8. CXXVII, 1. Ies. XXIX, 20. Jer. I, 12. XXXI, 28. Dan. IX, 14. *Xenoph. Cyrop.* I, 4, 20. *Anab.* V, 7, 6. ἐγρηγορέναι περὶ τῆς ὑμετέρας ἀσφαλείας.

3. *vivo, superstes sum in hac vita.* 1 Thess. V, 10. ἵνα εἴτε γρηγορῶμεν, εἴτε καθεύδωμεν, ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν, ut, sive superstites, sive mortui deprehendamur die illo reditus Christi ad judicium, consortes reddamur dignitatis et felicitatis. Conf. IV, 15—18.

ΓΥΜΝΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1. proprie: *me nudum exerceo in palæstra more luctatorum in ludis gymnicis.* (a γυμνὸς *nudus.*) Unde γυμνάσιον *ipsum locum* notat, *in quo athletæ nudi se exercebant,* τόπον, ἐν ᾧ ἀγωνίζεται, interprete *Hesychio.*

2. metaphorice ad mentem transfertur, *assuefacio me, me aptum et idoneum reddo, usu et exercitatione habitum mentis consequor.* 1 Tim. IV, 7. γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν, assuefacias te pietati, virtuti stude. Hebr. V, 14. αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων qui multo usu idoneam sibi facultatem animi compararunt, seu sensus, quibus per habitum acumen aliquod inest ad sentiendum exquisite. Hebr. XII, 11. τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις qui satis assueti sunt calamitatibus easque patienter pertulerunt. *Chrysost.* τοῖς ἀνασχομένοις ἐπὶ πολὺ καὶ καρτερήσασι. 2 Petr. II, 14. καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίας ἔχοντες quibus est animus ad lucra unice intentus. Sæpius non legitur in N. T. Sensu metaphorico etiam hoc verbum posuit *Philostratus Heroic.* c. XIX, s. 2. σὺ μὲν ἐκεῖνα (sc. musicam et poësin) γυμνάζου, κἀκείνων ἔρα. *Hesych.* γυμνάζεται· ἀσκεῖται. *Phavor.* γύμναζε· ἀντὶ τοῦ ἔθιζε. ὡς ὁ Ἀπόστολος· γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν. Idem: γυμνάζω καὶ γυμνάζομαι ἐπὶ τῶν ἀγωνιζομένων γυμνῶν, καὶ γυμνάσιον, ὁ τόπος, ἐν ᾧ γυμνοὶ ἠγωνίζοντο. καὶ ἀπὸ τούτου γυμνάζεσθαι ἁπλῶς τὸ ἀσκεῖν καὶ παιδεύεσθαι. Conf. *Wetstenii N. T.* II. p. 336.

ΓΥΜΝΑΣΙ'Α, ας, ἡ, *exercitatio athletarum in palæstra,* seu *exercitia,* quibus exercebantur juvenes roboris ac valetudinis acquirendæ et firmandæ causa (*Ælian. V. H.* II, 5.) et præparabantur sæpe ad ἀγῶνας, h. e. publica certamina. Fiebant autem nudo corpore, unde et dicta sunt γυμνάσια. Conf. *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* III, 38. p. m. 226. Solebant præterea, qui se præparabant ad publica certamina, abstinere omnibus, quæ viribus obesse poterant, v. c. uti mitioribus alimentis, abstinere Venere et oleo corpus ungere, (*Ælian. V. H.* XI, 3.) quæ corporis exercitatio etiam γυμνασία dicebatur. Hinc lucem fœneratur locus 1 Tim. IV, 8. σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος corporalis exercitatio parum et ad breve tantum tempus utilis est; ubi de ipsa athletarum exercitatione sermo esse videtur, non de arbitraria aliqua corporis afflictione per jejunia, vigilias, etc. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* γυμνασία· ἄσκησις, μελέτη.

ΓΥΜΝΗΤΕΎΩ, fut. εύσω, 1. *nudus sum.*

2. synecdochice: *male vestitus sum, vestitu idoneo destituor.* Semel legitur in N. T. 1 Cor. IV, 11. γυμνητεύομεν male vestiti, et parum a vestibus tecti sumus ac muniti contra tempestatis asperitatem. Apud Scriptores Græcos frequenter partim de *milite levis armaturæ*, qui γυμνήτης dicitur, partim sensu activo de *eo, qui aliquid in lucem protrahit*, usurpatur, teste *Phavorino*, γυμνητεύω· τὸ εἰς φῶς ἀγαγεῖν.

ΓΥΜΝΟ΄Σ, ὸ, ἡ, τὸ, 1. proprie: *nudus, qui nullis plane vestibus indutus est*, ἄνευ ἱματίων, ut exponit auctor *Etym. M.* Sic legitur in N. T. Marc. XIV, 51. ἐπὶ γυμνοῦ, sc. σώματος, super nudo corpore. ib. v. 52. γυμνὸς ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν. Respondet Hebraico עָרוֹם et בְּלִי לְבוּשׁ, Job. XXXI, 19.

2. *male vestitus, destitutus idoneis vestimentis*, et ex adjuncto: *pauper, egenus.* Matth. XXV, 36. γυμνὸς καὶ περιεβάλετέ με nudum vestiistis. ibid. v. 38. 43. 44. Act. XIX, 16. γυμνὸς laceris vestibus. Jacob. II, 15. Sic עָרוֹם usurpatur Job. XXII, 6. וּבֶגֶד דִּי עֲרוֹמִים תַּפְשִׁיט.

3. *qui vestem exteriorem, pallium, seu togam non sumsit*, seu *deposuit, veste interiore tantum indutus.* Sic legitur in N. T. Joh. XXI, 7. τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο· ἦν γὰρ γυμνὸς veste superaria succinxit, ornatus enim erat sola subucula. Conf. *I. E. I. Walchii* Comment. de Petro nudo ad h. l. in *Novis Miscell. Lips.* Vol. IX, p. 551. Ita עָרֹם 1 Sam. XIX, 24. Ies. XX, 2. γυμνὸς apud *Hesiod. Opp.* v. 389. et *nudus* apud *Virgil. Georg.* I, 299. (nudus ara, sere nudus) usurpatur. Qua de re multis disserit *Cuperus Observatt.* I, 7. p. 36. seq. qui erudite observat, γυμνοὺς in bello dici, qui non sunt armis satis muniti, aut omnia arma deposuerunt, v. c. *Ælian. V. H.* VI, 11. *Xenoph.* de *Rep. Laced.* XI, 9. Vide *Lexicon Xenophont.* s. h. v.

4. *destitutus rebus quibusvis.* Speciatim α) *destitutus corpore, qui corpus non habet*, γυμνὸς τοῦ σώματος. 2 Cor. V, 3. οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα, sc. τοῦ σώματος, non plane corpore carebimus. Plene legitur apud *Platonem Crat.* 20. καὶ ὅτι ἡ ψυχὴ γυμνὴ τοῦ σώματος παρ' ἐκεῖνον ἀπέρχεται. *Ælian. H. A.* XI, 39. *Maxim. Tyr.* XIII, 5. Vide et *Targum* in Job. XXXVIII, 14. β) *destitutus scientia religionis Christianæ et virtute Christiana.* Apoc. III, 17. XVI, 15. Vid. *Schultensii* notas ad *Hamasam* p. 398.— Eadem significatione etiam apud Græcos reperitur. Sic v. c. apud *Ælian. V. H.* II, 44. γυμνὸν ξίφος *gladius vagina destitutus*, et ib. XIII, 37. γυμνὸς τῶν ὅπλων *inermis* dicitur.

5. *manifestus, apertus, oculis expositus, qui oculis patet.* Hebr. IV, 13. πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ omnia patent oculis divinis, h. e. omnia cogitata hominum certissime novit Deus. *Haririi Consess.* I. p. 22. Job. XXVI, 6. γυμνὸς ὁ ᾅδης ἐνώπιον αὐτοῦ. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* γυμνῶς· φανερῶς. Conf. *J. Elsner. Obss. Sacr.* T. II. p. 340.

6. *merus.* 1 Cor. XV, 37. γυμνὸς κόκκος sed merum granum, v. c. frumenti, aut alius cujusdam rei. Sic *Clemens* I. Epistola ad Corinthios p. 34. σπέρματα πέπτωκεν εἰς τὴν γῆν ξηρὰ καὶ γυμνά.

7. *contumeliæ expositus, contumelia affectus*, metaphora ducta a fœminis, quibus potissimum ignominiosissimum est, si nudentur, seu retegantur earum pudenda. Ezech. XVI, 8. 36. 37. XXIII, 10. 29. Sic legitur Apoc. XVII, 16.

ΓΥΜΝΟ΄ΤΗΣ, τητος, ἡ, 1. *nuditas.* (a præced.)

2. *status* s. *conditio hominis, paucis vestibus utentis* s. *instructi, male vestiti*, Mangel an hinlänglicher Kleidung und Bedeckung *want of sufficient clothing and covering.* 2 Cor. XI, 27. ἐν

ψύχει καὶ γυμνότητι in frigore ac nuditate, ubi γυμνότης in universum *indigentiam rerum* significare videtur, *quibus corpus tegere ac munire solemus contra tempestatis asperitatem.*

3. *summa indigentia et penuria*, ita, ut non solum ad vestimenta, sed etiam ad alimenta reliquasque hujus vitæ necessitates referatur. Rom. VIII, 35. Ita עֵירֹם Deut. XXVIII, 48.

4. *membra corporis humani, quæ a pudore nomen habent, pudenda.* Sic legitur in N. T. Apoc. III. 18. ἵνα μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου ne oculis pateant pudenda tua, h. e. si metaphorice explicetur: ne, quanta sit tua religionis Christianæ inscitia et vitiositas, appareat. Vide supra sub γυμνός. Eodem modo γύμνωσις usurpatur in vers. Alex. Genes. IX, 22. 23. ubi Hebraico עֶרְוָה respondet.

ΓΥΝΑΙΚΑ΄ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, 1. *muliercula.* Est diminutivum a γυνὴ *mulier.*

2. *mulier.* 2 Tim. III, 6. αἰχμαλωτεύοντες γυναικάρια, ubi Paulus diminutivo usus videtur contemtus causa, quasi abjectæ sortis mulieres. Idem usus est quoque vocis *muliercula* apud *Terent. Heaut.* III, 1. 35. *Phorm.* V, 9. 28.

ΓΥΝΑΙΚΕΙ΄ΟΣ, εία, εῖον, *muliebris, ad mulieres pertinens.* (a γυνή.) Sic est v. c. Esther. II, 11. κατὰ τὴν αὐλὴν τὴν γυναικείαν, et Tob. II, 11. τὰ γυναικεῖα, sc. δώματα, vel οἰκήματα, gynæcea, conclavia separata mulierum dicuntur. In N. T. semel legitur 1 Petr. III, 7. ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει γυναικείῳ cum uxoribus vestris, quippe vobis imbecillioribus et infirmioribus. Vide infra sub σκεῦος. In vers. Alex. respondet τῷ אִשָּׁה *uxor.* Levit. XVIII, 22. Deut. XXII, 5. *Plutarch. Lacon. instit.* T. VI. ed. *Reiske* p. 887. *Xenoph. Mem.* II, 7. 5.

ΓΥΝΗ΄, αικὸς, ἡ, 1. *mulier, fœmina quævis in genere*, sexus ratione tantum habita, sine ullo vero respectu ad ætatem, statum et conditionem. Opponitur τῷ ἀνήρ. Sic legitur in N. T. Act. V, 14. πλήθη ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν multitudo et virorum et fœminarum. ibid. VIII, 3. 12. IX, 2. XXII, 4. Æque late patet hæc vox apud *Polyb. Hist.* XI, c. 7. ὁ μὲν ἐν τοῖς ἱματίοις καλλωπισμὸς γυναικός ἐστι. Hom. Il. α΄. 348. coll. 336. ubi cum κούρη permutatur. *Sophocl. Antig.* v. 578. 664. *Æl.* V. H. II, 38. Relate ad maritum γυνὴ significat

2. *virginem*, seu *mulierem desponsatam, sponsam*, quia sc. apud Hebræos puella desponsata pro uxore habebatur, et pari lege per libellum repudii a sponso dimittenda erat. Conf. *Maimon* in הִלְכוֹת אִישׁוּת cap. I, 3. et Deut. XXII, 23—27. Matth. I, 20. παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου recipere Mariam sponsam tuam, coll. Luc. II, 5. ubi γυνὴ μεμνηστευμένη αὐτῷ vocatur. Matth. I, 24. Eodem sensu אֵשֶׁת usurpatur Gen. XXIX, 21. Deut. XXII, 24. coll. v. 28. γυνὴ apud *Xenoph.* de *Rep. Laced.* I, 5. *Musæum Her. et Leand.* v. 107. *Homer. Iliad.* I, 348. coll. 336. seq. *conjux* apud Latinos, ut docuit *Broukh.* ad *Tibull.* III, 2. 4. et *mulier*, monente *Servio* ad *Virgil. Æn.* II. 687.

3. ut *fœmina*, (v. c. apud *Lucan.* VIII, 73.) *mulier nupta, maritata, uxor*, ἡ γαμετή. Matth. V, 28. 31. 32. ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ib. XIV, 3. XVIII, 25. Luc. I, 18. 24. VIII, 3. Rom. VII, 2. 1 Cor. VII, 2. etc. *Apollodor. Bibl.* II, 8. §. 5. *Homer. Iliad.* VI, 441. *Dio Cass.* LV. p. 557. ed. *Wechel.* Huc etiam pertinet formula: ἡ γυνὴ πατρὸς patris uxor, h. e. *noverca*, quæ legitur 1 Cor. V, 1. ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν aliquem cum noverca sua turpem et nefandum exercere concubitum. *Noverca* etiam in V. T. libris אֵשֶׁת אָב Genes. XXXVII, 2. Levit. XVIII, 8. apud Arabes امرأة ابي, et apud exteros Græcos Scriptores,

v. c. *Eurip. Hippol.* v. 36. γυνὴ πατρὸς vocatur.

4. *vidua, quæ maritata fuit.* Ita est Matth. XXII, 24. ἐπιγαμβρεύσει ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ frater ejus uxorem ducat. ibid. v. 25. et 27. Marc. XII, 19. Luc. XX, 28. 29. 30. 32. Joh. II, 4. τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; mitte me nunc, mater. ibid. XIX, 26. γύναι, ἰδοὺ ὁ υἱός σου mater! en filium tuum. Observandum autem est, vocem γύναι festivam fuisse apud Græcos fœminarum honestissimarum, reginarum adeo, allocutionem et compellationem, ut apparet e multis Græcorum locis, v. c. *Homer. Iliad.* III, 204. *Odyss.* XIX, 221. *Sophocl. Œdipus Tyrannus* v. 642. ubi regina Jocasta γυνὴ vocatur. ibid. v. 950. *Electra* v. 1104. Conf. *Fischer.* ad *Anacr.* XXII.

5. metaphorice: *cœtus Christianorum* γυνὴ τοῦ ἀρνίου, etiam ἡ νύμφη τοῦ ἀρνίου ἡ γυνὴ, Apoc. XIX, 7. et XXI, 9. vocatur ob summum amorem, quo Christus veros suos sectatores amplectitur, arctissimamque cœtus Christianorum cum Christo, felicitatis eorum æterno auctore, conjunctionem.

6. Interdum pleonastice ponitur ad imitationem Hebraici אִשָּׁה, 1 Sam. XIV, 5. אִשָּׁה אַלְמָנָה, 1 Regg. VII. 14. Sic reperitur Luc. IV, 26. πρὸς γυναῖκα χήραν.

7. Interdum etiam omittitur, v. c. Matth. I, 6. ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου, scil. γυναικὸς, quam vocem recte addidit *Syrus* et *Arabs.* ib. XIV, 4. XXII, 25. XXIV, 38. 41. Joh. XIX, 25. Sic Latinorum *uxor* interdum subauditur, v. c. apud *Virg. Æn.* III, 319. *Plin. Ep.* XX, 2. *Tacit. Anal.* IV, 11. Conf. *El. Palairet. Obss. Philol. Crit.* p. 370. et *Fabretti Corpus Inscriptt.* c. I. p. 56. seq. *Phavor.* γυνὴ λέγεται καὶ ἐπὶ τοῦ θήλεος ἁπλῶς, λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐχούσης ἄνδρα.

ΓΩ͂Γ, *Gog.* Nomen proprium indeclinabile *gentis, ut videtur, Asiaticæ septentrionalis,* seu *Scythicæ,* quæ semel in N. T. commemoratur Apoc. XX, 8. τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγὼγ, h. e. incolas remotissimarum terrarum. *Cod. Coisl.* CCII. et CXCIX. apud *Albertum* p. 219. τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγὼγ, ἐπηρμένον ἐκ τῆς ἐξεραϊκῆς γλώσσης ἑρμηνεύουσιν. Σκυθικὰ ἔθνη, ὑπερβόρια, ἤτοι οὐννικά. Alii per Gog nomen nationem Turcicam significari existimant. Alii vero de ipso principe terræ Magogi, seu Magogitarum interpretantur. Vide infra sub Μαγώγ.

ΓΩΝΊΑ, ας, ἡ, 1. generatim notat *angulum,* cujuscunque sit rationis ac generis, vel interiorem, qui intro potissimum spectat, (nostrum: Winkel) vel exteriorem, (eine Ecke *an angle.*) Matth. VI, 5. ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν in angulis platearum stantes. *Anguli semitarum* sunt loca, ubi semita desinit et se diffundit in alias plateas, loca, ubi concurrunt plures semitæ. Hebraice פִּנָּה dicuntur a radice פָּנַן *in omnes partes se diffundere.* Prov. VII, 12. Sic Græci ἐν τριόδοις, h. e. *palam, aperte.* Cf. *Duportum* ad *Theophr. Char.* p. 318. Matth. XXI, 42. ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας hic factus est lapis angularis. Petita sunt hæc verba e Ps. CXVIII, 22. Marc. XII, 10. Luc. XX, 17. Act. IV, 11. 1 Petr. II, 7.

2. *quævis extremitas, plaga, regio mundi.* Apoc. VII, 1. τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς quatuor plagas terræ. Sic cap. XX, 8. τὰ ἔθνη τὰ ἐν ταῖς τέσσαρσι γωνίαις τῆς γῆς nationes remotissimas.

3. ut Lat. *angulus,* omnino *locus obscurus, non apricus, abditus.* Act. XXVI, 26. οὐ γάρ ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο non enim factum est clam et in occulto. *Themist.* XXII. p. 265. B. *Arrian.* Epictet. II, 12.

Δ

ΔΑΒΙ͂Δ, ὁ. *David.* Est nomen proprium indeclinabile, *Isai filii, natu minimi, regis Israëlitarum, successoris Sauli et prophetæ,* (Act. II, 30.)

quod vi originis notat *amabilem, dilectum;* est enim a דוד *dilectus, amabilis.* Ex ejus stirpe oriundus erat Messias, unde Christus in N. T. κατ' ἐξοχὴν υἱὸς Δαβὶδ vocatur, Matth. I, 1. IX, 27. XV, 22. XX, 30. quod etiam ejus nomen fuit apud Judæos antiquiores frequentatissimum. Interdum ipsum nomen Δαβὶδ pro *libro Psalmorum* positum esse videtur, cujus auctor fuit Davides, v. c. Hebr. IV, 7. ἐν Δαβὶδ λέγων. Interdum vero pro οἶκος Δαβὶδ *domus regia,* seu *familia Davidis* positum reperitur, Apoc. III, 7. ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ (scil. οἴκου) Δαβὶδ, h. e. qui imperium habet in cœtum Christianum, qui ita vocatur, quia Christi, filii Davidis, imperio paret, coll. Ies. XXII, 22.

ΔΑΙΜΟΝΙΖΟΜΑΙ. 1. proprie: *a dæmone vexor, torqueor, obsideor.* (a δαίμων) *Plutarch. Sympos.* VII. p. 706. *Joseph. A. J.* VIII, 2. p. 420. ed. *Haverc.* Jam quia olim Judæi omnes morbos graviores, insolitos, et quibus tunc temporis medela afferri non poterat, a geniis malis derivare solebant, qui corpora hominum his malis correptorum et laborantium obsessa tenerent, et ita variis modis et cruciatibus vexarent, factum est, ut δαιμονίζομαι

2. significaret: *morbo graviori et fere insanabili correptus sum et laboro, cujus originem a genio malo repetendam existimo.* Matth. IV, 24. δαιμονιζομένους καὶ σεληνιαζομένους καὶ παραλυτικούς. ib. VIII, 16. coll. Luc. IV, 40. Matth. IX, 32. κωφὸν δαιμονιζόμενον. ib. XII, 22. δαιμονιζόμενος τυφλὸς καὶ κωφός. ib. XV, 22. κακῶς δαιμονίζεται misere a dæmone vexatur. Marc. I, 32. τοὺς κακῶς ἔχοντας καὶ τοὺς δαιμονιζομένους. (Conf. *R. Mead Medicam Sacram* p. 82.) Speciatim vero δαιμονίζομαι

3. de *eo* usurpatur, *qui delirio, furore et insania laborat.* Haud pauci enim, qui inter Judæos emota mente erant, se vere a genio malo agitari arbitrabantur. Sic usurpatur Matth. VIII, 28. 33. Marc. V, 15. θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον καθήμενον καὶ ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα. ibid. v. 16. et 18. Luc. VIII, 36. πῶς ἐσώθη ὁ δαιμονισθείς quomodo insanus mentis compos factus fuerit. Joh. X, 21. ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου hic non est insanientis sermo, coll. v. 20. Posset tamen δαιμονιζόμενος in illo loco Johannis etiam *eum* significare, *qui genio malo adjutore res maxime mirabiles perpetrat.*

ΔΑΙΜΌΝΙΟΝ, ίου, τὸ. Vocis hujus, a Græcis petitæ, usus multiplex est et varius. Græci quidem Scriptores δαιμόνια

1. vocabant *genios,* seu *spiritus, qui propius ad divinitatem accedebant,* diis quidem inferiores, sed heroibus superiores, quorum alios omnis infortunii auctores, et rebus humanis infensos, κακοδαίμονας, (unde δαιμόνιος *miser, afflictus* haud raro a Græcis dicitur) alios vero hominibus propitios, ἀγαθοδαίμονας, seu εὐδαίμονας statuebant, ad quos etiam, tanquam auctores, omnes eventus referre solebant, quorum causam ignorabant, ita, ut quamcunque vim invisibilem, rerum humanarum rectricem, δαίμονα vel δαιμόνιον appellarent. *Jamblich. Vit. Pythag.* c. 21. p. 84. ed. *Kusteri. Themist. Or.* IV. *Athenag. Apol. pro Christ.* p. 28. Conf. etiam *Cudworthi Systema intellectuale* c. IV. §. 14. p. 301.

2. ita dicebatur *numen, ens quodcunque divinum,* (*Jul. Pollucis Onom.* I, 1.) v. c. Act. XVII, 18. ubi Paulus ab Atheniensibus censetur esse ξένων δαιμονίων καταγγελεὺς peregrini cujusdam numinis annunciator. (*Ælian. V. H.* II. 13. *Diog. Laërt.* II, 14. p. 104. *Syrus* recte transtulit: ܠܡܫܕܪ ܐܠܗ̈ܐ ܚܕ̈ܬܐ. Non autem plane rejicienda est eorum sententia, qui δαιμονίων h. l. adjective a Stoicis et Epicuræis usurpatum esse contendunt, ut τὰ δαιμόνια aut sint *divina,* (*Joseph. B. J.* II. c. 18.) aut *res ad caput de dæmonibus spectantes,* (*Herodian.* IV, 12. 5. *Jamblich. Vit. Pythag.* I. 21. *Philostrat. Vit. Apoll.* I, 3. p. 4.

3. *Deus gentilium, numen Paganorum.* 1 Cor. X, 20. ὅτι ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ θεῷ, sacrificia, quæ gentiles offerre solent, idolis offerunt, non vero Deo, coll. v. 19. ibid. v. 20. οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι nolo vos in societatem cultus numinum Paganorum venire. ibid. v. 21. ποτήριον τῶν δαιμονίων et τράπεζα δαιμονίων commemorantur, h. e. epulæ sacrificiales, quas in honorem idolorum Pagani celebrare solebant. Sic etiam Alexandrini interpretes δαιμόνια Deos gentilium vocant, v. c. Ps. XCVI, 5. ubi Hebraico אֱלִילִים respondet. Deut. XXXII, 17. ἔθυσαν δαιμονίοις καὶ οὐ θεῷ, Hebr. שֵׁדִים. *Homer. Il.* ε'. v. 98. *Callimachi fragmenta a Bentleio collecta* n. 173. p. 372. *Aristot.* Rhetor. II. c. 23. §. 27. *Palæph.* de Incred. c. 47.

4. Speciatim in N. T. δαιμόνια appellantur *spiritus ex angelorum classe, qui ab integritate ad scelus defecerunt,* quos N. T. Scriptores etiam spiritus impuros, Luc. VIII, 29. ac malos, Ephes. VI, 12. vocare atque errorum, vitiositatis et infelicitatis humanæ omniumque Christianæ religionis impedimentorum duces ac auctores describere consueverunt. 1 Tim. IV, 1. διδασκαλίαις δαιμονίων h. e. doctrinæ falsæ, impiæ ac maxime pestiferæ. Jacob. II, 19. καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι etiam genii mali habent hanc cognitionem; ubi tamen *Wetstenius* N. T. T. II, p. 667. per τὰ δαιμόνια intelligere mavult τοὺς δαιμονιακούς, qui per exorcismos et pronuntiationem nominum Dei Hebraicorum sanari dicuntur. Ab his geniis malis calamitatum, morborum graviorum ipsiusque mortis causam repetendam esse et corpora hominum obsideri ac misere vexari, opinio fuit admodum vulgaris Judæorum, quorum sublimior adeo philosophia Babylonicæ sapientiæ corruptelis permixta erat. Hinc lucem fœnerantur multa N. T. loca, quæ corporis vexationes, et cruciatus dæmonum commemorant, v. c. Matth. VII, 22. καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν. IX, 33. X, 8. XII, 24. Formula vero δαιμόνιον ἔχειν præter receptam notionem *a dæmone obsideri* etiam in specie significat α) *melancholia laborare, tristem et morosum esse,* v. c. Matth. XI, 18. ἦλθε γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων· καὶ λέγουσι, δαιμόνιον ἔχει Johannes cum vitam ageret severam, eum morosum et tristem esse calumniati sunt. β) *insanire, furere,* i. q. δαιμονᾶν et κακοδαιμονίζεσθαι. Sic legitur in N. T. Joh. VII, 20. δαιμόνιον ἔχεις tu insanis. Joh. X, 20. δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται, ibid. VIII, 48. In universum de Dæmoniacis legi merentur *J. S. Semler.* Commentatio de Dæmoniacis, quorum in N. T. fit mentio, Hal. 1779. 4. H. Farmers Briefe über die Damonischen in den Evangelien, mit Semlers Zusatzen. Halle 1783. 8. Ebend. Versuch über die Damonischen in *N. T. a. d. Engl.* von *J. P. Bamberger.* Berl. 1776. 8. *C. G. Gruneri Comment. de dæmoniacis a Christo sospitatore percuratis.* Jen. 1775. 8. *T. G. Timmermanni Diatr. antiqu. medica de Dæmoniacis Evangeliorum.* Rintel. 1786. 4. *J. S. Semler.* Versuch einer biblischen Damonologie (Halle 1776. 8.) p. 190. et *Wetstenii* N. T. T. I. p. 279. seq.

ΔΑΙΜΟΝΙΩ΄ΔΗΣ, εος, ὁ, ἡ, *dæmoniacus, ad dæmones pertinens, originem ducens a malis geniis,* seu *dæmonibus.* Semel legitur in N. T. Jacob. III, 15. σοφία δαιμονιώδης sapientia vere diabolica, seu malis geniis propria.

ΔΑΙ΄ΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *dæmon.* Dicitur quasi (sunt hæc verba *Stockii* in Clavi L. S. N. T. p. 263.) δαήμων *sciens* ac *intelligens,* notante *Platone* in Cratylo 23. quod a verbo δαείω vel δαίω *disco* derivant, quamvis alii ab antiquo Græco verbo δαίμω, quod est idem ac ἐπίσταμαι καὶ γινώσκω, deducere malint, ut habet *Ludov. Vives* in *Augustin.* de Civit. Dei IX, c. 30. Apud profanos Scriptores quidem nunc *Deum* vel *Deam* significat, v. c. *Homer.* Iliad. XIX, v. 188. *Pindar.* Olymp. A, β v. 9. nunc *spiritum quendam*

potentem, a Diis diversum, genium, (*Pindar.* Olymp. XIX, β 5.) ceu colligere licet ex *Æschine* contra Ctesiphont. nunc *fortunam* sive *bonam* sive *adversam.* (conf. *Er. Schmid.* ad *Pindar.* Nem. p. 97. Pyth. p. 78.) In N. T. autem semper *pravum genium, spiritum malum* significat. Matth. VIII, 31. Marc. V, 12. Luc. VIII, 29. Apoc. XVI, 14. XVIII, 2: καὶ ἐγένετο κατοικητήριον δαιμόνων et mutata est in domicilium dæmonum, h. e. erit eversa ac devastata; loca enim desolata ac deserta a malis dæmonibus inhabitari credebantur, coll. LXX. Ies. XIII, 22. et Matth. XII, 43. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΑ΄ΚΝΩ, fut. δήξω, 1. *mordeo,* et dicitur inprimis de *animalibus venenosis,* v. c. in versione Alex. Deut. VIII, 15. ὄφις δάκνων pro Hebraico נָחָשׁ שָׂרָף, in qua etiam Hebraico נָשַׁךְ haud raro respondet, v. c. Num. XXI, 6. 8. 9. Hinc δάκος est *vipera,* seu *serpens.* Conf. *Barnes.* ad *Eurip.* Troad. v. 284.

2. metaphorice: *injuria et molestia aliquem afficio, conviciis proscindo, noceo, lædo quocunque modo.* Galat. V, §15. εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε si vero vos invicem verbis mordetis, detrectationibus scilicet, calumniis et conviciis. Ita נָשַׁךְ Habac. II, 5. Nihil autem est hoc usu loquendi frequentius etiam apud optimos Scriptt. Gr. v. c. *Xenoph.* Cyrop. I, 4. 13. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Κῦρος, ἐδήχθη. IV, 3. 2. δακνόμενος δὲ ὁ Κῦρος ἐπὶ τούτοις *Liban.* Ep. X. *Centur. Wolfianæ* p. 26. οἴχεται μὲν αἰδὼς, αἰσχύνεται δὲ οὐδείς, δάκνουσι δὲ ἀλλήλους. Id. Ep. XXVII. *Arrian. Diss. Epict.* II, 22. p. 218. δάκνειν ἀλλήλους, καὶ λοιδορεῖσθαι. Conf. *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* XI. 18. p. 333. *Ez. Spanhem.* in *Aristoph.* Plut. v. 12. *Barnes.* ad *Eurip.* Rhes. v. 596. et *Abresch.* ad *Æschylum* p. 487. *Hesych.* δάκνει· λυπεῖ. Eodem modo *mordere* apud Latinos usurpatur, v. c. *Terent.* Eunuch. Act. III. Sc. 1. v. 21. " invidere omnes mihi, mordere clanculum."

ΔΑ΄ΚΡΥ, υος, τὸ, sive ΔΑ΄ΚΡΥΟΝ, ὑου, τὸ, *lacryma, humor ex oculis destillans.* Collective fere sumitur pro *lacrymis,* ut Hebraicum דִּמְעָה Ps. VI, 7. XXXIX, 13. Conf. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. III, 18. Marc. IX, 24. Luc. VII, 38. 44. Act. XX, 19. 31. 2 Cor. II, 4. 2 Tim. I, 4. Hebr. V, 7. XII, 17. Apoc. VII, 17. XXI, 4. Sæpius non legitur in N. T. Neutrum plur. δάκρυα ad πολλὰ Apoc. V, 4. subintelligit *C. B. Michaëlis* ad *L. Bos. Ellips. Gr.* p. 95. Edit. Glasg. 1813.

ΔΑΚΡΥ΄Ω, fut. ὑσω, *lacrymor, lacrymas profundo, fleo.* (a præcedente.) Semel legitur in N. T. Joh. XI, 35. ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς aperte in lacrymas erupit Jesus.

ΔΑΚΤΥ΄ΛΙΟΣ, ου, ὁ, *annulus, quo digiti ornantur,* (a δάκτυλος *digitus.*) In N. T. semel tantum legitur Luc. XV, 22. δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ annulum ad manum date, seu annulo manum ornate. *Xenoph. Anab.* IV, 7. 19. *Plutarch.* T. II. p. 468. ed. *Reiske.* Vide *Wet. N. T.* T. I. p. 761.

ΔΑ΄ΚΤΥΛΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie *digitus.* Matth. XXIII, 4. τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτὰ, formula proverbialis, dicta de illis, qui ne minimum quidem agunt, et nullum adhibent conatum, ut faciant ipsi, quæ aliis imperant. (*Lucian. Demonact.* p. 999. οὐκ ἐπ' ὀλίγον, οὐδὲ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἁψάμενος ἠπίσατο. *Julian. Orat.* VI. p. 200. γεύεσθω δὲ τρυφῆς μηδὲ ἄκρῳ, φασὶ, τῷ δακτύλῳ.) Luc. XI, 46. Marc. VII, 33. Joh. VIII, 6. XX, 25. 27.

2. ἀνθρωποπαθῶς *Deo* tribuitur δάκτυλος, eoque intelligitur *summa vis et potentia divina.* Luc. XI, 20. εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια si e contrario virtute divina dæmones ejicio, coll. Matth. XII, 28. εἰ δὲ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. Eodem modo אֶצְבַּע sumitur Exod. VIII, 15. δάκτυλος Θεοῦ ἐστὶ τοῦτο, et Ps. VIII, 4.

ΔΑΛΜΑΝΟΥΘΑ΄, ἡ, *Dalmanutha.* Fuit oppidulum, aut vicus ad austrum maris Genesareth trans Jordanem haud

procul ab urbe Magdala, ad cujus agrum pertinuisse videtur. Certe hoc sumto conciliari facillime invicem possunt narrationes Matthæi XV, 39. et Marci VIII, 10. In illo enim loco narratur Christus venisse εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλὰ, ast in loco parallelo Marci dicitur εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθὰ ingressus, ubi e priori loco vox Μαγδαλὰ loco Δαλμανουθὰ in codices quosdam irrepsit. Conf. *Lightfoot.* Decas Chorographica Marco præfixa c. 5. *H. Reland.* Palæst. III, p. 733. et *Cellar.* Geogr. T. II. p. 647.

ΔΑΛΜΑΤΙ΄Α, ας, ἡ. *Dalmatia.* Est provincia Europæ, Illyrici magni, seu Sclavoniæ pars ad mare Adriaticum sita, contermina Macedoniæ et superiori Mysiæ, a Liburnia Titio amne, qui nunc est Chærea, separata. Nomen a Dalmio, seu Dalminio, metropoli, accepit, secundum *Stephanum* s. v. Δάλμιον, et *Strabonem* l. VII, p. 484. B. In hanc profectus dicitur *Titus* 2 Tim. IV, 10.

ΔΑΜΑ΄ΖΩ, fut. ἀσω, *domo, coërceo, subigo.* Proprie dicitur de bestiis, quarum feritatem homines variis artibus reprimere valent, ut legitur Jacob. III, 7. πᾶσα γὰρ φύσις θηριων τε καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων δαμάζεται καὶ δεδάμασται φύσει ἀνθρωπίνῃ omnes bestiæ et volucres, serpentes et marinæ dómantur et domitæ sunt ab hominibus. (*Quint. Calab.* V, 247. *Homer. Il.* ψ΄. 655. *Strabo* XV. p. 1030. D.)—etiam de *hominibus, qui insania laborant.* Marc. V, 4. καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι. Deinde vero metaphorice adhibetur, ut sit *regere, continere, in potestate habere.* Jacob. III, 8. τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι linguam autem regere et honestatis limitibus circumscribere nemo potest. *Homer. Il.* ί. v. 492. δάμασον θυμὸν μέγαν. *Plut.* T. VII. *Opp.* p. 801. *Reiske.* Sæpius non legitur in N. T.

ΔΑ΄ΜΑΛΙΣ, εως, ἡ, *vacca, juvenca, vitula,* (a δαμάω vel δαμάζω, eo quod domatur ad laborem.) Respondet Hebraico עֶגְלָה, Ies. VII, 21. XV, 5. et פָּרָה, Hos. IV, 6. 16. Κατ' ἐξοχὴν ita dicitur vacca rufa, cujus combustæ cinere jussu divino conspergebantur Israëlitæ, qui se polluerant. Num. XIX. de qua etiam intelligendus locus Hebr. IX, 13. in quo hoc vocabulum semel tantum occurrit.

ΔΑΜΑ΄ΡΙΣ, ιδος, ἡ. *Damaris.* Nomen mulieris Atheniensis a Paulo ad religionem Christianam conversæ, Act. XVII, 34. Græcum origine, idem quod *uxorcula, muliercula.* (a δάμαρ, ἡ, *uxor.*) Vide *Wetstenii* N. T. T. II. p. 573.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΟ΄Σ, ὁ, ἡ, τὸ, etiam οῦ, ὁ. *Damascenus, Damasco oriundus.* (a Δαμασκὸς, quod vide.) Semel in N. T. legitur hoc nomen gentile. 2 Cor. XI, 32.

ΔΑΜΑΣΚΟ΄Σ, οῦ, ἡ. *Damascus.* Hebr. דַּמֶּשֶׂק. Fuit civitas primaria, celeberrima et florentissima (*Strabo* XVI. p. 1095. A. *Julian. Epist.* 24. ad *Sarapion.* Jerem. XLIX, 25. gloriæ et lætitiæ urbs vocatur, coll. Ezech. XXVII, 18.) in ea Syriæ parte, quæ 2 Sam. VIII, 5. Syria Damascena et a *Strabone* Lib. XVI. l. l. Cœlesyria, apud alios, ut nonnulli volunt, Ἀμύκη, ab Arabibus الغُوطَة (vide *Sam. Bocharti Geogr. Sacr.* II, c. 8. p. 90.) vocatur, quæ ad orientem Palmyram, ad occidentem Phœnices et maris Mediterranei partem, (quæ alias Phœnicium mare dici solet) ad meridiem Arabiam desertam, ad septentrionem regiunculam Apamenen habebat. Hæc urbs antiquissima et jam Abrahami temporibus condita, (Gen. XV.) et tam sacris, quam profanis auctoribus celebratissima, quam Hieronymus ab Eliesere, procuratore domus Abrahami, conditam et ita nuncupatam esse voluit, sita fuit inter Libanum et Antilibanum, in regione amœnissima et fertilissima in complexu Decapoleos, 400 circiter stadiis a mari dissita et media quasi a fluvio Chrysorrhoa dividebatur. Pauli ætate imperio regis Arabiæ Petrææ, Aretæ dicti, suberat, ut ad 2 Cor. XI, 32. *Grotius* et *C. Cellarius* (in

Diss. Academ. p. 152.) docuerunt. In hac urbe Paulus, ad religionem Christianam conversus, visum recepit et in synagoga doctrinam Christi tradidit, et cum ideo Judæi vitæ ejus insidias struerent, nocte per murum in sporta demissus, effugit, Act. IX. De origine, memorabilibus et fatis hujus urbis conferendæ sunt *J. C. J. Walchii* Antiquitates Damascenæ illustratæ. Jenæ 1757. 4. et in Ej. *Dissertatt.* in *Acta Apostol.* Vol. II.

ΔΑ᾽Ν, ὁ. *Dan.* Nomen proprium Hebraicum (significans *judicans* s. *judicium* a דָּן) quinti Jacobi, patriarchæ, ex Bala, ancilla Rachel, uxoris suæ, filii, cujus posteris pars Judææ in ora littoris maris Mediterranei assignata fuit. Omissa est hæc tribus in recensu tribuum Apoc. VII, v. 6. ut adeo non improbabile videatur, loco Μανασσῆ esse Δὰν scribendum, et hoc in illud transiisse, permutatione facta vocum ΔΑΝ et ΜΑΝ. Confer *Wetstenii* N. T. T. II. p. 776. et *Eichhornii Comm. in Apoc.* Vol. I. p. 221. seq.

ΔΑΝΕΙ᾽ΖΩ, fut. *εἴσω*, 1. proprie simpliciter: *do, largior, dono* significat. *Hesych.* δανείζει· *μεταδιδοῖ, τοῖς ἐνδεέσι χιχρᾷ.*

2. *mutuum do alicui aliquid et quidem sine usuris et gratuito.* (Raro enim a veteribus absolute (v. c. *Ælian.* V. H. IV, 1.) pro *fœnerari, rem fœnori dare, mutuum dare cum usura* usurpatur, sed ei semper fere additur *ἐπὶ τόκῳ*, v. c. *Diog. Laërt.* VI, 99. ut multis docuit *Salmasius* in libro de Usuris, L. B. 1638. 8.) Sic autem legitur in N. T. Luc. VI, 34. *καὶ ἐὰν δανείζητε, παρ᾽ ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν* et si iis commodatis, a quibus recepturos speratis. ibid. v. 35. *δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες. Xenoph. Cyrop.* III, 7. 19. *Sympos.* 4, 44. Ita *δανείζειν* etiam Deut. XV, 8. et Sirac. XXIX, 1. 2. usurpatur et *ἐκδανείζειν* Exod. XXII, 25.—*Passivum* de ipsa pecunia dicitur, quæ datur mutua. *Medium* vero *δανείζομαι facio mihi pecuniam dari mutuam, mutuam pecuniam sumo,* vel ita, ut nihil usuræ dem, v. c. *Theophr.* Char. IX, 11. Matth. V, 42. *τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείζεσθαι μὴ ἀποστραφῇς* volentem a te mutuum petere ne averseris; ad quem locum *Theophylactus: δάνεισμα δὲ οὐ τὸ σὺν τόκῳ λέγει, ἀλλὰ τὴν ἁπλῶς χρῆσιν, ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ νόμῳ χωρὶς τόκου ἐδάνειζον.* — vel sub usuris, ut apud *Lysiam* Orat. XI, p. 168. et tunc semper additum habet *ἀπὸ* seu *παρὰ*, ut *Elsnerus* in Obss. Sac. T. I. p. 29. docuit.

ΔΑ᾽ΝΕΙΟΝ, *είου, τὸ*, proprie notat: *omne, quod mutuum datur sine usura et fœnore*, atque *τῷ τόκῳ*, seu fœnori opponitur, et quando fœnoris addebatur conditio, dicebatur *δάνειον ἔντοκον* vel *ἐπὶ τόκῳ*. Sed deinde invalescente fœnore apud Græcos, factum est, ut *δάνειον* significaret absolute *creditam sub usuris pecuniam.* Conf. *Salmas.* de Usuris c. 2. et *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. IV, 1. In N. T. semel legitur Matth. XVIII, 27. *καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ* et *debitum* (qua ipsa voce h. l. *Vulgatus* usus est) remisit ei, coll. Deut. XV, 8. XXIV, 11. *Hesych.* δάνειον· *ὄφλημα, χρέος, δῶρον.*

ΔΑΝΕΙΣΤΗ᾽Σ, *οῦ*, ὁ, *creditor, qui mutuam pecuniam dedit*, interdum etiam *fœnerator privatus*, (nam *fœnerator publicus* seu *argentarius τραπεζίτης* Græcis dicebatur. Conf. *Salmas.* de Fœnore trapezitico p. 554. seq.) *qui fœnore vel usura elocat pecuniam*, qui etiam in Latinis comœdiis *Danista* vocatur. (a *δανείζω*.) Semel in N. T. legitur Luc. VII, 41. *δύο χρεωφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι* duo debitores erant uni creditori. Sic etiam legitur in vers. Alex. 2 Regg. IV, 1. Ps. CIX, 11. ubi Hebraico נוֹשֶׁה respondet, et Prov. XXIX, 13. Conf. *Thom. M.* sub *χρήστης* p. 921.

ΔΑΝΙΗ᾽Λ, ὁ, *Daniel.* Nomen prophetæ celeberrimi apud Judæos, conflatum ex דִּין *judicare*, et אֵל *Deus*, ut idem sit, ac, qui jussu et nomine divino causam oppressi agit

debitisque adversarium afficit pœnis. Legitur in N. T. Matth. XXIV, 15. Marc. XIII, 14.

ΔΑΠΑΝΆΩ, ῶ, fut. ήσω. Duplici sensu accipitur apud Græcos pariter ac N. T. Scriptores, tam bono, quam malo.

1. *sumtus facio, impendo.* Sic legitur in N. T. Act. XXI, 24. δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς, h. e. præsta impensas in legitima illa sacrificia, in victimas offerendas, peracti voti diebus. 2 Cor. XII, 15. ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω ego lubentissime bona mea insumam. *Wetstenius* in notis ad h. l. T. II. p. 213. videtur δαπανᾶν h. l. metaphorice accepisse, ut sit *vires animi ac corporis impendere*, ut δαπανᾶν et ἐκδαπανᾶν legitur apud *Dionys. Hal. Ant.* IV, 81. et *Josephum A. J.* XV, 5. 1. Marc. V, 26. καὶ δαπανήσασα τὰ παρ' αὐτῆς πάντα quæ impenderat omnes opes suas. *Ælian.* V. H. IX, 9. ὀλίγα μὲν ἐς τὸ στρατόπεδον ἐδαπάνα. Eodem sensu et δαπανᾶσθαι usurpatur apud *Æschin. Socr.* Dial. I, 9. Vid. *Markland.* ad *Lysiam* p. 605. Interdum etiam significat *sumtus faciendo consumo, sumtibus exhaurio* et *consumo* simpliciter, v. c. Judith. XII, 4. 2 Macc. I, 23.

2. sensu malo: *perdo, dilapido, abligurio bona*, maxime *vita luxuriosa et splendida*, i. q. διασκορπίζω. Sic legitur in N. T. Luc. XV, 14. δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα facultatibus suis omnibus luxuriose dilapidatis. Jac. IV, 3. ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε ut accepta luxuriose consumatis. Similis locus est *Ælian.* V. H. IX, 9. τὰ δὲ λοιπὰ εἰς τὴν ἀκολασίαν τὴν ἑαυτοῦ ἐδαπάνα. *Suid.* δαπανᾷν· οὐ τὸ ἀναλίσκειν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ λαμπρῶς ζῆν, καὶ σπαθᾷν, καὶ δαπανᾷν τὴν οὐσίαν. Conf. *Krebs.* Observatt. Flav. p. 396.

ΔΑΠΆΝΗ, ης, ἡ, *impensa, sumtus, qui faciendus est in aliquam rem*, i. q. δαπάνημα. Legitur in N. T. semel Luc. XIV, 28. ψηφίζει τὴν δαπάνην computat sumtus. Alexandrini hac voce usi sunt pro Chald. נְפַקְתָּא et נְפָקָא Esdr. VI, 4. 8. *Xenoph. Cyrop.* II, 2, 15. *Apol.* 18.

ΔΈ. Conjunctio, quæ innumeris locis N. T. occurrit et est admodum varii usus et significationis.

1. Est *conjunctio adversativa*, quæ Latinorum *autem, vero, sed, ast, at enimvero* exprimit, si nempe legitur ante orationem, præcedenti contrariam, seu post particulam negandi. Sic legitur in N. T. Act. XII, 9. ἐδόκει δὲ ὅραμα βλέπειν potius spectrum se cernere existimabat. Rom. VI, 22. Ephes. IV, 15. ubi v. 14. μηκέτι præcesserat. 1 Tim. IV, 8. ἡ δὲ εὐσέβεια virtutis Christianæ studium e contrario. ibid. V, 6. 11. VI, 9. 11. σὺ δὲ, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ταῦτα φεῦγε tu vero, o religionis doctor, hæc fuge. 2 Tim. II, 16. 22. 23. III, 14. IV, 17. Hebr. IV, 15. IX, 12. XII, 13. Non semper tamen est *adversativa*, haud raro

2. *copulativa* atque *transitiva*, et per *vero, atque, ac, autem, nimirum, scilicet* reddi debet. Ita reperitur Matth. XXIII, 5. XXIV, 37. ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε quemadmodum vero tempore Noæ accidit. Matth. I, 18. τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γένεσις οὕτως ἦν Jesu autem nativitas sic se habebat. ibid. II, 1. III, 1. 4. Luc. IV. 1. XXIV, 1. τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων primo autem die hebdomadis. Joh. VIII, 18. Rom. VI, 18. ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας liberati vero a vitiositate. ib. IX, 30. δικαιοσύνην δὲ τὴν ἐκ πίστεως justitiam *nempe* ex fide. ib. X, 17. ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος Θεοῦ auditione *nimirum* verbi divini.

3. *et, etiam, atque, ac*, i. q. καί. Marc. IV, 37. τὰ δὲ κύματα et fluctus. Joh. XV, 27. καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε et vos etiam de me testimonium exhibebitis. Hebr. III, 10. αὐτοὶ δὲ pro καὶ αὐτοί. 1 Cor. XIV, 1. ζηλοῦτε δὲ τὰ πνευματικὰ ambite etiam dona extraordinaria Sp. S. Jud. v. 8. Sic apud *Moschum* Idyll. II, v. 2. νυκτὸς

ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι Δ' ἠώς.

4. *nam, enim*, i. q. γὰρ, ut sit causalis particula. Matth. XXIII, 5. πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν dilatant enim phylacteria, ubi in codd. haud paucis γὰρ legitur. Marc. XVI, 8. εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος. Luc. XIII, 35. coll. Matth. XXIII, 39. 1 Tim. III, 5. Luc. XII, 2. Joh. VI, 40. ubi Syrus habet ܓܝܪ, et γὰρ, quod in codicibus quibusdam reperitur, e glossemate est. Rom. VIII, 10. 11. 1 Cor. X, 11. ἐγράφη δέ. 1 Thessal. II, 16. Sic etiam δὲ pro γὰρ legitur apud *Homerum* Odyss. IV, v. 468. Θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασιν Dii enim omnia norunt. *Hesiod.* Scut. Herculis v. 251. *Aristoph.* Aves v. 585. ubi *Schol.* τὸ Δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ. Idem *Eustathius* tradit ad *Homer.* Odyss. I, v. 433. Conf. *G. Arnaldi* Animadvv. Critt. p. 5.

5. *tamen, attamen, nihilominus.* Matth. VIII, 24. αὐτὸς δὲ ἐκάθευδε ipse autem nihilominus dormiebat. ibid. XXIII, 25. ἔσωθεν δὲ γέμουσιν cum tamen intus plena sint. 1 Cor. XIV, 1. μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε maxime tamen donum prophetiæ. 2 Cor. VI, 10. Eodem modo δὲ usurpatum legitur apud *Libanium* Epist. 18. *Ælian. V. H.* IV, 22. τοιοῦτοι δὲ ὄντες tales cum essent, nihilominus etc. *Anacreon* Od. IX. *Moschus* Idyll. I, 19.

6. *itaque, igitur, ergo, ideo, quare, quapropter.* Luc. XIII, 7. εἶπε δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργὸν dixit ideo ad vinitorem. XV, 3. εἶπε δὲ proposuit igitur iis hanc parabolam, coll. v. 2. ibid. v. 17. Rom. V, 8. συνίστησι δὲ commendat itaque. Act. VI, 2. IX, 8. χειραγωγοῦντες δέ.

7. *inquam.* 2 Cor. X, 2. δέομαι δὲ hoc inquam precor, coll. v. 1.

8. est particula continuativa, qua fit digressio ad alias historias, res vel argumenta, *cæterum, porro, præterea, amplius.* Luc. XV, 11. εἶπε δὲ dixit porro, seu continuavit suum sermonem hoc modo. Rom. VIII, 28. οἴδαμεν δὲ scimus præterea. 1 Cor. VII, 1. XII, 1. XV, 1. γνωρίζω δὲ cæterum in memoriam vobis revoco. XVI, 1. 12. 2 Cor. VIII, 1.

9. *aut*, i. q. ἢ, cum quo permutatur. 2 Cor. VI, 14. 15. 16. (Conf. *Raphelius* in Annotatt. Herodott. p. 496. 9. b) *tunc*, i. q. τότε. Matth. XXI, 3. εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ ὑμῖν tunc statim eos remissurus est. *Arrian. Exped. Alex.* V, c. 21. p. 223.

10. Notent tirones, conjunctionem δὲ, ubi particulæ μὲν respondet ipsamque subsequitur, partitivam vim habere, v. c. οἱ μὲν—οἱ δὲ—interdum tamen oppositionis, seu differentiæ signum esse.

11. interdum eleganter redundat, v. c. Act. XI, 17. V, 32. Conf. *Reusmann.* ad *Devarium* de Græcæ Linguæ particulis p. 98. seq.

ΔΕ'ΗΣΙΣ, εως, ἡ, proprie 1. *indigentia. Harpocration:* δεήσεις ἀντὶ τοῦ ἐνδείας. *Hesych.* παράκλησις, ἢ χρεία. *Æschin.* Dial. II, 39. 40. Ps. XXII, 24. οὐδὲ προσώχθισε τῇ δεήσει τοῦ πτωχοῦ, Hebraice עֲנוּת עָנִי.

2. *supplicatio, petitio, precatio*, ἡ αἴτησις ἐνδεῶν, ut a *Gregorio Nazianzeno* recte exponitur. Luc. I, 13. εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου exaudita est precatio tua. Rom. X, 1. 2 Cor. I, 11. IX, 14. Philipp. I, 19. IV, 6. 1 Tim. II, 1. 1 Petr. III, 12.

3. *deprecatio malorum, preces, quæ pro avertendis malis suscipiuntur.* Sic legitur in N. T. Hebr. V, 7. ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δεήσεις καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου προσενέγκας qui per tempus vitæ suæ in his terris deprecationes supplicissimas obtulit Deo, qui eum a mortis periculo liberare poterat. Jacob. V, 16. πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη multum enim valet piorum deprecatio intensa, assidua.

4. *preces omnis generis*, i. q. προσευχὴ, unde προσευχὴ et δέησις conjunguntur sæpius. Luc. II, 37. νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν in cultu divino jejuniis et precibus assi-

due vacans. ibid. V, 33. *καὶ δεήσεις ποιοῦνται.* Act. I, 14. *προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει* omnes una assidue preces faciebant. Ephes. VI, 18. Philipp. I, 4. 1 Tim. V, 5. 2 Tim. I, 8. 2 Paral. VI, 19. Dan. IX, 3. Conf. *Lomeier.* Dier. Genial. Dec. I. Dissert. 9. *Lex. Vet.* Δέησις, *precatum, deprecatio, obsecratio, petitio, supplicatio, oratio.* Plura de hac voce vide apud *Outhovium* in Bibl. Brem. Cl. IV. p. 458. seq.

ΔΕΙ˜, imperf. ἔδει, fut. δεήσει. Impersonale a δέω *ligo, opus habeo*, quod Latino *oportet* respondet, et vel accusativum cum infinitivo regit, vel absolute adhibetur sequente infinitivo. Verbum hoc impersonale significat

1. *necesse est, oportet, opus est*, ita, ut vel *necessitas absoluta* vel *relativa* indicetur. En! pauca exempla e multis: Matth. XVI, 21. *ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα* sibi eundem esse Hierosolyma, nempe ex æterno et sapientissimo Dei consilio. ibid. XVII, 10. *ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον*, ut nempe vaticiniis V. T. constet eventus. ibid. XXVI, 35. *κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν* etiamsi mihi tecum moriendi necessitas imponeretur, (coll. Esther. IV, 16.) ibid. v. 54. *ὅτι οὕτω δεῖ γενέσθαι*, scil. *ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί.* Luc. XXIV, 26. coll. v. 25. 27. et 47. Joh. X, 16. *κἀκεῖνα δεῖ με ἀγαγεῖν* quæ etiam sunt adducendæ ex consilio divino. Act. XXIV, 19. *οὓς ἔδει ἐπὶ σοῦ παρεῖναι* quos oportebat hic adesse, sc. ex legibus judiciorum. ibid. XXV, 10. Rom. I, 27. *ἣν ἔδει* pœnam, quam meruerunt malefactis. Apoc. XI, 5. XIII, 10.

2. *officium* significat, *decet, convenit, æquum est, officii ratio postulat.* Matth. XVIII, 33. *οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου*; nonne æquum erat, te quoque misereri socii tui? ibid. XXIII, 23. *ταῦτα δὲ ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι.* XXV, 27. *ἔδει οὖν σε* debebas. Luc. IV, 43. XXII, 7. ubi *Syrus* verba *ἐν ᾗ ἔδει* recte quoad sensum transtulit: ܕܒܗ ܐܬܪ ܕܡ ܗܘܐ ܠܗ *quo erat consuetudo.* 1 Tim. III, 2. 7. 15. Tit. I, 7. 11. Hebr. II, 1. XI, 6. 2 Petr. III, 11.

3. *licet, permissum est.* Luc. XIII, 14. *ἓξ ἡμέραι εἰσὶν, ἐν αἷς δεῖ ἐργάζεσθαι* per sex dies opus facere licet. *Xenoph. Cyrop.* I, 4. 27. et *de rep. Athen.* 2. 7.

4. *placet, volo, decrevi.* Luc. XIX, 5. *σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι* hodie apud te divertere animus est.

5. *expedit, utile est*, i. q. *συμφέρει.* 1 Cor. XI, 19. *δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι* dissidia, quæ inter vos sunt, habent hunc usum, ut veri et probi Christiani eo facilius cognoscantur. Alexandrini usi sunt pro סָבַן *profuit*, Job. XV, 3. Etiam apud Græcos δεῖ adhibetur non solum, ubi necessitas indicanda est, sed et ubi quædam utilitas ob oculos versatur. Sic *Anacr. Od.* IV, 11. *τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν*; quid te juvat lapidem ungere? ib. IX, 21. *τί γάρ με δεῖ πέτασθαι*; *Xenoph. Hist. Gr.* III, 1, 10. Interdum

6. omittitur, v. c. Act. III, 13. *κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν*, scil. *δεῖν.* ibid. XV, 24. *λέγοντες (δεῖν) περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν*, coll. *Ælian.* V. H. III, 12. Philipp. III, 16. *τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν*, nempe *δεῖν.* Hujus ellipseos exempla etiam apud Græcos reperiuntur, v. c. in *Demosthen.* Orat. de Corona p. 314. *ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά με ἑώρα — — τὰ ἀδικήματα (ἔδει) χρῆσθαι. Xenoph.* de Venat. V, 15. ubi videndus *Zeunius.* — *Gloss. MS.* in Sap. Salom. a *Bielio* excitatum *δεῖν· χρείαν ἔχειν, χρῆναι, δέον εἶναι, ὀφείλειν, χρεωστεῖν. Hesych. δεῖ· πρέπει, χρὴ, χρεία ἐστιν, δεσμεύει.*

ΔΕΙ˜ΓΜΑ, ατος, τὸ, a δείκνυμι *ostendo*,

1. proprie est *specimen rerum venalium, quod emtoribus monstrari, proponi et circumferri solet*, unde ipse locus in Atheniensium mercatu, in quem specimina rerum venalium ferebantur, *δεῖγμα* vocabatur, ut testis

est *Harpocration*: δεῖγμα κυρίως μὲν τὸ δεικνύμενον ἀφ' ἑκάστου τῶν πωλουμένων. ἤδη δὲ καὶ τόπος τις ἐν τῷ Ἀθήνησιν ἐμπορίῳ, εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο, οὕτως ἐκαλεῖτο κ. τ. λ. et *Schol. Aristoph.* ad *Equit.* 975. Idem tradit *Suidas*, *Etym. M.* et *Thom. M.* Conf. *Is. Casaubonus* in *Athenæum* I, 22. VI, 4. Deinde vero ita dicitur

2. *cujusvis alius rei specimen et exemplum*, v. c. apud *Isocrat.* ad Demon. p. 4. δεῖγμα δὲ τῆς Ἱππονίκου φύσεως νῦν ἐξενηνόχαμεν. *Lucian. Scytha* 7. Vide *Schweighæuser Lexic. Polyb.* s. h. v.

3. metaphorice: *exemplum aliis ad deterrendum propositum.* Ita Jud. v. 7. civitates Sodoma et Gomorrha dicuntur προκεῖσθαι δεῖγμα πυρὸς αἰωνίου, h. e. propositæ exemplum cruciatus futuri æterni, ut alii sc. a similibus sceleribus deterreantur, coll. 2 Pet. II, 6. ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικὼς, et 3 Macc. II, 5.—*Suid.* δεῖγμα· καὶ ἡ ἔνδειξις.

ΔΕΙΓΜΑΤΊΖΩ, fut. *ίσω*, 1. proprie notat: *specimen exhibere*, seu omnino *aliquid monstrare et in publicum producere*, (a δεῖγμα, quod vide.)

2. cum accusativo personæ i. q. παραδειγματίζω *publicæ ignominiæ expono, etiam victoriam de aliquo deporto, triumphum ago*, ex more triumphandi veterum Romanorum et Græcorum, quo hostes devictos per plateas circumducere et civibus ostendere solebant. Hinc explicandus erit locus Coloss. II, 15. καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ et superatos principes publicæ ignominiæ exposuit, palam de iis triumphavit. Facit huc glossa *Hesychii*: ἐδειγμάτισεν· ἐδημοσίευσεν.

ΔΕΙΚΝΎΩ, vel ΔΕΊΚΝΥΜΙ, fut. δείξω,

1. proprie: *ostendo, monstro, oculis spectandum sisto atque propono.* Matth. IV, 8. καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου in quo ei ostendit varias Palæstinæ provincias; ut adeo non opus sit cum quibusdam interpretibus subjicere verbo δείκνυμι notionem *describendi*, (quanquam negari non potest, δεικνύειν, ut *ostendere* apud Latinos, (vide *Burmann. ad Phædr.* p. 233.) esse *monstrare aliquid verbis et oratione*, ut docuit *Grævius lectt. Hesiod.* c. 12. et *Alberti* in *Peric. Crit.* c. 13. p. 47.) aut cum aliis omnem locum de repræsentatione præstigiosa interpretari. Matth. VIII, 4. δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ siste te spectandum sacerdoti. Marc. I, 44. XIV, 15. Luc. IV, 5. V, 14. XXII, 12. Joh. XIV, 8. δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα effice, ut Deus pater tuus visibili specie se nobis videndum præbeat. ib. v. 9. Hebr. VIII, 5. κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει ad exemplum tibi ostensum in monte Sinai. Ita sola editio Complut. habet. Exod. XXV, 40. in Cod. Alex. Ald. et Vatic. δεδειγμένον legitur e loco parallelo Exod. XXVI, 30.

2. metaphorice: *demonstro, probo idoneis argumentis.* Jacob. II, 18. δειξόν μοι τὴν πίστιν σου —— τὴν πίστιν μου proba mihi tuam religionis scientiam sine factis et ego tibi meam ex operibus demonstrabo. Jacob. III, 13. δειξάτω ἐκ τῆς καλῆς ἀναστροφῆς. Sic δείκνυμι legitur apud *Ælian.* V. H. IX, 35. ὁ δὲ ἔφη, δείξειν at ille respondebat, se id declaraturum re ipsa, sc. quidquid a Zenone didicisset. Hinc substantivum δεῖγμα apud eundem VI, 12. XIV, 6. *argumentum* significat.

3. *doceo, instituo.* Matth. XVI, 21. ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ab hoc tempore clarius Jesus exposuit discipulis suis, coll. Marc. VIII, 31. καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτούς. Act. X, 28. καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε me vero Deus docuit. 1 Cor. XII, 31. καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι et ego vos modum præstantissimum illorum obtinendorum docebo. Deut. IV, 5. δέδειχα (לִמַּדְתִּי) ὑμῖν δικαιώματα. Ies. XL, 14. 1 Sam. XII, 23. וְהוֹרֵיתִי אֶתְכֶם בְּדֶרֶךְ הַטּוֹבָה Alex. καὶ δείξω ὑμῖν τὴν ὁδὸν τὴν ἀγαθήν. *Xenoph. Cyrop.* III, 3. 24. *Mem.* I, 2, 17. Huc pertinent etiam loca

Scriptorum Græcorum et Latinorum, quæ *Grævius* in Lectionibus Hesiodeis c. XII, p. 56. adduxit, ut verba δεικνύναι et *ostendere* interdum *dicendi* notionem habere probaret.

4. *prædico, futura annuncio.* Apoc. I, 1. δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει ut res mox eventuras cultoribus Christi annunciaret. ibid. IV, 1. et XXII, 1. In eodem Apocal. libro XV, 1. δείκνυμι de revelatione futurarum rerum per ὅραμα usurpatur. 5. *exhibeo, præsto, facio, patro,* quasi *videndum aliquid exhibeo alteri,* ad imitationem Hebraici הִרְאָה. Joh. II, 18. τί σημεῖον δεικνύεις ὑμῖν; quodnam miraculum patrare potes? ibid. X, 32. πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ πατρός μου multa benefica miracula inter vos Deo adjuvante patravi. 1 Tim. VI, 15. ἣν (scil. τὴν ἐπιφάνειαν) καιροῖς ἰδίοις δείξει quem suo tempore ad judicium mittet. Ps. LX, 3. ἔδειξας (Hebr. הִרְאִיתָ) τῷ λαῷ σου σκληρά. ibid. LXXI, 20. Gen. XLI, 25. Nec desunt exempla e Græcis Scriptt. v. c. apud *Xenoph. Cyrop.* VI, 4. 5. *Ælian.* V. H. XIV, c. 37. τὰ ἀγάλματα, ὅσα ἡμῖν ἡ πλαστικὴ δείκνυσι. *Homer.* Odyss. III, v. 173. αὐτὰρ ὅγ' ἡμῖν δεῖξε, sc. τὸ τέρας. Conf. *Spicilegium meum II. Lex. Biel.* p. 36. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 912. et *Is. Casauboni* Lectt. Theocriteas c. IX.

6. *potentia aliquem instruo, facultatem alicujus rei efficiendæ largior et suppedito.* Hanc in rem insignis locus est Joh. V, 20. καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ ἃ αὐτὸς ποιεῖ, καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ ἔργα communicavit cum eo facultatem patrandorum omnium miraculorum, quæ ipse edit, adeoque his majorum. — *Hesych.* δεῖξαι· δηλῶσαι, φανερῶσαι.

ΔΕΙΛΙΑ, ας, ἡ, *timiditas,* seu turpis illa ignavia cum quis, ingruente periculo quodam, terga vertit, datamque fidem frangens spartæ sibi demandatæ partes rite explere detrectat. (a δειλὸς *timidus,* ὁ τῷ φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων, ut *Aristoteles* explicat Lib. III. Ethic. c. 7.) Sic legitur in N. T. 2 Tim. I, 7. οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας Deus enim non vult, ut timide religionem tradamus. Alex. usi sunt hac voce pro מְחִתָּה Ps. LXXXIX, 40. pro quo etiam reperitur apud *Symmach.* et *Theodot.* Proverb. XXI, 19. *Suid.* δειλία· ὁ φόβος. Conf. *Theophrast.* περὶ δειλίας et *Polyb.* III, 81. 7.

ΔΕΙΛΙΑ΄Ω, ῶ, fut. άσω, *metuo, formido, reformido, ob ignaviam refugio.* Legitur semel in N. T. Joh. XIV, 27. μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, μηδὲ δειλιάτω ne perturbetur animus vester ac futura formidet. Deut. I, 21. μὴ φοβεῖσθε μηδὲ δειλιάσητε. XXXI, 6. μηδὲ δειλιάσῃς μηδὲ πτοηθῇς. 2 Macc. XV, 8. Apud profanos haud facile occurrit, sed compositum ἀποδειλιῶ. Vide Intt. ad *Thom. M.* sub voce ἀποδειλιῶ p. 91. *Hesych.* δειλιῶν· φοβούμενος. Cf. *Pollux* Lib. III, c. 28.

ΔΕΙΛΟ΄Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1. *timidus, ignavus, meticulosus,* qui Hebraice רַךְ הַלֵּבָב apud Alexandrinos δειλὸς τῇ καρδίᾳ, Deut. XX, 8. et a Græcis vulgo δείλαιος vocatur. Matth. VIII, 26. τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι; cur adeo timidi estis, o parum fidentes! coll. Marc. IV, 40. In utroque loco δειλοὶ dicuntur, qui de auxilio divino dubitantes salutem desperant. Similis locus est Sirac. II, 13.

2. *malus, improbus,* et speciatim, *qui metu malorum adductus de religione Christiana descivit,* ut imago desumta sit a milite timido et stationem suam deserente, de quo proprie δειλὸς dicitur. Vid. *Plutarch. Æmil. Paul.* p. 265. B. Apoc. XXI, 8. τοῖς δὲ δειλοῖς καὶ ἀπίστοις impiis vero et infidelibus. *Hesych.* δειλόν· πονηρὸν, κακόν. *Schol. Sophocl.* Antigon. v. 366. τὰ δειλὰ ἀντὶ τοῦ κακά. Plura de hac significatione habet *Valckenar.* ad *Eurip.* Phœniss. v. 1011. *Alberti* Obss. in N. T. p. 498. seq. *Wakefield* in *Silva Critica* P. III. p. 194. seq. et *L. Bos* Exercitt. L. Gr. p. 304.

ΔΕΙΝΑ, ὁ, ἡ, τὸ, genit. δεῖνος, dat. δεῖνι, accus. δεῖνα, *quidam, aliquis, quispiam.* Pronomen indefinitum omnis generis, quo Græci utuntur, cum significant aliquam rem, seu personam, quam nominare vel nolunt vel nesciunt, præfixo articulo pro nomine ejus, quem nutu et significatione appellant. In N. T. semel legitur in accusativo. Matth. XXVI, 18. ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα adite quendam in urbe. Legitur præterea in fragmentis *Aquilæ*, *Symmachi*, et *Theodot.* 1 Sam. XXI, 2. אֶל־מְקוֹם פְּלֹנִי אַלְמוֹנִי εἰς τὸν τόπον τὸν δεῖνα et in multis Scriptorum Græcorum locis, (v. c. *Lucian. Catapl.* p. 439. *Philostrat. Vit. Apollon.* II, 8. p. 285. *Aristoph. Ran.* 949.) quorum quædam attulit *Hoogeveen.* ad *Vigerum* de Idiotismis Ling. Gr. p. 15. Edit. Glasg. 1813. Conf. etiam. Interprett. ad *Thom. M.* sub ὁ δεῖνα p. 644. *Bisetum* ad *Aristoph. Thesmophor.* v. 627. et *Fischeri Animadv.* ad *Welleri Gramm. Gr.* p. 168. Sic et Latini pronomine *ille* uti solent. Vide *Sueton. Cæs.* c. 41.

ΔΕΙΝΩΣ. Adverbium, *admodum vehementer, graviter, terribiliter.* (ab adjectivo δεινὸς, quod non solum *terribilem, metuendum, Xenoph.* Cyrop. V, 2. 15. sed etiam, *quidquid in suo genere modum excedit, magnum, insigne, summum*, in utramque partem significat. Conf. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. I, 1. et Ven. *Mori* Index Græcitatis subjunctus Xenophontis Cyropædiæ s. h. v.) Adverbium δεινῶς bis legitur in N. T. Matth. VIII, 6. δεινῶς βασανιζόμενος gravissimos sustinet dolores. Luc. XI, 53. ἤρξαντο οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν cœperunt Scribæ et Pharisæi vehementer ei insidiari.

ΔΕΙΠΝΕΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. *cœno, victum sub vesperam capio,* (a δεῖπνον *cœna.*) Luc. XVII, 8. ἑτοίμασον τί δειπνήσω para quod cœnem. ibid. XXII, 20. et 1 Cor. XI, 25. μετὰ τὸ δειπνῆσαι postquam prima mensa sublata erat. Distinguenda enim est mensa *prima* et *secunda* in epulo paschali celebrando. *Prima mensa* est agnus ipse paschalis cum vino: *secunda* erat olera amara cum embammate et panibus azymis.

2. metaphorice δειπνεῖν μετὰ τινὸς is dicitur, *qui arctissime est cum aliquo conjunctus, qui aliquo admodum familiariter utitur.* Apoc. III, 20. καὶ δειπνήσω μετ' αὐτοῦ καὶ αὐτὸς μετ' ἐμοῦ et arctissima erit mutua nostra conjunctio. Conf. *Glassii* Philol. Sac. p. 1186. ed. *Dathii.*

ΔΕΙΠΝΟΝ, ου, τό. Vox, quæ latissime patet apud Græcos, nam antiquitus

1. pro *cibo*, seu *epulo matutino, jentaculo*, usurpata fuit, ut auctor est *Suidas:* δεῖπνον· τὸ πρώϊνον ἄριστον, ὅπερ ἀκρατισμὸς λέγεται. In hoc vero sensu sæpissime apud *Homerum* reperitur, v. c. Iliad. VIII, v. 53. coll. v. 66. ibid. II, 381. ubi scholiastes vetus δεῖπνον· τὸ παρ' ἡμῖν νῦν ἄριστον λεγόμενον, τὸ πρώϊνον ἔμβρωμα· δόρπος δὲ, τὸ ἐν τῇ ἑσπέρᾳ, ὃ ἡμεῖς δεῖπνον λέγομεν. δεῖπνον τὸ πρωΐνον. μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν. Idem fere tradit *Eustathius* ad *Homer.* Odyss. I, v. 124.

2. *cibum, epulum*, v. c. *meridianum*, seu *prandium* notabat. *Hesych.* δεῖπνον· τὸ παθ' ἡμᾶς ἄριστον. Conf. *Athenæum* Deipnosoph. I, c. 9. 10. et *Pollucis* Onomast. VI, 1.

3. et quidem apud recentiores maxime, *cibum*, seu *epulum vespertinum, cœnam* significabat, et τῷ ἀρίστῳ opponebatur. Glossæ: δεῖπνον, *cœna.* Hesychius: δεῖπνον· τροφὴν ἑσπερινήν. Sic legitur in N. T. v. c. Luc. XIV, 12. ὅταν ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον quando paras prandium aut cœnam. Joh. XIII, 2. δείπνου γενομένου inter cœnam. v. 4. ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου exsurgit a cœna. 1 Cor. XI, 20. δεῖπνον κυριακὸν, vide sub κυριακός.

4. *convivium, epulum quodcunque lautius ac solennius quocunque instructum tempore.* Matth. XXIII, 6. φιλοῦσι τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις amant primam in conviviis sedem. Luc. XIV, 17. τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου, coll.

Matth. XXII, 2. 3. 4. Luc. XX, 46. Joh. XXI, 20. Formula: *δεῖπνον ποιεῖν convivium instituere*, quæ Marc. VI, 21. Luc. XIV, 16. Joh. XII, 2. legitur, respondet Hebraicæ עֲשׂוֹת מִשְׁתֶּה Genes. XL, 20. et Chaldaicæ עֲבַד לְחֵם Dan. V, 1.

5. per synecdochen: *omne nutrimentum, cibus, victus. Etym. M. δεῖπνον· ὁ καιρὸς τῆς τροφῆς, καὶ ἡ ἐν τοιῷδε καιρῷ διδομένη τροφή.* Sic autem legitur in N. T. Luc. XIV, 24. *οὐδεὶς τῶν κεκλημένων γεύσεταί μου τοῦ δείπνου* nemo ex illis invitatis gustaturus est cibos a me paratos. Interdum *δεῖπνον portionem, ratam partem ciborum, symbolam, de qua cœnatur*, significat, v. c. 1 Cor. XI, 21. *ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν* quilibet portionem ciborum, quam afferri jussit in conventus sacros, præripit aliis. Facit huc locus Danielis I, 16. ubi *δεῖπνον* Hebr. פַּתְבַּג *portio cibi* respondet. Eodem sensu *δεῖπνον* legitur apud *Homer.* Iliad. II, 383.

6. metaphorice usurpatur Apoc. XIX, 9. *μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ ἀρνίου κεκλημένοι* beati, qui felicitatis æternæ Christianorum cum Christo participes sunt futuri. ibid. v. 17. *δεῖπνον τὸ μέγα τοῦ Θεοῦ* metaphorice judicium gravissimum Dei adversus hostes religionis Christianæ.

ΔΕΙΣΙΔΑΙ'ΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ. Comparativus ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΕ'ΣΤΕΡΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, (*Diog. Laërt.* II, c. 18.) Vocabulum *μέσον* apud Græcos, quod et sensu bono de *eo* dicitur, *qui pius est erga Deos, religiosus, qui religionis et pietatis, in Deos maxime, est studiosus*, Θεοσεβής, *Xenoph.* Cyrop. III, 3. 26. *Agesil.* 11. 8. et de *eo* usurpatur, *qui est superstitiosus, Deos metuit et eorum metu adductus multa facit inepta et absurda.* Conf. *Theophr.* Char. XVI. et *Plutarch.* librum de *δεισιδαιμονίᾳ*, Opp. T. II, p. 460. Compositum est ex *δείδω timeo* et *δαίμων numen, Deus. Hesych. δεισιδαίμων· ὁ τὰ εἴδωλα σέβων, εἰδωλολάτρης, ὁ εὐσεβὴς καὶ δειλὸς· παρὰ Θεοῖς. Suid. δεισιδαίμων· Θεοσεβής, ἢ ἀμφίβολος περὶ τὴν πίστιν, καὶ οἱονεὶ δεδοικώς. Pollux Onom.* I, 34. *ὁ δὲ ὑπερτιμῶν Θεούς, δεισιδαίμων.* Confer *Wetstenium N. T.* T. II. p. 567. In N. T. semel legitur Act. XVII, 22. *ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ* video vos Athenienses præ reliquis omnibus religionis studio teneri; ubi dubium non est, quin Paulus voce *δεισιδαιμονεστέρους* ideo usus fuerit, quod sciret, eam per se nihil habere, quod animos Atheniensium irritare possit, adeoque aptissimam judicaret, non solum ad benevolentiam Atheniensium captandam, sed etiam ad tecte exprobrandam nimiam eorundem superstitionem, quam pro suo veritatis studio laudare vix poterat. Facit huc glossa *Phavorini: δεισιδαίμων· ὁ εὐσεβής. ὡς ὁ θεῖος Παῦλος· δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ.* Cæterum de Atheniensium (quos *Philostrat. Vit. Apollon.* IV, 19. *φιλοθύτους* vocat) superstitione vide *Ælian. V. H.* V, 17.

ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΙ'Α, ίας, ἡ. Vocabulum hoc eadem ambiguitate laborat ac præcedens apud Græcos, nam non solum sensu malo, *metum deorum* s. *dæmonum, superstitionem*, (*Philo de nom. permut.* p. 1066.) sed etiam bono sensu, (ut Latinum *superstitio* in Cod. *Theodos.* XII, 1. 158. XVI, 2. 5. 8. 28.) *religionem, cultum Dei, reverentiam numinis* significat, v. c. apud *Diod. Sic.* I, c. 70. *Polyb.* VI, 56. 7. et *Theoph.* Char. XVI. ubi videndus *Casaubonus. Etym. M. δεισιδαιμονία· ἡ πρὸς τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἐπιμέλεια καὶ φόβος.* (vid. *Duport.* ad *Theophr.* p. 448.) *Ἰστέον, ὅτι παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ καλοῦ λαμβάνεται. Hesych. δεισιδαιμονία· φοβοθεία. Suid. δεισιδαιμονία· εὐλάβεια περὶ τὸ θεῖον, δειλία, ἀμφιβολία περὶ τὴν πίστιν, ἢ ἄκαιρος εὐσέβεια. Alberti Gloss.* N. T. p. 84. *δεισιδαιμονίαν· εὐλάβειαν.* In N. T. semel legitur et quidem sensu bono. Act. XXV, 19. *ζητήματα δέ τινα περὶ τῆς ἰδίας δεισιδαιμονίας εἶχον πρὸς αὐτὸν* quæstiones de sua religione adversus eum movebant. Conf. *Krebs.* Obss. Flav.

p. 232. et *J. Henr. a Seelen Meditatt. Exeg.* P. I. p. 389.

ΔΕ΄ΚΑ, *οἱ, αἱ, τὰ, decem.* Est nomen numerale cardinale et quidem ἄκλιτον. Matth. XX, 24. *καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα*, sc. *μαθηταί*, et cum audirent decem discipuli. XXV, 1. 28. Interdum *δέκα* indefinite pro *paucis aliquot* ponitur, v. c. Apoc. II, 10. *θλῖψις ἡμερῶν δέκα* afflictio brevis, seu paucorum dierum erit. Eodem modo עֲשָׂרָה Amos V, 3. et עֲשִׂירִיָּה Ies. VI, 13. usurpatur. Adde 1 Sam. XXV, 38. Dan. I, 12. *Terent. Adelph.* V, 1. 36. *decem dierum vix mihi est familia.*

ΔΕΚΑΔΥ΄Ο, i. q. *δώδεκα, duodecim.* Nomen numerale ἄκλιτον ex *δέκα decem* et *δύο duo*. Act. XIX, 7. XXIV, 11. Hebraice שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה Exod. XXVIII, 21. et שְׁנֵים עָשָׂר 1 Paral. XV, 10. et Esther. II, 12.

ΔΕΚΑΠΕ΄ΝΤΕ, *quindecim*, ex *δέκα decem* et *πέντε quinque*. Joh. XI, 18. Act. XXVII, 28. et Galat. I, 18. *ἡμέρας δεκαπέντε* duas circiter hebdomadas. Alex. pro חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה Exod. XXVII, 15. et pro חֲמִשָּׁה עָשָׂר Judd. VIII, 10. posuerunt.

ΔΕΚΑ΄ΠΟΛΙΣ, *εως, ἡ, Decapolis, regio decapolitana.* Regio tribus Manassiticæ, trans Jordanem, complexa decem urbes primarias, non exclusis decem oppidulis, quæ interjacebant, ab hominibus paganæ conditionis maxime habitata post captivitatem Babylonicam. In enumeratione decem urbium, unde nomen sortita est suum, non conveniunt Scriptores geographici. *Bochartus* in Phaleg et Canaan hæc oppida pro decapolitanis habet: *Tiberiada, Sephet, Kedesch Naphthali, Hazor, Capernaum, Cæsaream Philippi, Jetopatam, Bethsaidam, Chorazim, Scythopolin. Lightfootus* in Decad. Chorogr. Marco præmissa c. 7. civitates numerat has: *Scythoplin*, olim *Bethsan, Gadaram, Hippo, Pellam, Caphar, Zemach, Beth Gubrin, Caphar Carnaim, Cæsaream Philippi* et *Orbo*, qui etiam ostendit, Galilæam a Decapoli apud sacros ac profanos Scriptores distingui. Ast aliter *Plin.* H. N. V, c. 18. Conf. *H. Relandi* Palæstina L. I, c. 33. p. 203. seq. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 284. et *Cellarii* Geogr. Plen. III, c. 13. Ter autem tantum Decapoleos in N. T. fit mentio, Matth. IV, 25. Marc. V, 20. et VII, 31.

ΔΕΚΑΤΕ΄ΣΣΑΡΕΣ, *ων, οἱ, αἱ, καὶ τὰ δεκατέσσαρα, quatuordecim.* (ex *δέκα decem* et *τέσσαρες quatuor*. (Matth. I, 17. *γενεαὶ δεκατέσσαρες* generationes quatuordecim. 2 Cor. XII, 2. *πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων*. Galat. II, 1. Alexandrini pro אַרְבַּע־עֶשְׂרֵה Genes. XXXI, 41. et pro אַרְבָּעָה עָשָׂר Num. XXIX, 13. 29. 32. posuerunt.

ΔΕ΄ΚΑΤΟΣ, *ὁ, ἡ, τὸ, decimus*, a *δέκα*. Joh. I, 40. *ὥρα ἦν ὡς δεκάτη* hora autem erat circiter decima. Apoc. XI, 13. *καὶ τὸ δέκατον* (sc. *μέρος*) *τῆς πόλεως ἔπεσεν* et decima pars urbis corruit. ibid. XXI, 20.

ΔΕΚΑ΄ΤΗ, *ης, ἡ*, scil. *μερὶς*, seu *μοῖρα*, 1. proprie dicitur *decima pars cujuscunque rei.* Speciatim

2. *decima pars prædæ ab hoste captæ*, Hebr. מַעֲשֵׂר Genes. XIV, 20. Hebr. VII, 2. *ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραάμ*, coll. v. 4. *ᾧ καὶ δεκάτην ἐκ τῶν ἀκροθινίων ἔδωκεν Ἀβραάμ.* Apud *Xenoph. Ages.* I, 34. decima pars prædæ, quæ Apollini Delphico consecrabatur, *δεκάτη* dicitur. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 407.

3. *decimæ, quæ non solum ex fructibus terræ, sed etiam pecoribus, et quidem ex institutione divina Levitis in ecclesia Israëlitica offerebantur.* Sic legitur in N. T. Hebr. VII, 8. *δεκάτας ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι λαμβάνουσι*, et v. 9. *ὁ δεκάτας λαμβάνων*. Respondet in hoc sensu Hebraico מַעֲשֵׂר Levit. XXVII, 30. 31. 32. in versione Alex. De *decimis Judæorum* extat singularis libellus *Joh. Conr. Hottingeri*, editus L. B. 1713. quaternis.

ΔΕΚΑΤΟ΄Ω, ῶ, fut. *ώσω, decimas*

postulo, exigo, accipio, decimo, pro quo etiam δεκατεύω apud Græcos ponitur, teste *Harpocratione.* Passivum δεκατόομαι, οῦμαι, *decimor, decimas solvo.* Bis legitur in N. T. Hebr. VII, 6. δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραὰμ decimas accepit ab Abrahamo. ibid. v. 9. ὁ δεκάτας λαμβάνων, δεδεκάτωται qui decimas accipit, decimatus est. Respondet in vers. Alex. Hebr. עָשַׂר Nehem. X, 37.

ΔΕΚΤΟ῾Σ, ὁ, ἡ, τὸ, Scriptoribus Græcis ignota vox.

1. ut Lat. *acceptus, gratus, carus, qui in pretio habetur,* i. q. πρόσδεκτος. Est nomen verbale a tertia pers. perf. passivi δέδεκται verbi δέχομαι *capio, accipio.* Sic legitur in N. T. Luc. IV, 24. ὅτι οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ propheta non est acceptus in patria sua. Act. X, 35. δεκτὸς αὐτῷ ἐστι placet Deo, s. favore divino fruitur. Philipp. IV, 18. donum, a Philippensibus Paulo missum, vocatur θυσία δεκτὴ sacrificium Deo gratum et acceptum. *Hesych.* δεκτός· ἀρεστός. — δεκτόν· εὐπρόσδεκτον.

2. ex adjuncto: *faustus, lætus, salutaris,* aut, si de personis sermo est, *is, qui a Deo multis beneficiis ornatur, felix, fortunatus,* qui etiam Hebræis רָצוּי vocatur, quod vocabulum cum בָּרוּךְ permutatur Deut. XXXIII, 24. In priori notione bis tantum legitur in N. T. Luc. IV, 19. κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν ad edicenda Dei nomine tempora læta et fausta. 2 Cor. VI, 2. καιρὸς δεκτὸς tempus lætum dicitur tempus N. T. quo offertur hominibus remissio peccatorum.

ΔΕΛΕΑ΄ΖΩ, fut. άσω, 1. proprie: *inesco, esca capio, inescando insidior,* et dicitur de piscatoribus, venatoribus et aucupibus, qui esca proposita pisces, aves et alia animalia in retia ac nassam alliciunt, et ita capiunt, a δέλεαρ, quod teste *Etym. M.* τὸ τῷ ἀγκίστρῳ περιτιθέμενον, ἐφ᾽ ᾧ τοὺς ἰχθύας ἀγρεύεσθαι, καλεῖται. *Ælian. H. A.* IV, 8. *Hesych.* δελεαζόμενος· παγιδευόμενος. Vid. *Luciani Dial. Piscator.* T. III. p. 137. et 183. et *Dial. de mercede conductis* T. I. p. 306. ed. *Bipont. Herodot.* II, c. 70.

2. metaphorice: *studeo aliquem ad me trahere et mihi amicum facere,* seu, *decipio aliquem, propositis et promissis commodis allicio, pellicio,* adjuncta simul *miseriæ* notione, *quam subit, qui se talibus blandimentis circumveniri patitur.* Hoc sensu non solum apud *Philonem* haud raro obvium est, sed et ter legitur in N. T. Jacob. I, 14. ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος prava sua cupiditate ad peccatum pertractus et allectus. 2 Petr. II, 14. δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτας blandimentis circumvenientes homines instabiles nec satis confirmatos. ibid. v. 18. Eodem sensu legitur apud *Polyb.* XXXVIII, 3. 11. *Herodian.* I, 12. 10. ὁ μὲν οὖν οὕτω τὸν δῆμον ἐδελέαζεν, ubi vid. *Irmisch.* et *Ælian. V. H.* XIV, 17. ἐὰν μή τινα ἀναπείσῃ χρήμασι καὶ δελεάσῃ. *Hesych.* δελεάζει· ἐξαπατᾷ. — δελεασθείς· ἀπατηθείς. *Suid.* δέλεαρ· ἀπάτη, δόλος. Lectu dignissima de hac voce habet *Heisenius* in *Novis Hypothes. ad Epist. Jacobi* p. 525. seq. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 661. seq.

ΔΕ΄ΝΔΡΟΝ, ου, τὸ, 1. *arbor omnis generis.* Respondet Hebraico עֵץ Gen. XVIII, 4. 8. et Chaldaico אִילָנָא Dan. IV, 14. 20. 11. 17. 23. Matth. VII, 17. δένδρον ἀγαθὸν arbor bonæ indolis, cui opponitur σαπρὸν δένδρον malæ indolis arbor. ibid. III. 10. ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται securis ad radicem arborum posita est, seu, tropo remoto, imminet jam pœna divina. Marc. VIII, 24. βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα περιπατοῦντας, h. e. video homines quidem se movere, sed formam cernere non valeo. ib. XI, 8. Luc. XXI, 29. Jud. v. 12.

2. *planta, frutex grandior et arborescens,* in majorem altitudinem excrescens ramosque quasi extendens, cujus caulis ligneam quasi substantiam accipit. Ita adhibetur de sinapi Matth. XIII, 32. Marc. IV, 32. Luc.

XIII, 19. Cf. *Salmasium Exerc. de Homonymis Hyles Iatr.* p. 15.

ΔΕΞΙΟΣ, ά, όν, 1. *dexter* et opponitur *sinistro*. Matth. V, 29. ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς oculus tuus dexter. Luc. XXII, 50. καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ οὖς τὸ δεξιόν. Joh. XVIII, 10. Usurpatur etiam de *maxilla*, Matth. V, 39. de *manu*, vel addita voce χείρ, Matth. V, 30. vel absolute, Matth. VI, 3. XXVII, 29. Galat. II, 9. de *pede*, Apoc. X, 2. de *parte*, Joh. XXI, 6. βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου. Neutrum plurale τὰ δεξιὰ pro singulari fœminino ponitur, vel alicujus eminentiæ causa, vel simpliciter, sine ulla emphasi, ex solo linguæ usu, v. c. Matth. XXVI, 64. Marc. XVI, 5. Conf. *Glassii Philol. Sacra* p. 63. ed. *Dathii*.

2. *qui est ad dextram manum*, seu *partem*. 2 Cor. VI, 7. ubi ὅπλα τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ arma, quæ sunt ad dextram et sinistram, ponuntur pro omni armorum genere, metaphora ducta a more militum, qui in dextra gladium, in sinistra scutum gestabant. Cf. supra sub ἀριστερός.

3. formula: δεξιὰς διδόναι τινὶ, pro qua Græci etiam simpliciter voce δεξιοῦσθαι utuntur, (v. c. *Aristoph. Plut.* v. 753.) ut Lat. *dextram dare, dextras miscere* (*Justin.* II, 15. 13. *Nepos Datam.* 10. *Tacit. Ann.* XV, 29. *Virg. Æn.* III, 610.) significat *pacisci, pactum inire, convenire cum aliquo*. Dextra enim ut charitatis atque amoris, ita etiam fidei symbolum est. Galat. II, 9. δεξιὰς (scil. χεῖρας) ἔδωκαν καὶ ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας dextra data mecum pacisebantur, ut communiter a nobis traderetur relig. Christiana. *Suid.* δεξιὰς interpretatur συνθήκας, et hæc addit ex auctore antiquo: Ὁ δὲ πέμπει χιλίαρχον, δεξιὰς τῷ Ἰωσήπῳ δοῦναι κελεύσας. 1 Macc. XI, 62. XIII, 50. 2 Macc. XI, 26. 30. *Xenoph. Anab.* I. 6. 6. καὶ δεξιὰν ἔλαζον καὶ ἔδωκα. *Joseph. A. J.* XVIII, 9. 3. *Hesych.* δεξιαί· αἱ γινόμεναι κατὰ συνθήκας ἐπαφαὶ τῶν δεξιῶν χειρῶν εἰς σύμβολον τοῦ βέβαια ἔσεσθαι τὰ συντιθέμενα. Conf. etiam *Schol.* ad *Homer. Il.* II, v. 341. IV, 159. et *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 836.

4. formula: καθίζειν ἐκ δεξιῶν τινὸς *summa post aliquem dignitate et honore gaudere* significat et inprimis de *ministris regis* usurpatur, qui primas inter cæteros ministros obtinent. Sic legitur in N. T. Matth. XX, 21. εἰπὲ ἵνα καθίσωσιν οὗτοι οἱ δύο υἱοί μου, εἷς ἐκ δεξιῶν σου καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, h. e. promitte, ut hi duo filii mei in futuro tuo regno terrestri ad summam dignitatem evehantur. ibid. v. 23. Marc. X, 37. et 40. Fuisse autem in Oriente morem, ut regis throno adsiderent summi ejus ministri et socii imperii, haud incerta conjectura colligi potest e locis V. T. ubi, metaphora a regibus Orientis desumta, *a dextra Dei et a sinistri ejus angeli stare* dicuntur, v. c. 1 Regg. XXII, 19. adde 1 Chron. XVIII, 17. Hac ipsa consuetudine, et opinione Judaica, qua Deus tanquam rex, throno in cœlis insidens, cogitari vulgo solebat, nituntur formulæ: καθίζειν, καθῆσθαι, εἶναι ἐν δεξιᾷ Θεοῦ, h. e. *Deo proximum esse potestate et honore, ideoque imperare cum Deo*, quæ in N. T. haud raro de J. Christo usurpantur, ad summam majestatem describendam, qua eum Deus post mortem ornavit, summo rerum humanarum tradito imperio, v. c. 1 Petr. III, 22. ὅς ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ—ὑποταγέντων αὐτῷ ἀγγέλων καὶ ἐξουσιῶν. Matth. XXII, 44. κάθου ἐκ δεξιῶν μου. (Ps. CX, 1.) ib. XXVI, 64. καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. Marc. XIV, 62. XVI, 19. καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Coloss. III, 1. Hebr. I, 3. VIII, 1. ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς. X, 12. XII. 2. Eadem vis inest etiam formulis: στῆναι ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Act. VII, 55. 56. ὑψοῦσθαι τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ. Act. II, 33. quæ etiam de Christo usurpantur, quatenus post mortem ad summam felicitatem ac majestatem apud

Deum pervenit; quemadmodum e contrario de *Deo, qui Christum summa dignitate ornavit eique summum rerum humanarum tradidit imperium*, in N. T. formulæ ὑψοῦν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, Act. V, 31. et καθίζειν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, Ephes. I, 20. adhiberi solent. In omnibus his locis *dextra Dei* non proprie intelligenda, sed ἀνθρωποπαθῶς explicanda est de *summa Dei potentia et majestate*. *Suid.* δεξιὰ Κυρίου· ἡ ἄνωθεν ἐοπὴ καὶ ἡ ἀγαθὴ ἐνέργεια παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ. Conf. *Glassii Philol. Sacra* p. 937. ex edit. *Dathii*.

5. ἐκ δεξιῶν τινὸς εἶναι *alicui adesse auxilio, opem præstare*. Act. II, 25. ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν, ἵνα μὴ σαλευθῶ quoniam mihi semper adest meque immunem præstat ab omni periculo et calamitate. Ps. XVI, 8. et CIX, 31. Ies. LXIII, 12. Metaphora non desumta videtur a patronis, seu advocatis, qui in judiciis a dextra rei stare solebant, sed ab iis, qui in prælio, ut aliquem tutum et salvum præstent, stant ad dextram ejus, tegentes eum, et excipientes ictus adversarii. Conf. 2 Sam. XVI, 6.

ΔΕΞΙΟΛΑ΄ΒΟΣ, ου, ὁ. Variæ sunt de hac voce, quæ in nullo scriptore Græco antiquo reperitur, et semel tantum in N. T. extat Act. XXIII, 23. interpretum sententiæ. *Meursius* in *Lexico Græco-barbaro: Fuit*, inquit, τῶν δεξιολάβων *munus in militia, quod lictorum in urbibus. Manus injiciebant nempe maleficis et sontibus eosque apprehendebant, quod nominis ratio manifeste loquitur, inde* δεξιολάβοι *dicti, et carceri mancipatos, aut ad supplicium ducendos, custodiebant stipabantque atque inde eos* παραφύλακας *interpretantur Magistri Græci. Vulgatus*, cum quo *Æthiops* consentit, *lancearios* reddidit. Alii, δεξιοβόλους legentes, *sagittarios* intelligunt, qui tela dextra manu mitterent. *Etym. M.* δεξιολάβος· τοξοβόλος. Alii denique *satellites, tribunos cohortis* intelligendos esse judicarunt, *Suidæ* auctoritate adducti, qui δεξιολάβους παραφύλακας, h. e. satellites, custodes corporum, interpretatus est. *Vulg. lancearios*. Omnes hæ sententiæ et conjecturæ facillime ita conciliari posse videntur, ut dicamus, δεξιολάβους fuisse *stipatores*, seu *satellites regis, aut tribuni militum, dextra lanceam gestantes, quorum munus fuerit non solum custodiam corporis regis et tribuni militum agere*, (παρὰ τὸ λαβεῖν τὴν τοῦ βασιλέως καὶ χιλιάρχου δεξιὰν) *sed etiam custodire captivos, quorum dextræ catenæ alligabantur*. (παρὰ τὸ λαβεῖν τὴν τοῦ δεσμίου δεξιάν.) Nam vincti, quominus evadere possent militum custodiam, per catenam adstringebantur manu dextra ad manum custodis sinistram. Cæterum, ut monuit *Wetstenius N. T.* T. II. p. 616. reperitur hæc vox apud *Theophylactum Simocattam* IV, 1. et *Constantin. Porphyrog. Themat.* I, 1.

ΔΕ΄ΟΜΑΙ, fut. δεήσομαι, 1. proprie: *egeo, indigeo, opus habeo*. Sic legitur apud *Æschin. Socr.* Dial. II, 27. οὐδὲν δεοίμεθα ἰατρικῆς, et paulo post: οὐδὲν δεοίμεθα χρημάτων. *Xenoph.* de *Rep. Athen.* II, 3. *Lex. Cyr. MS. Brem.* δέομαι· λείπομαι. *Lex. Vet.* δέομαι· χρῄζω. Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 838.

2. *rogo, oro, expeto mihi aliquid*. Habet post se genitivum, ubi tamen non opus est subintelligere substantivum cognatum δέησις. Matth. IX, 38. δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ rogate dominum messis. Luc. V, 12. VIII, 28. 34. δέομαί σου, *quæro ex te, dic mihi*. ibid. v. 38. Act. XXI, 39. XXVI, 3. Rom. I, 10. 2 Cor. V, 20. Galat. IV, 12.

3. *precor, preces facio*. Luc. XXI, 36. ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι precibus continuis. Act. IV, 31. X, 2. καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ διὰ παντὸς semper precibus vacans.

4. sequente ὑπὲρ, vel περὶ, *deprecor, vel pro mea, vel pro aliorum salute*. Sic legitur in N. T. Luc. XXII, 32. ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περί σου sed ego pro te deprecatus sum. Act. VIII, 24. δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κυρίον

deprecamini pro me Deum. Eadem constructio verbi δέομαι cum πρὸς, loco genitivi, reperitur Ps. XXIX, 8. καὶ πρὸς τὸν Θεόν μου δεηθήσομαι, et Ps. LXIII, 1. In *deprecandi* vero notione δέομαι legitur in vers. Alex. Job. IX, 15. Genes. XXV, 21. ἐδεῖτο δὲ Ἰσαὰκ Κυρίου περὶ Ῥεβέκκας. Sirac. XXVIII, 4. *Phavor.* δέομαι ἀξιῶ, ἱκετεύω, λίσσομαι, ποτνιῶμαι, πρεσβεύω, προτρέπομαι, παρακαλῶ, ἀντιβολῶ, λιπαρῶ, προσλιπαρῶ, λιτανεύω.

ΔΕ΄ΟΝ, οντος, τὸ, a δεῖ *oportet*,

1. proprie significat partim *deficiens*, partim *necessarium*, et inprimis, maxime in plurali numero, τὰ δέοντα de *iis* usurpatur, *quæ sunt ad vitam sustentandam necessaria*, v. c. Exod. XXI, 10. ubi Hebraico שְׁאֵר *alimentum* in vers. Alex. respondet. ib. XVI, 22. 1 Regg. IV, 22. Prov. XXX, 8. σύνταξον δέ μοι τὰ δέοντα καὶ τὰ αὐτάρκη. 2 Macc. XIII, 20. *Suid.* δέον· ἀναγκαιον. *Hesych.* δέοντα· χρῄζοντα, λείποντα.

2. *decens, conveniens legibus divinis et humanis, quod æquitas et jus permittit.* *Suid.* δέον σημαίνει καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον. *Hesych.* δέοντα· πρέποντα. Act. XIX, 19. δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν conveniebat vos sedatos esse. 1 Tim. V, 13. λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα loquentes, quæ non conveniunt legibus divinis.

3. *conveniens voluntati divinæ.* 1 Petr. I, 6. εἰ δέον ἐστὶ si ita fert voluntas Dei. Sæpius non legitur in N. T. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I. 4. 8. T. I. p. 838.

ΔΕΡΒΑΙΟΣ, ου, ὁ, *Derbensis, Derbe oriundus*, a Δέρβη *Derbe*. Semel legitur in N. T. Act. XX, 4. καὶ Γάϊος Δερβαῖος.

ΔΕ΄ΡΒΗ, ης, ἡ, *Derbe*. Est nomen proprium urbis Lycaoniæ in Isauriæ confinio, teste Paulo Act. XIV, 6. et *Ptolemæo* V, c. 6. unde a *Strabone* Libr. XII. Geogr. p. 853. C. urbs Isauriæ esse dicitur. Dicebatur etiam Δέλβεια *Delbia*, quæ vox in lingua Lycaonica *juniperum* notat. Commemoratur ter in N. T. Act. XIV, 6. 20. XVI, 1. Cf. *M. Antonini* Itinerarium p. 675. ed. *Wessel.*

ΔΕ΄ΡΜΑ, τος, τὸ, 1. *pellis, cutis, corium*, a δέρω *excorio*. *Etym. M.* δέρμα· κυρίως ἐπὶ τῶν ἀλόγων παρὰ τὸ δέρω, τὸ ἐκδέρω. *Xenoph. Anab.* IV, 8. 19.

2. *vestis e pellibus facta.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. XI, 37. ἐν αἰγείοις δέρμασιν vestimentis, e caprinis pellibus paratis, quo amictu prophetæ veteres utebantur. Zachar. XIII, 4.

ΔΕΡΜΑ΄ΤΙΝΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *coriaceus, ex corio factus*, a δέρμα. Bis legitur tantum in N. T. Matth. III, 4. καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ cingulo pelliceo accinctus. Hebr. אֵזוֹר עוֹר 2 Regg. I, 8. Marc. I, 6. *Æschin. Socr.* Dial. II, 25. σισύραν δερματίνην. *Xenoph. Anab.* IV, 7, 18.

ΔΕ΄ΡΩ, fut. δερῶ, 1. proprie quidem, ut compositum ἐκδέρω, *pellem detraho, excorio* significat, unde δέρμα *pellis;* quo in sensu in versione Alex. sec. Alex. Ald. et C. 2 Paral. XXIX, 34. Hebr. הַפְשִׁיט respondet, et legitur apud *Homerum Iliad.* I, 459. *Hesych.* δείραντες· ἐκδείραντες. Idem: ἔδειραν· ἐξέδειραν, ἐξεδερμάτισαν. *Etym. M.* δέρω· ἐκδέρω. *Suidas* et *Phavor.* δαίρω· τύπτω, δέρω δὲ, τὸ ἐκδέρω. Sed sæpe est i. q. δαίρω, et

2. *virgis et fustibus cædo, verbero, percutio*, notat, interdum etiam, *vulnus infligo.* Vid. *Pollux Onom.* III, c. 8. 9. Sic autem haud raro in N. T. legitur, v. c. Matth. XXI, 35. ὃν μὲν ἔδειραν, ubi *Beza* male correxit ἔδηραν. Luc. XII, 47. 48. δαρήσεται πολλὰς, ὀλίγας, sc. πληγὰς, gravius, levius cædetur. Joh. XVIII, 22. ubi δέρειν est i. q. διδόναι ῥάπισμα v. 21. Act. V, 40. δείραντες postquam flagris cæsi erant. ib. XXII, 19. Præterea δέρω in hac significatione occurrit in fragmentis *Aquilæ*, Prov. X, 8. *Aristoph. Ran.* 632. *Diog. Laërt.* VII, 23. Δοῦλον ἐπὶ κλοπῇ, φασὶν,

ἐμαστίγου· τοῦ δὲ εἰπόντος, εἴμαρτό μοι κλέψαι, καὶ δαρῆναι, ἔφη, e quo loco satis apparet, δέρειν a μαστιγοῦν ita differre, ut hoc sit simpliciter: *cædere, verberare*, illud: *sanguinem ictu elicere, ictu cruentare. Gloss. Gr. Lat.* δέρω· τύπτω, vapulo, castigo. Idem *Etym. M.* tradit.

3. formula: ἀέρα δέρειν *aërem verberare*, quæ 1 Cor. IX, 26. legitur, explicata jam est supra sub ἀήρ.

4. δέρειν τινὰ εἰς πρόσωπον in universum significat *contumeliosissimè et indignissimo modo aliquem tractare.* 2 Cor. XI, 20. εἴ τις ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει si quis summa vos ignominia afficiat.

ΔΕΣΜΕΎΩ, fut. εύσω, 1. proprie: *colligo, constringo, ligo, vincio*, a δεσμὸς *vinculum*. Alex. usi sunt pro אָלַם Genes. XXXVII, 7. ubi de colligatione manipulorum dicitur, et pro צָרַר Job. XXVI, 8. *Xenoph. Anab.* V, 8. 10.

2. *vinculis constringo carceri mancipatos, in vincula conjicio.* Act. XXII, 4. δεσμεύων καὶ παραδιδοὺς εἰς φυλακὴν vinculis constringens ac in carceres tradens. *Xenoph. Hiero* VI, 14. et VII, 12.

3. *impono.* Matth. XXIII, 4. δεσμεύουσι φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα imponunt onera gravia et portatu difficilia; ubi metaphora desumta est ab animalibus, quibus onera imponuntur et illigantur.

ΔΕΣΜΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, *vincio, ligo.* Semel legitur in N. T. Luc. VIII, 29. ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι vinciebatur vinculis.

ΔΕΣΜΗ᾽, ῆς, ἡ, etiam ΔΕ΄ΣΜΗ, ης, ἡ, *fasciculus, manipulus*, a δέω, seu δεσμέω *ligo*. Semel legitur in N. T. Matth. XIII, 30. δήσατε αὐτὰ εἰς δεσμὰς colligite illa in fasciculos, seu manipulos. Respondet in versione Alex. Hebr. אֲגֻדָּה *fasciculus*, Exod. XII, 22. λήψεσθε δεσμὴν ὑσσώπου. *Hesych.* δέσμην· ἀμάλλην. *Phavor.* δεσμεῖν τὸ τὰς δεσμὰς τῶν σταχύων δεῖν. Cf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 404.

ΔΕ΄ΣΜΙΟΣ, ίου, ὁ, *vinctus, captivus*, ab eodem. Matth. XXVII, 15. 16. Marc. XV, 6. Act. XVI, 25. 27. XXIII, 18. XXV, 14. 27. XXVIII, 16. 17. Ephes. III, 1. ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ ob religionis Christianæ professionem in vincula conjectus, qui ib. IV, 1. ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, et 2 Tim. I, 8. ὁ δέσμιος Κυρίου vocatur. Adde Philem. v. 1. et 9. Hebr. XIII, 3. μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων curate vinctos. Interpretes Græci V. T. Hebr. אָסִיר et אָסוּר per δέσμιος reddiderunt, v. c. Alex. Eccles. IV, 14. Thren. III, 34. Zach. IX, 11. 12. *Aquila* Ies. XIV, 17. Job. III, 18. et *Symmachus* Ies. XXIV, 22. Interdum omittitur, v. c. Luc. XXIII, 17. post ἵνα, coll. Marc. XV, 6.

ΔΕΣΜΟ΄Σ, οῦ, ὁ, et ΔΕΣΜΟ΄Ν, οῦ, τό. In universum notat *ligamentum quodcunque. Xenoph. Anab.* III, 5. 6. Speciatim significat

1. *vinculum, quo captivi ligantur et vinciuntur*, et ἁλύσεις æque ac πέδας complectitur. Luc. VIII, 29. καὶ διαῤῥήσσων τὰ δεσμὰ rumpens vincula. Act. XVI, 26. καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη et omnium vincula solvebantur. ibid. XXII, 20. Direxit autem ad normam consuetudinis Atticæ orationem suam *Lucas*, (et auctor 3 Macc. VI, 27.) *vincula* non δεσμοὺς, sed δεσμὰ appellans. Ita enim *Mœris*: Δεσμά· οὐδετέρως ἀττικῶς· δεσμοὶ ἀρσενικῶς ἑλληνικῶς. *Lucian. Prometh.* 1. Adde *Schol. Homer.* ad *Odyss.* I, 204. *Eustathium* ad *Odyss.* IX, p. 1598. 17. Rom. et *Thom. M.* voc. δεσμὰ, cujus observationem descripsit *Phavorinus*. Sed *Paulus*, qui vincula Philipp. I, 13. δεσμοὺς appellavit, hoc fecit Judæorum Alexandrinorum exemplo, Jer. II, 20. V, 5. Habac. III, 13. ut jam observavit *Fischerus* de *Vitiis Lexicorum N. T.* Prolus. XXX. p. 15.

2. *captivitas, conditio hominis, vinculis constricti.* Act. XX, 23. ὅτι δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσιν captivitatem me

et calamitates manere. ib. XXIII, 29. XXVI, 31. Philipp. I, 7. 13. ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανερούς ἐν Χριστῷ γενέσθαι ut jam omnes sciant, me ob religionem Christianam captivum esse. ib. v. 14. 16. οἰόμενοι θλῖψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου volunt molestias e vinculis novis augere. Philem. v. 10. ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου quem captivus ad religionem Christianam adduxi. ib. v. 13.

3. metaphorice: *omne impedimentum, retinaculum, frenum.* Marc. VII, 35. καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ remotum est impedimentum linguæ ejus, h. e. restituta ei est loquela, ubi ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης est morbus, qui usum linguæ impediebat, eamque quasi vinculis ligabat. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 8. 6. p. 287.

4. ὁ δεσμὸς τοῦ Σατανᾶ morbus dicitur a Satana effectus. Conf. infra sub δέω.

ΔΕΣΜΟΦΥΛΑΞ, κος, ὁ, *commentariensis, carceris et vinctorum custos,* qui Hebraice שַׂר בֵּית־הַסֹּהַר vocatur, Genes. XXXIX, 21. 22. 23. (a δεσμὸς et φύλαξ *custos.*) Legitur in N. T. tantum Act. XVI, 23. 27. 36. de custode carceris, qui Philippis Christianam religionem amplexus est.

ΔΕΣΜΩΤΗΡΙΟΝ, ου, τὸ, *carcer,* in quo captivi vincti detinentur, a δεσμός. Legitur in N. T. Matth. XI, 2. Act. V, 21. 23. XVI, 26. Hebr. בֵּית סֹהַר Genes. XL, 3. *Suid.* δεσμωτήριον· ἡ φυλακή.

ΔΕΣΜΩΤΗΣ, ου, ὁ, *vinctus, captivus,* ab eodem. Bis legitur in N. T. Act. XXVII, 1. 42. Respondet Hebraico אָסִיר in versione Alex. Genes. XXXIX, 21. et apud *Symmachum* Job. III, 18.

ΔΕΣΠΟΤΗΣ, ου, ὁ, 1. generatim *dominum* notat, *qui aliis imperat et præest alicui rei, quisquis ille sit.* Conf. *Lexicon Xenophonteum* s. h. v. Speciatim vero.

2. *summum principem* apud Græcos significat *pleno jure subditis imperantem,* seu, *qui absoluta imperandi potestate gaudet,* ut ostendit *Ezech. Spanhem.* ad *Juliani Orationes* p. 80. seq. Hinc in N. T. α) *Deus ipse dominus omnium, absolute summus,* δεσπότης vocatur Luc. II, 29. νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα nunc lubens moriar, o Deus! Act. IV, 24. δέσποτα, σὺ ὁ Θεός. Jud. v. 4. καὶ τὸν μόνον δεσπότην, Θεόν. Apoc. VI, 10. In versione Alex. respondet Hebraico אֱלֹהִים, Joh. V, 8. τὸν πάντων δεσπότην ἐπικαλέσομαι, et יְהוָה, Prov. XXIX, 26. Jer. XV, 11. Adde Sapient. VI, 7. VIII, 3. Hic vero observandum est, titulum δεσπότου *numinibus* quoque dari apud Veteres, ut multis exemplis docuit *El. Palairet. Obss. Crit.* p. 283. *Vriemoet* ad *dicta Classica V. T.* T. I. p. 131. et *F. Stosch. Archæol. Œcon. N. T.* p. 32. β) *Jesus Christus* ob summum rerum humanarum imperium ipsi a Deo traditum. 2 Petr. II, 1. καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην et Christum caput ecclesiæ, qui eos ad doctrinam et felicitatem Christianam adduxit.

3. *herus, qui præest familiæ et cujus imperio servi sunt subjecti.* 1 Tim. VI, 1. ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν. Tit. II, 9. δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι. 1 Petr. II, 18. Eodem sensu δεσπότης legitur in versione Alex. Prov. XVII, 2. et XXII, 7. Neque δεσπότης quis dicitur solum respectu servorum, sed et respectu peculii adeoque, ut Lat. *dominus,* est

4. *possessor.* 2 Tim. II, 21. καὶ εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ et utile possessori suo. Sic τοῦ βακτυλίου δεσπότης legitur apud *Lucianum* et δεσπότης χρημάτων apud *Theophyl.* Epist. 19.

5. *maritus.* 1 Petr. III, 6. ὡς Σάρρα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραὰμ κύριον αὐτὸν καλοῦσα, coll. Genes. XVIII, 12. Conferendus est hic etiam *Elsnerus* in *Obss. Sacr.* p. 403. qui docuit, maritos apud Græcos et Romanos non solum κυρίους, sed etiam δεσπότας ab uxoribus appellatos esse, v. c. ab *Euripide* in *Medea* v. 223. et *Helena* v. 578.

ΔΕΥ῾ΡΟ. Adverbium, 1. *loci, huc, in hunc locum.* Hac vero significatione omittuntur semper imperativi πάρει, πάριθι, ἐλθὲ, ἴθι, χώρει, et deinde est adverbium *hortantis* et *accersentis* et significat *veni, adesdum, redi.* Matth. XIX, 21. καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι et huc redi, sequere me. Marc. X, 21. ubi δεῦρο τῷ ὕπαγε opponitur. Luc. XVIII, 22. Joh. XI, 43. Λάζαρε δεῦρο ἔξω Lazare exi. Apoc. XVII, 1. XXI, 9. Cant. IV, 8. δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου. Hist. Susann. v. 50. δεῦρο κάθισον. *Homer. Iliad.* ψ'. v. 485. Interdum etiam hoc adverbium per *migra, abi, proficiscere*, reddi potest, v. c. Act. VII, 3. καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω migra in terram, quam tibi sum ostensurus. ibid. v. 34. καὶ νῦν δεῦρο, ἀποστελῶ σε εἰς Αἴγυπτον et jam abi, mittam enim te in Ægyptum. In hoc sensu respondet Hebr. לֵךְ apud Alexandrinos 2 Regg. III, 13. V, 19.

2. *temporis*, omisso τοῦ χρόνου, *nunc, hoc tempore*, quod interdum cum præpositione aut particula, præpositionis vicaria, constructum nominascit, exprimendum per *hoc momentum, præsens tempus.* Sic semel legitur in N. T. Rom. I, 13. καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο et semper hucusque impeditus fui. —*Suid.* δεῦρο· ἐνθάδε, ἐπὶ τοῦ παρόντος. *Hesych.* δεῦρο· ἐνθάδε, ἐλθὲ εἰς τοῦτον τὸν τόπον, ἢ ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἢ νῦν, ἢ παρακελευστικῶς. *Eustath.* in *Il.* γ'. 301, 51.

ΔΕΥ῾ΤΕ. Adverbium, *hortandi, accersendi* et *excitandi* vim habens, quod autem non in quavis cohortatione locum habet, sed in invitatione tantum ad *eundum, accedendum* vel *assidendum.* Hinc vertendum *huc, agite, adeste, venite.* Matth. IV, 19. δεῦτε ὀπίσω μου venite post me, h. e. sequimini me, estote discipuli et sectatores mei. ibid. XI, 28. δεῦτε πρός με accedite ad me, h. e. amplectimini vera fide meam doctrinam. ibid. XXII, 4. δεῦτε εἰς τοὺς γάμους venite ad convivium. ibid. XXV, 34. δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου adeste patri meo cari. ib. XXVIII, 6. Marc. I, 17. VI, 31. Joh. IV, 29. XXI, 12. Apoc. XIX, 17. Interdum simpliciter *agite, agedum*, reddendum est v. c. Matth. XXI, 38. Marc. XII, 7. Luc. XX, 14. Respondet hoc adverbium Hebraico לְכוּ, quod iisdem plane modis, ut δεῦτε a Scriptoribus N. T. usurpatur, v. c. Gen. XXXVII, 19. 2 Regg. VI, 19. XXII, 13. Alexandrini δεῦτε posuerunt pro הָבָה *agedum*, Genes. IV, 7. XI, 3. pro בֹּאוּ Judd. IX, 15. Job. XVII, 10. et pro אֶתְיוּ Ies. LVI, 9. *Phavor.* δεῦτε· ἐπίρρημα παρακελευσματικὸν, ἀντὶ τοῦ ἄγετε.

ΔΕΥΤΕΡΑΙ῾ΟΣ, αία, αῖον, 1. *secundarius, alternis diebus*, seu *secunda die aliquid faciens* vel *patiens, a* δεύτερος.

2. adverbialiter ponitur: *postridie* vel *secundo*, seu *postero die.* Sic Semel legitur in N. T. Act. XXVIII, 13. δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους, h. e. secundo die delati sumus Puteolos, pro τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ. Eodem modo δευτεραῖος usurpatum legitur a *Xenoph. Cyrop.* V, 2. 1. δευτεραῖοι δὲ ἀμφὶ δείλην γίγνονται πρὸς τῷ Γωβρύου χωρίῳ. *Diod. Sic.* XVI, 68. διανύσας ἐπὶ τὸ ἀδρανὸν δευτεραῖος. *Polyb.* II, 70. 4. Elegans vero ac frequens Græcis esse pro adverbiis adhibere adjectiva, docuit *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* III, 14. Inprimis vero numeralia in αῖος a Græcis usurpari solita esse pro adverbiis, dierum intervallum, quo quis aliquid fecerit, significantibus, ostendit *Vigerus* de *Idiotismis Gr. dict.* p. 71. Ed. Glasg. 1813. Conf. infra sub τεταρταῖος, et *J. H. Maii Obss. SS.* Lib. III, p. 135. seq.

ΔΕΥ῾ΤΕΡΟΝ. Adverbium, *iterum, secundo, secunda vice.* Joh. III, 4. μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν; poteritne iterum uterum matris intrare? ib. XXI, 16. λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον iterum, secunda vice eum interrogat. 1 Cor. XII, 28. Apoc. XIX, 3. Sæpius non legitur in N. T. In vers. Alex. pro Hebraico

שֵׁנִית Genes. XXII, 15. XLI, 5. פַּעֲמַיִם. Genes. XXVII, 36. et Chaldaico תִּנְיָנוּת, Dan. II, 7. positum reperitur.

ΔΕΥΤΕΡΟΠΡΩΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *secundo primus*, ex δεύτερος *secundus*, et πρῶτος *primus*. Vocabulum hoc novum et a Luca, ut videtur, effictum, semel tantum legitur cap. VI, 1. ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ accidit autem sabbato secundo primo. Significat autem σάββατον δευτερόπρωτον *primum sabbatum a die secundo festi paschatis numeratum*, seu *septimum diem in festo paschatis, qui æque ac primus sacer erat*. Scilicet festi paschalis, quod per 7 dies celebrabatur, secundus dies maxime erat festivus, quo primitiæ messis offerebantur Deo. Levit. XXIII, 11. Ab hoc secundo die Judæi numerant septem hebdomadas et septem sabbata, usque ad festum Pentecostes. Levit. XXIII, 15. Prima hebdomas vocabatur ἑβδομὰς δευτερόπρωτος, et primum sabbatum σάββατον δευτερόπρωτον, seu πρῶτον ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ πάσχα. Hanc interpretationem, omnium facillimam, et summa veri specie commendabilem, primus protulit *Scaliger* de *Emendatione temporum*, Lib. VI. p. 557. quem secutus est *Casaubonus* in *Exercitt. Antibaron.* p. 272. Conf. etiam *Bibl. Brem.* Cl. V, p. 422. seq.

ΔΕΥΤΕΡΟΣ, α, ον, *secundus, alter, posterior*. Matth. XXI, 30. καὶ προσελθὼν τῷ δευτέρῳ, seu, secundum alios codices, ἑτέρῳ. ib. XXII, 39. δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ alterum præceptum non absimile. Luc. XII, 38. ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ in secunda vigilia. Apoc. II, 11. — Neutrum τὸ δεύτερον adhibetur quandoque adverbialiter, significans: *iterum, rursus, secundo, secunda vice, deinde*, v. c. 2 Cor. XIII, 2. ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, Jud. v. 5. τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν deinde vero immorigeros perdidit. — Eandem significationem habet formula: ἐκ δευτέρου *secundo, secunda vice, iterum*, quæ legitur Matth. XXVI. 42. Marc. XIV, 71. Joh. IX, 24. Act. X, 15. XI, 9. Hebr. IX, 28. pro qua etiam interdum ἐν δευτέρῳ ponitur, v. c. Act. VII, 13. Expressa videtur hæc formula ad Hebraicum שֵׁנִית Jerem. I, 13. Zach. IV, 12. quanquam eodem quoque sensu legitur apud *Polybium* XIV, 9. — Ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, qui 1 Cor. XV, 47. commemoratur, est *Christus*, quem Judæi etiam Adamum postremum, seu secundum appellare solebant. Conf. supra ad Ἀδάμ.

ΔΕΧΟΜΑΙ, fut. δέξομαι, 1. *capio, sumo in manus*. Luc. II, 28. καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸν εἰς τὰς ἀγκάλας et ipse eum suis ulnis excepit. ibid. XXII, 17. καὶ δεξάμενος ποτήριον tum accepto calice. Ephes. VI, 17. *Homer. Iliad.* Ε. v. 226.

2. *accipio*, et speciatim *ultro ac lubens aliquid accipio*, inprimis si cum λαμβάνω conjungitur. Luc. XVI, 6. 7. δέξαι σου τὸ γράμμα accipe cautionem tuam. Act. XXII, 5. παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὰς δεξάμενος a quibus et litteras accepit. ib. XXVIII, 21. 2 Cor. VIII, 4. Philipp. IV, 18. δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν accepto munere vestro per Epaphroditum. *Xenoph. Cyrop.* I, 4. 10. et 5. 5. *Hesych.* δέχεσθαι· λαμβάνειν.

3. *hospitio aliquem excipio*, (*Polyb.* II, 15.) et ex adjuncto: *benigne et humaniter aliquem tracto et recipio, beneficiis afficio*, i. q. ἀποδέχομαι, nostrum: einen gutig aufnehmen, *to receive a benefit*. Matth. XVIII, 5. coll. Marc. XI, 41. Luc. IX, 11. καὶ δεξάμενος αὐτοὺς et amanter eos excepit. ib. v. 48. et 53. καὶ οὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν sed illi non hospitio exceperunt eum. ibid. XVI, 4. δέξωνταί με εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν. Act. XXI, 17. ἀσμένως ἐδέξαντο ἡμᾶς οἱ ἀδελφοὶ lubenter exceperunt nos fratres. 2 Cor. VII, 15. Galat. IV, 14. Coloss. IV, 10. δέξασθε αὐτὸν amanter et honorifice eum excipite. Hebr. XI, 31. Eodem modo legitur apud *Arrianum* Diss. *Epictet.* III, c. 26. ἵνα μηδείς σ' εἰς οἰκίαν θέλῃ δέξασθαι. *Xenoph. Anab.* VII, 7. 26. *Œcon.* V, 8.

4. *receptum aliquem continco*, i. q. κατέχω. Ex hac notione, quam multis locis veterum comprobavit *El. Palairet. Obss. Philol. Crit.* p. 281. explicandus fortasse erit locus Act. III, 21. ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι quem cœlum oportet receptum continere. Conf. *Justin. Mart. Apol.* I, §. 60. Sed haud pauci interpretes, *Lutherum* secuti, verbo δέχεσθαι in l. l. *occupandi* notionem subjicere maluerunt, ut sensus sit, *quem*, sc. *J. C. occupare oportet cœlum;* quæ explicatio egregie confirmatur loco *Eurip. Alcest.* v. 817. ubi servus ad Herculem: οὐκ ἦλθες ἐν δέοντι, δέξασθαι δόμους.

5. metaphorice: *admitto*, nostrum: statt finden lassen *to allow*. 2 Cor. VIII, 17. ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο admisit preces meas. Eodem modo לָקַח Prov. IV, 10.

6. *disco audio, cognosco*. 2 Cor. XI, 4. ἢ εὐαγγέλιον ἕτερον, ὃ οὐκ ἐδέξασθε aut aliam doctrinam, quam non a nobis edocti estis. Jacob. I, 21. ἐν πραΰτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον animo obsequioso discite doctrinam Christianam, quæ vobis traditur. *Accipere* autem Hebræis pariter ac Græcis et Latinis de auscultantibus et discentibus adhiberi solet. Ita לֶקַח in Proverbiis Salomonis (unde לֶקַח *ipsa doctrina* vocatur, quæ discitur,) et παραλαμβάνειν in N. T. haud raro adhibetur, (ut infra docebitur) item *accipere* apud *Virg. Æn.* II, 65. et ipsum adeo δέχεσθαι apud Scriptores exteros reperitur, v. c. *Herodian.* I, 5. §. 20. ad quem locum videndus *Irmischius*.

7. *assentior, fidem habeo, amplector, probo*. Matth. X, 40. qui vestræ doctrinæ fidem habet, meam adeoque ipsius Dei doctrinam amplectitur, coll. v. 14. ibid. XI, 14. εἰ θέλετε δέξασθαι si verbis meis fidem habere velletis. Luc. VIII, 13. μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον lubenter assentiuntur doctrinæ traditæ. Act. VIII, 14. ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ Samaritanos doctrinam Christianam amplexos esse. ib. XI, 1. XVII, 11. 1 Cor. II, 14. οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ non probat hanc doctrinam divinam. 1 Thess. I, 6. II, 13. *Aristot. Rhetor.* III, 17. *Thucyd.* IV, 16. *Herodot.* VII, 102.

8. *volo, οὐ δέχομαι nolo, recuso, respuo, rejicio*. 2 Thess. II, 10. ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο quia noluerunt amare, colere et venerari veram doctrinam Christianam, quasi ἀνθ' ὧν τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἠγάπησαν. *Thucyd.* V, 32. μὴ δεχομένων τῶν Ἀθηναίων nolentibus, recusantibus Atheniensibus. Conf. *Budæi Comment. Ling. Gr.* p. 892.

9. *benevole accipio, delector*. Act. VII, 59. δέξαι τὸ πνεῦμά μου benevole accipe, quam tibi sacrificii loco jam offero, vitam; nisi quis vertere malit: *recipe vitam meam*, seu *reddo tibi vitam, quam mihi dedisti*, ex notione *recipiendi*, quam δέχεσθαι habet apud *Callimachum Hymn.* in *Lavacr. Pallad.* v. 116. et *Homer. Iliad.* XVIII, 237. Sed prior interpretatio magis convenire videtur usui Hellenistarum. Nam in vers. Alex. δέχομαι haud raro Hebraico רָצָה respondet, Levit. VII, 18. XIX, 7. XXII, 23. Deut. XXXIII, 11. Adde Job. VIII, 20. Jer. VI, 20.

10. *fero, tolero, perfero*, i. q. ἀνέχομαι. 2 Cor. XI, 16. ὡς ἄφρονα δέξασθέ με me paululum jactabundum patienter ferte, coll. v. 19. *Ælian. V. H.* III, 26. De hac significatione rariori æque ac reliquis hujus vocis notionibus eleganter pro more suo egit *Schwarzius* in notis ad *Olear. de Stilo N. T.* p. 348. et in *Comment. Crit. L. Gr.* p. 319. cui addendus est *Heisenius* in *Novis Hypothesibus* ad *Epistolam Jacobi* p. 470. seq.

ΔΕ'Ω, fut. δέσω et δήσω. Verbum atticum, pro quo Græci cæteri δεσμῶ usurpant, quod

1. proprie in universum *ligare, vincire, vinctum detinere* significat, interdum etiam compositorum vim habet, et *alligare, colligare, devincire* sig-

ficat. Matth. XIII, 30. *καὶ δήσατε αὐτὰ εἰς δεσμὰς* et colligate ea in fasciculos. ibid. XXI, 2. *ὄνον δεδεμένην* asinam alligatam. Marc. V, 4. XI, 2. 4. Luc. XIX, 30. Joh. XI, 44. Act. X, 11. *τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον* quatuor extremis devinctum. ib. XXI, 33. *ἐκέλευσε δεθῆναι ἁλύσεσι δυσὶ* jussit vincire catenis duabus.

2. *in vincula conjicio.* Matth. XXVII, 2. Marc. XV, 1. 7. *μετὰ τῶν συστασιαστῶν δεδεμένος* cum factiosis in vincula conjectus. Act. IX, 2. 14. 21. XXI, 13. XXII, 5. 29. XXIV, 27. Coloss. IV, 3. *δι' ὃ καὶ δέδεμαι* ob cujus professionem sum in vincula conjectus.

3. metaphorice: *interdico, aliquid illicitum pronuncio.* Matth. XVI, 19. *ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς* quidquid interdixeris aut illicitum pronunciaveris, et a Deo prohibitum esse censebitur. Sic Chaldaicum אֱסַר et אֶסְרָה ab אֲסַר *vincire* etiam *interdictum* notat, Dan. VI, 8. 9. 14. 16. Vide *Wetstenii N. T.* T. I, p. 431. seq.

4. *obligo, ad fidem vel obsequium adstringo, obstringo.* Rom. VII, 2. *ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ* mulier maritata, vivente adhuc marito, obligata est legibus matrimonii. 1 Cor. VII, 27. *δέδεσαι γυναικὶ* obligatus es uxori. ibid. v. 39. *γυνὴ δέδεται νόμῳ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς.* Ita אָסַר Num. XXX, 5. 10.

5. *cogo, urgeo, impello ad aliquid faciendum.* Act. XX, 22. *ἐγὼ δεδεμένος τῷ πνεύματι*, h. e. ego vehementiorem animi impetum sentiens, seu, sponte mea proficiscor Hierosolymam, ut adeo *δεδεμένος τῷ πνεύματι* sit i. q. *συνεχόμενος τῷ πνεύματι*, ibid. XVIII, 5. Ita enim hanc loquendi rationem paullo obscuriorem explicandam censeo; nam eorum opinionem, qui vertunt: *animo vincula præsentiens*, orationis *συνάφεια* non admittit. Eleganter vero *δέειν*, et composita illius, cum dativo poni pro *cogere, impellere*, multis docuit *Kypke* in *Obss. Sacr.* T. II, p. 107.

6. *prohibeo, impedio.* 2 Tim. II, 9. *ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται* sed propagatio religionis Christianæ impediri nequit.

7. *morbo afficio, morbum immitto.* Luc. XIII, 16. *ἣν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς* quam morbo affecit Satanas annos octodecim. Vide supra ad *δεσμός*.

ΔΗ, particula, quæ in soluta oratione perpetuo postponitur, in carmine vero modo præponitur, modo postponitur, et varias significationes habet. Est autem

1. particula *affirmantis*, significans *omnino, sane, utique, profecto*, i. q. *δήπου*. 2 Cor. XII, 1. *καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι* gloriari sane non convenit mihi. *Æschin. Socr.* Dial. I, §. 12. *καὶ μὴν δὴ πλείστου ἂν ἦν ἀξία. Xenoph. Cyrop.* I, 5. 27. *πολὺν δὴ χρόνον.* ibid. II, 4. 11. *πολλάκις δή.*

2. *nempe, nimirum, videlicet.* Matth. XIII, 23. *ὃς δὴ καρποφορεῖ* qui videlicet fructum fert. *Xenoph. Cyrop.* I, 3. 8. *τοῦ δὴ εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς.*

3. particula *excitantis* et *hortantis, age, agedum, quæso.* Luc. II, 15. *διέλθωμεν δὴ εἰς Βηθλεὲμ* agedum Bethlehemum abeamus. Act. XV, 36. *ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν* age reversi invisamus fratres nostros. *Xenoph.* de *Rep. Laced.* VI, 3. *δὴ τί;* quorsum quæso? Judith. XIII, 11. *ἀνοίξατε δὴ τὴν πύλην.*

4. vim *concludendi* e superioribus habet, *igitur, proinde*, i. q. *ἄρα*. 1 Cor. VI, 20. *ἠγοράσθητε τιμῆς, δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν* magno redemti estis pretio, sancte igitur colite Deum etiam corpore vestro. Cant. trium puer. *μὴ δὴ παραδῷς ἡμᾶς* ne igitur tradas nos. *Gloss. MS.* in Cantica Script. *μὴ δή· μὴ οὖν. Xenoph. Mem.* III, 4. 7. *ἴθι δή, ἔφη, ἐξετάσωμεν τὰ ἔργα ἑκατέρου αὐτῶν.*

5. interdum *abundat*, v. c. Act. XIII, 2. *ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον* segregate mihi Barnabam atque Saulum. Fortasse tamen *δὴ* in hoc loco per *nunc*, seu *jam* reddi commode posset; nam non solum Job. VI, 3. in versione Alex. *τῷ* עַתָּה respondet, sed etiam apud optimos

Scriptt. Gr. pro ἤδη ponitur, v. c. *Aristoph. Plut.* v. 227. *Aves* v. 551. *Homer. Od.* I, 124. *Iliad.* II, 135. *Xenoph. Cyrop.* III, 3. 20. Adde *Schol. Aristoph. Nub.* v. 700. quem *Suidas* compilavit. *Hesych.* δὴ γάρ· ἤδη γάρ. Eleganter de variis hujus particulæ significationibus post *Vigerum* de *Græcæ Dict. Idiotismis* p. 406—412. Edit. Glasg. 1813. et *Devarium* de *Gr. Ling. particulis* p. 107. seq. ed. *Reusmanni*, egit *Irmisch. Excurs.* ad *Herodian.* I, 5. 3. T. I. Opp. p. 864. et *Sturzius* in *Lex. Xen.* s. h. v.

ΔΗΛΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *facile noscendus, manifestus, notus, evidens, perspicuus, certus.* Δῆλον, sc. ἐστὶ, *manifestum est, patet, liquet, intelligitur. Hesych.* δῆλον· φανερὸν, ὁρατόν. Matth. XXVI, 73. ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ tua te dialectus notat, seu, prodit. 1 Cor. XV, 27. δῆλον, sc. ἐστὶ, sponte intelligitur, Galat. III, 11. δῆλον exinde apparet. 1 Tim. VI, 7. Sæpius non legitur in N. T. Conf. *Vigerum* de *Idiotismis Ling. Gr.* p. 65. Edit. Glasg. 1813.

ΔΗΛΟΩ, ῶ, fut. ώσω, 1. *patefacio, manifesto, in lucem protraho.* 1 Cor. III, 13. ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει dies enim in lucem protrahet.

2. *revelo, futura alicui significo.* 2 Petr. I, 14. καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσέ μοι quemadmodum mihi etiam a Domino nostro J. C. prædictum est.

3. *nuncio, narro, perfero ad aliquem.* 1 Cor. I, 11. ἐδηλώθη γάρ μοι περὶ ὑμῶν perlatum enim est ad me de vobis. Coloss. I, 8. ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην qui etiam mihi de vestro sincero amore narravit. 2 Macc. II, 23. VII, 42. X, 10. *Polyb.* II, 22. 11.

4. *doceo, signo quodam ostendo, declaro.* Hebr. IX, 8. τοῦτο δηλοῦντος τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου quo tanquam signo declarare volebat Sp. S. ubi vid. *Wetstenius.* ibid. XII, 27. τὸ δὲ ἔτι ἅπαξ δηλοῖ τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν illa vero vox *adhuc semel* innuit abrogationem legis Mosaicæ. 1 Petr. I, 11. *Polyb.* VI, 26. 6. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* δηλῶσαι· φράσαι, δεῖξαι, σημᾶναι.

ΔΗΜΑΣ, ᾶ, ὁ. *Demas.* Nomen proprium viri Græcum, quod quibusdam (v. c. *Wetstenio N. T.* T. II. p. 366.) ex Δημήτριος contractum videtur; alii vero ex δῆμος *populus* natum esse judicant, ut significet *popularem*, seu *plebeium.* Fuit socius Pauli ejusque in propaganda religione Christiana coadjutor, qui postea, ærumnis et afflictionibus Christianorum territus, ad Judæos reversus est. Coloss. IV, 14. 2 Tim. IV, 10. Philem. v. 24.

ΔΗΜΗΓΟΡΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *verba ad populum facio, orationem ad populum habeo, concionor.* (ex δῆμος *populus*, et ἀγορέω *concionem in foro habeo.*) Verbum proprium apud historicos Scriptores de orationibus Cæsarum, regum, magistratuum et oratorum, ad populum et milites habitis; unde δημηγορίαι *conciones populares* (*Xenoph. Mem.* IV, 6. 14.) dicuntur, et δημηγόρος vocatur *orator, qui pro concione verba facit.* (*Xenoph. Hell.* VI, 2. 27.) Conf. *Taylor.* ad *Lysiæ Oratt.* p. 171. et *Spanhem.* ad *Julian. Oratt.* p. 208. Tantum legitur apud Lucam Act. XII, 21. καὶ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς et in throno sedens concionabatur ad eos. Prov. XXX, 31. καὶ βασιλεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει. *Xenoph. Mem.* III, 6. 1. *Hesych.* δημηγορῶν· εἰς τὸν δῆμον λέγων.—δημηγορῆσαι· ἐν δήμῳ λαλῆσαι. Vide *D'Orville* ad *Charit.* p. 8.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ, ου, ὁ. *Demetrius.* Nomen proprium origine Græcum (a Δημήτηρ, ερος, *Ceres*, q. d. *Cerealis*) cujusdam argentarii Ephesini, qui faciebat templa argentea Dianæ, (seu ædiculas argenteas, templum Ephesinum repræsentantes, in quas parva Dianæ simulacra recondebantur) et cum sociis artis aliisque seditionem contra Paulum movebat. Commemoratur Act. XIX, 24. 38.—Est etiam nomen viri alicujus probi, qui laudatur a Johanne Epist. III, v. 12.

ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΣ, οῦ, ὁ, 1. proprie vi etymologiæ (conflatum enim est ex

δήμιος *publicus*, et ἔργον *opus*) est *is, qui, quæ ad rempublicam pertinent, facit, cujus labores in publica cedunt commoda*, ὁ τὰ δημόσια ἐργαζόμενος, teste auctore *Etym. M.* Hinc magistratus gentis Achæorum δημιουργοὶ vocantur apud *Polybium Exc. Legat.* 47. ἔγραψε τῷ στρατηγῷ καὶ τοῖς δημιουργοῖς τῶν Ἀχαιῶν. *Aristot. Polit.* II, 10. οἱ μὲν νόμων ἐγένοντο δημιουργοὶ μόνον, οἱ δὲ καὶ πολιτείας. Cf. *Duk.* ad *Thucyd.* V, 47. *Suid.* ὁ τά δημώδη ἐργαζόμενος.

2. *quilibet opifex, auctor et conditor alicujus rei, causa.* Sic v. c. *statuarii* atque *pictores* apud *Ælian. V. H.* XIV, 37. δημιουργοὶ appellantur, et 2 Macc. IV, 1. Onias κακῶν δημιουργὸς dicitur. In hoc sensu tantum legitur Hebr. XI, 10. urbs, cujus τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς, h. e. artifex et auctor Deus est. Non solum vero a Scriptoribus sacris, sed profanis etiam vox δημιουργὸς Deo sæpissime tribuitur, quatenus est auctor et creator universi. Sic *Josephus A. J.* VII, 14. 11. τὸν Θεὸν δημιουργὸν ἀνθρωπίνων καὶ θείων appellat, (adde *Xenoph. Mem.* I, 4. 2.) et *Cicero* adeo de *Nat. Deorum* I, c. 8. Deum vocat opificem et ædificatorem mundi. Conf. *El. Palairet. Obss. Phil. et Crit.* p. 488. et *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 848. *Suid.* χειροτέχνης· ὁ τὰ μὴ ὄντα ποιῶν. *Etym. M.* δημιουργός· ὧν καὶ ὁ τῶν πάντων ποιητὴς Θεὸς δημιουργὸς εἴρηται. Vide etiam *Hesychium* s. h. v. et *Valckenar.* Diatribe in *Eurip.* reliquias p. 39. seq. nec non *Wetstenium N. T.* T. II. p. 425.

ΔΗ͂ΜΟΣ, ου, ὁ, 1. *populus, plebs.* Act. XII, 22. ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει populus vero acclamabat. ib. XIX, 33. ἤθελεν ἀπολογεῖσθαι τῷ δήμῳ ad populum pro Judæis volebat dicere.

2. *forum*, seu *omnis locus, ubi populus esse et convenire solet.* Sic legitur in N. T. Act. XVII, 5. ἐζήτουν αὐτοῦς ἀγαγεῖν εἰς τὸν δῆμον conati sunt eos producere in forum, sc. ad præfectos civitatis, quod v. 6. additur. ib. XIX, 30. τοῦ δὲ Παύλου βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, ubi δῆμος est i. q. v. 29. θέατρον dicitur. Sic etiam apud Græcos persona ponitur pro loco, ubi est et versatur, v. c. *Ælian. V. H.* II, 1. εἰς τὸν δῆμον παρελθεῖν. *Pindar. Olymp.* VII, 56. Θεὸς ponitur pro *templo Apollinis*, et apud *Xenoph. Mem.* I, 1. 4. εἰς ἀνθρώπους est: *eum in locum, ubi est frequentia hominum.*

ΔΗΜΟΣΙΑ, *palam, in conspectu populi*, plene: ἐν δημοσίᾳ χώρᾳ *in loco publico.* Est adverbium a δημόσιος *publicus.* Legitur in N. T. Act. XVI, 37. δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ palam nos virgis cædi jusserunt. ibid. XVIII, 28. XX, 20. δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους publice privatimque. 2 Macc. VI, 10. 3 Macc. II, 27. *Xenoph. Mem.* IV, 8. 2. δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν supplicio publice affectum mori.

ΔΗΜΟ'ΣΙΟΣ, ία, ον, *publicus, ad rempublicam pertinens, usibus reipublicæ destinatus*, a δῆμος *populus.* Semel legitur in N. T. Act. V, 18. καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ et posuerunt eos in custodia publica, seu, in carcere publico, qui etiam Græcis simpliciter τὸ δημόσιον, scil. οἴκημα, et Latinis publicum dicitur. *Hesych.* δημόσιον· δεσμωτήριον. Idem tradit *Schol.* ad *Thucyd.* V, 18. ubi conferendus *Dukerus.*

ΔΗΝΑ'ΡΙΟΝ, ίου, τό. Ipsa vox Latina *denarius.* Fuit nummus argenteus Romanorum, qui etiam in usu erat apud Judæos, cum a Romanis subjugati essent; unde pro censu ordinario denarium, vel ejus valorem Romanis solvere tenebantur. (Vide infra sub κῆνσος et Matth. XXII, 19.) Erat par pondere et valore drachmæ atticæ; constabat nempe decem assibus, (unde dictus videtur, quanquam postea etiam XVI asses valuerit, nam pretium numismatis, ut solet, sæpe variavit) seu quatuor sestertiis, et constituebat quartam partem argentei sicli et octavam partem nostri imperialis, seu tres grossos. Vid. *Plinii H. N.* XXI, c. 109. *Eisenschmidt* de *Ponderibus et Mensuris* c. II. p. 31. et *Marcell. Donatus* ad *Taciti Annal.* I. c. 26. Legitur in N. T. Matth. XVIII, 28. ἑκατὸν δηνάρια, seu

duodecim thaleros et dimidium. ibid. XX, 2. 9. 10. 13. ex quo loco appareret, operariis pro mercede laboris unius diei, quemadmodum, *Tacito* teste, (*Annal.* I, 17.) militibus pro stipendio unius diei, denarium tantum fuisse constitutum. (Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 453.) Marc. VI, 37. XII, 15. XIV, 5. Luc. VII, 41. X, 35. XX, 24. Joh. VI, 7. XII, 5. Apoc. VI, 6. *Hesych.* δηνάριον· τὸ νόμισμα, ἢ εἶδος ἀργυρίου.

ΔΗ΄ΠΟΤΕ. Adverbium, compositum ex δὴ et ποτὲ *aliquando*, respondens Latino *tandem*, vel *demum*, vel *cunque*, quod nunquam per se consistere potest, sed semper subjicitur articulo alicui relativo vel nomini, aut adverbio, itidem relativis, ut bene observavit *Devarius* de *Gr. Ling. Particulis* p. 110. In N. T. semel legitur Joh. V, 4. ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι quocunque demum morbo detinebatur. ubi vid. *Wetstenius*.

ΔΗ΄ΠΟΥ, *utique, omnino, sane, profecto.* Adverbium, quod fere semper in assertionibus adhibetur. (ex δὴ *sane* et ποῦ *ubi.*) Semel in N. T. legitur Hebr. II, 16. οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται non enim profecto angelis auxilium tulit. ubi videndus *Wetstenius*. *Xenoph. Anab.* VII, 6. 11. ὅπερ εἰκὸς δήπου ἦν. et *Cyrop.* I, 6. 7.

ΔΙΑ΄, præpositio variæ significationis. Nam, extra compositionem nominibus junctum et pronominibus, regit

I. *Genitivum* et respondet Latino *per*, sed varia significatione. Significat autem

1. *per*, ita, ut *causa efficiens* et quidem *principalis* indicetur. Joh. I, 3. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο omnia per ipsum creata sunt. Rom. I, 5. δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν cujus beneficio contigit nobis munus apostolicum. 1 Cor. I, 9. δι' οὗ ἐκλήθητε per quem invitati estis.

2. *per*, ita, ut *causam efficientem ministerialem* denotet. Matth. I, 22. τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου prædictum a Deo per prophetam. ibid. II, 5. 15. Act. XXI, 19. διὰ τῆς διακονίας αὐτοῦ. Joh. I, 17. ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη lex per Mosen lata est. 1 Cor. III, 5. διάκονοι δι' ὧν ἐπιστεύσατε viri, quorum ministerio ad religionem Christianam adducti estis. ibid. IV, 15. et al. Διὰ χειρὸς vel διὰ χειρῶν τινὸς *per aliquem*, Marc. VI, 3. Act. V, 12. XV, 23.—διὰ χειρῶν *arte humana*, Act. XIX, 26.

3. *per*, quando sermo est de *causa instrumentali.* Luc. I, 70. καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων προφητῶν αὐτοῦ. ibid. VIII, 4. εἶπε διὰ παραβολῆς, et v. 20. 2 Joh. v. 12. nolo scribere διὰ χάρτου καὶ μέλανος. Marc. XVI, 20. βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων. Act. XV, 32. ib. XVIII, 9. et XX, 28. Rom. III, 20. Huc refer etiam formulas διὰ βραχέων, vel δι' ὀλίγων, sc. ῥημάτων, *breviter, brevibus.* Hebr. XIII. 22. 1 Petr. V, 12. *Lysias* Orat. XI, c. 1. extr. ὡς ἂν δύνωμαι δι' ἐλαχίστων διδάξαι.—διὰ λόγου *coram, præsens, per nuncium.* Act. XV, 27. 2 Thess. II. 15.

4. *per*, de *causa impulsiva*, sive sit *principalis*, sive *minus principalis.* Rom. III, 24. διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ per redemtionem, quæ facta est per J. C. ibid. v. 22. 25. 30. IV, 13. Galat. II, 16.

5. *per*, ut *causam meritoriam* significet. Rom. V, 1. 2. 11. δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν. 1 Thess. V, 9. Act. X, 36. 43. XIII, 38. XX, 28.

6. *per*, ut *tempus* indicet. Luc. V, 5. δι' ὅλης τῆς νυκτὸς per totam noctem. Matth. XVIII, 10. διὰ παντὸς, sc. χρόνου, semper. Act. I, 3. δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα per quadraginta dies.

7. *per*, si *motum per locum* signat. Matth. II, 12. δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν per aliud iter patriam repetiere. ibid. VII, 13. διὰ τῆς στενῆς πύλης per angustam portam. VIII, 28. XIX, 24. Marc. X, 1. διὰ τοῦ, sc. μέρους, πέραν τοῦ Ἰορδάνου per regionem trans Jordanem. Luc. XVII, 11. διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας. Joh. X, 1.

διὰ τῆς Ὑδρας. *Polyb.* XI, c. 9. διὰ μέσου τοῦ τῶν Μαντινέων πεδίου. IV, c. 13. *Apollodor.* Bibl. I, 7. 4. Huc pertinent etiam loca N. T. ubi διὰ *per homines in loco stantes*, seu *per alias res, quæ sunt in aliquo loco*, significat, v. c. Luc. IV, 30. αὐτὸς δὲ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, ἐπορεύετο ipse vero per medios hostes illæsus abiit. 1 Cor. III, 16. ὡς διὰ πυρὸς tanquam ambustus.

8. *per*, in *obsecrando* et *obtestando*. Rom. XII, 1. παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ obtestor vos per amorem Dei. ibid. XV, 30. 1 Cor. I, 10. 2 Cor. X, 1.

9. *in*, notans *objectum*, i. q. εἰς. Act. III, 16. ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ fiducia in ipsum posita, i. q. ἡ εἰς αὐτόν.

10. *in*, de *loco*. Hebr. IX, 11. διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς intravit præstantius ac perfectius templum, coll. v. 12. εἰς τὰ ἅγια.

11. *in* pro ἐν. 2 Cor. III, 11. διὰ δόξης splendorem habuit et dignitatem externam, i. q. ἐν δόξῃ in sequentibus, coll. v. 7. 8. 9. ibid. IV, 11. ubi *Syrus* conferendus. Exod. XXIII, 19. οὐ σκευάσεις ἔριφον διὰ γάλακτος, loco ἐν γάλακτι.

12. *in*, *cum*, notans *statum* vel *conditionem*, pro ἐν vel σύν. Rom. II, 27. τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς te, qui habes legem scriptam et circumcisionem. ib. IV, 11. τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, h. e. ἐχόντων τὴν πίστιν τὴν ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ. Rom. VIII, 25. δι' ὑπομονῆς patienter, coll. Hebr. XII, 1. Rom. XIV, 20. τῷ διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι edenti cum offensione. 1 Cor. XVI, 3. δι' ἐπιστολῶν una cum epistolis mittam, pro σὺν ἐπιστολαῖς.

13. *in*, *intra*, de *tempore*. Matth. XXVI, 61. καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν et intra tres dies; ubi vid. *Wetstenius*. Marc. XIV, 58. Act. V, 19. διὰ νυκτὸς noctu. XVI, 9. XVII, 10. et XXIII, 31. Huc etiam referrem locum 2 Cor. V, 10. τὰ διὰ τοῦ σώματος, scil. πεπραγμένα, quæ fecit, quoad fuit in corpore, seu in vita.

14. *post*, ita, ut *temporis spatium* aut *intervallum* indicet. Marc. II, 1. δι' ἡμερῶν interjectis aliquot diebus; ubi videndus *Wetstenius*. Act. XXIV, 17. δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων plurium annorum spatio elapso, i. q. 2 Macc. I, 20. legitur: διελθόντων ἐτῶν ἱκανῶν. Galat. II, 1. διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν post quatuordecim annos. Sic et exteri præpositionem διὰ usurpant, v. c. *Aristoph. Pace* v. 569. et 709. *Plutarch. Apophth.* p. 190. *Ælian.* V, H. XIII, 42. οἰκῖσαι δὲ Μεσσήνην δι' ἐτῶν τριάκοντα καὶ διακοσίων, ubi videndus *Perizonius*. Respexisse tamen videntur Scriptores N. T. usum Hebraici מ et מִקֵּץ, Jos. XXIII, 1. Judd. XI, 4. Deut. IX, 11. XV, 1. Conf. *Krebs*. Observv. Flav. p. 319.

15. *inter*, ita, ut *præsentiam* significet. 2 Tim. II, 2. ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων quæ audivisti a me præsentibus multis testibus. Galat. III, 19. νόμος διαταγεὶς δι' ἀγγέλων lex lata et promulgata præsentibus angelis. Hebr. II, 2. Conf. *Krebs*. Obss. Flav. p. 201.

16. *juxta*. Marc. II, 23. καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων transire eum juxta agros, frugibus consitos. Hanc veram hujus loci interpretationem esse, observavit *Abreschius* Annotatt. ad *Æschylum* p. 553. Conf. *Homer*. Hymn. in Mercur. v. 320.

17. *secundum*, *ad normam*, Rom. II, 12. διὰ νόμου κριθήσονται secundum legem Mosaicam, seu, pro sua religionis Mosaicæ scientia punientur. In hoc sensu διὰ Hebraico לְפִי respondet apud Alex. Num. XXXV, 30.

18. *ad*, ita, ut *causam finalem* exprimat. 2 Petr. I, 3. τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς qui vos ad religionem Christianam adduxit eo consilio, ut consequeremini felicitatem et virtutem vere Christianam.

Huc etiam multi referunt locum Rom. VI, 4. Sed verba διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς necessario reddenda sunt per omnipotentiam Dei.

19. *præ.* 1 Cor. I, 21. διὰ τῆς σοφίας præ sapientia humana. Desunt exempla hujus usus præpositionis διὰ cum genitivo.

20. *propter:* Rom. V, 19. VIII, 3. διὰ τῆς σαρκὸς ob imbecillitatem. 2 Cor. IX, 13. coll. v. 14. Alex. pro בַּעֲבוּר Genes. VIII, 21. XII, 13. 16.

21. *sub.* 2 Pet. III, 6. δι' ὧν sub quibus, seu quibus ita existentibus, ut h. l. *Krebsius* ad *Schoettgenii Lexicon N. T.* s. h. v. et *Marklandus* ad *Lysiam* p. 553. exposuerunt.— Regit

II. *Accusativum* et valet 1. *per*, innuens *causam efficientem*. Joh. VI, 57. κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα, καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται δι' ἐμὲ et ego felicitatem meam debeo beneficio patris, ita etiam per me omnes mei sectatores felices erunt. Apoc. XII, 11. διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου καὶ διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν vicerunt per sanguinem agni et per doctrinam, quam profitebantur. 1 Joh. II, 12. Conf. *Obss. Miscell. Amstel.* Vol. III, p. 99.

2. *per*, ita, ut indicet *causam impulsivam*. Matth. XXVII, 18. διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτὸν impellente invidia tradiderunt eum. Marc. XV, 10. Luc. I, 78. διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν per summam Dei nostri benignitatem. Joh. X, 32.

3. *ob*, *propter*, ita, ut significet *causam finalem*. Matth. XV, 6. διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν propter traditiones vestras. Rom. XIII, 5. οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συνείδησιν non tam pœnæ, quam conscientiæ causa. 1 Cor. IX, 23. τοῦτο δὲ ποιῶ διὰ τὸ εὐαγγέλιον hoc vero doctrinæ Christianæ tradendæ causa facio. Adde Matth. XIX, 12. Marc. II, 27. Joh. XI, 42. XII, 9. 30. Rom. IV, 23. 24. XI, 28.

4. *præ.* Marc. II, 4. διὰ τὸν ὄχλον præ turba.

5. *pro ratione*, *pro respectu.* Hebr. V, 12. διὰ τὸν χρόνον pro temporis ratione.

6. *in*, *inter*, ita, ut statum et conditionem significet, pro ἐν vel σύν. Galat. IV, 13. δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον inter quas afflictiones vobis olim tradiderim doctrinam Christianam.

7. *post*, de tempore. Hebr. II, 9. διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου exantlata morte; aut etiam reddi posset; *ob mortem exantlatam.*

8. Servit cautioni, ne quid fiat, uti *propterea*, *ut ne.* 1 Cor. VII, 2. διὰ δὲ τὰς πορνείας ut scortatio evitetur. ibid. X, 25. 27.

9. *quod attinet ad.* Rom. III, 27. διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων quod attinet ad remissionem peccatorum, olim commissorum. ibid. VIII, 10. δι' ἁμαρτίαν — διὰ δικαιοσύνην quod attinet ad peccatum et virtutem. — —

10. Interdum omittitur. v. c. Gal. IV, 11. φοβοῦμαι ὑμᾶς pro δι' ὑμᾶς. Bene *Grotius:* res vestræ timorem mihi incutiunt. Conf. *Abresch. Lectt. Aristæn.* pag. 79.

Huc etiam pertinet formula ΔΙΑ' ΤΟΥ̃ΤΟ separatim annotanda. Significat autem α) *propterea*, *ideo.* Matth. XII, 27. διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταὶ propterea hi vos convincent contumeliæ vestræ. Rom. I, 26. διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς propterea permisit eos Deus, coll. v. 24. Adde Matth. VI, 25. β) *propterea quod.* Joh. VII, 22. διὰ τοῦτο Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν propterea quod Moses dedit vobis circumcisionem — vel ipso sabbato circumciditis. Debeo hanc explicationem *Elsnero* p. 315. qui hoc modo etiam capi posse putat διὰ τοῦτο Matth. XVIII, 23. Confer Alex. ad Genes. XXXVIII, 26. Num. X, 31. et XIV, 43. γ) *præterea*, *porro*, ut sit mera connectendi particula. Matth. XII, 31. διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν

præterea affirmo vobis. ibid. XIII, 52. δ) interdum est mera formula transeundi, quæ solum orationis consecutionem indicat, i. q. οὖν *igitur, itaque.* Rom. V, 12. coll. v. 18. ἄρα οὖν. ε) interdum denique plane superflua est. Marc. XII, 24. οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, coll. Matth. XXII, 29. Eodem modo לָבֵן πλεονάζει Judd. VIII. 7. Jerem. XLIX, 26.— Διὰ cum articulo infinitivis quoque, in tempus finitum resolvendis, præmittitur, et significat *quod, eo quod, propterea quod, quia, quoniam*, v. c. Matth. XIII, 5. διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς. v. 6. XXIV, 12. Marc. IV, 5. Luc. VIII, 6. Philipp. I, 7. etc.

ΔΙΑΒΑΊΝΩ, fut. βήσομαι, 1. *transeo, permeo, trajicio.* Luc. XVI, 26. οἱ θέλοντες διαβῆναι ἔνθεν πρὸς ὑμᾶς qui velint hinc transire, seu pervenire ad vos. Hebr. XI, 29. πίστει διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν fiducia pleni transierunt mare rubrum. *Apollodor.* Bibl. II, 1. 3. διέβη τὸν τότε μὲν καλούμενον Πόρον Θρᾴκιον.

2. *proficiscor, iter facio in aliquem locum.* Act. XVI, 9. διαβὰς εἰς Μακεδονίαν proficiscere in Macedoniam. *Hesych.* διαβαίνει· διαπερᾷ.—διέβη· παρῆλθεν, ἐπέρασε.

ΔΙΑΒΆΛΛΩ, fut. βαλῶ, p. βέβληκα, 1. proprie: *trajicio, transfero, transmitto, porrigo.* (ex διὰ et βάλλω *jacio.*) In hac propria notione legitur apud *Diog. Laërt.* I, sect. 118. διαβαλόντα τῆς θύρας τὸν δάκτυλον cum porrexisset per januam digitum Pherecydes. Speciatim vero de luctatoribus usurpatur, qui variis artibus se invicem de statu dejicere et distrahere conantur. Conf. *Salmas.* ad *Solinum* p. 663. et *Klotzium* ad *Tyrtæum* v. 31. Hinc

2. διαβάλλομαι *fallere, decipere* notat. Sic autem tantum in exteris Scriptoribus legitur, v. c. *Herodot.* V, 107. *Aristoph.* Aves v. 1647. διαβάλλεταί σε ὁ θεῖος, ubi *Scholiastes:* τῷ διαβάλλεσθαι χρῶνται ἀντὶ τοῦ ἐξαπατᾶν, κ. τ. λ. *Hesych.* διεβάλλοντο· ἐξηπάτησαν. Conf. *Alberti* ad *Hesychium* T. I. p. 937.

3. *culpam in alium transfero, defero innoxium, alium in invidiam et odium adduco, calumnior.* Sic legitur in vers. *Theodot.* Dan. III, 8. καὶ διέβαλλον τοὺς Ἰουδαίους pro Chald. וַאֲבַלוּ קַרְצֵיהוֹן הֵי יְהוּדָיֵא et cap. VI, 25. *Herodot.* V, 35. *Thucyd.* IV, 21. VIII, 81.

4. catachrestice: *denuncio aliquid, accuso, defero*, ut delatio non sit falsa et ficta, sed vera. Sic semel legitur in N. T. Luc. XVI, 1. οὗτος διεβλήθη αὐτῷ hic apud eum delatus est, ubi, non falsam fuisse istam delationem, sequentia docent. Eodem sensu legitur apud *Philostratum* Vit. Apollon. III, 38. Conf. *Krebs.* Observv. Flav. p. 127.

ΔΙΑΒΕΒΑΙΟ΄ΟΜΑΙ, οῦμαι, *affirmo, assevero aliquid, cum ardore defendo et pro certo trado.* (ex διὰ, quod in compositis haud raro significationem intendit, et βεβαιόω *firmo*, unde activum διαβεβαιόω proprie sensu physico *confirmare, constituere* significat.) In N. T. bis legitur. 1 Tim. I, 7. μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται nec tamen intelligentes, neque quæ loquuntur, neque quid affirment et defendant, aut quibus argumentis se tueantur. *Syrus* h. l. usus est voce ܬܩܦ *rixari, contendere.* Vide *Wetstenium N. T.* T. II. p. 316. Tit. III, 8. καὶ περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι eamque, ut diligenter tradas, idoneis argumentis defendas et auditoribus inculces, volo. In eadem significatione, intercedente præpositione περὶ cum genitivo, legitur apud *Polybium* Virt. p. 1396. διορίζόμενος καὶ διαβεβαιούμενος περὶ τούτων. Interdum tamen apud Græcos ponitur etiam in passiva voce pro *affirmari*, v. c. *Ælian.* V. H. III, c. 15.

ΔΙΑΒΛΕ΄ΠΩ, fut. βλέψω. *Stephanus* in Thesauro Ling. Gr. T. IV, p. 729. hanc vocem nulla plane auctoritate stabilitam posuit, ut adeo nec qua constructionem, nec qua signifi-

cationem Græca videatur. Ex analogia Græcæ linguæ videtur

1. significare, *perspicere, visu penetrare, exacte et omnibus partibus aliquid contemplari*, quemadmodum v. c. διαγινώσκειν *rem pluribus modis contemplari*, et διαδοκιμάζειν *rem omnibus partibus considerare et explorare*, v. c. *Xenoph.* Œconom. XIX, 16. notat. Sed in N. T. ubi bis tantum occurrit,

2. *operam dare, agere, se componere et convertere ad aliquid*, significat. Matth. VII, 5. Luc. VI, 42. τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου tum demum ad eximendam festucam ex oculo fratris tui te compone.

ΔΙΆΒΟΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. generatim notat *delatorem, adversarium in judicio*, nec differt a voce Σατανᾶς, cum qua haud raro permutatur, v. c. Matth. IV, 1. coll. Marc. I, 13. et Job. I, 6. ubi pro Hebraico שָׂטָן, *Aquila* Σατὰν, *Alex.* διάβολος et *Theodot.* ἀντικείμενος habent. Speciatim vero ita dicitur

2. *qui est ad calumniandum proclivis, calumniator.* Sic legitur in N. T. 1 Tim. III, 11. ubi Apostolus vult, mulieres esse μὴ διαβόλους. Idem Tit. II, 3. a presbyteris requirit. 2 Tim. III, 3. Huc etiam pertinent verba, quæ Ephes. IV, 27. leguntur: μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ, sive vertantur: *ne præbeatis aures faciles obtrectatori et calumniatori*, sive reddantur: *nolite ita agere, ut adversarii religionis Christianæ habeant, quod vos carpere possint*, ut adeo ὁ διάβολος sit nomen commune omnium adversariorum religionis Christianæ, omnem ei detrahendi, ejusque sectatores calumniandi occasionem captantium. 1 Tim. III, 7. *Xenoph.* Agesil. XI, 5. τούς γε μὴν διαβόλους μᾶλλον ἢ τοὺς κλέπτας ἐμίσει. *Demosth.* de Coron. c. 8. *Aristoph. Equit.* 45. *Athenæus* XI, p. 508. D. *Pollux* V, 11. 8.

3. omnino *adversarius, hostis.* Joh. VI, 70, καὶ ἐξ ὑμῶν εἷς διάβολός ἐστιν et tamen unus e vobis inimicus mihi est. Sermo autem est de Juda Iscariota. Eodem modo διάβολος usurpatur 1 Macc. I, 36. Etiam διαβάλλεσθαι vel potius διαβεβλῆσθαι *odio habere* significat, v. c. apud *Strabonem Geogr.* XVII, p. 792. ubi videndus *Casaubonus.* Confer etiam *Lampe* in *Comment. ad Johannem* T. II. p. 301.

4. κατ' ἐξοχὴν ita dicitur *princeps ac magister geniorum malorum, Satanas*, (cujus varia nomina apud Judæos veteres recenset *Wetstenius N. T.* T. I. p. 269. seq.) ita dictus, qui partim homines calumniari apud Deum, et coram eo accusare die et nocte, partim eos decipere variis artibus, et ad peccata incitare e vulgari Judæorum opinione (Apoc. XII, 9. 10.) credebatur; nam διαβάλλειν accusandi, calumniandi et decipiendi notionem habere, supra ad hanc vocem a me est demonstratum. *Suid.* Σατανᾶς· ὅτι Σατανᾶς κατὰ τὴν Ἑβραίων γλῶσσαν ὁ ἀποστάτης λέγεται, ὁ αὐτὸς καὶ ὁ διάβολος, ὡς τὸν Θεὸν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους συκοφαντῶν, καὶ αὐτοῖς γε τοῖς ἀνθρώποις ἔριν πρὸς ἀλλήλους ἐμβαλὼν καὶ μάχην. Matth. IV, 1. 5. 8. XXV, 41. τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Luc. IV, 2. 3. seq. VIII, 12. Ephes. VI, 11. Jud. v. 9. Apoc. XII, 9. XX, 2. 10. Interdum etiam pro *tota malignorum spirituum caterva*, aut *singulis geniis malis* usurpatur, v. c. Act. X, 38. Huc pertinent etiam formulæ quædam, separatim spectandæ et annotandæ, ut, quæ fuerit Christi et Apostolorum ætate de studiis diaboli et dæmonum sententia, eo facilius cognoscatur. α) ἐκ τοῦ διαβόλου εἶναι, υἱὸν seu τέκνον διαβόλου εἶναι, h. e. *admodum vitiosum et perversum esse, imitari diabolum, animam diaboli ostendere.* Joh. VIII, 44. ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν vos patrem diabolum habetis, quia delectamini pravis cupiditatibus, quibus pater ille vester deditus est. Act. XIII, 10. υἱὸς διαβόλου vocatur *Elymas* magus, homo, ut in sequentibus explicatur, plenus omni

fraude, dolo, impius, et adversarius Christianæ veritatis, qui proconsulem a fide avertere conatus fuerat. 1 Joh. III, 8. ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν, et ibid. v. 10. τέκνα τοῦ διαβόλου opponuntur τοῖς τέκνοις τοῦ Θεοῦ, h. e. iis, qui animum divinum ostendunt. β) ἔργα τοῦ διαβόλου *studia diaboli*, h. e. *hostilis erga veritatem et virtutem animus, peccata et vitia omnis generis.* 1 Joh. III, 8. εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵνα λύσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου ideo Jesus in has terras venit, ut omnem vitiositatem removeret, coll. v. 5. γ) καταδυναστεύεσθαι ὑπὸ τοῦ διαβόλου *is* dicitur, *cujus corpus a pravis dæmonibus obsideri ac vexari credebatur, gravissimo et fere insanabili morbo correptus.* Act. X, 38. ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου. δ) ἀντιστῆναι τῷ διαβόλῳ *resistere omnibus incitationibus et sollicitationibus ad peccatum et vitiositatem, quæcunque demum sint.* Jac. IV, 7. ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν thuet nur allen Anreizungen zur Sunde, muthigen Widerstand, so werdet ihr von der macht der Fehlerhaftigkeit nichts zu befurchten haben *make bold resistance to all temptations to sin, and you shall have nothing to fear from the power of errors.* ε) ἡ τοῦ διαβόλου παγὶς *vis et imperium vitiositatis*, adjuncta *miseriæ* notione. 2 Tim. II, 26. καὶ ἀνανήψωσι (ἐνσθέντες) ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος. ζ) In N. T. διαβόλου nomine innuitur, *quidquid rei Christianæ et Christo adversum tentatur ac peragitur*, maxime vero *calamitates et persecutiones, quibuscum Christi et Apostolorum ætate Christianis conflictandum erat, et quæ Satanæ auctori vulgo tribui solebant*, v. c. Ephes. VI, 11. coll. v. 12. 13. 1 Thess. II, 18. 1 Petr. V, 8. 9. coll. Apoc. II, 10. XII, 12. Hinc explicari fortasse posset locus Joh. XIII, 2.

ΔΙΑΓΓΈΛΛΩ, fut. ελῶ, *nuncios in omnes partes mitto, divulgo, denuncio per diversa loca*, interdum etiam i. q. simplex ἀγγέλλω *nuncio, annuncio*, quemadmodum etiam in vers. Alex. Hebr. סָפַר Exod. IX, 16. et אָמַר Jos. VI, 10. respondet. (ex διὰ et ἀγγέλλω *nuncio*.) Ter tantum legitur in N. T. Luc. IX, 60. διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ trade doctrinam meam salutarem. Act. XXI, 26. διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ annuncians sacerdotibus, completos esse dies lustrationis. Rom. IX, 17. ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ et ut ubique majestas mea celebretur. Conf. Alex. Levit. XXV, 9. *Xenoph. Anab.* VII, 1. 9. διαγγέλλει εἰς τὸ στράτευμα. *Herodian.* I, 7. 1. τῆς δὲ ἐξόδου διαγγελθείσης, ubi vid. *Irmisch. Hesych.* διαγγέλλει· ἀπαγγέλλει, διαθραμεῖ. — διαγγέλλω· ἀπαγγέλλω, διέξειμι τῷ λόγῳ.

ΔΙΑ΄ΓΕ, *tamen propter*, ex διὰ et γε, Partic. enclitica. Luc. XI, 8. διάγε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ tamen propter flagitantis pertinacitatem. ib. XVIII, 5. διάγε τὸ παρέχειν μοι κόπον tamen ob molestias, quas mihi facit. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΙΑΓΊΝΟΜΑΙ, fut. γενήσομαι,

1. *intersum, intercedo, interjicior.* (ex διὰ et γίνομαι *sum.*) *Euseb.* H. E. I, 10.

2. de tempore, *absolvor, elabor, exigor, transigor.* Marc. XVI, 1. διαγενομένου τοῦ σαββάτου elapso sabbato. Act. XXV, 13. ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν post aliquot dies. *Vulgatus: et cum dies aliquot transacti essent.* ib. XXVII, 9. ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγενομένου tempore longo interposito. Sæpius non legitur in N. T. *Ælian.* V. H. III, 19. τριῶν μηνῶν διαγενομένων. *Herodian.* I, 10. 1. ubi videndus *Irmischius* p. 380. Alia loca collegit *Wetstenius N. T.* T. I. p. 639. et *Elsnerus* in *Commentario in Marcum* T. III. p. 257. *Hesych.* διαγεγονότος· παρελθόντος.

ΔΙΑΓΙΝΩ΄ΣΚΩ, fut. γνώσομαι,

1. proprie: *rem pluribus modis contemplor, accurate contemplor*, nam διὰ in compositione simplicis notionem

augere et distributionem significare, docuit *Zeunius* ad *Vigerum* de Idiotismis Ling. Gr. p. 483. Edit. Glasg. 1813. Interdum tamen est i. q. simplex γινώσκω. Conf. *Spanhem.* ad *Aristoph.* Plutum v. 91. Hinc

2. *dignosco, discerno.* Sic legitur apud *Æschinem Socr.* Dial. I, 12. ὥστε διαγιγνώσκειν αὐτάς. *Xenoph.* Mem. III, 1. 9. καὶ διαγιγνώσκειν σε τοὺς ἀγαθοὺς καὶ τοὺς κακοὺς ἐδίδαξεν. Hinc

3. sensu forensi: *cognosco de aliquo, causam alicujus examino,* nostrum: eine gerichtliche Untersuchung anstellen *to order a legal inquisition.* Sic bis legitur in N. T. Act. XXIII, 15. ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ quasi diligentius ejus causam examinaturi. ibid. XXIV, 22. διαγνώσομαι τὸ καθ' ὑμᾶς cognoscam de vobis. *Dionys. Hal. Ant.* II, 14. *Hesych.* διαγνούς· διακρίνας, δίκαιον αἰσθόμενος, ἐπιγνούς, συνιείς, νοήσας.—διαγνῶναι· ἐπιγνῶναι.

ΔΙΑΓΝΩΡΙΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie: *divulgo aliquid, ut aliis innotescat, spargo rumorem.*

2. simpliciter: *narro, expono.* Sic semel legitur in N. T. Luc. II, 17. διεγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς περὶ τοῦ παιδίου τούτου narrarunt omnia, quæ ipsis de puero essent dicta. Conf. *Jensii* Ferculum Litterarium p. 37.

ΔΙΑΓΝΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *cognitio accurata et plenior, dijudicatio.*

2. sensu forensi: *cognitio causæ,* i. q. διαδικασία, qua voce eam *Mœris* explicat; ad quem locum conf. *Piersonum* et *Sallierium.* Sic semel in N. T. legitur Act. XXV, 21. εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν ut asservaretur ad Augusti cognitionem. Simili sensu legitur Sapient. III, 18. οὐδὲ ἐν ἡμέρᾳ διαγνώσεως παραμύθιον. *Joseph. A. J.* XV, 3. 8. *Dio* LII. p. 328.

ΔΙΑΓΟΓΓΥΖΩ, fut. ύσω, *murmuro, obmurmuro, ex indignatione, vel impatientia, submissa voce vel clanculum obloquor.* (ex διὰ et γογγύζω *murmuro.*) Bis tantum legitur in N. T. Luc. XV, 2. καὶ διεγόγγυζον οἱ Φαρισαῖοι et obmurmurarunt Pharisæi. ibid. XIX, 7. Sirac. XXXI, 29.

ΔΙΑΓΡΗΓΟΡΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *evigilo, expergiscor.* In N. T. tantum legitur Luc. IX, 32. διαγρηγορήσαντες δὲ εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ expergefacti videbant ejus majestatem.

ΔΙΑΓΩ, fut. άξω, 1. proprie: *duco, traduco, perduco, trajicio, transmitto.* (ex διὰ et ἄγω, *duco, ago.*) In hac propria notione haud raro legitur in vers. Alex. ubi Hebraicis הֶעֱבִיר, 2 Sam. XII, 31. 2 Regg. XVI, 3. מוֹלִיךְ, Job. XII, 17. etiam הֵבִיא. Zach. XIII, 9. respondet.

2. *ago, transigo,* de tempore, plane ut nostrum: zubringen, hinbringen *to pass the time.* 1 Tim. II, 2. ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ut vitam, maxime tranquillam et quietam, agamus. 2 Macc. XII, 38. αὐτόθι τὸν σάββατον διήγαγον. *Hesych.* διάγει· διατρίβει. *Thom. M.* διάγω· τὸ διατρίβω. *Aristoph.* Nubes 463. *Vesp.* 1000. *Sophocl. Œdip. Colon.* 1614. *Ælian. H. A.* XVI, 23. *Arrian. Epict.* I, 10. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 12. 11. et *Salmas.* ad *Spartian. Adrian.* c. 15.

3. interdum elliptice ponitur pro διάγειν τὸν βίον, αἰῶνα, χρόνον, *vivo, dego, vitam transigo.* Tit. III, 3. ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες in malitia et invidia vitam transigentes. Eadem ellipsis reperitur Sirac. XXXVIII, 27. ὅστις νύκτωρ ὡς ἡμέρᾳ διάγει, sc. βίον. *Xenoph.* Mem. I, 3. 5. ἀβασκάνως καὶ ἀσφαλῶς διάγοι. *Æschin. Socr.* Dial. III, 3. Alia loca dedit *Wetstenius N. T.* T. II. p. 377.

ΔΙΑΔΕΧΟΜΑΙ, fut. έξομαι, quod proprie notat: *manu de manu traditum mihi accipio,* duas maxime habet notiones apud Scriptores Græcos.

1. si construitur cum accusativo personæ, notat: *succedere alicui,* unde διαδοχὴ *ipsa successio* dicitur. Sic *Diog. Laërt.* IV, 1. διεδέξατο δ' αὐτὸν Σπεύσιππος, sc. ἐν τῇ ἀκαδημίᾳ. ibid. V, 4. 1. τοῦτον διεδέξατο Λύκος. *Xenoph.*

Anab. I, 5. 2. Interdum etiam absolute, omisso accusativo personæ, pro *succedo* adhibetur, v. c. apud *Lysiam* Orat. XII. τοῖς διαδεχομένοις στρατηγοῖς παρεδίδοσαν. 2 Macc. IV, 31. IX, 23.

2. si vero cum accusativo rei jungitur, de iis usurpatur, qui successione accipiunt aliquid ab aliis, et notat: *succedendo aliquid ab aliis traditum et relictum accipere.* *Herodian.* I, 5. 2. ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλείαν διαδεχομένοις. *Ælian.* V. H. XIII, 1. *Suid.* διαδέχομαι· τὸ διὰ πολλῶν ἐρχόμενον ἀφ' ἑτέρᾳ εἰς ἕτερον ἐπ' ἐμὲ ἦκον δέχομαι. Sic etiam semel in N. T. legitur Act. VII, 45. ἣν (sc. σκηνὴν) καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν quod, sc. tabernaculum, quasi per manus traditum, a majoribus accipientes introduxerunt.

ΔΙΑ΄ΔΗΜΑ, ατος, τὸ, *diadema, infula, qua reges frontem et caput præligabant, ornamentum capitis regium*, a διαδέω *cingo, redimio.* Apud priscos fuit *fascia candida*, qua caput diversimode cingebatur in insigne regni, cui autem deinde *corona* successit. De ejus forma vide *Casaubonum* ad *Sueton.* Cæs. c. 79. et *Ez. Spanhem.* de Usu et Præstantia Numismatum p. 385. seq. In N. T. tantum ter legitur. Apoc. XII, 3. XIII, 1. XIX, 12. Reperitur etiam aliquoties in vers. Alex. pro כֶּתֶר Esther. I, 11. II, 17. et pro צָנִיף Ies. LXII, 3. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 3. 7. ubi vid. *Hutchinson. Hesych.* διάδημα· στέμμα βασιλέως, κεφαλῆς κόσμος, ἤγουν στέφανος, ἢ βασιλέως σύμβολον.

ΔΙΑΔΙ΄ΔΩΜΙ, fut. δώσω, 1. proprie: *trado per manus in manus.* (ex διὰ et δίδωμι *do.*) *Thucyd.* I, 76. *Dionys. Halic. Ant.* VI, 14.

2. *distribuo.* Utriusque notionis vestigia extant in loco Joh. VI, 11. καὶ διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις, scil. διέδωκαν, et Jesus *tradebat* discipulis panes *distribuendos* accumbentibus. In notione *distribuendi* præterea legitur Act. IV, 35. διέδοτο δὲ ἑκάστῳ, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν distribuebatur autem inde unicuique, prout quis opus habebat. Luc. XVIII, 22. διάδος πτωχοῖς distribue pauperibus. *Xenoph.* Œcon. XIII, 12. διαδεδωκότας τοῖς πλείστου ἀξίοις τὰ κράτιστα. Cyrop. I, 3. 6. ἕως διεδόθη πάντα ἃ ἔλαβε κρέα. *Apollodor. Bibl.* II, 1. ἐγχειρίδια διαδίδωσι ταῖς Θυγατράσι. Hinc διαδόσεις· αἱ ἐκ διαιρέσεως ἴσης ἐπιβάλλουσαι δόσεις, teste *Suida.*

3. *diripio*, i. q. διαρπάζω. In hac notione rariori legitur Luc. XI, 22. τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ αἴρει καὶ τὰ σκῦλα αὐτοῦ διαδίδωσι tollit armaturam ejus et supellectilem ejus *diripit*, coll. Matth. XII, 29. καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει. Eodem modo διανέμεσθαι et μερίσασθαι *diripere* notat, ut docuit multis *Vorstius* in Philologia S. p. 79. ed. *Fischeri.*

4. *do, committo, trado.* Apoc. XVII, 13. καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐξουσίαν ἑαυτῶν τῷ θηρίῳ διαδώσουσιν, ubi in codicibus haud paucis διδόασιν, etiam δώσουσιν legitur, e glossemate, ut opinor. Confer etiam *Fischeri Animadvv. ad Welleri Gramm. Gr.* p. 221.

ΔΙΑ΄ΔΟΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *successor*, a præterit. med. διαδέδοχα, verbi διαδέχομαι *succedo.* In N. T. tantum legitur Act. XXIV, 7. ἔλαβε διάδοχον ὁ Φῆλιξ accepit successorem Felix. Sirac. XLVI, 1. διάδοχος Μωϋσῆ ἐν προφητείαις. ib. XLVIII, 8. *Plutarch. Lycurg.* p. 41. C. *Xenoph. Hist. Gr.* I, 1. 23. et III, 4. 20.

ΔΙΑΖΩΝΝΥ΄Ω, vel ΔΙΑΖΩ΄ΝΝΥΜΙ, fut. ζώσω, *præcingo, succingo*, ex διὰ et ζώννυμι *cingo.* Joh. XIII, 4. καὶ λαβὼν λέντιον διέζωσεν ἑαυτὸν et sumto linteo præcinxit se. ib. v. 5. ᾧ ἦν διεζωσμένος quo erat præcinctus. Medium διαζώννυμαι *me ipse succingo.* Joh. XXI, 7. τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο tunica succinxit se. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΙΑΘΗ΄ΚΗ, ης, ἡ. De hujus vocabuli potestate docte disputavit *J. G. Rosenmullerus* in Diatribe de Vocabuli διαθήκη in libris N. T. vario usu, Erlangæ 1778. 4. *J. Medhurst.* in *D. de vera vocis διαθήκης in SS. sig-*

nificatione, in *Bibl. Hagana* Cl. II. p. 533. et *P. E. Jablonski* in *Exc. de genuina et propria significatione τῆς διαθήκης in scriptis N. T. Fr. ad Viadr.* 1733. 4. et in *Novis Miscell. Lips.* Vol. VI. P. II. Generatim

1. notat *dispositionem, qualiscunque ea sit*, a *διατίθημι dispono*.

2. speciatim *testamentum*, quod vulgo vocant, (qua voce etiam *Vulgatus* plerumque usus est pro Græco *διαθήκη* et Hebraico בְּרִית) seu *tabulæ extremæ voluntatis de hæreditate*, *ἡ ἐπὶ θνήσκοντος διάταξις*, interprete *Suida*. Sic legitur in N. T. Galat. III, 15. *ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ ἢ ἐπιδιατάσσεται* testamento legitime facto nemo aliquid detrahit, aut novas conditiones insuper addit. Hebr. IX, 16. *ὅπου γὰρ διαθήκη* ut testamentum aliquod ratum sit. ib. v. 17. *διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία* testamentum ratum fit morte testatoris. Habere autem *διαθήκην* etiam apud Græcos Scriptores haud raro notionem testamenti, *Albertus* in Observv. Philolog. in Sacros N. T. libros p. 199. seq. luculentissime demonstravit. Conf. etiam *Carpzov.* Exerc. Sacr. in Epistolam ad Hebræos p. 418. *Veteres Glossæ verborum Juris : Διαθήκη ἐστὶ δικαία βούλησις, ὧν τις ἐθέλει μετὰ θάνατον αὐτοῦ γενέσθαι.*

3. *fœdus, pactum, conventio*, inprimis de pace, amicitia et mutuis auxiliis. *Hesych. διαθήκη· συνομωσία ἐνικῶς. Suid. διαθήκη· συνθήκη. Aristoph. Avib.* 434. Etiam *Syri* et *Arabes* eadem voce *fœdus* et *testamentum* exprimunt. *Syris* etiam ܩܝܡܐ est *fœdus* et *testamentum* et *Arabibus* idem sonat ميثاق. Jam, quia in fœdere quolibet res duæ perpetuo solent contineri, promissio altera, altera lex, seu conditio, qua quid promittitur, factum est, ut *διαθήκη* in N. T. etiam

4. *promissionem certam et indubitatam, juratam et sollemnem* significaret, quam significationem jam *Suidas* attulit, cujus verba hæc sunt; *διαθήκη· ἡ Θεοῦ πρὸς Ἀβραὰμ καὶ τοὺς λοιποὺς προπάτορας γενομένη ἐπαγγελία κ. τ. λ.* Sic autem aliquoties legitur in N. T. Luc. I, 72. *καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ* memor sancti sui promissi. Act. III, 25. *ὑμεῖς ἐστε υἱοὶ τῆς διαθήκης* ad vos maxime pertinet promissio illa, quam Deus majoribus nostris dedit. Galat. III, 17. *διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς Χριστὸν* promissi, a Deo ante legem Mosaicam data, ut ad Christum pertineat, coll. v. 16. ubi *αἱ ἐπαγγελίαι* dicuntur. Rom. XI, 27. Eodem modo Hebraicum בְּרִית sumitur, v. c. Genes. IX, 9. 11. Levit. XXVI, 42. Ps. LXXIV, 20.

5. *præceptum, mandatum sanctum et inviolabile*. Act. VII, 8. *καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς* et dedit ei præceptum circumcidendi, seu, præcepit, instituit ritum circumcisionis. *Suid. διαθήκη· καὶ ὁ νόμος. Δαβίδ· ἐφεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ*, ex Psalmo LIV, 21. Sic בְּרִית legitur Exod. XIX, 5. Jerem. XXXIV, 13. coll. v. 14. Confer et *Coran. Sur.* II, 27.

6. speciatim : *decem præcepta, in monte Sinai promulgata, et tabulis lapideis inscripta*, quæ etiam Hebræis בְּרִית vocantur, v. c. Deut. IV, 13. ubi בְּרִית expressis verbis explicatur per עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים. Sic legitur in N. T. Rom. IX, 4. *καὶ αἱ διαθῆκαι* et tabulæ fœderis. Pluralis attice positus est pro singulari, observante Ill. *Michaëlis* in Introduct. in N. T. p. 168. Hebr. IX, 4. *καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης* et arcam, in qua recondita erant decem præcepta, tabulis lapideis inscripta, quæ etiam Num. X,33. אֲרוֹן בְּרִית־יְהוָה appellatur; ibid. *καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης* et tabulæ legis, Hebr. לוּחֹת בְּרִית Deut. IX, 9. 11. Adde Apoc. XI, 19.

7. *religionis constitutio, lex et forma*, vel, ut vulgo dicere solent, *œconomia divina*, ex usu loquendi Judæorum, qui religionem Mosaicam בְּרִית vocare solebant, desumta similitudine a

fœderibus, quæ homines inter se inire solent. Galat. IV, 24. *αἱ δύο διαθῆκαι* œconomiam Mosaicam et Christianam. Hebr. VIII, 6. 8. 9. 10. coll. Jerem. XXXI, 31—34. Hebr. IX, 15. *ἡ πρώτη διαθήκη œconomia Mosaica*, ad expianda peccata, quibus se olim Judæi, antequam ad societatem Christianam pervenissent, contaminarunt. ibid. v. 20. *τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης* hic est sanguis, quo sancitur nova illa religio, quam vobis præscripsit Deus, coll. Exod. XXIV, 8. Hebr. X, 16. 29. *τὸ αἷμα τῆς διαθήκης* mortem, qua præstantior illa religio stabilita et confirmata est. ibid. XII, 24. *καὶ διαθήκης νέας μεσίτῃ Ἰησοῦ*. XIII, 20. Matth. XXVI, 28. Marc. XIV, 24. Luc. XXII, 20. *τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου* hoc vinum est sanguis meus, quo sancitur nova religio. 1 Cor. XI, 25. 2 Cor. III, 6. Hebr. VII, 22.

8. *libri, in quibus leges et doctrinæ religionis, prout a Deo revelatæ sunt, continentur.* Hoc sensu sine dubio accipienda est *ἡ παλαιὰ διαθήκη* 2 Cor. III, 14. ubi *ἡ ἀνάγνωσις τῆς παλαιᾶς διαθήκης* nihil aliud esse potest, quam *lectio Codicis V. T.*

9. generatim *omne, quod cum summa certitudine et fide factum est.* Ephes. II, 12. *αἱ διαθῆκαι τῆς ἐπαγγελίας* variæ promissiones Judæis certissime datæ. Confer quæ a me in *Spicilegio I. Lex. Bieliani* p. 29. monita extant.

ΔΙΑΙ΄ΡΕΣΙΣ, εως, ἡ, 1. *distributio, divisio*, a *διαιρέω distribuo. Xenoph. Cyrop.* IV, 5. 18. *Hesych. μερισμός. Fabric.* Gloss. N. T. *διαμερισμός.*

2. *diversitas, discrimen, distinctio*, quia, quæ distribuuntur, distinguuntur. Sic ter legitur in N. T. 1 Cor. XII, 4. *διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ* diversa et varia sunt dona Sp. S. ibid. v. 5. *καὶ διαιρέσεις διακονιῶν* et varii generis munera ecclesiastica, et v. 6. *καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων* et varii generis miracula, coll. Rom. XII, 6. Sic etiam *διαιρεῖν* interdum est *distinguere* apud GG. v. c. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 1. 11.

ΔΙΑΙΡΕ΄Ω, ῶ, fut. *ήσω, divido, distribuo.* Bis legitur in N. T. Luc. XV, 12. *διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον* divisit ipsis facultates. 1 Cor. XII, 11. *πνεῦμα διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται* distribuens seorsim illa unicuique, sicut vult. *Xenoph. Cyrop.* IV, 5. 16. *Hist. Gr.* III, 2. 8. *Hesych. διαιρεῖν· ἐξακριβοῦν, διαμερίζειν.*

ΔΙΑΚΑΘΑΡΙ΄ΖΩ, fut. *ίσω*, 1. proprie: *perpurgo, purifico, mundo.*

2. *ventilo*, i. q. *λικμάω*, quia ii, qui ventilant frumenta, ea purgant, grana a paleis inanibus secernentes. Matth. III, 12. Luc. III, 17. *διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ* quo purgabit frumentum suum, coll. Jerem. IV, 11.

ΔΙΑΚΑΤΕΛΕ΄ΓΧΟΜΑΙ, *refuto, redarguo, convinco, magis magisque redarguo et convinco.* Est decompositum ex *διᾶ*, quod haud raro significationem intendit, *κατὰ* et *ἐλέγχομαι.* Semel tantum in N. T. legitur Act. XVIII, 28. *διεκατελέγχετο δημοσίᾳ* palam falsas eorum de Jesu opiniones refutabat. *Vulgatus: revincere. Syrus* et *Arabs disputare* habent. Conf. *Abresch.* ad *Æschylum* p. 617.

ΔΙΑΚΟΝΕ΄Ω, ῶ, fut. *ήσω*, generatim notat *famulari, ministrare*, quocunque hoc fiat modo. Speciatim

2. *appareo ad cœnam, cibos et alia necessaria ad mensam offero, mensæ curam sustineo.* Matth. VIII, 15. *καὶ ἠγέρθη καὶ διηκόνει αὐτοῖς* et surrexit statim de lecto et ministravit illis. Marc. I, 31. Luc. XII, 37. *καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς* eos discumbere jubebit atque iis ministrabit. ibid. XVII, 8. *ἑτοίμασον τί δειπνήσω καὶ περιζωσάμενος διακόνει μοι* para, quod cœnem, ac præcinctus appare mihi ad cœnam. ib. XXII, 27. 1 Reg. XIX, 5. *Lucian. Epist. Saturnal.* T. III, p. 400. Servi, qui ministrant ac apparent ad mensam, etiam a Latinis *ministratores* (vid. *Burmann.* ad *Petron.* Satyr. c. 31. p. 118.) et Hebræis מְשָׁרְתִים Es-

ther I, 10. VI, 3. κατ' ἐξοχήν dicebantur. Conf. etiam Intt. ad *Theophrast.* Char. c. 11. *Ez. Spanhemium* ad *Juliani Cæsares* p. 453. et *Wetstenii N. T.* T. I, p. 273.

3. *ministro victum, vitæ necessaria procuro et suppedito, rem familiarem administro.* Matth. IV, 11. ἄγγελοι προσῆλθον καὶ διηκόνουν αὐτῷ angeli præsto erant et cibum ipsi ministrabant. Marc. 1, 13. Luc. X, 40. μόνην με κατέλιπε διακονεῖν solam me rem familiarem administrare patitur. Joh. XII, 2. καὶ ἡ Μάρθα διηκόνει et Martha cibum ministrabat.

4. *inservio alicujus commodis et utilitati quocunque modo:* et διακονέομαι *honoribus afficior et commodis hujus vitæ.* Matth. XX, 28. οὖκ ἦλθε διακονηθῆναι ἀλλὰ διακονῆσαι non venit eo consilio, ut honores et commoda hujus vitæ consequeretur, sed, ut aliorum inserviret commodis. ibid. XXV, 44. καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι et nullam tui curam habuimus. ibid. XXVII, 55. Marc. X, 45. XV, 41. 2 Tim. I, 18. Philem. v. 13. ἵνα ὑπὲρ σοῦ διακονῇ μοι ἐν τοῖς δεσμοῖς. 1 Petr. I, 12. ὑμῖν δὲ διηκόνουν αὐτὰ nobis autem vaticinia illa inservierunt. ibid. IV, 10.

5. speciatim: *sublevo alicujus inopiam eleemosynis colligendis et distribuendis,* pro quo etiam dicitur διακονέω τινὶ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων Luc. VIII, 3. Sic legitur in N. T. Rom. XV, 25. διακονῶν τοῖς ἁγίοις ut collectam pecuniam Romam deportem et ibi distribuam Christianis pauperibus. 2 Cor. VIII, 19. σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ, τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν cum pecunia collecta, quæ a me administratur. ibid. v. 20. Hebr. VI, 10. διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις καὶ διακονοῦντες.

5. *operam do, occupatus sum in aliqua re, procuro.* Act. VI. 2. διακονεῖν τραπέζαις, quod non est, ut vulgo reddunt, *ministrare in conviviis Christianorum,* sed *curare rem pecuniariam. Res ipsa, quæ ministerio alicujus et opera efficitur,* διακονεῖσθαι dicitur, v. c. 2 Cor. III, 3. ὑμεῖς ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν vos estis epistola Christi, meo ministerio scripta.

7. *sum sectator et discipulus alicujus.* Joh. XII, 26. ἐὰν ἐμοὶ διακονῇ τις, ἐμοὶ ἀκολουθείτω si quis est meus sectator, ille me ubique sequatur: et ibidem paulo post; ἐάν τις ἐμοὶ διακονῇ, τιμήσει αὐτὸν ὁ πατήρ.

8. *munere Diaconi fungor, admittor ad munus et ministerium Diaconi.* 1 Tim. III, 10. εἶτα διακονείτωσαν tunc demum ad munus Diaconi admittantur. ibid. v. 13. οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες qui enim bene Diaconi munere funguntur. 1 Petr. IV, 11.

ΔΙΑΚΟΝΙ'Α, ας, ἡ, 1. proprie significat *ministerium, opera cujuscunque generis et officium, quod præstatur a ministro et famulo,* v. c. ad mensam. *Xenoph. Œcon.* 7. 41.

2. *administratio rei familiaris, procuratio ciborum et aliarum rerum vitæ necessariarum.* Luc. X, 40. ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν in administratione rei familiaris multa distrahebatur sollicitudine.

3. *subsidium, sustentatio et quodlibet humanitatis officium, quod alteri præsto,* Unterſtutzung, gefällige Dienſtleiſtung *support, obliging service.* Act. XI, 29. εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς mittere aliquid in subsidium Christianis, in Judæa degentibus. 1 Cor. XVI, 15. εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτοὺς et sustentationi Christianorum consecrarunt se. 2 Cor. XI, 8. πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν ut vobis inservirem. ibid. IX, 12. vide sub λειτουργία. Hebr. I, 14. εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν ut operam præstent iis, quos Deus vult ex aliquo periculo liberare.

4. κατ' ἐξοχήν *distributio et administratio eleemosynarum in usus pauperum, ipsum eleemosynarum subsidium, collectio eleemosynarum, liberalitas, beneficentia.* Act. VI, 1. ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν quod negligerentur eorum viduæ in distributione eleemosynarum

quotidiana. ibid. XII, 25. πληρώσαντες τὴν διακονίαν confecto negotio, sc. eleemosynas collectas perferendi Hierosolymas, coll. XI, 29. 30. Rom. XV, 31. ubi pro διακονία in Codice *Boerner. Claromont.* et *Augiensi* e glossemate δωροφορία legitur. 2 Cor. VIII, 4. τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας communes, seu collectas eleemosynas. ibid. IX, 1. περὶ μὲν γὰρ τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους de eleemosynis ad usus Christianorum colligendis. ibid. v. 13. διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης ob genuinam hanc liberalitatem vestram.

5. *munus quodvis et negotium in commodum aliorum susceptum*, speciatim: *munus doctoris religionis, munus ecclesiasticum*. Hinc α) *de ipso munere apostolico* usurpatur Act. I, 17. καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης et sortitus erat hoc munus apostolicum, coll. v. 26. ibid. v. 25. λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ τῆς ἀποστολῆς. ibid. XX, 24. XXI, 19. Rom. XI, 13. ἐφ' ὅσον μέν εἰμι ἐγὼ ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξάζω. 2 Cor. IV, 1. VI, 3. 1 Tim. I, 12. 2 Tim. IV, 11. β) *de munere cujuscunque doctoris Christiani*. 2 Cor. III, 8. διακονία τοῦ πνεύματος munus tradendi religionem Christianam, quæ ibidem V, 18. διακονία τῆς καταλλαγῆς dicitur, h. e. munus, cujus consilium est, ut homines reconcilientur, et Act. VI, 4. διακονία τοῦ λόγου appellatur. Ephes. IV, 12. εἰς ἔργον διακονίας ut muneri doctoris Christiani satisfiat. Coloss. IV, 17. βλέπε τὴν διακονίαν κ. τ. λ. ut munere doctoris Christiani, sibi demandato, omni ex parte fungatur. 2 Tim. IV, 5. τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. Apoc. II, 19. γ) *de munere tradendi religionem Mosaicam*. 2 Cor. III, 7. ἡ διακονία θανάτου ἐν γράμμασιν munus tradendi religionem Mosaicam, quæ mortem minatur. ibid. v. 9. διακονία τῆς κατακρίσεως dicitur eandem ob causam. δ) *de munere Diaconorum primitivæ ecclesiæ*, cujus institutio Act. VI, commemoratur, quod in eo erat, ut res externas ecclesiæ curarent, ægrotos viserent, eleemosynas collectas distribuerent etc. ut pluribus exposuit *Suicerus* in *Thes. Eccles.* s. v. διάκονος. Sic autem legitur in N. T. Rom. XII, 7. εἴτε διακονίαν ἐν τῇ διακονίᾳ munus Diaconi qui habet, ei exacte satisfaciat. ε) *de quovis muncre ecclesiastico*. 1 Cor. XII, 5. καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσι varia et diversi generis munera ecclesiastica reperiuntur. — *Chrysost.* ad Rom. XII, 7. καὶ γὰρ ἡ ἀποστολὴ διακονία λέγεται, καὶ πᾶν ἀγαθὸν πνευματικὸν ἔργον διακονία: et *Theodoret.* διακονίαν τὴν τοῦ κηρύγματος λειτουργίαν καλεῖ. Plura vide apud *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 861. seq.

ΔΙΑ΄ΚΟΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. *minister, famulus*. Matth. XX, 26. ἔστω ὑμῶν διάκονος se ut famulum vestrum gerat. ib. XXIII, 11. Marc. IX, 35. X, 43.

2. speciatim: *servus, qui apparet ad mensam, cibum potumque ministrat*, qui Latinis *ministrator* dicitur. Sic legitur in N. T. Matth. XXII, 13. τότε εἶπεν ὁ βασιλεὺς τοῖς διακόνοις, coll. v. 11. 12. Joh. II, 5. 9. Hebr. מְשָׁרֵת 1 Regg. X, 5. *Xenoph.* Mem. IX, 5. 2. *Eurip.* Cyclops 31.

3. *minister, legatus omnis, cujus opera utimur*, i. q. λειτουργός. Sic v. c. Rom. XIII, 4. magistratus dicuntur Θεοῦ διάκονοι, h. e. qui Dei personam sustinent. 1 Cor. III, 1. διάκονοι, scil. Θεοῦ vel Χριστοῦ. 2 Cor. XI, 15. οἱ διάκονοι τοῦ διαβόλου μετασχηματίζονται ὡς διάκονοι δικαιοσύνης legati diaboli personam verorum Dei legatorum induunt.

4. *qui aliquo munere fungitur, qui aliquam rem administrat;* speciatim: *qui munere doctoris religionis fungitur*. 2 Cor. III, 6. διακόνους καινῆς διαθήκης doctores novæ œconomiæ Christianæ. VI, 4. XI, 23. διάκονοι Χριστοῦ. Ephes. III, 7. διάκονος εὐαγγελίου is, cui munus religionem Christianam tradendi demandatum est. VI, 21. Coloss. I, 7.

5. *is, qui inservit aliorum commodis, adjutor, fautor alicujus rei*. Rom.

XV, 8. Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς Christum vita sua pariter ac doctrina Judæorum utilitati inservire studuisse. Gal. II, 17. ἆρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος sequeretur, Christi doctrinam adjuvare peccandi licentiam.

5. *Diaconus*, cui in primitiva ecclesia Christiana negotium curandorum ægrotorum, atque pecuniæ, in usus pauperum collatæ, administrandæ ac distribuendæ demandatum erat. Philipp. I, 1. σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις. 1 Tim. III, 8. 12. Ἡ διάκονος *Diaconissa*, quam *ministram* vocat *Plin.* Epp. X, 97. Rom. XVI, 1. οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς. Hæ Diaconissæ erant in primitiva ecclesia viduæ et quidem unius viri uxores, quanquam procedente tempore etiam virgines diaconissas factas esse constat. Earum officium erat, mulieres baptizare, catechumenas docere, ægrotos visere et curare, martyribus ministrare et alia minora ecclesiæ negotia administrare. Conf. *Bingham.* Origg. Eccles. II, 22. p. 341. seq. et *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 864. seq.

6. *discipulus, sectator.* Joh. XII, 26. ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται ibi et esse, seu eandem sortem habere debet discipulus meus.

ΔΙΑΚΟΣΙΟΙ, *οἱ, αἱ, τὰ, ducenti*, ex *δὶς bis* et *ἑκατὸν centum*, Hebr. מָאתַיִם Genes. XI, 19. 21. 23. 32. Marc. VI, 37. διακοσίων δηναρίων ἄρτους ducentorum denariorum panes. Joh. VI, 7. XXI, 8. Act. XXIII, 23. XXVII, 37. Apoc. XI, 3. XII, 6.

ΔΙΑΚΟΥΩ, fut. *ούσω*, Medium ΔΙΑΚΟΥΟΜΑΙ,

1. *diligenter et sufficienter aliquem audio, plene et distincte audio*, quasi dicas *peraudio*, ex διὰ et ἀκούω *audio*, quanquam interdum etiam pro simplici ἀκούω, maxime apud *Polybium*, ponitur. *Xenoph. Cyrop.* IV, 4, 1. *Œcon.* 11, 1. διακούσας καὶ καταμαθών. Vide *Dorville ad Charit.* p. 670.

2. sensu forensi: *cognosco de aliquo, diligenter alicujus causam examino.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXIII, 35. διακούσομαί σου. Simili sensu reperitur in vers. Alex. Deut. I, 16. διακούσατε ἀνὰ μέσον τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, et Job. IX, 33. διακούων ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων. *Polyb.* I, 32. *Plutarch. Cic.* p. 862. *Themistocl.* p. 112.

ΔΙΑΚΡΙΝΩ, fut. ῶ, 1. proprie: *discerno, secerno, separo. Homer.* Iliad. H, 474. seq. *Herodot.* VIII, 34. *Scholiastes* ad *Homer.* Iliad. II, 387. διακρίνειν· διαχωρίζειν. *Hesych.* διακεκριμέναι· διακεχωρισμέναι. — διακεκρίσθω· ἀφοριζέσθω.—διακριθέντες· χωρισθέντες.

2. metaphorice: *discrimen facio*, seu *habeo, ita, ut unum alteri præferatur, vel non præferatur.* Act. XV, 9. καὶ οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν nullo inter nos et ipsos discrimine habito. 1 Cor. XI, 29. μὴ διακρίνων τὸ σῶμα Κυρίου propterea, quod non discernat panem et vinum in cœna sacra a pane et vino communi. Jud. v. 22. καὶ οὓς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι alios vero benigniter tractate, sed ita, ut delectum habeatis. Si lectio sana est. *Xenoph.* Cyrop. VII, 5. 14. διακρίναντες προσίεσαν servato delectu admittebant homines.

3. *præstantiorem cæteris reddo.* Sic sumendum 1 Cor. IV, 7. τίς γάρ σε διακρίνει; quis te (doctorem, inani tumore inflatum, alloquitur Paulus) præstantiorem cæteris reddidit?

4. *dijudico, examino, exploro*, (Hebr. בָּחַן Job. XII, 11. XXIII, 10. *pretium alicui constituo.* 1 Cor. XIV, 29. καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν et reliqui examinent et dijudicent, sc. an vere sit πνευματικὸς, an vere locutus fuerit afflatu divino, coll. XII, 10. Alii reddunt: *reliqui explicent*, si quid sc. obscuri in verbis sit. Sic *Casaubonus.* Sed an διακρίνειν *interpretari* significet, recte dubitari potest. 1 Cor. XI, 31. εἰ δὲ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν si nos exploramus et examinamus, sc. quo modo et consilio celebremus cœ-

nam sacram. Jacob. II, 4. καὶ οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς tunc non recte rem, seu homines dijudicaretis. *Xenoph. Mem.* I, 1. 9. Conf. *Jensii* Lectt. Lucian. L. II. c. 15. p. 247. et *Heisenius* in libro infra laudato p. 790.

5. *dignosco.* Matth. XVI, 3. τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν cœli vultum quidem dignoscere potestis.

6. *post accuratam causæ cognitionem ex jure et æquo partes disceptantes dirimo, judico, dirimo litem.* 1 Cor. VI, 5. ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ qui possit dirimere controversias inter Christianos. Sapient. IX, 12. καὶ διακρινῶ τὸν λαόν σου δικαίως. In vers. Alex. Hebr. שָׁפַט, Exod. XVIII, 16. 1 Regg. III, 9. Ezech. XXXIV, 17. et דִּין Prov. XXXI, 9. respondet. *Xenoph. Hist. Græc.* V, 2. 10. *Hesiod.* Theog. v. 85. Pertinet huc fortasse glossa *Hesychii*: διακρίνουσι· μεσιτεύουσι.

7. Διακρίνομαι *contendo, discepto, rixor, litigo.* In hac significatione partim cum πρὸς construitur, Act. XI, 2. διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν altercati sunt cum eo, coll. Alex. ad Ezech. XX, 35. διακριθήσομαι πρὸς ὑμᾶς ἐκεῖ, et *Aquil.* 1 Sam. XII, 7. partim cum dativo personæ, Jud. v. 9. ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος. *Lucian. Pseudosophista* T. III, p. 830. *Demosthenes* Vol. I, p. 163. ed. *Reiske. Hesych.* διακρινομένων· μαχομένων.

8. *hæsito, dubito, diffido.* Matth. XXI, 21. ἐὰν ἔχητε πίστιν καὶ μὴ διακριθῆτε si fidem habueritis minime diffidentes. Marc. XI, 23. καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύσῃ κ. τ. λ. Act. X, 20. μηδὲν διακρινόμενος nihil dubitans. XI, 12. μηδὲν διακρινόμενον ohne bedenken *without any scruple.* Rom. IV, 20. ubi opponitur ἐνδυναμοῦσθαι τῇ πίστει. ibid. XIV, 23. Jud. v. 22. e lectione οὓς μὲν ἐλέγχετε διακρινομένους, sunt διακρινόμενοι vel ii, qui nondum certam religionis Christianæ scientiam habent, vel, qui se separant a cœtu et communione Christianorum. *Hesych.* διεκρίθη· ἐδίσταζεν, εὐλαβήθη. Docte de hac voce disputavit *Heisenius* in *Novis Hypothesibus ad Epistolam Jacobi* p. 786. seq.

ΔΙΑ'ΚΡΙΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *discretio, separatio, divisio. Hesych.* διάκρισις· διαίρεσις, διάλυσις. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* διάκρισιν· διαχωρισμόν.

2. *dijudicatio.* Hebr. V, 14. πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ ut dijudicare possint vera et falsa, bona et mala.

3. *ipsa facultas discernendi et dijudicandi.* 1 Cor. XII, 10. διακρίσεις πνευμάτων facultas veros prophetas (πνευματικοὺς) a falsis discernendi. *Alberti* Gloss. N. T. p. 131. διακρίσεις πνευμάτων· διαγνώσεις πνευμάτων, τῶν τε ἀληθινῶς καὶ ψευδῶς προφητευομένων. *Pollux* II, 77. ἡμεῖς δὲ δοκιμάζομεν τὰς ὀσμὰς, διακρίνομεν τὰ πνεύματα.

4. *dubitatio, fluctuatio.* Rom. XIV, 1. μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν ne ei novæ suboriantur dubitationes. *Phavor.* διάκρισίς ἐστιν ἐπιστήμη διακριτικὴ τῶν κατὰ διάνοιαν τυπουμένων, ἀληθῶν ἢ ψευδῶν νοημάτων.

ΔΙΑΚΩΛΥ'Ω, fut. ύσω, sine ulla emphasi, (quam statuit *Beza*, cui est *obnixe prohibere*, ad vim, ut ait, præpositionis διὰ exprimendam) notat: *prohibeo, veto, impedio*, i. q. simplex κωλύω. (διὰ enim in compositione non semper simplicis significationem auget, ut de verbis διεγείρειν, διαπορεῖν, διανύειν et aliis notum est.) Semel legitur in N. T. Matth. III, 14. ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν sed Johannes recusavit aut impedire studuit. *Ælian. V. H.* VIII, 1. διεκώλυσεν ἔχεσθαι, ὧν εἴχετο. *Xenoph.* de *Rep. Laced.* XIV, 6. *Pindar. Nem.* VII, 62.

ΔΙΑΛΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *colloquor*, et ex adjuncto: *consulto, delibero.* Luc. VI, 11. διελάλουν πρὸς ἀλλήλους τί ἂν ποιήσειαν τῷ Ἰησοῦ consultabant de eo tollendo, coll. Marc. III, 6. συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτόν.

Appian. bell. Civ. L. II. p. 725. διελάλουν ἐς ἀλλήλους.

2. *vulgo, divulgo*, i. q. διαφημίζω. Luc. I, 65. διελαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα divulgata est omnis hæc res. Sæpius in N. T. non legitur. Ps. LI, 16. תְּרַנֵּן לְשׁוֹנִי צִדְקָתֶךָ *Symmachus:* διαλαλήσει ἡ γλῶσσά μου τὴν ἐλεημοσύνην σου. *Glossar. denunciatio*, διαλαλιὰ, ἀπόφασις· *denunciat*, ἀπαγγέλλει, παραγγέλλει, ἀποφαίνεται, διαλαλεῖ.

ΔΙΑΛΑΈΓΩ, fut. ἑξω, *deligo, secerno*, ex διὰ et λέγω. *Gloss. Vett.* διαλέγω *discerno. Xenoph. M.* IV. 5. 11. *Œcon.* VIII, 9. *Polyb.* V, 8. VI, 10. *Etym. M.* p. 268, 35. ed. *Sylburg.* διάλεκτος—ἢ ἀπὸ τοῦ διαλελέχθαι καὶ διακεκρίσθαι ἀπὸ τῶν ἄλλων. Hinc

ΔΙΑΛΑΈΓΟΜΑΙ. 1. *loquor, alloquor, concionor, publice verba facio.* Act. XVII, 2. ἐπὶ σάββατα τρία διελέγετο αὐτοῖς per tria sabbata ad eos verba fecit. ib. v. 17. ubi eodem sensu non solum cum dativo personæ, sed etiam cum πρὸς construitur. ib. XVIII, 4. et 19. XIX, 8. 9. XX, 7. 9. XXIV, 25. In versione Alex. Hebraico דָּבַר respondet Exod. VI, 27. Ies. LXIII, 1. Vocabulum διάλεξις *concionem ad populum* notat, et ab ecclesiasticis Scriptoribus inprimis de *homiliis, ad populum habitis*, usurpatur. Conf. *Valesius* ad *Euseb. H. E.* p. 110.

2. *sermones misceo cum aliquo, dissero, disputo*, quia ii, qui cum aliis de re aliqua disputant et quærunt, verba non minus quam res atque adeo cogitationes et sententias diligunt quasi discernuntque inter se, et vero deligunt suas, ut verbis utar *Fischeri* in *Platonis Cratylo Gr. et Lat. Annotatt. Critt. et Grammaticis illustrato.* Part. VI. p. 6. Marc. IX, 34. πρὸς ἀλλήλους γὰρ διελέχθησαν τίς μείζων invicem enim quæstionem discusserant, quis major futurus esset. Act. XXIV, 12. οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον neque invenerunt me in templo cum aliquo colloquentem; ubi de colloquio, quod ad consilia capienda instituitur, sermo est, in qua significatione *deliberandi*, seu *agendi de aliqua re* legitur etiam apud *Herodian.* VI, 4. 6. VIII, 6. 9. Cæterum vocem διαλέγομαι olim propriam fuisse familiaribus colloquiis philosophorum Græcorum de rebus, ad philosophiam pertinentibus, (*Ælian. V. H.* III, 19. XIV, 33.) satis constat.

3. *altercor, discepto, rixor.* Jud. v. 9. ὅτι τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο. in vers. Alex. τῷ הָרִיב respondet Judd. VIII, 1.

4. metaphorice tribuitur scripturæ sacræ, et quidem cohortationi in ea contentæ. Hebr. XII, 5. τῆς παρακλήσεως, ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται cohortationis, quæ vobis tanquam filiis data est, quasi vos tanquam filios alloquitur.

ΔΙΑΛΕΊΠΩ, fut. ψω, 1. *intermitto, interjicio.*

2. cum participio: *desino, cesso, intermitto.* Sic semel legitur in N. T. Luc. VII, 45. οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας continuo deosculata pedes meos. Elliptica est loquendi ratio pro οὐ διέλιπε χρόνον καταφιλοῦσα. Similiter absolute verbo διαλείπειν, sequente participio, usus est *Ælian. V. H.* XV, 27. οὐ διέλιπον οὖν οἱ ὄρνιθες φθέγμα ἀφιέντες. *Liban. Epist.* 168. *Lucian. Prometh.* 17. *Herodian.* VII, 1. 16. Confer *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΔΙΆΛΕΚΤΟΣ, ου, ἡ, scilicet γλῶσσα,

1. proprie: *peculiaris aliqua ejusdem linguæ diversitas, idioma linguæ, modus loquendi peculiaris, dialectus*, a διαλέγομαι *loquor, dissero.*

2. *lingua ipsa*, seu *sermo, unicuique genti peculiaris.* Act. I, 19, τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν ipsorum lingua. ib. II, 6. 8. XXI, 40. τῇ ἑβραΐδι διαλέκτῳ lingua Syro-Chaldaica. ib. XXII, 2. XXVI, 14. In fragmentis *Symmachi* Ies. XXXIII, 19. Hebr. לָשׁוֹן respondet, coll. Esther. IX, 26. *Plutarch.*

Apophth. p. 185. E. τὴν Περσικὴν διάλεκτον. *Polyb.* I, c. 67. *Joseph. A. J.* VIII, 5. s. 3. ὁ μεταφράσας ἀπὸ τῆς Φοινίκων διαλέκτου τὰ Τυρίων ἀρχεῖα εἰς τὴν Ἑλληνικὴν φωνήν. Plura exempla dedit *Seberus* ad *Julii Pollucis Onom.* p. 209. ed. *Hemsterhus. Hesych.* διάλεκτος· ὁμιλία, λαλιά.

ΔΙΑΛΛΑ΄ΣΣΩ, vel ΔΙΑΛΛΑ΄ΤΤΩ, fut. άξω,

1. *muto, permuto, commuto.* Alex. Job. XII, 24. et *Aquila* Gen. XXXVIII, 21. *Xenoph. Hist. Gr.* I, 6. 4.

2. de *eo* dicitur, *qui conciliat aliquem alteri, qui alios in pristinam restituit gratiam. Thucyd.* II, 95. *Xenoph.* de *Vectig.* V, 8. διαλλάττειν τὰς πολεμούσας πρὸς ἀλλήλους πόλεις. *Polyæn.* III, 9. 47. Medium διαλλάττομαι *redeo cum altero in gratiam, alterum mihi placo et amicum reddo.* Sic semel legitur in N. T. Matth. V, 24. διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου læsum fratrem tibi reconciliare stude. In eodem sensu in vers. Alex. Hebr. הִתְרַצּוֹת 1 Sam. XXIX, 4. respondet, et apud exteros Scriptores (v. c. *Thucyd.* VIII, 70. *Diog. Laërt.* II, p. 127.) legitur, ut docuit *Schwarzius* in *Comment. L. Gr.* p. 334. seq. et *Hemsterhus.* ad *Thom. M.* p. 235. Hinc διαλλαγὴ *pacificatio. Xenoph. Hist. Gr.* II, 2. 6. *Suid.* διαλλαγῆναι· τὸ δι' αὐτοῦ τοῦ ἐχθροῦ παρακληθῆναι καὶ φιλιωθῆναι. Idem *Schol.* ad *Thucyd.* I, 120.

ΔΙΑΛΟΓΙ΄ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι,

1. proprie: *ratiocinor, computo, supputo, rationes subduco.* (ex διὰ et λογίζομαι *computo.*)

2. *cogito, animo verso, perpendo, ratiocinor, ratiocinando intelligo.* Matth. XXI, 25. οἱ δὲ διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς λέγοντες illi vero ratiocinabantur apud semet ipsos hoc modo. Marc. II, 6. διαλογιζόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, coll. v. 8. Luc. I, 29. III, 15. V, 21. 22. XII, 17. XX, 14. Joh. XI, 50. οὐδὲ διαλογίζεσθε neque perpenditis, seu, ratiocinando intelligitis. Formula: διαλογίζεσθαι ἐν ἑαυτοῖς interdum etiam significat: *perturbari animo, anxium, pavidum esse,* v. c. Matth. XVI, 7. coll. v. 8. Marc. VIII, 17.

3. *colloquor, dissero cum aliis.* Marc. IX, 33. τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε; coll. v. 34. Hinc διαλογὴ *colloquium,* διάλεξις, ὁμιλία, ut *Suidas* interpretatur. Vid. Alex. Ps. CIV, 34. *Xenoph. Mem.* III, 5. 1. et *Dion. Halic. Ant.* X, 12.

ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΟ΄Σ, οῦ, ὁ, 1. *cogitatio et opinio hominis secum ratiocinantis.* (a διαλογίζομαι *cogito.*) Est vocabulum μέσον, quod, ut Hebr. מַחֲשָׁבָה interdum etiam in deterius usurpatur de *cogitationibus et opinionibus pravis et perversis.* Luc. V, 22. ἐπιγνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν quæ eorum cogitata (prava) Jesus perspiciens. ib. VI, 8. Rom. I, 21. ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν ad vana cogitata delapsi sunt. ib. XIV, 1. μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν ne ei novæ dubitationes exoriantur. *Arrian. Epictet.* I, 9. *Plutarch. Pompei.* p. 657.

2. *sensus animi.* Luc. II, 35. ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί ita multorum sensa animi manifestabuntur. ibid. IX, 47.

3. *consilium.* Matth. XV, 19. Marc. VII, 21. διαλογισμοὶ πονηροὶ *consilia prava.*

4. *inventum ingenii humani.* 1 Cor. III, 20. τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν inventa doctorum.

5. *dubitatio.* Luc. XXIV, 38. διατί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; cur dubitatis? Philipp. II, 14. χωρὶς διαλογισμῶν animo prompto. 1 Tim. II, 8. χωρὶς διαλογισμοῦ ita, ut non dubitent de Dei promissis. Ita quoque διαλογίζεσθαι *dubitare* notat apud *Xenoph. Hist. Gr.* VI, 4. 20.

6. *colloquium, disceptatio, disputatio.* Luc. IX, 46. εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς oriebatur vero inter eos disceptatio, coll. Marc. IX, 33. 34. Conf. *Spicilegium I. Lex. Bieliani* p. 30.

ΔΙΑΛΥ΄Ω, fut. ύσω, 1. proprie: *dissolvo.*

2. *dissipo, dispergo,* i. q. διασκορπίζω.

Sic semel legitur in N. T. Act. V, 36. καὶ πάντες, ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διελύθησαν et omnes sectatores ejus brevi dilapsi, vel, ut *Vulgatus* reddidit, *dissipati* sunt, coll. v. 37. Ita etiam occurrit apud *Polybium* IV, c. 2. *Xenoph.* Cyrop. V, 5. 13. *Herodian.* VI, 7. Plura habet *Elsnerus Obss. Sacr.* T. I. p. 387. In notione *dimittendi* sine ulla violentiæ notione legitur sæpius apud *Thucydidem* (II, 12. VI, 41. VIII, 69.) et *Polybium* (IV, 2.)

ΔΙΑΜΑΡΤΎΡΟΜΑΙ, 1. proprie: *testor, attestor, testimonium exhibeo. Polyb.* V, c. 57. Hinc

2. *demonstro aliquid idoneis argumentis, comprobo, certa fide, tanquam testis, aliquid nuncio, doceo, trado et divulgo.* Act. VIII, 25. διαμαρτυράμενοι καὶ λαλήσαντες τὸν λόγον τοῦ Κυρίου tradentes doctrinam Christianam, idoneis argumentis comprobatam. ib. X, 42. κηρύξαι τῷ λαῷ καὶ διαμαρτύρασθαι ut populo significaremus et demonstraremus. ibid. XVIII, 5. διαμαρτυράμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν persuadens Judæis Jesum esse Messiam. ibid. XX, 23. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διαμαρτύρεταί μοι oraculo divino edoceor. ibid. XXIII, 11. ὡς γὰρ διεμαρτύρω τὰ περὶ ἐμοῦ ut enim doctrinam meam palam professus es. Hebr. II, 6. διεμαρτύρατο δέ που τις λέγων ita enim de eo loquitur Davides. *Suid.* διαμαρτύρομαί σοι ἀντὶ τοῦ βεβαιώσω σε. Exod. XVIII, 20. καὶ διαμαρτύρῃ αὐτοῖς τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ, ubi Hebraico הַזְהִיר respondet.

3. *obtestor aliquem, serio hortor, graviter moneo.* Sic legitur in N. T. Luc. XVI, 28. ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς ut eos etiam atque etiam admoneat. Act. II, 40. διεμαρτύρετο καὶ παρεκάλει. 1 Tim. V, 21. διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ obtestor te per Deum. 2 Tim. II, 14. et IV, 1. Nehem. IX, 26. οἳ διεμαρτύροντο ἐν αὐτοῖς ἐπιστρέψαι. Sic sæpissime etiam apud *Polybium* legitur, v. c. I, 37. τῶν κυβερνητῶν διαμαρτυρομένων. III, 15. et V, 7. διεμαρτύροντο τὸν Φίλιππον.

ΔΙΑΜΆΧΟΜΑΙ, fut. ήσομαι, έσομαι et οῦμαι,

1. *depugno, acriter pugno*, ex διὰ et μάχομαι. *Xenoph. Mem.* III, 9. 2. *Anab.* VII, 4. 6.

2. metaphorice: *acriter disputo, contentione animi utor in dicendo.* In N. T. tantum extat Act. XXIII, 9. διεμάχοντο depugnantes, scil. verbis, pro Paulo. In *Aquilæ* et *Symmachi* reliquiis Hebraico הָרִיב respondet Exod. XXI, 18. Sirac. VIII, 1. *Thucyd.* III, 40. et 42. *Aristot. Plut.* v. 448. *Xenoph. Ages.* 5. 4.

ΔΙΑΜΈΝΩ, fut. μενῶ, p. μεμένηκα,

1. *permaneo in aliquo loco, commoror. Xenoph. Anab.* VII, 1. 4.

2. *permaneo*, h. e. *non amitto aliquam qualitatem.* Sic legitur in N. T. Luc. I, 22. καὶ διέμενε κωφὸς et mansit mutus. Galat. II, 5. ἵνα ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς ut vera doctrina Christiana inter vos integra servaretur.

3. διαμένειν μετὰ τινὸς *non discedere ab aliquo, non desero aliquem.* Luc. XXII, 28. οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου qui perdurastis mecum in omnibus meis afflictionibus. *Xenoph. H. Gr.* VII, 3. 1.

4. *perpetuo vivo, nunquam intereo, maneo in eodem semper statu, non privor existentia*, ex μένω *vivo* et διὰ, quod habet in compositis interdum notionem *constantiæ* et *perpetuitatis*, v. c. in διαγίνεσθαι et διατελεῖν. Hebr. I, 11. αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις ipsi peribunt aliquando, at tu omnis interitus expers es. 2 Petr. III, 4. πάντα οὕτω διαμένει omnia manserunt in eodem statu. In vers. Alex. Hebraico עָמַד in eodem sensu respondet Ps. XIX, 9. CII, 26. CXIX, 90. 91. *Sext. Empir. Phys.* I, 70. et 74.

ΔΙΑΜΕΡΊΖΩ, fut. ίσω, 1. *in partes divido et divisa distribuo, portior, distribuo.* (ex διὰ et μερίζω *separo*, quod a μερὶς *pars.*) Matth. XXVII, 35. διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ partiti sunt vestimenta ejus. Marc. XV, 42.

Luc. XXII, 17. καὶ διαμερίσατε ἑαυτοῖς et inter vos distribuite. ib. XXIII, 34. Joh. XIX, 24. Act. II, 45. Eodem sensu Alexandrini usi sunt hac voce pro חָלַק *distribuere, dispertiri* Judd. V, 30. Nehem. IX, 22. *Xenoph. Anab.* VII, 1. 25.

2. *dispergo, dissipo, disjicio.* Act. II, 3. διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς huc et illuc dispersæ flammulæ ignis.

3. διαμερίζομαι *animo disjungor, dissideo, in partes ac studia contraria distrahor.* Luc. XI, 17. πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα omne regnum, in quo sunt factiones, seu, cujus cives in factiones diversas, in studia scinduntur contraria. ib. v. 18. εἰ δὲ ὁ Σατανᾶς ἐφ' ἑαυτὸν διεμερίσθη jam si Satanas pugnat contra Satanam. ib. XII, 52. 53. διαμερισθήσεται πατὴρ ἐφ' υἱῷ dissidebit pater a filio.

ΔΙΑΜΕΡΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *partitio, distributio, divisio in æquales partes.* (a διαμερίζω.) Vid. Ezech. XLVIII, 29. ubi Hebraico מַחֲלוֹקֶת in versione Alex. respondet. *Pollux Onom.* VIII, c. 10.

2. metaphorice: *dissidium, distractio animorum.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XII, 51. ubi τῇ εἰρήνῃ opponitur.

ΔΙΑΝΕ'ΜΩ, fut. νεμῶ, 1. proprie: *distribuo inter plures, divido, partior,* et διανέμομαι *dividor. Hesych.* διανέμεται· μερίζεται. Alex. pro חָלַק posuerunt Deut. XXIX, 26.

2. *divulgo, spargo, facio, ut aliquid latius dimanet et serpat,* et dicitur fere sensu malo. In N. T. semel legitur Act. IV, 17. ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν λαὸν ne fama hujus miraculi latius divulgetur et dimanet. (*Syrus:* ܐܠܐ ܕܐܠܐ ܡܬܡܪܝܬ ܢܦܘܩ ܛܒܐ ܗܢܐ *sed ne amplius exeat fama hæc.*) vel, ut etiam reddi posset: ne eorum doctrina ulterius, tanquam ulcus vel cancer, depascat, coll. 2 Tim. II, 17. ad quem locum videndus *Alberti* in *Obss. Philol.* p. 403.

ΔΙΑΝΕΥ'Ω, fut. νεύσω, *innuo, nutum do, nutu significo,* Hebraicum קָרַץ, cui Ps. XXXV, 19. in vers. Alex. respondet. In N. T. semel legitur Luc. I, 22. καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων αὐτοῖς et nutu se mutum factum esse ipsis significavit. Sirac. XXVII, 25. *Anthol.* II, 46.

ΔΙΑΝΟ'ΗΜΑ, τος, τὸ, *cogitatio, cogitatum,* ex διὰ, et νόημα *cogitatio, intellectus.* Semel in N. T. legitur Luc. XI, 17. αὐτὸς δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὰ διανοήματα perspiciens eorum cogitata. *Xenoph. Hist. Gr.* VII, 5. 19.

ΔΙΑ'ΝΟΙΑ, ας, ἡ, 1. *facultas intelligendi, intellectus, sana ratio, mens, animus,* Hebraicum לֵב, cui in vers. Alex. respondet Genes. XVII, 17. Matth. XXII, 37. καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου et omni ingenii tui facultate. Marc. XII, 30. Luc. X. 27. Ephes. IV, 18. ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ qui inscii sunt. Hebr. VIII, 10. διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν docebo eos leges meas. ibid. X, 16. 1 Petr. I, 13. 1 Joh. V, 20. καὶ ἔδωκεν ἡμῖν διάνοιαν et dedit nobis intelligentiam, seu intelligendi facultatem. *Xenoph. Mem.* III, 12. 6.

2. *cogitatio, mentis agitatio, sensus.* Luc. I, 51. ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν animi fastu insolescentes. *Xenoph. Œcon.* 10. 1. Apol. 2.

3. *ratio cogitandi et sentiendi perversa.* Ephes. II, 3. ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν obsequuti perversæ vestræ cogitandi rationi, seu, obtemperantes cupiditatibus vestris pravis. Coloss. I, 21. τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς ob animi factorumque pravitatem. 2 Petr. III, 1.

ΔΙΑΝΟΙ'ΓΩ, fut. οίξω, 1. proprie: *aperio, adaperio quod clausum est,* ex διὰ, et ἀνοίγω *aperio.* Sine auctoritate relatum est in Lexica, licet legatur apud *Chariton.* Lib. I, c. 8. διανοίγουσα δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς palpebris diductis, et alios etiam, quos *D'Orville* ad l. l. p. m. 257. excitavit. In hac propria notione legitur etiam in N. T.

Luc. II, 23. πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν omnis masculus primogenitus primum aperiens clausam matricem. Eadem formula reperitur Exod. XIII, 2. πρωτότοκον πρωτογενὲς διανοῖγον πᾶσαν μήτραν, Hebr. פֶּטֶר כָּל־רֶחֶם, ib. v. 12. 15. Num. III, 12.

2. metaphorice: *facultatem aliquam reddo et restituo*, et speciatim: *facultatem audiendi alicui reddo*. Huc pertinent formulæ: διανοίγειν τὰς ἀκοὰς τινὸς *audiendi facultatem alicui reddere*. Marc. VII, 34. διανοίχθητι recipe facultatem audiendi. ibid. v. 35. καὶ εὐθέως διηνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαὶ et statim aurium sensum recepit, coll. Ies. XXXV, 5. וְאָזְנֵי חֵרְשִׁים תִּפָּתַחְנָה Alex. καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται. — διανοίγειν τοὺς ὀφθαλμοὺς τινὸς *efficere, ut alter videat et cernat aliquid*. 2 Regg. VI, 17. et διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ Luc. XXIV, 31. de *iis* dicitur, *qui jam alterum agnoscunt*, et opponitur formulæ: ἐκρατοῦντο οἱ ὀφθαλμοὶ v. 16. — διανοίγειν τὸν νοῦν *docere, instituere aliquem, instruere facultate intelligendi et percipiendi aliquid*. Luc. XXIV, 45. τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν, τοῦ συνιέναι τὰς γραφὰς tunc rationem eos docuit intelligendi scripturam sacram. *Herodot.* V, 4. — διανοίγειν τὴν καρδίαν τινὸς *excitare aliquem ad attente audiendum, et vim largiri ad audiendum, quæ docentur*. Act. XVI, 14. coll. 2 Macc. I, 4. et *Themist.* II. p. 29. Hinc διανοίγειν

3. simpliciter *docere, explicare, interpretari* significat. Luc. XXIV, 32. καὶ ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφὰς nobisque sensum vaticiniorum de Messia exponeret. Act. XVII, 3. διανοίγων καὶ παρατιθέμενος e libris divinis explicans ac demonstrans. Hanc *exponendi, docendi* et *explicandi* notionem διανοίγειν sine dubio habet ex imitatione Hebraici פָּתַח, quod non solum *aperire*, sed etiam *docere* notat, unde פֶּתַח *ipsa doctrina* dicitur Ps. CXIX, 130. Vid. *Wesseling. Obss.* I. p. 21.

ΔΙΑΝΥΚΤΕΡΕΎΩ, fut. εύσω, *pernocto, totam noctem in aliquo loco transigo, noctem insomnem duco, vigilo, noctem consumo, impendo*, (ex διὰ et νυκτερεύω.) *Diod. Sic.* XIII, 62. διενυκτέρευον ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τῶν τειχῶν. *Herodian.* VIII, 1. §. 11. *Hesych.* διανυκτερεύοντες· ἀγρυπνοῦντες πᾶσαν τὴν νύκτα. *Pollux Onom.* I, 7. 8. τὸ μὲν νυκτὸς τὶ πρᾶξαι νυκτερεῦσαι — τὸ δὲ δι' ὅλης νυκτὸς διανυκτερεῦσαι. idem. VI. c. 19. In N. T. semel legitur Luc. VI, 12. καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεου per totam noctem precibus ad Deum vacabat.

ΔΙΑΝΎΩ, fut. ύσω, *perficio, absolvo, expedio*, i. q. τελέω. Semel legitur in N. T. Act. XXI, 7. διανύσαντες τὸν πλοῦν absoluta navigatione. *Ælian. V. H.* II, 23. εἰς τοσοῦτον διηνύσθω τὰ τοῦ λόγου. *Phavor.* διανυσθῆναι· τελειωθῆναι. Cf. *Schol. Sophoclis* ad *Ajac.* 611. *Elect.* 1478. *Xenoph. Cyrop.* IV, 2. 8. πολλὴν ὁδὸν διήνυσαν.

ΔΙΑΠΑΝΤΌΣ. Adverbium temporis.

1. *semper*. Est ex διὰ *per* et παντὸς *omnis*, intellecta voce χρόνου, notans *per omne tempus*. Scribitur etiam divisim διὰ παντὸς, sc. χρόνου. Act. XXIV, 16. Rom. XI, 10. Hebr. XIII, 15. Hebr. תָּמִיד Deut. XI, 12. Ps. XVI, 8.

2. *sæpe, assidue*, Luc. XXIV, 53. καὶ ἦσαν διαπαντὸς ἐν τῷ ἱερῷ nempe statis diebus et horis. Act. X, 2. καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ διαπαντὸς assiduus in precibus ad Deum. Ita et תָּמִיד Ps. XXXIV, 1. legitur.

3. *quotidie*. Hebr. IX, 6. εἰς μὲν τὴν πρώτην σκηνὴν διαπαντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς, coll. Exod. XXIX, 36. et 40.

4. interdum abundat. Marc. V, 5. καὶ διαπαντὸς νυκτὸς καὶ ἡμέρας.

ΔΙΑΠΑΡΑΤΡΙΒΉ, ῆς, ἡ. Reperitur hoc substantivum, in omnibus Lexicis male omissum, in haud paucis codicibus 1 Tim. VI. 5. loco impressi παραδιατριβαί. Διατριβὴ est verbum proprium de *disputationibus philosophorum*, et interdum etiam de *loco, ubi philosophi disputare solent*. Διαπαρατριβὴ *disputatio vana et inutilis, acris et vehemens contentio de rebus levibus*

et nullius momenti, nam παρὰ in compositis sæpe *id* notat, *quod non rectum est*, v. c. παραλογίζεσθαι et παραπρίζεσθαι πρὸς τινὰ notat *contendere cum aliquo, simultatem exercere*, unde παραπριζὴ *contentio*. *Suid.* et *Hesych.* διαπαραπριζαί· ἐνδελεχισμοὶ, ἐνδελέχειαι. Cf. *L. Bos Exercitt. Philol. in N. T.* p. 223.

ΔΙΑΠΕΡΆΩ, fut. άσω, 1. *trajicio flumen* aut *mare*, quasi ἀπέρχομαι εἰς τὸ πέραν. Matth. IX, 1. ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον διεπέρασε ingressus navim trajecit lacum. ibid. XIV, 34. καὶ διαπεράσαντες ἦλθον εἰς τὴν γῆν Γεννησαρὲτ trajecto mari venerunt in regionem Gennesarethicam. Marc. V, 21. VI, 53. Act. XXI, 2. εὑρόντες πλοῖον διαπερῶν εἰς Φοινίκην cum invenissent navim trajicientem in Phœnicen. Deut. XXX, 13. τίς διαπεράσει (Hebr. יַעֲבָר) εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης; Ies. XXIII, 2. *Arrian. Exped. Alex.* VII, c. 10. idem. *Epict.* III, 24. *Polyb.* III, 63.

2. *transeo*. Luc. XVI, 26. μηδὲ οἱ ἐκειθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσιν neque, qui illinc ad nos velint, transire possint; ubi cum διαβαίνειν permutatur. *Aristoph. Avib.* 1265.

ΔΙΑΠΛΈΩ, fut. διαπλεύσω, *pernavigo, navigando emetior, navigando transeo, nave transmitto*. (ex διὰ et πλεω *navigo*.) In N. T. tantum extat Act. XXVII, 5. τὸ πέλαγος διαπλεύσαντες mare navigando emensi. *Thucyd.* IV, 25. *Herodian.* VIII, 6. 11.

ΔΙΑΠΟΝΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *labore exerceo, elaboro, allaboro, operam do*. (ex διὰ et πονέω *laboro*.) *Xenoph. Venat.* IV, 10. καὶ τὰ σώματα διαπονοῦσαι. Passivum διαπονέομαι, οῦμαι, fut. ήσομαι,

1. proprie: *molestias laborum persentisco, defatigor laboribus;* et quia πόνος non solum *laborem*, sed etiam *molestiam quamvis* et *dolorem* significat.

2. notat omnino *moleste et ægre ferre aliquid, molestia affici*. Sic autem bis tantum legitur in N. T. Act. IV, 2. διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν λαὸν moleste ferentes, quod docerent populum. ib. XVI, 18. διαπονηθεὶς δὲ ὁ Παῦλος ira at indignatione commotus Paulus. Exempla hujus significationis habet *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* Lib. II, c. 7. *Hesych.* διαπονηθείς· λυπηθείς.

ΔΙΑΠΟΡΕΎΩ, fut. εύσω, cum accusativo personæ *facio, ut alter transeat, non impedio transitum*. *Xenoph. Anab.* II, 5. 3. εἰ μὴ ἡμεῖς ὑμᾶς διαπορεύοιμεν. Passivum διαπορεύομαι, fut. εύσομαι, *iter facio per aliquem locum, transeo, prætereo*, etiam *obeo, peragro*. Luc. VI, 1. διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ σπορίμων cum iter per sata faceret, aut ambularet juxta agros, frugibus consitos. Eodem modo cum διὰ construitur Jer. XVIII, 16. πάντες οἱ διαπορευόμενοι δι' αὐτῆς. Luc. XIII, 22. καὶ διεπορεύετο κατὰ πόλεις καὶ κώμας διδάσκων oppida et vicos docendo obiit. ib. XVIII, 36. ὄχλου διαπορευομένου turbam prætereuntem. Act. XVI, 4. ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις urbes obeundo. Sic 2 Chron. XXX, 10. διαπορευόμενοι πόλιν. Rom. XV, 24. ἐλπίζω διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς spero obiter transeundo vos videre.

ΔΙΑΠΟΡΈΩ, ῶ, fut. ήσω, ut simplex ἀπορέω, proprie de *viatoribus* dicitur, *qui subsistunt, cum non pateat, quo progrediantur, nec de exitu constet*, πόρον μὴ εὑρίσκουσι, deinde vero metaphorice de *omnibus* adhibetur, *qui consilii inopes sunt, ut, quid statuant, quidve agant, aut quo se vertant, plane ignorent*, et verbis Latinis *hæsitare, incertum, dubium esse, admirari, ambigere* reddi potest. Luc. IX, 7. καὶ διηπόρει et quid de eo statueret, dubius hærebat. *Syrus:* ܘܐܬܒܗܬ ܒܗ ܠܒܗ *et mirabatur*. Act. II, 12. ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ διηπόρουν omnes obstupefacti admirabantur. ib. V, 24. διηπόρουν περὶ αὐτῶν κ. τ. λ. ambigebant, quid hoc rei esset. ib. X, 17. ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διηπόρει, τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα cum hæsitaret, in verum hujus visi sensum inquirens. Eandem significationem etiam medium διαπορέομαι, οῦμαι habet, quod legitur Luc. XXIV, 4. ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου cum consternatæ essent hac

de re, seu incertæ hanc rem agitarent animo. Nuspiam Alexandrini hac voce usi sunt. Semel occurrit in versione *Symmachi* Dan. II, 3. καὶ διηπόρει τὸ πνεῦμα pro quo Alex. habent καὶ ἐξέστη τὸ πνεῦμα, ubi in Hebraico verbum תִּתְפַּעֶם legitur. *Diog. Laërt.* I, s. 109. de Epimenide, quum 77 annos dormiisset et in agro omnia mutata invenisset, πάλιν ἦκεν εἰς ἄστυ διαπορούμενος. *Ælian. V. H.* IV, 17. *Polyb.* I, 60. *Suid.* διαποροῦ, διαπορήσω· ζητῶ, ἀμφιξάλλω.

ΔΙΑΠΡΑΓΜΑΤΕΎΟΜΑΙ, fut. εὑσομαι, *negotior, negotiando pecuniam lucror.* (ex διὰ et πραγματεύομαι *negotior.*) Semel legitur in N. T. Luc. XIX, 15. ἵνα γνῷ, τίς τί διεπραγματεύσατο ut cognosceret, quid quisque negotiando lucratus esset.

ΔΙΑΠΡΊΩ, fut. ίσω, 1. proprie: *serra disseco, diffindo*, et διαπρίομαι *serra dissecor.* (ex διὰ et πρίω *serra seco, divido*, quod a πρίων *serra.*) Ies. X, 15. 2 Sam. XII, 31. In hac proprie notione legitur. 1 Chron. XX, 3. διέπρισε πρίοσι. Hinc

2. metaphorice διαπρίεσθαι de *iis* adhibetur, *qui vehementer animo commoventur, valde indignantur et irascuntur*, et maxime declarat gestum eorum, qui præ rabie dentibus strident et frendent, veluti, si quis serram trahat, de quibus speciatim formula: διαπρίειν τοὺς ὀδόντας adhibetur. In hac metaphorica notione bis tantum legitur in N. T. Act. V, 33. οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο illi autem, cum hæc audivissent, vehementi ira commovebantur, ut supplendum sit ταις καρδίαις, quod additur ibid. VII, 54. διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν. *Syrus:* ܐܬܢܓܪ̈ ܒܠܒܗܘܢ *corripiebantur ira. Hesych.* διεπρίοντο· ἐθυμοῦντο, ἔτριζον τοὺς ὀδόντας. Idem: διαπρίεται· ἀγριάζει, (ita enim judice *Heinsio* legendum est loco impressi διαγοράζει) μαίνεται. *Cyrilli Lex. MS.* et *Alberti Gloss. N. T.* p. 67. διεπρίοντο, πικρῶς ἐχαλέπαινον. Lectu in hanc rem dignus est *Suicerus in Thes. Eccles.* T. I. p. 880. seq. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 486.

ΔΙΑΡΠΆΖΩ, fut. άσω vel άξω, *diripio, violenter aufero, spolio*, (ex διὰ et ἁρπάζω *rapio.*) Bis tantum legitur in N. T. Matth. XII, 29. καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι ejusque supellectilem diripere. καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει tunc demum ejus domum expilabit. Eadem sententia legitur Marc. III, 27. *Polyb.* IV, 18. διήρπασαν τοὺς τούτων βίους. ib. VIII, 19. *Polyæn.* II, c. 29. καὶ διήρπασε τὴν πόλιν. In vers. Alex. verbis Hebraicis בָּזַז, Gen. XXXIV, 27. 29. נָזַל, Deut. XXVIII, 29. Micha II, 2. שָׁסָה, Ies. XLII, 22. Jer. L, 11. et שָׁסַס, Ps. LXXXIX, 42. respondet. Conf. *Valckenar.* ad *Eurip. Phœn.* p. 385.

ΔΙΑΡ'Ρ'ΉΓΝΥΜΙ et ΔΙΑΡ'Ρ'ΉΣΣΩ, fut. ήξω, *rumpo, disrumpo, diffringo, dilacero, perrumpo, solvo.* (ex διὰ et ῥήγνυμι vel ῥήσσω *frango.*) Matth. XXVI, 65. διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ disrupit vestimenta sua, scilicet præ indignatione. Consuetudo enim erat olim apud Judæos æque ac Græcos discerpendi, seu dilacerandi vestimenta in indignatione, luctu et dolore gravi. Genes. XXXVII, 29. XLIV, 13. 2 Regg. XIX, 1. Conf. *Schol. Æschyli* ad *Persas* v. 166. Marc. XIV, 63. Luc. V, 6. διεῤῥήγνυτο τὸ δίκτυον ita, ut fere solverentur retia eorum. ibid. VIII, 29. καὶ διαῤῥήσσων τὰ δεσμὰ disruptis vinculis. Act. XIV, 14. διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια αὐτῶν solutis, seu rejectis vestibus. Sæpius non legitur in N. T. Frequenter tamen in versione Alex. occurrit, ubi τῷ קָרַע, Jos. VII, 6. Joël. II, 13. בָּקַע, 2 Sam. XXIII, 16. et נָתַק, Ps. II, 3. CVII, 14. respondet. *Hesych.* διαῤῥήξας· συντρίψας, σχίσας. — διαῤῥήξωμεν· ἀποῤῥίψωμεν. Conf. etiam *Irmisch.* ad *Herodian.* I. c. 13. 6. p. 543.

ΔΙΑΣΑΦΈΩ, ῶ, fut. ήσω, proprie *clare et distincte aliquid declaro et expono, significo, indico, pro veritate rei aliquid narro* (ex διὰ et σαφέω *declaro*,

quod est a σαφὴς *manifestus, perspicuus, certus.*) Deinde in genere *nuncio, significo, declaro.* Matth. XVIII, 31. διεσάφησαν τῷ κυρίῳ totius rei certiorem fecerunt dominum. Sæpius non legitur in N. T. 1 Macc. XII, 8. 2 Macc. I, 18. 20. ὡς δὲ διεσάφησαν ἡμῖν. ibid. XI, 18. Deut. I, 5. Hebraico בֵּאֵר in versione Alex. respondet. *Polyb.* III, 19. VIII, 18. XV, 27. *Appian. Parth.* p. 228. *Lucian.* de *morte Peregrini* p. 762. *Hesych.* διασαφεῖ· διασαφηνίζει, ἀγγέλλει.

ΔΙΑΣΕΊΩ, fut. είσω, 1. proprie: *concutio, vehementer agito, quasso.* Alex. Job. IV, 14. καὶ μεγάλως μου τὰ ὀστᾶ διέσεισε. *Ælian. V. H.* II, 14. *Hesych.* διέσεισε· διήγειρε, διεσάλευσε.

2. metaphorice, ut σείω (conf. *Valesinum* ad *Eusebii H. E.* VII. c. 30. p. 156.) et Latinum *concutio, metum injicio* (*Polyb.* X, 26. 4. XXIX, 2. 5.) *vim infero, injecto terrore extorqueo alicui pecuniam aut simile aliquid.* Sic semel legitur in N. T. Luc. III, 14. ubi Johannes baptista, militibus præscribens, quomodo se gerere debeant, inquit: μηδένα διασείετε, h. e. neminem concutiatis: nam etiam apud JCtos *concussio* crimen dicitur, si quid, terrore injecto, illicite extorquetur alteri et exprimitur. (Extat in *Pandectis* l. XLVII. titulus 13. *de concussione*, et in *Basilicis Græcis majoribus* a *Carolo Annibale Fabroto* collectis Lib. LX. titulus 24. inscribitur περὶ διασείσεως. Etiam Galli iniquum pecuniarum exactorem olim appellarunt *un concussionaire.*) Omissum autem post διασείετε videtur τῶν ὑπαρχόντων, ut plene legitur 3 Macc. VII, 20. ὑπὸ μηδενὸς διασεισθέντες τῶν ὑπαρχόντων. Exempla hujus significationis dedit *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 114. *Wetstenius N. T.* T. I. p. 672. et *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 882.

ΔΙΑΣΚΟΡΠΊΖΩ, fut. ίσω, 1. *dissipo, dispergo eos, qui conjuncti et sociati fuerunt.* (ex διὰ et σκορπίζω *spargo.*) Matth. XXVI, 31. καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης et dispergentur oves gregis. Zach. XIII, 7. διασκορπισθήτωσαν τὰ πρόβατα. Marc. XIV, 27. Joh. XI, 52. τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα veros Dei cultores inter gentiles dispersos viventes. Act. V, 37. *Ælian. V. H.* XIII, 46.

2. *semina spargo, dissemino.* Matth. XXV, 24. συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας colligis fructus nulla semente facta, ubi æque ac v. 26. cum σπείρειν permutatur.

3. *dilapido profuse et luxuriose opes, sive meas, sive alterius.* Luc. XV, 13. καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ et ibi dilapidavit bona sua. ibid. XVI, 1.

4. *perdo, destruo.* Luc. I, 51. διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους perdidit superbos.

ΔΙΑΣΠΆΩ, fut. άσω, *discerpo, dilanio, distraho, disrumpo.* (ex διὰ et σπάω *traho.*) In N. T. bis tantum legitur. Marc. V, 4. καὶ διεσπάσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἁλύσεις et vincula ab eo disrumperentur. Act. XXIII, 10. μὴ διασπασθῇ ὁ Παῦλος ὑπ' αὐτῶν ne ab illis discerperetur. Cf. quæ bene de hac voce monuit *Kypke Obss. Sacr.* T. II. p. 117. seq. *Hesych.* διασπᾶσαι· διαιρεῖν, διασπάραξαι, διασχίσαι. Idem: διεσπάσθησαν· διεσχίσθησαν.

ΔΙΑΣΠΕΊΡΩ, fut. ερῶ, 1. proprie: *dissemino, semina spargo.*

2. *dispergo, dissipo.* Act. VIII, 1. πάντες δὲ διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας Ἰουδαίας omnesque per Judæam dispersi sunt. ibid. v. 4. qui autem dispersi erant per varia loca. ibid. XI, 19. Tob. XIII, 3. *Simplicius* in *Epictet.* p. 211. *Polyb.* III, 19. 7. *Hesych.* διεσπάρησαν· διεσκορπίσθησαν.

ΔΙΑΣΠΟΡΆ, ᾶς, ἡ, 1. proprie: *disseminatio.*

2. *dispersio, dissipatio.*

3. κατ' ἐξοχήν in N. T. ita dicuntur *loca, in quibus Israëlitæ exulabant, regio, quam* διασπαρέντες Ἰουδαῖοι *s. dispersi Judæi inhabitabant.* Fuerunt enim Christi et Apostolorum ætate Judæi per totum fere terrarum orbem dispersi, et in omnibus celebrioribus Asiæ urbibus suas synagogas et proseuchas habebant, teste *Josepho* de *B.*

J. VII, 3. 3. Et hoc sensu vox capienda Jacob. I, 1. *ταῖς δώδεκα φυλαῖς ἐν τῇ διασπορᾷ* omnibus Christianis ex Judæis conversis extra Palæstinam habitantibus. 1 Petr. I, 1. *παρεπιδήμοις διασπορᾶς.* Conf. *Salmasium* de *Lingua Hellenistica* p. 220. et in *Funere Ling. Hellen.* p. 98. seq.

4. per metonymiam: *dispersi in exilio viventes, dissipati.* Joh. VII, 35. *μὴ εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι,* ubi *διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων* sunt ipsi Judæi, inter Græcos per totum terrarum orbem dispersi. 2 Macc. I, 27. *ἐπισυνάγαγε τὴν διασπορὰν ἡμῶν.* Ps. CXLVII, 2. נִדְחֵי יִשְׂרָאֵל יְכַנֵּס Alex. *καὶ τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει. Symmach. τοὺς ἐξωσμένους.* Conf. *Braunium* in *Selectis SS.* Lib. I. c. 1. §. 14.

ΔΙΑΣΤΈΛΛΩ, fut. ελῶ, 1. proprie: *huc et illuc mitto, mitto in diversas partes.* (ex *διὰ*, quod in compositis *distributionem* haud raro significat, et *στέλλω mitto, ablego.*) Alex. Nahum. I, 12. Ps. LXVIII, 14. *Etym. M. διαστέλλειν· ἀντὶ τοῦ ἀποστέλλειν.*

2. *separo, distinguo. Hesych. διαστέλλεται· διαμερίζεται, ἀφορίζεται.* Sic est Deut. X, 8. XIX, 2. apud Alex. pro Hebr. הִבְדִּיל, et Ruth. I, 17. pro הִפְרִיד.

3. *Διαστέλλομαι impero, præcipio, mando, jubeo, admoneo,* et, sequente particula negandi, *graviter interdico.* Matth. XVI, 20. *τότε διεστείλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν* tum interdixit discipulis suis, ne cuiquam dicerent. Marc. V, 43. coll. Luc. VIII, 56. Marc. VII, 36. coll. Matth. XVII, 9. Marc. IX, 9. Act. XV, 24. *οἷς οὐ διεστειλάμεθα* contra mandata nostra. Hinc *τὸ διαστελλόμενον dictum, interdictum.* Hebr. XII, 20. *οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλόμενον* non poterant ferre illud interdictum. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo *διαστέλλεσθαι* legitur apud Alexandrinos Malach. III, 11. pro זָעַר, Ezech. III, 19. 20. 21. pro הַזְהֵר Raro in hoc sensu apud exteros Scriptores legitur; attulit tamen locum e *Diod. Sic.* (p. 262. ed. Rhod. *περὶ τῆς αὐτοῦ ταφῆς ἐνετείλατο διαστελλόμενος ἀκριβῶς τηρῆσαι τὸ νόμιμον*) *Munthe* in *Obss. Philol. in N. T.* p. 110. seq. Conf. etiam *Wetstenii N. T.* T. I. p. 434. *Hesych. διεστείλατο· διεσαφήσατο.*

ΔΙΆΣΤΗΜΑ, *ατος, τὸ, distantia, intervallum, spatium,* et, ut Latinum *spatium,* tam de *loci,* quam de *temporis* intervallo usurpatur, a *διΐστημι disto.* De *loci* spatio usurpatur Genes. XXXII, 16. *καὶ διάστημα ποιεῖτε ἀνὰ μέσον ποίμνης καὶ ποίμνης. Xenoph.* de *Venat.* II, 6. De *temporis* vero spatio legitur semel in N. T. Act. V, 7. *ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα* post trium fere horarum spatium. *Polyb.* IX, 1, 1. *Plutarch.* T. VIII, Opp. p. 193. ed. *Reiske. Liv.* I, 17.—Interdum omittitur, v. c. Luc. XXII, 58. *καὶ μετὰ βραχύ*, sc. *διάστημα*, et paulo post.

ΔΙΑΣΤΟΛΉ, *ῆς, ἡ, distinctio, diversitas, discrimen,* a perfecto medii *δίεστολα*, verbi *διαστέλλω, distinguo.* Rom. III, 22. *οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ* nullum enim est discrimen Judæorum et Paganorum; quanquam etiam reddi posset: nulla enim est præstantia Judæorum præ Paganis, nam *διαστολὴ* etiam *excellentiam, eminentiam* notat, teste *Suida: διαστολή· ἐξοχή.* ibid. X, 22. *οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ Ἰουδαίου καὶ Ἕλληνος.* 1 Cor. XIV, 7. *ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῶ* si distinctos sonos non dent, aut, si discrimen non dent per sonos. *Hesych. διαστολή· διάκρισις, διαίρεσις. Suid. διαχώρησις.*

ΔΙΑΣΤΡΈΦΩ, fut. έψω, 1. proprie: *torqueo, detorqueo, tortuosum reddo, in varios anfractus deflecto,* et opponitur *τῷ εὐθύνειν,* seu *εὐθὺ ποιεῖν,* unde *διαστρέφεσθαι* Græcis medicis eæ corporis partes dicuntur, quæ a rectis distortæ et flexuosæ fiunt. Conf. *Foësii Œconom. Hippocr.* p. 97. Sic legitur in N. T. Act. XIII, 10. *οὐ παύ-*

σῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐθείας semper suffodis viam Dei planam et rectam, seu planius, impedire et retardare conaris benefica Dei decreta, ejusque rationes turbas. Micha III, 9.

2. *averto, ad defectionem sollicito.* Luc. XXIII, 2. τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος hunc invenimus seditionem concitantem. Act. XIII, 8. ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως studens avertere proconsulem ab assensu quem præbebat religioni Christianæ. Exod. V, 4. ἱνατί διαστρέφετε τὸν λαὸν ἀπὸ τῶν ἔργων; ubi in Hebr. הֲפָרִיעַ legitur. 1 Regg. XVIII, 17. ὁ διαστρέφων τὸν Ἰσραήλ.

3. *corrumpo, perverto, vitiosum reddo,* unde et διαστρέφεσθαι, ad animum translatum, de iis dicitur, qui perversis imbuti opinionibus veritatem repudiant, (*Arrian.* Diss. *Epictet.* III, c. 6.) et de iis, qui sunt moribus pravis et perversis. Matth. XVII, 17. Luc. IX, 41. ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη o homines increduli et perversi! Sic plane Deut. XXXII, 5. דּוֹר עִקֵּשׁ וּפְתַלְתֹּל Alex. γενεὰ σκολιὰ καὶ διεστραμμένη. Act. XX, 30. λαλοῦντες διεστραμμένα tradentes doctrinam, quæ plane abhorret a vera religionis Christianæ indole. Similis locus est Prov. XXIII, 33. יְדַבֵּר תַּהְפֻּכוֹת. Philipp. II, 15. ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης. Num. XV, 39. οὐ διαστραφήσεσθε ἔτι ὀπίσω τῶν διανοιῶν ὑμῶν. Apud *Eusebium* in *H. E.* VI, 38. διαστροφὴ de *errore* ponitur.

ΔΙΑΣΩ΄ΖΩ, fut. ώσω, i. q. simplex σώζω, et generatim *servo, conservo, salvum et incolumem aliquem præsto, quocunque modo hoc fiat,* significat, sive *avertendo mala,* sive *tollendo, quæ premunt et affligunt.* Διασώζομαι *liberor, servor ex aliquo periculo.* Act. XXVIII, 4. διασωθέντα ἐκ τῆς θαλάσσης servatum e mari. 1 Petr. III, 20. διεσώθησαν δι' ὕδατος servati sunt ex aqua, seu diluvio. Num. X, 9. διασωθήσεσθε ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν. Sic et legitur apud *Polyænum Strateg.* I, c. 41. p. 94. ed. *Casaub.* Conf. *Lexicon Xenophont.* s. h. v. Speciatim

2. significat, ut σώζω, *sano, valetudinem corporis restituo.* Matth. XIV, 36. καὶ ὅσοι ἥψαντο, διεσώθησαν et quotquot attigere, sanati sunt, coll. Marc. VI, 56. Luc. VII, 3. ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ τὸν δοῦλον αὐτοῦ ut suum servum sanatum veniret. Eodem sensu legitur etiam apud *Polyænum Strateg.* II, c. 33.

3. seq. πρὸς, εἰς etc. *salvum et incolumem, sartum tectumque aliquem perduco aliquo.* Act. XXIII, 24. ἵνα τὸν Παῦλον διασώσωσι πρὸς Φήλικα ut Paulum salvum perducerent ad Felicem, ibid. XXVII, 43. *Apollodor. Bibl.* III, c. 6. §. 8. extr. Ἄδραστον μόνον ἵππος διέσωσεν. Passivum διασώζεσθαι notat *salvum et incolumem pervenire in aliquem locum,* διασωθέντα ἀφικέσθαι, ut plene dixit *Cebes* in *Tabula* c. 17. Sic legitur in N. T. Act. XXVII, 44. καὶ οὕτως ἐγένετο πάντας διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν et ita factum est, ut omnes salvi in terram evaderent. ibid. XXVIII, 1. διασωθέντες posteaquam salvi in terram evasissent. Alex. Genes. XIX, 19. Ies. XXXVII, 38. pro נִמְלָט. 2 Macc. XI, 12. Eodem sensu extat apud *Polybium* VIII, c. 11. διεσώζοντο πρὸς τὴν πόλιν. *Josephum A. J.* IX, 4. 6. *Lucian.* T. II. Opp. p. 130. ed. *Reitz.* et aliis in locis, quæ collegit *Krebsius Obss. Flav.* p. 250. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 616. et 649.

ΔΙΑΤΑΓΗ΄, ῆς, ἡ, 1. proprie: *ordinatio, dispositio,* a διατάσσω *ordino, dispono.*

2. διαταγαὶ *ordines, agmina disposita,* et est inprimis vox propria de *copiis, in aciem dispositis.* Hinc præeunte *Krebsio* in *Obss. Flav.* p. 200. explicarem locum difficilem Act. VII, 53. ubi lex Mosaica dicitur lata et promulgata esse εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, h. e. præsente angelorum choro, seu, adstantibus angelorum agminibus, (alii vertere malunt: *angelorum opera,* ita, ut Deus in lege promulganda angelo-

rum ministerio uteretur: sed repugnat locus Exod. XX, 1. 19. 22.) collatis locis Galat. III, 19. et Hebr. II, 2.

3. *constitutio, institutum, res instituta.* Rom. XIII. 2. τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν instituto resistit divino. Similis locus est apud Alex. Ezra IV, 11.

ΔΙΑ΄ΤΑΓΜΑ, τος, τὶ, *mandatum, edictum, præceptum.* (a διατέταγμαι perf. passivi, verbi διατάσσω *præcipio, constituo.*) Semel legitur in N. T. Hebr. XI, 23. καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως nec edictum regis metuebant. In versione Alex. respondet τῷ נְשְׁתְּוָן *decreto, diplomate comprehenso* Ezra VII, 11. Sapient. XI, 7. *Plutarch. Marcell.* p. 312. E.

ΔΙΑΤΑΡΑ΄ΣΣΩ, vel ΔΙΑΤΑΡΑ΄ΤΤΩ, fut. άξω, *perturbo, perplexum animo reddo, commoveo.* (ex διὰ et ταράσσω *commoveo, turbo.*) Tantum legitur in N. T. Luc. I, 19. διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ sermone ejus perturbata est animo. *Dionys. Halic. Ant.* VII, c. 35. *Xenoph. Mem.* IV, 2. 40.

ΔΙΑΤΑ΄ΣΣΩ, vel ΔΙΑΤΑ΄ΤΤΩ, fut. άξω,

1. proprie: *ordino, certo ordine compono et dispono.* (ex διὰ et τάσσω *ordino, statuo.*) Dicitur inprimis de militibus, qui in aciem disponuntur, v. c. 2 Macc. XII, 20. διατάξας τὴν ἑαυτοῦ στρατιάν. Adde 1 Regg. XI, 18. et *Herodian.* I, 9. 6. *Xenoph. Œcon.* IV, 21. et IX, 1.

2. respondet Latino *constituere*, et vernaculo anordnen, verordnen *to order or regulate*, et ita late patet, ut de *quovis, sive propria, sive aliena auctoritate aliquid præcipiente, jubente, mandante* (apud *Herodot.* I, c. 110. cum κελεύειν et ἐντέλλεσθαι permutatur) *ac curante*, usurpetur, maxime tamen conveniat legum auctoribus et magistratibus et potestatem *sanciendi, edicendi*, interdum etiam *ferendi* et *promulgandi legem* habeat. Sic legitur in N. T. Matth. XI, 1. ὅτε ἐτέλεσεν διατάσσων postquam hæc mandata dedit. Luc. III, 13. παρὰ τὸ διατεταγμένον quam ipsis legibus constitutum et definitum est. ib. VIII, 55. καὶ διέταξεν αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν jussitque illi dare cibum. ibid. XVII, 9. ὅτε ἐποίησε τὰ διαταχθέντα quod heri mandatis satisfecerit. ibid. v. 10. Act. VII, 44. καθὼς διετάξατο quemadmodum exstruere jusserat. ib. XVIII, 2. διὰ τὸ διατεταχέναι propter edictum (*Hesiod. Theog.* v. 74. *Ælian. V. H.* II, 15.) Act. XX, 13. οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος, *Vulgatus: sic enim disposuerat ipse.* ibid. XXIII, 31. XXIV, 23. 1 Cor. VII, 17. ubi alii codices habent διδάσκω. ibid. IX, 14. XI, 34. τὰ δὲ λοιπὰ, ὡς ἂν ἔλθω, διατάξομαι cæteros ritus, ad celebrationem cœnæ sacræ pertinentes, constituam, ubi ad vos venero. ibid. XVI, 1. Galat. III, 19. διαταγεὶς δι' ἀγγέλων promulgata præsentibus angelis. Tit. I, 5. Judd. V, 9. ἡ καρδία μου εἰς τὰ διατεταγμένα τῷ Ἰσραήλ. *Phavor.* διατάττομαι· τὸ διορίζομαι καὶ προστάττω, οἷον ὁ βασιλεὺς διατάττεται τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ ὑπηκόοις, φυλακὴν ἔχειν. ἐξ οὗ κυρίως διάταγμα, ἡ τοῦ βασιλέως προσταγή.

ΔΙΑΤΕΛΕ΄Ω, ῶ, fut. έσω, 1. *perficio, finio, ad finem perduco*, (ex διὰ et τελέω *impleo, perficio.*)

2. *permaneo, perago, traduco tempus*, ita, ut subintelligatur τὸν χρόνον, vel simile quippiam. Sic semel in N. T. legitur Act. XXVII, 33. ἄσιτοι διατελεῖτε, sc. τὸν χρόνον, jejuni permanetis, seu consumitis tempus. Deut. IX, 7. ἀπειθοῦντες διατελεῖτε τὰ πρὸς Κύριον. Jer. XX, 7. πᾶσαν ἡμέραν διετέλεσα μυκτηριζόμενος. *Ælian. V. H.* II, 41. διετέλει ἀγρυπνῶν καὶ πίνων ἅμα. *Xenoph. Anab.* IV, 3. 2. πάσας) scil. ἡμέρας) μαχόμενοι διετέλεσαν. Mem. I, 2. 28. σώφρονῶν διετέλει. Conf. quæ multis de hac voce exposuit *Irmisch. Excurs.* ad *Herodian.* I, 4. 12. p. 843. seq. Vide etiam *Phavorinum* sub διατελῶ.

ΔΙΑΤΗΡΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *sollicite conservo, diligenter servo, custodio aliquid, ne surripiatur et auferatur,*

(*Polyb.* I, 7. 7. et 45. 14.) et κατ' ἐξοχὴν de *iis* usurpatur, *qui animo aliquid figunt et conditum aliquid mente tenent.* Luc. II, 51. διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα et mater ista omnia condita mente tenebat. Gen. XXXVII, 11. וְאָבִיו שָׁמַר אֶת־הַדָּבָר, Alex. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ διετήρησε τὸ ῥῆμα, coll. Dan. VII, 28. וּמִלְּתָא בְּלִבִּי נְטָרַת *Theodot.* καὶ τὸ ῥῆμα ἐν τῇ καρδίᾳ μου διετήρησα.

2. etiam de *iis* usurpatur, *qui cavere aliquem sibi jubent et abstinere ab aliqua re*, adeoque sequente ἑαυτὸς ponitur reciproce pro *abstinere, sibi cavere.* Sic legitur in N. T. Act. XV, 29. ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς a quibus si abstinueritis, aut vobis caveritis. Ita et simplex τηρέω ponitur 1 Joh. V, 18. Ies. LVI, 2. *Aristot. H. A.* IX, 7.

ΔΙΑΤΙ', *cur? quare?* Adverbium interrogandi, ex διὰ et τί *quid?* quod Alex. pro מָדוּעַ, Exod. II, 18. V, 14. לָמָּה, Num. XI, 11. Job. III, 11. et עַל־מֶה, Deut. XXIX, 23. posuerunt. Matth. IX, 14. XIII, 10. Marc. II, 18. Luc. V, 30. 33. Joh. VII, 45. Apoc. XVII, 7. Sæpe quoque vox separatim posita legitur διὰ τί.

ΔΙΑΤΊΘΗΜΙ, fut. θήσω, 1. proprie: *dispono aliquid quocunque modo*, et in vers. Alex. respondet Hebraico הֵשִׂים 1 Sam. XI, 11. διέθετο Σαοὺλ τὸν λαὸν εἰς τρεῖς ἀρχάς.

2. *ordino, constituo, in ordinem redigo. Thucyd.* I, 126. καὶ τὸ πᾶν διαθεῖναι. 1 Sam. VI, 15. Hinc

2. *testor, lego, testamentum condo, testamento ordino.* Sic legitur in N. T. Hebr. IX, 16. θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου intercedere debet mors testatoris. ib. v. 17. ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος non valet, dum vivit testator. Sic etiam apud *Josephum A. J.* XIII, 16. 1. τὴν δὲ βασιλείαν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου διέθετο: et *Lysiam Orat.* p. 246. τὰ δὲ οἰκεῖα τὰ αὐτοῦ διέθετο. *Polyb.* XX, 6. 5.

4. *paciscor, pactum ineo, fœdus pango.* Sic reperitur Hebr. VIII. 10. αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι hoc est fœdus, quod pangam. ib. X, 16. Alexandrini usurparunt pro Hebraico כָּרַת, quod cum nomine בְּרִית *fœdus percutere, pacisci* notat, Genes. XV, 18. XXXI, 44. Deut. V, 2. 3. etc. Sic et *Aristoph. Aves* v. 439. ἢν μὴ διάθωνταί γ' οἵδε διαθήκην ἐμοί.

5. *certissime polliceor, condico, addico.* Luc. XXII, 29. κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν τὴν βασιλείαν, καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου et ego sanctissime vobis addico felicitatem illam, quam mihi ipsi Deus addixit. *Syrus* bene transtulit ܐܬܚܬ *pollicitus est.* Act. III, 25. τῆς διαθήκης ἧς διέθετο ὁ Θεὸς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν promissionis, quam Deus dedit majoribus nostris. Eodem modo בְּרִית usurpatur 2 Paral. VII, 18. Hagg. II, 5. *Phavorin.* διατίθημι· τὸ καλῶς τίθημι, καὶ διοικῶ καὶ καθιστῶ καὶ οἰκονομῶ καὶ ἐπὶ λόγων καὶ πραγμάτων ἑτέρων. — διατίθεμαι· συντίθεμαι.

ΔΙΑΤΡΊΒΩ, fut. ίψω, 1. proprie: *tero, attero, comminuo, consumo, absumo.* (ex διὰ et τρίβω *tero.*) Tob. XI, 8.

2. per ellipsin nominis χρόνου, *tempus tero, moror, commoror, versor in aliquo loco.* Joh. III, 22. καὶ ἐκεῖ διέτριβε μετ' αὐτῶν καὶ ἐβάπτιζεν ibique cum iis commoratus est et baptizavit. ib. XI, 54. Act. XII, 19. εἰς τὴν Καισάρειαν διέτριβεν. (Conf. *Wakefield Silvam Criticam* P. II. p. 132.) ibid. XV, 35. Interdum additur χρόνον, Act. XIV, 3. 28. ἡμέρας, Act. XVI, 12. XX, 6. XXV, 6. 14. Levit. XIV, 8. διατρίψει ἔξω τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἑπτὰ ἡμέρας, ubi Hebraico יֵשֵׁב respondet. Jer. XXXV, 7. pro גּוּר positum extat. *Hesych.* διατρίβει· διάγει, παρέλκει ἐπὶ πολὺν χρόνον. *Polyæn.* II, 144. *Herodian.* III, 10. 3. V, 5. 2. *Polyb.* III, 19. 8. ubi vid. *Schweighæuser.*

ΔΙΑΤΡΟΦῊ, ῆς, ἡ, *alimentum, victus, omne, quo corpus sustentatur et*

alitur, a διατρέφω *alo*, *nutrio*, qua voce sæpius usi sunt Alex. v. c. Genes. L, 21. Ruth. IV, 15. Ps. LV, 23. etc. In N. T. tantum legitur 1 Tim. VI, 8. ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα. 1 Macc. VI, 49. ὅτι οὐκ ἦν αὐτοῖς ἐκεῖ διατροφή. In versione *Aquilæ* 1 Regg. V, 25. Hebraico מַאֲכֶלֶת respondet. Vox hæc rarissime in Scriptoribus Græcis occurrit. Reperitur tamen apud *Sophoclem* in *Ajac. Flag.* v. 1297. *Xenoph.* de *provent.* IV, 49. et *Plutarch.* T. VI. p. 499. ed. *Reiske*. *Hesych.* διατροφάς· βρώματα. *Thom. M.* p. 214. δίαιτα, οὐ διαγωγὴ οὐδὲ διατροφή. καὶ ἀμφότερα γὰρ σημαίνει ἡ δίαιτα. καὶ διαιτώμενος δὲ καὶ διάγων, οὐ μὴν καὶ διατρεφόμενος. ubi videndus *Sallierius*, qui loca *Plutarchi*, *Josephi* aliorumque, hanc vocis διατροφὴ significationem confirmantia, excitavit.

ΔΙΑΥΓΆΖΩ, fut. άσω, *illumino*, *illucesco*, *diffulgeo*, *perfulgeo*, *transpareo*. (ex διὰ et αὐγάζω *splendorem edo*, *illustro*.) Semel legitur in N. T. 2 Petr. I, 19. ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ usque dum dies illucescat. *Hesych.* διαυγάσαι· φωτίσαι.—διαυγές· λαμπρόν, φωτεινόν. *Plutarch.* T. IX, *Opp.* p. 539. *Reiske*. *Polyb.* III, 104.

ΔΙΑΦΑΝΉΣ, ές, ὁ, ἡ, neutrum ΔΙΑΦΑΝΈΣ, τὸ, *pellucidus*, *perspicuus*, *transparens*. (a διαφαίνω *plene ostendo*, *transparens et pellucidus sum*.) Semel in N. T. legitur Apoc. XXI, 21. ὡς ὕαλος διαφανὴς sicut vitrum pellucidum. Est Hebraicum זָךְ Exod. XXX, 34. Hinc τὸ διαφανὲς *Symmacho* Genes. VI, 16. *fenestra*, *apertura* dicitur. *Hesych.* διαφανές· λαμπρόν, διάπυρον. Adde *Suidam* sub διαφανές. *Dion. Halic.* T. VI, p. 758. ed. *Reiske*. *Plutarch.* T. IV, p. 402. *Reiske*.

ΔΙΑΦΈΡΕΙ. Impersonale, respondens Latino *interest*, *refert*, a διαφέρω, quod vide. Semel in N. T. legitur Gal. II, 6. οὐδέν μοι διαφέρει, quod vulgo vertitur: *nihil mea refert*, sed ego reddere malim: *equidem non sum inferior*. *Julian. Imp. Orat.* VII, p. 429. τοῦτο γὰρ ἐμοί γε οὐδὲν διαφέρει. *Ælian. V. H.* I, 25. Confer etiam *Wetstenii N. T.* T. II. p. 219.

ΔΙΑΦΈΡΩ, fut. διοίσω, aor. 1. διήνεγκα,

1. proprie: *in diversas partes fero*. (ex διὰ et φέρω *fero*.)

2. *deporto*, *fero per aliquem locum*, *perfero*. Marc. XI, 16. ἵνα τὶς διενέγκῃ σκεῦος διὰ τοῦ ἱεροῦ ut quispiam portaret vas per templum. 3 Esdra V, 78. διαφέρειν σχεδίας εἰς τὸν Ἰόππης λιμένα. *Appian.* B. C. IV, p. 985. et 992.

3. *huc et illuc agito*, *jacto*, *incerto cursu huc et illuc fero*. Act. ΛXVII, 27. διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, scil. πόντῳ vel κόλπῳ, agitati in mari Adriatico. *Plutarch. de sera num. vindicta* p. 552. C. *Lucian. Hermotim.* 28. *Philo de migrat.* T. I. p. 459. 9 ed. *Mangey*. Conf. *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* IX, 27. Eodem modo *differre* sumitur apud *Horat.* Epod. X, 6. ubi Eurus dicitur fractos *differre* remos.

4. *dissemino*, *spargo*, et metaphorice: *divulgo*, *propago*. Act. XIII, 49. διεφέρετο δὲ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ propagabatur doctrina Christiana. *Vulgatus*: *disseminabatur autem verbum domini per universam regionem*. *Chrysostomus*: τουτέστι, διεκομίζετο. Sapient. XVIII, 10. οἰκτρὰ διεφέρετο θρηνουμένων παίδων.

1. *discrepo*, *differo*, *discernor*. 1 Cor. XV, 41. ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ nam stella a stella differt splendore. Galat. IV, 1. οὐδὲν διαφέρει δούλου nihil differt a servo. Dan. VII, 3. θηρία διαφέροντα ἀλλήλων. Sapient. XVIII, 2. τοῦ διενεχθῆναι χάριν.

6. sequente genitivo personæ, *præsto*, *excello*, *antecello*, *emineo*, i. q. προέχω. Matth. VI, 26. οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν; nonne vos iis longe præstantiores estis? ibid. X, 31. πολλῶν στρουθίων διαφέρετε multis passeribus vos præstatis. ibid. XII, 12. Luc. XII, 7. 24. 2 Macc. XV, 13. ἄνδρα πολιᾷ καὶ δόξῃ διαφέροντα.

Sic et legitur apud *Æschin.* Dial. III, 6. *Thucyd.* II, 39. Exempla e *Philone* congessit *Carpzov.* in Exercitt. Philon. in Ep. ad Hebræos p. 28. Confer etiam *Wetstenii N. T.* T. I. p. 334. *Hesych.* διαφέρει· ἀνήκει, πρόσχει, ὑπερέχει, βελτίων ἐστί. *Alb.* Gloss. N. T. p. 95. τὰ διαφέροντα· τὰ κρείττονα.

7. διαφέρεσθαι *dissidere, dissentire inter se, contendere.* 2 Macc. III, 4. *Xenoph.* Mem. II, 3. 5. *Æschin.* Dial. II, 13. et 24. unde διαφορὰ *dissensio.* ibid. II, 13. *Hesych.* διηνέχθη· ἐμαχήσατο. Hinc non solum τὸ διάφορον *id, de quo dissentitur, causa dissidii* dicitur apud Græcos, sed etiam in N. T. τὰ διαφέροντα *quæstiones* vocantur, *res, de quibus lis adhuc est et controversia, an sint honestæ et licitæ nec ne.* Rom. II, 18. καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα. *Theophyl.* τί δεῖ πρᾶξαι καὶ τί μὴ δεῖ πρᾶξαι. Philipp. I, 10. εἰς τὸ δοκιμάζειν τὰ διαφέροντα ut examinare et dijudicare possitis, quæ sint probanda et conveniant religioni Christianæ, nec ne. Conf. *L. Bos.* Exercitt. Philol. in N. T. p. 99.

ΔΙΑΦΕΎΓΩ, fut. εὔξομαι, *effugio, evito.* (ex διὰ et φεύγω *fugio.*) Act. XXVII, 42. μήτις ἐκκολυμβήσας διαφύγοι ne quis enatando effugeret. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini pro נוּס, Amos IX, 1. פָּלַט, Jos. VIII, 22. et נִמְלַט, Proverb. XIX, 5. posuerunt. *Xenoph. Cyrop.* V, 3. 9.

ΔΙΑΦΗΜΊΖΩ, fut. ίσω, 1. de rebus et sermonibus si usurpatur, est: *divulgo, spargo, famam in vulgus spargo.* (ex διὰ et φημίζω *divulgo.*) Matth. XXVIII, 15. καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον et divulgata est hæc res apud Judæos ad hunc usque diem. Marc. I, 45. καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον et divulgare rem. *Dion. Hal.* l. XI. c. 46. *Dion. Alex. Perieg.* v. 26. *Diod. Sic. Eclog.* l. XXXVI, p. 532. ed. *Wessel.* ἀτολμίαν αὐτοῦ διαφημίσαντες. Sed

2. si de personis dicitur, significat: *notum facio, celebro, prædico.* Matth. IX, 31. διεφήμισαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ celebrarunt illum per totam istam regionem. Sæpius in N. T. non legitur. *Phavor.* διαφημίζω· διασαλπίζω.

ΔΙΑΦΘΕΊΡΩ, fut. ερῶ, 1. proprie: *corrumpo, perdo,* sensu physico, sive res penitus destruatur, sive saltem deterior reddatur et damnum patiatur. Sic de tinea, quæ corrodendo corrumpit vestem, legitur Luc. XII, 33. σὴς διαφθείρει. Apoc. VIII, 9. τρίτον τῶν πλοίων διεφθάρη tertia pars navium periit. De corpore, quod calamitatibus et afflictionibus debilitatur et frangitur, reperitur 2 Cor. IV, 16. ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται quanquam corpus nostrum tot malis frangitur et attenuatur. Respondet in vers. Alex. Hebraico שָׁחַת, Judd. II, 19. VI, 4. 5. 1 Sam. VI, 5. et חָבַל, Eccles. V, 6. Dan. II. 44. Hinc interdum *interficere* notat, non solum apud Alexandrinos, 1 Sam. II, 25. (ubi הֲמִית respondet) sed etiam apud *Polyænum* Strategem. V, 4. (τοὺς μὲν αὐτῶν διέφθειραν, τοὺς δὲ ἐζώγρησαν.) *Platonem* Menex. c. 13. *Ælian.* V. H. VIII, 9. XIII, 45.

2. sensu morali: *corrumpo, depravo, improbum reddo, pravis opinionibus et consiliis imbuo.* 1 Tim. VI, 5. ἄνθρωποι, διεφθαρμένοι τὸν νοῦν homines, corrupti mente, sunt stulti, insipientes, sensu veri et utilis destituti. Sic apud *Isocratem* Panegyr. c. 41. διεφθαρμένος τὴν φύσιν qui a naturæ bonitate deflexit. Apoc. XI, 18. τοὺς διαφθείροντας τὴν γῆν qui homines scelestos reddiderunt. *Herodian.* I, 6. 2. διαφθείρειν ἐπειρῶντο νέον ἦθος βασιλέως, ubi videndus *Irmischius. Homer. Il.* ο'. 128. *Dionys. Halic. Ant.* V, 21.

3. *punio, affligo, miserum reddo.* Apoc. XI, 18. διαφθεῖραι τοὺς διαφθεί-

ρεντας τὴν γῆν. Conf. in universum Interpretes ad *Thomam M.* sub διέφθορεν p. 230. seq. et *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΔΙΑΦΘΟΡΑ, ᾶς, ἡ, *corruptio, depravatio, destructio quævis,* (*Xenoph. de Venat.* VI, 3. *Polyb.* I, 48. 3. et 8.) speciatim, *putrefactio, cui obnoxium est corpus humanum.* (a præter. med. διέφθορα, verbi διαφθείρω. Act. II, 27. οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθορὰν neque cultorem tuum sines putrefieri, coll. Ps. XVI, 10. לִרְאוֹת שַׁחַת. Act. II, 31. οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθορὰν nec in putredinem abiit. ibid. XIII, 34. μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς διαφθορὰν ita ut nunquam moriatur. ibid. v. 35. 36. 37. Sæpius non legitur in N. T. *Suid.* διαφθορά· θάνατος, διάλυσις τοῦ συνθέτου σώματος.

ΔΙΑΦΟΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *discrepans, dissimilis, diversus, varius.* (a διαφέρω *differo.*) Rom. XII, 6. διάφορα χαρίσματα dona diversa. Alex. pro כִּלְאַיִם *diversa genera,* Levit. XIX, 19. Deut. XXII, 9. *Gloss.* in *Octat.* διάφορον· ἀνομοιογενές.

2. *omne, quo res dignoscitur, quod dissimile reddit,* διάφορον dicitur. Sic legitur in N. T. Hebr. IX, 10. διαφόροις βαπτισμοῖς lotionibus, s. purgationibus leviticis, quibus Judæi a reliquis gentibus discernebantur et dignoscebantur.

3. *excellens, præstans,* quia, quæ excellunt et præstant, ab aliis diversa sunt. Hebr. I, 4. ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα quo majorem præ illis consecutus est dignitatem. ibid. VIII, 6. διαφορωτέρας τέτευχε λειτουργίας præstantius ministerium nactus est. Alex. Esdr. VIII, 26. *Symmach.* Genes. I, 27. *Sextus Empir. Phys.* I, 218. διαφορώτερον ἔχρῆτο. Conf. *Duker.* ad *Thucyd.* VI, 54. 14. et *Abresch. Annotatt. in Ep. ad Hebr.* p. 28. *Hesych.* et *Alb.* Gloss. N. T. p. 168. διαφορώτερον· κρεῖττον, ὑψηλότερον. Interdum per ellipsin deficit, v. c. Act. X, 46. et 1 Cor. XIV, 2. seq. ad vocem γλώσσαις. Plena formula legitur apud *Leon. Imp. Tact.* IV, 49.

ΔΙΑΦΥΛΆΣΣΩ, vel ΔΙΑΦΥΛΆΤΤΩ, fut. άξω, *diligenter et sollicite aliquid custodio, ne surripiatur vel corrumpatur et damnum subeat,* (*Xenoph. Cyrop.* IV, 5. 15. et *Hist. Gr.* VI, 2. 14.) *curam alicujus gero, defendo, tueor.* Semel in N. T. legitur Luc. IV, 10. τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ τοῦ διαφυλάξαί σε angelis suis mandabit de te, ut te tueantur et defendant. *Xenoph. Cyrop.* V, 1. 1. *Memor.* I, 5. 2. Conf. *Victor. V. L.* XIV, 11. Eodem modo שָׁמַר Ps. XCI, 11. *Hesych.* διεφύλαξας· διετήρησας, ἐσκέπασας.

ΔΙΑΧΕΙΡΊΖΩ, fut. ίσω, *manu tracto, laboro, ago aliquid, manu aliquid efficio, administro, rego.* (ex διὰ et χειρίζω *manu tracto.*) *Xenoph. Anab.* I, 9. 10. *Hesych.* διαχειρίζει· διοικεῖ. Medium διαχειρίζομαι *trucido, interficio aliquem, manu injecta occido.* Sic bis legitur in N. T. Act. V, 30. ὃν ὑμεῖς διεχειρίσασθε quem vos interimendum curastis. (Confer *Dresigium* de *verbis mediis* Sect. II, §. 8.) ibid. XXVI, 21. ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι interficere conabantur. *Polyb.* VIII, 18. *Strabo* VI, p. 263. *Herodian.* III, 12. 2. Eodem sensu χειρόομαι sumitur apud *Ælian.* V. H. IV, 5. de Hercule, ἐχειρώσατο λέοντα. *Hesych.* διαχειρίζεται· φονεύει.

ΔΙΑΧΛΕΥΆΖΩ, fut. άσω, *irrideo, derideo, subsanno, cavillor.* (ex διὰ et χλευάζω idem.) Semel tantum legitur in N. T. Act. II, 13. ἕτεροι δὲ διαχλευάζοντες ἔλεγον alii vero moto risu dixerunt. Ita certe legitur in editione N. T. a *Griesbachio* curata, qui, repudiata lectione, olim recepta, χλευάζοντες, alteram διαχλευάζοντες in textum recepit. Confer etiam *Matthæi* in N. T. ad h. l. *Polyb.* XVII, 4. 4. XXX, 13. 12.

ΔΙΑΧΩΡΊΖΩ, fut. ίσω, *separo, sejungo, divello, discerno.* Διαχωρίζομαι *separo me, disjungor, discedo, discessum paro.* Semel in N. T. legitur Luc. IX, 33. ἐν τῷ διαχωρίζεσθαι αὐτοὺς

ἀπ' αὐτοῦ cum abirent ab ipso, seu discessum pararent. Genes. XIII, 9. διαχωρίσθητι ἀπ' ἐμοῦ. Sirac. VI, 14.

ΔΙΔΑΚΤΙΚΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1. *peritus artis docendi, aptus ad docendos et instituendos alios.* (a διδάσκω *doceo.*) Nam adjectiva, in ικος desinentia, peritiam et facultatem alicujus rei significant, v. c. γεωμετρικὸς *geometriæ peritus*, τεχνικὸς *arte valens*, φυσικὸς *sollers naturæ investigator.* Sic in N. T. legitur 1 Tim. III, 2. διδακτικόν.

2. *qui se institui et edoceri facile et lubenter patitur, qui emendationem et correctionem admittit, docibilis*, qua ipsa voce *Vulgatus* recte, ut ipsa orationis series docet, usus est 2 Tim. II, 24. δεῖ εἶναι διδακτικὸν ne sit contumax sententiæ suæ defensor.

ΔΙΔΑΚΤΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, non tam *eum* notat, *qui se docendum præbet*, aut, *qui doceri potest*, v. c. apud *Æschin.* Dial. I, 1. *Xenoph.* Œconom. c. 12. s. 10. quam, *qui jam didicit, qui est edoctus, qui jam satis institutus est, doctus, eruditus, doctrina imbutus.* Sic in N. T. legitur Joh. VI, 45. καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ et erunt omnes instituti in vera religione divina. Hebraice dicitur לִמּוּדֵי יְהוָה, Ies. LIV, 13. 1 Macc. IV, 7. διδακτοὶ πολέμου rei militaris periti. Διδακτοὶ λόγοι *modus et ratio docendi.* 1 Cor. II, 13. ἃ καὶ λαλοῦμεν, οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς (in quibusdam codicibus legitur διδαχῇ) πνεύματος quam vobis tradimus, ita, ut non utamur methodo, qua sapientia humana tradi solet, (aut ad doctrinæ rationem et præscriptum conformata) sed, quam nobis commendavit Deus, aut, quæ convenit religioni Christianæ. Confer *Wetstenii* N. T. T. II, p. 107.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙ'Α, ας, ἡ, 1. proprie: *institutio, instructio, informatio.* Rom. XV, 4. εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη sunt eo consilio scripta, ut nos edoceamur. 2 Tim. III, 16. πᾶσα γραφὴ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν. 1 Tim. IV, 13.

2. metonymice: *ipsa doctrina, qua aliquis instruitur, vel instruendus est.* Matth. XV, 9. διδάσκοντες διδασκαλίας. Marc. VII, 7. coll. Ies. XXIX, 13. Ephes. IV, 14. παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας omni levi et vana doctrina. Coloss. II, 22. 1 Tim. I, 10. τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, veræ doctrinæ Christianæ. ib. IV, 1. 6. 16. V, 17. VI, 1. 3. 2 Tim. III, 10. IV, 3. Tit. I, 9. II, 1. 7. 10.

3. *docendi munus et officium.* Rom. XII, 7. ὁ διδάσκων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, scil. μενέτω, doctor muneri docendi semper satisfaciat. Conf. *Suiceri Thesaur. Eccles.* T. I, p. 900.

ΔΙΔΑ'ΣΚΑΛΟΣ, ου, ὁ, 1. *quilibet magister vel doctor, qui aliis instituendis et erudiendis operam navat.* (a διδάσκω *doceo.*) Sic Christus, a Deo missus, ut homines doceret veram religionem, διδάσκαλος vocatur Matth. VIII, 19. XII, 38. Luc. VII, 40. Tribuitur hoc nomen in N. T. etiam *apostolis*, 1 Tim. II, 7. 2 Tim. I, 11. *Johanni baptistæ*, Luc. III, 12. *religionis Christianæ doctoribus*, Act. XIII, 1. et *doctoribus synagogæ Judaicæ*, Luc. II, 46. Joh. III, 10. Rom. II, 20. Κατ' ἐξοχὴν διδάσκαλοι dicebantur doctores religionis Christianæ, qui certæ cuidam ecclesiæ proprii erant, ita tamen, ut ad docendum potissimum constituti, nullam disciplinæ ecclesiasticæ curam egisse videantur. 1 Cor. XII, 28. Ephes. IV, 11.

2. *qui aptus et idoneus est ad alios edocendos et instituendos.* Hebr. V, 12. ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι qui jam debebatis facultate alios docendi pollere.

3. *severus et rigidus morum censor.* Jacob. III, 1. μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε nolite nimium in alios affectare magisterium. Conf. *Schoettgen.* Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 1021.

ΔΙΔΑ'ΣΚΩ, fut. ἀξω, 1. *doceo, erudio, instituo.* Matth. XXII, 16. Regit duos accusativos, personæ et rei;

Joh. XIV, 26. ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα. Hebr. V, 12. interdum tamen loco διδάσκειν τινὰ ponitur διδάσκειν ἐν τινί, v. c. Apoc. II, 14. ὃς ἐδίδασκεν ἐν τῷ Βαλὰκ qui docuit Balackum, ex more Hebræorum, qui לָמַד etiam cum בְּ construere solent, v. c. 2 Paralip. XVII, 9.

2. *verba facio in conventibus publicis.* 1 Tim. II, 12. γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, coll. 1 Cor. XIV, 34. 35.

3. *ordino, instituo.* 1 Cor. IV, 17.

4. ἑαυτὸν διδάσκειν *doctrinam perceptam moribus et vita exprimere.* Rom. II, 21.

ΔΙΔΑΧΗ, ῆς, ἡ, 1. *doctrina, quæ traditur, tam vera, quam falsa.* Matth. XVI, 12. ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν Φαρισαίων. Joh. VII, 16. 17. XVIII, 19. Act. II, 42. V, 28. XIII, 12. XVII, 19. Rom. VI, 17. XVI, 17. Tit. I, 9. Hebr. VI, 2. XIII, 9. 2 Joh. v. 9. 10. Apoc. II, 14. 15. 24. *Suid.* διδαχὴ ἀντὶ τοῦ διδασκαλία.

2. *institutio, instructio, informatio.* Marc. IV, 2. καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ et monuit eos inter docendum seu inter alia, quæ ipsos docebat. Eadem formula legitur ibid. XII, 38. 2 Tim. IV, 2.

3. *docendi ratio et methodus.* Matth. VII, 28. ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ admirati sunt homines ejus disciplinæ rationem, coll. v. 19. ibid. XXII, 33. Marc. I, 22. XI, 18. Luc. IV, 32.

4. *doctor*, abstractum pro concreto. Marc. I, 27. τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; qualis est hic novus doctor?

ΔΙΔΡΑΧΜΟΝ, ου, τὸ, scilicet νόμισμα, *didrachmum, nummus argenteus, duas drachmas atticas*, seu *dimidium sicli Judæorum* (*Joseph.* A. J. III, 8. 2. ὁ δὲ σίκλος, νόμισμα ἑβραίων ὢν, ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας) h. e. *quartam partem imperialis continens.* Conflatum est ex δὶς et δραχμὴ *drachma.* Respondet Hebraico בֶּקַע, Exod. XXXVIII, 26. h. e. interprete ipso Mose, מַחֲצִית הַשֶּׁקֶל, ubi *Aquila* δίδραχμον habet. In N. T. semel legitur, Matth. XVII, 24. δίδραχμα λαμβάνοντες didrachma accipientes, seu exigentes. Scilicet hunc nummum quilibet Israëlita, etiam extra Palæstinam vivens, (Vid. *Ez. Spanhem.* de usu numismatum D. XIII, p. 571.) inde ab anno ætatis vicesimo in usum sanctuarii annuatim solvere debebat juxta legem Dei scriptam Exod. XXX, 13. seq. Vid. *Bernardum* ad *Josephum* l. l. p. 159. et *Michaëlis Mosaisches Recht* P. III. p. m. 213. In vers. Alex. δίδραχμον pro Hebr. שֶׁקֶל ponitur, v. c. Genes. XXIII, 15. 16. Num. III, 47. Jos. VII, 21. ubi, ut omnis differentia tollatur, observandum est, Alexandrinos calculum posuisse juxta drachmas Alexandrinas, quæ pro uno siclo duas drachmas sc. Alexandrinas, conficiunt. Vid. de hac re *J. B. Ottii* Spicilegium s. Excerpta ex Josepho p. 50. *Wetstenium N. T.* T. I. p. 438. et *Lud. de Dieu* Critica Sacra p. 354. seq.

ΔΙΔΥΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. *geminus, duplex,* (*Eurip.* Phœn. v. 842. διδύμων ποταμῶν, et v. 1550. ἐν διδύμοισιν μαστοῖς.) *geminus, gemellus, qui cum alio uno eodemque partu nascitur. Suid.* et *Etym. M.* ὁ μεθ' ἑτέρου τεχθεὶς ἐκ μιᾶς συλλήψεως. In vers. Alex. ponitur pro תְּאוֹמִים Genes. XXXVIII, 7. Cant. IV, 5. Sic cognominatus fuit Thomas apostolus vel potius nomen ejus Hebraicum תְּאוֹם (a תָּאַם *gemellos parere*, διδυμεύειν, Cant. IV, 2. VI, 6.) Græce expressum est. Job. XI, 16. XX, 24. XXI, 2.

ΔΙΔΩΜΙ, fut. δώσω, 1. *de manu in manum do, porrigo, trado.* Matth. XV, 36. XXVI, 26. 27. XXVII, 34. ἔδωκεν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον porrigunt ipsi vinum myrrhatum. Marc. XIV, 22. 23. XV, 23. Joh. XIII, 26. Act. IX, 41. δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα porrigens manum. Matth. V, 31. δότω αὐτῇ ἀποστάσιον det ei libellum divortii.

2. *dono, distribuo, confero in aliquem aliquid, beneficia aliis exhibeo, trado*

aliquid alteri possidendum, utendum, fruendum. Matth. IV, 9. ταῦτα πάντα σοι δώσω. VI, 11. δὸς ἡμῖν σήμερον. ibid. VII, 7. 11. XIX, 21. καὶ δὸς πτωχοῖς et distribue pauperibus, coll. Luc. XVIII, 22. καὶ διάδος πτωχοῖς. Matth. XXVI, 9. Luc. VI, 38. XI, 13. δίδοτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν donate et vobis donabitur. Joh. XVII, 2. δώσῃ daturus sit, h. e. det seu conferat. (*Wyssius* in *Dialectologia S.* p. 284. δώσῃ non solum h. l. sed etiam Apoc. VIII, 3. XIII, 16. per Paragogen Doricam pro δῷ dictum vult. Vir autem quidam doctus in *Obss. Miscell. Nov.* T. III, p. 13. δώσῃ et similia N. T. exempla a librariis corrupta esse putat, cujus sententiam probat *Fischerus* in *Anim.* ad *Welleri Gram. Gr.* p. 174. seq.) Act. XI, 17. Ephes. IV, 8. καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις et varia dona hominibus distribuit, coll. Psalm. LXVIII, 19. et *Pocock.* ad Portam Mosis p. 24. Apoc. II, 10. Joh. III, 16. VI, 51. 2 Cor. IX, 9. Pertinet huc etiam formula: ἑαυτὸν διδόναι, 2 Cor. VIII, 5. quæ significat: *admodum liberalem esse et beneficum erga alios*, et fere respondet vernaculæ: das Herz aus dem Leibe geben *to give the heart out of the body.*

3. *trado, dedo alicujus potestati.* Apoc. III, 9. *Eurip.* Phœn. v. 751. πολεμίοις δώσω πόλιν. Interdum simpliciter positum significat; *morti aliquem trado*, ita, ut omissum sit θανάτῳ, Luc. XXII, 19. τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον pro vobis morti tradendum. Galat. I, 4. τοῦ δόντος ἑαυτὸν qui sponte mortis supplicium in se suscepit. 1 Tim. II, 6. Tit. II, 14. 1 Macc. IV, 44. *Thucyd.* II, 43. *Dionys. Halic. Ant.* III, 16. *Eurip.* Phœn. v. 983. δοίη κτανεῖν. Huc etiam a plerisque interpretibus refertur locus Joh. III, 16. ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν. Sed collatione loci paralleli 1 Joh. IV, 9. efficitur, ἔδωκε h. l. idem esse, quod ἀπέσταλκεν εἰς τὸν κόσμον.

4. *reddo, restituo.* Luc. VII, 15. καὶ ἔδωκεν αὐτὸν τῇ μητρὶ αὐτοῦ atque illum matri suæ reddidit. Apoc. XVIII, 7. XX, 13. καὶ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν αὐτῇ νεκροὺς καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκρούς.

5. *retribuo, remuneror*, i. q. ἀποδίδωμι. Apoc. II, 23. καὶ δώσω ὑμῖν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, coll. Rom. II, 6.

6. *eloco, loco, mutuum do pro fœnore, do quæstus exercendi causa*, i. q. δανείζω et ἐκδίδωμι, si de pecunia, agro et vinea sermo est. Matth. XXV, 15. καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, κ. τ. λ. coll. v. 14. et 16. Marc. XII, 9. καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις et aliis vineam elocabit, coll. v. 1. Luc. XIX, 13. 23. καὶ διατί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τὴν τράπεζαν; cur pecuniam meam non tradidisti mensariis? Luc. XX, 16. coll. Matth. XXI, 41. Eodem modo נָתַן significat *mutuum dare* Levit. XXV, 37. Cantic. VIII, 11. Adde Ezech. XVIII, 8.

7. *demando, concredo alicujus fidei.* Luc. XII, 48. ᾧ ἐδόθη πολὺ cui multum commissum est; sequitur: ᾧ παρέθεντο πολύ. ibid. XVI, 12. τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει; quis vobis vestra committet? coll. v. 11. τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει; Joh. XVII, 6. οὓς δέδωκάς μοι quos meæ fidei demandasti. Coloss. I, 25.

8. *injungo, mando, præscribo, lege sancio. Xenoph.* de Rep. Laced. XV, 3. 5. Joh. V, 36. τὰ ἔργα ἃ ἔδωκέ μοι πατὴρ ἵνα τελειώσω αὐτὰ opera, quæ mihi perficienda injunxit pater. ibid. VII, 22. Μωσῆς δέδωκεν περιτομήν Moses instituit, seu, observandam præcepit circumcisionem. ibid. XVII, 4. τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι ἵνα ποιήσω officio, mihi a te injuncto, satisfeci. In vers. Alex. Hebraico צִוָּה Ezr. IX. 11. respondet.

9. *projicio, obtrudo, objicio, temere expono.* Matth. VII, 6. μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ ne rem sacram objicite canibus. *Eurip.* Phœn. v. 1677. κυσὶν δοθήσεται. Act. XIX, 31. μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον ne se temere exponeret turbæ ferocienti.

10. *infligo.* Joh. XVIII, 22. ἔδωκεν ῥάπισμα τῷ Ἰησοῦ inflixit ictum Jesu. ibid. XIX, 3. καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ῥαπίσμα-

τα. Hinc διδόναι interdum etiam de *malis et pœnis* usurpatur, ad imitationem Hebraici נָתַן, quanquam etiam Græci interdum sic loqui solent. Vid. *Marklandus* ad *Lysiam* p. 545. et Rom. XI, 8. 2 Thess. I, 8.

11. *concedo, permitto, sino, locum do vel concedo, potestatem vel facultatem do.* Matth. XIII, 11. ὑμῖν δέδοται γνῶναι vobis datum est intelligere. XIX, 11. οἷς δέδοται quibus concessum est. ibid. XX, 23. Joh. III, 27. ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ nisi ipsi sit a Deo concessum. Joh. VI, 65. nisi adjuvetur vi divina. ib. XIX, 11. Act. II, 27. οὐδὲ δώσεις neque permittes. XIII, 35. Apoc. VI, 4. VII, 2. IX, 5. XIII, 7. 14. 15. XVI, 8. XIX, 8. Sic נָתַן usurpatur Genes. XXXI, 7. Num. XXI, 23. Ps. LV, 23. Eodem modo *dare* pro *concedere* legitur apud *Virgil. Æn.* XI, 789. *Statium* Theb. III, v. 283. " infaustisque dabas Hymenæis." Eandem vim verbo δίδωμι exteri Scriptores haud raro tribuerunt, v. c. *Æschyl.* Agam. v. 1344. πόλιν μὲν ἑλεῖν ἔδοσαν μάκαρες Πριάμου. *Hesiod.* Theogon. v. 914. *Homer. Il. γ'.* 351. *Eurip. Phœn.* v. 1374. *Ælian.* V. H. IV, 5. *Dionys. Halic.* I, 51. ut docuit *Abreschius* Dilucidd. Thucyd. p. 837.. Adde Luc. I, 73. Act. XIV, 3.

12. *edo, facio, patro, auctor sum.* Act. II, 19. καὶ δώσω τέρατα et edam miracula. Eodem modo נָתַן usurpatum legitur Deut. VI, 22. Nehem. IX, 10. Ies. VII, 14.

13. *promitto, polliceor, me aliquid daturum et exhibiturum esse.* Matth. XXIV, 24. καὶ δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα qui promissis miraculis et prodigiis multos decipient, coll. *Joseph.* A. J. XX, 8. 6. T. I, p. 972. ed. *Haverc.* Marc. X, 37. Joh. XIV, 27. εἰρήνην δίδωμι ὑμῖν felicitatem omnigenam vobis promitto, non, ut homines promittere solent. ibid. XVII, 22. τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς eandem ipsis felicitatem et dignitatem promisi, quam tu mihi promisisti. 2 Thess. II, 16. 2 Tim. I, 9. χάρις ἡ δοθεῖσα ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων beneficium, quod Deus inde ab antiquissimis temporibus promiserat hominibus per prophetas. Eodem modo נָתַן Deuter. XIII, 1. coll. v. 2. 1 Regg. XIII, 3. 5. et δίδωμι apud *Diod. Sic.* XX, 15. *Xenoph.* Ages. IV, 6. et aliis in locis usurpatum legitur, quæ collegit *Palairet.* in Obss. Phil. et Crit. p. 417. qui recte monuit, etiam *dare* simili sensu dixisse *Ovidium* Heroid. Ep. XXI, v. 141. coll. v. 139. et 140. Sic et *Juvenal.* Sat. III, 78. ibit, h. e. iturum se promittet. Vid. *Casaub.* ad *Sueton.* p. 24.

14. *profero.* Sic διδόναι καρπὸν *proferre fructum*, i. q. φέρειν καρπὸν, Matth. XIII, 8. Marc. IV, 7. ad imitationem Hebraici נָתַן פְּרִי Ps. I, 3. significat.

15. *suggero, subministro, suppedito.* Matth. X, 19. δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τί λαλήσετε suggeretur vobis illo ipso tempore, quid dicendum sit. Marc. XIII, 11. Ephes. VI, 19.

16. *pono, mitto, immitto.* Luc. XII, 51. δοκεῖτε, ὅτι εἰρήνην παρεγενόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ; an putatis me pacem missurum in terram? coll. Matth. X, 34. 2 Cor. XII, 7. Hebr. VIII, 10. διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, et X, 16. δίδους νόμους μου ἐπὶ καρδίας αὐτῶν indens, seu, immittens leges meas cordibus eorum. Apoc. XVII, 17. Quod verbum διδόναι hoc modo usurpetur, hoc factum est ad imitationem Hebraici נָתַן Jer. XXXI, 33. XXXII, 40. 1 Paral. XXI, 14. quibus in locis Alexandrini ipso διδόναι usi sunt. Alibi נָתַן exprimunt per τιθέναι, Genes. XL, 3. Levit. XXVI, 11. et ἐμβάλλειν, Ps. XL, 4. Ies. XXXVII, 7.

17. *destino.* Joh. VI, 37. πᾶν ὃ δίδωσί μοι ὁ πατὴρ omnes, quos mihi Deus destinavit discipulos. ibid. v. 39. XVII, 2.

18. *constituo, eligo, officium, munus alicui demando.* Ephes. I, 22. καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν et ipsum constituit dominum. ibid. IV, 11. καὶ αὐτὸς ἔδωκε τοὺς μὲν ἀποστόλους et ipse constituit

quosdam apostolos. Ita נָתַן Exod. VII, 1. 2 Paral. II, 11. IX, 8. Jerem. I, 5. XXIX, 26.

19. *trado, doceo, instituo.* Joh. XVII, 7. ὅτι πάντα, ἃ δέδωκάς μοι, παρὰ σοῦ ἔστιν nunc agnoscunt, omnem illam doctrinam, quam me a te accepisse dixeram, vere divinam esse. ibid. v. 8. τὰ ῥήματα, ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς doctrinam a te acceptam iis tradidi. Act. VII, 38. δοῦναι ἡμῖν nobis tradendam. *Æschin.* Dial. II, 20. δοῦναι γραμματικὴν ἐπιστήμην. Prov. IX, 9. Etiam Latinis *dare* pro *dicere* eleganter dici, docuit multis exemplis *Vechnerus* in *Hellenolexia* II, 2. p. 395.

20. *facio, reddo.* Apoc. II, 28. καὶ δώσω αὐτῷ (pro θήσω αὐτὸν) τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνόν et faciam illum stellam matutinam, h. e. cœlesti nitore ac lumine fulgebit. Apoc. III, 9. δίδωμι pro ποιήσω positum est, uti in sequentibus explicatur.

21. Restant formulæ singulæ separatim spectandæ. Διδόναι ἐργασίαν, Latinum: *operam dare.* Luc. XII, 58. quam formulam num Romani a Græcis mutuati sint, an vero Græci a Romanis, equidem definire non audeo. Vid. *Olearium* de Stilo N. T. p. 374. et *Schwarzii* Commentar. Ling. Græc. p. 354. De formula: διδόναι τόπον vide sub τόπος dicta. Διδόναι ἀπόκρισιν *respondere.* Joh. I, 22. *Polyb.* IV, 66.

ΔΙΕΓΕΙ'ΡΩ, fut. ερῶ, 1. *excito, suscito, facio, ut quis se erigat et rectus stet,* et speciatim: *excito e somno, expergefacio.* Matth. I, 24. διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ excitatus Josephus. Marc. IV, 38. καὶ διεγείρουσιν αὐτὸν et expergefaciunt eum. ib. v. 39. διεγερθεὶς erigens se, vel, rectus stans. Luc. VIII, 24. *Plutarch.* T. VI, p. 409. ed. *Reiske. Hesych.* διεγείρω· ἐξυπνίζω.

2. διεγείρεσθαι si de mari aut flumine usurpatur, significat: *intumescere, procellosum reddi.* Joh. VI, 18. ἡ δὲ θάλασσα — διηγείρετο mare autem insurgebat, seu, commovebatur. De eadem re Alexandrini quoque usi sunt voce ἐξεγείρειν Jon. I, 4. 13. *Pollux Onom.* I, 9. κῦμα ἱστάμενον, ἐγειρόμενον, ὑποκινούμενον.

3. per metaphoram: *incito, excito, admonendo et commonefaciendo aliquem excito et exstimulo.* 2 Petr. I, 13. διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνήσει excitare vos ad virtutis studium admonitione. ibid. III, 1. Eodem modo usurpatur 2 Macc. VII, 21. et XV, 10. *Phavorin.* διεγείρωμεν· παροτρύνωμεν.

ΔΙΕΝΘΥΜΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, *in animo habeo, vel verso, cogito, delibero.* (ex διὰ et ἐνθυμέομαι *cogito.*) Legitur in N. T. semel Act. X, 19. τοῦ δὲ Πέτρου διενθυμουμένου (ita enim recte impressum est in editione Griesbachiana ex codicum auctoritate; in reliquis libris editis ἐνθυμουμένου reperitur) περὶ τοῦ ὁράματος Petrus autem, dum deliberat apud se, quidnam sibi velit hoc visum, coll. v. 17.

ΔΙΕ'ΞΟΔΟΣ, ου, ἡ, 1. proprie: *exitus, transitus.* (ex διὰ et ἔξοδος *exitus.*) Sic legitur in vers. Alex. Ps. CXLIV, 14. οὐδὲ διέξοδος οὐδὲ κραυγὴ ἐν ταῖς πλατείαις, Hebr. תְּוֵצְאוֹת. Ps. LXVIII, 20. Sirac. XXV, 26. *Phavor.* διέξοδον· διεξέλευσιν, ἐκπνοὴν, ἔκβασιν.

2. *locus, per quem exitus* seu *transitus datur,* et speciatim: *compitum,* (Latini autem *compita* vocant *spatia laxiora in urbibus, in quæ vici plures exeunt*) *bivium, trivium. Hesych.* διεξόδους· ὅθεν ἐκπορεύονται. *Gloss. Vett.* apud *Labbæum* p. 51. διέξοδος· *decursus, compitum. Gloss. compitum:* ἀγυιὰ, διέξοδος, τρίοδος. Semel in N. T. legitur Matth. XXII, 9. πορεύεσθε δὲ ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν ite in loca, ubi plures plateæ concurrunt, et ubi major proinde hominum reperitur frequentia. *Dionys. Hal.* V, 47. *Lud. de Dieu* in Critica Sacra p. 326. τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν extremitates platearum intelligit, ubi portæ erant, per quas transitus dabatur ex una platea in alteram, et monet, apud Orientales vicos ac plateas multas portis clausas atque a se invicem distinctas fuisse. Lectu digna de hac voce habet *Kypke* in Observv.

Sacr. T. I. p. 109. et *Bielius* in Thesauro Philol. s. h. v.

ΔΙΕΡΜΗΝΕΥΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *interpres.* (a διερμηνεύω, quod vide.) Semel in N. T. legitur 1 Cor. XIV, 28. ubi διερμηνευταὶ sunt homines, qui ætate apostolorum vi divina adjuti vernacula lingua interpretari valebant dicta ab aliis linguis peregrinis.

ΔΙΕΡΜΗΝΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1. *interpretor, in aliam linguam converto, verbis notioris linguæ reddo.* Act. IX, 36. ὀνόματι Ταβιθὰ, ἣ διερμηνευομένη λέγεται Δορκὰς Tabitha nomine, quæ, si interpreteris, Dorcas appellatur. 1 Cor. XIV, 5. ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ nisi simul lingua vernacula interpretetur. ibid. v. 13. et 27. 2 Macc. I, 36. Νέφθαρ, ὃ διερμηνεύεται καθαρισμός. *Polyb.* III, 22, 3.

2. *facultate interpretandi et in vernaculam linguam convertendi gaudeo.* 1 Cor. XII, 30. μὴ πάντες διερμηνεύουσι; num omnibus potestas facta est a Deo dicta peregrinis linguis aliis exponendi lingua vernacula?

3. *explico, expono, sententiam alicujus scripti vel dicti explano, mentem scriptoris declaro.* Luc. XXIV, 27. διηρμήνευεν ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς τὰ περὶ ἑαυτοῦ diligenter ipsis explicuit omnia vaticinia de Messia in V. T. proposita.—*Hesych.* διερμηνεύων· σαφηνίζων.

ΔΙΕ'ΡΧΟΜΑΙ, fut. ελεύσομαι, aor. 2. διῆλθον,

1. proprie: *transeo, transgredior.* Matth. XIX, 24. διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθειν per foramen acus transire. Marc. X, 25. Luc. IV. 30. αὐτὸς δὲ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν ille vero per medios hostes transiens. ibid. XIX, 1. Joh. VIII, 59. Act. XII, 10. διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν transgressi primam et secundam custodiam. 1 Cor. X, 1. Jerem. XXXVII, 4. διῆλθε διὰ μέσου τῆς πόλεως. *Lysias* Orat. XI, c. 5. ἃς (sc. θύρας) ἔδει με διελθεῖν.

2. *prætereo*, i. q. παρέρχομαι. Luc. XIX, 4. ὅτι ἐκείνης ἤμελλε διέρχεσθαι nam illac præteriturus erat. Vid. *Krebs.* Obss. Flav. p. 128. *Abresch.* in Annotatt. ad loca quædam N. T. p. 553. seq. Unde apud optimos Scriptores Græcos διέρχεσθαι de *tempore præterito* usurpatur, v. c. *Xenoph.* Mem. IV, 3. 8. *Herodian.* I, 5. 21. ubi videndus *Irmisch.*

3. *trajicio, navigio transvehor.* Marc. IV, 35. διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν trajiciamus lacum Genesareth. Luc. VIII, 22.

4. *eo, proficiscor, iter facio, venio*, et, sequente præpositione ἀπὸ, *abeo, discedo ab aliquo loco.* Composita enim haud raro simplicium significationem obtinent. Luc. II, 15. διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεὲμ petamus Bethlehemum. ibid. XVII, 11. διήρχετο διὰ μέσου Σαμαρείας et iter faceret per Samariam. Joh. IV, 4. Act. IX. 32. 38. μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως αὐτῶν ad se venire ne detrectaret. ibid. XI, 19. XIII, 14. διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης relicta Perge. ibid. XVIII, 27. διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν in Achaiam proficisci. Deut. IV, 21. ἵνα μὴ διέλθω εἰς τὴν γῆν, Hebr. בּוֹא.

5. *obeo, peragro aliquam regionem, circumeo.* Matth. XII, 43. διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων peragrat loca arida. Luc. IX, 6. διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας obierunt vicos. ibid. XI, 24. Act. VIII, 4. διῆλθον peragrabant varia loca. ibid. v. 40. X, 38. XIII, 6. XVII, 23. XX, 25. Jos. XVIII, 4. διελθέτωσαν τὴν γῆν. Genes. XLI, 46. In vers. Alex. etiam τῷ שָׁוַט, 2 Sam. XXIV, et סָבַב, 2 Chron. XVII, 9. respondet. *Apollodor.* Bibl. II, c. 2. §. 2.

6. *intro, ingredior, penetro*, i. q. εἰσέρχομαι. Luc. II, 35. καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία quin et tuam ipsius animam penetrabit gladius, h. e. maximus dolor ad te perventurus est. Hebr. IV, 14. διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς qui ipsum cœlum intravit, seu, qui jam sedet ad dextram Dei.

7. *dimano, latius propagor et serpo, divulgor.* Luc. V, 15. διήρχετο δὲ

μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ propagabatur indies fama ejus. *Xenoph. Anab.* I, 4. 7. *Thucyd.* VI, 46. διῆλθεν ὁ λόγος. Rom. V, 12. καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν et ita in omnes homines mors pervasit.— *Hesych.* διελευσόμεθα· παρεξχόμεθα.— διέλθῃ· διαπεράσῃ.—διερχόμενος· περιερχόμενος, περιάγων.

ΔΙΕΡΩΤΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *interrogo, percontor, inquiro,* etiam *percontando invenio et pervestigo.* (ex διὰ et ἐρωτάω *quæro, interrogo.*) Act. X, 17. διερωτήσαντες τὴν οἰκίαν Σίμωνος cum percontando invenissent domum Simonis, ubi in quibusdam codd. legitur διερωτήσαντες καὶ μαθόντες τὴν κ. τ. λ. Sæpius non legitur in N. T. *Xenoph. Cyrop.* I, 3, 13. *Polyb.* V, 50, 12. *Plutarch.* T. VI. p. 439. ed. *Reiske.*

ΔΙΕΤΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, *bimulus, biennis infans.* (ex δὶ pro δὶς *bis* et ἔτος *annus.*) Matth. II, 16. ἀπὸ διετοῦς (pro διετῶν) καὶ κατωτέρω omnes, quicunque vel duo annos haberent, vel etiam intra bimatum essent. *Pollux Onom.* II. 2. 8. διετὲς παιδίον. Alii διετὴς non de *ipsis infantibus biennibus,* sed de *tempore,* de *bimatu* intelligunt, ut omissum sit χρόνος, ut plene legitur 2 Macc. X, 3. μετὰ διετῆ χρόνον. *Herodot.* II, 2. *Dion. Halic. Antiqu.* VIII, c. 2. et alibi. Sed nostram explicationem idoneis argumentis ex orationis serie, auctoritate versionis Syriacæ, Arabicæ et loco parallelo 1 Chron. XXVII, 23. tuetur *Fischerus* Prolus. II, de Vitiis Lexicorum N. T. p. 13. Similis formula, ἀπὸ τριετοῦς, legitur 2 Chron. XXXI, 16. pro Hebraico מִבֶּן־שָׁלוֹשׁ שָׁנִים.

ΔΙΕΤΙ'Α, ας, ἡ, *biennium, bimatus.* (ex iisdem.) Bis tantum legitur in N. T. Act. XXIV, 27. διετίας δὲ πληρωθείσης biennio autem exacto. ibid. XXVIII, 30. ἔμεινε δὲ ὁ Παῦλος διετίαν ὅλην mansit autem Paulus totum biennium.

ΔΙΗΓΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, *narro, enarro, eloquor, commemoro, dissero.* Verbum proprium de historicorum narrationibus, ut præter locum *Thucyd.* VI, 54. *Hesychii* glossa διήγημα· ἱστορία, docet. Marc. V, 16. IX, 9. ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον. Luc. VIII, 39. καὶ διηγοῦ, ὅσα ἐποίησέ σοι ὁ Θεὸς narrato quantis te Deus affecerit beneficiis. ibid. IX, 10. Act. VIII, 33. τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; nemo annorum vitæ ejus numerum eloqui valet. ibid. IX, 27. XII, 17. Hebr. XI, 32. Construitur cum accusativo rei et dativo personæ, vel cum πῶς, ὅσον, περί.

ΔΙΗ'ΓΗΣΙΣ, εως, ἡ, *narratio, enarratio uberior,* a διηγέομαι. Ita semel legitur in N. T. Luc. I, 1. ἀνατάξασθαι διήγησιν historiam contexere. *Phavorin.* διήγησις· ἐξήγησις τοῦ γεγονότος. *Polyb.* III, 36. 4. IV, 40. 7.

ΔΙΗΝΕΚΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, *continuus, perpetuus, perennis,* ex διὰ et ἠνεκὴς *porrectus, extensus. Ælian. V. H.* I, 19. Hinc εἰς τὸ διηνεκὲς (scil. μέρος χρόνου) *in perpetuum, semper.* Hebr. VII, 3. μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς qui æternus sacerdos est. ibid. X, 12. εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ in æternum sedet ad dextram Dei. Ibid. v. 14. *Symmachus* eadem loquendi formula usus est Ps. XLVIII, 15. pro Hebr. עַל־מוּת, quæ verba Alexandrini interpretes verterunt: εἰς τοὺς αἰῶνας. Interdum tamen formula: εἰς τὸ διηνεκὲς de quovis longiore tractu temporis usurpatur, v. c. Hebr. X, 1. *Appian. B. C.* I, p. 682. *Hesych.* διηνεκῶς· δι' ὅλου, διὰ βίου. *Etym. M.* διηνεκές· τὸ ἐπιμηκὲς, ἀδιάλειπτον.

ΔΙΘΑ'ΛΑΣΣΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *bimaris, locus, qui utrinque mari alluitur.* (ex δὶς et θάλασσα *mare.*) Semel in N. T. legitur Act. XXVII, 41. εἰς τόπον διθάλασσον in locum bimarem, h. e. scopulum maris eminentem, qui utrinque fluctibus petitur; ubi male plerique interpretes *isthmum* intelligunt, quod utrinque mari alluatur. *Casaubonus* in Casauboniа-

nis p. 79. adduxit locum e *Dione Chrysostomo*, in quo τραχέα καὶ διθάλαττα conjunguntur. Confer etiam *Wetstenii N. T.* T. II. p. 649.

ΔΙΙ΄ΚΝΕΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. διΐξομαι, *penetro, pervenio, pertingo, pervado, permeo.* (ex διὰ et ἱκνέομαι *venio.*) Semel in N. T. legitur Hebr. IV, 12. ubi comminationes divinæ dicuntur διϊκνεῖσθαι ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος pertingere usque ad divisionem animæ et spiritus, h. e. penetrare ad intimos animi recessus: de quo loco vide sub μερισμός. *Hesych.* διϊκνούμενος· διερχόμενος, διαδυόμενος. —διϊκνεῖται· διήκει, χωρεῖ διὰ πάντων, διὰ καθαρότητος. *Alb.* Gloss. N. T. p. 172. διϊκνούμενος· διαδυόμενος, εἰσερχόμενος.

ΔΙΙ΄ΣΤΗΜΙ, fut. διαστήσω. Hoc verbum cum reliquis compositis ab ἵστημι in una voce activa nunc activam, nunc passivam, nunc neutralem seu intransitivam significationem pro temporum diversitate natura sua habet.

1. *seorsum statuo, separo, distinguo, sejungo.* Alex. Ies. LIX, 2. τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν διϊστῶσι ἀνὰ μέσον ὑμῶν καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ Θεοῦ. Prov. XVII, 9. Sirac. XXVIII, 15.

2. *interpono, interjicior.* Luc. XXII, 59. καὶ διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς post horæ spatium, intervallo circiter horæ unius.

3. *separor, disjungor ab aliquo, discedo.* Luc. XXIV, 51. διέστη ἀπ' αὐτῶν disjunctus est ab iis. Alex. Exod. XV, 8. διέστη τὸ ὕδωρ. *Polyb.* X, 3. 6. *Hesych.* διέστη· διεχωρίσθη. Idem: διεστήκασιν· διεχωρίσθησαν, ἐμάκρυναν πόῤῥω. Idem: διεστῶτα· κεχωρισμένα, πόῤῥω ὄντα.

4. *progredior, provehor.* Act. XXVII, 28. βραχὺ δὲ διαστήσαντες et paululum navigio progressi, i. q. κατὰ βραχὺ διάστημα.

ΔΙΙ΄ΣΧΥΡΙΖΟΜΑΙ, fut. ἰσομαι,

1. proprie: *omnibus viribus contendo, annitor, omnes vires intendo.* (ex διὰ et ἰσχυρίζομαι *viribus contendo.*)

2. *affirmo*, vel potius *assevero*, nam plus est *assevero*, quam *affirmo*, monente *Valla* Lib. V, c. 76. i. q. ἐπιβεβαιόομαι. In N. T. bis legitur. Luc. XXII, 59. ἄλλος τις διϊσχυρίζετο alius quidam asseverabat. Act. XII, 15. ἡ δὲ διϊσχυρίζετο οὕτως ἔχειν illa vero confirmabat et perseverabat, rem ita se habere. Eodem sensu legitur apud *Lysiam* Orat. XII, c. 22. *Ælian.* H. A. VII, 18. *Lucian. Hermotim.* 31. *Joseph.* A. J. II, 6. 4.

ΔΙΚΑΙΟΚΡΙΣΙ΄Α, ας, ἡ, *justum et æquum judicium*, ex δίκαιος *justus* et κρίσις *judicium.* Legitur in N. T. tantum Rom. II, 5. καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. Usus est hac voce etiam incertus interpres Hos. VI, 5. pro Hebraico מִשְׁפָּט *judicium.*

Δικαιοκριτὴς justus judex legitur 2 Macc. XII, 41.

ΔΙ΄ΚΑΙΟΣ, αία, αιον, a δίκη *jus, justitia*, refertur ad personas æque ac ad res et actiones, et

1. significat *eum, qui justus est erga alios homines, suum cuique tribuit et debita officia præstat*, et hoc modo differt ab ὅσιος, quod de pietate erga Deum dicitur. Tit. I, 8. δίκαιον, ὅσιον. Hinc τὸ δίκαιον dicitur τὸ ἔννομον, interprete *Hesychio, quod est justitiæ conforme et consentaneum.* Matth. XX, 4. καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν et justam mercedem, h. e. mercedem, quæ ex legibus in diem dari solet, vobis præbebo. ibid. v. 7. Interdum τὸ δίκαιον etiam latius patet, et *omnia officia, quæ sunt ex legibus humanis et divinis aliis hominibus præstanda*, complectitur, v. c. Philipp. IV, 8. Ephes. VI, 1. τοῦτο γάρ ἐστι δίκαιον postulat enim hoc justitia et æquitas, seu, ut par est, coll. *Eurip.* Hippolyt. v. 1081. ubi δίκαιος vocatur, qui τοὺς τεκόντας ὅσια δρᾷ. Philipp. I, 7. Coloss. IV, 1. τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε. Pertinet huc glossa *Phavorini*: δίκαιος· ὁ πᾶσαν ἰσότητα τοῖς ὁμοιοδέσι παρέχων. 2 Pet. I, 13. Conf. *Aristoteles* ad *Nicomachum* V, c. 1.

2. *integer vitæ, probus, pius, sanctus,* ὁ πᾶσαν ἀρετὴν ἔχων, ut *Phavorinus* interpretatur. Matth. V, 45. ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς — ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. ibid. X, 41. δίκαιον εἰς ὄνομα δικαίου et probum recipiens, quia est probus. ib. XIII, 17. 43. 49. τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων. ib. XXIII, 28. Marc. VI, 20. ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον. Luc. I, 6. 17. XXIII, 50. Act. X, 22. Rom. III, 10. οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδὲ εἷς nullus, ne uno quidem excepto, est perfecte pius. 1 Tim. I, 9. Hebr. XII, 23. πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων ad animas defunctorum piorum, qui jam consummata felicitate fruuntur. Jacob. V, 16. 1 Petr. III, 12. IV, 18. 2 Petr. II, 7. 8. Æque late patet vocabulum צַדִּיק Genes. XVIII, 23. Ps. I, 5. Adde Ies. LVII, 1. *Sophoclem* in *Philoctet.* v. 81. ubi δίκαιος voce εὐσεβὴς explicatur. *Eurip. Iph. Taur.* 560. et *Iphigen. in Aulid.* 1034.

3. *insons, innocens, inculpatus.* Matth. XXIII, 29. ubi δίκαιοι dicuntur, qui sunt insontes occisi prophetæ. ibid. XXVII, 19. μηδὲν σοι, καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ nihil tibi rei sit cum illo innocente. Luc. XXIII, 47. innocens hic homo erat. Jacob. V, 6. Κατ' ἐξοχὴν ita Christus vocatur, qui, immunis ab omni culpa et flagitio, tamen a Judæis admodum contumeliosa morte afficiebatur. Act. III, 14. VII, 52. XXII, 14. 1 Petr. III, 18.

4. *justus,* (ut apud *Ciceron. Tusc.* II, c. 22.) *benignus, lenis, humanus, aliorum vitiis facile ignoscens.* Matth. I, 19. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς δίκαιος ὢν Josephus autem, sponsus ipsius humanus et lenis. *Chrysostomus* ad h. l. per χρηστὸς et ἐπιεικὴς explicat. Rom. III, 26. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον ut appareret, eum benignum et pronum esse ad peccata remittenda. 1 Joh. I, 9. πιστός ἐστι καὶ δίκαιος ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας verax est et benignus et remittit nobis peccata nostra. Eodem modo Hebr. צַדִּיק cum חָסִיד permutatur Ps. CXLV, 17. coll. v. 16. 18. 19. Etiam apud Græcos scriptores δίκαιος haud raro *eum* notat, *qui jus non severe persequitur, sed intra æquitatis limites se continet,* v. c. *Eurip. Med.* v. 724. Vide *Barnes.* ad *Eurip. Heraclid.* 719. Vide infra sub δικαιοσύνη.

5. *is, qui Deo probatur et ab eo beneficiis ornatur.* Rom. II, 13. οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ non enim, qui religionis Mosaicæ cognitionem habent, probantur Deo; sequitur: ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. ibid. V, 19. διὰ ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοὶ per unius obedientiam multi favorem Dei consequuntur, seu, veniam peccatorum accipiunt. Hebr. XI, 4. δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος ob quam Deo gratus et acceptus declarabatur. Hinc τὸ δίκαιον etiam in N. T. dicitur *omne, quod Deo placet et ejus voluntati est conveniens,* v. c. Act. IV, 19. εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ num Deo placere arbitremini? Vide sub δικαιοσύνη.

6. *qui alios probos et integros postulat et efficere valet.* Rom. VII, 12. ἡ ἐντολὴ δικαία lex postulat homines probos, exigit sanctitatem vitæ.

7. *qui sibi veram pietatem et probitatem somniat, et sibi ob pietatem simulatam placet.* Matth. IX, 13. οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους ἀλλ' ἁμαρτωλούς. Eadem sententia legitur Marc. II, 17. coll. Luc. XVIII, 9. ubi δίκαιοι vocantur οἱ πεποιθότες ἐφ' ἑαυτοῖς, ὅτι εἰσὶ δίκαιοι. Luc. XV, 7. δικαίοις, οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας qui sibi placent ob vitæ sanctitatem vitæque emendatione se non egere arbitrantur, qui cap. XX, 20. ὑποκρινόμενοι ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι vocantur.

8. omnino *is, qui talis est, qualis esse debet, idoneus et par rei efficiendæ et omnibus numeris absolutus.* Sic v. c. apud *Xenoph.* Cyrop. II, 2. 15. δίκαιον ἅρμα currus, qualis esse debet, ad usus necessarios aptus dicitur. Sirac. XXIV, 31. τὴν πρασιὰν τὴν δικαίαν areolam meam fœcundam. Apud *Pollucem Onom.* I, 227. terra bona et fertilis δικαία, sterilis ἄδικος dicitur,

plane ut apud *Virgil. Georg.* II, 461. *justissima tellus* legitur. Hinc δίκαιος in N. T. *is* dicitur, *qui est verus Christianus.* Rom. 1, 17. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται qui vera fide religionem Christianam amplectitur, ob hanc fidem felix evadet. Eadem sententia legitur Galat. III, 11. et Hebr. X, 38. Conf. *Taylor.* ad *Demosthenem* T. II. p. 644. et *Foësii* Œcon. Hippocrat. p. 101.

9. *verus, veritati conveniens.* Joh. V, 30. ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστί judicium meum verum est. (Potest enim verti: et judicium meum mihi competit, h. e. ἐξουσίαν habeo judicii exercendi, ut v. 27. dixerat. Certe δίκαιος apud Græcos sæpe dicitur, *qui jus et potestatem habet aliquid faciendi*, v. c. ap. *Eurip. Ion.* 1574. *Heraclid.* 143. Confer *Barnes.* ad *Eurip. Suppl.* 186. et *Ez. Spanhem.* ad *Juliani Orat.* I, p. 33.) Joh. VII, 24. κρίσιν δικαίαν ποιεῖν judicare veritati convenienter, re bene intellecta et examinata. Luc. XII, 57. τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον; cur vero non ipsi judicatis, quid verum sit? *Syrus:* ܩܫܛܐ, *veritas.* Jerem. XLII, 5. Alex. עֵד אֱמֶת vertunt μάρτυρα δίκαιον. Sapient. II, 18. *Schol. Sophocl.* ad Trachin. v. 412. τὰ δίκαια per τὰ ἀληθῆ et δίκαιος ὢν v. 414. per ὁ ἀληθεύων interpretatur.

10. *Deus* in N. T. haud raro appellatur δίκαιος, v. c. Joh. XVII, 25. *ob ejus in præmiis distribuendis æquitatem et justitiam*, 2 Thess. I, 6. *quatenus, quantum mala aversetur et impedire cupiat, factis demonstrat*, 2 Tim. IV, 8. Apoc. XVI, 5. coll. v. 7. *ob justitiam, quam vulgo vocant retributoriam et compensatricem*, 1 Joh. II, 29. III, 7. *quia est sanctissimus.*

11. interdum i. q. ἄξιος *dignus.* *Ælian. V. H.* II, 27. τῶν ὄντως θαυμάζεσθαι δικαίων quæ sunt vere admiratione digna. *Liban.* Ep. 47. ed. *Wolf.* Hinc κατ' ἐξοχὴν δίκαιος *reus, pœna dignus*, ὁ τῆς δίκης ἄξιος dicitur; unde explicandum esse arbitror locum difficilem Rom. V, 7. μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου (ἀδίκου *Syr. Erp.*) τις ἀποθανεῖται vix mortem quis pro reo ac sonte sustineat. Certe δικαιοῦν haud raro *damnare, punire, pœnas exigere,* (*Hesych.* δικαιῶσαι· κολάσαι.) significat. Conf. *Gataker. Opera Critica* p. 81. et, qui de hac voce æque ac cognatis docte exposuit. Ven. *Storr* in libello de sensu vocis δίκαιος et cognatarum in N. T. (Tubing. 1781. 4.) p. 39. et in Ej. *Opusc. Academ.* Vol. I. p. 188. cum quo conferri meretur *Suicerus* in *Thes. Eccles.* T. I. p. 908—917. et *Joh. Floderus* de *Homonymia vocabulorum* δίκαιος *et* δικαιοῦν *in scriptis N. T.* Upsal. 1770. 4.

ΔΙΚΑΙΟΣΎΝΗ, ης, ἡ, I. *virtus, quæ* Latine *justitia* dicitur et *in suo cuique tribuendo* cernitur, *justitiæ et æquitatis studium*, et in hoc sensu Deo æque ac hominibus tribuitur, v. c. Act. XVII, 31. ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, pro δικαίως, quo ex æquo judicaturus est omnes homines. ibid. XXIV, 25. Apoc. XIX, 11. καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ.

2. *exercitatio officiorum omnium erga alios homines, diligentia in colendo omni officiorum genere erga alios*, quam significationem in omnibus locis habet, ubi ὁσιότης additur. Sic etiam *Cic. Topic.* c. 23. ita usus est *justitiæ* vocabulo, ut ad homines, *pietas* vero ad superos deos pertineat. Vide et *Aristot. Ethic.* V, 1. et 2. *Marc. Antonin.* XII, §. 1. Luc. I, 75. ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, pro ὁσίως, καὶ δικαίως. Ephes. IV, 24. 1 Tim. VI, 11. δικαιοσύνην, εὐσέβειαν.

3. speciatim: *benignitas, liberalitas, misericordia, clementia, lenitas*, etiam per metonymiam (ut צְדָקָא et צְדָקָתָא· Vide *Targum* Eccles. V, 9. 18. VII, 13. IX, 10. Esther. IX, 22.) *eleemosyna.* Matth. VI, 1. προσέχετε τὴν δικαιοσύνην (in haud paucis codicibus legitur e glossemate ἐλεημοσύνην) ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν ἀνθρώπων cavete vobis, ne in conspectu hominum liberalitatem et misericordiam vestram

exerceatis; quanquam et verti potest: *ne eleemosynas vestras distribuatis*, nam stips, quæ distribuitur pauperibus, et omne beneficium, quo miser afficitur, צְדָקָה, Ps. XXIV, 5. Prov. XXI, 21. Dan. IV, 14. et ab Alexandrinis δικαιοσύνη, Ps. LXXXV, 11. Ies. XLV, 8. LI, 5. 6. uti a Luca ἐλεημοσύνη vocatur. Cf. *Lightfooti Hor. Hebr.* ad Matth. VI, 1. et *Buxtorf. Lex. Talmud.* p. 1891. Rom. III, 5. Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι Dei benignitatem manifestat. ib. v. 21. 22. 25. 26. 2 Cor. IX, 10. τὰ γενήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν præmia liberalitatis vestræ. Adde Rom. I, 17. Eodem modo צְדָקָה Ps. LI, 16. CXLIII, 1. Prov. XI, 4. usurpatur. Ipsum חֶסֶד Alexandrini promiscue ἐλεημοσύνην et δικαιοσύνην vertunt Prov. XX, 28. Ies. LXIII, 7. Latinis Scriptoribus *justitiam*, *clementiam* et *lenitatem* non raro esse voces æquipollentes, idoneis exemplis docuit *J. H. a Seelen* in *Meditatt. Exeg.* P. I. p. 177. seq.

4. *benignitatis et liberalitatis præmium.* 2 Cor. IX, 9. ἡ δικαιοσύνη (i. q. τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης v. 10.) αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα liberalitas ejus feret fructus æternos. Ps. CXII, 9.

5. *probitas, virtutis et honestatis studium, sanctitas et integritas vitæ*, et κατ' ἐξοχὴν *omnis virtutis Christianæ ambitus. Suid.* ἡ τελεία ἀρετή. Matth. V, 6. οἱ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην qui vehementi recte agendi desiderio tenentur. ibid. v. 10. 20. ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν nisi præstantior sit pietas vestra. ibid. VI, 33. καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ veramque pietatem Christianam. Act. XIII, 10. Rom. VI, 18. 19. 20. VIII, 10. XIV, 17. Ephes. V, 9. VI. 14. Hebr. XII, 11. Ps. XV, 2. פֹּעֵל צֶדֶק, Ies. XXXII, 17. עֲבֹדַת הַצְּדָקָה, Sirac. XLIV, 10.

6. *præmium probitatis et integritatis vitæ.* Hebr. XI, 7. δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος præmium hujus pietatis reportavit, nempe liberationem e diluvio. Ita est ad imitationem Hebraici צְדָקָה Ps. CXII, 3. Ezech. XVIII, 20. ubi e contrario עָוֹן improbitatis pœna dicitur. Huc etiam referrem formulam: λογίζεσθαι τινὶ εἰς δικαιοσύνην, h. e. ita in bonam partem aliquid accipere, ut auctorem præmiis afficiendum et favore tuo dignum existimes, præmia virtutis alicui decernere. Rom. IV, 3. καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην et ideo favore et præmiis Dei ornatus est. ibid. v. 5. 9. 22. Respondet formulæ Hebraicæ חָשַׁב לְצְדָקָה Genes. XV, 6. Ps. CVI, 31.

7. *diligens et exacta observatio.* Philipp. III, 6. κατὰ τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμπτος quoad diligentem observationem legis Mosaicæ irreprehensus eram.

8. *complexus officiorum, quæ alicui incumbunt.* Sic legitur in N. T. Matth. III, 15. πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην ut omnibus meis officiis exacte satisfaciam. Fortasse huc etiam referendus est locus Joh. XVI, 10. περὶ δικαιοσύνης, κ. τ. λ. edocebit homines de officio mihi incumbente, moriendi ex decreto divino et ita ad Deum redeundi. Vid. *J. B. Carpzovii* Sched. de vocis δικαιοσύνη notione in locis Matth. III, 15. Joh. XVI, 8. 10. Helmst. 1779. 4.

9. *veritas*, et interdum etiam *vera religio, sive Judaica, sive Christiana*, i. q. ὁ νόμος τῆς δικαιοσύνης, cum quo permutatur Rom. IX, 30. 31. quem locum sic vertendum arbitror: Gentiles, alieni olim a vera religione et cultu Dei, consecuti sunt felicitatem per religionem Christianam, Israëlitæ autem, quamvis veram religionem Mosaicam sectantes, tamen non pervenerunt ad religionem Christianam, quæ vere felicitatem offert. 2 Cor. VI, 14. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; quænam est conjunctio religionis Christianæ cum religione Paganorum? ibid. XI, 15. διάκονοι δικαιοσύνης, h. e. vel veri ministri et legati Dei, vel doctores religionis Christianæ, coll. v. 13. Matth. XXI, 23.

ἦλθε πρὸς ὑμᾶς ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης obtulit vobis Johannes veram doctrinam. — Interdum etiam *veracitatem*, seu *dictorum et conventorum constantiam et veritatem* denotat. Rom. IX, 28. ἐν δικαιοσύνῃ pro veracitate sua. Eadem verbi צָדַק et cognatorum significatio dominatur non solum apud Hebræos Ps. LII, 5. Ies. XLV, 19. 23. sed etiam apud Arabes, ut docuit *Schellingius* in libro vernaculo de usu linguæ Arabicæ p. 58. seq. Adde Prov. VIII, 8. Nehem. IX, 8. Deut. XXXII, 4.

10. *favor Dei, immunitas a peccatorum pœnis*, et *omnis felicitas et salus Christiana*. Rom. IV, 6. IX, 30. ᾧ ὁ Θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων cui Deus peccata remittit sine ullo respectu ad legem Mosaicam. ibid. V, 17. καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης remissionem peccatorum, insigne illud benignitatis divinæ specimen. ibid. v. 21. VI, 16. X, 4. 5. 6. 10. 2 Cor. III, 9. ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης munus tradendi religionem Christianam, quæ summam felicitatem hominibus offert. Galat. II, 21. III, 21.

11. *ratio perveniendi ad favorem Dei et remissionem peccatorum*, quæ si vera est, δικαιοσύνη Θεοῦ dicitur, sin vero ab hominibus excogitata et inventa, ἡ ἰδία δικαιοσύνη, Rom. X, 3. appellatur.

12. pro concreto δίκαιος *is, cui contingit favor Dei et remissio peccatorum*. 2 Cor. V, 21. ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ ut ejus beneficio nobis contingeret remissio peccatorum.

13. *auctor et causa remissionis peccatorum*. 1 Cor. I, 30.

14. *quævis perfectio alicujus rei*, et tribuitur omni, quod tale est, quale esse debet, et quod est in suo genere insigne. 2 Cor. VI, 7. ὅπλα δικαιοσύνης arma justa, quæ talia sunt, qualia esse debent. 2 Tim. IV, 8. ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, h. e. ex quorundam sententia *corona, quæ non flaccessit*, ἄφθαρτος, ἀμάραντος, ut alibi vocatur. Hebr. V, 13. λόγος δικαιοσύνης doctrina sublimior, quæ perfectioribus destinata est, coll. VI, 1. Hebr. XI, 33. εἰργάσαντο δικαιοσύνην insignia facta ediderunt.

ΔΙΚΑΙΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, in universum quidem significat: *justum aliquem declarare et pronunciare*, sed pro subjecti et contextæ orationis diversitate, admodum diverse usurpatur in N. T. Nam

1. est *declaro aliquem talem, qualis vere est*. 1 Tim. III, 16. ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι declaratus est Messias vi illa divina, qua instructus miracula patravit.

2. *æstimo, rite dijudico, justum pretium alicui rei statuo*. Matth. XI, 19. καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς prudentia vitæ a cultoribus suis recte dijudicari et æstimari potest. Luc. VII, 35.

3. *approbo, laudo, commendo*. Luc. VII, 29. οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν Θεὸν portitores collaudarunt Deum, ubi aperte est i. q. alias δοξολογεῖν et δόξαν διδόναι dicitur. ib. X, 29. ὁ δὲ θέλων δικαιοῦν ἑαυτὸν ille vero se collaudandi causa proposuit aliam quæstionem. ibid. XVI, 15. ὑμεῖς ἔστε οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων vos quidem coram hominibus vos effertis ob pietatem vestram, seu, nimium vosmet ipsos laudatis. Haud raro ita legitur in libris apocryphis V. T. Sirac. VII, 4. μὴ δικαιοῦ ἔναντι κυρίου noli te domino tuo præsente laudare et efferre. ib. X, 32. ubi δικαιοῦν et δοξάζειν sunt synonyma. ib. XVIII, 1. Κύριος μόνος δικαιωθήσεται Deus solus summa laude dignus est. ibid. XIII, 26. 27. τῷ δικαιοῦν opponitur προσεπιτιμᾷν. Eodem modo צָדַק Job. XXVII, 5. Ies. XLV, 25.

4. δικαιόομαι, οῦμαι, *virtutis et honestatis studiosus sum, recte ago*. Apoc. XXII, 11. καὶ ὁ δίκαιος δικαιωθήτω (in aliis codicibus e glossemate δικαιοσύνην ποιησάτω) et pius sanctitati vitæ studeat. Eodem modo δικαιοῦσθαι legitur Sirac. XVIII, 23. καὶ μὴ μείνῃς ἕως

θανάτου δικαιωθῆναι nec vitæ emendationem usque ad mortem differas. E contrario οὐ δικαιοῦσθαι *impie vivere.* Sirac. XXXI, 5. ὁ ἀγαπῶν χρυσίον οὐ δικαιωθήσεται qui divitiis inhiat, in varia incidit peccata. Ezech. XVI, 52. Job. XXXV, 7.

5. δικαιόομαι *liber sum ab omni culpa.* 1 Cor. IV, 4. ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι propterea tamen non ab omni culpa sum liber. Ps. CXLIII, 2.

6. δικαιοῦν judex dicitur, non solum, cum *condemnat* (*Eurip. Heraclid.* v. 190. ubi *Schol.* per κατακρίνω interpretatur, *Thucyd.* III, p. 200.) *et punit*, (*Polyb.* III, 31.) sed etiam, *cum innocentis causam tuetur, eum defendit et jus ipsi vindicat.* Hinc δικαιοῦσθαι in universum sensu forensi: *causa vincere, justum, insontem et veracem inveniri et declarari*, et opponitur τῷ καταδικάζεσθαι. Matth. XII, 37. ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ oratione tua vel vinces in judicio vel pœna dignus declaraberis. Rom. III, 4. ὅπως δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε ut verus habearis, seu declareris in omnibus effatis tuis et causa vincas, seu, superior discedas, cum judicaris, coll. Ps. LI, 4. Sic צָדַק legitur Exod. XXIII, 7. Ps. LXXXII, 3. Prov. XVII, 15.

7. *libero, immunem reddo*, i. q. ἐλευθερόω, et δικαιόομαι *liber sum, liberor, evado, effugio.* Act. XIII, 39. καὶ ἀπὸ πάντων, ὧν οὐκ ἠδυνήθητε ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως δικαιωθῆναι, ἐν τούτῳ πᾶς ὁ πιστεύων δικαιοῦται liberationem a malis, quam non potuit præstare lex Mosaica, hanc efficit religio Christiana, si eam vera fide amplectimur. Rom. VI, 7. ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας mortuus qui est, liberatus est a peccato, seu, corpus mortui ineptum est ad peccata, coll. v. 18. et vers. Syr. *Theophyl.* ἀπολέλυται, ἠλευθέρωται. Sirac. XXVI, 29. οὐ δικαιωθήσεται κάπηλος ἀπὸ ἁμαρτίας. *Phavor.* δεδικαίωται· ἀπήλλακται, ἠλευθέρωται. Hinc κατ' ἐξοχὴν δικαιόω

8. significat: *in gratiam aliquem recipio, remitto et condono alicui peccata.* Rom. VIII, 30. τούτους καὶ ἐδικαίωσεν, die hat er auch begnadiget *he has also received them into favour.* ibid. III, 26. 30. Galat. III, 8. Δικαιοῦσθαι vero dicitur, *qui liberatur a peccatorum pœna, veniam delictorum accipit*, et omnino *favoris et præmiorum Dei, et inprimis felicitatis Christianæ particeps fit.* Luc. XVIII, 14. κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἢ ἐκεῖνος hic peccatorum veniam consecutus est, ille non item. Rom. III, 20. διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ itaque nemo ob obedientiam, legi Mosaicæ præstitam, Deo probatur. ibid. IV, 2. Abrahamum favorem Dei consecutum esse. 1 Cor. VI, 11. Jacob. II, 24. 25. ἐδικαιώθη favorem et præmia Dei consecuta est, h. e. salva et incolumis evasit, coll. Hebr. XI, 31. E contrario οὐ δικαιοῦσθαι *non impunem evadere, puniri* notat Sirac. XXIII, 11. Conf. *Spicilegium meum primum Lexici Bieliani* p. 34. Adde Rom. II, 13. III, 24. 28. V, 1. 9. Galat. II, 16. 17. III, 11. 24. V, 4. οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε quicunque per observationem legis Mosaicæ favorem Dei consequi studetis. Tit. III, 7. Jacob. II, 21. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΙΚΑΙΩΜΑ, τος, τὸ, (a præcedente δικαιόω) apud Græcos *sententiam judicis* significat, *quæ injuriam passo jus suum vindicat, reum damnat eique pœnas imponit. Suid.* δικαιώματα δὲ καὶ αἱ κατακρίσεις. Interdum etiam *causæ defensionem et præsidium* notat, v. c. apud Alexandrinos 2 Sam. XIX, 28. Jer. XI, 20. XX, 12. Sed in N. T. δικαίωμα ex usu linguæ Hebraicæ significat

1. *constitutum per legem et sancitum, sive jussum sit, sive interdictum*, quo sensu, quidquid Deus jubet, statuit et decernit. מִשְׁפַּט־יְהוָה Deut. XXX, 16. in V. T. vocatur et δικαίωμα in vers. Alex. Hebr. חֹק et חֻקָּה Exod.

XV, 25. 26. Levit. XXV, 18. respondet. Luc. I, 6. πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυρίου vitam agebant e formula divinorum præceptorum. Rom. II, 26. τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου præcepta legis divinæ naturalis. ib. VIII, 4. ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν ut præscripta legis observarentur a nobis. Hebr. IX, 1. εἶχε ἡ πρώτη δικαιώματα λατρείας habebat œconomia Mosaica varias leges et constitutiones cultus divini publici. ibid. v. 10. δικαιώματα σαρκὸς leges, quæ ad corpus tantum et externam hominis conditionem spectabant. Genes. XXVI, 5. ἐφύλαξε τὰ προστάγματά μου, καὶ τὰς ἐντολάς μου καὶ τὰ δικαιώματά μου. Ps. XIX, 8. Num. XXXI, 21. τοῦτο τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου. *Suid.* δικαιώματα· νόμος, ἐντολαὶ κ. τ. λ.

2. *minæ, comminatio.* Rom. I, 32. οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ γνόντες qui comminationes divinas cognitas quidem habebant.

3. *obedientia, quæ voluntati divinæ præstatur, sanctitas et virtus perfecta.* Rom. V, 18. ubi δικαίωμα non solum opponitur τῷ παραπτώματι, sed etiam v. 19. per ὑπακοὴ explicatur. Vulgatus voce *justitia* usus est.

4. *absolutio, liberatio a pœnis peccatorum.* Rom. V, 16. εἰς δικαίωμα, ubi opponitur τῷ κατάκριμα, et v. 18. permutatur cum formula: εἰς δικαίωσιν ζωῆς. Universe de hac voce legi meretur *J. Floderi Homonymia vocis δικαίωμα in scriptis N. T.* Ups. 1771. 4.

ΔΙΚΑΙΩΣ. Adverbium a voce δίκαιος.

1. *juste*, h. e. *convenienter justitiæ et æquitati, ex æquo.* 1 Thess. II, 10. ὡς ὁσίως καὶ δικαίως. Tit. II, 12. σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς. 1 Petr. II, 23. τῷ κρίνοντι δικαίως.

2. *rite, ut officium postulat, ut par est.* 1 Cor. XV, 34. ἐκνήψατε δικαίως.

3. *digne, merito.* Luc. XXIII, 41. καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως nobis quidem ex merito pœna subeunda est; sequitur enim, ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν.

ΔΙΚΑΙΩΣΙΣ, εως, ἡ, apud Græcos fere semper vel *supplicium* denotat, *quod jussu judicis a reo sumitur*, vel *ipsam sententiam condemnatoriam*, interdum etiam *causæ defensionem*, δικαιολογίαν, ut *Suidas* interpretatur. *Schol. Thucyd.* VIII, 66. δικαίωσις ἀντὶ τοῦ κόλασις, ἢ εἰς δίκην ἀπαγωγὴ, ἤτοι κρίσις. Sed in N. T. ubi bis tantum legitur, *absolutionem et remissionem peccatorum* significat. Rom. IV, 25. καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν et resurrexit, ut non amplius dubitare possimus, vere peccata nostra expiata esse. ibid. V, 18. εἰς δικαίωσιν ζωῆς ad remissionem peccatorum, quæ veram felicitatem efficit.

ΔΙΚΑΣΤΗΣ, οῦ, ὁ, non *quilibet judex* dicitur, sed *judex qui lites minores componit*, ein Friedens- oder Schieds-Richter *an arbitrator of private disputes*, a δικάζω *jus dico, judico.* Ter legitur in N. T. Luc. XII, 14. τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς; quis me vobis constituit judicem et arbitrum? Act. VII, 27. τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; quis te constituit principem nostrum et arbitrum? ibid. v. 35. *Xenoph. Cyrop.* II, 4. 7. In versione Alex. legitur pro שֹׁפֵט Exod. II, 14. Jos. VIII, 33. Interdum omittitur, v. c. Act. VI, 15. post οἱ καθεζόμενοι, et 1 Cor. VI, 4. post τούτους καθίζετε.

ΔΙΚΗ, ης, ἡ. Admodum varias significationes hæc vox apud Græcos Scriptores habet. Denotat nempe *actionem coram judice*, *Xenoph.* de *Rep. Athen.* I, 16. *Ælian. V. H.* XIII, 38. *judicis cognitionem, sententiam condemnatoriam*, interdum etiam *morem* et *consuetudinem*. *Homer. Odyss.* δ'. 691. σ'. 274. In N. T. autem.

1. *ipsam executionem sententiæ condemnatoriæ, pœnam, mulctam* notat, ut sit i. q. καταδίκη. Act. XXV, 15. αἰτούμενοι κατ' αὐτοῦ δίκην (in aliis codd. καταδίκην) poscentes eum ad suppli-

cium; quanquam et reddi potest: postulantes, ut adversum eum sententiam pronuntiaret. 2 Thess. I, 9. οἵτινες δίκην τίσουσιν qui pœnas dabunt. *Alberti Gloss. N. T.* p. 148. δίκην τίσουσιν· τιμωρίαν δώσουσιν. Jud. v. 7. δίκην ὑπέχουσαι pœnas subeuntes. Formula δίκην διδόναι, pro: *pœnam dare inflictam*, admodum frequens est apud Græcos v. c. *Xenoph. Anab.* IV, 4. 9. Eodem sensu δίκην ὑπέχειν legitur apud *Ælian. V. H.* II, 4. Conf. etiam *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* III, 38. et *Wetstenii N. T.* T. II, p. 734. Adde Sapient. XVIII, 11. 2 Macc. VIII, 11. 13.

2. δίκη *Dea justitiæ* vocatur, *quæ alias Nemesis dicitur, et hoc nomine a gentilibus religiose colebatur*, (*Plin. H. N.* XI, 45. *Pollux Onom.* VIII, 1.) cujus figuram exhibuit *Montefalconius Antiq.* T. I. L. II, c. 8. Act. XXVIII, 4. ὃν ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν justitiæ Dea non sinit eum vivere, seu, ut nos diceremus, divina ultio, justitia Dei ultrix eum non sinit vivere. *Hesiod. Opp.* 254. *Sophocl. Antig.* 544. *Arrian. Exped. Alex.* IV, 9. Conf. *Palairet. Obss. Philol. Crit.* p. 347. et *Rechenbergii Exercitationes in N. T.* p. 124. — *Ammonius:* Δίκη· ἡ κρίσις, καὶ ἡ τιμωρία, καὶ τὸ δίκαιον. *Timæus Lex. Platon.* δίκη· ὅτε μὲν τὸ ἔγκλημα, ὅτε δὲ ἡ κόλασις, ὅτε δὲ ὁ τρόπος καὶ ἡ ὁμοιότης.

ΔΙ΄ΚΤΥΟΝ, ου, τὸ, *rete*, a δίκω, *jacio*. Vocabulum generale, omnis generis retia complectens, apta vel ad aucupium vel ad venationem et piscaturam. In N. T. sumitur inprimis pro *reti piscatorio*. Matth. IV, 20. 21. Marc. I, 18. 19. Luc. V, 2. 4. 5. 6. Joh. XXI, 6. 8. 11. *Hesych.* δίκτυον· καὶ τὸ ἁλιευτικὸν λίνον ἢ σαγήνη.

ΔΙ΄ΛΟΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, propr. *qui bis eadem dicit, res easdem repetit:* (Sic διλογεῖν et διλογία adhibetur a *Xenoph. de re equ.* 8, 2. Vide *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XX, 37.) deinde i. q. δίγλωσσος, *bilinguis, qui duplex et inconstans est in dictis, alia ore promit et alia pectore premit*, ὕπουλος καὶ δολερὸς, ἄλλα φρονῶν καὶ ἄλλα λέγων, καὶ ἄλλα τούτοις καὶ ἄλλα ἐκείνοις, ut *Theophylactus* recte interpretatus est ad 1 Tim. III, 8. ubi semel tantum occurrit. Conflata est vox ex δὶς et λόγος *sermo*, unde διλογία *sermonis ambiguitas* dicitur.

ΔΙΟ΄. Conjunctio, *quare, quapropter, ideo, propterea*, ex διὰ et ὅ per apostrophum δι' ὅ, *propter quod*. Matth. XXVII, 8. 1 Cor. XII, 3. 2 Cor. VI, 17. Hebr. XIII, 12. etc. Interdum est *particula transitionis*, v. c. Rom. II, 1. ubi Paulus transit ad Judæos. Jacob. I, 21.

ΔΙΟΔΕΥ΄Ω, fut. εὐσω, *iter facio per aliquem locum, transeo, obeo, peragro.* (ex διὰ *per*, et ὁδεύω *iter facio.*) Bis tantum legitur in N. T. Luc. VIII, 1. αὐτὸς διώδευε κατὰ πόλιν καὶ κώμην obeundo civitates et vicos. Act. XVII, 1. διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν cum vero iter fecissent per Amphipolin. In vers. Alex. Hebr. עָבַר, Ps. LXXXIX, 41. Zeph. III, 7. הֶחֱלַךְ, Genes. XIII, 17. et דֶּרֶךְ, Ies. LIX, 8. respondet. *Polyb.* II, 15. 5. *Plutarch.* T. III. p. 654. ed. *Reiske. Hesych.* διόδευσον· πέρασον. Hinc δίοδος *transitus* apud *Polyb.* XI, 18. 1.

ΔΙΟΝΥ΄ΣΙΟΣ, ου, ὁ. *Dionysius.* Nomen proprium viri Atheniensis, qui fuit e numero judicum seu curialium Areopagi, et exinde *Areopagita* vulgo vocatur, conversus a Paulo ad Christianam religionem. Dictus est sine dubio a Διονύσῳ, i. e. *Baccho.* Act. XVII, 34. ἐν οἷς Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΙΟ΄ΠΕΡ. Conjunctio, *quapropter*, ex διὰ et ὅπερ *quod*. Legitur in N. T. 1 Cor. VIII, 13. X, 14. XIV, 13.

ΔΙΟΠΕΤΗ΄Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, *qui a Jove seu cœlo decidit et descendit, de cœlo delapsus.* Compositum est ex Διὸς *Jovis* a Ζεὺς, et ex πέτω *cado* pro πίπτω. *Hesych.* διοπετές· ἐξ οὐρανοῦ ἐρχόμενον. Hinc διοπετὲς, sc. ἄγαλμα, quod Act. XIX, 35. tantum memoratur, vocabatur *simulacrum Dianæ aureum, quod eodem quo An-*

cile et Palladium Trojanum miraculo de cœlo delapsum sacerdotes mentiebantur, et in templo Ephesino includebatur, cujus tamen artificem Canetiam fuisse, Plinius perhibet H. N. XVI, c. 40. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I. c. 11. s. 2. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 589. et *J. Amnel* D. περὶ τοῦ διοπετοῦς Act. XIX, 35. Upsal. 1748. 4.

ΔΙΟ΄ΡΘΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1. sensu physico: *restitutio in integrum, correctio,* et apud Græcos medicos ita speciatim dicitur *membri fracti correctio aut directio, cum ea, quæ aliquo modo excedunt, in naturalem et moderatum statum restituuntur,* ut docuit *Foësius Œconom. Hipp.* p. 103. Descendit a διορθόω *prava et perversa corrigo, in meliorem statum et conditionem redigo.*

2. sensu morali: *restitutio, emendatio, correctio.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. IX, 10. μέχρι καιροῦ διορθώσεως usque ad tempus emendationis sacrorum, seu perfectioris cultus, per Messiam introducendi. *Theophyl.* ad h. l. ἄχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, τοῦ μέλλοντος διορθώσασθαι ταῦτα, καὶ τὴν ἀληθινὴν καὶ πνευματικὴν λατρείαν ἐπεισαγαγεῖν. *Polyb.* VI, 38. 4. διόρθωσις τῶν συμπτωμάτων, ubi vid. *Schweighæuserus.* ib. V, 88. 2. διόρθωσις τῶν πολιτευμάτων. Cf. *Lex. Polyb.* s. h. v. De voce διορθοῦν lectu digna habet *Sallierius* ad *Thom. M.* p. 241.

ΔΙΟΡΥ΄ΣΣΩ, vel ΔΙΟΡΥ΄ΤΤΩ, fut. ὀρύξω, *perfodio et quidem furtim, perfodio furtim parietes vel domum,* (*Aristoph. Vesp.* v. 349.) quod plene dicitur διορύσσειν τοὺς τοίχους Ezech. XII, 7. *Aristoph. Plut.* v. 565. *Thucyd.* II, 3. aut uno verbo τοιχωρυχεῖν et διορύσσειν τὰς οἰκίας Job. XXIV, 16. ubi in Hebraico חָתַר legitur. Sic extat Matth. VI, 19. 20. ὅπου κλέπται οὐ διορύσσουσιν ad quas obtinendas fures non perfodiunt, sc. domum vel parietes. ibid. XXIV, 43. καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυγῆναι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ. Luc. XII, 39. Sæpius in N. T. non occurrit. *Hesych.* διορύττει· σκάπτει. *Phavor.* διορύττω· τὸν τοῖχον διακόπτω. Ἀριστοφάνης, τοὺς τοίχους διορύττειν.

ΔΙΟ΄ΣΚΟΥΡΟΙ, ων, οἱ, seu, ut etiam, et quidem rectius, judice *Phrynicho* p. 38. scribitur, διόσκοροι. Generatim *cuncti Jovis filii* ita appellari possent, nam est ex Διὸς *Jovis* a Ζεὺς, et κοῦρος pro κόρος *puer.* Sed ex usu communi ita tantum vocantur *Castor* et *Pollux,* Helenæ fratres, Jovisque ex Leda Tyndaride filii, nautarum numina, unde memorantur insigne fuisse navis cujusdam Alexandrinæ, Act. XXVIII, 11. παρασήμῳ Διοσκούροις cujus insigne erat Castorum. Vocantur etiam Διόσκουροι σωτῆρες ab *Ælian. V. H.* I, 30. Adde *Xenophont. Symp.* 8, 29. et *Cyrop.* III, 3. 26. Conf. *Alberti Obss.* in *N. T.* p. 288. *Wetstenii N. T.* T. II, p. 653. *J. H. a Seelen Meditat. Exeg.* P. I. p. 487. et *Ezech. Spanhem.* ad *Callimach. Lavacr. Pallad.* v. 24. p. 635. et de *Usu et Præst. Numism.* T. I. p. 295. *Hesych.* Διόσκουροι· οἱ Ἑλένης ἀδελφοὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων, Λευκόπωλοι καλούμενοι — καὶ ἀστέρες οἱ τοῖς ναυτιλλομένοις φαινόμενοι.

ΔΙΟ΄ΤΙ. Conjunctio, 1. *eo quod, quoniam, quamobrem, propterea quod,* et ita differt a διὸ, quod *propterea* notat. Act. XVII, 31. Rom. I, 19. VIII, 7. Galat. II, 16. Hebr. XI, 23. Jacob. IV, 31.

2. *quanquam.* Rom. I, 21. διότι γνόντες τὸν Θεὸν quanquam vero Deum cognoscendi larga copia erat et facultas.

3. *nam, etenim.* Act. XVIII, 10.

ΔΙΟΤΡΕΦΗ΄Σ, έος, ὁ. *Diotrephes,* h. e. vi etymologiæ *a Jove nutritus,* nam est ex Διὸς *Jovis* et τρέφω *alo, nutrio. Hesych.* διοτρεφεῖς· οἱ ἐν βασιλείᾳ τεθραμμένοι, h. e. reges, qui Jovis filii habebantur. Idem: Διοτρεφέων· ἐκ τοῦ Διὸς ἑλκόντων τὸ γένος. In N. T. est nomen proprium (quod etiam apud Græcos in usu fuit. Vid. *Thucyd.* VIII, 64. *Diod. Sic.* XV, 14.) viri, qui maxima cum auctoritate in sua urbe vixit, et fastuosi, qui primarius esse omnium voluerat inter suos, inhumani et obtrectatoris Johannis, ut a Johanne 3 Ep. v. 9. et 10. describitur. Cf. *Stemleri* D. de Diotrephe. Lips. 1758. 4.

ΔΙΠΛΟΟ΄ΟΣ, οῦς, fœm. διπλόη, ῆ, neutr. διπλόον, οῦν,

1. *duplex, duplus,* synecdochice autem *multus, plurimus, permagnus, gravis, insignis.* 1 Tim. V, 17. διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν duplici, h. e. multo, insigni honore digni habeantur et affi-ciantur. Apoc. XVIII, 6. διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ gravissimas ei pœnas infligite. *Sophocl. Œdip. Tyr.* 1328. διπλᾶ σε πενθεῖν, καὶ διπλᾶ φέρειν κακά. *Æschyl. Agamemn.* 546. Ies. XL, 2. Jer. XVI, 18. Sirac. XX, 10. In versione Alex. Hebr. מִשְׁנֶה, Genes. XLIII, 15. Ezr. I, 10. שְׁנַיִם, Deut. XXI, 17. et כֶּפֶל, Job. XI, 6. XLII, 10. respondet. Conf. etiam Interpretes ad *Thom. M.* p. 242. *Phavor.* διπλῆν· διπλασίονα καὶ μεγάλην.

2. *fallax, dolosus, simulator, hypocrita,* (*Xenoph.* H. G. IV, 1. 14.) unde διπλόη est *fraudulentia, simulatio. Suid.* Διπλόη· ἡ πανουργία, ἡ ἀπάτη, ἡ ἔξωθεν ἀρετὴ φαινομένη, ἔσωθεν δὲ γέμουσα κακίας κ. τ. λ. Hinc explicarem locum Matthæi XXIII, 15. διπλότερον ὑμῶν insigniorem hypocritam, quam vos estis, vobis adhuc fraudulentiorem. Alii διπλότερον adverbialiter *duplo magis* interpretantur. Sirac. II, 12. οὐαὶ καρδίαις διπλαῖς. Conf. *Heisenii Novas Hypothes. ad Ep. Jacobi* p. 474. seq.

ΔΙΠΛΟΩ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, *duplico, duplum do,* i. q. διπλασιάζω Ezech. XXI, 19. a διπλόος, quanquam etiam per synecdochen de *quavis multitudine indeterminata* dicitur. Semel in N. T. legitur Apoc. XVIII, 6. διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ gravissimas ei pœnas infligite.

ΔΙ΄Σ. Adverbium, *bis.* Marc. XIV, 30. 72. Luc. XVIII, 12. δὶς τοῦ σαββάτου bis hebdomade. Phil. IV, 16. ἅπαξ καὶ δὶς *aliquoties,* vide sub ἅπαξ. Jud. v. 12. δὶς ἀποθανόντα bis, h. e. *prorsus* emortuæ, nam δὶς, τρὶς, indicat interdum *omnino, penitus.* 1 Thess. II, 18. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΙΣΤΑ΄ΖΩ, fut. άσω, 1. proprie: *in bivio sto, nesciens, quam viam sequi debeam.* (ex δὶς *bis* et στάω *sto.*)

2. *dubito, hæsito, anceps hæreo inter spem et metum,* i. q. ἀμφισβητέω. Bis legitur in N. T. Matth. XIV, 31. εἰς τί ἐδίστασας; quid dubitas de salute tua? Syrus voce ܐܬܦܠܓ, h. e. *divisum esse animo, ambigere,* usus est, ibid. XXVIII, 17. οἱ δὲ ἐδίστασαν quidam autem dubitarunt. *Plutarch.* T. V. p. 620. *Reiske. Diod. Sic.* IV, 62. Θησέως δὲ διστάζοντος περὶ τῆς διαβολῆς. *Clemens* Ep. 2. ad Corinthios p. 175. οἱ διστάζοντες τῇ καρδίᾳ. *Hesych.* διστάζει· διχονοεῖ, ἀπορεῖ, ἀμφιβάλλει. *Etym. M.* διστάζειν· τὸ διχῶς βουλεύεσθαι, καὶ τὸ δύο στάσεις ἔχειν κατὰ διάνοιαν.

ΔΙ΄ΣΤΟΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *geminum os habens,* ex δὶς *bis,* et στόμα *os.*

2. *duplicem aciem habens, anceps, utrinque acutus, bipennis.* Nonnulli hanc vocem, ita usurpatam, a δὶς et τέμνω deducunt, sed tunc διστόμος scribendum esset, sicut διχοτόμος, ut recte jam observavit *Barnes.* ad *Eurip. Helen.* v. 989. Potius, ut ὀξύστομος, a στόμα derivandum, quod figurate de gladio ita dicitur, ut *aciem* significet. Hebr. IV, 12. τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον acutiora illa gladio ancipiti quolibet. Apoc. I, 16. ῥομφαία δίστομος. ib. II. 12. Judd. II, 16. חֶרֶב שְׁנֵי פִּיּוֹת, Prov. V, 4. חֶרֶב פִּיּוֹת, Ps. CXLIX, 6. חֶרֶב פִּיפִיּוֹת. *Eurip. Orest.* v. 1305. δίστομα φάσγανα.

ΔΙΣΧΙ΄ΛΙΟΙ, οἱ, αἱ, τὰ, *bis mille, duo millia,* ex δὶς *bis,* et χίλιοι *mille.* Legitur in N. T. semel Marc. V, 13. ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι. Alexandrini pro אַלְפַּיִם Num. IV, 36. 40. Jos. III, 4. adhibuerunt.

ΔΙΥ΄ΛΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, *percolo, per colum transfundo, despumo sordibus et scoriis purgo,* ex διὰ et ὑλίζω *defæco, percolo,* quod est ab ὕλη *fæces,* unde ὑλιστὴς et διϋλιστήριον *colum* dicitur. Legitur apud *Aquilam* Ps. XI, 7. de auro, depurgato a scoriis, pro Hebraico מְזֻקָּק, et in *Aquilæ* et *Symmachi*

reliquiis Ies. XXV. 6. et apud Alex. Amos VI, 6. de vino depurgato. *Artemid.* IV, 50. διϋλίζων πρότερον τὸν οἶνον. *Dioscor.* II, c. 86. p. 111. διὰ ῥάκους λινοῦ διϋλισθέν. *Plutarch.* T. VIII, p. 768. *Reiske.* In N. T. semel legitur Matth. XXIII, 24. οἱ διϋλίζοντες τὸν κώνωπα qui excolatis culicem vinarium; quod proverbialiter de iis dicitur, qui sunt in rebus levibus diligentes et officii sui studiosi. De quo adagio lectu digna habet *Vorstius* in *Philol. S.* p. 772. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 487. *Hesych.* διϋλίζοντες· διηθμεύοντες, διηθοῦντες.

ΔΙΧΑ΄ΖΩ, fut. άσω, 1. proprie: *disseco, in duas partes divido, bipertior, diffindo.* Descendit enim a δίχα, quod est idem quod εἰς δύο μοίρας, ut *Phavorinus* interpretatur. Sic legitur apud incert. interpr. Levit. I, 17. pro שַׁסַּע et apud *Aquilam* Deut. XIV, 6. Vide *Suidam* in διχαζούσης.

2. *dissidere facio, auctor sum dissensionis et discordiæ*, i. q. δίχα ποιέω apud *Xenoph. Anab.* VI, 4. 8. et διΐστημι, *Xenoph. Hist. Gr.* II, 4. 25. Sic semel in N. T. legitur Matth. X, 35. ἦλθον γὰρ διχάσαι adventu meo exorientur discordiæ. Eodem sensu Chald. פְּלַג (cf. *Buxtorf. Lex. Talmud.* p. 1730.) et Syriacum ܦܠܓ usurpatur, ut *Schaafius* docuit in *Lexico Syr. N. T.* p. 450.

ΔΙΧΟΣΤΑΣΙ΄Α, ας, ἡ, *dissensio, dissidium, seditio, factiones contrariæ.* Conflatum est ex δίχα *separatim, divisim* et στάσις *statio*: est itaque proprie, cum in duas partes factiones secedunt, et suum utraque locum seorsim capit. Ter legitur in N. T. Rom. XVI, 17. τοὺς τὰς διχοστασίας ποιοῦντας qui factiosi sunt, factionibus student. 1 Cor. III, 3. Galat. V, 20. 1 Macc. III, 29. *Dion. Halic. Antiqu.* VIII, c. 72. *Plutarch.* T. II. p. 767. *Reiske.*

ΔΙΧΟΤΟΜΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *in duas partes seco*, ex δίχα et τέμνω *seco.* Est i. q. δίχα διατέμνω (quod legitur apud *Platonem* in *Sympos.* p. 182.) δίχα τέμνω (apud *Ælianum* in *Fragm.* p. 816. et *Heliodorum Æthiop.* X, c. 4.). De dissectione in duas partes legitur apud *Lucian. Dial. meretr.* p. 745. *Polyb.* VI, 28. 2. — Interdum autem est simpliciter *disseco*, et qualemcunque dissectionem in partes plures notat, ut apparet e vers. Alex. Exod. XXIX, 17. καὶ τὸν κριὸν διχοτομήσεις κατὰ μέλη· ubi Hebraico נְתַח respondet, quod LXX mox per μελίζειν, (Judd. XIX, 29. XX, 6.) mox vero per κρεανομεῖν (Levit. VIII, 20.) reddiderunt. *Polyb.* X, 15. 5. *Ammonius*: διχοτόμος· ὁ εἰς δύο διαιρῶν. *Hesych.* διχοτομήματα· τμήματα. Adhibetur inprimis ad designandum crudelissimum illud supplicii genus, Chaldæis, (Dan. II, 5. III, 29.) Hebræis, (2 Sam. XII, 31.) Ægyptiis, (*Herodot.* III, 13.) Græcis (*Diod. Sic.* I, 2.) et Romanis (*Sueton. Calig.* c. 27. *Liv.* I, 28. VIII, 24. *Gell.* XX, 1.) receptum, quo reorum aut captivorum corpora media dissecabantur. Adde Judd. XIX, 29. 1 Sam. XV, 33. 1 Regg. III, 25. *Joseph. A. J.* VIII, 2. et *Pollucis Onom.* VIII, 32. 10. Conf. etiam *Bibl. Brem.* Class. V. p. 1112. seq. Class. VII, p. 234. Hinc factum est, ut

2. in universum: *male aliquem perdere, morte crudeli interficere et gravissime punire* significaret. Matth. XXIV, 51. καὶ διχοτομήσει αὐτὸν et male eum perdet. Luc. XII, 46. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Hist. Susann. v. 55. et 59. Διχοτομεῖν generatim gravissimam quamque pœnam designare, uberius docuit *Krumbholzius* in *Bibl. Brem.* Class. VII. p. 234. *Hesych.* διχοτομεῖν· ἀναιρεῖν. — διχοτομία· ἀναίρεσις. Alii, ut *J. C. Bonnet* in *Bibl. Hagana* Class. IV. p. 471. διχοτομεῖν in locis laudatis N. T. pro *removere ab officio, dimittere, procul a se facessere jubere*, ad imitationem Hebraici גָּזַר (2 Chron. XXVI, 21. Ps. LXXXVIII, 6. Thren. III, 54.) et כָּרַת (1 Sam. XXVIII, 9. Genes. XVII, 14.) dictum esse putant.

ΔΙΨΑ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *sitio*, a δί-

ψα *sitis*. Matth. XXV, 35. 37. 42. 44. Joh. IV, 13. 15. XIX, 28. Rom. XII, 20. Formula πεινᾷν καὶ διψᾷν, quæ 1 Cor. IV, 11. legitur, significat: *inopia victus laborare*, coll. Apoc. VII, 16.

2. *vehementer desidero et appeto, summo desiderio alicujus rei feror*, ad imitationem Hebraici צָמָא, Ps. XLII, 3. LXIII, 2. Amos VIII, 11. quanquam eodem sensu διψᾷν etiam apud Græcos (v. c. *Xenoph. Cyrop.* IV, 6. 7. οὕτως ἐγὼ ὑμῶν διψῶ χαρίζεσθαι, *Æschin.* Dial. III, 5.) et *sitire* apud Latinos Scriptores legitur, v. c. *Cic.* ad *Quint. Fr.* III, 5. *sitire honores*, *Orat.* III, 20. *sitiens artium*. Cf. *Abresch.* in *Dilucidd. Thucyd.* p. 382. et 837. et *Gatakeri Opera Critica* p. 118. Sic autem legitur in N. T. Matth. V, 6. διψῶντες τὴν δικαιοσύνην qui vehementi veræ pietatis desiderio tenentur. Joh. IV, 14. οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα ejus desideriis plane satisfactum est. ibid. VI, 35. οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε nihil habebit amplius, quod desideret. ibid. VII, 37. ἐάν τις διψᾷ si quis ad veram sapientiam et felicitatem adspiret. Apoc. XXI, 6. XXII, 17. Sirac. XXIV, 21. Sapient. XI, 4. *Suid.* ἐδίψησεν· ἐπεθύμησεν. *Hesych.* Διψᾷν γὰρ τὸ ἐπιποθεῖν. Apud *Eustathium* ad *Iliad.* α'. p. 254. ed. Florent. πολυδίψιον per πολυπόθητον explicatur.

ΔΙ'ΨΟΣ, εος, τὸ, idem quod δίψα, *sitis*. In N. T. tantum legitur 2 Cor. XI, 27. ἐν λιμῷ καὶ δίψει in fame et siti. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 1, 12. *Memor.* I, 4. 13.

ΔΙ'ΨΥΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, non tam *is* dicitur, *qui duplex animo est*, nam hic est ex usu loquendi *homo fraudulentus atque dolosus*, (Ps. XII, 2. 1 Paral. XII, 38.) sed *homo inconstans, ancipitis animi, qui dubius et incertus hæret*. Sic bis legitur in N. T. Jacob. I, 8. ubi ἀνὴρ δίψυχος homo dicitur, qui mox sperat, mox animum abjicit, ὁ ἀνεπείθιστος καὶ ἀστήρικτος, ut *Œcumenius* interpretatur, qui dubius et incertus hæret de voluntate Dei ad juvandum. Sic δίψυχος legitur etiam in Constitutt. Apost. VII, 11. μὴ γίνου δίψυχος ἐν προσευχῇ σου εἰ ἔσται ἢ οὔ. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος ἐμοὶ Πέτρῳ ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας; Conf. *Dougtæi Analecta Sacra* p. 146. Jacob. IV, 8. δίψυχοι vocantur, qui non vera et sincera mente Deum colunt quibus est καρδία δισσή, ut loquitur Sirac. I, 27. *Hesych.* διψυχίαν· ἀπορίαν. Conf. *Heisenii Novas Hypotheses ad Ep. Jacobi* p. 471.

ΔΙΩΓΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *persecutio, exagitatio, vexatio*, a διώκω, quod vide. Speciatim dicitur de *persecutionibus ob professionem religionis Christianæ*. Matth. XIII, 21. Marc. IV, 17. X, 30. Act. VIII, 1. XIII, 50. Rom. VIII, 35. 2 Cor. XII, 10. 2 Thess. I, 4. 2 Tim. III, 11.

ΔΙΩ'ΚΤΗΣ, ου, ὁ, *persecutor, vexator*, a διώκω. Legitur in N. T. semel 1 Tim. I, 13. τὸν πρότερον διώκτην ὄντα qui quondam persecutus sum Christi sectatores.

ΔΙΩ'ΚΩ, fut. ώξω, 1. proprie: *celeriter curro*, adeoque interdum etiam de fugientibus adhibetur, teste *Hesych.* διώκειν· μεθ' ὁρμῆς φεύγειν. *Thucyd.* VIII, c. 120. *Xenoph. Anab.* VII, 2. 11. Hinc

2. de *eo* dicitur, *qui fugientem persequitur hostili animo*. Hoc sensu dicitur de *feris*, quas venatores persequuntur, aut de *hoste* vel *reo* fugiente. *Thucyd.* I, 137. Matth. XXIII, 34. καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν. Interdum tamen latius patet et de *omnis generis persecutionibus* et *vexationibus* et *injuriis*, inprimis ob religionem Christianam, adhibetur, v. c. Matth. V, 10. 11, 12. 44. Luc. XXI, 12. Joh. XV, 20. Act. VII, 52. IX, 4. 5. XXII, 4. 7. 8. XXVI, 11. 14. 15. 1 Cor. IV, 12. XV, 9. 2 Cor. IV, 9. Galat. I, 13. 23. (ubi διώκων positum est pro διώξας. Conf. Sirac. XLVIII, 7.) IV, 29. V, 11. VI, 12. Hinc apud Græcos (v. c. *Polyæn.* Lib. VIII. Ῥωμαῖοι Κοριόλανον ἐδίωξαν) διώκειν interdum notat: aliquem eo adigere, ut in exilium abire cogatur, adeoque etiam de *iis* usurpa-

tur, *qui alios accusant, litem intendunt*, ut sit i. q. κατηγορεῖν, quasi διώκειν κατὰ τὴν δίκην. *Hesych.* διωκόμενος· κατηγορούμενος, in qua posteriori significatione explicandus fortasse erit locus Joh. V, 16. ubi narratur Jesus causam suam defendisse coram synedrio magno, coll. v. 17. A *Julio Polluce* (*Onom.* VIII, 6. 30. p. 869. ib. c. 7. s. 67. p. 895. et c. 10. s. 125. p. 949. ed. *Hemsterhus.*) inter nomina judicialia διώξεις et διώκειν recensentur.

3. *sequor aliquem ducem, sector.* Luc. XVII, 23. μὴ ἀπέλθητε μηδὲ διώξητε nolite adire eumque sectari. Sic διώκειν etiam legitur apud *Xenoph. Mem.* II, 8. 5. καὶ τοὺς εὐγνώμονας διώκειν. Id. *de Mag. Equit.* IV, 5. τὸν ἡγεμόνα διώκοντες. *Appian. B. Civ.* L. II. p. 741. et L. V. p. 1113. Cf. *Warton.* ad *Theocrit.* XI, 75. et *Abresch. Anim.* ad *Æschyl.* p. 88. *Persequi* etiam apud Latinos pro *sequi* poni, docet locus *Horatii Serm.* I. 9. v. 16.

4. *magno et vehementi desiderio et studio aliquid consequendi et obtinendi teneor, annitor, appeto, studeo.* Rom. IX, 30. 31. XII, 13. τὴν φιλοξενίαν διώκοντες hospitalitati studete. ibid. XIV, 19. τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν. 1 Cor. XIV, 1. διώκετε τὴν ἀγάπην benevolentiæ studiosi estote. Philipp. III, 12. διώκω δὲ, εἰ καὶ καταλάβω, et v. 14. κατὰ σκοπὸν διώκω annitor in stadio currens metam contingere et præmium obtinere; ubi observandum, διώκειν κατ' ἐξοχὴν apud Græcos de cursoribus usurpari, qui in stadio relicti et quasi præventi cursu velociori præcurrentem prosequebantur et metam assequi studebant. 1 Thess. V, 15. 1 Tim. VI, 11. 2 Tim. II, 22. Hebr. XII, 14. 1 Petr. III, 11. Imitati videntur Scriptores N. T. auctores librorum V. T. qui τῷ רָדַף eodem sensu utuntur, v. c. Deut. XVI, 20. Ps. XXXIV, 14. *Eurip. Ion.* v. 440. τὰς ἀρετὰς δίωκε. *Cic. Fin.* I, 21. *artem persequi.* Sirac. XXVII, 8. *Suid.* διώκειν· καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμεῖν καὶ ὀρέγεσθαι. *Alberti. Gloss. N. T.* p. 109. διώκοντες· ἐπιποθοῦντες. Conf. et *Thom. M.* sub h. v.

ΔΌΓΜΑ, τος, τὸ, 1. *decretum, edictum principis et imperatoris.* Est nomen verbale a perf. pass. δέδογμαι, verbi δοκέω, *statuo, decerno.* Luc. II, 1. ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου promulgabatur decretum ab imperatore Augusto. Act. XVII, 7. ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράττουσι. Eodem sensu apud *Theodot.* pro Chald. דָּתָא ponitur Dan. II, 15. *Joseph. A. J.* XII. 9. 6. *Herodian.* VII, 10. 8.

2. *placitum quodcunque, lex, præceptum, institutum, statutum.* Act. XVI, 4. φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν ἀποστόλων observare placita de ritibus observandis, quæ decreta erant ab apostolis. Ephes. II, 15. τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι legem Mosaicam ceremonialem cum variis ejus præceptis et institutis: ubi tamen haud pauci, *Theodoreto* et *Theophylacto* præeuntibus, ἐν δόγμασι cum participio καταργήσας conjungunt, et de religione Christiana interpretantur, qua abrogabatur lex Mosaica ceremonialis. Coloss. II, 14. *Xenoph. Anab.* III, 3. 4. VI, 4. 8. *Cic. Acad. Quæst.* IV, 9. — *Hesych.* δόγματα· προστάγματα· ζητήματα. Idem: ἔκθεσις, νομοθεσία, πρόσταξις, δόγμα. Plura de hac voce collegit *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 932.

ΔΟΓΜΑΤΊΖΩ, fut. ίσω, *edictum fero, decretum facio, placitum propono aliis*, i. q. δόγμα τιθέναι vel ποιεῖσθαι. *Diog. Laërt.* III, 51. αὐτὸ τοίνυν τὸ δογματίζειν ἐστὶ δόγμα τίθεναι, ὡς τὸ νομοθετεῖν, νόμους τιθέναι, ubi vid. *Menag.* Idem VII, 33. *Arrian.* Diss. *Epictet.* III, 7. 2 Macc. X, 8. XV, 36. Medium δογματίζομαι *patior et permitto mihi leges imponi et edicta præscribi, pareo legibus.* Sic semel in N. T. legitur Coloss. II, 20. τί δογματίζεσθε; cur iterum vobis imponi leges Mosaicas permittitis?

ΔΟΚΈΩ, ῶ, fut. ήσω, vel δόξω, 1. *puto, existimo, arbitror, in opinione aliqua falsa versor*, nostrum: Wahnen *to judge, to imagine.* Matth. VI, 7. δο-

κοῦσι γὰρ, ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται qui se ob prolixam orationem exauditum iri arbitrantur. Marc. VI, 49. ἔδοξαν φάντασμα εἶναι. Luc. VIII, 18. XIII, 2. 4. XIX, 11. XXIV, 37. Joh. V, 45. XI, 13. XIII, 29. XVI, 2. Act. XXVI, 9. ego olim officii mei esse existimabam. 1 Cor. XII, 23. Prov. XXVIII, 24. καὶ δοκεῖ μὴ ἁμαρτάνειν. *Anacreon Od.* XXVI. δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κροίσου. Cf. *Perizon. ad Ælian. V. H.* XIII, 45. Inprimis vero in N. T. de *iis* dicitur, *qui sibi aliquid per arrogantiam et animi elationem persuadent.* Matth. III, 9. Phil. III, 4.

2. *judico, statuo.* Matth. XVII, 25. τί σοι δοκεῖ; quænam est tua hac de re sententia? ib. XVIII, 12. XXII, 42. τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; quid vobis videtur de Christo? Luc. X, 36. XVII, 9. οὐ δοκῶ minime. Joh. V, 39. Act. XXV, 27. 1 Cor. XII, 23. ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώματος membra corporis, quæ nobis maxime vilia et contempta esse videntur. Hebr. X, 29. δοκεῖτε judices sitis vosmet ipsi. Sensu forensi: *sententiam fero contra aliquem.* Matth. XXVI, 66. τί ὑμῖν δοκεῖ; quam jam contra eum sententiam fertis?

3. *videor.* Hinc impersonale δοκεῖ *videtur.* Act. XVII, 18. ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι peregrinorum Deorum annunciator esse videtur. 2 Cor. X, 9. ἵνα μὴ δόξω ne videar. Hinc τὸ δοκοῦν *quod videtur.* 1 Cor. XII, 22. τὰ δοκοῦντα μέλη membra corporis, quæ videntur etc. Sic et legitur apud *Ælian. V. H.* I, 25. IX, 32. et *Hist. Anim.* VI, 51. ὡς ἂν μὴ δοκοίην ἀμαθῶς ἔχειν αὐτοῦ.

4. *volo, decerno, placet mihi.* Luc. I, 3. ἔδοξε κἀμοὶ visum est et mihi ipsi. Act. XV, 22. τότε ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις tunc visum est Apostolis. ibid. v. 25. 28. 34. ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι αὐτοῦ Silæ autem ibi remanere placuit. Hinc τὸ δοκοῦν *arbitrium, voluntas.* Hebr. XII, 10. κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς pro arbitrio suo. *Chrysost.* ad h. l. ἡδονὴν πληροῦντες πολλάκις καὶ οὐ πανταχοῦ τὸ συμφέρον ὁρῶντες. *Alb. Gloss. N. T.* p. 184. κατὰ τὸ δοκοῦν· κατὰ τὸ θέλημα. *Thucyd.* I, 84. κατὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν. *Simplic.* in *Epictet.* p. 115. *Symmach.* 1 Sam. XX, 9. δέδοκται τὸ κακὸν, ubi τῷ בָּלָה *decerno* respondet. Pro Chald. עֲבָא apud *Theodot.* legitur Dan. IV, 4. 3 Esr. VIII, 12. καθάπερ δέδοκται ἐμοί. Eodem sensu haud raro legitur apud Græcos, v. c. *Xenoph. Anab.* IV, 1. 10. *Diog. Laërt.* VII, 38.

5. ut Latinum *videor, scio, cognitum ac perspectum habeo.* 1 Cor. VI. 9. δοκῶ δὲ usu meo cognitum habeo. ibid. VII, 40. δοκῶ δὲ κἀγὼ πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν videor autem et ego mihi divinitus esse inspiratus. Sic et apud *Herodian.* V, 8, 5. πιστοτάτοις δὲ εἶναι δοκοῦσιν quos (mater) fidissimos esse sciebat.

6. *in summa dignitate et auctoritate constitutus sum, honorem consequutus sum,* ita, ut omissum sit vel εἶναί τι, quod additur Galat. II, 6. vel ἐξέχειν, aut aliud simile verbum. Sic legitur in N. T. Galat. II, 2. ubi οἱ δοκοῦντες sunt apostoli, quorum summa tunc temporis erat auctoritas apud Christianos, quorum nomina v. 9. leguntur. ibid. v. 6. *Theodor.* per ἐνσήμους interpretatur. *Joseph. A. J.* XIX, 6. 3. et de *B. J.* I, 5. 3. *Herodian.* VI, 1. τοὺς δοκοῦντας καὶ ἡλικίᾳ σεμνοτάτους. Cf. *Barnes.* ad *Eurip. Heraclid.* v. 819. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 219. Apud *Æschinem Socr.* ut recte jam observavit Cel. *Fischerus* in Indice subjecto, δοκεῖν eleganter dicuntur omnia, quæ eminent et excellunt in aliquo genere atque adeo celebrantur sermonibus omnium. v. c. Dial. I, 8. II, 2. etc.

7. Solet interdum eleganter pleonastice poni, v. c. Marc. X, 42. οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, pro οἱ ἄρχοντες. (Alii, ut *Beza*, qui censentur s. existimantur imperare; nam δοκεῖν notat interdum *censeri, existimari,* v. c. apud *Thucyd.* VIII, 90. *Plutarch. Romul.* p. 11. *Pyrrho* p. 406.) Luc. XXII, 24. τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων quis eorum maximam potentiam habiturus esset

in Christi regno terreno. 1 Cor. III, 18. IV, 9. VII, 40. δοκῶ ἔχειν, pro κἀγὼ ἔχω. ib. X, 12. XI, 16. XIV, 37. Hebr. IV, 1. ne quis vestrum destituatur. Huc etiam referri potest locus Matth. III, 9. ubi μὴ δόξητε λέγειν, pro μὴ λέγητε, dictum existimat *Th. Gataker. Advers. Miscell.* Lib. I, c. 3. p. 191. Hist. Susann. v. 5. οἱ ἐδόκουν κυβερνᾶν τὸν λαὸν, pro οἱ κυβερνῶντες. *Sophocl. Ajax Flag.* v. 1114. οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι, pro εὐγενεῖς πεφυκότες. *Eurip. Heraclid.* v. 865. τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦν. *Xenoph. Mem.* I, 5. 3. IV, 4. 20.— *Hesych.* δοκῶν· ὑπολαμβάνων. — δοκοῦντες· οἱ ἔνδοξοι.— δοκῶμεν· νομιζοίμεθα.— δοκεῖ· οἴεται, νομίζει. — δέδοκται· ἐφάνη, ἐψηφίσατο, διέγνωστο.

ΔΟΚΙΜΑ΄ΖΩ, fut. άσω, 1. proprie est *metallorum, quæ probantur et explorantur per ignem, an sint bona ac pura*, i. q. πυρόω. (Jer. IX, 7.) Prov. VIII, 10. χρυσίον δεδοκιμασμένον, ib. XVII, 3. ὥσπερ δοκιμάζεται ἐν καμίνῳ ἄργυρος. Sic legitur in N. T. 1 Petr. I, 7. χρυσίου διὰ πυρὸς δοκιμαζομένου.

2. *examino, inquiro, exploro alicujus rei naturam, vim et indolem*, quod Latini uno verbo *probare* dicunt. Luc. XIV, 19. πορεύομαι δοκιμάσαι αὐτὰ eundum mihi est, ut ea probem. Rom. XII, 2. 2 Cor. VIII, 8. ut amoris vestri ingenuitatem explorem. ibid. XIII, 5. ἑαυτοὺς πειράζετε vosmet ipsos explorate. 1 Cor. XI, 28. δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτὸν quilibet examinet et exploret se, quo consilio et animo ad cœnam sacram accedat. (*Simplicius* in *Epictet.* p. 90.) Galat. VI, 4. Ephes. V, 10. 1 Thess. V, 21. 1 Joh. IV, 1. Æque late patet vox בָּחַן Job. XXXIV, 3. Ps. XVII, 3. XXVI, 2. Jer. IX, 7. *Xenoph.* de *Rep. Athen.* III, 4. δοκιμάζειν τὰς ἀρχὰς examinare magistratus ambientes, qualem hactenus vitam egerint. *Hesych.* δοκιμάσας· ἐξετάσας.

3. *cognosco et experior aliquid facto examine, scio, cognitum habeo.* 2 Cor. VIII, 22. ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον ὄντα cujus studium experti sumus variis modis omni tempore. Eodem modo בָּחַן legitur, maxime si de Deo usurpatur. Jer. XVII, 10. Ps. VII, 10. Hinc δοκιμάζω

4. *rectum, probum et dignum aliquem, judico, eligo, approbo, laudo, commendo.* Rom. XIV, 22. ἐν ᾧ δοκιμάζει si aliquid congruum voluntati divinæ judicat. 1 Cor. XVI, 3. οὓς ἐὰν δοκιμάσητε quoscunque probatos judicaveritis. (*Joseph. A. J.* XIII, 2. 3. III, 4. 1. *Lucian. Scytha* 8.) 1 Thess. II, 4. δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον dignus judicatus sum a Deo, cui committeret munus tradendi religionem. 2 Macc. IV, 3. τῶν ὑπὸ τοῦ Σίμωνος δεδοκιμασμένων. *Xenoph.* Mem. III, 5. 20. ἐκ τῶν δεδοκιμασμένων καθίσταται.

5. *dignosco, discerno, discrimen facio, dijudico.* Luc. XII, 56. terræ et cœli faciem dignoscere potestis, hoc vero tempus quare non eodem modo discernitis? Rom. II, 18. δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα nosti discrimina rerum, discernere vales, quæ bona et mala sunt. 1 Cor. III, 13. Phil. I, 10.

6. *volo*, adjecto vero τῷ οὐκ ex eleganti Græcismo, *nolo*. Rom. I, 28. οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει noluerunt Deum recte colere. *Joseph.* A. J. II, 7. 4. τὰ μὲν οὖν ὀνόματα δηλῶσαι τούτων οὐκ ἐδοκίμαζον. Vide *Wetstenium* N. T. T. II. p. 26.

7. δοκιμάζειν τὸν Θεὸν est i. q. πειράζειν τὸν Θεὸν, h. e. *dubitare de divino auxilio et potentia*, et ex adjuncto: *reniti Deo.* Hebr. III, 9. Malach. III, 15.

ΔΟΚΙΜΗ΄, ῆς, ἡ, 1. proprie; *probatio, exploratio, examen, an aliquid vere ita sit, ut esse debet.* 2 Cor. VIII, 2. δοκιμὴ θλίψεως exploratio, quæ fit per gravissimas calamitates.

2. *id quod experientia facta patescit et cognoscitur, probata et spectata indoles alicujus rei.* Rom. V, 4. ἡ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα constantia nos probatos reddit et spectatos et ita spem facit felicitatis æternæ.

2 Cor. II, 9. ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν ut animum vestrum erga me probum cognoscerem. ib. IX, 13. διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης ob genuinam et yeram liberalitatem vestram. Philipp. II, 22. τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκετε nostis spectatam ejus integritatem. *Symmach.* Ps. LXVIII, 30. δοκιμὴν ἀργυρίου argentum probatum.

3. *argumentum, documentum, signum, ex quo natura et indoles alicujus rei cognoscitur.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. XIII, 3. ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ quia documenta quæritis, unde cognoscatis et intelligatis, me esse vere a Christo missum, coll. cap. XII, 12. ubi τὰ σημεῖα τοῦ ἀποστόλου vocantur.

ΔΟΚΙ΄ΜΙΟΝ, ίου, τὸ, 1. proprie: *omne medium s. instrumentum, quo aliquid probatur, spectatur*, h. e. *exploratur an sit tale, quale esse debet, id, quo utimur sic, ut sit norma judicandi.* Sic. v. c. *catillum, quo metalla excoquuntur*, qui Hebraice מַצָּרֶף et עֲלִיל dicitur, Alex. δοκίμιον vocarunt. Prov. XXVII, 21. et Ps. XII, 7. *Longin.* de Sublim. §. 32. p. 174. ed. *Mori*: γλῶσσα γεύσεως δοκίμιον. *Dionys. Halic.* T. II. p. 65. ed. *Sylb. Herodian.* II, 10. 12. δοκίμιον δὲ στρατιωτῶν κώμματος, ubi vid. *Irmisch.* Eodem sensu legitur Jacob. I, 3. τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως calamitates, quibus constantia vestra exploratur, i. q. πειρασμὸς, v. 2.

2. *id, quod exploratione facta cognoscitur, spectata et probata indoles alicujus rei*, plane ut δοκιμὴ, de quo supra. Sic extat 1 Pet. I, 7. τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως fides vestra explorata et spectata. Vide præter *Wetstenium* N. T. T. II. p. 682. *Heisenii Novas Hypotheses ad Epist. Jacobi* p. 275.

ΔΟ΄ΚΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie tribuitur hæc vox monetis ac metallis, quæ ab aurifabris in igne spectata et probata sunt. Sic χρυσίον δόκιμον, 2 Chron. IX, 17. pro זָהָב טָהוֹר et ἀργύριον δόκιμον, pro כֶּסֶף מְזֻקָּק 1 Chron. XXIX, 4. legitur. Conf. *Biel.* Thesaur. Philol. s. h. v. Hinc

2. metaphorice: *omnis, qui talis est, qualis esse debet, qui spectatæ virtutis est, probus, spectatus, genuinus. Xenoph. Ages.* I, 24. *Œcon.* IV, 7. Rom. XVI, 10. τὸν δόκιμον ἐν Χριστῷ verum et spectatum Christianum. 1 Cor. XI, 19. ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν ut meliores e vobis eo facilius cognosci et distingui possint. 2 Cor. X, 18. XIII, 7. οὐχ ἵνα ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν non, ut ego apparam genuinus apostolus. 2 Tim. II, 15. δόκιμος vocatur, qui munere suo tradendi religionem Christianam strenue fungitur. Jacob. I, 12. δόκιμος dicitur, qui constans mansit in perferendis malis, non sine allusione ad probationem athletarum, ut certe videtur *Jac. Lydio* in *Agonist. SS.* c. 16.

3. *acceptus, qui alicui probatur.* Rom. XIV, 18. εὐάρεστος τῷ Θεῷ καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις acceptus Deo æque ac hominibus. *Hesych.* δόκιμον· χρήσιμον, τέλειον.

ΔΟΚΟ΄Σ, οῦ, ἡ, 1. proprie: *trabs, tignum ligneum*, unde δόκωσις *contignatio, tectum.* Eccles. X, 18. *Hesych.* δοκός· τὸ ἐν οἰκοδομῇ ξύλον. *Polyb.* VIII, 9. 3. *Etym. M.* τὸ τὴν στέγην ἀνέχον ξύλον. *Suid.* τὸ μέγα ξύλον.

2. metaphorice, ut Hebr. קוֹרָה *vitium et peccatum grave et insigne* denotat, uti e contrario κάρφος *vitium*; seu *crimen leve* significat, ut adeo formula: ἐκβάλλειν τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τινὸς aut αὐτοῦ, quæ Matth. VII, 5. et Luc. VI, 42. legitur et Hebraicæ נָטַל קוֹרָה מִבֵּין־עֵינָיו respondet, de iis dicatur, qui vel se, vel alios a gravioribus vitiis et criminibus immunes præstant, inprimis admonendo et corripiendo. Matth. VII, 3. 4. Luc. VI, 41. Conf. *Vorstium* de Adagiis N. T. cap. V, p. 781.

ΔΟ΄ΛΙΟΣ, ία, ον, *dolosus, fraudulentus, qui non bona fide agit*, a δόλος *fraus, dolus.* Legitur in N. T. semel 2 Cor. XI, 13. ἐργάται δόλιοι doctores

fraudulenti, qui errores tradunt et blanditiis auditorum animos captant, qui ibidem ψευδαπόστολοι vocantur. *Sophocl. Aj. Flagell.* 59. *Aristoph. Plut.* 1158. *Pace* 1068. *Xenoph. Anab.* I, 4. 7. *Hesych.* δόλιος· πανοῦργος.

ΔΟΛΙΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, *dolose ago, dolo utor, decipio*, a præcedenti δόλιος. Semel in N. T. legitur Rom. III, 13. ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν linguis suis dolose egerunt, ubi ἐδολιοῦσαν est positum pro ἐδολίουν e dialecto Alexandrina. Chalcidicæ vel Atticæ Dialecto ἐδολιοῦσαν tribuit *Scholiastes Lycophronis* v. 21. et 252. Conf. præter *Wetstenium* ad h. l. Cel. *Fischerum* in Anim. ad *Welleri* Gramm. Græc. p. 192. seq. Cæterum in vers. Alex. δολιόω Hebr. נָכַל *fraudulenter egit*, Num. XXV, 18. Ps. CV, 25. et תָּהֳלִיק *blanditus fuit, blandiloquentia usus est*, Ps. V, 10. respondet.

ΔΟ΄ΛΟΣ, ου, ὁ, 1. *dolus, fraus, quam quis facit alteri, callida machinatio, simulatio, mendacium*, Hebr. מִרְמָה, Genes. XXVII, 35. Jerem. V, 27. et רְמִיָּה, Job. XIII, 7. Marc. VII, 22. Rom. I, 29. 1 Thess. II, 3. οὔτε ἐν δόλῳ nec, ut fumum vobis facerem. 1 Petr. II, 1. III, 10. *Phavor.* Δόλος· παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ ἡ ἐπὶ λύμῃ τῶν ἀδελφῶν ἐπιβουλή τε καὶ μηχανή. Hinc δόλῳ adverbialiter interdum ponitur pro *clam*. Matth. XXVI, 4. et Marc. XIV, 1. ἵνα τὸν Ἰησοῦν κρατήσωσι δόλῳ ut Jesum caperent clam, nempe noctis tempore, in loco privato, quo sensu δόλῳ Hebr. בַּסֵּתֶר Deut. XXVII, 24. respondet. Apud *Aristophanem Pluto* v. 1159. δόλος opponitur ἁπλοῖς τρόποις, et ab eodem in *Ranis* v. 1174. de insidiis vitæ structis adhibetur.

2. *perversitas, impietas, improbitas omnis*. Joh. I, 47. ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι omnis sceleris purus. Act. XIII, 10. πλήρης παντὸς δόλου flagitiosissimus. 1 Petr. II, 22. οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ nec impie locutus est. Apoc. XIV, 5. In libris apocryphis δόλος *ei* tribuitur, *qui non est vera et haud fucata in Deum pietate*, v. c. Sirac. I, 38.

3. catachrestice sumitur in bonam partem de *prudentia et peritia rerum, solertia et cautione, quæ in rebus gerendis legitime adhibetur*. 2 Cor. XII, 16. δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον prudentia mea vos cepi. (Formula hæc *Æschyli* quoque est *Sept.* c. *Theb.* v. 28. et *Choëph.* v. 555.) *Schol.* ad *Apollon. Rhod.* III, v. 89. δολόεσσα ἀντὶ τοῦ φρονίμη· ἔστι γάρ ποτε ὁ δόλος καὶ ἐπὶ τῆς φρονήσεως. *Æschyl. Prometh.* 476. *Torrent.* ad *Horat.* I. Od. III, 28. Conf. *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 939. et *Corn. Adami Exercitt. Exeg.* p. 724.

ΔΟΛΟ΄Ω, ῶ, fut, ώσω, *adultero, corrumpo, depravo*. Sic apud *Pollucem* Onom. VII, 169. δολοῦν τὰ ἔρια. *Ælian.* Hist. Anim. XVI, 1. βαφὴ γνησία ἀλλ' οὐ δεδολωμένη. *Lucian. Hermotim.* 59. Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. IV, 2. μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ non adulterantes doctrinam Christianam eamque erroribus corrumpentes; quæ verba alii interpretes reddere solent: non dolo tractamus religionem Christianam, ita, ut vel vera taceamus, vel falsa admisceamus, hominibus placendi studio adducti, ut δολοῦν sit i. q. δολιοῦν *dolose agere*, quam significationem non solum apud Alexandrinos Ps. XV, 3. (רָגַל) et XXXVI, 3. (הָהֳלִיק), sed etiam apud Græcos, v. c. *Xenoph.* Cyrop. I, 6. 19. habet. *Hesych.* δολώσει· ἀπατήσει.—δολοῖ· φθείρει, κακουργεῖ.

ΔΟ΄ΜΑ, τος, τὸ, *munus, donum, beneficium, res gratuito concessa*, ab inusit. δόω, *do*, pro quo usitatum est δίδωμι. Matth. VII, 11. δόματα ἀγαθὰ bona, h. e. utilia munera. Luc. XI, 13. Ephes. IV, 8. coll. Ps. LXVIII, 18. Philipp. IV, 17. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΟ΄ΞΑ, ης, ἡ, 1. *opinio, sententia de aliquo, sive bona sive mala, judicium, existimatio, favor*, a δοκέω *puto, existimo*. Joh. V, 44. δόξαν παρὰ ἀλ-

λήλων λαμβάνοντες καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητεῖτε quos scio humana auctoritate tantum regi et humano testimonio plus tribuere, quam divino. ibid. XII, 43. ἠγάπησαν γὰρ κ. τ. λ. præferebant hominum favorem favori divino. Rom. III, 23. ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ carent Dei favore et approbatione. Sic etiam δόξα apud Græcos de opinione æque ac fama usurpatur, v. c. apud *Ælian.* V. H. I, 23. IV, 10. VI, 9. *Polyb.* II, 39. 10. Conf. Spicil. meum I. Lex. Biel. p. 36. Hinc

2. *gloria, laus, celebratio, præconium*, ad imitationem Hebr. כָּבוֹד Ps. CIV, 31. 1 Chron. XVI, 28. 29. Luc. II, 14. δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ laudandus et celebrandus in cœlo Deus! ib. XVII, 18. δοῦναι δόξαν Θεῷ laudare Deum, beneficii accepti auctorem. Joh. V, 41. δόξαν παρὰ ἀνθρώπων οὐ λαμβάνω non vestram laudem capto. 2 Cor. VI, 8. διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας sive gloria me sequatur, sive ignominia afficiar. 1 Thess. II, 6. οὔτε ζητοῦντες ἐν ἀνθρώποις δόξαν neque laudem hominum captavi. Pertinet huc observatio grammaticorum vett. a *Thoma M.* p. 247. allata, qui δόξαν a κλέος ita differre judicarunt, ut illud τὸν ἀπὸ τῶν πολλῶν ἔπαινον, hoc vero τὸν ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἔπαινον significet. 1 Tim. I, 17. Apoc. XIX, 7. — Deinde vero latius patet hæc vox apud N. T. Scriptores et in universum

3. *quidquid præstans, eximium, magnum est et ornamento suo in genere* significat, unde δόξα non solum, ut hebraicum כָּבוֹד, (Ps. CXLV, 12.) et הָדָר (Ies. II, 10.) aliis substantivis ita jungitur, ut *magnitudinis* et *præstantiæ* notio exprimatur (Hebr. II, 7. δόξῃ καὶ τιμῇ summa dignitate. 2 Thess. I, 9. καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ et a summa ejus majestate remoti. 1 Thess. II, 12. εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν ad summam ejus felicitatem. Esther. I, 4.); sed etiam simpliciter positum, *præstantiam et excellentiam externam vel internam* significat, v. c. Matth. IV, 8. 1 Cor. XV, 43. prodit corpus excellens. 2 Cor. III, 7. ἐγενήθη ἐν δόξῃ habuit præstantiam quandam externam. ibid. v. 8. quanto magis munus doctrinæ Christianæ tradendæ præstans erit! Phil. III, 21. Coloss. I, 27. Hinc δόξα.

4. dicitur *splendor, fulgor, lux corruscans.* Luc. II, 9. δόξα Κυρίου περιέλαμψεν αὐτούς splendorque insignis circumfulsit eos. Luc. IX, 31. οἱ ὀφθέντες ἐν δόξῃ illustres magno splendore aspectabili. ib. v. 32. Act. XXII, 11. ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου præ splendore fulminis. 1 Cor. XV, 40. solis alius est fulgor, alius lunæ. 2 Cor. III, 7. διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὴν καταργουμένην ob lucem corruscantem faciei Mosis, quæ tamen aliquando desiit. Sirac. XLIII, 11. κάλλος οὐρανοῦ δόξα ἄστρων. ibid. L, 7. ἐν νεφέλαις δόξης. Eodem quoque modo δοξάζεσθαι usurpatur apud LXX. Exod. XXXIV, 29. 30. 35.

5. *cultus et vestitus magnificus.* Matth. VI, 29. ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ κ. τ. λ. Salomonis cultum quippe magnificum non accessisse ad cultum unius lilii. Ies. XXXIII, 17. LXI, 3. 1 Macc. XIV, 9. οἱ νεανίσκοι ἐνεδύσαντο δόξας. Esther. V, 1.

6. *summa dignitas et majestas, qua aliquis præditus est, felix et beatus status, quo aliquis utitur.* Quo in sensu α) Deo tribuitur, ut vel in universum *summam ejus majestatem omnesque ejus virtutes*, vel speciatim: *summam ejus potentiam et benignitatem* significet. Matth. XVI, 27. Joh. XI, 4. ὑπὲρ τῆς δόξης Θεοῦ ut majestas divina innotescat hominibus. Act. VII, 2. ὁ Θεὸς τῆς δόξης Deus Optimus Maximus. Rom. VI, 4. διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς omnipotentia patris. Joh. XI, 40. δόξα miraculum notare videtur, divinæ potentiæ insigne documentum. (In versione Alex. δόξα eodem sensu τῷ יָיָ, Ies. XII, 2.

XLV, 24. et אוֹן, Ies. XL, 26. respondet.) Rom. IX, 23. τὸν πλοῦτον τῆς δόξης summam et ineffabilem benignitatem. Ephes. I, 11. εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, i. q. v. 6. εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ. ibid. III, 16. 2 Pet. I, 3. Legitur etiam in vers. Alex. pro טוּב Exod. XXXIII, 19. β) de *Christo* usurpatur, ita, ut indicet *summam illam dignitatem et majestatem, qua Christus ante nativitatem apud Deum ab æterno usus est*, et *conditionem præstantiorem et feliciorem, quæ humilem Jesu statum post reditum in vitam est secuta.* Matth. XIX, 28. ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ cum sederit Christus, summa majestate præditus, in throno suo, coll. Matth. XVI, 27. ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς majestate patris præditus. Luc. XXIV, 26. καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ et pervenire ad sublimiorem conditionem, ipsi a Deo, exantlata morte, destinatam. Joh. I, 14. καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ vidimus autem in eo majestatem talem, qualis est unigeniti filii. ibid. II, 11. ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ dignitatem personæ suæ declaravit. ib. XVII, 5. δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρά σοι illustra me illa dignitate, qua apud te usus sum ab æterno. ib. v. 22. ego promisi ipsis felicitatem illam, quam mihi post mortem destinasti, coll. v. 24. et XIV, 2. seq. Singularis est locus Marc. X, 37. ubi *regnum terrenum, quod auspicaturus erat Christus ex Judæorum opinione*, δόξα dicitur. γ) de *Christianis* adhibetur, ita, ut partim de *omni felicitate Christianorum in hac pariter ac futura vita*, partim κατ' ἐξοχὴν de *felicitate Christianorum in vita futura* dicatur. Luc. II, 32. εἰς δόξαν λαοῦ σου Ἰσραὴλ et Israëlitici populi felicitatis auctor. 1 Cor. II, 8. Christus Κύριος τῆς δόξης, h. e. auctor felicitatis humanæ vocatur, ibid. v. 7. ἣν—εἰς δόξαν ἡμῶν per quam nos ad felicitatem adducere ab æterno decrevit. Hebr. II, 10. πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα multos homines felicitatis participes reddidit. — Rom. V, 2. ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης Θεοῦ de spe summæ futuræ apud Deum felicitatis. 2 Cor. IV, 17. conditio beata Christianorum post mortem αἰώνιον βάρος τῆς δόξης vocatur. 2 Thess. II, 14. 2 Tim. II, 10. μετὰ δόξης αἰωνίου. 1 Pet. V, 4. τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον. Δόξα etiam in libris apocryphis *felicitatem et statum prosperum* notat, v. c. Sirac. IX, 16. μὴ ζηλώσεις δόξαν ἁμαρτωλοῦ. interdum etiam *dignitatem*, v. c. 2 Macc. XIV, 7. ἀφελόμενος τὴν προγονικὴν δόξαν. Conf. Spicil. meum 1. Lex. Bieliani p. 36.

7. per metonymiam *is, qui est in honore et dignitate constitutus*, speciatim: *magistratus, angeli.* 2 Pet. II, 10. δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες angelos (alii: magistratus) conviciis proscindere non erubescunt. Jud. v. 8. δόξας δὲ βλασφημοῦσιν, coll. v. 9. De angelis hac voce usus est *Philo* Lib. I. de Monarchia T. II. p. 218. ed. *Mangey*, ubi δόξας vocat τὰς περὶ Θεὸν δορυφορούσας δυνάμεις, κ. τ. λ.

8. *is, ex quo alter honorem et gloriam capit, de quo quis gloriari potest et solet.* 2 Cor. VIII, 23. δόξα Χριστοῦ dicuntur doctores Christiani, qui, quatenus omni modo veram religionem Christianam propagare student, Christo honori sunt et laudi. 1 Thess. II, 20. ὑμεῖς γάρ ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν καὶ χαρά de vobis gloriari et lætari possum. Eodem sensu κῦδος usurpatum legitur ab *Homero* Iliad. IX, 669. Ὀδυσεῦ, μέγα κῦδος Ἀχαιῶν, et *Gloria* apud *Macrob.* Somn. Scip. I. c. 1. et *Valer. Flacc.* I, v. 162.

9. *id, quo alicujus majestas adumbratur aut repræsentatur*, i. q. εἰκὼν καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης. Act. VII, 55. εἶδε δόξαν Θεοῦ vidit signum aliquod divini numinis. Rom. I, 23. ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου commutarunt formam aspectabilem Dei immortalis cum forma s. imagine hominum mortalium. 1 Cor. XI, 7. εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ vir dicitur, qua-

tenus in eo se quodammodo exserit et quasi resplendescit divina majestas, i. q. ἀπαύγασμα. Vid. *Grotium* ad h. l. ibid. γυνὴ δόξα ἀνδρός ἐστιν mulier refert ex parte dignitatem viri. Ita כָּבוֹד Exod. XXXIII, 18. coll. v. 20. sumitur, et in vers. Alex. δόξα τῷ תְּמוּנָה Num. XII, 8. Ps. XVII, 15. respondet. Adde Joh. XII, 41. Apoc. XXI, 11. *Phavorinus:* δόξα· εἰκασμός. Hinc factum videtur, ut κατ' ἐξοχὴν *nubes, super arca fœderis comparens, præsentiæ et majestatis divinæ symbolum*, quam Hebræi שְׁכִינָה vocabant, non solum ab Alexandrinis Exod. XL, 34. 35. Levit. IX, 6. Ezech. X, 4. sed etiam a Paulo Rom. IX, 4. δόξα Θεοῦ et Κυρίου, etiam δόξα simpliciter appellaretur, coll. Sirac. XLIX, 8. 2 Macc. II, 8. Vid. *Vitringa* Obss. Sacr. V, 16. p. 194. et *Thalemanni* Tr. de Nube super arca fœderis.

10. Formula: εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖν, quæ 1 Cor. X, 31. legitur significat: *facere ea, quæ verum Dei cultum promovere inter homines valent.*— Διδόναι δόξαν τῷ Θεῷ fuit solemnis formula in judiciis Judæorum, ad imitationem Hebraicæ נָתַן vel שׂוּם לְכָבוֹד לַיהוָה. Jos. VII, 19. significans: *ostendere professione ingenua Dei reverentiam.* Joh. IX, 24. Interdum tamen διδόναι δόξαν τῷ Θεῷ simpliciter notat: *reverentia Dei duci et regi.* Rom. IV, 20. 1 Sam. VI, 5. eique opponitur Act. XII, 23. οὐ διδόναι δόξαν τῷ Θεῷ, h. e. irreverenter se erga Deum gerere, pati violari honorem Dei eumque sibi vindicare. — *Hesych.* δόξα· φήμη, τιμή.—δόξας· δοκήσεις.

ΔΟΞΑ΄ΖΩ, fut. άσω, 1. proprie: *judico, opinor, pretium alicui rei statuo.* Sirac. X, 28. ἐν πραΰτητι δόξασον τὴν ψυχήν σου καὶ δὸς αὐτῇ τιμὴν κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτῆς. *Hesych.* δόξειε· ὑπολάβοι. Ita enim δόξα in Scriptoribus Græcis centies occurrit, ut sit *opinio, judicium*, v. c. *Homer.* Iliad. κ΄. v. 325. ubi Eustathius per ὑπόληψιν explicat. Huc pertinet fortasse locus Joh. VIII, 54. ἐὰν ἐγὼ ἐμαυτὸν δοξάζω, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν, ἔστιν ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με si ego solus de dignitate personæ meæ sententiam pronuntiarem, nullius pretii esset ista pronuntiatio, est vero pater, qui postulat, ut me reverenter excipiatis, seu, justum mihi pretium statuit.

2. *laudo, sermonibus celebro, assensu probo.* Matth. VI, 2. ἵνα δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ut laudem captent ab hominibus. IX, 8. XV, 31. Marc. II, 12. Luc. II, 20. δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεόν. ibid. IV, 15. δοξαζόμενος ὑπὸ πάντων non sine omnium laude. ibid. V, 25. 26. VII, 16. XIII, 13. XVII, 15. XVIII, 43. Act. IV, 21. XI, 18. XIII, 48. Rom. XV, 6. 9. 2 Cor. IX, 13. 2 Thess. III, 1. ἵνα ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ δοξάζηται ut doctrinæ Christianæ præstantia a quamplurimis agnoscatur. 1 Pet. IV, 14. δοξάζεσθαι opponitur τῷ βλασφημεῖσθαι. ibid. v. 16.

3. *illustro*, seu, *quocunque modo efficio, ut alicujus vera indoles, præstantia et dignitas ubique agnoscatur et celebretur.* Joh. XI, 4. ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ δι' αὐτῆς ut Christi dignitas illustretur. ibid. XII, 23. jam instat tempus, quo majestas mea a pluribus agnoscetur, nempe propagatione doctrinæ meæ. ibid. v. 28. δόξασόν σου τὸ ὄνομα illustra tuam majestatem per me. XIII, 31. 32. XIV, 13. XV, 8. XXI, 19. Act. III, 13. ὁ Θεὸς ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν Deus Christum, filium suum, illustravit, miraculo nempe, ab Apostolis Christi nomine edito, quo Jesum in vitam rediisse et summa potestate gaudere apparebat. Rom. XI, 13. ubi δοξάζειν τὴν διακονίαν est: gloriam ex apostolatu reportare, seu gloriosum esse muneri apostolico. 1 Pet. IV, 11. Exod. XV, 6. ἡ δεξιά σου δεδόξασται ἐν ἰσχύϊ.

4. *colo, cultum alicui præsto.* Matth. V, 16. καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς et patrem vestrum cœ-

lestem sancte colere incipiant. Rom. I, 21. οὐχ' ὡς Θεὸν ἐδόξασαν. 1 Cor. VI, 20. δοξάσητε τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν κ. τ. λ. cultum Deo non solum animo, sed etiam corpore vestro præstate. 1 Petr. II. 12. δοξάσωσι τὸν Θεὸν ad verum Dei cultum adducantur. Apoc. XV, 4. τίς οὐ μὴ φοβηθῇ σε καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σου;

5. *ad gloriam et dignitatem eveho, adduco aliquem in conditionem admodum præstantem ac felicem*, et speciatim: *felicitate æterna beo.* Rom. VIII, 30. τούτους καὶ ἐδόξασε hos etiam immortali felicitate donabit. Conf. supra sub δόξα. Esther. III, 1. ἐδόξασεν ὁ βασιλεὺς Ἀμάν. Hinc δοξάζεσθαι *dignitatem et præstantiam quandam habere* significat, *sive externam, sive internam.* 2 Cor. III, 10. καὶ γὰρ οὐδὲ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέρει nam præstantia, quam habet religio Mosaica, externa et adventitia illa, non est præstantia hac ex parte, si nempe comparetur cum longe eminentiore præstantia et dignitate religionis Christianæ. 1 Pet. I, 8. χαρὰ δεδοξασμένη gaudium insigne, summa felicitas, i. q. χαρὰ ἀνεκλάλητος. Speciatim autem δοξάζεσθαι de *conditione illa præstantissima, summa dignitate, majestate et felicitate* usurpatur, *quæ humilem statum Jesu in his terris post resurrectionem et ascensionem in cœlum secuta est.* Joh. VII, 39. ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη quia Jesus nondum in cœlum adscenderat. ibid. XII, 16. ὅτι ἐδοξάσθη ὁ Ἰησοῦς postquam ad statum majestatis Jesus relatus erat. XVII, 5. et jam redde mihi plenum majestatis usum, qua apud te usus sum ab æterno.

6. *vindico et arrogo mihi dignitatem et munus, sumo mihi gloriam.* Hebr. V, 5. ὁ Χριστὸς οὐχ' ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα Christus non ipse sibi arrogavit pontificis munus. Nam δόξα haud raro *munus et dignitatem* notat. v. c. 2 Macc. XIV, 7. τὴν προγονικὴν δόξαν paternum munus, ubi statim additur: λέγω δὲ τὴν ἀρχιερωσύνην. Sirac. XLV, 23. καὶ προσέθηκεν Ἀαρὼν δόξαν.

7. *clementer tracto, benigne habeo.* 1 Cor. XII, 26. εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος quando unum membrum suaviori et molliori sensu afficitur; *Cyprianus: lætatur*) nam opponitur εἴτε πάσχει ἓν μέλος. Apoc. XVIII, 7. ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασε mollem et luxuriosam vitam egit. Potest tamen formula δοξάζειν ἑαυτὴν etiam de jactantia et arrogantia accipi.

ΔΟΡΚΑΣ, άδος, ἡ, *dorcas*, 1. proprie: *caprea*, (*Gazella, Antilope*, Hebr. צְבִי.) h. e. capra sylvestris, quam Græci eo, quod acutissime videat, ἀπὸ τοῦ ὀξὺ δέρκεσθαι, dorcas appellaverunt. *Etym. M.* Δορκὰς παρὰ τὸ δέρκω, τὸ βλέπω. ὀξυδερκὲς γὰρ τὸ ζῶον καὶ εὐόμματον. Conf. *Bochart.* Hieroz. P. I. L. III. c. 25. p. 925. et *Shawii Itinerarium* p. 357.

2. nomen mulieris liberalitate erga pauperes claræ. Act. IX, 36. 39. Etiam apud Latinos hoc nomen, mulieribus tributum, in usu fuit. Reperitur in Inscriptione lapidis marmorei apud *Gruterum* p. 891. n. 4. et *Reinesium Inscriptt.* l. XII. n. 57. l. XIV. n. 61. Ibid. l. XIX. n. 19. *capreola* reperitur.

ΔΟΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *donatio, ipsa actio dandi aliquid alteri*, a δίδωμι, in quo significatu haud infrequenter adhibetur a profanis auctoribus.

2. per metonymiam: *id, quod alicui datur, donum, munus*, i. q. δώρημα. Jacob. I, 17. πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον quidquid ubique boni muneris et perfecti doni est. Vide *Heisenii Novas Hypotheses ad Epist. Jacobi* p. 541. ubi docuit contra *Wolfium*, δόσιν et δώρημα h. l. differre, ut illud dona minora, hoc autem majora significet. Alex. usi sunt hac voce pro מַתָּן, Prov. XXI, 14. et מַתָּת Prov. XXV, 14. *Æschyl.* Pers. v. 1046. *Hesych.* δόσις· δωρεά.

3. *expensa, expensum.* Phil. IV, 15. οὐδεμία μοι ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως cum nulla ecclesia rationes habui accepti et expensi, h. e. nulla ecclesia mihi pecuniam misit,

quam ipsa expensam ferret, ego vero acceptam referrem. Hebraice esset: עַל־דְּבַר מַשָּׂא וּמַתָּן, observante *Schoettgenio* in Hor. Hebr. et Talmud. p. 804. Huc pertinent etiam illa Siracidæ verba XLI, 19. ἀπὸ σκορακισμοῦ λήψεως καὶ δόσεως a defraudatione accepti et expensi. ib. XLII, 7. καὶ δόσις καὶ λῆψις παντὶ ἐν γραφῇ diligenter literis manda accepta et expensa. *Arrian. Epict.* II, 9. *Dionys. Hal. Ant.* II, 10. V, 34. *Artemid.* I, 40. *Cicero Læl.* I. ratio acceptorum et datorum.

ΔΌΤΗΣ, ου, ὁ, *dator, largitor, qui alteri aliquid dat, sive ex debito, sive ex favore*, a δίδωμι. Semel legitur in N. T. 2 Cor. IX, 7. ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεὸς is enim tantum placet Deo, qui læto animo dat. Similis locus est Prov. XXII, 8. ἄνδρα ἱλαρὸν καὶ δότην εὐλογεῖ ὁ Θεὸς, ubi in Hebraico est טוֹב עַיִן, quem respexisse Paulus videtur. *Hesych.* δοτῆρα· δότην.

ΔΟΥΛΑΓΩΓΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *in servitutem alios abduco et redigo.* (ex δοῦλος *servus* et ἄγω *duco*).

2. metaphorice: *duriter tracto.* 1 Cor. IX, 27. δουλαγωγῶ τὸ σῶμά μου *duriter tracto corpus meum, non parco corpori.* Non tamen repugnarem, si quis vertere mallet: cupiditates corporis vinco, victisque et subactis impero. *Theophr. Ep.* 36. Vid. *D'Orville* ad *Chariton.* II, 7. p. 319. ed. Lips.

ΔΟΥΛΕΊΑ, ας, ἡ, 1. *servitus, status et conditio servilis*, vel sensu proprio, in quo tamen non legitur in N. T. vel metaphorico, quo omni tribuitur, qui alicui rei obnoxius et obstrictus est, et dura alicujus rei necessitate tenetur, v. c. Rom. VIII, 21. ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς ab hac miseriæ necessitate. Gal. IV, 24. εἰς δουλείαν γεννῶσα cujus asseclæ et sectatores servi sunt, h. e. sub duro moderamine legis Mosaicæ. Galat. V, 1. δουλεία opponitur libertati Christianæ.

2. abstracto posito pro concreto, *servus*, i. q. δοῦλος. Rom. VIII, 15. πνεῦμα δουλείας sensus servilis, quem servi vulgo habere solent. Vide *Ruhnken.* ad *Timæi Lex. Plat.* p. 215.

3. metaphorice: *miseria, status et conditio infelix.* Hebr. II, 15. ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας qui metu mortis constricti vitam agebant miseram, seu, per omnem vitam infelices erant.

ΔΟΥΛΕΎΩ, fut. εύσω, 1. proprie: *servio, servus sum, ministro*, et de iis adhibetur, qui sunt in potestate et dominio peculiove alterius, sive sint pretio emti, sive bello capti, sive ex servis nati. Interdum etiam, ut Latinum *servire*, de totis populis adhibetur, cum sub alieno imperio sunt. Luc. XVI, 13. οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν nullus verna potest duobus servire dominis. Joh. VIII, 33. οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε neque cuiquam unquam servivimus. Act. VII, 7. de Judæis subjectis imperio Ægyptiorum adhibetur. Ephes. VI, 7. 1 Tim. VI, 2. Rom. IX, 12.

2. *alicujus nomine ago, interpres sum voluntatis alterius*, et de eo adhibetur, *cujus ministerio utimur quocunque in negotio.* Sic in N. T. legitur Act. XX, 19. δουλεύων τῷ Κυρίῳ munere apostolico, mihi demandato, fungens. Vide infra sub δοῦλος.

3. *officia debita alicui præsto.* Luc. XV, 29. τοσαῦτα ἔτη δουλεύω σοι ego tot annos filium obedientem me tibi præstiti: sequitur: καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον. Rom. XIV, 18. δουλεύειν τῷ Χριστῷ *discipulum* et *sectatorem Christi se præstare.* Galat. V, 13. ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγάπης δουλεύετε ἀλλήλοις mutua sit inter vos benevolentia. Coloss. III, 24.

4. *inservio alicujus commodis.* Rom. XVI, 18. οὐ Χριστῷ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν δουλείᾳ non hoc agunt, ut propagetur religio Christiana, sed suis tantum commodis inserviunt.

5. *colo, cultu divino prosequor.* Matth. VI, 24. οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ non potestis Deum recte colere et simul Deo divitiarum cultum præstare. Rom. VII, 6. ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς, sc. τῷ Θεῷ, ut Deum colamus. Galat. IV, 8. ἐδουλεύσατε τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς

voluistis idola, Deorum nomine indigna. 1 Thess. I, 9. δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. Ita עָבַד Exod. XX, 5. Ps. XCVII, 7. Malach. III, 18.

6. *addictus, deditus, obstrictus sum alicui rei, operam do, obnoxius sum, studeo, indulgeo, obedio*, adjuncta simul notione servilis cujusdam conditionis et admodum duri moderaminis. Rom. VI, 6. τῷ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ ne in posterum vitiositati studeatis. ibid. VII, 25. δουλεύω νόμῳ Θεοῦ obedientiam præsto voluntati divinæ. ibid. δουλεύω νόμῳ ἁμαρτίας vitiositatis dictamini pareo. Gal. IV, 9. οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε et ei iterum studium vestrum navaturi. ibid. v. 25. δουλεύει obstricta tenetur lege Mosaica. Philipp. II, 22. Tit. III, 3. δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις. *Alciphron* Epp. I, 13. πάθει δουλεύοντας. *Polyb.* XVII, 13. ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις δουλεύοντα. *Lucian. Hermotim.* 8. *Diog. Laërt.* VI, 66. Etiam apud Latinos *voluptatibus etc. servire* sæpe legitur, v. c. *Senecam Ep.* 39. et 47. *Cic. Læl.* 22. *Sallust. Catilin.* LII, 23. Conf. *El. Palairet.* Obss. Phil. in N. T. p. 476.

7. *prudenter me accommodo.* Sic legitur, si lectio sana, nec Κυρίῳ reponendum est; Rom. XII, 11. τῷ καιρῷ δουλεύοντες prudenter vos accommodate tempori, obsequamini occasionibus, temporibus sapienter utimini. coll. *Cic.* Epp. ad Famil. IX, 17. *temporibus servire.* Conf. *Wakefield Silvam Crit.* P. III, p. 31.

ΔΟΥ΄ΛΗ, ης, ἡ, 1. *serva, ancilla, famula*, a δοῦλος.

2. *femina, quæ Deum religiose colit, ejusque mandata exsequitur.* Luc. I. 38. ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου præsto sum ad exsequenda Dei mandata. ibid. v. 48. τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ. Act. II, 18.

ΔΟΥ΄ΛΟΣ, δούλη, δοῦλον. Adjectivum *servus, a, um.* Comp. δουλότερος. Semel in N. T. legitur Rom. VI, 19. παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ κ. τ. λ. consecrastis membra vestra servitio impietatis etc.

ΔΟΥ΄ΛΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *servus, minister, homo non liber nec sui juris* et opponitur τῷ ἐλεύθερος. Matth. VIII, 9. XIII, 27. 28. 1 Cor. VII, 21. 22. XII, 13. εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι. Tit. II, 9. Apud Græcos Scriptt. latius interdum patet et omnino *eum* significat, *qui aliqua, quæcunque tandem sit, ratione alterius imperio subest.* Sic v. c. apud *Xenoph.* Anab. I, 9. 16. II, 5. 11. satrapa regius δοῦλος vocatur; quæ observatio lucem affundere videtur loco Matth. XVIII, 23.

2. metaphorice: *minister, orator, qui alicujus nomine agit, cujus ministerio aliquis utitur.* Hinc in epistolis Paulinis inprimis δοῦλος Θεοῦ et Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ est honoris titulus, qui *omni interpreti voluntatis divinæ* et *doctori religionis Christianæ* maxime autem *apostolis*, tribui solet; unde haud raro cum voce ἀπόστολος permutatur, v. c. Rom. I, 1. Galat. I, 10. coll. v. 1. Phil. I, 1. Tit. I, 1. Jacob. I, 1. Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος. Jud. v. 1. Apoc. I, 1. τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ. ibid. X, 7. τοὺς ἑαυτοῦ δούλους, τοὺς προφήτας. ibid. XV, 3. Μωσέως δούλου τοῦ Θεοῦ. Coloss. IV, 12. ὁ ἐξ ὑμῶν δοῦλος Χριστοῦ Epaphroditus, popularis vester, doctor religionis Christianæ. 2 Tim. II, 24. δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι doctor Christianus non debet pugnax esse. Eodem sensu in in V. T. formula עֶבֶד יְהוָה haud raro usurpatur, v. c. de Mose, Exod. XIV, 31. Num. XII, 7. Jos. I, 1. de Josua, Judd. II, 8. Confer *Vriemoet. Annotatt. ad dicta classica V. T.* T. I. p. 99. T. II. p. 165. et *Heisenii Novas Hypothes. ad Epist. Jacobi* p. 85. seq.

3. *discipulus*, ex usu loquendi Judæorum, quorum discipuli magistros suos *dominos*, seipsos vero *servos* appellare solebant. Matth. X, 24. 25. Joh. XIII, 16. οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ non est discipulus magistro suo major. Κατ' ἐξοχὴν vero δοῦλος in N. T. *discipulus* vocatur, *qui nondum ad perfectam et absolutam doctrinæ alicujus cognitionem et ad intimam cum præceptore admissus est familiaritatem:* quem veteres philosophi Græcorum *exotericum*

appellare consueverant, et τῷ φίλος opponitur. Huc pertinere videtur locus Joh. XV, 15. οὐκέτι ὑμᾶς λέγω δούλους, ὅτι ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ κύριος ego vos non amplius appello discipulos exotericos, qui non omnia consilia magistrorum cognita habent.

4. *cultor, sectator.* Luc. II, 29. νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα κ. τ. λ. Act. II, 18. ἐπὶ τοὺς δούλους μου super veros cultores meos. Ephes. VI, 6. ἀλλ' ὡς δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ ut vos veros Christi cultores et sectatores præstetis. 1 Petr. II, 16. Apoc. II, 20. VII, 3. XIX, 2. 5. πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ οἱ φοβούμενοι αὐτόν.

5. *addictus, obnoxius, deditus, studiosus,* adjuncta *miseriæ* et *servilis conditionis* notione. Joh. VIII, 34. δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας vere vitiositatis servus est. Rom. VI, 16. 17. 20. ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας addicti olim vitiositati. 2 Petr. II. 19. δοῦλοι τῆς φθορᾶς vitiositatis servi. Eodem modo apud *Ælian. V. H.* II, 41. τοῦ πίνειν δοῦλος qui sese bibacitati ita dediderat, ut nullum in bibendo modum tenere posset. *Dionys. Hal. Ant.* II, 3. *Achill. Tat.* I. p. 25. *Athenæus* XII. p. 531. Conf. *Bergler.* ad *Alciphr.* Epp. I, 13. p. 55. *Thom. M.* p. 248. δοῦλοι οἱ ταῖς ἡδοναῖς κάτοχοι.

6. *qui modeste se gerit.* Matth. XX, 27. ἔστω ὑμῶν δοῦλος reliquos modestia vincere studeat, coll. Marc. X, 44.

7. *qui totus pendet ab aliorum auctoritate et nutu, qui servili animo est præditus.* 1 Cor. VII, 23. μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων nolite nimis ab auctoritate doctorum vestrorum pendere. Similis locus est *Ælian. V. H.* IX, 19. οἱ ῥήτορες δοῦλοι τοῦ πλήθους εἰσὶ rhetores pendent a populi libidine. *Eurip.* Phœn. v. 405. δούλου τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν, ἃ τις φρονεῖ.

8. *qui est vilioris conditionis et contemtus.* Phil. II, 7. μορφὴν δούλου λαβών, ubi μορφὴ δούλου conditio vitæ Jesu in his terris vilis et humilis vocatur.

9. *qui aliorum commodis inservit.* 2 Cor. IV, 5. δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦν vestris tantum inservientes commodis tradenda religione Christiana. *Eurip.* Phœn. v. 559. νὺξ δὲ δουλεύει βροτοῖς.

ΔΟΥΛΌΩ, ῶ, fut. ώσω, 1. *in servitutem redigo, servituti addico, servitute premo.* Act. VII, 6. καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ quodque servituti illud subjecturi essent. Medium δουλόομαι, οῦμαι, partim de *eo* dicitur, *qui se ipse, nullo id exigente, servituti addicit,* partim de *eo, qui alium sibi* et *suo imperio subjicit. Ælian. V. H.* XIII, 11. καταδουλώσεως, ἧς ἐδουλώσαντο αὐτοὺς Μακεδόνες. 2 Petr. II, 19. Conf. Interpp. ad *Thom. M.* p. 249. *Hesych.* δουλωσάμενοι· ὑποτάξαντες.

2. metaphorice: δουλόομαι *obedio, obnoxius, deditus sum, obstringor, obligor.* Rom. VI, 18. ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ addixistis vos virtutis studio. ib. v. 22. δουλωθέντες δὲ Θεῷ Dei cultui addicti. 1 Cor. VII, 15. οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς ἐν τούτοις non obligatus est Christianus his legibus. Galat. IV, 3. ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι legis Mosaicæ imperio subjecti tenebamur. Tit. II, 3. μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας non vino deditas. *Herodian.* I, 13. 15. ἐδεδούλωντο δὲ πᾶσαν αὐτοῦ ψυχὴν — ἀκόλαστοι σώματος ἡδοναί.

3. *inservire studeo aliorum commodis.* 1 Cor. IX, 19. πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα omnibus inservii; alii reddunt: omnibus me accommodavi.

ΔΟΧΉ, ῆς, ἡ, *epulum, convivium, quocunque tempore paratum,* a perf. med. δέδοχα, verbi δέχεσθαι *humaniter excipere.* In N. T. bis legitur. Luc. V, 29. ἐποίησε δοχὴν μεγάλην, magnum paravit epulum, coll. Genes. XXI, 8. καὶ ἐποίησεν Ἀβραὰμ δοχὴν μεγάλην, Hebr. וַיַּעַשׂ מִשְׁתֶּה גָּדוֹל Luc. XIV, 13. ὅταν ποιῇς δοχὴν cum convivium paraveris. Alex. pro מִשְׁתֶּה posuerunt Genes. XXVI, 30. Esther. I, 3. quod interdum etiam per πότος, Esther. V, 6. Dan. V, 10. et per συμπόσιον, Esther. VII, 7. exposuerunt. *Athenæus* VIII, p. 348. F. Eodem sensu vocabulo ὑποδοχὴ utitur *Diod.*

Sic. XVII, 105. *Hesych.* δοχή· δεῖπνον. — δοχήν· ἄριστον.

ΔΡΑ΄ΚΩΝ, οντος, ὁ, 1. *draco, serpens ingens*, de quo *Plin.* H. N. VIII, c. 12. quædam lectu digna habet.

2. metaphorice: *Satanas.* Apoc. XII, 3. coll. v. 9. et alibi passim in Apocalypsi. Confer *Wetstenii N. T.* T. I. p. 794.

ΔΡΑ΄ΣΣΩ, s. ΔΡΑ΄ΤΤΩ, fut. *άξω*, et Medium ΔΡΑ΄ΣΣΟΜΑΙ,

1. proprie: *pugno includo*, a δρὰξ *pugnus.* Levit. II, 2. V, 12. καὶ δραξάμενος ὁ ἱερεὺς ἀπ' αὐτῆς πλήρη τὸν δράκα. Num. V, 26. Hinc δράγμα, ὅπερ ἡ χειρ δράξηται, teste *Hesychio.* Confer *Eustath.* ad *Odyss.* τ'. p. 707. 44. *Diod. Sic.* XVIII, 17. *Dionys. Halic.* IX, 21.

2. *arripio, apprehendo, fugientem manu injecta retraho*, i. q. καταλαμβάνω, et nostrum: einen erwischen *to apprehend* or *seize one.* Sic in N. T. semel legitur 1 Cor. III, 19. ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, h. e. Deus efficit, ut homines, qui sibi sapientissimi videntur, sua ipsorum sapientia capiantur et ita, quam vana sit, agnoscant. Similis locus est Job. V, 13. ὁ καταλαμβάνων τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ φρονήσει, βουλὴν δὲ πολυπλόκων ἐξέστησεν. *Polyb. fragm. hist.* 10. T. V. *Opp.* p. 56. ed. *Schweighæuser. Hesych.* δρασσόμενοι· κρατοῦντες.

ΔΡΑΧΜΗ΄, ῆς, ἡ, *drachma, numus argenteus, sex obolos valens*, seu, ad nostram monetam, octava pars Joachimici, h. e. tres grossi, ejusdem valoris cum *denario* Romanorum. *Etym. M.* δραχμή· σταθμὸς ὡρισμένος ἢ τὸ συνάθροισμα τῶν ἓξ ὀβολῶν. *Eustathius ad Il.* γ'. p. 319. 47. Differt itaque a drachma V. T. quæ fuit numus aureus, ponderans octogesimam partem unciæ auri. Ita enim *Hesychius*: Δραχμή· τὸ ὀγδόον ἐστὶν τῆς οὐγγίας ἐν χαλκῷ καὶ σιδήρῳ· ἐν δὲ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ ὀγδοηκοστόν ἐστιν οὐγγίας. Ter legitur in N. T. Luc. XV, 8. 9. Vid. *Pollux* Onom. IX, 60. *Schol. Aristoph.* ad Plutum 194. et *Reland.* Diss. Miscell. P. II, p. 176.

ΔΡΕ΄ΜΩ, *curro*, pro quo adhibetur τρέχω, quod vide.

ΔΡΕ΄ΠΑΝΟΝ, ου, τὸ, (pro quo etiam maxime in poëtis δρεπάνη legitur, conf. *Thom. M.* sub δρεπάνη et ibi Interprett. p. 250. et *Stephanum* in Appendice ad Scriptt. de Dialectis p. 157.) *falx messoria* (a δρέπω *decerpo, colligo, vindemio, meto*, τρυγάω, τέμνω sec. *Etym. M.*) etiam per metonymiam *ipse messor, qui falce metit.* Marc. IV, 29. εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον statim messores mittit, coll. Joël. III, 13. ἐξαποστείλατε δρέπανα, Hebr. שִׁלְחוּ מַגָּל. Apoc. XIV, 14. δρέπανον ὀξύ. ibid. v. 15—19. *Polyb.* XXII, 10, 5.

ΔΡΟ΄ΜΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *cursus*, seu, *actus currendi*, et *quivis rapidus modus alicujus rei. Eurip.* Phœn. v. 167. δρόμον νεφέλας. ibid. v. 1118. δρόμῳ ξυνῆψεν ἄστυ Καδμείας χθονός.

2. *ipse locus, ubi decursiones fiunt, in quo se cursu et aliis certaminibus exercebant veteres, stadium et circus, locus gymnicis ludis destinatus.* Sic v. c. *Hippodromus*, seu *locus, ubi decursiones equestres fiebant*, δρόμος dicitur a *Xenoph.* Equit. III, 6. *Thom. M.* δρόμος καὶ ἐπὶ τοῦ τρέχοντος καὶ ἐπὶ τοῦ προκειμένου τόπου τῷ βουλομένῳ τρέχειν. Confer *Jac. Lydii Agonist. SS.* c. 23.

3. metaphorice: *munus et negotium, quod alicui obeundum et perficiendum demandatur.* Sic legitur in N. T. Act. XIII, 25. ὡς δὲ ἐπλήρου ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον et cum adhuc munere suo fungeretur Johannes. *Syrus:* δρόμον bene transtulit: ܫܘܠܝܢܗ *ministerium suum.* ibid. XX, 24. τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, ubi in sequentibus καὶ τὴν διακονίαν explicationis causa additur. 2 Tim. IV, 7. τὸν δρόμον τετέλεκα satisfeci muneri meo apostolico. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΡΟΥΣΙ΄ΛΛΑ, ης, ἡ. *Drusilla.* Nomen proprium filiæ majoris Agrippæ, sororis Agrippæ junioris, uxoris Felicis, præsidis Judææ. Primum desponsata fuerat Epiphani, regis An-

tiochi filio, deinde vero, cum hic Judaicos ritus suscipere abnueret, post mortem patris a fratre minori, Agrippa, Azizo, Emessenorum regi, in uxorem data fuit, quem relinquens, abjecta religione patria, Felici, Pallantis, Neronis liberti, fratri, nupsit. Conf. quæ de hac fœmina libidinosissima memoriæ tradidit *Josephus* A. J. XX, 7. 1. et 2. Semel in N T. memoratur Act. XXIV, 24.

ΔΥ˜ΜΙ, *subeo, ingredior, occido.* Græcis δῦναι dicitur, quidquid visui se subtrahit, maxime quod aquam subit. Hinc de solis occasu ex vulgi opinione, qui solem mergi putabat oceano. Vide infra sub δύνω.

ΔΎΝΑΜΑΙ, fut. ἥσομαι, proprie, *robustus sum* (*Xenoph. Cyrop.* I, 2, 13. *Anab.* IV, 5, 10.), deinde

1. *possum, valeo, auctoritate valeo et potestate aliquid efficiendi.* Ita legitur de *Deo* Matth. III, 9. ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα. Ephes. III, 20. de *Christo* Matth. VIII, 2. de *hominibus* Matth. XVII, 19. Hinc δύνασθαι apud Græcos etiam *is* dicitur, *qui auctoritate et potentia in republica pollet*, v. c. *Ælian. V. H.* XII, 10. ἐδυνήθησάν ποτε τὰ μέγιστα ἐν τοῖς Ἕλλησιν.

2. *peritus sum alicujus rei, calleo.* Act. XXVII, 43. τοὺς δυναμένους κολυμβᾶν qui artem natandi callerent. Apud *Lysiam* in Orat. Funebr. in Corinthios socios p. 27. ed. *Taylor.* οἱ ποιεῖν δυνάμενοι, *poëtæ*, οἱ εἰπεῖν δυνάμενοι, *oratores. Xenoph. Hist. Gr.* IV, 1, 8.

3. δύνασθαι *is* dicitur, *cui aliquid jure suo competit et convenit*, et per *debere, licere, decet*, reddendum est, quemadmodum e contrario οὐ δύνασθαι de *eo, quod non est conveniens, justum et licitum*, usurpatur, quo in sensu יָכֹל Gen. XLIII, 32. Ruth. IV, 6. legitur. Matth. IX, 15. μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος πενθεῖν; decetne amicos sponsi jejunare? Marc. II, 7. τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας; cui jure suo competit remittere peccata? Joh. III, 27. οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν non debet sibi quisquam aliquid vindicare. Act. IV, 20. οὐ δυνάμεθα γὰρ κ. τ. λ. non licet nobis reticere ea, quæ vidimus et audivimus. ibid. V, 39. οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτὸ nec potestis nec debetis irrita reddere eorum cœpta et consilia. ibid. X, 47. XXV, 11. 1 Cor. X, 21. 2 Cor. XIII, 8. 1 Joh. III, 9. οὐ δύναται ἁμαρτάνειν ei peccare non licet. Conf. *El. Palairet.* Obss. Phil. in N. T. p. 315.

4. *soleo*, et οὐ δύνασθαι de *eo* adhibetur, *quod raro fieri solet.* Matth. V, 14. οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι non solet urbs in monte posita etc. Marc. IX, 39. Joh. V, 19. Apoc. II, 2. καὶ ὅτι οὐ δύνῃ (δύνῃ κατὰ πάθος ἐστὶ ἀπὸ τοῦ δύνασαι — Ἰωνικῶς δύνεαι — καὶ κατὰ κρᾶσιν τοῦ ε καὶ α εἰς η δύνῃ. *Hortus Adon.* p. 93.) et a moribus tuis alienum esse. Formam hanc Pass. vel. Med. Indicat. Præs. sine ratione, ut multas alias (V. *Wesseling. Obbs. Var.* I, c. 30.) improbat *Thom. M.* cum ea usi fuerint *Plato, Demosthenes, Isocrates*, ac *Xenophon.* Confer *Georgii Hierocrit. N. T.* P. I. p. 118. et 184. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 753. *Xenoph.* Œcon. XI, 11. *Ages* XI, 10.

5. *facultatem habeo aliquid intelligendi et capiendi*, ut יָכֹל Ps. CXXXIX, 6. 1 Cor. III, 2. οὔπω γὰρ ἠδύνασθε nam non ferre et concoquere poteratis, coll. Marc. IV, 33. καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν auditorum captui se accommodavit.

6. *volo*, i. q. θέλω. Matth. XVI, 3. XX, 22. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον; vultisne eandem miseram sortem subire? Marc. VI, 5. καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι, et nolebat Christus ibi ullum patrare miraculum. Hebr. IV, 15. Elegans est hic verbi δύνασθαι usus, cujus vestigia etiam in optimis Græcis Scriptoribus reperiuntur, v. c. *Herodot.* IX, 44. VII, 133. ubi videndus *Valckenarius.* Alexandrini οὐ δύνασθαι *nolle* posuerunt pro Hebraico מָאֵן *recusare, abnuere*, Job. VI, 7. ad imitationem Hebraici יָכֹל Genes.

XXXIV, 14. E contrario θέλειν interdum i. q. δύνασθαι. De alternante hoc significatu harum vocum exposuerunt *Eustathius* ad *Homer. Il.* δ'. v. 352. p. 482. ed. Rom. et *Camerarius* ad *Sophocl.* Electr. v. 482. *Hesych.* δύνασθαι· θέλειν. ἔθελεν· ἠδύνατο.

7. interdum pleonastice ponitur, v. c. Joh. VII, 7. οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς vos impiorum Judæorum odio non obnoxii estis. ibid. XII, 39. διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν ideo vero fidem ei denegarunt. *Homer.* Il. ζ'. v. 100. οὐδέ τις οἱ δύναται μένος ἰσοφαρίζειν. Ita et *posse* apud Latinos, ut docuit *Canterus* Lectt. Nov. II, 2.

ΔΎΝΑΜΙΣ, εως, ἡ, 1. *potentia, facultas, vis efficiendi aliquid,* et æque de *facultatibus ingenii* ac de *viribus corporis* usurpatur. Matth. XXV, 15. ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν pro sua cuique facultate. (*Jamblich. Vit. Pythag.* 19. *Diodor. Sic.* XIV, 81.) Luc. XXIV, 49. δύναμιν ἐξ ὕψους vires, quas Deus largietur ad munus apostolicum rite subeundum. Coloss. I, 11. ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι ut largiatur vobis idoneas facultates et vires. 2 Cor. I, 8. ὑπὲρ δύναμιν supra quam vires humanæ sustinent, supra quam ferri potest. (Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 196.) De corpore usurpatum, ut *robur, vigorem, firmitatem, soliditatem* significet, legitur Hebr. XI, 11. δύναμιν ἔλαβεν vigore uteri instruebatur, nam δύναμις, si mulieribus tribuitur, *robur, vigorem uteri ad procreandos liberos* significat. 1 Cor. XV, 43. ἐγείρεται ἐν δυνάμει prodit corpus durans, tam firmum et valens, ut adversus omnem vim duret: opponitur ibi ἐν ἀσθενείᾳ.

2. si Deo tribuitur, ejus *majestatem et omnipotentiam* significat. Matth. XXII, 29. μήτε τὴν δύναμιν Θεοῦ neque omnipotentiam divinam. Rom. I, 20. ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. Act. VIII, 10. οὗτός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη per eum se exserit summi numinis majestas. 2 Cor. XIII, 4. ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ in vitam revocatus est vi divina. Hinc δύναμις Θεοῦ, et δύναμις simpliciter, interdum *ipse Deus* dicitur, v. c. Matth. XXVI, 64. καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως sedentem ad dextram Dei Opt. Max. Marc. XIV, 62. coll. Luc. XXII, 69. καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως Θεοῦ. Tob. I, 5. Sic et Judæi Deum κατ' ἐξοχὴν גְּבוּרָה vocare solebant, ut docuit *Buxtorfius* in Lex. Talmud. p. 385. et *Vitringa* Obss. Sacr. L. II, c. 5. §. 8. Exempla similia Græcorum dedit *El. Palairet.* Obss. Philol. p. 209. Conf. infra sub μεγαλωσύνη.

3. *auxilium potentissimum.* Act. IV, 7. ἐν ποίᾳ δυνάμει; quo auxilio? 2 Cor. VI, 7. ἐν δυνάμει Θεοῦ muniti auxilio divino. 2 Cor. XII, 9. ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ auxilium, quod nobis Christus præstat. ibid. XIII, 4. ζησόμεθα σὺν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ liberabimur ex his calamitatibus auxilio divino.

4. per metonymiam effecti: *miraculum, ostentum, factum, summæ potentiæ divinæ argumentum,* ad imitationem Hebr. גְּבוּרָה Deut. III, 24. Ps. CVI, 2. CXLV, 4. CL, 2. Matth. VII, 22. καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; nonne miracula multa tua auctoritate patravimus? ibid. XI, 20. 21. 23. XIII, 54. 58. Marc. VI, 5. Luc. X, 13. Act. II, 22. δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σημείοις.

5. *facultas, vis et potestas miracula patrandi.* Marc. VI, 14. διὰ τοῦτο ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ ideo tanta miraculorum facultas est in eo. Act. VI, 8. πλήρης δυνάμεως instructus facultate miracula edendi. ib. X, 38. ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει. 1 Cor. V, 4. σὺν τῇ δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ pro facultate mihi a Christo concessa.

6. per metonymiam adjuncti, *is, qui miracula facit.* 1 Cor. XII, 28. ἔπειτα δυνάμεις, hoc est i. q. v. 10. ἄλλῳ δὲ δίδονται ἐνεργήματα δυνάμεων.

7. *celebratio, laus.* Matth. VI, 13. ὅτι σοῦ ἔστιν ἡ δύναμις tu enim es omni

laude nostra et celebratione dignus. Luc. I, 35. ubi δύναμις cum δόξα permutatur, ita, ut significet *celebrationem majestatis divinæ*. Ita in V. T. legitur עֹז, Ps. VIII, 2. יִסַּדְתָּ עֹז Alex. κατηρτίσω αἶνον. Sirac. LI, 22. Vid. *Spicilegium meum II. Lex. Biel.* p. 45. et infra sub κράτος.

8. *vis, effectus, efficacia*, et speciatim, si orationi et doctrinæ tribuitur, *ejus vis et efficacia animos aliorum commovendi, delectandi, emendandi et imbuendi veri cognitione* significat. Rom. I, 4. ἐν δυνάμει ita, ut hominibus certissime persuadeatur. ibid. v. 16. δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν inest enim ei vis summa salutaris. 1 Cor. I, 18. δύναμις doctrina, quæ habet et exserit vim divinam. ibid. II, 4. vis divina efficacissima. 2 Cor. IV, 7. Phil. III, 10. καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ quam vim habeat ejus resurrectio ad homines emendandos et tranquillandos. 1 Thess. I, 5. 2 Tim. III, 5. δύναμις τῆς εὐσεβείας vera pietas, quæ se vita et factis exserit. Hebr. VI, 5. δυνάμεις μέλλοντος αἰῶνος vim et efficaciam doctrinæ de futura piorum felicitate. Huc etiam referenda sunt loca Luc. IV, 36. ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει ἐπιτάσσει cum vi et auctoritate imperat. 1 Cor. IV, 19. ἀλλὰ τὴν δύναμιν sed quid effecerint doctrina sua. ibid. v. 20. οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει institutio in religione Christiana non est in dictis, sed in factis, seu, bey dem Religions-Unterricht, kommt es nicht darauf an, was man zu leisten verspricht, sondern was man wirklich leistet *we do not improve in religious knowledge by what we promise, but by what we actually perform*. Nec desunt exempla idonea e Græcis et Latinis Scriptoribus. Sic apud *Isocrat. Evag.* c. 3. δύναμις de vi poëseos legitur et apud *Ciceronem* et *Quinctilianum* haud raro formulæ: *potentia orationis* et *potenter dicere*, occurrunt.

9. *libertas animi, animus impavidus*, i. q. παῤῥησία. Act. IV, 33. μεγάλῃ δυνάμει ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον κ. τ. λ. magna cum libertate animi testes surgebant resurrectionis Christi. 2 Tim. I, 7. οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας ἀλλὰ δυνάμεως. *Theophyl.* ad h. l. ἵνα δυνατοὶ ὦμεν πρὸς τοὺς πειρασμοὺς καὶ παῤῥησιαζώμεθα.

10. sæpe æque ac *vires regni* apud Latinos, (v. c. *Florum* IV, 2.) *exercitum, et copias imperii* apud Græcos denotat, v. c. *Isocrat. Panegyr.* c. 26. παρατάξασθαι τὰς δυνάμεις. *Thucyd.* IV, c. 26. p. 256. ed. *Dukeri. Polyb. Hist.* V, 33. *Ælian. V. H.* II, 28. Hinc non solum δυνάμεις τῶν οὐρανῶν *exercitus cœlorum* (ad imitationem Hebraici צְבָא הַשָּׁמַיִם Ps. XXXIII, 6. Genes. II, 1. quod Alexandrini mox στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ, 2 Paral. XXXIII, 5. Jer. XXXIII, 22. mox δύναμιν τοῦ οὐρανοῦ, 2 Regg. XVII, 16. reddiderunt) *stellas et sidera, corpora illa splendida, quibus cœlum instructum et exornatum est*, partim ob splendorem insignem, partim ob multitudinem et ordinem, vocantur, Matth. XXIV, 29. καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται et sidera et stellæ loco suo movebuntur; conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 503. sed etiam *ipse angelorum chorus* appellatur ita, numeri pariter et multitudinis ac dignitatis et præstantiæ eorum ratione habita, 2 Paral. XVIII, 18. coll. Nehem. IX, 6. et 1 Regg. XXII, 19. ubi æque ac Luc. II, 13. στρατιὰ (στρατιαὶ) τοῦ οὐρανοῦ (τῶν οὐρανῶν) dicuntur; unde lux affundi posse videtur loco 2 Thess. I, 7. μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, h. e. stipatus angelorum choro. Conf. *Vorstii Philol. S.* p. 446. seq. ed. *Fischeri.*

11. *qui est insigni dignitate præditus, potens, princeps, magistratus.* Rom. VIII, 38. οὔτε δυνάμεις ne potentissimi quidem in his terris. 1 Cor. XV, 24. cum omnes, etiam potentissimos hostes, sibi subjecerit. Ephes. I, 21. in quo loco tamen ple-

rique *angelos* intelligendos esse censent. Cf. *Vales.* ad *Euseb.* p. 254. qui ostendit, Græcos τὰ δαιμόνια appellare δυνάμεις, et Latinos *potestates*. Certe angeli Rabbinis כֹּחוֹת שֶׁל מַעְלָה (vid. *Jalkut Chaddasch* fol. 89. Col. 4.) et ab *Euseb. Præp. Evang.* IV, 6. ἀστεῖαι καὶ ἀγαθαὶ δυνάμεις dicuntur.

12. *opes et facultates;* unde in vers. Alex. pro הוֹן legitur Ezech. XXVII, 27. Adde Prov. XXXI, 29. 2 Cor. VIII, 3. ὅτι κατὰ δύναμιν καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι non solum pro opum tenuitate, sed etiam majori liberalitate, quam pro facultatibus, sponte contulisse. Eodem sensu παρὰ δύναμιν legitur apud *Joseph. A. J.* III, 6. 1. ἑκάστου καὶ παρὰ δύναμιν φιλοτιμησαμένου.

13. de sole, *ornamentum, decus, summus splendor.* Apoc. I, 16. ὡς ὁ ἥλιος φαίνει ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ quemadmodum sol splendet, cum est in summo lumine, seu in medio cœlo, coll. Judd. V, 31. בְּצֵאת הַשֶּׁמֶשׁ בִּגְבֻרָתוֹ Vid. supra sub δόξα.

14. *significatio et sensus verborum*, ut apud Latinos *vis, potestas.* 1 Cor. XIV, 11. ἐὰν μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς nisi significationem et sensum verborum hujus linguæ intellexero. *Ælian. V. H.* IX, 16. τοὔνομα εἰς τὴν Ἑλλάδα δύναται nomen, in linguam Græcam translatum, significat. In scholiis et Lexicographis Græcis δύναται sæpe est: *significat.*

15. *auctoritas, qua aliquis pollet.* Apoc. III, 8. ὅτι μικρὰν ἔχεις δύναμιν exigua quidem tua est auctoritas, h. e. ut interpretatus est *Eichhornius, Grotium* sequutus, licet ob exiguum eorum, qui ad tuum cœtum coiverunt, numerum opprimi facile potueris.

16. κατὰ δύναμιν adverbialiter, *vi, per*, nostrum: kraft, vermoge *power, might.* Hebr. VII, 16. κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου vi immortalitatis.

ΔΥΝΑΜΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. *corroboro, potentem reddo, confirmo*, a præced. δύναμις. Alex. posuerunt pro עָזַז, Ps. LXVIII, 29. et גָּבַר, Eccles. X, 10. Dan. IX, 27.

2. *idoneum reddo, necessariis facultatibus et viribus instruo.* Sic semel in N. T. legitur Coloss. I, 11. ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι ut omnibus idoneis viribus instruamini.

ΔΥΝΑ΄ΣΤΗΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *princeps in civitate, penes quem præcipua in republica dignitas est et auctoritas, dynasta*, unde δυναστεία est *summum imperium*, quæcunque demum sit reipublicæ forma. *Thucyd.* III, 62. δυναστεία ὀλίγων ἀνδρῶν, h. e. ὀλιγαρχία. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 1. 5. p. 17. *Duker.* ad *Florum* IV, 2. 92. et *Schweighæuseri Lexicon Polybian.* s. h. v. Alex. pro מֶלֶךְ Prov. XXXI, 4. posuerunt.

2. *tyrannus, qui oppressa libertate vim populo infert.* Luc. I, 52. καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων deturbat tyrannos de thronis. In versione Alex. latius patet et *omnem, qui vim alteri infert*, significat, respondens Hebraico עָרִיץ Job. VI, 23. XV, 20. coll. IX, 22. μέγαν καὶ δυνάστην ἀπολλύει ὀργή.

3. *aulicus, purpuratus, minister regis.* Act. VIII, 27. δυνάστης Κανδάκης dynasta reginæ Candaces. Conf. Jerem. XXXIV, 19. ubi pro סָרִיס *eunuchus, cubicularius, aulicus* in versione Alex. ponitur, et Genes. L, 4. πρὸς τοὺς δυνάστας Φαραώ, ubi in Hebr. est אֶל־בֵּית פַּרְעֹה.

4. speciatim ita *Deus Opt. Max.* dicitur, *quatenus est potentissimus et ejus imperio omnia subsunt.* 1 Tim. VI, 15. ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, qui 2 Macc. III, 24. ὁ πάσης ἐξουσίας δυνάστης, ibid. XII, 15. ὁ μέγας τοῦ κόσμου δυνάστης, et XV. 23. δυνάστης τῶν οὐρανῶν vocatur. *Phavor.* Δυνάστης· ὁ τύραννος καὶ ὁ βασιλεύς.

ΔΥΝΑΤΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *potens sum*, a δυνατὸς *potens.*

2. *potentem me præsto et declaro.*

Sic semel legitur in N. T. 2 Cor. XIII, 3. ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν sed potentiam suam quam maxime inter vos declarabit.

ΔΥΝΑΤΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1. generatim dicitur *potens, qui aliquid efficere et præstare valet, qui idoneis viribus et facultatibus animi æque ac corporis præditus est.* Luc. XIV, 31. εἰ δυνατός ἐστιν an possit. 2 Cor. XII, 10. τότε δυνατός εἰμι tum sum potens, h. e. tum habeo vires superandi et perferendi omnia mala. Jacob. III, 2. Speciatim

2. *omnipotens, qui omnia efficere et præstare valet, cui est potentia illimitata.* Sic Deus dicitur Luc. I, 49. ὁ δυνατός. Rom. IV, 21. 2 Cor. IX, 8. 2 Tim. I, 12. Hebr. XI, 19. Neutrum τὸ δυνατὸν interdum substantive ponitur, et significat *omnipotentiam*, v. c. Rom. IX, 22. καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, h. e. τὴν δύναμιν αὐτοῦ.

3. *validus, efficax.* 2 Cor. X, 4. τὰ ὅπλα δυνατὰ τῷ Θεῷ arma longe validissima et efficacissima, ex Hebraismo, de quo vide infra sub Θεός.

4. *is, cui aliquid licet, conveniens et decens est.* Act. XI, 17. ἐγὼ δὲ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι τὸν Θεόν; mihi profecto Deo repugnare non licebat. Huc etiam referrem locum Matth. XXVI, 39. εἰ δυνατόν ἐστι si conveniret voluntati tuæ, coll. Luc. XXII, 42. εἰ βούλει.

5. *possibilis, qui* vel *quod facile fieri potest.* Matth. XIX, 26. παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δυνατὰ per Deum fieri possunt omnia. ibid. XXIV, 24. Act. II, 24. Rom. XII, 18. εἰ δυνατὸν, τὸ ἐξ ὑμῶν quantum per vos fieri potest. Galat. IV, 15. εἰ δυνατὸν si fieri potuisset, si quis postulasset.

6. ut Latinum *potens, qui auctoritate, dignitate et opibus cæteris omnibus præstat.* Act. XXV, 5. οἱ οὖν δυνατοὶ ἐν ὑμῖν principes vestræ civitatis. Sed possunt h. l. per τοὺς δυνατοὺς, subintellecta voce κατηγορεῖν, intelligi idonei, instructi ad accusandi munus obeundum. 1 Cor. I, 26. οὐ πολλοὶ δυνατοὶ, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς. Apoc. VI, 15. καὶ οἱ πλούσιοι καὶ οἱ δυνατοί. Eodem sensu δυνατὸς et δυνάμενος apud Græcos occurrit, v. c. apud *Xenoph.* de *Rep. Laced.* I, 1. Sparta urbs δυνατωτάτη dicitur. Idem *Hist. Gr.* VII, 4. 34. οἱ δυνάμενοι principes civitatis vocantur. *Thucyd.* II, 25. ubi Schol. οἱ δυνατοί· οἱ πλούτῳ δυνάμενοι, coll. *Xenoph.* de *Rep. Athen.* I, 3, Sirac. XXIX, 25. Eodem sensu *potens* apud Latinos, v. c. *Phædr.* I, 24. 1. Cf. *Krebs. Obss. Flav.* p. 259. *Vitringæ Obss. SS.* Lib. III, c. 2, p. 516. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 625.

7. *qui valet aliqua re, peritus rei cujuscunque, qui artem callet, facultate præditus,* i. q. δεινός. cf. *Küsterum* ad *Aristoph. Nub.* p. 50. Luc. XXIV, 19. δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ insignis miraculorum et dicendi facultate; ubi vid. *Wetstenius.* Act. VII, 22. Moses δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἔργοις dicitur eodem seusu, quo apud *Platonem, Thucyd.* (I, 139.) et *Xenoph.* δυνατὸς λέγειν καὶ πράττειν is vocatur, qui rempublicam bene et sapienter administrare valet, dicendo ad populum et agendis negotiis, vir peritus reipublicæ gerendæ. Cf. *Xenoph. Mem.* III, 7. 1. Act. XVIII, 24. δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς facultate præditus explicandi litteras sacras, Rom. XV, 1. ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ nos, qui præstantiorem et certiorem religionis scientiam habemus. Omissum est τῇ πίστει, coll. 2 Cor. XIII, 9.

ΔΥ'ΝΩ vel ΔΥ'ΜΙ et ΔΥ'Ω, fut. δύσω, *subeo, ingredior, occido.* Græcis Scriptoribus δῦναι dicitur, *quidquid visui se subtrahit, maxime, quod aquam subit.* Alex. Exod. XV, 10. Hinc speciatim de solis occasu usurpatur ex vulgi opinione, qui solem mergi putabat oceano. Marc. I, 32. ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος cum occidisset sol. Luc. IV, 40. δύνοντος τοῦ ἡλίου occidente sole, coll. Matth. VIII, 16. ὀψίας δὲ γενομένης. Sæpius in N. T. non occurrit. In vers. Alex. Heb. בּוֹא Genes. XXVIII, 11. Mich. III, 6. sensu eodem re-

spondet. *Ælian. V. H.* IV, 1. *Xenoph. Anab.* II, 2. 2. et 6. *Hesych.* ἔδυ· εἰσῆλθε, κατῆλθε, κατέδυ. Cf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 556.

ΔΥ΄Ο, Attice ΔΥ΄Ω, *οἱ, αἱ, τὰ*, genit. *δυοῖν*, dat. *δυσί*, *duo*. Matth. XXI, 28. *τέκνα δύο*. ibid. XXVII, 51. *ἐσχίσθη εἰς δύο* scissum est in duas partes. (*Lucianus Toxari* p. 101. *εἰς δύο διεκόπη*. Idem *Dial. Meretr.* p. 748. *ἐς δύο τὴν κεφαλὴν διῃρημένος*. Subaudiendum autem est in hac phrasi *μέρη*, quod addidit *Polybius* II, 16. *σχίζεται εἰς δύο μέρη*.) Act. XII, 6. *ἀλύσεσι δυσί*.

2. *dissentientes, dissidentes*. Ephes. II, 15. *ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον* ut duas dissentientes partes in unam prorsus emendatam societatem cogeret, coll. v. 14. et 16.

3. *Δύο καὶ δύο bini*. Est modus loquendi Hebraicus. Nam Hebræi carent distributivis, quorum loco solent idem nomen bis ponere. Conf. *Vorstii Philol. Sac.* cap. XII. p. 312. Sic Marc. VI, 7. *ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν δύο καὶ δύο* misit eos binos, Hebr. שְׁנַיִם שְׁנַיִם, Genes. VI, 19. 20. VII, 9. 15. Græci, cum singulis æqualis numerus tribuendus est, utuntur vel vocula *ἀνὰ*, Luc. X, 1. *ἀνὰ δύο*, vel *κατὰ*, v. c. *κατὰ δύο* apud *Ælian. V. H.* II, 25. 49.

ΔΥΣΒΑ΄ΣΤΑΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *gravis, portatu difficilis*, ex particula inseparabili *δυς*, quæ in compositione *ægre, difficulter* notat, et *βαστάζω fero, porto*. *Hesych.* δυσβάστακτον· βαρύ. *Plutarch.* T. IX. *Opp.* p. 625. ed. *Reiske*.

2. metaphorice *de legibus et præceptis* dicitur, *quæ observatu sunt admodum difficilia vel impossibilia*, ut *βαρύς*. Sic bis legitur in N. T. Matth. XXIII, 4. *δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα*. Luc. XI, 46. *φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάστακτα* homines adstringitis severissimis legibus.

ΔΥΣΕΝΤΕΡΙ΄Α, ας, ἡ, *dysenteria, morbus, viscera afficiens ac erodens, intestinorum exulceratio*, vel certe *difficultas*, ex *δυς* et *ἔντερον intestinum*. Legitur semel in N. T. Act. XXVIII, 8. *δυσεντερίᾳ συνεχόμενον κατακεῖσθαι* torminibus laborantem decumbere. *Polyb.* XXXII, 25. 14. *Alb. Gloss. N. T.* p. 193. *δυσεντερία λέγεται ἡ ἕλκωσις τῶν ἐντέρων. Mœris: δυσεντερία Ἑλληνικῶς, Ἀττικῶς. δυσεντέριον, Ἕλληνες*. Adjectivum *δυσεντερικὸς* legitur apud *Plutarch.* T. VI. Opp. p. 384. et T. X. p. 483. ed. *Reiske*.

ΔΥΣΕΡΜΗΝΕΥΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *explicatu difficilis, qui ab aliis non facile intelligi et capi potest, vel ob ipsius gravitatem et sublimitatem, vel ob aliorum hebetudinem*, i. q. *δυσνόητος*, 2 Pet. III, 16. Compositum est ex *δυς* et *ἑρμηνεύω interpretor*. Hebr. V, 11. *περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος* de quibus multa quidem dicere possem, sed difficiliora sunt, quam ut vos capere et concoquere possitis. Sæpius non legitur in N. T. *Artemidorus* III, 67. *οἱ ὄνειροι — τοῖς πολλοῖς δυσερμήνευτοι*. *Philo lib. de Somn.* T. II. *Opp.* p. 649. *ἀλέκτῳ τινὶ καὶ δυσερμηνεύτῳ θεᾷ Basil.* T. I. Opp. p. 12.

ΔΥ΄ΣΚΟΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *homo morosus circa cibum, cui difficulter cibus gratus invenitur*, ex *δυς* et *κόλον cibus*. Hinc

2. *homo morosi ingenii, qui ubique habet, quod reprehendat*, unde fere cum *δύστροπος* conjungitur. *Xenoph. Cyrop.* II, 2. 1.

3. in genere: *difficilis, multis difficultatibus impeditus*. Semel in N. T. legitur Marc. X, 24. *πῶς δύσκολόν ἐστι* quam difficile est! *Xenoph. Œcon.* XV, 10. Hinc *τὰ δύσκολα difficultates, labores*, apud *Arrian.* de *Venat.* XVIII, 4. Apud *Aristot. Polit.* III, 7. *δυσκολία* opponitur *τῇ εὐκολίᾳ*. *Hesych. δύσκολος· ἄγριος, δυσχερής. Etym. M. ὁ δυσάρεστος, ὁ δυσχερῶς τινὶ ἐνούμενος*.

ΔΥΣΚΟ΄ΛΩΣ, Adv. 1. *morose, iniquo animo*. *Xenoph. Cyrop.* II, 2. 2.

2. *difficulter*. Ter legitur in N. T.

Matth. XIX, 23. Marc. X, 23. et Luc. XVIII, 24.

ΔΥΣΜΗ᾽, ῆς, ἡ, et in plur. ΔΥΣΜΑΙ᾽, intell. ἡλίου, *occasus solis, occidens, plaga cœli occidentalis, regio, versus occidentem sita*, a δύνω vel δῦμι. Matth. VIII, 11. ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ab oriente et occidente, h. e. e remotissimis regionibus terræ, seu, ex omnibus gentibus. ib. XXIV, 27. καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν et penetrat ad occidentem. Luc. XII, 54. νεφέλην ἀνατέλλουσαν ἀπὸ δυσμῶν nubem ab occasu exorientem. ibid. XIII. 29. Apoc. XXI, 13. Jos. I, 4. ἀφ᾽ ἡλίου δυσμῶν, Hebr. מְבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ. *Xenoph. Anab.* VI, 4. 19. et *Hist. Gr.* V, 1. 7.

ΔΥΣΝΟΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *difficilis intellectu, qui ægre intelligi potest*, (ex δὺς *difficulter*, et νοητὸς *intelligibilis*.) Semel in N. T. legitur 2 Petr. III, 16. ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα in qua doctrina, de adventu Christi ad judicium, sunt quædam difficilia intellectu. *Diog. Laërt.* IX, 13. δυσνόητόν τε καὶ δυσεξήγητον.

ΔΥΣΦΗΜΙ᾽Α, ας, ἡ, 1. proprie opponi videtur τῇ εὐφημίᾳ, et significare *execrationem, verba mali ominis, imprecationem, infaustam acclamationem. Plutarch.* T. II. *Opp.* p. 341. et T. VIII, p. 323. ed. *Reiske.*

2. *famæ læsio, convicium, probrum, fama sinistra.* (a δηοφημέω *probra et convicia in aliquem jacto*, quod 1 Cor. IV, 13. in quibusdam codd. loco βλασφημέω et 1 Macc. VII, 41. legitur.) In N. T. tantum legitur 2 Cor. VI, 8. διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας sive male de me homines judicent et loquantur, sive bene. Eodem sensu reperitur 1 Macc. VII, 38. 3 Esdr. I, 41. *Dion. Halic. Antiqu.* VI, c. 48. *Aristides* T. II. p. 482. *Hesych.* δυσφημίας· κακοφημίας, quæ glossa ad locum Pauli spectare videtur. Transiit hæc vox etiam in linguam Latinam *dysphemia. Sueton. Aug.* c. 92. " Nihil in hoc quidem devitans, quam *dysphemiam nominis.*"

ΔΥ᾽Ω, vide supra ΔΥ᾽ΝΩ.

ΔΩ᾽ΔΕΚΑ, *οἱ, αἱ, τὰ, duodecim.* Est numerale cardinale indeclinabile, compositum ex δύο *duo*, et δέκα *decem.* Matth. IX, 20. X, 1. Apoc. XXI, 21. οἱ δώδεκα vocantur κατ᾽ ἐξοχὴν a numero suo *duodecim illi discipuli et apostoli J. C.* Matth. XXVI, 14. 20. 47. Act. VI, 2. 1 Cor. XV, 5. nam, qui certo numero in aliqua dignitate constituti sunt, solent a numero denominari, v. c. 2 Sam. XXIII, 18. 19. 23. Sic Lat. *triumviri, decemviri* etc.

ΔΩΔΕ᾽ΚΑΤΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, pro δυοδέκατος *duodecimus*, a δώδεκα. Semel in N. T. legitur Apoc. XXI, 20.

ΔΩΔΕΚΑ᾽ΦΥΛΟΝ, ου, τὸ, 1. *duodecim tribus, duodecim tribuum complexus*, ex δώδεκα *duodecim*, et φυλὴ *tribus.*

2. *universus populus Judaicus, qui olim in duodecim tribus divisus erat.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXVI, 7. εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν ἐλπίζει καταντῆσαι ad quam pervenire sperat populus noster universus.

ΔΩ῀ΜΑ, τος, τὸ, 1. proprie notat *totum ædificium*, a δομέω *struo, ædifico*, contracte pro δόμημα. *Etym. M.* δῶμα· τὸ οἴκημα, ἐκ τοῦ δομῶ κ. τ. λ. *Theocrit. Idyll.* II, v. 17. *Eurip. Phœn.* v. 203. *Plutarch.* T. VI. *Opp.* p. 111. ed. *Reiske.*

2. *solarium, tectum planum*, ubi aërem serenum naribus captare solebant veteres. Ita enim olim summa pars ædium fabricata fuisse constat, ut homines in tectis ambulare et versari possent, quod patet ex Deut. XXII, 8. 2 Sam. XI, 2. Sic autem legitur in N. T. Matth. X, 27. ἐπὶ τῶν δωμάτων in tectis, h. e. palam, præsente multitudine hominum, coll. 2 Sam. XVI, 22. ibid. XXIV, 17. ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, sc. ὤν, qui in tecto versatur. Marc. XIII, 15. Luc. V, 19. ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, coll. Marc. II, 4. ubi στέγη vocatur. Luc. XII, 3. XVII, 31. Alexandrini usi sunt hac voce pro גַּג, Ps. CXXIX, 6. Jos. II, 6. 8. 1 Sam. IX, 25. 26. qua eodem sensu etiam usus

est *Herodian.* II, 6. 19. VII, 12. 12. *Æsop. Fab.* XI. Conf. *Gataker.* de *Stilo N. T.* cap. 23. *Schwarz. Comment. Ling. Gr.* p. 385. *Wetstenius N. T.* T. I. p. 374. et *Rhoer. Fer. Daventr.* p. 12. De differentia inter δῶμα et ὑπερῷον speciatim egit *Strodtmannus Sylloge I. Different. Gr.* §. 28. in *Novis Miscell. Lips.* Vol. VII. p. 678.

3. *cubiculum superius*, quod vulgo ὑπερῷον, et Hebr. עֲלִיָּה vocatur. Act. X, 9. ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι ascendit Petrus in solarium ad precandum. *Hieronym.* ad Dan. VI, 10. δώματα, inquit, Latine dicuntur meniana vel tecta, sive solaria et ἀνώγαια, i. e. cœnacula. Idem tradit in Epistola ad *Sunniam* et *Fretelam*. *Hesych.* δώματα· οἶκοι, (non οἶκος) οἰκήματα, ταμιεῖα, οἰκοδομήματα. Lectu dignissima de hac voce habet *Irmisch. Excurs.* ad *Herodian.* I, 12. 16. Vol. I. p. 909. seq.

ΔΩΡΕΑ, ᾶς, ἡ, 1. *beneficium, gratuitum donum.* Joh. IV, 10. εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ si scires, quale tibi jam contingit beneficium divinum. Act. II, 38. τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος bona per religionem Christianam hominibus parta. ib. VIII, 20. τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ dona Sp. S. extraordinaria, quæ cap. X, 45. δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, et XI, 17. δωρεὰ simpliciter vocantur. Rom. V, 15. 17. τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς. (Utraque vox conjungitur quoque apud *Diod. Sic.* III, 37. et 72. *Joseph. A. J.* V, 1. 16.) Ephes. III, 7. Hebr. VI, 4.

2. *gratia, benignitas*, i. q. χάρις, cum qua voce permutatur 2 Cor. IX, 15. coll. v. 14. Ephes. IV, 7. κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ pro diverso benignitatis Christi gradu. In vers. *Theodot.* bis tantum legitur pro Chald. נְבִזְבַּד Dan. II, 6. V, 17.

ΔΩΡΕΑΝ, est accusativus nominis δωρεὰ, qui adverbiascit, subaudita præpositione κατὰ, et variis modis in N. T. ad imitationem Hebraici חִנָּם adhibetur.

1. *gratis, gratuito*, nostrum: unentgeltlich *gratuitously*. Matth. X, 8. δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε gratis contigit vobis hæc facultas, ideo sine lucri studio eam exercete. 2 Cor. XI, 7. ὅτι δωρεὰν (h. e. μὴ λαβὼν ὀψώνιον v. 8.) τὸ τοῦ Θεοῦ εὐαγγέλιον εὐηγγελισάμην ὑμῖν. Apoc. XXI, 6. XXII, 17.

2. *ex beneficio, nullo merito meo.* Rom. III, 24. δικαιούμενοι δωρεὰν *remissionis peccatorum beneficium a sola benignitate divina, nec ullo nostro merito vel opere repetentes*; sequitur: τῇ αὐτοῦ χάριτι. Opponitur κατὰ ὀφείλημα Rom. IV, 4. 2 Thess. III, 8.

3. *sine causa justa, immerito, sine ullo merito illius, cui male fit.* Joh. XV, 25. ὅτι ἐμίσησάν με δωρεὰν immerito me odio habent. Sic חִנָּם Ps. XXXV, 7. ubi Alexandrini habent δωρεὰν, sed *Symmachus* ἀναιτίως. Legitur etiam in libris apocryphis δωρεὰν hoc sensu, ut sit: *nulla necessitate cogente et urgente, sine causa idonea*, v. c. Sirac. XX, 23. ubi *Syrus* ܒܠܝ habet, coll. Prov. XXIII, 29. et *Spicil. II. Lex. Biel.* p. 47. seq.

4. *frustra, temere, sine effectu*, nostrum: vergeblich, ohne Frucht *in vain, without profit* or *advantage*. Galat. II, 21. ἄρα Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανεν frustra Christus mortuus esset. Ita חִנָּם Job. I, 9. Ezech. VI, 10. quod interdum ab Alex. per μάτην redditur, v. c. Ezech. XIV, 23.

ΔΩΡΕΌΩ, ῶ, fut. ήσω, et ΔΩΡΈΟΜΑΙ, οῦμαι, voce media, *dono, largior*, a δῶρον, quod vide. Marc. XV, 45. ἐδωρήσατο τὸ σῶμα τῷ Ἰωσὴφ corpus Josepho donabat, coll. Matth. XXVII, 58. ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα. 2 Petr. I, 3. 4. Sæpius in N. T. non legitur. *Hesych.* δωρεῖται· χαρίζεται.

ΔΏΡΗΜΑ, τος, τὸ, *donum, munus, beneficium*, a δωρέω. Rom. V, 16. τὸ δώρημα, i. q. τὸ χάρισμα v. 15. Jacob. I, 17. καὶ πᾶν δώρημα τέλειον et omne donum perfectum. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΩ̃ΡΟΝ, ου, τὸ, 1. *munus, donum, beneficium.* Matth. II, 11. προσήνεγκαν

αὐτῷ δῶρα obtulerunt ei munera. Ephes. II, 8. Θεοῦ τὸ δῶρον merum Dei beneficium est. Apoc. XI, 10. καὶ δῶρα πέμψουσιν ἀλλήλοις munera sibi invicem mittent. Conf. *Schol.* ad *Aristoph. Aves* 510.

2. *omne sacrificium, quod Deo offertur*, i. q. θυσία ex usu loquendi Alex. Genes. IV, 5. ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ οὐ προσέσχε, pro quo in Vatic. legitur ἐπὶ ταῖς θυσίαις, in quorum versione haud raro Hebr. קָרְבָּן Levit. II, 4. IX, 7. 15. respondet. Matth. V, 23. ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. ibid. v. 24. VIII, 4. XV, 5. XXIII, 18. δῶρον τὸ ἐπάνω αὐτοῦ sacrificium quod aræ imponitur. Hebr. V, 1. VIII, 3. 4. IX, 9. XI, 4.

3. κατ' ἐξοχὴν *pecunia illa* δῶρον vocatur, *quæ gazophylacio immittebatur in usum templi et sustentationem pauperum.* Luc. XXI, 1. βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.

4. per metonymiam contenti pro continente, *gazophylacium, in quo dona injiciebantur.* Luc. XXI, 4. ἔβαλον εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ. Conf. *Boisii Collation.* p. 261. et supra ad γαζοφυλάκιον dicta.

5. per ellipsin reticetur Marc. I, 44. coll. Matth. VIII, 4. Rom. XV, 27.

E

Ἔα, *ah! vah! hem!* particula, quæ convenit exclamationi, partim a dolore, partim a rei novitate proficiscente, quamque alii ab ἐάω *sino*, alii vero ab Hebr. הָהּ et אֲהָהּ ortam esse existimant. In N. T. bis legitur. Marc. I, 24. ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοι; ah quid nobis tecum est negotii? Luc. IV, 34. In utroque loco est particula conquerentis. In priore loco *Vulgatus* particulam omisit, in posteriore vero vertit *sine*, quasi esset ab ἐάω, (ut legitur apud *Polyæn.* II, 30. *Achill. Tat.* VI. p. 339.) sed tunc fere casus aut verbum additur, nec tunc est exclamantis præ metu et dolore, sed repellentis aut imperantis. Admodum frequenter hæc particula in poëtarum (non solum tragicorum, ut *Casaubonus* voluit) libris invenitur, v. c. *Aristoph.* Plut. v. 825. (ubi est vehementer mirantis ἐκπληκτικὸν, observante *Schol. D'Orvillii.*) *Avib.* 328. et 1495. legitur tamen etiam in oratione soluta, v. c. apud *Arrian.* II, 24. III, 20. Alia loca dedit *Wetstenius N. T.* T. I. p. 554.

Ἐᾶν, conjunctio, quæ construitur nunc cum optativo, nunc cum conjunctivo, rarissime cum indicativo. Conf. *Viger.* de *Idiotismis Ling. Gr.* p. m. 500.

1. est conditionalis: *si*, v. c. Matth. VIII, 2. ἐὰν θέλῃς δύνασαί με καθαρίσαι si vis, me leprosum sanare potes. ibid. IX, 21. IV, 9. ἐὰν προσκυνήσεις μοι. V, 13. et alibi passim.

2. *etsi, quamvis, etiamsi.* Marc. VIII, 36. 1 Cor. IV, 15. ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε quamvis enim decem millia pædagogorum habeatis.

3. exprimit *adverbia temporis, quando, cum, postquam.* Sic v. c. cum ὅταν et ἐπὰν permutatur in locis Matth. VI, 22. 23. coll. Luc. XI, 34. Joh. VI, 62. ἐὰν οὖν θεωρῆτε quid quando videritis. ibid. XII, 32. ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς postquam exaltatus fuero a terra. ibid. XIII, 20. ἐάν τινα πέμψω cum quem misero. ib. XIV, 3. ἐὰν πορευθῶ. ibid. XVI, 7. 1 Joh. III, 2. ὅτι ἐὰν φανερωθῇ. Sic quoque *si* Latinorum ponitur pro *cum* temporali apud *Virgil. Æn.* V, 64. *Cic. Varr.* IV, 11. Vide *Muretum* ad *Catull.* XIV, 17.

4. geminatum cum τε notat *sive, sive.* Rom. XIV, 8. ἐάν τε γὰρ ζῶμεν — — ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν *sive* vivamus *sive* moriamur. *Plato Crito* c. 12. *Xenoph. Cyrop.* III, 3. 9.

5. quoties sequitur articulum postpositivum ὅς, ἥ, ὅ, et ὅσος, ὁσάκις, et ὅπου, adhibetur pro potentiali ἄν et valet i. q. *cunque.* Matth. VIII, 19. ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ quocunque abieris. Marc. VI, 10. ὅπου ἐὰν εἰσέλθητε ubicunque introie-

ritis. ibid. VII, 11. ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς quocunque a me juvari possis. ibid. XI, 23. ὃ ἐὰν εἴπῃ quidquid dixerit. Luc. X, 22. ᾧ ἐὰν βούληται cuicunque voluerit. — 1 Joh. III, 22. ὃ ἐὰν αἰτῶμεν quidquid petierimus. *Xenoph. Mem.* III, 10. 12.

6. interdum redundat, v. c. Matth. VII, 9. ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς quem rogaverit filius. Marc. IV, 22. ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ, *Vulgat. quod non manifestetur*, coll. Luc. VIII, 17.

7. omittitur interdum, v. c. Matth. XVIII, 21. ante ἁμαρτήσει, ubi jam *Syrus* particulam conditionalem recte addidit. Luc. XI, 5. ante πορεύσεται πρὸς αὐτὸν, et ibid. XIX, 22. ante ἤδεις.

ΕΑ'Ν ΜΗ', pro diversitate contextæ orationis nunc est

1. *conjunctio exceptiva, nisi.* Joh. III, 22. ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ nisi adjuvetur auxilio divino. Rom. X, 15. *Homer. Odyss.* λ'. 158.

2. *si non.* Matth. VI, 15. ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε si vero non remiseritis.

3. *particula adversativa, sed, ast, vero.* Matth. XII, 4. εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνον sed sacerdotibus tantum. Luc. VI, 4. Galat. II, 16.

ΕΑΝ'ΠΕΡ, *si, siquidem*, ex ἐὰν, et particula enclitica περ. Hebr. III, 6. 14. VI. 3.

ΕΑΥΤΟΥ˜, ῆς, οῦ, contracte ΑΥ'ΤΟΥ˜, ῆς, οῦ, *sui ipsius.* Nominativo caret. Solet hoc pronomen reciprocum ad omnes adhiberi personas, et non tertiæ tantum, sed etiam primæ et secundæ personæ significationem induere, præcipue in numero plurali, prout contextus et persona additi verbi facile docet. Sic tertiam personam indigitat Matth. XXIII, 12. ὅστις ὑψώσει ἑαυτὸν qui autem se ipsum exaltaverit. Marc. II, 8. ὅτι οὕτω διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς. Primæ personæ significationem induit Rom. VIII, 23. ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν. 1 Joh. I, 8. ἑαυτοὺς πλανῶμεν nosmet ipsos fallimus. 1 Cor. XI, 31. *Ælian. V. H.* I, 32. *Epictet. Enchirid.* 10. In secunda persona pro σεαυτὸς adhibetur Act. XIII, 46. Matth. III, 9. μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς ne cogitetis. ibid. XXIII, 31. ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς. Rom. XIII, 9. ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν. Marc. XII, 33. *Ælian. V. H.* I, 34. Plura hujus rei exempla invenies apud *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* I, 21. XII, 1. et *Fischer. Anim.* ad *Welleri Grammat.* p. 171. seq.

2. ἑαυτοὶ pro ἀλλήλων *invicem, mutuo, inter sese, alter alterum.* 1 Thess. V, 13. εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς concordiæ mutuæ studete. Jud. v. 20. ἐποικοδομοῦντες ἑαυτοὺς ædificantes vos invicem. *Hesych.* ἑαυτούς· ἀλλήλους. *Sophocl. Antig.* v. 153. καθ' αὑτῶν. *Schol.* ἀντὶ τοῦ κατ' ἀλλήλων. Conf. *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* I, 21. et *Reitz.* ad *Lucian.* T. II. p. 98.

3. γίνεσθαι ἐν ἑαυτῷ *ad se redire, sui compotem fieri, se colligere*, i. q. ἑαυτοῦ γίνεσθαι apud *Joseph. A. J.* VI, 8. fin. Act. XII, 11. Petrus γενόμενος ἐν ἑαυτῷ cum Petrus (qui antea obstupuerat) ad seipsum rediisset. Conf. *D'Orville* ad *Chariton.* VI, 1. p. 510. ed. Lips.

4. ἔρχεσθαι εἰς ἑαυτὸν proprie de *iis* usurpatur, *qui, animi deliquium passi, ad se redeunt, ad actiones suas attendunt et rerum extra se iterum fiunt conscii*, et opponitur formulis οὐ παρ' ἑαυτῷ εἶναι, ἐκτὸς ἑαυτοῦ εἶναι; deinde vero latius patet et omnino significat: *secum habitare incipere, resipiscere, ad bonam frugem redire.* Sic legitur in N. T. Luc. XV, 17. ὡς ἑαυτὸν δὲ ἐλθών. Conf. de hac formula disserentem *Schwarzium* in *Comment. Crit. Ling. Gr.* p. 388.

5. πρὸς ἑαυτὸν *in domum suam*; παρ' ἑαυτῷ *in domo sua.* Luc. XXIV, 12. καὶ ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτὸν et rediit in domum suam. Vide *Kypke* ad h. l. Joh. XX, 10. ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς reversi deinde sunt domum discipuli. Vid. *Elsner.* ad h. l. et Prov. XV, 27. ubi τῷ בֵּיתוֹ in versione Alex. ἑαυτὸν respondet. Adde Genes. XLIII, 31. 1 Sam. XXVI, 12. *Josephus A. J.* X. 10. 3. ὑποχωρήσας πρὸς ἑαυτόν. Ita quoque *ad sese redire* legitur apud

Plautum in *Menæchm.* V, 2. 11. observante *Heumanno* in *Poecile* T. I. L. I. p. 86.—1 Cor. XVI, 2. παρ' ἑαυτῷ τιθέτω in domo sua aliquid seponat; ubi est i. q. οἴκοθε, quæ ut synonyma junguntur apud *Joseph. A. J.* IX, 4. 4. Huc etiam referrem locum Lucæ XXIV, 12. ubi πρὸς ἑαυτὸν ad ἀπῆλθε, non ad θαυμάζων referendum est.

6. πρὸς ἑαυτὸν *seorsum, ab aliis separatim.* Luc. XVIII, 11. σταθεὶς πρὸς ἑαυτὸν stans remotus ab aliis. Conf. vers. Syr. h. l.

7. καθ' ἑαυτὸν *solus, seorsum, ab aliis separatim,* καθ' ἑαυτὴν *sola.* Jac. II, 17. νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτὴν mortua est, si sola spectetur; ubi tamen plerique interpretes plonastice positum judicant. Act. XXVIII, 16. μένειν καθ' ἑαυτὸν ut separatus a reliquis captivis maneret. In vers. Alex. respondet hæc formula Hebr. לְבַד Gen. XXX, 40. XLIII, 31. Zach. XII, 12. Cf. *Schol.* ad *Homer. Iliad.* α'. 271. *Æschyl. Prometh.* v. 889. Sic *secum Virgil. Georg.* I, 389.

8. ἀφ' ἑαυτοῦ *sponte, proprio impulsu, propria auctoritate.* Joh. VII, 18. ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλῶν qui sua inventa tradit, sua cogitata profert. ibid. XI, 51. τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν hoc vero non sine omine quodam dixit. ibid. V, 19. οὐ δύνασθαι ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν nihil facere posse propria auctoritate.—ἀφ' ἑαυτῶν ex sua ipsius facultate, suis viribus. 2 Cor. III, 5. i. q. ἐξ ἑαυτῶν ibid. et παρ' ἑαυτῶν apud *Joseph. A. J.* IV, 6. 5.—ἀφ' ἑαυτοῦ *suo exemplo.* Luc. XII, 57. ἀφ' ἑαυτῶν exemplum petentes ab eo, quod inter vos vulgo fieri solet. 2 Cor. X, 7. ἀφ' ἑαυτοῦ ita, ut se ipsum in exemplum adhibeat. Cf. *Markland.* ad *Lysiæ Orat.* XXXI. p. 603.

9. haud raro omittitur, v. c. Marc. IV, 29. post παραδῷ, et 37. post ἐπέβαλλεν. Conf. *Fesselii Adverss. SS.* I. c. 15.

ΕΑ'Ω, ῶ, fut. ἀσω, 1. *sino, permitto.* Matth. XXIV, 43. καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυγῆναι nec domum perfodi passurus esset. Luc. IV, 41. οὐκ εἴα λαλεῖν non permisit divulgare. Act. XIV, 16. 1 Cor. X, 13. οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι.

2. *missum facio, dimitto, desisto ab aliquo.* Act. V, 38. ἐάσατε αὐτοὺς eosque missos faciatis. Job. VII, 19. ἕως τίνος οὐκ ἐᾷς με; Exod. XXXII, 10. Judd. XI, 37. 2 Macc. VI, 13. Cf. *Abresch. Lect. Aristæn.* p. 268.

3. *demitto.* Act. XXVII, 40. εἴων εἰς τὴν θάλασσαν, sc. ἀγκύρας, ancoras in mare demiserunt.

4. *acquiesco in re, nihil ultra tendo,* nostrum: es bey etwas bewenden laſſen, *to hold to a thing, to consent to it.* In hac rariori notione legitur Luc. XXII, 51. ubi ἐᾶτε ἕως τούτου sunt verba impedientis: nolite ultra progredi, nolite vim facere.

ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ, *οἱ, αἱ, τὰ, septuaginta,* ab ἕβδομος *septimus.* Act. VII, 14. XXIII, 23. Κατ' ἐξοχὴν vero οἱ ἑβδομήκοντα *septuaginta illi discipuli* dicuntur, *quos Jesus præter apostolos designaverat, ut per omnes Judææ provincias religionem traderent Christianam.* Luc. X, 1. 17.

ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ ΕΞ, *septuaginta sex.* Componitur ex ἕξ *sex,* et ἑβδομήκοντα *septuaginta.* Legitur semel in N. T. Act. XXVII, 37.

ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑΚΙΣ, *septuagies.* Matth. XVIII, 22. οὐ λέγω σοὶ ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ non septies, sed septuagies septies usque remittendum et condonandum esse aliis præcipio, h. e. non sæpe tantum, sed quam sæpissime et semper. Latet in verbis Christi *synecdoche,* qua species numeri certa ponitur pro multitudine indeterminata. Similis locus est Genes. IV, 24.

ΕΒΔΟΜΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *septimus.* Est numerale ordinale, ab ἑπτὰ *septem.* Joh. IV, 52. Jud. v. 14. ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ ab Adamo septimus. Apoc. VIII, 1. X, 7. XI, 15. XVI, 17. XXI, 20. Ἡ ἑβδόμη, scil. ἡμέρα, *sabbatum,* Hebr. IV, 4. *Philo* in libro περὶ τῆς ἑβδόμης καὶ τῶν ἑορτῶν p. 1174. δευτέρα ἑορτὴ ἡ ἐξ ἡμερῶν ἑβδόμη. Σάββατον αὐτὴν Ἑβραῖοι πατρίῳ γλώττῃ καλοῦσιν.

ΕΒΕ῾Ρ, ὁ, *Heber* vel *Eber*, nomen proprium ἄκλιτον, filii Salah, abnepotis Semi, a quo עִבְרִים *Hebræi*. Gen. X, 21. 24. Luc. III, 35.

ΕΒΡΑΙ῎ΚΟ῾Σ, οῦ, ὁ, *Hebraicus*. Semel in N. T. legitur Luc. XXIII, 38. γράμμασιν ἑβραϊκοῖς litteris Hebraicis.

ΕΒΡΑΙ῎ΟΣ, ου, ὁ, etiam ΕΒΡΑΙ῎ΟΣ, αία, αῖον, *Hebræus, ex familia Heberi oriundus*, ab ἑβέρ. Hebr. עִבְרִי Deut. XV, 12. Primus hoc nomine appellatus est *Abrahamus* Gen. XIV, 13. deinde *Abrahami posteri*, (qui tamen sæpius *Israëlitæ* dicti, ab Israële,) ut distinguerentur ab Ægyptiis et aliis gentibus profanis. Cf. *Schmid. Obss. Hist. Crit.* in *Epist. ad Hebræos Proleg.* c. 1. Interdum tamen Hebræi ab Israëlitis et Judæis distinguuntur in N. T. libris, v. c. 2 Cor. XI, 22. Phil. III, 5. ex quo colligi recte posse judicavit *Carpzovius* in *Prolegg. ad Exercitt. Philonn. in Ep. ad Hebr.* p. 3. seq. Hebræorum nomen religionem magis designasse, Judæorum vero et Israëlitarum generis magis ac gentis fuisse. In loco Act. VI, 1. Hebræi ab Hellenistis distinguuntur, ita, ut per ἑβραίους Judæi intelligendi sint, qui, adhuc lingua Hebraica et codice Hebraico V. T. utentes, omnes leges Judaicas et ritus religiose observabant et in Palæstina sedem suam habebant. Dicuntur etiam in N. T. v. c. in inscriptione epistolæ Pauli ad Hebræos Ἑβραῖοι omnes de Judæis Christiani, sive nati et ipso genere Judæi essent, sive proselyti. Conf. *Euseb. H. E.* III, 4. De Hebræis, ad quos Paulus eam, quæ in N. T. exstat, dedit Epistolam, docta Diss. *J. C. Harenbergii* reperitur in *Novis Miscell. Lips.* Vol. IV, p. 1. In N. T. ter tantum legitur. Act. VI, 1. 2 Cor. XI, 22. Phil. III, 5. Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων qui utroque parente Hebræo prognatus est. Sic apud *Lysiam Orat.* XII, p. 215. de Agorato δοῦλος ἐξ δούλων qui utroque parente servo natus est. Conf. *Elsner. Obss. in N. T.* T. II. p. 251.

ΕΒΡΑΙ῎Σ, ἴδος, ἡ, *Hebræa*. Act. XXI, 40. τῇ ἑβραΐδι διαλέκτῳ lingua Hebræa, h. e. dialecto Syro-Chaldaica, quæ Hebræis Christi tempore usitata erat. Nam post captivitatis Babylonicæ tempora obtinuit apud Judæos lingua Syro-Chaldaica, ita, ut vernacula esset, lingua Hebræa vero in sacris et eruditi tantum uterentur, ut vel ex vocibus Syro-Chaldaicis, in N. T. obviis, luculenter apparet. Cf. *Lightfoot. Hor. Hebr. et Talmud.* in Joh. V, 2. Act. XXII, 2. XXVI, 14.

ΕΒΡΑΙ῎ΣΤΙ῾. Adverbium, *Hebraice, lingua Syro-Chaldaica*. Joh. V, 2. XIX, 13. 17. 20. Apoc. IX, 11. XVI, 16. *Prolog. Sirac.* ἑβραϊστὶ λεγόμενα.

ΕΓΓΙ῎ΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie est verbum activum, et *adducere, appropinquare facere* notat, v. c. Genes. XLVIII, 10. καὶ ἤγγισεν αὐτοὺς πρὸς αὐτὸν, coll. v. 9. sed in N. T. libris æque ac in Script. Gr. ut βαδίζειν, ἐλπίζειν fere semper, ut neutrum seu medium usurpatur, et *appropinquare, accedere, advenire* notat. Habet post se dativum, vel cum εἰς et ἐπὶ construitur. Matth. XXI, 1. ὅτι ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα. Luc. XIX, 29. XXIV, 28. Act. IX, 3. XXII, 6. ἐγγίζοντι τῇ Δαμασκῷ. Non semper tamen motum ad locum, sed distantiam tantum notat.

2. de tempore usurpatum mox *instare, imminere*, mox *adesse, præsentem esse* significat. Matth. III, 2. ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν instant enim tempora Messiæ. ibid. XXVI, 45. ἰδοὺ ἤγγικεν ἡ ὥρα jam instat tempus. Luc. XXII, 1. instabat autem festum paschatos. Rom. XIII, 12. Hebr. X, 25. Matth. XXI, 34. Luc. X, 9. 11. Marc. I, 15. Eodem modo קָרַב usurpatur Deut. XXX, 14. ἤγγίκασιν αἱ ἡμέραι τοῦ θανάτου σου. Thren. IV, 18.

3. *proximus sum*. Philipp. II, 30. μέχρι θανάτου ἤγγισε morti proximus fuit. Ps. LXXXVIII, 3. ἡ ζωὴ τῷ ᾅδῃ ἤγγισε. Job. XXXIII, 22. ἤγγισε δὲ εἰς θάνατον ἡ ψυχή.

4. Formula ἐγγίζειν τῷ Θεῷ in V. T. libris de *iis* usurpata legitur, *qui tem-*

plum adibant cultus publici causa. Matth. XV, 8. (ubi *Syrus* verba textus Græci ἐγγίζει μοι interpretatus est ܗܘ ܡܫܩܪ ܠܝ *honorat me*, h. e. cultum mihi præstat.) Ies. XXIX, 13. maxime autem de *sacerdotibus, qui sacrificia Deo offerebant.* Exod. XIX, 22. Ezech. XLII, 13. sed in N. T. libris partim simpliciter *Deum colere.* (v. c. Jacob. IV, 8. ἐγγίσατε τῷ Θεῷ colite Deum pia et sancta mente) partim *adire Deum precibus ejusque opem et auxilium implorare, et optima quævis ab eo sperare* significat, v. c. Hebr. VII, 19. δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ Θεῷ qua spe freti optima quævis a Deo speramus. Conf. infra sub προσέρχεσθαι.

5. Deus dicitur ἐγγίζειν ἀνθρώποις, *quando hominibus favet eosque beneficiis ornat.* Jacob. IV, 8. καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν et eum vobis propitium habebitis. Ps. CXLV, 18. 19. Simili ratione *occurrere* apud *Ciceronem* legitur de *Nat. Deor.* I, c. 14.

ἘΓΓΡΑ΄ΦΩ, fut. ἄψω, *inscribo aliquid atramento vel alio modo membranæ, chartæ, tabulis lapideis* etc. 2 Cor. III, 3. ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις epistola non atramento inscripta tabulis lapideis. Formula ἐγγράφειν ἐν ταῖς καρδίαις et ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις, quæ ibidem legitur v. 2. et 3. significat: *alte infigere, aliquid firmiter imprimere animo et memoriæ mandare;* ὑμεῖς ἔστε ἐπιστολὴ ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν vestrum semper recordor gratamque memoriam nunquam depono. Vid. *Krebsii Obss. Flav.* p. 296. qui similia loca e *Josepho A. J.* IV, 8. 12. et contra Apion. L. II. §. 18. adduxit.

Ἔγγυος, ου, ὁ, ἡ, pro quo apud Græcos interdum etiam ἐγγυητὴς et ἐξέγγυος (v. c. *Thucyd.* III, 46. et ibi *Wass.*) ponitur, vox generalis est, quæ *sponsores, vades, prædes et fidejussores* complectitur, et *omnem cujuscunque rei pro altero sponsorem et fidejussorem* significat, ab ἐγγύη *sponsio, fidejussio,* ἡ περί τινος ἀναδοχὴ, interprete *Phavorino. Gloss. Vett. Vades:* ἀνάδοχοι, ἔγγυοι. *Prædes:* ἀνάδεχοι, ἔγγυοι. *Hesych.* ἔγγυος· ἀνάδοχος. *Alberti Gloss. N. T.* p. 175. ἀντιφωνητής. In N. T. semel, sed sensu metaphorico, legitur Hebr. VII, 22. ubi Christus dicitur fuisse κρείττονος διαθήκης ἔγγυος melioris fœderis sponsor, quam Mosaicum fuit, h. e. *auctor longe præstantioris doctrinæ Mosaicæ.* Uberius de hac voce exposuit *Salmasius* in libro de *Modo Usurarum.*

ἘΓΓΥ΄Σ, poët. ἐγγύθεν, *prope, cominus.* Adverbium, quod post se genitivum regit, interdum vero absolute ponitur et

1. de *loco* et *situ* usurpatur. Luc. XIX, 11. διὰ τὸ ἐγγὺς αὐτὸν εἶναι Ἱερουσαλὴμ quod jam prope Hierosolymam esset. Joh. III, 23. ἐγγὺς τοῦ Σαλεὶμ prope Salimum. ibid. VI, 19. XI, 18.

2. de *tempore.* Matth. XXIV, 32. ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος instare æstatem. ib. v. 33. XXVI, 18. ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς ἐγγύς ἐστιν. Joh. II, 13. καὶ ἐγγὺς ἦν τὸ πάσχα instabat autem festum paschatos.

3. de *eo, quod in promptu est.* Rom. X, 8. ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν propinqua tibi hæc doctrina est, h. e. ut statim additur: ἔστιν ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου obversatur animo tuo et menti. Ita קָרוֹב Deut. XXX, 14.

4. de *eo, qui adest alteri auxilio suo.* Philipp. IV, 5. ὁ Κύριος ἐγγὺς, h. e. Deus semper vobis aderit auxilio suo, nam ad v. 6. hæc verba pertinent, coll. Ps. XXXIII. 18. CXLV, 18.

5. de *statu et conditione alicujus rei aut hominis.* Sic v. c. Ephes. II, 13. ὁ ἐγγὺς dicitur *civitati et reipublicæ Judaicæ adscriptus,* et verba ἐγγὺς ἐγενήθητε hunc sensum habent: ex quo Christiani estis, accessistis ad civitatem Judaicam, pertinetis ad verum Dei populum; ubi vid. *Wetsten.* et *Schoettgenium.* ibid. v. 17. οἱ ἐγγὺς, *Judæi,* opponuntur τοῖς μακρὰν, *gentilibus.* Hebr. VI, 8. ager κατάρας ἐγγὺς vocatur; de quo loco vide sub κατάρα. Hebr. VIII, 13. ἐγγὺς ἀφανισμοῦ mox evanescens, mox periturus. *Aristides in Rom.* p. 212. καὶ κατάρας ἐγγύς. *Galen* de *Symptom. Morb.* IV.

ἐγγὺς ἀπολείας. Alia loca dedit *Wakefield* in *Silva Critica* P. III. p. 161. seq. — Interdum etiam consanguinitatis et amicitiæ propinquitatem exprimit apud Græcos, v. c. *Eurip. Heraclid.* v. 37.

ΕΓΓΥΤΕΡΟΣ, α, ον, *propior*. Comparativus ab ἐγγὺς, pro quo etiam ἐγγίων legitur in vers. Alex. Ruth. III, 12. Superlativus ἐγγύτατος. Hinc ἔγγύτερον *propius* adverbialiter, quod semel legitur in N. T. Rom. XIII, 11. ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία nunc enim propius nobis adest felicitas Christiana.

ΕΓΕΙΡΩ, fut. ερῶ, 1. *erigo, surgere facio et jubeo*, v. c. sedentem aut in terram prolapsum, aut in lecto decumbentem; et ἐγείρομαι *erigo me, surgo*. Matth. XVII, 7. ἐγέρθητε erigite vos, coll. v. 6. ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν. Marc. X, 49. XIV, 42. Act. III, 6. IX, 8. ἠγέρθη ἀπὸ τῆς γῆς. ibid. X, 26. ὁ δὲ Πέτρος αὐτὸν ἤγειρε, λέγων ἀνάστηθι. Matth. VIII, 15. IX, 5.

2. *excito, expergefacio a somno*. Ἐγείρομαι *evigilo, expergiscor*. Matth. VIII, 25. ἤγειραν αὐτὸν excitarunt eum. Act. XII, 7. coll. v. 6. Matth. II, 13. ἐγερθεὶς somno excusso, παράλαβε τὸ παιδίον. Marc. IV, 27. καὶ καθεύδῃ καὶ ἐγείρηται. Prov. VI, 9. *Aristoph. Plut.* v. 140. Interdum additur ἐξ ὕπνου. *Homer. Iliad. β'*. 41. Conf. *Abresch. Lectt. Aristænet.* p. 148. et 339. *Ammonius*: ἠγέρθη μὲν λεκτέον ἀπὸ ὕπνου, ἀνέστη δὲ ἀπὸ κλίνης. Hinc

3. ἐγείρομαι metaphorice: *renuntio vitiositati, depono vitam scelestam*, quæ sæpe cum somno graviore in Scriptura sacra comparatur, et est vera mortis imago. Cf. *Glassii Philol. Sacra* p. 1174. ed. *Dathii*. Rom. XIII, 11. ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι renuntiandi pristinæ perversitati. Ephes. V, 14. ἔγειραι ὁ καθεύδων virtuti jam studere incipe, impie; ubi tironum causa observandum, ἔγειραι imperativum aor. 1. medii habere significationem reciprocam, *excita te ipsum*.

4. *extraho*, i. q. ἀναστάω. Matth. XII, 11. οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ; eum non extrahat? coll. Luc. XIV, 5. καὶ οὐκ εὐθέως ἀναστάσει αὐτόν;

5. *reædifico, restauro, denuo exstruo*. Joh. II, 20. καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; et tu tribus diebus restitues hoc templum? Etiam apud Græcos ἐγείρειν et apud Latinos *excitare* pro *ædificare, exstruere* ponitur, v. c. *Herodian.* VIII, 2. 12. *Ælian. Hist. Anim.* XI, 10. Cf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 849. Adde 3 Esdr. V, 62. ἔγερσις τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ.

6. *nasci, oriri jubeo, procreo, surgere, prodire facio, excito*. Matth. III, 9. ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραὰμ sobolem conciliare Abrahamo, Hebr. הָקִים זֶרַע Genes. XXXVIII, 8. Luc. III, 8. coll. Matth. XXII, 24. Luc. I, 69. καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας et nasci jussit potentissimum servatorem. Act. XIII, 22. καὶ ἤγειρεν αὐτοῖς τὸν Δαβὶδ εἰς βασιλέα dedit ipsis Davidem regem. ibid. v. 23. Ἐγείρομαι *nascor, orior, exorior, existo, prodeo*. Matth. XI, 11. οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν nunquam inter homines extitit Johanne baptista vates excellentior. ibid. XXIV, 11. πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται surgent multi falsi doctores. ibid. v. 24. Luc. VII, 16. insignis inter nos exortus est propheta. Joh. VII, 52.

7. *sano, ex morbo erigo*. Jac. V, 15. καὶ ἐγερεῖ τὸν κάμνοντα ὁ Κύριος et sanitatem corporis ei restituet Deus, i. q. σώσει in antecedd. Nec tamen repugnarem, si quis τῷ ἐγείρειν h. l. notionem *erigendi animum* subjicere mallet, ut sit i. q. ἐπιθαρσύνειν, in qua notione apud *Ælian. V. H.* II, 1. reperitur. Marc. I, 31. καὶ προσελθὼν ἤγειρεν αὐτὴν et accedens eam sanavit, i. q. ἴᾶτο αὐτὴν, ut recte interpretatus est *Theophylactus*. ibid. IX, 27. Eodem modo etiam ἀνίστημι usurpatur apud *Hippocratem* T. I. p. 7. ed. *Foesii*, et *Thucyd.* II, 49. ubi *Schol.* ἀναστάντας· ὑγιαίνοντας.

8. *periculis eripio*. 2 Cor. IV, 14. καὶ ἡμᾶς διὰ Ἰησοῦ ἐγερεῖ καὶ παραστήσει

σὺν ὑμῖν et nos liberaturum esse e tot et tantis periculis una vobiscum, si vobis similia acciderint, coll. c. I. 9. 10.

9. *ex mortuis excito, in vitam revoco*, i. q. ἀνεγείρω apud *Apollodor.* III, 10. 3. Matth. X, 8. Joh. V, 21. Act. V, 30. 1 Cor. XV, 42. 43. 44.

10. ἐγείρομαι, seq. ἐπί, *insurgo contra aliquem, hostiliter invado.* Matth. XXIV, 7. ἐγερθήσεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος insurget gens in gentem. Marc. XIII, 8. Eodem modo ἐπεγείρεσθαι in vers. Alex. Ies. XIX, 2. usurpatur.

11. interdum πλεονάζει, v. c. Matth. VIII, 26. IX, 6. 7. 19. Luc. XIII, 25. in quo tamen posteriori loco commode, præeunte Vulgato interprete, per *intrare* reddi potest.

Ἔγερσις, εως, ἡ. Iis anumerandum est vocibus, quæ et active et passive significant, et quarum exempla inter alia attulerunt *Clericus Art. Crit.* T. I. p. 385. seq. et *Abresch. Lectt. Aristænet.* p. 234. Igitur est

1. *excitatio, erectio, surrectio, exstructio.* Ps. CXXXIX, 2. σὺ ἔγνως τὴν καθέδραν μου καὶ τὴν ἔγερσίν μου. 3 Esdr. V, 83. ἐπὶ τῇ ἐγέρσει τοῦ οἴκου. *Polyb.* IX, 14. 4.

2. *resurrectio, reditus in vitam.* Sic semel legitur in N. T. Matth. XXVII, 53. μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ post resurrectionem Christi. Alii vertunt: post resurrectionem ejus, h. e. ab ipso factam, q. d. postquam Jesus ea resuscitaverat divina sua virtute: quemadmodum apud *Ovidium fast.* VI, 737. injuria Thesei est injuria a Theseo illata.

Ἐγκάθετος, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie *is* dicitur, *qui subsidet in loco aliquo et insidias facit alteri*, qui Græcis etiam ἐγκαθήμενος dicitur, v. c. *Polyb.* V, 70. Sic Job. XXXI, 9. ἐγκάθετος ἐπὶ θύραις γυναικὸς ἑτέρας. *Hesych.* ἐγκάθετος· ἐνεδρεύων, ἐπιτηρῶν, ἐντόπιος. *Cyrillus Lex. MS. Brem.* apud *Albert.* ad *Hesych.* T. I. p. 1542. ἔφεδρος· ἐγκάθετος, ἐπικαθήμενος, κατάσκοπος. *Lex. MS. Bibl. Coisl.* p. 471. ἐγκάθετος· δόλιος, κατάσκοπος. Vid. *Spicil. meum II. Lexici Bieliani* p. 49. Alii vero non ex ἐν et κάθημαι *sedeo*, sed ex ἐν et καθίημι *demitto, immitto* derivandum esse putant, ut proprie ἐγκάθετος dicatur, *qui esca et reti pisces capit et fallit*, nam κάθετος etiam *lineam piscatoriam et rete* notat, *quod in aquam demittitur.* Quocunque vero modo derivetur, nam æque commode etiam ab ἐγκαταθίημι *depono, condo*, deducere aliquis posset, tamen ex multis veterum locis æque ac allatis Lexicographorum vett. interpretationibus satis constat, ἐγκάθετον

2. in universum *omnem, qui insidias alteri struit quocunque modo*, dici, et speciatim: *qui subornatus est ab aliis, ut clam subrepat ad auscultandos et explorandos alios et tentandum aliquid, quo aliis noceat*, et æque late patere ac vocem ἐγκαθίημι, quæ *in insidiis collocare, ad insidias aliis faciendas subornare* significat. Sic semel in N. T. legitur Luc. XX, 20. ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους miserunt subornatos insidiatores, ut ex sermonibus Jesu aliquid elicerent, quo ei nocere possent, quasi ἐγκαθίζοντας ὡς ἔνεδρον τῷ στόματι Ἰησοῦ, ut verbis Sirac. VIII, 11. utar. Joh. XIX, 12. ἐκύκλωσάν με ἐγκάθετοι. *Joseph.* de B. J. VI, 5. 2. *Æschin. Socr.* Dial. III, 12. *Polyb.* XIII, 5. 1. Adverbium ἐγκαθέτως *subdole et insidiose*, legitur apud *Diod. Sic.* XVI, 68. Confer *Wetstenii. N. T.* T. I. p. 792.

Ἐγκαίνια, ίων, τὰ, 1. *festum quodcunque in memoriam alicujus rei initiatæ, renovatæ vel repurgatæ institutum*, ex ἐν et καινὸς *novus. Suid.* ἐγκαίνια· ἑορτή, καθ' ἣν ἐκαινουργήθη τι. In vers. Alex. Hebr. חֲנֻכָּה respondet, quæ *initiationem*, seu *dedicationem, solenni consecratione peractam*, significat, Ezra VI, 17. Nehem. XII, 27. pro qua voce Hebraica in eadem versione etiam ἐγκαινισμὸς, Num. VII, 10. 11. et ἐγκαίνωσις, ibid. v. 88. invenitur.

2. speciatim in N. T. sic dicitur

festum annuum octo dierum, incidens in diem 25. mensis Cisleu (nostro *Decembri* respondentis) *institutum a Juda Maccabæo* (1 Macc. IV, 52. 58. 59. 2 Macc. X, 6. 7. 8.) *in memoriam templi Hierosolymitani, a sordibus Antiochi Epiphanis repurgati, qui templum per tres annos profanaverat, ita, ut in aris, Jehovæ exstructis, deastris sacrificaret, quod, teste Josepho* (A. J. XII, 7. 7. ad quem locum vide observ. *Relandi.*), *φῶτα appellabatur, quia per totos hos octo dies lucernæ in domibus accendebantur.* Conf. *Ottii* Spicilegium ex *Josepho* p. 211. In N. T. semel commemoratur Joh. X, 22. ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις καὶ χειμὼν ἦν, ubi tamen nonnulli festum intelligunt, quod Judæi quotannis celebrabant in memoriam templi, a Sorobabele reædificati et ab Herode reparati, quod in tertium mensis *Adar* incidebat, qui respondet nostro *Martio.*

Ἐγκαινίζω, fut. *ίσω*, 1. proprie: *renovo rem, vetustate detritam,* aut *aliunde corruptam.*

2. *initio, inauguro, dedico, consecro,* et inprimis de initiatione novæ domus, seu templi exstructi usurpatur, quo in sensu apud Alex. Hebr. חָנַךְ respondet Deut. XX, 5. 1 Regg. VIII, 63. 2 Chron. VII, 5. Hinc lux affunditur loco Hebr. X, 20. ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν quam viam vobis initiavit, h. e. primus eam ingressus est. Jam, quia id, quod solemni ritu initiatur et certo usui dicatur, valorem, fidem et auctoritatem accipit, factum est, ut ἐγκαινίζειν,

3. etiam significaret, *ratum facere, sancire, stabilire et confirmare.* Sic in N. T. legitur Hebr. IX, 18. ὅθεν οὐδ' ἡ πρώτη (scil. διαθήκη, coll. v. 16. et 17.) χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται ideo nec prius fœdus sine sanguine, seu morte animalium, sanciri et ratum fieri poterat. *Chrysost.* βεβαία γέγονεν, ἐκυρώθη. *Syrus:* ܩܝܡ ܗܘܐ *confirmatum fuit.*

Ἐγκαλέω, ῶ, fut. *ήσω.* Verbum judiciale, *in jus voco, accuso aliquem criminis coram judice, causam infero, crimen intento,* i. q. κατηγορέω. Conf. *Abresch.* Dilucidd. Thucyd. p. 147. *Etym. M.* ἐγκαλῶ· ἔγκλησιν εἰσάγω καὶ καταδίκην. *Hesych.* ἐγκαλεῖν· αἰτιᾶσθαι, προκαλεῖσθαι. In hac vero notione apud Græcos fere semper cum genitivo, præmissa præpositione περὶ et κατὰ, rarius cum dativo construitur, ut docuit *Stoeberus* ad *Thom. M.* p. 262. Act. XIX, 38. ἐγκαλείτωσαν ἀλλήλοις causam inter se disceptent. ibid. v. 40. XXIII, 28. 29. XXVI, 2. 7. Rom. VIII, 33. *Polyb.* III, 15. 7. IV, 47. 1. *Xenoph. Cyrop.* I, 2. 7.

Ἐγκαταλείπω, fut. *είψω*, 1. proprie: *celerius curro et alium a tergo relinquo,* unde ἐγκαταλείπεσθαι speciatim de *iis* usurpatur, *qui sunt in stadio relicti et cursu superati. Herodot.* VIII, c. 59. οἱ δέ γε ἐγκαταλειπόμενοι οὐ στεφανοῦνται, ubi vid. *Wessel.* et *Valckenar.* 2 Cor. IV, 9. διωκόμενοι ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι persequuntur nos, non tamen cursu superamur.

2. *derelinquo, desero.* Act. II, 27. οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου non derelinques animam meam in inferno. 2 Tim. IV, 10. Δημᾶς με ἐγκατέλιπεν. Hebr. X, 25. *Polyb.* IV, c. 15. et *Excerpt.* p. 1438. *Demosthen. c. Theocrin.* p. 507.

3. *reservo, reliquum et superstitem facio.* Rom. IX, 29. εἰ μὴ Κύριος ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα nisi Jehova parvum ex insigni multitudine numerum piorum conservasset, coll. Ies. I, 9.

4. *desero aliquem in ipso discrimine, destituo auxilio, non juvo.* Matth. XXVII, 46. ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; quare me deseruisti? coll. Ps. XXII, 2. Marc. XV, 34. 2 Tim. IV, 16. Heb. XIII, 5. Eodem modo עָזַב, cui in vers. Alex. hæc vox respondet, usurpatum legitur Genes. XXVIII, 15. Deut. XXXI, 6. 8. Cæterum legi merentur, quæ de variis verbi ἐγκαταλείπειν notionibus congessit *Irmisch.*

Exc. ad *Herodian.* I, 4. 18. Vol. I. Opp. p. 859.

'ΕΓΚΑΤΟΙΚΕ'Ω, ῶ, fut. *ήσω*, *habito*, *inhabito*, *incola sum*, ex ἐν et κατοικέω *habito*. Semel legitur in N. T. 2 Pet. II, 8. ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς.

'ΕΓΚΕΝΤΡΙ'ΖΩ, fut. *ίσω*, 1. proprie: *pugno*, *stimulo*, et de *equis* usurpatur, *per calcaria stimulandis*, unde ipse stimulus s. calcar ἐγκέντριον dicitur, teste *Hesychio* (ἐγκεντρίοις οἱ ἵπποι κεντρίζονται) et κέντρον, de quo infra dicendum erit.

2. *resectum surculum*, seu *taleam pungendo insero et demitto in stirpem alius arboris*, quia arborem parumper incidi oportet, ut talea per istam rimam inseri queat. *Phavorin.* ἐγκεντρίζειν ἐστὶ τὸ ἐγκεντεῖν καὶ ἐμβάλλειν φυτῷ τινι κλαδίσκον ἑτέρου φυτοῦ. Conf. *Geopon.* X, 76. *M. Antonin.* de se ipso XI, 7. *Theophrast.* Hist. Plant. II, 3. Hinc metaphorice

3. *recipio aliquem in societatem aliquam*, similitudine ab arboribus desumta. Et sic legitur speciatim de receptione gentilium in cœtum verorum Dei cultorum Rom. XI, 17. 19. 23. 24. Sæpius non legitur in N. T.

"ΕΓΚΛΗΜΑ, *ατος*, *τὸ*, *crimen*, *cujus aliquis accusatur*, *criminatio*, *accusatio*, ab ἐγκαλέω *accuso*. Bis legitur in N. T. Act. XXIII, 29. μηδὲν ἄξιον θανάτου ἢ δεσμῶν ἔγκλημα ἔχοντα cum tamen nihil commiserit vinculis aut morte dignum. ibid. XXV, 16. τόπον ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος locum sui defendendi contra crimination obtinuerit. *Thucyd.* I, 26. *Hesych.* ἔγκλημα· πταῖσμα, μέμψις.

ΕΓΚΟΜΒΟ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ώσομαι. Compositum est ex ἐν et κομβόομαι (quod est a κόμβος, quod proprie *nodum* significat, quo duæ res diversæ solent constringi ac connodari, teste *Suida*, *Phavorino* et *Eustathio* ad *Homer. Il.* κ'. p. 133.) De hac voce post *Thomam Gatakerum* in Adverss. Miscell. I, 8. 227. et *Dresigium* de Verbis Mediis N. T. I, p. 42. inprimis diligenter et copiose disputavit Cel. *Fischerus* Prol. V. de Vitiis Lex. N. T. p. 18. seq. qui e locis Scriptorum et Grammaticorum veterum docuit, vocabulum κόμβωμα non minus quam ἐγκόμβωμα et ἐγκόμβωσις (*Nicet.* III, 8. p. 288.) dictum esse non modo de *nodis* et *vinculis nodosis*, sed etiam de *vestibus*, *quæ nodis et vinculis adstringi solerent*, et maxime de genere quodam brevis pallii, quod reliquis vestibus superinjecerint et nodis connexum ex humeris dependerit. Hinc ἐγκομβόομαι æque ac κομβόομαι est partim: *nodo aliquid et vinculo connecto*, partim: *induo vestem*, *quæ nodis et vinculis adstringitur*, *palliolo me orno*, et generatim: *vestem elegantem induo*, seu *super alias induo*, nam *palliola* illa numerantur in partibus ornatus muliebris a Iesaia III, 22. licet etiam interdum usurpetur de *vestitu servorum*. Vid. *Pollux* Onom. IV, 18. *Hesych*, κομβώσασθαι· στολίσασθαι. κόμβωμα· στόλισμα. *Alberti* Gloss. N. T. App. p. 217. ἐγκομβώσασθε· ἐνειλήσασθε. περιβάλεσθε, ἢ ἀναστείλασθε. Jam, quemadmodum omnia verba *induendi* in linguis priscis omnibus eleganter ad eos transferuntur, qui sunt ornati, præditi et instructi aliqua re et virtute, ita etiam ἐγκομβοῦσθαι metaphorice notat: *se ornare et instruere aliqua virtute*, *studiosum esse alicujus virtutis*, quo in sensu semel in N. T. legitur 1 Petr. V, 5. τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε modestiam induite, h. e. operam date, ut modestia præditi et ornati conspiciamini. Vide *J. Sibrandæ* διάκρισιν ad locum 1 Pet. V, 5. in *Bibl. Brem.* Cl. VII, p. 953. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 696. Simili ratione voce ἐμπορποῦσθαι usus est auctor. 3 Macc. VII, 5. ἀγριωτέραν ἐμπεπορπωμένοι ὠμότητα. Conf. *Drusii Prov.* Cl. IV, l. 4. n. 17.

'ΕΓΚΟΠΗ', ῆς, ἡ, 1. proprie: *incisio*, *incisura*, ab ἐγκόπτω *incido*, et speciatim de *incisionibus viæ* et *intercisionibus itineris* vel *cursus* usurpatur, ut vel ex loco apparet, quem *Suidas* s. h. v. attulit: χωρὶς ἐγκοπῶν καὶ κλιμακτήρων οὐκ ἦν ἐπιβῆναι τῆς πέτρας.

2. *omne impedimentum, omne quod propagationem alicujus rei retardat et impedit.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. IX, 12. ἵνα μὴ ἐγκοπήν τινα δῶμεν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ ne cursum evangelii impediamus, h. e. ne impedimentum objiciamus propagationi religionis Christianæ. Sæpius in N. T. non legitur. *Hesych.* ἐγκοπήν· ἔνεδρον, ἐμπόδιον.

ΕΓΚΌΠΤΩ, fut. όψω, 1. proprie: *incido et incidendo separo*, v. c. ἐγκόπτειν ὁδὸν *incidere viam, facere fossas in via, ne hostis præcurrere possit.*

2. metaphorice: *interpello, impedio, detineo, moror.* Act. XXIV, 4. ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖόν σε ἐγκόπτω ne te diutius oratione mea morer. Rom. XV, 22. sæpius impeditus sum. Galat. V, 7. τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε; ubi tamen et rectius, ut opinor, legitur in codicibus optimæ notæ ἀνέκοψε, sensu eodem. *Hesych.* ἐγκόπτει, ἀνακόπτει. 1 Thess. II, 18. καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς Σατανᾶς. 1 Pet. III, 7. εἰς τὸ μὴ ἐγκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν ne preces vestræ irritæ cadant. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* ἐνεκοπτόμην· ἐνεποδιζόμην. *Phavor.* ἐνέκοψεν· ἐνεπόδιζεν.

ΕΓΚΡΆΤΕΙΑ, ας, ἡ, *temperantia, abstinentia, continentia*, quæ non solum in vi cernitur, qua quis se ipsum a nimio cibo ac potu continet, sed in rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatione, ut verbis *Ciceronis* utar de Invent. II, c. 54. et Græce σωφροσύνη dicitur. *Andr. Rhodius* περὶ παθῶν p. 12. τὸ δύνασθαι κατέχειν τῷ λογισμῷ τὴν ἐπιθυμίαν ὁρμῶσαν ἐπὶ τὰς φαύλας ἀπολαύσεις τῶν ἡδονῶν. Act. XXIV, 25. ubi inprimis *moderationem, quæ circa Venerem versatur*, seu *castitatem* significat, qua voce etiam *Vulgatus* usus est. Galat. V, 23. 2 Pet. I, 6. *Suid.* ἐγκράτεια· ἡ τῶν κακῶν ἀποχή. *Sext. Empir. Phys.* I, 153. Ib. 156. huic virtuti opponitur ἀκρασία. Vide *J. D. Winkleri Comm. de genuina* τῆς ἐγκρατείας *significatione* ad 2 Petr. I, 6. quæ exstat in *Actis Soc. Lat. Jenens.* Vol. II, pag. 24.

ΕΓΚΡΑΤΕΎΟΜΑΙ, fut. εὑσομαι, *ab aliqua re mihi tempero, abstineo, dominor in omnes non rectos animi impetus.* Sic v. c. de dono continentiæ, seu abstinentiæ ab usu alterius sexus legitur 1 Cor. VII, 9. εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται si continere se non possunt, nuptias faciant. De iis, qui in certaminibus publicis certaturi abstinere jubebantur a Venere, vino et cibis delicatioribus, et vitam athleticam agere. (vid. *Epictet.* Enchirid. c. 29. et *Jac. Lydii Agonist. SS.* c. 3.) reperitur 1 Cor. IX, 25. πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται cæterum omnis certaturus abstinet ab omnibus rebus, quæ studio suo nocere et firmitati corporis inimicæ esse possent, Conf. Interpp. ad *Ælian. V. H.* X, 2. XI, 3.

ΕΓΚΡΑΤῊΣ, ές, ὁ, ἡ, 1. proprie notat *eum, qui potens est, valens et validus, et in potestate sua habet aliquid, qui compos fit alicujus rei et ea potitur.* (ex ἐν et κράτος *robur, potentia.*) Sic v. c. apud medicos vett. ἐγκρατὴς opponitur τῷ ἀκρατὴς *debilis, invalidus, imbecillis.* Conf. *Foësii* Œcon. Hippocrat. p. 109. *Ælian. V. H.* IV, 5. ὅτε ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς βασιλείας *regno potitus.* 2 Macc. X, 15. 17. Sirac. XV, 1. ἐγκρατὴς γνώσεως τοῦ νόμου.

2. *temperans, abstinens, continens, qui potestatem habet sui ipsius et suos affectus rationis ac religionis imperio subjicere novit.* Sic semel in N. T. legitur Tit. I, 8.

ΕΓΚΡΊΝΩ, fut. ῶ, *catalogo ac numero insero, accenseo aliis, annumero, socium me addo.* (ex ἐν et κρίνω *judico, decerno.*) Opponitur τῷ ἐκκρίνειν τινὰ, h. e. *excludere aliquem cœtu ac sejungere.* *Xenoph.* Cyrop. I, 2. 14. Conf. *Budæi* Commentarii Ling. Gr. p. 966. In N. T. semel legitur 2 Cor. X, 12. οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτοὺς τισὶ τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων, h. e. non possum a me im-

petrare, ut me nonnullis accenseam admisceamve, qui de se multa prædicare solent. Hujus significationis, apud Græcos obviæ, multa exempla *Wetstenius* ad h. l. collegit, et reliqui interpretes e *Budæi* Commentariis et *Stephani* Thesauro repetierunt. Mihi hæc tantum adspergere liceat. *Demosthen.* c. *Leptin.* p. 489. edit. *Reiske* ἐγκρίνεσθαι εἰς τὴν γερουσίαν *in senatum cooptari.* *Xenoph.* Hist. Gr. IV, 1. 19. ἐγκρίνεσθαι εἰς τὸ στάδιον accenseri numero eorum, qui in stadio currunt. Alia exempla dedit *Krebsius in Obss. Flav.* p. 310. et Ven. *Morus* in Progr. in locum Paulinum 2 Cor. X, 12—17. Lips. 1781. 4. Interdum tamen ἐγκρίνειν etiam notionem *præferendi* habet, v. c. *Polyb.* IX, 2. *Cyrill.* Hieros. Catach. 10. πάντων ἔγκριτοι *omnium præstantissimi.* *Hesych.* ἔγκριτος· ἐκλελεγμένος. *Suid.* ἐγκρίνει· συντάττει.

ΕΓΚΡΥΠΤΩ, fut. ύψω, 1. *condo, tego, occulto.* (ex ἐν et κρύπτω *abdo, abscondo.*)

2. *immisceo, indo, depso, subigo.* In N. T. usurpatur de fermento, quod cum farina commiscetur. Matth. XIII, 33. et Luc. XIII, 21. ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία quod, sc. fermentum, commiscuit mulier quædam cum satis tribus farinæ. Sæpius in N. T. non legitur. In vers. Alex. Hebr. עִרְבֵּב *depsere* respondet Ezech. IV, 12. Conf. *Schultens.* ad Job. XXX, 25.

ΕΓΚΥΟΣ, ου, ἡ, *prægnans, gravida,* ἡ γυνὴ ἐγγαστρωμένη, παρὰ τὸ κύειν, τὸ κατὰ γαστρὸς ἔχειν, interprete auctore *Etym. M.* (ex ἐν et κύω *gravida sum, in utero gesto.*) Semel in N. T. legitur Luc. II, 5. de Maria οὔσῃ ἐγκύῳ, Hebr. הָרָה Jer. XXXI, 8. Sirac. XLII, 10. *Athenæus* IX. p. 387. *Eustath.* in Od. λ'. p. 430. 33.

ΕΓΧΡΙΩ, fut. ίσω, *inungo, illino,* i. q. ἐπιχρίω, ex ἐν et χρίω *ungo.* In N. T. tantum legitur Apoc. III, 18. κολλούριον ἔγχρισον τοὺς ὀφθαλμούς σου collyrio inungas oculos tuos. Jer. IV, 30. ἐὰν ἐγχρίσῃ στίβῃ τοὺς ὀφθαλμούς σου, ubi Hebr. קָרַע *lacerare* respondet.

Apud Græcos ἐγχρίειν etiam notionem *pungendi, aculeo feriendi* habere, præter *Hesychium* (ἐγχρίει· τύπτει, ἐγκεντρίζει.) *Eustathius* testis est ad *Homer.* Odyss. β'. p. 102. Confer et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 763.

ΕΓΩ, gen. ἐμοῦ, et μοῦ per aphæresin, 1. *Ego.* Est pronomen primæ personæ, cujus genitivi singularis et pluralis numeri, interdum etiam dativus, more Hebræorum possessive sumitur, v. c. Matth. XXI, 13. οἶκός μου templum mihi exstructum. Marc. VI, 23. τῆς βασιλείας μου. Matth. II, 6, τὸν λαόν μου Ἰσραὴλ et alibi passim.

2. Interdum pleonastice additur, v. c. Matth. VIII. 7. Marc. VI. 16. Act. XVII, 3. etc.

3. emphaseos gratia additur, v. c. Matth. III, 11. 14. V, 22. 28. 32. 34. 39. 44. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ego vero (purioris doctrinæ auctor a Deo missus) vos doceo, seu, vobis edico. Matth. XIV, 27. ἐγώ εἰμι ego vester, notus ille et ex ipsa voce agnoscendus. Marc. XII, 26. Joh. XIII, 19. ὅτι ἐγω εἰμι me esse verum Messiam. Act. VII, 32. ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων, 2 Cor. X, 1. αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος.

4. in epistolis Paulinis pronomen ἐγὼ aliquando quidem æque ac ἡμεῖς (v. c. Rom. III, 8. 2 Cor. I, 10.) ipsum apostolum notat, interdum tamen etiam alios homines, Judæum v. c. aut gentilem, quorum personam induit, v. c. Rom. VII, 8. 9. 10. 11. seq. 1 Cor. X, 30. Eodem modo ἡμεῖς Galat. II, 4. de omnibus Judæis, ad religionem Christianam conversis, et Ephes. I, 4. 5. de omni Christianorum cœtu explicandum est.

5. *mea persona, forma externa, habitus corporis mei.* Joh. VII, 28. κἀμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμὶ meam quidem personam et parentes meos nostis.

6. τί ἐμοὶ καὶ σοί; quid mihi rei et negotii tecum est? *mitte me nunc.* Matth. VIII, 29. τί ἡμῖν καὶ σοί; Marc. V, 7. Joh. II, 4. Hebraicum

מַה־לִּי וָלָךְ, Jos. XXII, 24. Judd. XI, 12. 2 Sam. XVI, 10. Ies. IV, 3. 7. ἐγὼ est vox annuentis, affirmantis et declarantis se paratum esse et promptum ad exsequenda mandata alicujus. Matth. XXI, 30. ἐγὼ, κύριε præsto sum, patĕr. Act. IX, 10. ἰδοὺ ἐγὼ, Κύριε. Eodem modo apud Hebræos הִנֵּנִי 1 Sam. III, 8. Num. XIV, 40. אֲנִי et אֲנֹכִי 2 Sam. II, 20. XX, 17. 1 Regg. XIII, 14. et ἐγὼ apud Græcos quoque Scriptores adhibetur, v. c. *Aristoph. Nub.* 721. 768. *Equit.* 33. *Cebet. Tabul.* p. 58.

ΕΔΑΦΙΖΩ, fut. *ίσω*, *ad terram prosterno.* (ab ἔδαφος *solum.*) Ita enim cum Vulgato Int. ad Luc. XIX, 44. generalis hujus vocis notio constituenda esse videtur, ut causa appareat, cur veteres hoc verbo non solum de *hominibus, qui solo alliduntur et humi sternuntur*, sed etiam de *oppidis, quæ solo æquantur*, h. e. *ita destruuntur, ut ad soli planitiem redigantur*, usi fuerint. Utriusque usus loquendi vestigia extant in loco Luc. XIX, 44. καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοὶ et te quidem (sc. Hierosolymam) solo æquabunt, cives vero tuos solo allident et interficient. Sæpius non legitur in N. T. Amos IX, 14. καὶ οἰκοδομήσουσι πόλεις ἠδαφισμένας, Hebr. עָרִים נְשַׁמּוֹת. Ies. III, 26. καὶ εἰς τὴν γῆν ἐδαφισθήσῃ. Hos. X, 14. μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἠδάφισαν. Nahum. III, 10. Ps. CXXXVII, 9. *Hesych.* ἐδαφιοῦσι· προσκρούσουσι τῇ γῇ. — ἠδαφίσθησαν· εἰς ἔδαφος ἀνῃρέθησαν. *Phavor.* ἐδαφιεῖ· προσκρούσει, προσρήξει. Apud Græcos interdum etiam *pavire, complanare* notat, v. c. *Polyb.* VI, 33. 6. καὶ τὸν περὶ τὴν σκηνὴν τόπον ἠδάφισαν.

ΕΔΑΦΟΣ, εος, τὸ, *solum, fundus. Hesych.* γῆ. In N. T. tantum legitur Act. XXII, 7. ἔπεσον εἰς τὸ ἔδαφος cecidi in solum. In vers. Alex. Hebr. קַרְקַע Num. V, 17. 1 Regg. VI, 15. respondet. *Xenoph. Cyr.* VII, 5. 8.

ΕΔΡΑΙΟΣ, αία, αῖον, 1. proprie: *sedentarius, qui sedem non facile mutat*, ab ἕδρα *sella, sedes. Xenoph. de rep. Laced.* I, 3. *Plutarch.* T. X. p. 642. ed. *Reiske.*

2. metaphorice: *constans, tenax propositi, qui se non facile ab aliqua re aliorum sermonibus aut incommodis dimoveri patitur.* 1 Cor. VII, 37. ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ qui vero firmiter sibi proposuit. ibid. XV, 58. ἑδραῖοι γίνεσθε constantes manete in hac doctrina Christiana. Coloss. I, 23. siquidem in religione manetis firmi ac stabiles. Apud *Plutarch.* T. V. *Opp.* p. 214. ed. *Reiske* de militibus dicitur, qui nihil se moventes incursum hostium excipiunt. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* ἑδραῖοι· σταθηροὶ, ἀσάλευτοι·—ἑδραῖον· βάσιμον, στερεόν· *Phavorin.* ἑδραῖος· σταθηρὸς, ἀσάλευτος, ἀκλόνητος.

ΕΔΡΑΙΩΜΑ, τος, τὸ, 1. proprie: *basis, fundamentum, cui ædificium innititur, stabilimentum, sedes*, ab ἑδραιόω *stabilio, firmo.*

2. metaphorice: *doctrina primaria, gravissimum caput, locus primarius.* In N. T. tantum extat 1 Tim. III, 15. στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας præcipuum vero et omnium consensu gravissimum caput omnis religionis Christianæ.

ΕΖΕΚΙΑΣ, ου, ὁ. *Ezechias, Hiskias*, nomen proprium regis Judaici, filii Achasi, qui Hebraice חִזְקִיָּהוּ et יְחִזְקִיָּהוּ vocatur, a חִזְקִי *robur meum*, et יָהּ, nomine divino. Legitur in N. T. Matth. I, 9. 10.

ΘΕΛΟΘΡΗΣΚΕΙΑ, ας, ἡ, vi etymologiæ et usus loquendi partim *cultum Dei voluntarium et spontaneum* aut *cultum divinum ab hominibus excogitatum et ad arbitrium humanum fictum*, partim *affectatum religionis studium, quo quis sibi vehementer placet, qui excellere pietate cupit*, significare potest. Nam compositum est ex θρησκεία *externus cultus divinus*, etiam *superstitiosus Deorum cultus*, et ἐθέλω. Ἐθέλω vero, vel aliis verbis junctum, vel cum præpositione constructum, non solum *sponte aliquid facere* notat,

(v. c. ἐθελόδουλος *qui se sponte in servitutem dedit*, ἐθέλεχθρος *qui non lacessitus alteri inimicus est*) sed etiam *affectare aliquid* significat. Sic v. c. ἐθελόπονος dicitur, *qui vanæ gloriæ captandæ causa laboriosus videri affectat*, ἐθελάστειος *urbanitatem et elegantiam affectans*, ἐθελόσοφος *affectator sapientiæ*, et apud *Polyænum* (p. 131. et 151.) et *Polybium* (V. *Ernesti Glossar. Polyb.* p. 135.) ἐθελοκακεῖν *milites* dicuntur, *qui armis abjectis fugiunt et simulato pavore hosti cedunt.* Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 290. In N. T. legitur semel Coloss. II, 23. sed ibi designat *affectatum religionis studium*, τὴν ὑποκρινομένην εὐλάβειαν ἐν τῇ θρησκείᾳ, ut *Theophylactus* interpretatur. Legitur præterea hæc vox in *Epistola Episcoporum Orientalium* (in *Mansi collectione Conciliorum* T. IV. p. 1380. et *Theodoreti Opp.* T. IV. ed. *Halens.* p. 1331.) qua Cyrillum conqueruntur misisse κεφάλαιά τινα μετ' ἀναθεματισμῶν, μετὰ πάσης ἐθελοθρησκείας, h. e. ita, ut singularem pietatem in religionis puritate servanda aut orthodoxia defendenda simularet. *Hesych.* ἐθελοθρησκείαν· ἐθελοσέβειαν.—*Suid.* ἐθελοθρησκεῖ· ἰδίῳ θελήματι σέβει τὸ δοκοῦν.

ΕΘΈΛΩ, fut. ήσω, *volo*. Vide infra θέλω.

ΕΘΊΖΩ, fut. ίσω, *assuefacio*, ΕΘΊΖΟΜΑΙ, *assuefio*. *Xenoph.* de Re Equ. III, 8. *Herodian.* V, 7. 9. εἴθιζε αὐτὸν τοῖς γυμνασίοις. *Ælian. V. H.* III, 23. τὰ εἰθισμένα quæ fieri solent. *Hesych.* ἐθίζει· ἔθος ποιεῖ. Semel in N. T. legitur Luc. II, 27. κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου ex legis ritu, aut secundum præceptum legis Mosaicæ, nam ἐθισμὸς, quod est i. q. τὸ εἰθισμένον, Hebraico מִשְׁפָּט respondet in vers. Alex. 1 Regg. XVIII, 28. quod alias per ἐντολή, νόμος, πρόσταγμα reddi solet.

ΕΘΝΆΡΧΗΣ, ου, ὁ, *alicui genti, sive majori illi, sive minori regendæ præfectus, sed regis auctoritate et nomine destitutus*, qui interdum etiam ἐπίτροπος dicitur. Ex ἔθνος *gens* et ἄρχων *princeps*. Sic v. c. præfectus, quem Judæi Alexandrini habebant ἐθνάρχης dicebatur, ut ex *Strabone* refert *Josephus* A. J. XIV, 7. 2. et ibidem XIII, 6. 6. *Simon*, Judæorum pontifex, ἐθνάρχης vocatur, coll. 1 Macc. XIV. 47. XV, 1. 2. *Lucianus* in *Macrob.* 17. ἀντὶ ἐθνάρχου βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρου. Conf. *Krebs.* ad Decreta Romanorum pro Judæis e *Josepho* p. 391. In N. T. semel legitur 2 Cor. XI, 32. ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ βασιλέως præfectus Syriæ Damascenæ nomine regis Aretæ. Conf. *J. G. Heynii* Diss. 2. de *Ethnarcha Aretæ Arabum regis Paulo Apostolo insidiante. Viteb.* 755. 4. et *I. E. I. Walchii* D. de *Ethnarcha Judæorum Damascenorum Paulo insidiantium*, in Ej. *Diss. in Acta Apostol.* Vol. II.

ΕΘΝΙΚΌΣ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *gentilis, genti alicui peculiaris et proprius*, ab ἔθνος *gens*. *Polyb.* XXX, 10. 6. *Dion. Halic.* T. VI, p. 838.

2. *a vera religione Judaica et Christiana alienus, gentilis, ethnicus.* Matth. VI, 7. ὥσπερ οἱ ἐθνικοὶ gentilium more. ib. XVIII, 17. ἔστω σοι, ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς eum habeas pro ethnico, h. e. fuge ejus commercium. Sæpius in N. T. non legitur.

ΕΘΝΙΚΩ̃Σ. Adv. *gentiliter*, h. e. *accommodate moribus ac ritibus gentilium*, seu *hominum, a religione Judaica alienorum*, a præced. Semel legitur in N. T. Galat. II, 14. ἐθνικῶς ζῇς more gentilium vivis, ubi opponitur τῷ Ἰουδαϊκῶς.

ΕΘΝΟΣ, εος, contracte ους, τὸ,

1. *populus, gens, natio.* Matth. XX, 25. οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν principes populorum. ibid. XXI, 43. XXIV, 7. ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος insurget gens contra gentem. Act. II, 5. ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. ibid. VII, 7. gens Ægyptiaca. VIII, 9. gens Samariæ tractum occupans.

2. *gens Judaica*, omisso τῶν Ἰουδαίων, quod additur Act. X, 22. Sic legitur Luc. VII, 5. XXIII, 2. Joh. XI, 48. 50. 51. 52. Act. XXIV, 3. 10. Interdum etiam pluralis τὰ ἔθνη de *populo Judaico* usurpatur, v. c. Luc. XXI, 25. καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν,

coll. Matth. XXIV, 30. καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Act. IV, 25.

3. *gens, idolorum cultui dedita, et a vera religione, Judaica ac Christiana, aliena,* ad imitationem Hebraici גּוֹי Nehem. V, 8. 9. Matth. IV, 15. Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν Galilææ pars, quam exteræ nationes incolebant. ibid. X, 5. Luc. II, 32. τὰ ἔθνη opponuntur τῷ λαῷ Θεοῦ Ἰσραήλ. Act. XV, 14. et in epistolis Paulinis passim.

4. *gentiles, ad religionem Christianam conversi,* a priori vitæ et doctrinæ ratione τὰ ἔθνη dicuntur, v. c. Rom. XI, 13. Ephes. III, 1. 6.

5. *genus, multitudo.* Act. XVII, 26. πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων, ubi in haud paucis codicibus γένος loco ἔθνος e glossemate legitur. 1 Pet. II, 9. ἔθνος ἅγιον i. q. in antecedd. γένος ἐκλεκτόν. Apoc. XXI, 24. τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων. Sic ἔθνος non solum in vers. Alex. τῷ הָמוֹן *multitudo,* 2 Paralip. XXXII, 7. respondet, sed etiam apud Græcos Scriptores metaphorice *multitudini animantium, brutorum* tribuitur, v. c. *Apollon.* de Vit. Soph. I, 25. p. 532. ed. *Olear.* πολλὰ δὲ ἔθνη κυνῶν. *Homer.* Iliad. β'. 87. 459. 469. κ'. 594. *Phavorin.* ἔθνος· τὸ πλῆθος. Eodem sensu apud Latinos *gens,* v. c. *Horat.* Epod. II, v. 2. *Virg.* Æn. I, 435. VII, 282. usurpatur.

Ἦθος, εος, contracte ους, τὸ,

1. *mos, consuetudo vel genti cuidam, vel singulis hominibus recepta.* Luc. XXII, 39. κατὰ τὸ ἔθος ex more. Pro κατὰ τὸ ἔθος Græci etiam dicunt κατὰ τὸ εἰωθός. Joh. XIX, 40. καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν. Hebr. X, 25.

2. *institutum, ritus sacer.* Luc. I, 9. II, 42. Act. VI, 14. καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς et institutos a Mose ritus abrogabit. Act. XVI, 21. ibid. XXI, 21. τὰ ἔθη κατ' ἐξοχὴν dicuntur leges et ritus ceremoniales, quibus Judæi ab aliis populis discernebantur, qui etiam a *Philone* et *Josepho* (v. c. A. J. XVI, 6. 7.) passim τὰ ἔθη et οἱ ἐθισμοὶ vocantur. Act. XXVI, 3. Conf. *Gronov.* ad *Ælian.* V. H. VIII, 3.

3. *licitum secundum leges, legi conveniens, legitimum.* Act. XXV, 16. οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις non fieri potest per leges Romanas.

4. Interdum omittitur. Act XIV, 1. κατὰ τὸ αὐτὸ, scil. ἔθος, pro more, i. q. κατὰ τὸ εἰωθὸς cap. XVII, 2.

Εἴωθα, perf. med. εἴωθα, *facio aliquid ex consuetudine, soleo,* ab ἔθος. Matth. XXVII, 15. κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν singulis autem diebus festis consueverat præses dimittere. Marc. X, 1. ὡς εἰώθει ut consueverat. Participium εἰωθὼς, υῖα, ὸς, cujus neutrum nominascens *consuetudinem, morem* significat. Luc. IV, 16. κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ. Act. XVII, 2. Sæpius non legitur in N. T.

Εἰ'. Conjunctio conditionalis, quæ apud Græcos æque ac Scriptores N. T. jungitur indicativo, optativo, rarissime autem conjunctivo, ut docuit *Zeunius* ad *Vigerum* de Idiotismis Ling. Gr. p. m. 415. seq. Edit. Glasg. 1813.

1. *si.* Matth. IV, 3. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ si vere es filius Dei. ibid. v. 6. V, 29. 30. VII, 11. XII, 7. Joh. IV, 10. εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ si nosses, quantum sit hoc beneficium a Deo tibi destinatum; ad quem locum observandum est, formulas: ἦν γνῶτε, ἦν γνῷς et εἰ ᾔδεις adhiberi a Græcis, quando summam alicujus rei præstantiam aliis significare volunt, ut docuit *Abresch.* in Dilucidd. Thucyd. p. 392.

3. est conjunctio concessiva, inprimis sequente ἀλλὰ, *etsi, etiamsi, quanquam,* i. q. εἰ καί. Luc. XVIII, 4. εἰ καὶ τὸν Θεὸν οὐ φοβοῦμαι κ. τ. λ. etiamsi nec Deum nec hominem ullum revereor. Rom. XI, 17. 1 Cor. IX, 2. εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι. 2 Cor. XIII, 4. εἰ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. Coloss. II, 5. Ad rariores significationes particulæ εἰ referunt, quando ponitur pro εἰ καὶ *quamvis.* Eodem tamen sensu apud *Aristoph.* Vesp. v.

297. reperiri, docuit *Zeunius* ad *Vigerum* de Idiotismis Ling. Gr. p. 415. seq. Edit. Glasg. 1813. Et sic interdum etiam *si* (v. c. *Virg.* Ecl. X, 65.) et particula Hebr. אִם Job. XX, 6. usurpatur.

3. *quum*, et in ratiocinando maxime adhibetur, ubi aliquid tanquam certum sumitur. Matth. XXII, 45. *εἰ οὖν Δαβὶδ καλεῖ αὐτὸν Κύριον* quum itaque Davides eum Dominum suum vocat. Joh. VIII, 46. XIII, 14. 17. XV, 20.

4. *quandoquidem*, *quoniam*, pro *ἐπεί* Act. IV, 9. *εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα* quandoquidem nos hodie interrogamur; sequitur apodosis v. 10. *γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν.* ibid. XI, 17. et XVIII, 15. *εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ τοῦ νόμου. - - - ὄψεσθε αὐτοί* quoniam vero quæstio est de lege s. religione, ipsi videatis. Marc. IX, 22. *εἴ τι δύνασαι* si quidem potentissimus es. Similis huic est locus apud *Sophocl.* Ajac. Flag. v. 329. *εἰ δύνασθέ τι.* Rom. VIII, 31. Eodem modo *quando*, pro *quandoquidem* legitur apud *Valer. Flacc.* Argonaut. V, 41.

5. *quod*, pro *ὅτι*, ita, ut non rem dubiam, sed certam et indubitatam indicet. Marc. XV, 44. *ἐθαύμασεν, εἰ ἤδη τέθνηκεν* miratus est, quod jam mortuus esset. Act. XXVI, 8. *ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει*; num incredibile vobis est, mortuos a Deo excitare posse? ibid. v. 23. 1 Cor. I, 16. 1 Tim. V, 10. Hebr. VII, 15. 1 Joh. III, 13. *Xenoph.* Mem. I, 1. 13. *ἐθαύμαζε δὲ, εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἔστιν.* ibid. 18. et 2. 13. *Homer.* Iliad. *φ'*. 216. Alia loca dedit post *Marklandum* ad *Lysiam* p. 670. ed. *Reiske*, *Krebsius* in Obss. Flav. p. 95. Ita etiam *si* legitur apud *Livium* VII, 31.

6. *ut.* Act. VIII, 22. *δεήθητι τοῦ Θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθησεταί σοι κ. τ. λ.* roga Deum, ut remittatur tibi. ibid. XVII, 27. *εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν* ut illum palpando quasi reperirent. Marc. XI, 13. *ἦλθεν, εἰ ἄρα εὑρήσει τί ἐν αὐτῇ* accessit eo consilio, ut quid in ea reperiret. Respondet in hoc sensu Hebraico אוּלַי, (quod Alexandrini fere semper per *εἰ*, interdum tamen, v. c. Exod. XXXII, 30. per *ἵνα* reddiderunt,) et Hebraico אִם 2 Sam. XX, 20. Job. XXVII, 5. Eadem ratione *εἰ* apud Græcos pro *ἵνα* vel *ὅπως* ponitur, v. c. *Æsop. Fab.* 128. ed. *Oxon. Homer. Il.* II, 99. X, 19. ad quem locum *Eustathius* p. 699. 41. *εἴληπται γὰρ τὸ εἰ ἀντὶ τοῦ ὅπως, ἢ τοιούτου τινὸς αἰτιολογικοῦ συνδέσμου.*

7. ut *si* apud Latinos (v. c. *Terent.* Heaut. III, 1. 45. "si sit rogas" *Virgil. Æn.* IV, 192. *Propert.* II, 29.) *an? num? utrum?* i. q. *πότερον*; Matth. XII, 10. *εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν*; licetne sabbato sanare? Marc. VIII, 23. *εἴ τι βλέπει*; utrum quid videat? Luc. VI, 7. *εἰ ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύσει* an sabbato sanaturus esset ibid. XXII, 49. Act. I, 6. XXV, 20. Pro הֲ *num? an?* in vers. Alex. legitur Gen. XVII, 17. Judd. II, 22. 1 Sam. X, 22. *Xenoph.* de Re Equestri I, 1. 9. Conf. *Zeunius* ad *Vigerum* p. 414. Edit. Glasg. 1813.

8. *annon?* pro *εἰ μή*; 1 Cor. VII, 16. *εἰ τὸν ἄνδρα σῶσεις — εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις* annon maritum aut uxorem ad Christianam religionem perducere possis.

9. per se solum, aut conjunctum cum particula *γὰρ*, *utinam*, *o si*, particula optandi, pro qua Græci fere *εἴθε* ponere solent. Luc. XIX, 42. *εἰ ἔγνως* utinam nosses! o si cognosceres! ib. XXII, 42. *εἰ βούλει* utinam tibi placeret! *Philostrat.* Vit. *Apollon.* VII, c. 6. *εἰ γὰρ καὶ σὺ* utinam tu quoque! *Eurip.* Orest. v. 1209. Alex. Num. XXII, 29. Jos. VII, 7. Joh. XVI, 4. Ies. XLVIII, 8. Vid. *Zeunium* ad *Vigerum* p. 412. Edit. Glasg. 1813.

10. in juramentis et gravioribus asseverationibus vim habet absolute negandi, et reddendum est per *non*, *quod non*; omissa vero semper est formula jurisjurandi, pro ejus, qui loquitur, dignitate supplenda, v. c. *ita vivam*, *ita me Deus amet*, *ita Deus habeat.* Marc. VIII, 12. *ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται — — σημεῖον* certissime

vobis affirmo, nullo modo videbunt miraculum. *Syrus* ܐܠ habet h. l. æque ac Hebr. III, 11. ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου iratus juravi, quod nunquam introituri sint in terram quietis promissam. Imitati vero videntur Marcus et Paulus Scriptores V. T. Nam eodem modo אִם, vel simpliciter positum, vel præmissa formula jurisjurandi, sumitur Genes. XIV, 23. coll. v. 22. XXVI, 29. Num. XIV, 28. Ps. LXXXIX, 36. XCV, 11.

11. *ecce.* Luc. XII, 49. καὶ τί θέλω; εἰ ἤδη ἀνήφθη sed quid opto? ecce jam accensus est. Alexandrini εἰ posuerunt pro הֵן, Gen. IV, 14. Job. IV, 18. XV, 15. et הִנֵּה, Ezech. IV, 14. Apud Græcos Scriptores frustra in hac significatione quæritur.

12. Recte observavit *Krebsius* ad *Schoettgenii* Lexicon N. T. p. 191. τὸ εἰ æque ac ἐὰν, maxime sequente εἰ δὲ μὴ, aut simili formula, apud exteros æque ac sacros Scriptores ita poni, ut ad integritatem sensus aliquid supplendum relinquatur, quam figuram Grammatici σχῆμα ἀναναπόδοτον vocant. Rom. IX, 22. ubi post εἰς ἀπώλειαν e v. 21. supplenda est formula: οὐκ ἔχει ἐξουσίαν quis eum hoc nomine vituperare potest? Similis formula ad v. 23. post verba εἰς δόξαν e serie orationis repetenda est. Luc. XIII, 9. κἂν μὲν ποιήσῃ καρπὸν, supple, καλῶς ἔχει bene est. Huc etiam multi referunt locum Luc. XIX, 42. εἰ ἔγνως καὶ σὺ ubi subintelligendam esse statuunt formulam: *o quam bene tecum ageretur!* Cf. Alex. Exod. XXXII, 32. *Eustathium* et *Clark.* ad *Homer.* Iliad. α'. v. 135. *Casaubon.* ad *Athen.* VIII, 2. et *Küster.* ad *Aristoph.* Plut. v, 468.

ΕΙ ΓΕ, 1. *siquidem, quandoquidem,* ex εἰ et γε, dictione enclitica. 2 Cor. V, 3. εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι οὐ γυμνοὶ, εὑρεθησόμεθα siquidem etiam induti, non nudi reperiemur. Ephes. III, 2. IV, 21. Sic εἴγε pro ἐπειδὴ legitur apud *Philonem*) in lib. de *congressu quær. erudit. gratia* Opp. p. 424. de Sara: Hanc Moses, quod mirere, et sterilem ait et fœcundissimam, εἴγε τὸ πολυανθρωπότατον τῶν ἐθνῶν ἐξ αὐτῆς ὁμολογεῖ γενέσθαι quandoquidem frequentissimam omnium nationum ex hac progenitam fatetur.) *Dion. Halic.* IV. p. 211. l. 44. et περὶ τ. Θουκυδ. ἰδιωμ. Opp. T. II, p. 159. l. 17. Confer etiam *D. Whitby* Obss. ad Ephes. III, 2. T. II. Paraphr. p. 314. et *Homberg.* in *Pararg. Sacr.* p. 294.

2. *si modo.* Galat. III, 4. εἴγε καὶ εἰκῇ dummodo frustra. Coloss. I, 23. *Marc. Anton.* de Rebus suis V, 34. εἴγε καὶ ὀδῷ ὑπολαμβάνειν καὶ πράσσειν dummodo recte cogitas et agis. *Lucian. Jupit. Tragœd.* 36. *Ælian.* V. H. XII, 25.

ΕΙ' ΔΕ' *sin autem,* ΕΙ' ΓΑ'Ρ, *si enim.* 1 Cor. IX, 17.

ΕΙ' ΔΕ' ΜΗ', et ΕΙ' ΔΕ' ΜΗ' ΓΕ, *sin minus, alioquin.* Matth. VI, 1. εἰ δὲ μή γε. ibid. IX, 17. Marc. II, 21. 22. Joh. XIV, 2. εἰ δὲ μὴ si aliter se res haberet. *Lampe* in Comment. ad h. l. T. III, p. 104. verba hæc ita explicat: præterquam autem, quod dixi vobis, proficiscor paraturus vobis locum. Post εἰ δὲ μὴ et εἰ δὲ μή γε semper omissa est integra sententia e serie orationis facile supplenda. *Thucyd.* III, 3. *Epictet. Enchir.* c. 13. *Eurip. Iphig.* in *Aul.* 401. Conf. Interpp. ad *Vigerum* de Idiotismis Ling. Gr. p. 418. Edit. Glasg. 1813.

ΕΙ' ΚΑΙ', 1. *etsi, etiamsi.* Matth. XXVI, 33. Luc. XI, 8. XVIII, 4.

2. *si vel, si maxime.* 2 Cor. IV, 3. 16. VII, 8.

3. *si etiam, quando etiam.* 2 Cor. XI, 15. Hebr. VI, 9. Philipp. II, 17.

4. *num etiam? an fortasse, ut?* Philipp. III, 12. διώκω δὲ, εἰ καὶ καταλάβω.

ΕΙ' ΜΗ', 1. conjunctio exceptiva, *nisi, præterquam.* Matth. XI, 27. εἰ μὴ ὁ πατὴρ nisi pater. ibid. XII, 24. 39. XIII, 57. XIV, 17. XVI. 4. XXI, 19. XXIV, 22.

2. conjunctio adversativa, *sed, verum.* Matth. XII, 4. 1 Cor. VII, 17.

Apoc. IX, 4. Sic *nisi* pro *sed* crebro usurpatur Latinis v. c. *Cic. Fam.* XIII, 1. *Attic.* V, 14. XI, 6. 23.

3. Εἰ μὴ post ἐκτὸς abundat, v. c. 1 Cor. XIV, 5. XV, 2. 1 Tim. V, 19.

ΕΙ᾽ ΜΗ΄ΤΙ, *nisi forte.* Luc. IX, 13. 1 Cor. VII, 5. 2 Cor. XIII, 5.

ΕΙ᾽ΠΕΡ, 1. *siquidem, quandoquidem, quia.* Rom. VIII, 9. 1 Cor. XV, 15. 2 Thess. I, 6. 1 Pet. II, 3. *Homer. Il.* III, 25.

2. *etsi, quanquam.* 1 Cor. VIII, 5.

3. *si modo.* Rom. VIII, 17. Particula περ valet ad conditionem limitandam et coërcendam.

ΕΙ᾽ΠΩΣ, 1. *si forte, si qua ratione fieri posset, ut, si quo modo.* Act. XXVII, 12.

2. *ut*, pro ἵνα, ita, ut non dubitantis sit, sed maxime confidentis, et consilium firmum et certum indicet. Rom. I, 10. XI, 14. coll. v. 11. Philipp. III, 11.

ΕΙ᾽ΤΕ-ΕΙ᾽ΤΕ, *sive-sive, cum-tum, et-et*, vel duplicatur, vel sæpius iteratur atque vim habet partim *separandi* in oppositis, partim *conjungendi* et *copulandi* in iis, quæ eadem sunt natura et conditione. Philipp. I, 18. εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ sive in speciem, sive sincere. 2 Cor. V, 9. 10. XII, 3. 1 Thess. V, 10. Coloss. I, 20. εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. 1 Cor XIII, 8. XV, 11. 2 Thess. II, 15. *Plato* Apol. I, 21. 23.

ΕΙ᾽ ΤΙ, ΕΙ᾽ ΤΙΣ, *si quid, si quis, quicquid, quisquis.* Marc. XI, 25. 1 Cor. III, 14. 15. VIII, 2. 3.

ΕΙ᾽ ΤΥ΄ΧΟΙ, *exempli gratia, verbi causa* 1 Cor. XIV, 10. Vide infra sub τυγχάνω.

ΕΙ΄ΔΟΣ, εος, contracte ους, τὸ,

1. *species rei externa, forma, facies* et *omne, quod oculis cerni potest.* Luc. III, 22. σωματικῷ εἴδει forma, seu specie corporea. Alii vertunt: *modo corporeo*, in qua significatione εἶδος legitur apud *Herodian.* V, 5. εἰς εἶδος δὲ τιάρας στέφανον. Confer *J. H. Maii Obss. SS.* l. II. p. 29. Luc. IX, 29. τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον subito immutabatur facies ejus, h. e. solis more resplendescebat, coll. Matth. XVII, 2. Joh. V, 37. οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε nec ejus formam vidistis; ubi de Deo sermo est, qui est ἀσώματος. Sic etiam apud Græcos εἶδος κατ᾽ ἐξοχὴν de *forma et habitu corporis* usurpatur, v. c. apud *Xenoph.* de Rep. Athen. I, 10. *Arrian.* de Venat. I, 1. Τὰ εἴδη *corpora. Xenoph.* de Venat. III, 3.

2. *aspectus et omnis usus alicujus rei*, i. q. ὄψις. 2 Cor. V, 7. διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους nos enim tantum credimus, hæc ita futura esse, sed nondum ipsi adspicimus, h. e. nondum rem ipsam consecuti sumus, seu, nondum fruimur felicitate futura.

3. *genus, species.* 1 Thess. V, 22. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχετε ab omni improbitatis et vitiorum genere abstinete. *Chrysost.* ad h. l. μὴ τούτου ἢ ἐκείνου, ἀλλ᾽ ἀπὸ παντὸς ἀπέχεσθε. Haud pauci tamen interpretes Paulum his verbis Thessalonicenses abstinere jussisse statuunt ab omni, quod mali speciem præ se fert, ut adeo εἶδος sit: *apparentia, species*, der Schein *the appearance.* Sed hanc interpretationem linguæ rationes non permittunt, quæ tamen nostram explicationem mirifice confirmant: nam εἶδος est *genus.* Conf. *Joseph.* A. J. X, 3. 1. πᾶν εἶδος πονηρίας. *Xenoph.* de Venat. IX, 7. τῷ αὐτῷ εἴδει τῆς θήρας χρῆσθαι eodem venationis genere uti.—*Etym. M.* εἶδος σημαίνει τρία, τὴν μορφὴν, (*Schol.* ad Il. β΄. 58.) καὶ τὸ σχῆμα (*Eurip.* Æol. 38.) σημαίνει δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ γένους κατηγορούμενον, παρὰ τοῖς φιλοσόφοις. Confer *Wetstenii* N. T. T. II. p. 307.

ΕΙ᾽ΔΩ, vel ΕΙ᾽ΔΕ΄Ω, ῶ, vel ΕΙ᾽ΔΗΜΙ, fut. ήσω, aor. 2. εἶδον, præt. m. οἶδα.

1. *video, oculis cerno, visu cognosco.* Matth. II, 2. εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα. v. 9. 10. III, 16. Marc. I, 10. Act. XII, 16. 1 Pet. I, 8. etc.

2. *intueor, contemplor, specto.* Matth. XXVIII, 6. ἴδετε τὸν τόπον. Luc. XXIV, 39. ἴδετε τὰς χεῖράς μου—ψηλαφήσατε καὶ ἴδετε. Joh. XX, 27.

3. *audio*, nam verba sensuum in omnibus linguis invicem permutantur. Luc. I, 29. ἡ δὲ ἰδοῦσα. *Vulg.*

cum audisset. Act. XIII, 41. ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ audite contemptores. Eodem modo רְאֵה Ies. XXXIII. 19. coll. XXX, 19. ubi ἰδεῖν τῷ שָׁמַע in vers. Alex. respondet. *Ælian.* V. H. II, 10. ἰδόντα διαλεγόμενον, sc. Πλάτωνα. *Sophocl.* Œdip. Tyr. v. 513. πρὶν ἴδοιμ' ὀρθὸν ἔπος. Conf. *Wesseling.* ad *Herodot.* p. 155. Interdum latius patet et omnino *cognoscere aliquid sensibus corporis* significat. Joh. I, 40. 47. Apoc. I, 2. ὅσα εἶδε quæ rescivit sive visu s. auditu. Confer Glossema in Edit. N. T. *Matthæi.*

4. sequente accusativo personæ: *colloquor cum aliquo, familiariter aliquo utor.* Luc. VIII, 20. ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες, coll. Matth. XII, 47. ζητοῦντές σε λαλῆσαι. Joh. XII, 21. Κύριε, θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν fac nobis cum Jesu privatim colloquendi potestatem. Act. XVI, 40. XXVIII, 15. 2 Tim. I, 4. Eodem sensu ἰδεῖν legitur apud *Lucian. Dial. Nept.* et *Merc.* 11. *Thucyd.* IV, 125. πρὶν τὸν Βρασίδαν ἰδεῖν, h. e. interprete *Scholiaste*, πρὶν διαλεχθῆναι τῷ Βρασίδᾳ κ. τ. λ. Cf. præter *Dukerum* ad h. l. *Abresch.* in Auctar. Dilucidd. Thucyd. p. 354.

5. *viso, convenio.* Rom. I, 11. ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς. 1 Cor. XVI, 7. Philipp. I, 27. 1 Thess. III, 6. 3 Joh. v. 14.

6. *experior, usu cognosco, particeps fio.* Luc. II, 26. μὴ ἰδεῖν θάνατον se non moriturum esse. Hebr. XI, 5. μετετέθη τοῦ μὴ ἰδεῖν τὸν θάνατον ita, ut non sentiret mortis dolores et acerbitatem, subito mortuus est, coll. Ps. LXXXIX, 48 מִי גֶבֶר יִחְיֶה וְלֹא יִרְאֶה־מָּוֶת. Adde *Sophocl.* Electra v. 205. εἶδε πατὴρ θανάτους ἀεικεῖς. Apoc. XVIII, 7. καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω et nunquam lugebo, seu, misera et afflicta ero. 1 Macc. XIII, 3. στενοχωρίας ἃς εἴδομεν. Act. II, 27. XIII, 35. 36. 37. ἰδεῖν τὴν διαφθοράν in putredinem abire, putrefieri. Joh. III, 3. ἰδεῖν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ adoptari in societatem Christianam. 1 Petr. III, 10. ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς vita felici frui. Ps. XXXIII, 12. Huc etiam recte referri potest formula: ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τινὸς *vivendo attingere tempora alicujus*, quæ legitur Joh. VIII, 56. ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν. *Polyb.* Virtutt. p. 1457. εἰ ἐγὼ ταύτην ἴδοιμι τὴν ἡμέραν, κ. τ. λ.

7. *animo cerno, cogito, video aliquid in ecstasi.* Joh. VIII, 56. καὶ εἶδε καὶ ἐχάρη et animo lætabundus tempora mea vidit. Hebr. XI, 13. πόρρωθεν τὰς ἐπαγγελίας ἰδόντες sperantes modo promissa. Act. XI, 6. coll. v. 5. Apoc. I, 12.

8. *intelligo, cognosco, mente et intelligentia aliquid consequor.* Matth. II, 16. IX, 2. ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν perspiciens Jesus eorum fiduciam. ibid. v. 4. 6. XIII, 14. καὶ οὐ μὴ ἴδητε, i. q. in antecedd. καὶ οὐ μὴ συνῆτε. ibid. XXII, 29. μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς non recte sensum litterarum sacrarum percepistis. Luc. XI, 17. Galat. II, 7. Eodem modo רְאֵה et *videre* apud *Cic.* ad Famil. VI, 4. *Suid.* εἶδω· τὸ γινώσκω. *Æschin.* Dial. II, 32. *Homer. Iliad.* α'. 363. Conf. *Krebs. Obss. Flav.* p. 28.

9. *scio, scientiam et notitiam alicujus rei habeo.* In hac significatione plerumque tempus perfectum οἶδα in modis omnibus adhibitum invenitur. Matth. VI, 8. οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὧν χρείαν ἔχετε scit enim pater vester, quibus egeatis. ibid. v. 32. 1 Cor. VIII, 2. εἴ δέ τις δοκεῖ εἰδέναι τι si quis se insignem religionis Christianæ scientiam habere jactat. 2 Cor. XI, 11. 31. XII, 2. 3. Joh. XXI, 15. 16. 17. 1 Cor. II, 11. Rom. VIII, 28. Jerem. XX, 12. רֹאֵה כְלָיוֹת וָלֵב. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 132.

10. *novi personam.* Luc. XXII, 34. ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με me tibi notum esse negabis. Joh. I, 32. κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτὸν nondum mihi personæ ejus

dignitas nota erat, seu, ignorabam, qualem personam sustineret. Matth. XXV, 12. XXVI, 72. 74. Marc. I, 24. 34.

11. *agnosco aliquem meum esse, ad me pertinere.* Matth. VII, 23. ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς nunquam vos pro meis habui. ib. XXV, 12. Luc. XIII, 25. 27.

12. *perpendo aliquid, considero, probe examino et ad animum revoco.* Act. XXIII, 5. οὐκ ᾔδειν, ὅτι ἐστὶν ἀρχιερεὺς non recte rem perpendi, eum esse pontificem. Ephes. VI, 8. Coloss. III, 24. Rom. XI, 22. 1 Pet. I, 18. 1 Joh. III, 1. *Virgil. Georg.* II, 458. " O fortunatos nimium, sua si bona *norint*, agricolas," h. e. diligenter cogitarent et secum expenderent. Conf. *Abreschii Dilucidd. Thucyd.* p. 392.

13. *delibero.* Act. XV, 6. ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου ut, quid de hac quæstione decernendum esset, deliberarent.

14. *recordor, reminiscor, in memoriam mihi revoco.* 1 Cor. I, 16. λοιπὸν οὐκ οἶδα, εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα, 2 Tim. III, 14. εἰδὼς memor. 1 Petr. III, 9.

15. *prævideo, præscio, ante novi,* ad imitationem τοῦ רָאָה Prov. XXII, 3. רָאָה רָעָה. Joh. XVIII, 4. εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν præsciens omnia sibi eventura. Act. XX, 22. τὰ ἐν αὐτῇ συναντήσοντά μοι μὴ εἰδώς. ibid. v. 25. et 29.

16. *possum, valeo, didici, assuefactus sum.* Phil. IV, 12. οἶδα καὶ ταπεινοῦσθαι ἐν πᾶσι, οἶδα καὶ περισσεύειν ἐν παντὶ scio et inops esse et abundare omnibus rebus. 2 Petr. II, 9. potest Deus pro sua potentia ac sapientia infinita variis modis ex omnibus calamitatibus servare. Luc. XII, 56. 1 Tim. II, 5. 1 Thess. IV, 4. *Ælian. V. H.* II, 21. οὐκ οἶδα ἀποφήνασθαι non possum declarare. Idem *H. A.* II, 17. XIV, 15.

17. *soleo.* Matth. VII, 11. οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι non denegare soletis bona munera. Loca Luc. XII, 56. 2 Pet. II, 9. quæ vulgo ad hanc significationem adstruendam haud incommode adducuntur, tamen ambiguitate quadam laborare videntur. In V. T. libris יָדַע eodem modo usurpatur Ies. LVI, 11. Jer. IV, 22.

18. *amo, foveo, alicujus curam et rationem habeo.* 1 Cor. XVI, 15. οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ *benigne tractate familiam Stephani.* 1 Thess. V, 12. εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν gratum animum præstare doctoribus vestris. Conf. *Abresch.* ad *Æschylum* p. 543. Sic יָדַע Genes. XVIII, 19. Ps. XXXI, 8. XXXVII, 18. Amos III, 2.

19. *colo, veneror.* 1 Thess. IV, 5. τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν Θεὸν a vero Dei cultu alieni. 2 Thess. I, 8. τοῖς μὴ εἰδόσι Θεὸν qui non sunt veri Dei cultores. Tit. I, 16. Hebr. VIII, 11. X, 30. Sic 1 Sam. II, 12. filii Eli vocantur οὐκ εἰδότες τὸν Κύριον. *Ælian. V. H.* II, 13. οὐκ ᾔδει Θεούς. Cf. *Abresch. Lect. Aristæn.* p. 20.

20. interdum reticetur, v. c. Luc. XII, 55. καὶ ὅταν νότον πνέοντα, scil. ἴδητε, coll. v. 54.

ΕΙΔΩΛΕΙΟΝ, ου, τὸ, *idoleum, delubrum, fanum idolis sacrum.* Descendit enim ab εἴδωλον *idolum:* et vocabula in ειον desinentia notant *ædificium* aut *templum*, v. c. Βακχεῖον, Ἀσταρταῖον, Ποσειδωνεῖον, Ἀσκληπεῖον etc. Semel in N. T. legitur 1 Cor. VIII, 10. ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον in templis Paganorum convivantem. 3 Esdr. II, 10. 1 Macc. I, 47. X, 83. 3 Macc. IV, 16. *Alb. Gloss. Gr.* p. 126. οἶκος εἰδώλοις, sc. ἱερός. *Suid.* Εἰδωλεῖον· ὁ ναὸς τῶν εἰδώλων, εἰδώλιον δὲ τὸ ὁμοίωμα τοῦ εἰδώλου.

ΕΙΔΩΛΟΘΥΤΟΝ, ου, τὸ, 1. in universum *omne, quod idolis offertur, victima idolis mactata et immolata,* ex εἴδωλον *idolum*, et θύω *macto, immolo.*

2. deinde κατ' ἐξοχὴν τὰ εἰδωλόθυτα dicuntur *carnes e victimis Paganorum*

residuæ. Nam apud gentiles non tota victima comburebatur, sed tantum optimæ ejus partes carnosæ et pingues cremabantur. A carnibus residuis instituebatur epulum sacrificiale lautissimum, ad quod cognati et amici invitabantur, aut interdum etiam, quod ab avaris fieri solebat, carnes residuæ in foro vendebantur. Act. XV, 29. XXI, 25. 1 Cor. VIII, 1. περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων quod ad carnes victimarum Paganorum attinet, liceatne nempe Christianis eas edere, coll. v. 4. περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων. ibid. v. 7. et 10. X, 19. 28. Apoc. II, 14. 20. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΙΔΩΛΟΛΑΤΡΕΙΑ, ας, ἡ, 1. *idololatria, cultus simulacrorum, adoratio falsorum Deorum*, ex εἴδωλον *idolum*, et λατρεία *cultus*. 1 Cor. X, 14. φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας.

2. *nimius rerum terrenarum amor*. Galat. V, 20.

3. *gravissimum scelus quodcunque*. Coloss. III, 5. ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία quæ sunt gravissima scelera. 1 Petr. IV, 3. Solemne autem fuisse Judæis, alia quoque vitia idololatriæ nomine insignire, docuit *Schoettgenius* in *Hor. Hebr. et Talmud.* T. I. p. 779. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 254.

ΕΙΔΩΛΟΛΑΤΡΗΣ, ου, ὁ, 1. *idololatra, idolorum cultor*, ex εἴδωλον et λάτρις *servus*. 1 Cor. X, 7. ubi tamen strictiori sensu de eo sumitur, qui cœnis sacrificialibus intererat et carnes, e victimis idolorum residuas, comedebat.

2. *omnis, qui nimis rerum terrenarum studio tenetur, admodum scelestus et impius*; nam Judæi, aliquem maxime scelestum descripturi, eum idololatram vocabant. 1 Cor. V, 10. 11. VI, 9. Ephes. V, 5. Apoc. XXI, 8. XXII, 15.

ΕΙΔΩΛΟΝ, ου, τὸ, 1. proprie: *simulacrum, imago, omne, quo nobis repræsentatur forma alicujus rei* sive *veræ* sive *fictæ*, ab εἶδος *species*. *Hesych.* εἴδωλον· ὁμοίωμα, εἰκών, σημεῖον, χαρακτήριον, σκιοειδές. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* εἴδωλον, ἐκτύπωμα. De statuis et picturis usurpatur apud *Xenoph. Mem.* I, 4. 4. *Ælian. V. H.* XII, 64. *Homer. Od.* λ'. 475. Cf. *Tob. Eckhardi Technicam S.* p. 80.

2. *falsi numinis imago*, quæ etiam Hebraice צֶלֶם Num. XXXIII, 52. 2 Chron. XXIII, 17. vocatur. Act. VII, 41. καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ, h. e. τῷ μόσχῳ. 1 Cor. XII, 2. πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα. Apoc. IX, 20. τὰ εἴδωλα τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ κ. τ. λ.

3. *deaster, idolum*, et ita per contemtum dii gentilium vocabantur, qui simulacra tantum muta, vita et mente destituta erant. 1 Cor. VIII, 4. ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ numina Paganorum esse mera figmenta. ibid. v. 7. ἐν τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου accommodate pristinæ de idolis opinioni. ibid. X, 19.

4. *idolorum cultus*. Rom. II, 22. βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα ab idololatria abhorrens. 2 Cor. VI, 16. 1 Thess. I, 9. ἐπιστρέψατε πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων. 1 Joh. V, 21. φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων.

5. *victima, quæ idolis offertur, carnes residuæ e victimis ethnicorum*. Act. XV, 20. ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, coll. v. 29. ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων. Cf. Syrum et supra ad ἀλίσγημα dicta.

ΕΙΚΗ̃. Adverbium. 1. *temere, inconsiderate, sine justa causa et ratione*. Matth. V, 22. πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ omnis qui fratri suo temere irascitur. Coloss. II, 18. εἰκῇ φυσιούμενος temere inflatus. Exod. XX, 7. pro ἐπὶ ματαίῳ *Aquila* habet εἰς εἰκῆ. *Xenoph. Ages.* II, 7. εἰκῇ κινδυνεύοντα. *Polyb.* I, 25. εἰκῇ et ἀλογίστως conjunguntur. *Hesych.* εἰκῇ· ἀκαίρως.

2. *frustra, irrite, sine effectu, fructu et utilitate*. Rom. XIII, 4. οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ non enim frustra gladium gerit. 1 Cor. XV, 2. εἰκῇ ἐπιστεύσατε sine ulla utilitate vestra religionem Christianam didicistis.

Galat. III, 4. IV, 11. *Xenoph. Cyrop.* V, 1. 6. Sic etiam utitur hac particula *Aquila* Ps. CXXVII, 2. pro Hebr. עָמָל. Alexandrini habent εἰς μάτην. *Hesych.* εἰκῆ· μάτην, ὅθεν καὶ εἰκαῖος ὁ μάταιος.

ΕΙ΄ΚΟΣΙ, *oi, ai, τὰ, viginti*, nomen numerale indeclinabile. Luc. XIV, 31. Act. I, 15. XXVII, 28. Apoc. IV, 4. 10. XI, 16. XIX, 4.

ΕΙ΄ΚΩ, fut. εἴξω, *cedo, non repugno et resisto, accommodo me alicujus voluntati ac desiderio.* Semel legitur in N. T. Galat. II. 5. οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ quibus plane non cedendum existimavimus. Sapient. XVIII, 25. *Xenoph. Cyrop.* III, 3. 6. *Hesych.* εἴκομεν· ὑποχωροῦμεν, ἀναχωροῦμεν.

ΕΙ΄ΚΩ, fut. εἴξω, perf. med. οἶκα, et attice, ἔοικα, *similis sum.* Jacob. I, 6. ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης similis est fluctui maris. ib. v. 23. οὗτος ἔοικε ἀνδρί. Sæpius non occurrit in N. T. *Hesych.* ἔοικεν· ὡμοίωται.

ΕΙ΄ΚΩΝ, όνος, ἡ, 1. *imago, simulacrum, effigies*, ab εἴκω *similis sum.* Matth. XXII, 20. τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη; cujus hæc imago? (quæ ab *Arriano Epictet.* IV, 5. p. 390. χαρακτὴρ vocatur.) Marc. XII, 16. Luc. XX, 24. Apoc. XIII, 14. 15. (ubi videndus *Wetstenius.*) XIV, 9. 11. etc.

2. non tam *imaginem*, seu *effigiem formæ alicujus rei*, sed *ipsam formam, figuram et quasi vultum rei* significat. Rom. I, 23. ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου in imaginem, formam et speciem hominis mortalis referentem. Apud *Tacitum* Hist. V, 5. occurrit similis formula, *Deos in species hominum effingere.* Hinc

3. *exemplum, ad quod aliquid effingitur.* Rom. VIII, 29. ubi εἰκὼν τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ omnis status et conditio Christi et in his terris et in cœlo vocatur, in cujus societatem Christiani venire debent.

4. *imago rei perfecta*, et opponitur *levi alicujus rei adumbrationi et delineationi.* Hebr. X, 1. σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων lex enim Mosaica non fuit perfecta repræsentatio rerum futurarum, sed tantum aliqua earum delineatio. Formula: ἡ εἰκὼν τῶν πραγμάτων significat h. l. *expressum non adumbratum signum*, (ut verbis utar *Ciceronis* pro *Cœlio* c. V.) aut *solidam et expressam effigiem rerum illarum futurarum*, ut dicit *Cicero* de *Off.* III, 17.

5. metaphorice: *similitudo, convenientia, conformitas*, et per metonymiam abstracti pro concreto *is, qui habet similitudinem aliquam cum altero.* 1 Cor. XI, 7. vir εἰκὼν Θεοῦ vocatur, quatenus imperium in uxorem habet, quemadmodum Deus in omnes creaturas. ibid. XV, 49. καὶ καθὼς - - - τοῦ ἐπουρανίου ut hominis terreni imaginem retulimus, sic et aliquando hominis cœlestis imaginem referemus. 2 Cor. III, 18. τὴν αὐτὴν εἰκόνα eodem modo, quo Mosis faciei splendor augebatur. ibid. IV, 4. Christus εἰκὼν τοῦ Θεοῦ appellatur, ob naturam suam Deo simillimam, seu, quatenus est ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ. Hebr. I, 3. Coloss. I, 15. III, 10. Sapient. II, 23. *Diog. Laërt.* VI, 51. τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας θεῶν ἔλεγεν εἰκόνας εἶναι. *Lucian. Imag.* 28. εἰκόνα θεοῦ τὸν ἄνθρωπον εἶναι. *Artemid.* II, 37. III, 31. *Hesych.* εἰκών· χαρακτὴρ, ὄψις. Id. εἰκόνα· χαρακτῆρα, τύπον. *Lex. Cyrilli MS.* εἰκὼν ὁμοία ἀρχετύπῳ, τῇ οὐσίᾳ μὲν καὶ τῷ ὑποκειμένῳ διαφέρον ὅλον, ἐν ἑαυτῷ δὲ τὸ τοῦ ὑποεικονιζομένου εἶδος μιμητικόν.

ΕΙ΄ΛΙΚΡΙ΄ΝΕΙΑ, είας, ἡ, 1. proprie: *sinceritas, puritas et candor rei, quæ, ad solis splendorem spectata, examen fert*, ab εἰλικρινὴς, quod vide. Hinc ad animum translatum.

2. *integritatem vitæ animique ingenuitatem, sinceritatem, quæ opponitur malitiæ et pravitati, artificiis et astutiæ*, significat. 1 Cor. V, 8. ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας, h. e. pietate vera et non fucata. Opponitur ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας. 2 Cor. I, 12. εἰλικρίνεια Θεοῦ integritas, quæ Deo

probatur. ib. II, 17. *Alb. Gloss. N. T.* p. 124. εἰλικρινείας· ἀνεπιτηδεύτου φανερώσεως τῆς ἀληθείας. *Theophyl.* ad 2 Cor. I, 12. εἰλικρίνεια καθαρότης διανοίας, καὶ ἀδολότης οὐδὲν ἔχουσαι συνεσκιασμένον καὶ ὕπουλον.

ΕΙΛΙΚΡΙΝΗΣ, έος, contr. οῦς, ὁ, ἡ,

1. proprie vi etymologiæ: *qui ad solem explicatus et spectatus purus reperitur*, et de *mercibus* usurpatur, *quarum puritas ad solis splendorem exigitur, omnis maculæ expers*, quasi ὁ πρὸς αὐγὰς ἡλίου ἀνασκοπούμενος, ut *Longinus* de *Sublim.* c. 3. loquitur. Descendit enim ab εἵλη vel ἕλη *solis splendor*, et κρίνω *secerno, judico.*

2. deinde omnino, ut Latinorum *sincerus*, (*Horat.* I. Ep. II, 55.) *purus, qui nihil alieni admixtum habet*, et sensu metaphorico, *omnis vitii expers, integer vitæ.* Sic legitur in N. T. Philipp. I, 10. ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς ut sitis puri ab omni vitiositate. 2 Petr. III, 1. τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν mentem sinceram. Sapient. VII, 25. ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινής. *Hesych.* εἰλικρινές· καθαρὸν, ἄδολον, ἀληθὲς, φανερόν. (*Cic.* ad *Qu. Fr.* II, 8.) *Suid.* εἰλικρινές· τὸ καθαρὸν καὶ ἀμιγὲς ἑτέρου. *Etym. M.* εἰλικρινὴς σημαίνει τὸν καθαρὸν καὶ ἀμιγῆ ἑτέρου, παρὰ τὸ ἕλη, ἡ θερμασία, καὶ τὸ κρίνω, ὁ ἐν τῇ ἕλῃ κεκριμένος.

ΕΙΛΑΣΣΩ, attice ΕΙΛΑΤΤΩ, pro quo etiam ἑλίσσω et ἑλίττω, (v. c. Ps. CII, 26.) dicitur, fut. ἰξω, *volvo, convolvo, circumvolvo*, ab εἰλέω *volvo.* Legitur semel in N. T. Apoc. VI, 14. ὡς βιβλίον εἰλισσόμενον sicut liber convolutus.

ΕΙΜΙ, fut. ἔσομαι, 1. *sum.* Matth. XXV, 35. ξένος ἤμην hospes eram. Cf. de hac imperfecti forma *Fischeri Anim.* ad *Welleri Gramm. Gr.* p. 235. Marc. XIII, 6. λέγοντες ὅτι ἐγώ εἰμι, sc. ὁ Χριστός. Luc. XXI, 8. Joh. I, 1. 2. 10. VIII, 24. 28. XIII, 19. Luc. IV, 25. 27. Act. XIII, 25. 1 Joh. I, 2. Inprimis notatu dignum est nomen illud Dei ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, quod legitur Apoc. I, 4. 8. IV, 8. XI, 17. XVI, 5. et Hebraico יְהוָה respondet, quod ex opinione vulgari omnia hæc tria tempora continet.

2. *existo, orior, originem habeo, nascor.* Act. XVII, 28. ἐν αὐτῷ ἐσμὲν per eum vitam habemus. Joh. I, 47. ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; potestne e Nazaretha aliquid eximii existere? ib. VII, 28. πόθεν εἰμὶ natales meos, ib. VIII, 23. XVII, 5. πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι ante mundum conditum.

3. *fio, evenio, accido, exorior, contingo*, i. q. γίνομαι, quo verbo etiam Alexandrini Hebr. הָיָה haud raro expresserunt. Matth. I, 18. XXIV, 3. πότε ταῦτα ἔσται; *quando hæc sunt eventura?* ibid. XVI, 22. οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο ne tibi accidat hoc malum. ib. XIX, 27. quale nobis continget præmium. Marc. XI, 23. XIII, 4. Luc. I, 66. XII, 55. XXII, 49. τὸ ἐσόμενον quid futurum esset. Joh. IX, 16. καὶ σχίσμα ἦν ἐν αὐτοῖς et dissensio inter illos oriebatur. 2 Tim. III, 9. *Cic. Marcell.* c. 6. ex quo quidem maximus *est* fructus. *Herodian.* II, 6. 4. πάλιν τυραννίδος ἦν δέος. *Polyb.* I, 45. III, 19.

4. *futurus sum.* Matth. XXII, 23. λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν negantes futuram esse resurrectionem mortuorum. Marc. XII, 18. 25. ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι ἐν τοῖς οὐρανοῖς, coll. Matth. XXII, 30. Luc. XX, 36. Act. XXIII, 8.

5. *præsens sum, adsum*, i. q. πάρειμι. Matth. VI, 30. σήμερον ὄντα hodie florentem. Marc. VIII, 1. παμπόλλου ὄχλου ὄντος præsente insigni multitudine. Joh. IV, 23. ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν venit tempus, immo jam adest. ibid. V, 25. XII, 31.

6. *commoror, versor, maneo, habito.* Matth. II, 15. καὶ ἦν ἐκεῖ et ibi commorabatur. ibid. v. 13. 14. Marc. IX. 5. καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι juvat hic manere. Luc. I, 80. II, 6. 49. Joh. VII, 42. ὅπου ἦν Δαβὶδ vico Davidico. Eodem modo Syriacum ܗܘܐ Joh. I, 39. 40. adhibetur. Alexandrini יָשַׁב per μένειν Genes. XXIV, 55. non solum, sed etiam per εἶναι transtulerunt Jos. XXIV, 7. Ezech. III, 15.

7. *vivo, οὐκ εἰμὶ, mortuus, peremtus, sublatus e vivis sum.* Matth. II, 18. *ὅτι οὐκ εἰσὶ* quia mortui, seu trucidati sunt. Genes. XLII, 36. יוֹסֵף אֵינֶנּוּ, Alex. Ἰωσὴφ οὐκ ἔστιν, coll. XLIV, 20. Ps. XXXVII, 36. XXXIX, 14. *Eurip. Hippol.* v. 357. *Alcest.* v. 270. *Hesych.* ἐσόμεθα· βιώσομεν et ibi *Alberti.* Huc etiam referrem ob seriem orationis locum Rom. IV, 17. *καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα* vocat ea, quæ vita carent, ut vivant.

8. *ago, me gero.* Matth. VI, 5. *οὐκ ἔσῃ* non debes esse, seu te gerere. Etiam *Homerus Il.* X, 39. *ἔσται* posuit pro *debet esse.*

9. *agnoscor, habeor, æstimor, reputor, declaror, celebror.* Joh. V, 31. *ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθὴς* testimonium meum pro falso haberi posset. Rom. III, 26. *εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον* ut justus agnoscatur et celebretur. 1 Cor. II, 14. *μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι* stultitia ipsi videtur. 2 Cor. IV, 7. *ἵνα ἡ ὑπερβολὴ——ἐξ ἡμῶν* ut ab omnibus, summam religionis Christianæ efficaciam Deo tribuendam esse, nec hominibus, agnoscatur. 1 Tim. I, 7. *θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι* legis doctores haberi cupiunt. De hac significatione verbi *εἶναι*, ut sit i. q. *δοκεῖν, νομίζεσθαι, ὑπολαμβάνεσθαι*, uberius disputavit *Vorstius Philol. S.* c. 36. p. 647. ed. *Fisch.*

10. *mecum fero, habeo et exsero aliquid.* Joh. XII. 50. *ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστι* doctrina ejus habet vim homines ad felicitatem æternam adducendi. Rom. I, 16. *δύναμις Θεοῦ ἐστι* habet et exserit vim vere divinam. Sirac. IV, 21. *ἔστιν αἰσχύνη δόξα καὶ χάρις*, h. e. *ἐπάγουσα δόξαν καὶ χάριν.*

11. *dignitatem habeo et pretium*, et *μὴ εἰμὶ abjectus sum et contemtus.* Rom. XII, 3. *παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν* ne quis vestrum in dignitate et honore constitutus. Hebr. VIII, 4. *οὐδ' ἂν ἦ ἱερεὺς* non esset insignis, præcipua dignitate præditus sacerdos. 1 Cor. I, 28. *τὰ ὄντα homines nobiles, honorati, τὰ μὴ ὄντα viles et tenuis sortis homines, ignobiles.* Ita *nihil esse* usurpatur a *Tibull.* I, 5. 30. Cf. *Valckenar.* ad *Eurip. Phœn.* p. 227. et *Wetstenii N. T.* T. II, p. 105.

12. *vocor, cognominor*, i. q. *καλέομαι.* Matth. XVI, 18. *ὅτι σὺ εἶ Πέτρος* tu Petrus vocaris, seu, confirmo tibi ad tuum Petri nomen. Joh. I, 42. *σὺ εἶ Σίμων* tu vocaris Simon; sequitur: *σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς.*

13. *significo, denoto, figurate et symbolice repræsento.* Matth. XIII, 38. 39. qui locus interpretationem similitudinis de lolio agri continet. Luc. VIII, 9. *τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη*; quisnam sit hujus parabolæ sensus? ibid. v. 11. 12. seq. Joh. VII, 36. *τίς ἐστιν οὗτος ὁ λόγος*; quid sibi vult ille sermo? ibid. X, 6. Act. X, 17. *τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα* quid sibi vellet hoc portentum. 1 Cor. X, 4. *ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστὸς* illa aqua miraculosa, quam petra percussa dabat, Christum significabat. Galat. IV, 24. Ephes. IV, 9. Fortasse etiam huc pertinent loca Lucæ XV, 26. XVIII, 36. Conf. *Casauboniana* p. 85.

14. *ἔστιν licet, datur facultas, οὐκ ἔστιν, non licet.* Sirac. XIV, 16. *οὐκ ἔστιν ἐν ᾅδου ζητῆσαι τρυφήν.* Hebr. IX, 5. *περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ τάξιν* de quibus nunc sigillatim dicere non licet. Loca Græcorum Scriptorum, hunc usum rariorem verbi *εἶναι* confirmantia, dedit *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* IX, c. 7.

15. *εἶναι τι* vel *τινὰ* α) significat: *magnum esse vel certe sibi videri, magna auctoritate et dignitate pollere.* E contrario, *εἶναι οὐδέν*, seu *μηδέν, ignobilem et contemtum esse, nihili putari.* Act. V, 36. *λέγων εἶναι τινὰ ἑαυτὸν* qui se insignem prophetam jactabat, coll. VIII, 9. *λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν.* Galat. II, 6. *οἱ δοκοῦντες εἶναί τι* apostoli primarii, magna auctoritate insignes. *Joseph. B. J.* I, 5. 3. Galat. VI, 3. *εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὢν* pluris se existimans, quam vere est. 1 Cor. XIII, 2. *οὐδέν εἰμι* non habeo, de quo jure gloriari possim. 2 Cor. XII, 11. *εἰ καὶ οὐδέν εἰμι* quanquam me nihili esse haud ignoro. Conf. *Glassii Philol.*

Sacra. p. 1293. ed. *Dathii Wetstenii N. T.* T. II. p. 219. 234. 488. et 505. et *Schwarzii Comment. Ling. Gr.* p. 414. Vid. etiam infra sub τίς. β) εἶναι τὶ *conditione aliqua uti.* 1 Joh. III, 2. οὔπω ἐφανερώθη, τί ἐσόμεθα qualis sit futura nostra in cœlis felicitas, nunc non possumus vel capere vel definire.

16. εἶναι εἰς τὶ *esse*, seu, *fieri aliquid.* Matth. XIX, 5. καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, pro σὰρξ μία, erunt arctissime invicem conjuncti, coll. Genes. II, 24. Marc. X, 8. 1 Cor. IV, 3. εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, pro ἐλάχιστόν ἐστιν, minimi facio, non curo. ibid. VI, 16. XIV, 22. 2 Cor. VI, 18. coll. Jer. XXXI, 1. Ephes. V, 31. 1 Joh. V, 8. Observent tirones, constructionem verbi εἶναι cum præpositione εἰς mere Hebraicam esse. Nam Hebræi verbum הָיָה solent fere cum particula ל construere, v. c. Ies. XL, 4. XLIX, 6. Conf. *Vorstii Philol. S.* cap. 36. p. 679. seq.

17. Formula: εἶναι ἐκ τινὸς significat a) *ab aliquo originem repetere, sobolem alicujus esse.* Luc. II, 4. διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ quia erat e familia Davidis oriundus. Hebr. II, 11. ἐξ ἑνὸς πάντες unius parentis soboles sunt, coll. Act. XVII, 26. *Homer. Iliad.* υ΄. v. 106. Eandem significationem, sed diverso sensu, habet formula ἐκ Θεοῦ εἶναι *a Deo originem habere, Dei filium esse*, h. e. *verum Dei cultorem esse et a Deo amari et beneficiis ornari.* Joh. VIII, 47. ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ - - - οὐκ ἔστι omnes veri Dei cultores amplectuntur meam religionem, quam vos respuitis, alieni quippe a vero cultu divino. 1 Joh. IV, 6. V, 19. b) *similem alicui esse, imitari aliquem, voluntati alicujus convenienter se gerere.* Joh. VIII, 23. ἐκ τῶν κάτω, seu ἐκ τοῦ κόσμου τούτου εἶναι terrenum esse, ita sentire et agere, ut solent homines terreni: opponitur ἐκ τῶν ἄνω εἶναι ita agere et sentire, ut Deus vult. ibid. v. 44. ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ vos diabolo similes estis sentiendo et agendo, ubi explicationis causa sequitur: καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. ibid. XV, 19. εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε si vos similes essetis impiis et adversariis religionis meæ, ὅτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἔστε quia vero plane alieni estis ab illorum moribus. ibid. XVII, 14. 16. c) *partem, membrum esse, ad alicujus numerum pertinere.* Matth. XXVI, 73. καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ etiam tu ex sectatorum ejus numero es, coll. v. 71. Marc. XIV, 69. 70. Luc. XXII, 58. Joh. VI, 64. ἀλλ' εἰσὶν ἐξ ὑμῶν τινὲς sunt autem e vobis quidam. ibid. XVIII, 17. 25. Coloss. IV, 9. ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν populari vestro, scil. Phryge. 2 Tim. III, 6. ἐκ τούτων γάρ εἰσι inter hos enim sunt. d) *oriundum esse ex aliquo loco.* Joh. VII, 52. μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; an tu quoque Galilæus es? e) *alicujus rei studiosum esse, amare aliquid.* Joh. XVIII, 37. πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας omnis, qui veritatem amat, qui veri studiosus est. Galat. III, 9. οἱ ἐκ πίστεως cultores religionis Christianæ. ibid. v. 10. ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν qui leges Mosaicas observant. 1 Joh. III, 19. ὅτι ἐκ τῆς ἀληθείας ἐσμὲν nos veros Christianos esse.

18. Formula: εἶναι ἐν τινὶ significat a) *præditum, instructum esse aliqua re, habere aliquid.* 2 Cor. III, 8. ἔσται ἐν δόξῃ habebit summam dignitatem. 1 Joh. II, 9. ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, sc. ἑαυτὸν, qui dicit se bene cognitam habere religionem Christianam. Huc etiam pertinet locus Act. VIII, 23. εἰς γὰρ χολὴν πικρίας ὁρῶ σε ὄντα, pro ἐν γὰρ χολῇ πικρίας κ. τ. λ. summa enim animi perversitate te instructum video. Cf. *Abresch. Auctar. Dilucidd. Thucyd.* p. 405. b) *omni studio et fide versari in aliqua re, occupatum totum esse in aliqua re.* Rom. XII, 7. ἐν τῇ διακονίᾳ, scil. ἔστω, munere Diaconi recte fungatur. 1 Tim. IV, 15. ἐν τούτοις (sc. πράγμασιν) ἴσθι hæc meditare, in iis esto occupatus. *Ælian. V. H.* I, 32. ἐν γεωργίᾳ εἶναι in agro colendo occupari. ibid. IV, 8. ἐπεὶ δὲ ἐν τούτοις ἦν. Sic et Hebræi loquuntur, ut docuit *Buxtorf.* in *Cata-*

lect. Philol. Theol. p. 314. *Horat. Sat.* I, 9. 2. c) *subire aliquid, obnoxium esse alicui rei.* Luc. XXIII, 40. ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ qui eandem pœnam subis. d) *in statu et conditione aliqua esse et versari.* Philipp. IV, 11. ἐν οἷς εἰμὶ *quacunque demum conditione fruar.* 1 Thess. II, 6. δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι possem quidem in honore et dignitate esse. Eandem significationem habet εἰμὶ etiam cum adverbiis loci constructum, v. c. Joh. XII, 26. ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται sors nobis eadem esse debet, calamitates, quas ego subeo, nec meus sectator subterfugere debet. e) *esse cum aliquo arctissime conjunctum.* Joh. XIV, 10. ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν, h. e. ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου ἓν ἐσμεν ego exsequor omni ex parte fideliter voluntatem divinam et Deus per me vos docet et miracula patrat. ibid. v. 11. 17. Hinc εἶναι ἐν Θεῷ 1 Joh. II, 5. V, 20. *cum Deo conjunctissimum esse*, h. e. *Deum amare et ejus præcepta observare, et a Deo vicissim amari et beneficiis ornari.* Idem valet de formula: εἶναι ἐν Χριστῷ, Κυρίῳ, h. e. *verum Christianum esse et indefesso religionis Christianæ studio arctissimis cum Christo jungi vinculis*, i. q. μένειν ἐν Χριστῷ, Joh. XV, 4. Sic legitur Rom. VIII, 1. XVI, 11. 2 Cor. V, 17. f) *e numero alicujus esse.* Rom. I, 6. ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς *e quorum numero etiam vos estis.*

19. εἶναι κατὰ τινὸς *adversari alicui, repugnare.* Marc. IX, 40. ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ἡμῶν qui enim non aperte se nostrum adversarium gerit.

20. εἶναι μετὰ τινὸς significat, a) *alicujus assiduum comitem esse, cum aliquo vivere et versari.* Matth. XVII, 17. ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; quousque vobiscum degam? Marc. III, 14. ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ. Luc. XV, 31. tu semper mecum fuisti. Joh. XIII, 33. XIV, 9. b) *ab alicujus partibus stare, alicujus sectatorem esse.* Matth. XII, 30. ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ qui non est a meis partibus. Opponitur ibi τῷ εἶναι κατὰ τινός. ibid. XXVI, 69. καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ et tu sectator Jesu fuisti; ad quem locum tironum causa notandum est, pro ἦς, *eras*, Æolice et Attice poni ἦσθα. Vid. *Alberti Obss.* in *N. T.* p. 159. *Georgii Hierocrit. N. T.* P. I. p. 161. et *J. C. Schwarzii notas* ad *Olearii Diss. de Stilo N. T.* p. 228. Eodem sensu הָיָה, sequente עִם, legitur 1 Regg. I, 8. c) *res* dicitur, *in qua constanter permanemus et perseveramus.* 2 Joh. v. 2. ἀλήθεια μεθ' ὑμῶν ἔσται εἰς τὸν αἰῶνα vera religio, in qua perpetuo perseverabitis. d) *contingere, evenire alicui.* 2 Joh. v. 3. ἔστω μεθ' ὑμῶν χάρις contingat vobis omnis generis felicitas. e) *præsidio suo aliquem tegere, opem ferre alicui, felicitatem alicujus promovere.* Matth. XXVIII, 20. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ego vero semper vobis auxilio meo adero. Joh. III, 2. nisi adjuvetur auxilio divino. ibid. VIII, 29. μετά τινος εἶναι explicatur per οὐκ ἀφίεναι τινὰ μόνον non destituere aliquem auxilio. Act. VII, 9. X, 38. XVIII, 10. 2 Cor. XIII, 11. Philipp. IV, 9. et Deum vobis habebitis propitium. *Joseph. A. J.* XI, 6. 10. XV, 5. 9. Cf. *Marklandus* ad *Lysiam* p. 549. Sic הָיָה, sequente אֵת, legitur Genes. XXI, 20. XXXI, 3. Num. XIV, 9. 2 Paral. I, 1. f) *convivari cum aliquo.* Luc. XXIII, 43. σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ hodie mecum in paradiso convivaberis. Judd. XIV, 11.

21. εἶναι παρά τινος *missum esse ab aliquo.* Joh. VII, 29. ὅτι παρ' αὐτοῦ εἰμι, κἀκεῖνός με ἀπέστειλεν. ibid. IX, 16. οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστι παρὰ Θεοῦ non est verus Dei legatus. ibid. v. 33.

22. εἶναι πρός τινα *versari, esse, vivere cum aliquo.* Matth. XIII, 56. οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; nonne omnes apud nos sunt? Marc. IX, 19. ἕως πότε πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι; quousque vobiscum degam? coll. Matth. XVII, 17.

23. εἶναι σύν τινι a) *adesse alicui, cum aliquo vivere.* Coloss. II, 5. τῇ σαρκὶ ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι corpore quidem absum, sed mente

vobis adsum. Philipp. I, 23. καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι et cum Christo vivere. 1 Thess. IV, 17. b) *a partibus alicujus stare, alicujus sectatorem esse*, et ex adjuncto: *perpetuum alicujus comitem esse*. Luc. VIII, 38. εἶναι σὺν αὐτῷ esse in ejus comitatu. Act. IV, 13. ὅτι σὺν τῷ Ἰησοῦ ἦσαν comites et sectatores Jesu fuisse. ibid. V, 17. καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ et omnes, qui cum eo semper versari solebant et a partibus ejus stabant. ibid. XIV, 4. καὶ οἱ μὲν ἦσαν κ. τ. λ. alii Judæis favebant, apostolis alii.

24. εἶναι ὑπέρ τινος *cum aliquo esse, ab alicujus partibus stare*. Marc. IX, 40. ὑπὲρ ἡμῶν ἐστιν is a partibus nostris stare censendus est.

25. εἶναι ὑπό τι seu τινα *obnoxium esse, subjectum esse, parere alicui*. Matth. VIII, 9. εἰμὶ ὑπὸ ἐξουσίαν subjectus sum alienæ potestati. Rom. III, 9. ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι peccatorum pœnis obnoxium esse. ibid. VI, 15. εἶναι ὑπὸ νόμον — ὑπὸ χάριν obstrictum esse legi Mosaicæ—profiteri religionem Christianam. Galat. III, 10. 25. V, 21. 1 Tim. VI, 1.

26. εἶναι τινί a) *pertinere ad aliquem, habere aliquid sibi destinatum*. Act. II, 39. ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία ad vos enim pertinet promissio, vobis destinata est promissa hæc felicitas. b) *possidere, habere aliquid*. Luc. I, 7. καὶ οὐκ ἦν αὐτοῖς τέκνον et prole carebant. ib. XII, 20. τίνι ἔσται; quis possidebit? c) *contingere alicui, evenire*, et maxime de iis usurpatur, quorum preces ratæ fiunt. Marc. XI, 23. 24. καὶ ἔσται ὑμῖν et continget vobis. Luc. I, 14. καὶ ἔσται σοι χαρὰ et magno gaudio afficieris. ib. XIV, 10. Esther. V, 6. ἔσται σοι ὅσα ἀξιοῖς. ib. VII, 2. d) *præmium reportare*. Matth. XIX, 27. τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; quodnam igitur hinc præmium habebimus? e) *alicujus cultorem esse*. Joh. XVII, 9. ὅτι σοί εἰσι nam sunt tui cultores. f) *esse apud aliquem*. Act. XXI, 23. εἰσὶν ἡμῖν sunt apud nos. g) *agnosci ab aliquo*. 1 Cor. IX, 2. εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι si alii non agnoverunt me apostolum, tamen vos agnoscitis. Conf. *Baueri Philol. Thucyd. Paulin.* p. 254.

27. εἶναί τινος significat a) *ad aliquem pertinere, proprium esse alicujus*. Marc. XII, 23. τίνος αὐτῶν ἔσται ἡ γυνή; cujusnam uxor erit? Matth. XXII, 28. Joh. XIX, 24. τίνος ἔσται; cujus esset? b) *pertinere ad alicujus numerum, ex alicujus numero esse*. 1 Tim. I, 20. ὧν ἐστιν Ὑμέναιος e quorum numero sunt Hymenæus etc. 2 Tim. I, 15. c) *sectatorem, cultorem et discipulum alicujus esse*. Rom. XIV, 8. τοῦ Κυρίου ἐσμὲν veros nos Christianos præstabimus. 1 Cor. I, 12. ἐγώ εἰμι τοῦ Παύλου, pro ἐγώ εἰμι ἐκ μέρους τοῦ Παύλου. ib. III, 4. 2 Tim. II, 19. ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ Deus amat et beneficiis ornat omnes veros suos cultores. *Diog. Laërt.* VI, 3. καὶ εὐθέως Διογένους ἦν. d) *afferre aliquid*. Hebr. XII, 11. οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης non videtur gaudium nobis afferre, immo tristitiam. e) *convenire alicui, licere*. Act. I, 7. οὐχ' ὑμῶν ἐστι vestrum jam non est, tempus indagare. Eodem sensu εἶναί τινι legitur Micha III, 1. οὐχ' ὑμῖν ἐστι τοῦ γνῶναι τὸ κρίμα.

28. Verbum hoc, cum participio alius verbi constructum, redundat. Luc. I, 21. ἦν προσδοκῶν expectabat. Matth. VII, 29. ἦν διδάσκων, ubi tamen, fortasse rectius, quoque verti potest: *constanter et pro more docebat*. Hanc enim vim verbum εἰμὶ, cum participio constructum, quandoque apud probatissimos Græcorum habere, clare docet locus *Eurip. Herc. Fur.* 312. Luc. XI, 14. XXIII, 8. Galat. I, 23. Jacob. I, 17. ubi vide *Syr.* et *Vulg.* Eodem modo formula: καὶ ἔσται haud raro redundet, v. c. Act. II, 17. 21. III, 23. Jos. II, 14. VIII, 5. Joël. III, 5. Cf. *Vorstii Philol. S.* c. 33. p. 605. ed. *Fisch.* qui tamen male hanc periphrasin atticam ad Hebraismos retulit, quæ apud optimos Græcos Scriptt. reperitur, v. c. *Thucyd.* I, 38. ἀρέσκοντές ἐσμεν. *Herodian.* I, 3. 10. κρατήσας ἦν. *Aristoph. Plut.* v. 519. et 1082. Conf. *Obss. Miscell.* T. I. p. 149.

29. interdum elliptice deest. Matth. XV, 5. ubi ante δῶρον subaudiendum est ἔστω. Marc. VII, 4. ἀπὸ ἀγορᾶς, sc. ὄντα, cibos in foro coëmtos. ibid. XIII, 14. οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, sc. ὄντες. ibid. v. 15. ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος ὤν. Luc. I, 38. Phil. II, 1. Hebr. X, 18. οὐκ ἔτι (sc. ἐστί) προσφορὰ non amplius locum habet sacrificium pro peccatis. 1 Timoth. V, 13. ἅμα καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι scil. εἶναι. Vide *Abresch. Lectt. Aristænet.* p. 114. *Ælian. V. H.* II, 1. τὸ μειράκιον, sc. ὤν. *Sophocl. Ajax Flag.* 931. ubi post πηκτὸν subintelligendum esse ὄν, jam recte monuit Schol. Vid. *Gronov.* ad *Arriani Indica* p. 650.

ΕΙ῎ΜΙ, *eo, vado.* Joh. VII, 32. 36. καὶ ὅπου εἶμι ἐγὼ et quo ego vado. Ita enim in utroque loco legendum est loco impressi εἰμί. Quanquam non negari potest, etiam Latinos *esse* pro *venire* dixisse, v. c. *Suetonium* in *Augusto* c. 16. Εἶμι autem et εἶμι sæpe in codd. permutari, docuit *Bentleius* ad *Fragmenta Callimachi* p. 393. ed. Ultraject. Cf. etiam *Alberti Obss. Philol.* p. 213.

ΕΙ῎ΝΕΚΕΝ, vel ΕΙ῎ΝΕΚΑ. Vide infra sub ῎ΕΝΕΚΑ.

ΕΙ῎ΠΑ, ΕΙ῎ΠΟΝ. Vid. ῎ΕΠΩ.

ΕΙ῎ΠΕΡ. Vide post ΕΙ᾽.

ΕΙ῎ΠΩΣ. Vide post ΕΙ᾽.

ΕΙ᾽ΡΗΝΕΥ΄Ω, fut. εὑσω, et ΕΙ᾽ΡΗΝΕΥ΄ΟΜΑΙ, *in pace vivo, pacem habeo, pacem sector vel colo.* (ab εἰρήνη *pax, felicitas.*) Marc. IX, 50. εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις concordiæ invicem studiosi estote. Rom. XII, 18. μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες. 2 Cor. XIII, 11. 1 Thess. V, 13. Sæpius in N. T. non legitur. *Polyb.* V, 8. 7. εἰρηνευομένη χώρα regio, quæ fruitur pace. *Hesych.* εἰρηνεύσομεν, εἰρηνικῶς διάξομεν. Hinc εἰρήνευσις, quæ vox in Lexicis vulgaribus plane neglecta est, legitur apud *Jamblichum* de *Vita Pythag.* c. 16.

ΕΙ᾽ΡΗ΄ΝΗ, ης, ἡ, 1. *pax* tam *publica*, quam *privata*, h. e. *immunitas ab hostibus, securitas et tranquillitas civium.* (Proprie *vinculum*, ab εἴρω *necto*, quia pace animi hominum connectuntur et conjunguntur, ad quod etymon allusisse videtur Paulus Ephes. IV, 3. memorans συνδεσμὸν τῆς εἰρήνης, ut bene observat *H. Reiners* in *Bibl. Brem.* Class. III. p. 969.) Luc. XIV, 32. rex copiis inferior, adventante hoste, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην pacem expetit. Act. XII, 20. ἠτοῦντο εἰρήνην de Tyriis et Sidoniis. Apoc. VI, 4. Luc. XI, 21. ἐν εἰρήνῃ ἐστι τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ tranquille suis fruitur. Act. IX, 31. εἶχον εἰρήνην pace usi sunt, h. e. auctoritate colendi sacra suo modo. ibid. XXIV, 2. 1 Thess. V, 3. Hebr. שָׁלוֹם Jerem. VI, 14. VIII, 11. Ezech. XIII, 10. Hinc εἰρήνη

2. *bonus ordo.* i. q. εὐταξία. 1 Cor. XIV, 33. οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς, ἀλλ᾽ εἰρήνης Deus enim vult, ut bonus ordo servetur in conventibus publicis Christianorum.

3. *pacis*, seu *concordiæ servandæ studium, concordia.* Matth. X, 34. Luc. XII, 51. Act. VII, 26. συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην concordiam inter ipsos conciliavit. Rom. XIV, 17. 1 Cor. VII, 15. ἐν εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ad concordiam colendam vocavit nos Deus. Ephes. IV, 3. Coloss. III, 15. εἰρήνη Θεοῦ concordiæ studium, quod Deo probatur. Hebr. XII, 14.

4. per metonymiam: *auctor concordiæ.* Ephes. II, 14. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν ipse autem est concordiæ inter Judæos et Paganos auctor. ibid. v. 17. εἰρήνη doctrina Christiana vocatur, quæ concordiam suadet, commendat et adjuvat.

5. synecdochice: *omnis generis felicitas et prosperitas, sive sit animi, sive corporis in hac pariter, ac futura vita;* speciatim: *felicitas Christianorum.* Luc. I, 79. εἰς ὁδὸν εἰρήνης in viam, quæ ad veram felicitatem ducit. ibid. XIX, 42. τὰ πρὸς εἰρήνην σου quæ tibi salutifera essent. Joh. XVI, 33. Rom. I, 7. II, 10. III, 17. 1 Thess. V, 23. ὁ Θεὸς εἰρήνης Deus omnis felicitatis Christianæ auctor. Etiam apud Græcos εἰρήνη metonymice

pro *salute, felicitate*, quia est pacis effectus, dicitur, v. c. *Ælian. V. H.* III, 18. XIV, 11. Ex hac significatione explicandæ etiam sunt salutationes Judæorum consuetæ, v. c. εἰρήνη ὑμῖν, שָׁלוֹם לָכֶם Genes. XLIII, 23. h. e. *salvete, apprecor vobis omnis generis felicitatem.* Luc. XXIV, 36. Joh. XX, 19. 26. πορεύου, seu ὕπαγε εἰς εἰρήνην *abi feliciter, salvus.* Marc. V, 31. Luc. VII, 50. VIII, 48. Act. XVI, 36. 1 Sam. I, 17. Judd. XVIII, 6. Exod. IV, 18. Hinc interdum εἰρήνη speciatim *tranquillitatem animi, animum fiducia plenum* significat, v. c. Luc. II, 29. Joh. XVI, 33. ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε hæc vobis prædixi, ut animos vestros hac spe erigam et solatio, ne animum vestrum despondeatis.

6. *bona vota, preces lætæ, fausta precatio.* Matth. X, 13. ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτὸν bona vota vestra eventum habebunt: ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω bona vota vestra irrita erunt. Luc. X, 6. υἱὸς εἰρήνης dignus precibus lætis. Joh. XIV, 27. εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν κ. τ. λ. discedens vobis omnigenam felicitatem apprecor eamque certissime promitto. Act. XV, 33. μετ' εἰρήνης Christianis bene illis precantibus. Sic שָׁלוֹם Genes. XXVI, 29.

7. *laus, celebratio.* Luc. II, 14. καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη celebretur Deus ab hominibus. ibid. XIX, 38. εἰρήνη ἐν οὐρανῷ καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις.

8. εἰρήνη Θεοῦ, seu πρὸς τὸν Θεὸν *favor, benignitas, benevolentia Dei, maxime se exserens remissione peccatorum et tranquillitas et fiducia animi, quæ ex sensu favoris divini oritur.* Rom. V, 1. εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν a Deo, nobis propitio, optima quævis sperare possumus. ibid. VIII, 6. Philipp. IV, 7. καὶ ἡ εἰρήνη Θεοῦ et benignitas divina omni cogitatione humana major. Ita etiam Latini *pacem Deorum* dicere solent, ut docuit *Wetstenius* ad Rom. V, 1. Conf. etiam Num. VI, 26. Jer. XVI, 5.—*Phavor.* εἰρήνη· ἡ ἀγάπη, ἡ πρὸς τὸ ὁμόφυλον γνησία διάθεσις, καὶ ἡ πρὸς τοὺς πολεμοῦντας ἐχθροὺς ἡσυχία. παρὰ τὸ εἴρω, τὸ λέγω, ἢ παρὰ τὸ εἴρειν, ὅ ἐστι συμπλέκειν.

ΕΙΡΗΝΙΚΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, 1. *concors, pacis studiosus, qui concordiam promovet.* Jacob. III, 17. ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία ἐστιν εἰρηνική sapientia vero cœlestis est pacifica, h. e. concordiam postulat et promovet. Simili modo Sirac. IV, 8. τὰ εἰρηνικὰ *verba blanda* dicuntur, *et sermones solatii pleni, doloremque pauperis permulcentes.*

2. *qui felicitatem parit ac efficit.* Hebr. XII, 11. καρπὸν εἰρηνικὸν fructum, qui affert summam felicitatem.

ΕΙΡΗΝΟΠΟΙΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *pacem facio, paco, reconcilio, pacis et concordiæ auctor sum.* (ex εἰρήνη *pax*, et ποιέω *facio.*) Coloss. I, 20. εἰρηνοποιήσας removendis pristinis inter Judæos ae gentiles discordiis, coll. Ephes. II, 14—16. — Sæpius non legitur in N. T. Reperitur tamen hæc vox in vers. Alex. Prov. X, 10.

ΕΙΡΗΝΟΠΟΙΟΣ, οῦ, ὁ, apud Græcos dicitur et, *qui alios reconciliat in gratiam suamque interponit operam, ut pax fiat,* (sic v. c. *Fetiales* a *Plutarcho* T. VII. *Opp.* p. 127. ed. *Reiske* dicuntur εἰρηνοποιοὶ, qui erant *oratores* et *interpretes pacis.* Adde *Xenoph. Hist. Gr.* VI, c. 3. 4.) *legatus pacis. causa missus,* qui a Latinis *pacificator* (*Cic. Ep. ad Att.* XV, 7. *Quinctil. Institutt. Orat.* XI, c. 3.) et *pacifica persona* (*Cic. ad Attic.* VIII, Ep. 12.) dicitur, et *qui redit ipse cum inimicis in gratiam,* et omnino, *qui est pacis ac concordiæ studiosus.* Sic semel legitur in N. T. Matth. V, 9. *Phavor.* ὁ τὴν εἰρήνην ἐν ἄλλοις κατεργαζόμενος.

ΕΙΡΩ. Vide sub ΕΡΕΩ.

ΕΙΣ. Præpositio, regens semper accusativum, et nominibus et pronominibus præmissa admodum varias significationes habet. Primaria est

1. *in, ad,* cum accusativo, ut *motum ad locum* denotet. Matth. II, 11. ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν domum ingressi. ib.

v. 13. φεῦγε εἰς Αἴγυπτον recipe te in Ægyptum. ib. v. 14. 20. 21. 22. III, 10. 12. IV, 1. 5. 8. 12. 18. V, 1. 29. 30. VI, 6. 26. etc.

2. *in*, cum ablativo, ut significet *motum in loco*, et ponatur pro ἐν, cum quo sæpe permutatur. Matth. II, 23. κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρὲτ habitavit in urbe, quæ dicitur Nazareth. Marc. I, 9. εἰς τὸν Ἰορδάνην ἐβαπτίσθη, pro ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, ibid. II, 1. ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι. ibid. V. 34. ὕπαγε εἰς εἰρήνην, pro ἐν εἰρήνῃ. ib. XI, 8. coll. Matth. XXI, 8. Marc. XIII, 3. Joh. XX, 19. 26. coll. Luc. XXIV, 36. Act. II, 27. εἰς ᾅδου, sc. τόπον. Interdum etiam pro ἐν ponitur, quando de loco non sermo est, v. c. Act. VIII, 23. Vid. supra sub εἰμί. Alexandrini τὸ εἰς sæpe pro ב posuerunt, Gen. XXXVII, 20. XLIII, 22. 2 Chron. XIX, 4. et ל pro ב Hos. VII, 2. positum reperitur. *Ælian. V. H.* VII, 8. ὅτι Ἡφαιστίων εἰς Ἐκβάτανα ἀπέθανε. *Orpheus Argonaut.* v. 509. ὅτ' ἐς ὠκεανοῖο ῥόον βαπτίζετο Τιτάν. *Sophocl. Ajax Flagell.* v. 80. ubi vid. Schol. Conf. *Krebsii Obss. Flav.* p. 78. et 215. *Vechneri Hellenolex.* p. 258. *Viger.* de *Idiotismis Ling. Gr.* IX, 2. 11. p. 485. Edit. Glasg. 1813. et *Heupel.* Can. 13. de *Græc. Dialectt. Propriet.* p. 135.

3. *in*, ut *causam finalem* indicet. Marc. I, 4. εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ib. II, 17. καλέσαι ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. Matth. VIII, 4. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. ibid. X, 18. XXVI, 28. ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ibid. XXVII, 7. εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις ad sepulturam peregrinorum. Huc pertinent etiam loca N. T. ubi præpositio εἰς ponitur, *cum de religione, cui aliquis initiatur et obstringitur*, sermo est, v. c. Matth. XXVIII, 19. ubi Christiani baptizari jubentur εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, h. e. eo consilio, ut profiterentur et observarent doctrinam de Deo, Filio ac Sp. S. in litteris sacris traditam. Act. XIX, 4. Rom. VI, 3. ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν quotcunque baptismo suscepto initiati sumus religioni Christianæ, nos etiam obstrinximus ad ejus exemplum mortem adeo ob religionem Christianam subeundi. 1 Cor. X, 2.

4. *in*, ut tempus, quo aliquid sit, significet. Rom. VIII, 21. εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης eo tempore, qui libertas gloriosa manifestabitur.

5. *ad*, ita, ut partim *locum* notet, partim *finem* et *propositum*. Luc. XI, 49. ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς προφήτας. Joh. XI, 38. ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον. Rom. II, 4. εἰς μετάνοιάν σε ἄγει. 1 Cor. XIV, 36. εἰς ὑμᾶς μόνους κατήντησε τὸ εὐαγγέλιον.

6. *ad*, ita, ut *causam efficientem* aut *commoventem* significet, auf Veranlassung *the occasion*. Matth. XII, 41. μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ vitam emendarunt ad Jonæ exhortationem, seu, Jonæ oratione adducti ac commoti. Eodem modo ל usurpatur Psalm. XVIII, 45.

7. *juxta*, *apud*, *prope*. Joh. IV, 5. coll. v. 6. et 8. Joh. XXI, 4. ἔστη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλὸν stetit Jesus juxta littus. Rom. XV, 16. εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν εἰς τὰ ἔθνη ut sim minister apud gentes. Act. II, 22. Ἰησοῦν ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς. Sic etiam *ad* pro *apud* interdum refertur ad *locum*, v. c. *Cic.* pro *Muren.* c. 15. " pugna navalis *ad* Tenedum." Idem *Orat. Verr.* IV, 8. interdum vero ad *personas*, *Cic.* Epp. ad *Attic.* X, 18. *Liv.* X, 35.

8. *contra*, *adversus*. Matth. XVIII, 15. ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου. Luc. VII, 30. εἰς ἑαυτοὺς in suam ipsorum perniciem. ibid. XII, 10. ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ — τῷ δὲ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα βλασφημήσαντι ibid. XV, 18. contra Deum et te peccavi. Act. VI, 11. 1 Cor. VIII, 12. Sic *ad* pro *adversus* apud *Cic.* pro *Roscio* c. 40. *Div.* I, 7. et *in* pro *contra* dixit *Tacitus Hist.* I, c. 2. §. 6.

9. *coram*. Act. XXII, 30. ἔστησεν εἰς αὐτοὺς Paulum coram illis statuit. 2 Cor. VIII. 24. εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε, καὶ εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν coram ipsis ostendite et coram facie ecclesiarum.

Alex. Exod. XXIV, 7. εἰς ὥτα αὐτῶν, ubi εἰς Hebraico ב respondet.

10. *de*, i. q. περί. Matth. VI, 34. μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον, sc. ἡμέραν, de futuro ne sitis solliciti. Act. II, 25. Δαβὶδ γὰρ λέγει εἰς αὐτὸν David enim ita de eo. ib. XXV, 20. ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν. Rom. IV, 20. εἰς τὴν ἐπαγγελίαν οὐ διεκρίθη. 2 Cor. XII, 6. Ephes. V, 32. ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Hebr. VII, 14. Sic ל pro עַל ponitur 2 Sam. XI, 7. Ps. XCI, 11. Obadia v. 1. et *in* pro *de* apud *Martial.* Ep. I, 68. *Diod. Sic.* XI, 50. εἰς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ παρὸν λέγειν, ubi vid. *Wesseling.*

11. *erga.* 1 Petr. IV, 9. φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους. Matth. XXVI, 10. ἔργον καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμὲ præclarum beneficium mihi præstitit. Act. XXIV, 17. ἐλεημοσύνας ποιήσων εἰς τὸ ἔθνος μου. Rom. V, 8. τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς. ibid. XII, 10. εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. 2 Cor. II, 4. ἀγάπην ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς amore vestrum flagro.

12. *inter.* Joh. VI, 9. ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς τοσούτους; sed quid tantulum ad tantam multitudinem? 1 Thess. I, 5. Matth. XIII, 22. ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρείς inter spinas consitus, coll. Marc. IV, 7. Marc. VIII, 19. τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πεντακισχιλίους. Luc. XXI, 24. etc.

13. *per*, de *loco.* Matth. IV, 24. καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν et pervasit fama ejus totam Syriam. ibid. IX, 26. XXVI, 71. ἐξελθόντα αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα egredientem ipsum per portam. Marc. I, 39. V, 14.—in *formulis jurandi.* Matth. V, 35. μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα ὀμόσῃς neque per Hierosolymam jurare licet.

14. *pro*, in *usum alicujus.* Matth. XX, 1. εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ hoc consilio, ut vineam colerent. 1 Cor. XVI, 1. τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους collectionis pro Christianis. 2 Cor. VIII, 4. IX, 1. ἡ διακονία ἡ εἰς τοὺς ἁγίους. Alio sensu sumitur Matth. XXVII, 10. ἔδωκαν ἀργύρια εἰς τὸν ἀγρὸν dederunt pecunias pro agro.

15. *ob, propter*, quum impulsos nos ab aliqua re significamus. Marc. I, 38. εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα hujus rei causa exivi. Luc. IV, 43. εἰς τοῦτο ἀπέσταλμαι. Joh. XVIII, 37. Hinc εἰς τί *propter quid?* seu, *cur?* Matth. XIV, 31. εἰς τί ἐδίστασας; Huc etiam pertinet formula: εἰς ὄνομα, Matth. X, 41. ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου qui humaniter excipit prophetam, quia propheta est. In sequentibus eodem sensu εἰς ὄνομα δικαίου legitur ad imitationem Hebraici לְשֵׁם, ut docuit *Vorstius Philol. S.* c. 40. p. 739. seq. Adde Num. XVI, 34. נָסוּ לְקוֹלָם. *In* pro *propter* dixit *Plautus Cist.* Act. II. Sc. 3. v. 56. *Ælian. V. H.* X, 6. ἐκωμῳδοῦντο εἰς λεπτότητα. ibid. XIV, 9. εἰς τὸ ἄχαρι.

16. *sub.* Rom. XI, 32. συνέκλεισεν ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν conclusit Deus omnes sub incredulitatem, h. e. declaravit, omnes homines peccato et vitiositati esse obnoxios, coll. Galat. III, 22. ubi verbum συγκλείω construitur cum ὑπό.

17. ut Latinum *ad* (*Cic.* de *Senect.* 7. *Liv.* XL, 50. significat *usque ad* et de *tempore* inprimis usurpatur. Matth. X, 22. εἰς τέλος usque ad finem. Luc. XII, 19. κείμενα εἰς ἔτη πολλά. Joh. XIII, 1. εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς. Act. IV, 3. ἔθεντο εἰς τὴν τήρησιν εἰς τὴν αὔριον. 2 Tim. I, 12.—de *re* ac *persona.* Rom. XIII, 14. εἰς ἐπιθυμίας usque ad pravas cupiditates. Hebr. II, 3. Alexandrini עַד mox per εἰς, mox per ἕως transtulerunt. Exod. XVI, 23. 24. Levit. XXV, 22. 52.

18. *quod attinet ad*, i. q. κατά. Galat. IV, 11. εἰς ὑμᾶς vos quod attinet. Ephes. III, 16. εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Huc etiam multi interpretes referunt locum Luc. VII, 30. τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ εἰς ἑαυτοὺς voluntatem Dei, quæ ad eos pertinebat. *Xenoph. Anab.* I, 9. 10. εἰς δικαιοσύνην quod ad justitiam attinet. ibid. II, 6, εἰς φιλίαν.

19. *versus.* Luc. VI, 20. ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ.

20. *cum.* Act. VII, 53. εἰς διαταγὰς ἀγγέλων præsentibus angelorum ordinibus. Eleganter de hoc rariore præpositionis εἰς usu egit *Irmisch. Excurs.* ad *Herodian.* I, 4. 17. Tom. I. p. 858.

21. *abundat et circumscribit nominativum.* Matth. XIX, 5. καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, pro σὰρξ μία, coll. v. 6. et Genes. II, 24. Matth. XXI, 42. ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, Hebr. הָיְתָה לְרֹאשׁ פִּנָּה. Luc. X, 34. XIII, 19. ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα. Rom. V, 18. εἰς κατάκριμα — εἰς δικαίωσιν ζωῆς. 1 Cor. IV, 3. ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστι. Hebr. I, 5. 1 Petr. II, 7. coll. Ps. CXVIII, 22. Sic etiam ל haud raro est nota nominativi, v. c. Genes. XXIV, 67. Levit. XXVI, 12. Deut. XXI, 13. conf. *Vorstii Philol. S.* p. 681. Interdum εἰς etiam dativo exprimendo inservit, v. c. Matth. V, 22. ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, pro τῇ γεέννῃ, nam ἔνοχος fere semper cum dativo construitur.

22. adverbiis junctum sæpe otiosum est, v. c. Act. II, 39. οἱ εἰς μακρὰν, pro οἱ μακρὰν — εἰς ἅπαξ, εἰς τρὶς, *Homer.* Iliad. α'. 213. *Ælian.* V. H. IX, 41. εἰς αὔριον, εἰς τὸ παραχρῆμα.

23. Interdum deficit, v. c. 2 Petr. II, 8. ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, pro ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν, *quotidie.* Sic reticetur Luc. IX, 2. ante κηρύσσειν; post λέγω Joh. VI, 71. et φλυαρέω 3 Joh. v. 10. et ante αἰχμαλωσίαν Apoc. XIII, 10. secundum *H. Stephanum.*

24. verbis junctum regit accusativum cum infinitivo, et aut constituit gerundium in *dum*, aut infinitivum in tempus finitum resolvit et reddendum, *ut, ita ut, donec, usque dum, quod.* Act. III, 19. εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν ut deleantur peccata vestra. Rom. I, 20. 1 Cor. VIII, 10. XI, 22. εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν ad edendum et bibendum. Ephes. I, 18. III, 6. 2 Thess. I, 5. II, 6. εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν usque dum retegatur. Hebr. XI, 3. 1 Petr. III, 7.

25. *in honorem.* Rom. XI, 35. ὅτι ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. *Ælian.* V. H. XIII, 21. εἰς Ἀπόλλωνα in honorem Apollinis.

26. Interdum verbum post nomen accusativi casus, a præpositione εἰς rectum, subintelligendum est. Hebr. XI, 11. δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβεν, pro δύναμιν εἰς συλλαμβάνειν vel καταισχεῖν κ. τ. λ. *Theocrit. Idyll.* V, 98. ἐς χλαῖναν. Schol. ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ ἐργάζεσθαι χλαῖναν. Confer *Gronovium* ad *Gellii N. A.* IX. c. 2.

ΕΙ῾Σ, μία, ἕν, genit. ἑνὸς, μιᾶς, ἑνὸς,

1. *unus.* Matth. XIX, 5. εἰς σάρκα μίαν unum corpus. Act. IV, 32. καὶ ἡ ψυχὴ μία. Galat. III, 20. mediator non est unius partis, Deus vero est una pars. Coloss. III, 15. Rom. III, 10. οὐκ ἔστι δίκαιος, οὐδὲ εἷς non est justus, ne unus quidem. ib. v. 12. οὐκ ἔστιν ἕως ἑνὸς ne unus quidem, pro οὐδὲ εἷς. Exod. XIV, 28. non remansit ex iis עַד אֶחָד coll. Ps. CVI, 11. Exod. VIII, 31. Sirac. XLVI, 19.

2. *primus*, pro numerali ordinali πρῶτος. Matth. XXVIII, 1. εἰς μίαν (sc. ἡμέραν) τῶν σαββάτων in primum diem hebdomadis. 1 Cor. XVI, 2. κατὰ μίαν σαββάτων primo quoque die hebdomadis. Apoc. IX, 12. ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν. Marc. XVI, 2. coll. v. 9. Joh. XX, 19. Act. XX, 7. Causa vero hujus significationis e lingua Hebraica repetenda videtur, in qua אֶחָד non tantum cardinale est, sed et ordinale et *primum* significat, v. c. Genes. I, 5. יוֹם אֶחָד *dies primus.* Ezech. XXXII, 1. μιᾷ τοῦ μηνός. Pro numerali ordinali legitur tamen apud *Polybium* p. 1401. ἐν τῇ μιᾷ καὶ εἰκοστῇ βίβλῳ. *Herodot.* IV, c. 161. μίαν — ἄλλην — τρίτην. *Thucyd.* IV, 115. et *unus* pro *primus* apud *Cic.* de Senect. c. 5. " uno et octogesimo anno." Conf. *Krebs. Obss. Flav.* p. 75.

3. *solus, unicus.* Matth. XIX, 17.

οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς nemo est perfectus, nisi solus Deus.

4. *aliquis, quidam*, pro pronomine indefinito τις, Matth. VIII, 19. εἷς γραμματεύς, ibid. XVIII, 28. ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ aliquem commilitonum suorum. ib. XVI, 14. XIX, 17. ubi pro εἷς in duobus codicibus legitur νεανίσκος τις. Apoc. VIII. 13. Interdum additur τῷ τὶς pleonastice. Marc. XIV, 47. εἷς τὶς τῶν παρεστηκότων. ib. v. 51. Luc. XXII, 50. Sic אֶחָד, 1 Sam. I, 1. אִישׁ אֶחָד, 2 Sam. XII, 1. Genes. XXVII, 44. יָמִים אֲחָדִים, Alex. ἡμέρας τινὰς, Dan. II, 31. *Cic.* de Orat. I, c. 29. "sicut *unus* paterfamilias." Exempla e Græcis dedit *Bergler.* ad *Alciphr.* Epp. I, 3. p. 15. *Herodian.* VII, 5. 10. εἷς τῶν νεανίσκων. *Herodot.* IV, 71. V, 105. *Thucyd.* I, 85. Huc etiam pertinet locus Luc. V, 17. ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν *aliquando*, i. q. in lingua vernacula dicitur einen Tag *one day.*

5. *idem, unus idemque.* 1 Cor. III, 8. ὁ φυτεύων δὲ καὶ ὁ ποτίζων ἓν εἰσιν pro uno eodemque sunt habendi, pares sunt. ibid. XI, 5. ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ unum idemque est, ac si rasa esset. ibid. XII, 11. τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα idem ille spiritus.

6. *unitus, conjunctus.* Hinc formula: ἓν εἶναι significat: *arctissime cum aliquo conjunctum esse, maxime consiliis, animo, viribus, consentire, eadem mente esse.* Joh. X, 30. ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν ego cum patre eandem potestatem habeo. ibid. XVII, 11. ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς, h. e. ἵνα μίαν πίστιν ἔχωσι ut omnes tueantur et profiteantur unam eandemque doctrinam, quemadmodum doctrina, a me tradita, vere a te originem ducit. 1 Joh. V, 7. 8. οἱ τρεῖς ἓν εἰσι unam eandemque rem suo testimonio confirmant. Ἓν ποιεῖν *concordem reddere, conciliare invicem, in unum cœtum*, seu, *societatem cogere.* Ephes. II, 14. ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν qui partes dissentientes, Judæos ac Paganos, invicem conciliavit. Huc etiam referrem locum Joh. X, 16. ubi μία ποίμνη æque ac εἷς λαὸς 1 Macc. I, 41. *populum, hominum societatem, unam eandemque religionem profitentem*, significat, ut Arab. امّة واحدة *Coran.* Sur. X, 20. XI, 119. XVI, 93.

7. *unusquisque.* Apoc. IV, 8. τὰ τέσσαρα ζῶα, ἓν καθ' ἑαυτὸ quatuor animalia, unumquodque pro se. Ies. VI, 2. ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, scil. ἑκάστῳ. *Lucian.* Deor. Jud. T. II, p. 12. σκόπει καθ' ἓν (ἕκαστον) ἀκριβῶς. Ponitur etiam εἷς ἕκαστος et ἓν ἕκαστον, v. c. Luc. IV, 40. ὁ δὲ ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθείς. Act. II, 3. ἐκάθισε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, de qua formula exposuit *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* XVI, 35.

8. εἷς τὸν ἕνα *unus alterum, singuli singulos.* 1 Thess. V, 11. οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, pro ἀλλήλους. Exempla similia e Scriptt. Gr. collegit *Kypkius* ad h. l.

9. εἷς καὶ εἷς *unus—alter*, pro ὁ μὲν —ὁ δὲ, ad imitationem Hebraici אֶחָד וְאֶחָד Levit. XII, 8. 1 Regg. III, 25. 2 Paral. III, 17. Matth. XX, 21. XXIV, 40. 41. μία—καὶ μία. Marc. X, 37. XV, 27. Interdum ponitur εἷς — καὶ εἷς — καὶ εἷς unus—alter—tertius. Marc. IV, 8. et 20. coll. Matth. XIII, 8. ubi ὁ μὲν—ὁ δὲ—ὁ δὲ ponitur. Adde *Sophocl.* Electra v. 696. *Aristot. Ethic.* VI, c. 2. p. 97. *Martial.* Epigr. I, 20.

10. εἷς καθ' εἷς, pro εἷς καθ' ἕνα *singuli singulatim, unus post alterum.* Marc. XIV, 19. καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθ' εἷς. Joh. VIII, 9. ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς. Conf. *Gabr. Mathesii* D. difficilis phraseos εἷς καθ' εἷς Marc. XIV, 19. et Joh. VIII, 9. explicationem sistens. Ups. 1742. 4. Καθ' εἷς *singuli.* Joh. XXI, 25. καθ' ἕν. 1 Cor. XIV, 31. *sigillatim* omnes. Esse vero καθ' εἷς pro καθ' ἕνα manifestum solœcismum, *Grævius* docuit ad *Lucian.* Solœc. T. II, p. 755. Vide infra sub καθεὶς.

11. εἷς οὐ pro οὐδεὶς *nullus, nemo.*

Matth. X, 29. καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν.

12. οὐδὲ εἷς *ne unus quidem, nullo excepto, nullus.* Matth. XXVII, 14. Joh. I, 3. Act. IV, 32. Rom. III, 10. 12. Hebr. לֹא אִישׁ, Num. XXVI, 65. et לֹא אֶחָד, 2 Sam. XIII, 30.

13. ἀπὸ μιᾶς, sc. γνώμης, (*Euseb.* H. E. III, c. 11.) *unanimi consensu, ad unum omnes.* Luc. XIV, 18. Alii supplent φωνῆς, *uno ore*, sensu fere eodem; alii vero, ut *Fullerus* Misc. I, 1. ὥρας, *statim, repente.* Cf. de formula ἀπὸ μιᾶς *Irmisch.* Exc. ad *Herodian.* I, 4. 21. T. I, p. 861.

14. interdum reticetur. Matth. VIII, 8. XV, 23. ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῇ (ἕνα) λόγον. ibid. XXI, 7. ἐπεκάθισεν ἐπάνω (ἑνὸς) αὐτῶν. Eodem modo אֶחָד omittitur Judd. XII, 7. 1 Regg. XVIII, 27. Conf. *Vorstii* Philol. S. c. 25. p. 525. *Krebs. Obss. Flav.* p. 45. Interdum tamen sic etiam Græci loquuntur, v. c. *Xenoph.* Mem. I, 2. 31. *Lysiæ* Oratt. p. 208. 211. et 215. ed. *Taylor.* etiam Latini, ut docuit *Vechnerus Hellenolexia* I, 2. 3. p. 121. ed. *Heusingeri.*

ΕΙΣΑΓΩ, fut. άξω, 1. *introduco in locum.* Luc. XIV, 21. XXII, 54. εἰσήγαγον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀρχιερέως. Act. IX, 8. XXI, 28. 29. 37.

2. *affero.* Luc. II, 27. ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν allatum a parentibus Jesum infantem.

3. *intromitto.* Joh. XVIII, 16. καὶ εἶπε τῇ θυρωρῷ, καὶ εἰσήγαγε τὸν Πέτρον jussit janitricem intromittere Petrum. *Xenoph. Hist. Gr.* I, 3. 13. et V, 4. 1.

4. *infero.* Act. VII. 45. ἣν καὶ εἰσήγαγον quam etiam intulerunt terræ occupatæ gentium. Apud Græcos εἰσάγεσθαι haud raro de *mercibus* usurpatur, *quæ importantur*, v. c. apud *Xenoph.* de Vectigal. IV, 40.

5. *produco aliquem, induco, palam propono, sisto et declaro alicui.* Hebr. I, 6. ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην quum vero in alio loco eum hominibus sistit primogenitum. Alii, *Chrysostomo* præeunte, vertunt: cum ei imperium in universum tradit, ὅταν ἐγχειρίσῃ αὐτῷ τὴν οἰκουμένην. In notione *producendi* legitur apud *Polybium* Exc. Leg. 93. p. 728. ed. *Ernest.* εἰσαγαγόντος αὐτοὺς Ἀντωνίου τοῦ δημάρχου.

ΕΙΣΑΚΟΥΩ, fut. ούσω, 1. *audio, auribus percipio aliquid*, i. q. simplex ἀκούω. *Eurip.* Phœn. v. 96. et 1363.

2. *exaudio preces alicujus annuendo, precibus alicujus annuo*, et inprimis Deo tribuitur, quum hominum preces non irritas esse jubet. Matth. VI, 7. ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται se ob prolixam orationem exauditum iri. Luc. I, 13. εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου. Act. X, 31. In vers. Alex. eodem sensu Hebr. שָׁמַע respondet Ps. IV, 1. 2. XXX, 10. Sirac. III, 6. LI, 11.

3. *obedio, obtempero, accommodo me alterius voluntati*, i. q. ὑπακούω. Sic legitur in N. T. 1 Cor. XIV, 21. καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου sed neque sic mihi obtemperabunt. Deut. I, 43. καὶ οὐκ εἰσηκούσατέ μου καὶ παρέβητε. ibid. IX, 23. ubi Hebr. שָׁמַע respondet. In eadem versione Alex. pro שָׁמַר Exod. XVI, 28. Deut. XXVIII, 58. legitur. Sic et εἰσακούω apud Græcos legitur, v. c. *Thucyd.* I, c. 126. ἢν μή τι ἐσακούωσι. ib. III, 4. init. *Xenoph.* Hist. Gr. V, 2. 12.

4. *libero, eripio*, i. q. σώζω, ita, ut consequens ponatur pro antecedenti. Hebr. V, 7. καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας et liberatus est a sollicitudine animi, s. metus mortis. 2 Chron. XVIII, 31. καὶ Κύριος ἔσωσεν αὐτόν, sed in Aldin. εἰσήκουσεν αὐτοῦ. Ps. LV, 16. καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσέν μου pro Hebr. וַיהוָה יוֹשִׁיעֵנִי. Job. XXXV, 12. καὶ οὐ μὴν εἰσακούσῃ ἀπὸ ὕβρεως πονηρῶν.

ΕΙΣΔΕΧΟΜΑΙ, fut. ἐξομαι, 1. *admitto, recipio, benigniter excipio*, ab εἰς et δέχομαι *accipio.* 2 Macc. IV, 22. μετὰ δαδουχίας καὶ βοῶν εἰσδέχθη. Sapient. XIX, 15. *Xenoph. Cyrop.* V, 5. 2.

2. *beneficiis afficio, adjuvo, tucor.* 2 Cor. VI, 17. κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς et

ego ero benignissimus erga vos, coll. v. 16. et Ies. LII, 12.

ΕΙ᾽ΣΕΙΜΙ, vel ΕΙ᾽ΣΙ᾽ΗΜΙ, *ingredior, intro*, ex εἰς et εἶμι vel ἴημι *vado, eo*. Act. III, 3. μέλλοντας εἰσίέναι εἰς τὸ ἱερόν. ibid. XXI, 18. 26. εἰσῄει εἰς τὸ ἱερόν. Hebr. IX, 6. εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΙ᾽ΣΕ᾽ΡΧΟΜΑΙ, fut. εἰσελεύσομαι, aor. 2. εἰσῆλθον.

1. *introëo, intro, ingredior*, vel absolute positum, vel intercedente præpositione εἰς, aut addito adverbio ἔσω. Marc. VI, 22. καὶ εἰσελθούσης τῆς θυγατρὸς αὐτῆς. Luc. VII, 45. ἀφ᾽ ἧς εἰσῆλθον. Act. I, 13.—Matth. VIII, 5. εἰσελθόντι δὲ αὐτῷ εἰς Καπερναούμ. Marc. III, 27. Matth. XXVI, 58. καὶ εἰσελθὼν ἔσω.

2. *irrepo, clam intro*. Act. XX, 29. ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς fore, ut post abitum meum sese ingerant in vos, seu, clam se adducant lupi truces.

3. *adeo, accedo*. Marc. XV, 43. εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον Pilatum adiit. Act. X, 3. XXVIII, 18.

4. *aggredior, invado*. Marc. III, 27. οὐδεὶς δύναται τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυροῦ, εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, διαρπάσαι nemo potest supellectilem potentis, irruptione in ejus domum facta, diripere, coll. Matth. XII, 29. et Luc. XI, 22. Conf. *Abresch.* ad *Æschylum* p. 235.

5. *prodeo*, εἰσέρχομαι εἰς τὸν δῆμον *prodeo in concionem, causam acturus et dicendi causa*. Act. XIX, 30. τοῦ δὲ Παύλου βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον cum autem Paulus vellet prodire ad populum, se suamque causam defensurus. *Polyb.* Hist. III, 44. μετὰ δὲ τούτους εἰσελθὼν αὐτός. Conf. *Lœsner.* Obss. Philonian. in N. T. p. 220.

6. *venio, pervenio*. Act. X, 24. εἰσῆλθον εἰς τὴν Καισαρείαν venerunt Cæsaream. ibid. XXIII, 33.

7. *subeo*, intercedente præpositione ὑπό. Matth. VIII, 8. Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς domine, non dignus sum, cujus domum intres. Luc. VIII, 8. Videtur esse formula Hebraica Genes. XIX, 8. בָּאוּ בְּצֵל קֹרָתִי Alex. εἰσῆλθον ὑπὸ τὴν στέγην τῶν δοκῶν μου.

8. *pervenio*, sensu metaphorico, *compos, particeps fio*. Matth. XIX, 17. εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν si pervenire cupis ad felicitatem æternam, coll. v. 16. Luc. XXIV, 26. καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ. ibid. XI, 52. αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε, καὶ τοὺς εἰσερχομένους ἐκωλύσατε vos alieni manetis ab hac cognitione, et qui ad eam adspirant, eos impedire conamini. Hebr. IV, 1. εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ frui felicitate illa, a Deo nobis promissa. ib. v. 3. 6. 10. 11. Huc pertinet etiam formula: εἰσέρχομαι εἰς τὴν βασιλείαν, seu ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, seu Χριστοῦ, *adducor ad religionem et felicitatem Christianam*, quæ legitur Matth. XIX, 23. 24. cujus loco interdum etiam simpliciter εἰσέρχομαι ponitur, v. c. Rom. XI, 25. ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ. Joh. X, 9. *Antonin.* X, 8. καὶ εἰς βίον εἰσελεύσῃ ἕτερον.

9. *incido in aliquid*. Matth. XXVI, 41. ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς τὸν πειρασμὸν ne incidatis in tentationem. Marc. XIV, 38. Luc. XXII, 40. 46.

10. *redeo, revertor*. Luc. XVII, 7. εἰσελθόντι ἐκ τοῦ ἀγροῦ eum reversum ab agro. Apoc. XI, 11.

11. *in aliqua re alteri succedo*. Joh. IV, 38. καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε et vos in laborem eorum successistis, h. e. vos pergitis plenius instituere homines, jam elementa prima a Johanne et me edoctos.

12. Formula: εἰσέρχεσθαι καὶ ἐξέρχεσθαι duplici sensu in litteris sacris adhibetur, partim de *eo, qui semper vivit et versatur in aliquo loco et conversatur cum aliis*, partim de *eo, qui munere suo fungitur coram aliis et publicum munus gerit*, ad imitationem formulæ Hebraicæ בּוֹא וְצֵאת Deut. XXVIII, 6. XXXI, 2. 2 Sam. XVIII, 13. 16. XXIX, 6. 1 Chron. XXVIII, 1. 2 Chron. I, 10. Ps. CXXI, 8. Cf. *Valckenar.* ad *Eurip. Phœn.* v. 547. Act. I, 21. ἐν ᾧ (sc. χρόνῳ) εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ᾽ ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς

per omne illud tempus, quo Christus versatus et munere suo functus est inter nos. Joh. X, 9. καὶ εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει atque meorum sectatorum societati adscriptus semper pascua habebit.

13. εἰσέρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον *nasci, hominem fieri*, Hebr. בּוֹא בָּעוֹלָם. Hebr. X, 5. διὸ (supple ὡς) εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, λέγει ideo Messias, qui a Davide, ut homo factus, loquens sistitur, coll. Joh. I, 9. Significat etiam, de *rebus* usurpatum, *propagari inter homines, induci in res humanas.* Rom. V, 12. coll. Sap. II, 24. et XIV, 14. Interdum etiam *exoriri, existere*, v. c. 2 Joh. v. 7. *Marc. Antonin.* VI, c. 42. μεθ' ὧν εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον quibuscum ego natus sum. Eodem sensu apud *Cebetem* c. 20. formula εἰσπορεύεσθαι εἰς τὸν βίον ponitur.

14. interdum εἰσέρχομαι ita ad animum transfertur, ut significet partim *mentem subire et animum*, (cf. *Valckenar.* ad *Eurip.* Phœn. v. 1379.) partim *impellere, incitare aliquem, consilium alicui suggerere*, ut sit i. q. βάλλειν εἰς τὴν καρδίαν τινὸς, Luc. IX, 46. εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς mentem eorum subiit cogitatio. ibid. XXII, 3. εἰσῆλθε δὲ Σατανᾶς εἰς Ἰούδαν suggessit Satanas Judæ consilium. Joh. XIII, 27. Judas magis confirmabatur in impio suo consilio exsequendo, coll. v. 2. Simili modo *Xenoph.* Anab. V, 1. 11. εἰσῄει αὐτοὺς subiit animum eorum hæc cogitatio.

15. *ingeror, immittor, inseror.* Matth. XV, 11. τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα quod ori ingeritur. Act. XI, 8. οὐδέποτε εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου nunquam comedi.

16. *pertineo*, ich reich an einen Ort *I reach a certain place:* in qua singulari significatione hac voce usus est Paulus Hebr. VI, 19. ἐλπίδα εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, h. e. spem, quæ aliquando explebitur in cœlo.

ΕΙ'ΣΚΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. έσω, et ΕΙ'ΣΚΑΛΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, *introvoco*, ex εἰς et καλέω *voco*, etiam *introduco.* Act. X, 23. εἰσκαλεσάμενος οὖν αὐτοὺς ἐξένισε, *Vulg. introducens ergo eos excepit hospitio.* Sæpius in N. T. non legitur. *Xenoph. Œcon.* IV, 15. Conf. *Valcken.* ad *Theocrit.* p. 353. *Phavorin.* εἰσκαλέομαι· τὸ ἐπὶ φιλίᾳ τινὰ δεξιοῦμαι, ὃ καὶ εἰσκαλῶ γράφεται κοινῶς, αἰτιατικῇ συντάσσεται.

ΕΙ''ΣΟΔΟΣ, ου, ἡ, 1. proprie: *via, quæ in aliquem locum fert.* Sic de ædium vestibulis et januis, per quas intratur, legitur apud *Herodian.* I, 12. 16. ἀποκλείσαντες τὰς τῶν οἰκιῶν εἰσόδους, ubi vid. *Irmisch. Xenoph. Cyrop.* I, 3. 10. Prov. VIII, 34. Hebr. פֶּתַח in vers. Alex. respondet.

2. *ingressus, introitus, aditus*, idque tum localiter, tum metaphorice. Act. XIII, 24. προκηρύξαντος Ἰωάννου πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ ante adventum Messiæ, h. e. antequam Messias munus suum auspicaretur; quæ verba male Patres de nativitate Christi, historia / repugnante, intellexerunt. 1 Thess. II, 1. τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν εἰς ὑμᾶς meam inter vos præsentiam non inanem fuisse.

3. *receptio, admissio, exceptio.* 1 Thess. I, 9. ὁποίαν εἴσοδον ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς quanta cum humanitate, lætitia, studio et obsequio doctrinam meam receperitis. Hebr. X, 19. τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων receptionem in numerum civium cœlestium. 2 Petr. I, 11. ἡ εἴσοδος εἰς τὴν αἰώνιον βασιλείαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΙ'ΣΠΗΔΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *insilio, introsalio, in locum aliquem salio*, ex εἰς et πηδάω *salio, salto.*

2. *summo cum impetu me fero, irruo, celeriter accedo et introëo.* Sic bis in N. T. legitur. Act. XIV, 14. εἰσεπήδησαν εἰς τὸν ὄχλον prosilierunt ad turbam. ibid. XVI, 29. εἰσπήδησε, *Vulgatus:* (celeriter) *introgressus est.* In vers. Alex. pro Hebr. בּוֹא legitur Amos. V, 19. καὶ εἰσπηδήσῃ εἰς τὸν οἶκον. *Ælian.* V. H. XIII, c. 2. *Xenoph. Anab.* I, 5. 8.

ΕΙ᾽ΣΠΟΡΕΥ᾽ΟΜΑΙ, fut. εὑσομαι.

1. proprie: *intro, ingredior, introëo*, et motum localem significat. (ex εἰς et πορεύομαι *vado*.) Construitur vel cum præpositione εἰς et κατὰ, vel cum adverbio loci, aut simpliciter ponitur. Marc. I, 21. καὶ εἰσπορεύονται εἰς Καπερναούμ. V, 40. εἰσπορεύεται ὅπου ἦν τὸ παιδίον. ibid. VI, 56. XI, 2. Luc. VIII, 16. οἱ εἰσπορευόμενοι. ibid. XI, 33. XIX, 30. XXII, 10. Act. III, 2. VIII, 3. κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος domos intrans.

2. εἰσπορεύομαι πρός τινα, *adeo aliquem*. Act. XXVIII, 30. καὶ ἀπεδέχετο πάντας τοὺς εἰσπορευομένους πρὸς αὐτὸν excipiens omnes humaniter, qui eum adirent.

3. *ingeror, immittor, indor, inseror*. Marc. VII, 15. 18. τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον, οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι non quod ori ingeritur (h. e. *cibi* et *potus*, qui etiam a *Xenoph*. Cyrop. I, 6. 14. τὰ εἰσιόντα vocantur) polluere hominem valet.

4. εἰσπορεύεσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι, *libere vivere et versari in aliquo loco, conversari cum aliquo*. Act. IX, 28. καὶ ἦν μετ᾽ αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος ἐν Ἱερουσαλήμ et libere cum iis versabatur Hierosolymis. Hebræi dicunt בָּא וְיָצָא. Conf. supra sub εἰσέρχομαι.

5. metaphorice: *animum subeo, occupo*. Marc. IV, 19. καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι εἰσπορευόμεναι et reliquarum rerum terrenarum cupiditates animum occupantes et tenentes. ibid. VII, 19. οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν.

ΕΙ᾽ΣΤΡΕ᾽ΧΩ, aor. 2. εἰσέδραμον, *introcurro*, ex εἰς et τρέχω *curro*. Semel in N. T. legitur Act. XII, 14. εἰσδραμοῦσα (partic. aor. 2.) postquam introcucurrerat. Conf. *Irmisch*. ad *Herodian*. I, 9. 7. p. 350. De iis qui cum impetu invadunt legitur apud *Xenoph*. Anab. V, 2. 12.

ΕΙ᾽ΣΦΕ᾽ΡΩ, fut. εἰσοίσω, aor. 1. εἰσήνεγκα,

1. *infero, ex uno loco transfero in alterum*. Luc. V, 18. καὶ ἐζήτουν αὐτὸν εἰσενεγκεῖν et studebant eum domui inferre. ib. v. 19. 1 Tim. VI, 7. οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον nihil enim intulimus (seu attulimus) in mundum. Hebr. XIII, 11.

2. *sino, permitto aliquem incidere, venire, pervenire*. Matth. VI, 13. Luc. XI, 4. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς τὸν πειρασμὸν ne patiaris nos induci in tentationem.

3. Formula, εἰσφέρειν εἰς τὰς ἀκοάς τινος ingerere aliquid auribus alicujus, significat: *narrare, tradere alicui aliquid*. Act. XVII, 20. ξενίζοντα γάρ τινα (sc. ῥήματα) εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν novam nobis et inauditam tradis doctrinam. *Xenoph*. Mem. I, 1. 2. *Eurip. Danaë* 55. εἰς ὦτα φέρειν. *Sophocl. Ajax. Flagell*. 149. *Eurip. Bacch*. 649. τοὺς λόγους γὰρ εἰσφέρεις καινοὺς ἀεί.

ΕΙ᾽ΤΑ. Adverbium temporis et ordinis, *deinde, postea, deinceps*. *Hesych*. εἶτα· ἔπειτα, μετὰ ταῦτα. Marc. IV, 17. 28. πρῶτον — εἶτα — εἶτα primum — deinde — postea. Luc. VIII, 12. Joh. XIII, 5. XIX, 27. XX, 27. 1 Cor. XII, 28. XV, 5. 7. 1 Tim. II, 13. III, 10. Jacob. I, 15. — Interdum est particula συλλογιστική, quæ in argumenti conclusione adhibetur atque significat: *atqui, jam vero si, quum igitur*. Hebr. XII, 9. εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτάς, καὶ ἐνετρεπόμεθα jam vero, si jam patres nostros naturales, nos castigantes et punientes, reveriti sumus. Alii tamen εἶτα *interrogative* explicant: *itane vero?* in quo sensu legitur apud *Isocrat*. Panegyr. c. 32. p. 82. ed. *Mori*. *Xenoph*. Mem. II, 2. 13. Vid. *Alberti* Obss. Philol. p. 440. et *Küsteri* Ind. Aristoph. in εἶτα et ἔπειτα. Etiam Latinorum *deinde* interrogationi quandoque servit. Vid. *Virgil*. Æn. IX, 781. V, 741.

ΕΙ᾽ΤΕ. Vide post ΕΙ᾽.

ΕΙ᾽ΤΙΣ. Vide post ΕΙ᾽.

ΕΙ᾽ΩΘΑ. Vide ᾽ΕΘΩ.

᾽ΕΚ, sequente consonante, ἐξ, se-

quente vocali vel diphthongo. Præpositio, regens semper genitivum. Significat

1. *e, ex*, ita, ut *causam efficientem principalem* vel *originem* indigitet. Matth. I, 3. 18. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. ibid. XXI, 25. τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἐξ οὐρανοῦ ἢ ἐξ ἀνθρώπων ἦν; baptismus Johannis unde originem duxit, ex Deone, an ex hominibus? Joh. I, 13. III, 5. VI, 65. Rom. V, 16. XI, 36. ὅτι ἐξ αὐτοῦ τὰ πάντα nam ex eo omnia, quæ sunt, originem ducunt. 1 Cor. II, 12. VIII, 6. Huc etiam pertinet formula Johanni propria: εἶναι ἐκ τινος, de qua supra expositum est ad vocem εἰμί.

2. *e, ex*, quam signat *principium cognoscendi*. Matth. XII, 33. ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται e fructu enim arboris indoles dignoscenda est. 1 Joh. IV, 6. ἐκ τούτου γινώσκομεν.

3. *ex*, in significatione *liberandi*. Rom. VII, 24. τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; qui me liberabit ab hoc corpore, vitiositati obnoxio? 2 Cor. I, 10. ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ἡμᾶς καὶ ῥύεται. 2 Sam. XIX, 10. Ps. XXII, 21. XXXIII, 19.

4. *ex, locum* denotans, *unde aliquid proficiscitur*. Matth. II, 15. ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. ib. III, 17. φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν. VIII, 28. ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι. XII, 42. XXVIII, 2. Joh. VI, 23. ἐκ Τιβεριάδος. Act. XIX, 16.

5. *ex, a, ab*, et notat *materiam, ex qua aliquid fit ac effingitur*. Matth. III, 9. δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ potest Deus vel ex his saxis Abrahamo conciliare posteros. ib. XXVII, 29. πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν. Rom. IX, 21. figulus potestatem habet ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι σκεῦος ex eadem massa vasa formare. Gen. II, 23. Cantic. III, 9. Job. XXXIII, 6.

6. *ex*, quum de *copia et multitudine* dicitur. Matth. XIII, 47, καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ, XVII, 9. Joh. VI, 13. XVI, 14. 15. 1 Cor. IX, 7. Act. XV, 14.

7. *ex*, quum partitioni servit, et idem est ac *pars, quidam, aliquis*. Matth. VI, 27. τίς δὲ ἐξ ὑμῶν; quis vestrum? ibid. XXI, 31. Interdum vero τις omittitur, v. c. Matth. XXIII, 34. καὶ ἐξ αὐτῶν, sc. τινὰς, ibid. XXV, 8. δότε ἡμῖν (τι) ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν. Marc. IX, 17. Luc. XI, 49. καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι, sc. τινὰς, Joh. VIII, 46. Sic etiam Hebræi loquuntur, v. c. 2 Regg. X, 23. פֶּן־יֵשׁ־פֹּה עִמָּכֶם מִעֲבָדֵי יְהוָה. Ies. XVIII, 7. Conf. *Vorstii* Philol. S. cap. 28.

8. *ex, objectum* notans. Rom. XIII, 11. Tempus jam est ἐγερθῆναι ἐξ ὕπνου. Joh. VI, 26. ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων. Genes. II, 17. Proverb. XIII, 2.

9. *ex*, ita, ut *subjectum* et *personam* significet. Matth. XXI, 16. ἐκ στόματος νηπίων.

10. *a, ab*, i. q. ὑπὸ, et *causam efficientem*, significat. Joh. VI, 65. ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρός μου nisi ipsi sit a patre meo facultas data. ib. X, 32. πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ πατρός μου multa inter vos benefica miracula patravi, adjuvante Deo. Matth. XV, 5. ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς quo a me adjuvari possis. *Ælian.* V. H. I, 22. XII, 59. Conf. *Reitz.* ad *Lucian.* T. II. p. 352.

11. *a, ab*, et notat *terminum temporis*, et nonnunquam verti potest, *post, inde a*. Matth. XIX, 12. ἐκ κοιλίας μητρὸς inde ab utero matris. Luc. VIII, 27. ἐκ χρόνων ἱκανῶν. ib. XXIII, 8. ἐξ ἱκανοῦ jam dudum. Act. IX, 33. ἐξ ἐτῶν ὀκτώ. ib. XV, 21, XXIV, 10. 2 Cor. IV, 6. ἐκ σκότους post tenebras. Apoc. IX, 21. Cf. *Hoogev.* ad *Viger.* de idiot. L. Gr. p. 490. Edit. Glasg. 1813. qui docuit, hunc præpositionis usum orationem sæpe cum brevem, tum concinnam reddere. Sic dicitur Cyrus apud *Xen.* Cyrop. I, 26. γελάσαι ἐκ τῶν πρόσθεν δακρύων, h. e. risisse, cum paulo ante lacrymaverat. Simili modo Apoc. XIV, 13. ἀναπαύσονται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν. Conf. etiam Gen. XXXVIII, 24. Jos. XXIII, 1.

12. *ad.* Matth. XX, 21. 23. ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων ad dextram et ad sinistram. ibid. XXII, 44. coll. 2 Sam. VI, 2. Ps. LXVIII, 30.

13. *in.* Luc. XI, 13. πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ pater cœlestis. 2 Cor. II, 4. ἐκ πολλῆς θλίψεως ἔγραψα ὑμῖν admodum afflictus, seu, in multa afflictione constitutus, scripsi vobis. Jon. II, 3. 1 Sam. XXV, 28. *Xenoph.* de Venat. V, 21. οἱ ἐκ τῶν ψιλῶν εὑρισκόμενοι qui in locis nudis inveniuntur. Cf. *Zeunium ad Xenoph.* de Mag. Equit. VIII, 23. et *Vigerum* p. 493. Edit. Glasg. 1813.

14. *cum*, ita, ut conjunctionem indicet. 1 Tim. I, 5. ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου amor conjunctus cum mente sincera etc. Exempla e Græcis larga manu dedit *Vigerus* l. l. p. 491. Edit. Glasg. 1813. quibus adde Deut. XXXIII, 2. Thren. I, 3. Ies. LVII, 8. Simili modo *ex* pro *cum* ponitur de rebus mixtis, v. c. apud *Varron. de Re Rust.* III, c. 10. *Plin.* H. N. XX, 1. ex aceto cocta, pro : cum aceto cocta.

15. *per*, i. q. διά. Luc. XVI, 9. ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας per rectum divitiarum fallacium usum. Rom. I, 4. ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν per resurrectionem. ib. v. 17. ἐκ πίστεως εἰς πίστιν per fidem erga credentes, coll. cap. III, 22. Galat. II, 16. οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, ibid. V, 5. Conf. *Abresch.* ad *Æschylum* p. 407. et Ps. LXXVI, 7. Job. VII, 14.

16. idem est ac *pro* et *pretium* notat. Matth. XX, 2. συμφωνήσας μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν cum pactus esset cum operariis (pro) denario in diem, coll. v. 13. ibid. XXVII, 7. ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν (scil. ἀργυρίων) τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως. Act. I, 18. ἐκ μισθοῦ τῆς ἀδικίας.

17. *propter* et *causam* notat *impellentem* vel *finem*. Joh. VI, 66. ἐκ τούτου ob hos sermones. ibid. XIX, 12. Act. XXVIII, 3. ἐκ τῆς θέρμης ob calorem. Rom. IV, 16. διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως ergo propter fidem, scil. κληρονόμοι γινόμεθα. Apoc. VIII, 13. XVI, 10. 11. 21. Ita מִן Nahum. III, 11. Eodem sensu legitur apud *Thucyd.* IV, 74. ἐκ στάσεως μετάστασις status commutatio, quæ propter seditionem accidit. *Ælian.* V. H. III, 8. Conf. *Irmisch.* Excurs. ad *Herodian.* I, 4. 11. Vol. I. p. 841.

18. *secundum*, *ad.* Matth. XII, 34. ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ ad animi indolem componit se oratio. ibid. v. 37. secundum orationem tuam vel condemnaberis vel absolveris. Luc. XIX, 22. ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε secundum judicium tuum condemnabo te. Joh. III, 34. οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσι τὸ πνεῦμα. Hebr. עַל־פִּי Num. XXVI, 56. quod Alexandrini ἐκ transtulerunt. Adde Ezech. VII, 27. Job. XXXIX, 26. ubi מִן eodem sensu legitur.

19. *sine*, i. q. χωρίς. Jacob. II, 18. δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων σου demonstra mihi tuam religionis Christianæ cognitionem, quæ nullis factis comprobari potest, seu, factorum subsidio destitutam. Simplicissima hæc, quæ mihi videtur, ratio locum explicandi, qui omnium fere interpretum ingenia exercuit, mirifice confirmatur lectione χωρίς, quæ loco ἐκ in haud paucis codicibus reperitur, et merum glossema sapit. Nec desunt loca e Græcis Scripptt. in quibus ἐκ pro ἔξω ponitur, v. c. *Æschyl.* Agamem. v. 1187. ἐκ καλυμμάτων ἔστι δεδορκώς. *Sophocl.* Trach. v. 1095. δείξω τάδ' ἐκ καλυμμάτων. Certe Hebr. מִן *absque* notat Micha III, 6. Proverb. XX, 3. Job. XXI, 9.

20. a) ut Hebraicum מִן inservit periphrasi nominativi. Joh. XVI, 17. ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, pro οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Vid. Judd. X, 11. coll. v. 12. 20. b) Interdum genitivi notam facit, v. c. Joh. III, 25. ἐκ τῶν μαθητῶν, pro τῶν μαθητῶν. Ita adhibetur quoque מִן Nah. II, 10. Job. VI, 25. Prov. XXVI, 7. Hos. V, 13. Idem fit a *Syris*, *Arabibus* (Conf. *Schultensii Animadv. minores ad Prov. et Hos. l. l.*) et *Chaldæis*, v. c. Dan. IV, 13.

21. servit periphrasi *adjectivi*, v. c. ὁ

ἐκ τοῦ οὐρανοῦ *cœlestis.* Luc. XI, 13. Joh. VI, 31. — ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς *terrenus.* 1 Joh. II, 15. — τὰ ἐκ τοῦ κόσμου *mundana.* 1 Joh. IV, 5. — οἱ ἐξ ἐριθείας *contentiosi.* Rom. II, 8. — οἱ ἐκ πίστεως *fideles.* Galat. III, 7. — οἱ ἐκ περιτομῆς *circumcisi.* Act. X. 45. — ὁ ἐξ ἐναντίας (scil. μερίδος ὤν) *adversarius.* Tit. II, 8. Eodem modo מ et מִן usurpatur, v. c. Ps. X, 18. מִן־הָאָרֶץ *terrenus.* Jerem. V, 6. אַרְיֵה מִיַּעַר *leo sylvestris.* Prov. VII, 19. דֶּרֶךְ מֶרָחוֹק *via longinqua.* Ps. XVI, 4. נִסְכֵּיהֶם מִדָּם *libamina cruenta.*

22. adverbialiter sumitur, ex usu loquendi non solum Hebræorum, (conf. *Noldii* Concordantiæ Particc. Hebr. p. 462.) sed etiam Græcorum. Vid. *Vigerum* l. l. p. 490. Edit. Glasg. 1813. Sic v. c. ἐκ δευτέρου *secundo, iterum.* Matth. XXVI, 42. ἐκ τρίτου *tertio.* ibid. v. 44. ἐκ περισσοῦ *multum.* Marc. VI, 51. ἐξ ἰσότητος *æqualiter.* 2 Cor. VIII, 13. ἐκ ψυχῆς *sincere.* Ephes. VI, 6. ἐξ ἀνάγκης *necessario.* Hebr. VII, 12.

23. abundat. Matth. XXIII, 25. γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς plena sunt rapina, coll. v. 27. 2 Cor. VIII, 7. τῇ ἐξ ἡμῶν ἀγάπῃ amore nostro, coll. Ps. CXIX, 18. Job. IV, 13. ubi מ explet genitivum. Apoc. XV, 2. τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ θηρίου vincentes bestiam, coll. c. XII, 11. Ies. XXV, 2. מֵעִיר *civitatem.* 2 Paral. XX, 4. מִיְּהוָה *Jehovam.*

24. deficit, maxime post verba et adjectiva copiæ, ut Matth. XXII, 10. Marc. VIII, 5. Joh. II, 7. (coll. Matth. XXIII, 25.) XII, 4. Apoc. VIII, 5. speciatim ante ὑμῶν, Matth. XVIII, 19. coll. Marc. XIV, 18. 20. ὕδατος, Luc. XVI, 24. λόγου, Luc. XX, 20. Joh. VI, 45. διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ a Deo edocti. Act. I, 4. ἣν ἠκούσατέ μου quam a me audivistis. Rom. I, 4. ἀναστάσεως νεκρῶν, pro ἐκ νεκρῶν. Eodem modo מ omittitur Ies. I, 20. ante חֶרֶב, 1 Sam. XXVI, 15. ante הָעָם, Micha II, 8. ante מִלְחָמָה. Præpositionem ἐκ etiam apud Græcos interdum subaudiendam relinqui, uno eoque insigni exemplo probavit *Zeunius* ad *Vigerum* l. l. p. 183. Edit. Glasg. 1813.

Ἕκαστος, η, ον, 1. *unusquisque, quisque, quilibet.* In plurali: *singuli.* Matth. XVI, 27. καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Luc. XIII, 15. ubi ἕκαστος οὐ *neminem* significat, ad imitationem Hebraici אִישׁ, (cui ἕκαστος in Versionibus Græcis V. T. haud raro respondet.) quod etiam, præcedente, aut sequente, particula לֹא, ita adhibetur, v. c. Gen. XXIII, 6. Deut. XXXIV, 6. 1 Cor. VII, 7. ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ τοῦ Θεοῦ. Galat. VI, 4. Hebr. III, 13. καθ' ἑκάστην ἡμέραν quotidie. Videtur autem in his et similibus locis ἕκαστος (ut *quisque* apud *Tacitum Hist.* I, 20. §. 2. pro *unusquisque*) positum esse elliptice pro εἷς ἕκαστος. (Conf. Varr. Lectt. Matth. XXVI, 22. Certe in aliis haud paucis N. T. locis ἕκαστος conjungitur cum εἷς, μία, ἕν. Act. XX, 31. XXI, 19. 26. Apoc. XXI, 21. XXII, 2. Est vero ἕκαστος nomen collectionis, ideoque ut *quisque* apud Latinos (*Accius* Fragm. v. 89. "famulosque procurant *quisque* suos") non solum sæpe jungitur verbis pluralis numeri, v. c. Act. II, 6. 8. XI, 29. Joh. XVI, 32. *Homer. Il.* X, 215.) sed etiam annectitur ad nomina pluralis numeri. Apoc. V, 8.

2. interdum sumitur pro *quidam, alius,* v. c. 1 Cor. XVI, 26. ἕκαστος ὑμῶν ψαλμὸν ἔχει, διδαχὴν ἔχει.

3. *multi, plerique.* 1 Cor. I, 12. ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει scilicet multi vestrum dicere solent. *Hesych.* ἑκάστοις· ἐνίοις, ἑτέροις.

Ἑκάστοτε. Adverbium temporis, *semper et ubique, assidue.* (ab ἕκαστος.) Semel in N. T. legitur 2 Petr. I, 15. σπουδάσω δὲ ἑκάστοτε semper operam dabo. *Herodot.* I, 188. VIII, 115. *Athenæus* IV, p. 146. C. *Hesych.* ἑκάστοτε· ἀεί, παῤ ἕκαστα. *Phrynichus* p. 38. πάντοτε μὴ λέγε, ἀλλ' ἑκάστοτε καὶ διὰ παντός. Idem tradit *Thom. M.* sub πάντοτε, et *Suidas* sub ἑκάστοτε.

ΕΚΑΤΟΝ, οἱ, αἱ, τὰ, *centum*. Est numerale cardinale indeclinabile. Luc. XV, 4. XVI, 6. 7. etc. Matth. XIII, 8. et Marc. IV, 8. vel post ἑκατὸν vox κόκκους e serie orationis supplenda erit, vel ἑκατὸν *centuplum* significat et positum est pro ἑκατονταπλάσιον aut ἑκατοντάχουν, ut *Theophrastus* loquitur.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΕΤΗΣ, ου, ὁ, et ΕΚΑΤΟΝΤΑΕΤΗΣ, ους, ὁ, ἡ, *centenarius, centum annos habens*, qui Gen. XVII, 17. בֶּן מְאַה־שָׁנָה vocatur, ex ἑκατὸν *centum* et ἔτος *annus*. Semel in N. T. legitur Rom. IV, 19. ἑκατονταέτης που ὑπάρχων.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΠΛΑΣΙΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, et neutrum ΕΚΑΤΟΝΤΑΠΛΑΣΙΟΝ, ονος, *centuplus, centuplex, centies plures*. (ab ἑκατὸν *centum* et πλάσιον, quod solum certa terminationis species est, ut *plex* in *centuplex* apud Latinos.) Matth. XIX, 29. ἑκατονταπλασίονα λήψεται copiose, largiter recipiet. Marc. X, 30. ἐὰν μὴ λάζῃ ἑκατονταπλασίονα qui non pro iis recipiat multo plura et majora commoda et præmia, coll. Alex. 2 Sam. XXIV, 3. ἑκατονταπλασίονα longe majorem numerum, pro Hebraicis מֵאָה פְּעָמִים, quibus in eadem versione 1 Paralip. XXI, 3. ἑκατονταπλασίως respondet. Luc. VIII, 8. ἐποίησε καρπὸν ἑκατονταπλασίονα protulit fructum centuplum. Sæpius in N. T. non legitur. *Xenoph.* Œconom. II, 3. ἢ ἑκατονταπλασίονα τούτου. Vide etiam *Galen.* de *Dogmat.* *Hippocr.* et *Plat.* IX.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΡΧΗΣ, ου, ὁ, *centurio, a numero militum dictus, cui præerat* Præerat enim fere centum pedibus et subjectus erat τῷ χιλιάρχῳ, seu *tribuno cohortis*. (ex ἑκατὸν *centum* et ἀρχὸς sive ἄρχων *princeps, præfectus*.) Legitur in N. T. Act. X, 1. 22. XXIV, 23. XXVII, 31. *Dion. Hal. Antiqu.* II. c. 13. et 14.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΡΧΟΣ, ου, ὁ, idem et ex iisdem. Legitur Matth. VIII, 5. 8. 13. XXVII, 54. Luc. VII, 2. 6. etc. *Xenoph. Cyrop.* V, 3, 16.

ΕΚΒΑΛΛΩ, fut. αλῶ, aor. 2. ἐξέβαλον, 1. *ejicio, emitto*. Matth. XV, 17. καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται et in latrinam ejicitur. (*Cebes in Tabula* p. 24. bibunt τὴν τούτου καθαρτικὴν δύναμιν, καὶ ἐκβάλλουσι τὰ κατὰ πάνθ' ὅσα ἔχουσι. ib. c. 14. p. 119. καθαρτικοῖς ἐκβάλλοντα πάντα τὰ νοσοποιοῦντα. Sic et Latini *ejicere* et *ejectamentum* usurpant, ut illud sit *per alvum excernere*, hoc *excrementum* significet.) Act. XXVII, 38. ἐκβαλλόμενοι τὸν σῖτον εἰς τὴν θάλασσαν ejicientes frumentum ex navi in mare.

2. *expello*, et quidem de violenta ejectione dicitur. Sic v. c. de dæmonibus, qui vi ac potentia divina expellebantur ex obsessis, usurpatur Matth. VII, 22. καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν. Marc. I, 34. 39. Luc. IX, 40. 49. etc. de ejectione vendentium et ementium in templo Matth. XXI, 12. Joh. II, 15.—Luc. IV, 29. ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως ex urbe rapuerunt; pro quo *Ælian. V. H.* IX, 12. ἐξέβαλον τῆς πόλεως dixit. Act. VII, 59. XIII, 50. Adde *Aristotel. Polit.* V, c. 10. p. 636. ed. Heinr. et *Isocr. Evag.* p. 281. ed. *Wolfii.*

3. *educo*, i. q. ἐξάγω. Joh. X, 4. καὶ ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβάλῃ et emisso, seu, educto grege, coll. v. 3. Huc etiam refert *Krebsius in Obss. Flav.* p. 33. locum Matth. XII, 20. ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν usque dum in judicio causam vincat. De quo conf. infra ad κρίσις et νῖκος.

4. *emitto, mitto*. Matth. IX, 38. ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας ut emittat operarios. Eadem sententia legitur Luc. X, 2. *Apollonius* I, 242. ἔκτοθι βάλλει. Schol. ἀποστέλλει. *Aristoph. Vesp.* 271. Ita et legitur *extrudere* pro *mittere* apud *Cic.* ad *Famil.* XIV, 6. ad *Attic.* V, 1. *Philipp.* X, 5.

5. *dimitto, jubeo aliquem abire et discedere, impello et auctor sum, ut quis quo concedat*, et ἐκβάλλομαι *jussu et suasu alicujus abeo et discedo*. Nam

ἐκβάλλειν respondet Hebraico הוֹצִיא, 2 Chron. XXIII, 14. XXIX, 5. Ezra X, 3. et Syriaco ܐܦܩ, quod notat *exire facere*, quocunque modo hoc fiat, sive vi, sive jussu, seu eductione. Matth. IX, 25. ὅτι δὲ ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος dimissa turba. Marc. I, 12. καὶ εὐθὺς τὸ πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον oraculo divino admonitus discessit in desertum. ibid. v. 43. ἐξέβαλεν αὐτὸν dimisit eum. Act. IX, 40. Act. XVI, 37. καὶ νῦν λάθρα ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν, coll. v. 36. ἐξελθόντες πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ. Galat. IV, 30. coll. Genes. XXI, 14. Jacob. II, 25. coll. Jos. II. 15. 16. Sic maritus Sirac. VII, 26. dicitur ἐκβάλλειν τὴν γυναῖκα, h. e. jubere uxorem sibi res suas habere. *Æschin.* Dial. II, 22. ὥστε καὶ ἐκβληθῆναι ἐκ τοῦ γυμνασίου. Vid. *Valckenarium* ad Eran. Philon. p. 160. et ad *Herodot.* p. 273.

6. *eximo, eruo.* Matth. VII, 4. ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου eximam festucam ex oculo tuo. ibid. v. 5. Marc. IX, 47. ἔκβαλε αὐτὸν, sc. ὀφθαλμὸν, erue oculum tuum.

7. *depromo, profero, produco, edo.* Matth. XII, 35. ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει τὰ ἀγαθὰ e bono animo non nisi bona profert, coll. Luc. VI, 45. ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ προφέρει τὸ ἀγαθόν. Matth. XIII, 52. ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιὰ qui depromit e promptuario suo vetera et nova. Luc. X, 35. ἐκβαλὼν δύο δηνάρια, *Vulgat. protulit duos denarios.* Confer *Wakefield Silv. Crit.* P. II. p. 32.

8. *sperno, contemno,* et ex adjuncto: *rejicio, abjicio, cum contemtu repudio.* Luc. VI, 22. καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν et vos nonnisi cum exsecratione nominent, ut scelestos. Possent tamen hæc verba quoque de *excommunicatione* explicari, et verti: et deleant nomina vestra e tabulis Judaicis etc. Confer *Alberti Obss. SS.* p. 139. et *J. H. Maii Obss. SS.* P. III. p. 95. Joh. VI, 37. οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω ego eum non rejiciam, seu, repudiabo. Fuit ἐκβάλλειν verbum olim de histrionibus in theatro receptum, qui non placentes explodebantur. Conf. *Perizon.* ad *Ælian V. H.* II, 24. XIII, 17. *Schol. Sophocl.* ad *Œdip. Colon.* v. 628. ἐκβάλλειν· καταφρονεῖν. Vid. *Abresch.* ad *Æschylum* p. 572.

9. ἐκβάλλεσθαι rex aut princeps dicitur, cum de regno deturbatur et vis et potestas ejus frangitur. Hinc explica Joh. XII, 31. νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω jam Satanas, impiorum princeps, imperio suo exuetur.

10. *excludo.* Apoc. XI, 2. τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἔκβαλε ἔξω et omne spatium extra templi vestigia extraclude; ubi explicationis causa additur: καὶ μὴ μετρήσῃς αὐτήν. Eodem sensu Latinos mensores verbo *extracludere* usos esse, ex *Frontino* de Agrorum Qualitate p. 39. ed. *Goesii* constat. Potest tamen ἐκβάλλειν in loco laudato Apocalypseos significare, *nullam habere alicujus rei rationem;* quæ est opinio *Wakefield* in *Silva Critica* p. 56. *Eichhornius* in *Commentario* ad h. l. Vol. II. p. 55. vertit: prorsus abolendum declara: הַשְׁלֵךְ profanum declara, coll. Dan. VIII, 11. sensu fere eodem. — Cæterum de genuina verbi ἐκβάλλειν notione ejusdemque usu multiplici ac vero doctam scripsit Dissertationem *J. C. Leuschnerus*, quæ extat in *Novis Miscell. Lips.* Vol. VIII. p. 268.

ΕΚΒΑΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *exitus, evasio,* ab ἐκβαίνω *exeo, evado. Polyb.* III, 7, 2. et 14, 6.

2. metaphorice: *eventus, finis,* der endliche Ausgang einer Sache *the final event of an affair,* plane, ut apud Latinos *exitus* proprie de ostiis dicitur, per quæ exitur foras, deinde vero ad eventum rerum transfertur. In N. T. bis legitur. 1 Cor. X, 13. ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν sed afflictionibus vestris hunc exitum dabit; ubi tamen haud pauci interpretes *liberationem,* seu *evasionem,* sensu eodem, interpretantur. Hebr. XIII, 7. ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστρο-

φῆς quam hilari et tranquilla mente mortui, seu, martyrium passi sint, considerate. Alexandrini hoc nomine nuspiam usi sunt. Invenitur tamen in libro Sapient. II, 17. καὶ πειράσωμεν τὰ ἐν ἐκβάσει αὐτοῦ. ibid. VIII, 8. XI, 14. apud *Homerum* Od. ε'. 410. et *Apollonium* II, 1051. *Phavor.* ἔκβασιν· τὴν πλήρωσιν, τὴν παῦσιν. ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν. *Hesych.* ἔκβασις· πέρας τινὸς ὑποθέσεως, ἢ ἐκλάστησις.

ΕΚΒΟΛΗ, ῆς, ἡ, *ejectio, jactus, jactura*, ab ἐκβάλλω *ejicio*. Ἐκβολὴν ποιεῖσθαι *jactum*, seu, *jacturam facere*, aut ἀποβάλλεσθαι (qua voce *Aristoteles* ad *Nicom.* III, 1. usus est) κατ' ἐξοχὴν nautæ dicuntur, qui, ut naves, ventis procellosis agitatas et periclitantes, levent, oneris navis partem in mare ejiciunt. Sic legitur in N. T. Act. XXVII, 18. τῇ ἑξῆς ἐκβολὴν ἐποιοῦντο sequente die exonerarunt navem, ne submergeretur. Sæpius non legitur in N. T. Similis locus reperitur apud Jonam I, 5. וַיָּטִילוּ אֶת־הַכֵּלִים, Alex. καὶ ἐκβολὴν ἐποιήσαντο τῶν σκευῶν. Conf. *Spanhem.* Obss. in *Callim.* p. 719.

ΕΚΓΑΜΙΖΩ, fut. *ίσω, nuptui collоco, nuptum do*, ab ἐκ et γαμίζω *matrimonio jungo*. Matth. XXIV, 38. γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες. *Syrus:* ducentes uxores et tradentes viris. 1 Cor. VII, 38. ὁ ἐκγαμίζων καλῶς ποιεῖ qui nuptum dat filiam suam, non peccat. Ἐκγαμίζεσθαι *nubere, nuptum tradi in alicujus potestatem*. Matth. XXII, 30. ubi ἐκγαμίζονται bene interpretatur *Syrus*, uxores fient maritis, vocem vero antecedentem γαμοῦσιν transfert: accipient uxores. Luc. XVII, 27. ἐγάμουν ἐξεγαμίζοντο uxores ducebant et dabantur nuptum, ubi videndus *Wetstenius*.

ΕΚΓΑΜΙΣΚΩ, *nuptum do, filiam eloco*, ex ἐκ et γαμίσκω, quod idem denotat. Legitur bis in N. T. Luc. XX, 34. γαμοῦσι καὶ ἐκγαμίσκονται. ibid. v. 35. In utroque loco pro ἐκγαμίσκονται in haud paucis codicibus ἐκγαμίζονται reperitur.

ΕΚΓΟΝΑ, ων, τὰ, in universum dicuntur, *qui recta linea ab aliquo descendunt*, et promiscue *filios et nepotes, omninoque posteros* notat, et hoc modo differre videtur ab ἔγγονοι, qua voce *omnes* significantur, *qui genus cum aliquo communicant, sive recta, sive transversa linea*. Haud raro tamen utramque vocem non solum quoad significationem, sed etiam in ipsis codicibus veterum Scriptorum permutari, docuerunt *Ernesti* ad *Callimach.* T. I. p. 237. et ad *Homer. Odyss.* γ'. v. 123. *Morus* ad *Isocr.* Panegyr. c. 16. p. 43. *D'Orville* ad *Chariton.* p. 327. et *Ammon.* ad *Ammonium* de Differ. p. 69. *Hesych.* ἔκγονα· τέκνα τέκνων. *Etym. M.* ἔκγονον· ὁ υἱός. Est autem verbale a perf. med. ἐκγέγονα, verbi ἐκγίνομαι *enascor, oriundus sum*. In N. T. semel legitur 1 Tim. V, 4. εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει quod siqua vidua liberos aut nepotes habet. Alexandrini usi sunt hac voce pro בָּנִים, Ies. XLIX, 15. טַף, Deut. XXIX, 11. XXXI, 12. צֶאֱצָאִים, Ies. LXI, 9. LXV, 23. et aliis locis. Loca Græcorum Scriptorum collegit *Wetstenius N. T.* T. II. p. 339.

ΕΚΔΑΠΑΝΑΩ, ῶ, fut. *ήσω, expendo, insumo, impendo, sumtus facio, consumo*. (ab ἐκ, quod in compositione vim *augendi* habet (conf. *Zeunium* ad *Vigerum* de Idiotismis Ling. Gr. p. 479. Edit. Glasg. 1813.) et δαπανάω *sumtus facio*.) Passivum ἐκδαπανάομαι *absumor, impendor, consumor, exhaurior*, pro reciproco ponitur, et de eo usurpatur, *qui totum se se dat alicui*, ἐκδαπανᾶ ἑαυτόν. Sic semel legitur in N. T. 2 Cor. XII, 15. ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ego vero lubentissime sumtus faciam, immo me totum dabo saluti vestræ, me ipsum, meas vires, vitam adeo meam plane exhauriam et profundam. Ἐκδαπανᾶν pro *consumere* habet *Polybius* XVII, c. 11. κατὰ γῆν

πλείστων αὐτοῖς χορηγιῶν ἐκδεδαπανημένων. Loca veterum, (v. c. *Strabon.* l. XII. p. 387. et *Appian. Civ.* IV. p. 1060.) ubi vox δαπανᾶν de *corporibus* s. *vita hominum absumta* usurpatur, excitavit *Kypke* Obss. Sacr. T. II. p. 272.

ἘΚΔΈΧΟΜΑΙ, fut. ἑξομαι, 1. proprie est: *id, quod ab alio susceperis, secundo loco tractare*, teste *Harpocrat.* ed. *Vales.* p. 142. ἐκδέξασθαί ἐστι τὸ παρ' ἑτέρου λαζόντα αὐτὸν ἐγχειρεῖν τὸ δεύτερον.

2. *expectare. Hesych.* ἐκδέξαι· ἀνάμεινον. Idem: ἐκδέχεται· προσδοκᾷ, παραμένει. Joh. V, 3. ἐκδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν commotionem aquarum expectantium. Act. XVII, 16. quos dum Athenis manebat s. expectabat. 1 Cor. XVI, 11. Hebr. X, 13. XI, 10. Jacob. V, 7. De loco 1 Petr. III, 20. vide supra ad ἀπεκδέχομαι dicta. *Polyb.* XX, 4. 5. et III, 45. 6.

3. *excipio aliquem convivio.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. XI, 33. συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε quum convenitis ad edendum, communicate cum pauperibus cibos, seu, communis sit divitum et pauperum mensa. Hinc δοχὴ *convivium.* Sic etiam *excipere* apud Latinos simpliciter positum usurpatur.

Ἔ́ΚΔΗΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *evidens, manifestus*, et ex adjuncto: *qui est excellens et insignis in suo genere, insignis*, ab ἐκ et δῆλος *notus, manifestus, perspicuus.* Semel legitur in N. T. 2 Tim. III, 9. ἡ γὰρ ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν ὡς καὶ ἡ ἐκείνων ἐγένετο nam eorum amentia eodem modo evidens erit et insignis apparebit omnibus, quo etiam illorum amentia manifesta fiebat. 3 Macc. III, 19. τὴν δὲ αὐτῶν εἰς ἡμᾶς δυσμένειαν ἔκδηλον ποιήσαντες suum erga nos malevolum animum manifesto aliquo et insigni modo declararunt. ibid. VI, 5. ἔκδηλον δεικνὺς ἔθνεσι πολλοῖς τὸ σὸν κράτος. *Polyb.* Exc. Legat. 94. τῶν ἐκδήλόν τι πεποιηκότων eximio aliquo merito insignium. Conf. etiam *Homer.* Iliad. ε'. v. 2. et *Lexicon Polybianum* s. h. v. *Hesych.* ἔκδηλος· φανερὸς ἢ ὑπερέχων. *Etym. M.* διάδηλος, φανερός.

ἘΚΔΗΜΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *peregrinor, e gente* vel *populo meo peregre absum, extra patriam dego.* (ab ἐκ et δῆμος *populus*, unde ἔκδημος, quod *Hesychio* idem est ac ξένος.) In N. T. significat: *abesse ab aliquo loco, migrare, discedere ex aliquo loco.* 2 Cor. V, 6. ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυρίου quamdiu in hoc corpore habitamus, absumus a Christo. Emphasin latere h. l. in voce ἐκδημεῖν, satis e locis N. T. apparet, in quibus homines, quamdiu in hoc corpore hospites sunt, cum hominibus, in peregrina et ignota regione versantibus, et viatoribus, extra patriam cœlestem positis, comparantur. Hebr. XI, 13. 14. XIII, 14. 2 Cor. V, 8. εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος malumus migrare ex hoc corpore, i. e. mori. ibid. v. 9. εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες sive vivamus sive moriamur, et in hac et in futura vita. *Hesych.* ἐκδημεῖ· ἀποδημεῖ, ἀναχωρεῖ.

ἘΚΔΊΔΩΜΙ, fut. δώσω, 1. *edo, dedo, patior, ut aliquid in alterius potestatem veniat*, et speciatim de *iis* dicitur, *qui alios in potestatem hostium tradunt.* (ab ἐκ et δίδωμι *do.*) *Polyb.* III, 8. *Xenoph. Anab.* VI, 6. 7. et 10.

2. *eloco, loco alicui aliquid, mercede pacta aliquid alteri utendum do*, i. q. ἐκμισθόω, et de *agris, vineis, prædiis, quæ elocantur*, (*Polyb.* VI, 17. 2. *Herodian.* I, 6. 8.) æque ac de *hominibus, qui mercede conducuntur*, (*Xenoph.* de *Vectig.* IV, 15. 16.) et *virginibus, quæ nuptum dantur*, (*Xenoph. Anab.* IV, 1. 17.) interdum etiam de *animalibus* (v. c. *equis*, *Xenoph.* de *Re Equestri* II, 2. 3.) usurpatur. Cf. *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* XIV, 15. et *Salmasium* de *Modo Usurar.* p. 193. seq. In N. T. quater legitur de vinea. Matth. XXI, 33. καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς et locavit eam vinitoribus. ibid. v. 41. Marc. XII, 1. Luc. XX, 9. *Hesych.* ἐκδίδως·

προδίδως. — ἐκδόται· προδόται, ἀποδόται. Conf. de hac voce *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 2. 3. p. 40. et *Spicilegium meum II. Lexici Bieliani* p. 53.

ΕΚΔΙΗΓΈΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, *narro, enarro factum*, seu *rem gestam.* (ab ἐκ et διηγέομαι *narro.*) Bis legitur in N. T. Act. XIII, 41. ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν si quis vobis enarraverit. Verba sunt interpretum Alex. ex Habac. I, 5. ubi æque ac Ezech. XII, 16. Hebraico סִפֵּר respondet. Act. XV, 3. ἐκδιηγούμενοι τὴν ἐπιστροφὴν τῶν ἐθνῶν narrantes conversionem gentilium ad religionem Christianam. Sirac. XLIII, 24.

ΕΚΔΙΚΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *vindico*, h. e. *jus suum alicui tribuo, causam alicujus in judicio ago, ulciscor, punio*, quasi *aliquem ex lite eripio.* (ab ἐκ et δίκη *lis, causa.*) Legitur in N. T. Luc. XVIII, 3. ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου assere me jure dicundo ab injuria adversarii mei. ibid. v. 5. Rom. XII, 19. μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες ne vosmet ipsi vindictam sumatis ab adversariis vestris. 2 Cor. X, 6. ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοήν et omnes immorigeros graviter punire. Alex. Jer. L, 18. ἐγὼ ἐκδικῶ ἐπὶ τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος, pro Hebr. פָּקַד. Apoc. VI, 10. καὶ ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν, coll. 2 Regg. IX, 7. ἐκδικήσεις τὰ αἵματα τῶν δούλων, ubi Hebraico נָקַם respondet. Apoc. XIX, 2. 1 Macc. XIII, 6.

ΕΚΔΊΚΗΣΙΣ, εως, ἡ, *vindicatio ab injuriis, ultio, vindicta, defensio causæ alicujus, pœna jure inflicta*, etiam *jus ac potestas puniendi.* (ab ἐκδικέω.) Luc. XVIII, 7. 8. ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει quam celerrime Deus electos suos vindicabit. ibid. XXI, 22. ἡμέραι ἐκδικήσεως αὗταί εἰσι tempora supplicii erunt illa. Hos. IX, 7. ἥκασιν ἡμέραι τῆς ἐκδικήσεως, Hebr. פְּקֻדָּה. Act. VII, 24. ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ ultus est afflictum. Judd. XI, 36. ἐποίησέ σοι Κύριος ἐκδικήσεις ἐκ τῶν ἐχθρῶν σου. Rom. XII, 19. Hebr. X, 30. ἐμοὶ ἐκδίκησις mihi competit unice jus et potestas puniendi et ulciscendi injuriam, coll. Deut. XXXII, 35. 2 Cor. VII, 11. ubi ἐκδίκησις de pœna inflicta homini, qui novercam duxerat, intelligendum est, quem Corinthii e cœtu suo excluserant. 2 Thess. I, 8. διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεὸν qui pœnis gravissimis omnes impios afficiet. Eadem formula, sed alio sensu legitur 2 Sam. XXII, 48. Κύριος ὁ διδοὺς ἐκδικήσεις ἐμοί, Hebr. נֹתֵן נְקָמָה. 1 Petr. II, 14. *Polyb.* III, 8. 10. *Hesych.* ἐκδίκησις· ἀνταπόδοσις.

ΕΚΔΙΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *vindex, ultor, qui vindictam sumit ab aliquo, et pœnam alicui infligit.* (a præcedenti.) In N. T. bis reperitur de *Deo.* 1 Thess. IV, 6. διότι ἔκδικος Κύριος περὶ πάντων τούτων nam Deus hæc impie facta gravissime puniet. De *magistratu* legitur Rom. XIII, 4. Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν ἔκδικος εἰς ὀργὴν est enim minister Dei, hoc consilio constitutus, ut pœnas sumat a flagitiosis. *Etym. M.* ἔκδικος· ἐκδικητὴς, qua ipsa voce Alexandrini usi sunt Ps. VIII, 3. pro מִתְנַקֵּם. Vocabulum ἔκδικος in *Symmachi* reliquiis pro Hebr. נֹקֵם Ps. XCVIII, 8. reperitur. Sapient. XII, 12. Sirac. XXX, 6. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 84.

ΕΚΔΙΏΚΩ, fut. ώξω, 1. *hostiliter persequor, infesto.* 1 Thess. II, 15. καὶ τοὺς προφήτας καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων qui prophetas pariter ac nos persecuti sunt. Alex. posuerunt pro Hebr. רָדַף Ps. CXIX, 157.

2. *expello, in exilium mitto.* Luc. XI, 49. καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι καὶ ἐκδιώξουσι quorum alios occident, alios in exilium mittent. In vers. Alex. respondet Hebr. הֵדַף *expulit*, Deut. VI, 19. חִרְחִיק *procul abegit*, Joël. II, 20. הִבְרִיחַ *fugavit*, 1 Paral. VIII, 13. XII, 15. et Chald. מְדַר *ejecit*, Dan. IV, 22. 29. 30. *Lucian. Judic. Vocal.* cap. 6. ἐκδιῶξαι δὲ ὁμοῦ συνδέσμων ἅμα καὶ προθέσεων. Vide *Pollucis Onom.* VIII, 70.

ΕΚΔΟΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *deditus,*

traditus, proditus, et speciatim de *eo* dicitur, *qui vel ab aliis deditur hostibus et ad supplicium traditur,* vel *ipse se dedit hostibus et ad pœnam tradit,* ab ἐκδιδόναι *tradere reum ad pœnam, tradere aliquem in hostium potestatem, prodere. Hesych.* ἔκδοτος· προδεδομένος, ἀποδεδομένος. Legitur semel in N. T. Act. II, 23. de Jesu τοῦτον ἔκδοτον λαβόντες hunc, vobis traditum et proditum a Juda, comprehendistis. *Polyb.* III, 20. 8. *Herodot.* VI. 85. *Joseph. A. J.* VI, 13. 9. Cf. *Krebsii Obss. Flav.* p. 169. et *Bielii Thes. Philol.* s. h. v.

ἘΚΔΟΧΗ, ῆς, ἡ, *expectatio in utramque partem.* (a præt. med. ἐκδέδοχα, verbi ἐκδέχομαι.) In N. T. semel tantum de anxia expectatione usurpatum legitur Hebr. X, 27. φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως formidabilis quædam expectatio judicii. *Hesych.* et *Alberti Gloss. N. T.* p. 176. ἐκδοχή· προσδοκία. Copiose et docte de variis hujus vocis notionibus exposuit *Sallierius* ad *Thom. M.* p. 280.

ἘΚΔΥ'Ω, fut. ὑσω, 1. proprie *exuo* notat, et de *vestimentis* adhibetur, *quibus corpus exuitur.* Regit more verborum vestiendi geminum accusativum, v. c. Matth. XXVII, 28. 31. ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα detraxerunt ei chlamydem. Marc. XV, 20. ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν exuerunt eum purpura.

2. ut Latinum *exuo,* et nostrum ausziehen *to despoil, privo aliquem bonis suis, spolio.* Luc. X, 30. de latronibus οἱ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, *Vulgatus: qui despoliaverunt eum.* Æque late patet vox Hebraica פָּשַׁט Genes. XXXVII, 23. ἐξέδυσαν τὸν Ἰωσὴφ τὸν χιτῶνα. Ezech. XXIII, 26. וְהִפְשִׁיטוּךְ אֶת־בְּגָדַיִךְ.

3. metaphorice: *depono,* de corpore, quo, quando morimur, velut vestimento quodam exuimur. Ita in N. T. bis legitur. 2 Cor. V, 3. εἴγε καὶ ἐκδυσάμενοι (ita enim reponendum est loco vitiose impressi ἐνδυσάμενοι) οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα si vel deposuerimus hoc corpus nostrum, non nudi erimus. ibid. v. 4. οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι nolumus corpus nostrum plane deponere.

ἘΚΕΙ˜. Est adverbium loci, et quidem

1. *in loco* notans, *ibi, illic.* Matth. II, 13. 15. καὶ ἦν ἐκεῖ. VI, 21. VIII, 12. Joh. II, 1. οἱ ἐκεῖ *circumstantes, adstantes.* Matth. XXVI, 71.

2. *motum ad locum* significans, *illuc, eo,* pro ἐκεῖσε. Matth. II, 22. ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν veritus est illo concedere. ubi vid. *Wetstenius.* ibid. XVII, 20. μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ. ibid. XXVI, 36. Luc. XXI, 2. Joh. XI, 8. XVIII, 2. 3. XIX, 42. Eodem modo שָׁם pro שָׁמָּה (cui ἐκεῖ in vers. Alex. haud raro respondet, v. c. Genes. XIX, 20. 22. XXIV, 8.) ponitur. Deut. I, 37. 1 Sam. II, 13. 2 Sam. XVII, 18. Adde *Herodian.* IV, 8. *Ælian. V. H.* II, 13. *Herodot.* I, 121. *Thucyd.* III, 71.

3. Adverbium temporis, *tunc, tum,* ad imitationem Hebraici שָׁם Ps. XXXVI, 13. CXXXII, 17. Prov. VIII, 27. Matth. V, 24. ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου tunc statim relinque munus tuum in altari. Huc etiam referrem loca Matth. XXIV, 51. Luc. XIII, 28. Hebr. VII, 8.

4. interdum redundat, maxime post ὅπου, v. c. Marc. VI, 55. ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἔστι. Apoc. XII, 14. ὅπου τρέφεται ἐκεῖ, ubi alitur per tempus. Eodem modo שָׁם post אֲשֶׁר, Jos. XXII, 19. 1 Sam. IX, 10. Ezech. XXXVI, 22. Conf. *Vorstii Philol. S.* c. 27. p. 558.

5. interdum deficit, v. c. Matth. XXVI, 13. ante λαληθήσεται. Marc. XIV, 9. ante καὶ ὅ. Luc. V, 16. 17. Act. XII, 19. post διέτριβεν, *Vulgatus: ibi commoratus est.* ib. XIV, 3. XXV, 4. 1 Cor. X, 27. Eodem modo שָׁם omittitur Eccles. VIII, 4. ante שְׁלֹמֹן et Jer. XXXVIII, 28. post וְהָיָה. Cf. in universum interpretes ad *Thom. M.* p. 281. seq.

ΕΚΕΙ῎ΘΕΝ. Adverbium loci, notans

1. *motum de loco, illinc, istinc, inde, hinc*, ab ἐκεῖ. Matth. IV, 21. καὶ προβὰς ἐκεῖθεν et progressus inde. ibid. V, 26. IX, 9. 27. XI, 1. XII, 9. 15. Luc. XVI, 26. ubi τῷ ἐντεῦθεν opponitur. In versione Alex. ponitur pro Hebr. מִשָּׁם Genes. XX, 11. XXVIII, 2. 6.

2. *ibi, illic.* Act. XX, 13. ἐκεῖθεν μέλλοντες ἀναλαμβάνειν τὸν Παῦλον ibi Paulum recepturi. Sic ἐκεῖθεν interdum etiam in vers. Alex. pro שָׁם ponitur, Exod. XXV, 22. 1 Sam. XIX, 23.

ΕΚΕΙ῎ΝΟΣ, είνη, εῖνο, 1. *is, ille, iste.* Pronomen demonstrativum. Joh. XII, 48. ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ille condemnabit, seu, puniet eum. ibid. XIV, 26. ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει ille vos docebit. 2 Cor. VII, 8. Jacob. IV, 15. ποιήσωμεν τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο faciemus hoc aut illud.

2. *talis*, i. q. τοιοῦτος. Matth. X, 15. τῇ πόλει ἐκείνῃ, *Lutherus:* einer solchen Stadt *of such a state.* Jacob. I, 7. ἄνθρωπος ἐκεῖνος talis homo, ubi videndus *Pricæus.* Ἐκείνη ἡ ἡμέρα in N. T. κατ' ἐξοχὴν *futurus dies extremi judicii*, ut vulgo vocatur, dicitur, quam etiam Hebræi אֹתוֹ הַיּוֹם dicere consueverunt, Matth. VII, 22. Luc. X, 12. 2 Thess. I, 10. 2 Tim. I, 12. 18. IV, 8. Sic ὁ αἰὼν ἐκεῖνος est *futura vita, æterna.* Luc. XX, 35. οἱ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν. In utraque formula ἐκεῖνος non tam *tempus futurum* significat, quam notionem *excellentiæ, dignitatis* et *præstantiæ* habet. Interdum tamen in pronomine ἐκεῖνος *contemtus et ignominiæ* notio latet. Matth. XXVI, 24. XXVII, 63.

ΕΚΕΙ῎ΣΕ. Adverbium ab ἐκεῖ, *illic, illuc.* Bis legitur in N. T. Act. XXI, 3. ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον. ib. XXII, 5. τοὺς ἐκεῖσε ὄντας. Alex. pro מִשָּׁם *inde*, Job. XXXIX, 29. sed *Aquila* pro שָׁמָּה Deut. XI, 11. *Sophocl. Ajace Flagell.* 700. *Ammon.* ἐκεῖ δηλοῖ τὸ ἐν τόπῳ, τὸ δὲ ἐκεῖσε εἰς τόπον. Idem, sed fusius, tradit *Thom. M.* s. h. v.

ΕΚΖΗΤΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *quæro, studiose quæro, diligenter exquiro rem amissam, excussis omnibus locis*, a ζητέω *quæro* et ἐκ, quod in compositis *diligentiæ et studii* notionem interdum habet, v. c. ἐκλογισμὸς *accurata rei cogitatio. Polyb.* X, 6. ἐξευκρινεῖν, *diligenter explicare.* Idem *Exc. Legat.* 141. Hinc in N. T.

2. *diligenter et studiose in aliqua re consideranda et inquirenda versor, diligenter perscrutor, inquiro*, i. q. ἐξερευνάω, cum quo permutatur 1 Petr. I, 10. περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν οἱ προφῆται de qua felicitate Christiana diligenter scrutati sunt prophetæ; ubi *Syrus* utrumque verbum una tantum voce expressit. Usi sunt Alex. hac voce pro חָקַר Ps. XLIV, 21. Ezech. XXXIX, 14.

3. *flagito, vehementer desidero.* Hebr. XII, 17. καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτὴν, sc. μετάνοιαν, quanquam cum lacrymis patrem rogabat, ut immutaret suam sententiam.

4. *vindico, ultionem repeto, alicujus rei restitutionem, vel pro ea satisfactionem postulo.* Ἐκζητέομαι *pœnam luo.* Luc. XI, 50. ἵνα ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα πάντων τῶν προφητῶν ut pœna exigatur sanguinis, seu mortis violentæ prophetarum. ibid. v. 51. Sic Ezech. III, 18. 20. αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω. 2 Sam. IV, 11. אֲבַקֶּשׁ אֶת־דָּמוֹ מִיֶּדְכֶם.

5. Formula: ἐκζητεῖν τὸν Θεὸν ad imitationem Hebraicæ דָּרַשׁ אֶת־אֱלֹהִים, Ps. XIV, 2. XXIV, 6. Ies. LXV, 10. *Deum sancte colere, pium esse erga Deum* significat. Act. XV, 17. ὅπως ἐκζητήσωσιν τὸν Κύριον ut omnes gentiles ad verum Dei cultum adducantur. Rom. III, 11. οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεὸν omnes a vera pietate deflexerunt. Hebr. XI, 6. καὶ τοῖς

ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται et veris suis cultoribus remuneratorem fore. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΚΘΑΜΒΕ΄ΟΜΑΙ, οῦμαι, *expavesco, obstupesco, attonitus sum, stupore percellor*, et partim de *eo* usurpatur, *qui stupore percellitur præ metu*, partim de *eo* dicitur, *qui reverentia et admiratione, stuporis plena, percellitur*. Marc. IX, 15. καὶ εὐθέως ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτὸν ἐξεθαμβήθη et turba, Christum conspiciens, reverentia ejus ducta silebat s. quiescebat, coll. *Virg. Æn.* I, 155. seq. ibid. XIV, 33. ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι incipiebat admodum angi, seu, metu stupere. XVI, 5. 6. Activum ἐκθαμβέω, ῶ, omissum fere in omnibus Thesauris Ling. Gr. significans *stupore ac metu aliquem implere et percutere, tristitia et dolore animi afficere aliquem* (ab ἐκ et θάμβος, quod de *quovis vehementiori animi affectu* dicitur,) legitur Sirac. XXX, 9. et in *Aquilæ Fragmentis* Job. XXXIII, 7. pro בַּעֲתִ֑ת.

ΕΚΘΑΜΒΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, ον, τὸ, (ex ἐκ et θάμβος *stupor, affectus, admiratione et timore mixtus*) et active de *eo, qui alterum in stuporem, terrorem et metum conjicit*, (v. c. in versione *Theodot.* Dan. VII, 7. θηρίον τέταρτον φοβερὸν καὶ ἔκθαμβον, ubi Chaldaico אֲמַתָּנִי *terribilis, formidabilis*, respondet) et passive de *eo* usurpatur, *qui est terrore, admiratione et metu perculsus. Polyb.* XX, 10. 9. In posteriori hac notione legitur in *Symmachi Reliquiis* 1 Sam. IV, 13. ubi pro Hebr. חָרֵד, h. e. *trepidus, timens, anxius*, legitur. In N. T. semel tantum occurrit Act. III, 11. ἔκθαμβοι *populus obstupefactus, admirabundus, attonitus, Hesych.* ἔκθαμβος· ἔκπληκτος.

ΕΚΘΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *expositus*, et κατ' ἐξοχὴν *de infantibus recens natis* usurpatur, quos interdum exponere mos erat gentilibus antiquis. Conf. *Seneca Controv.* V, 33. (ab ἐκ et θετὸς *positus.*) Semel in N. T. legitur Act. VII, 19. ubi ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη positum est pro ἐκτιθέναι τὰ βρέφη exponere infantes recens natos. *Hesych.* et *Suid.* ἔκθετα· ἐκριπτόμενα.

ΕΚΚΑΘΑΙ΄ΡΩ, fut. αρῶ, 1. *expurgo, summo studio purgo aliquid, ita, ut nihil impuri amplius relinquatur.* (ab ἐκ et καθαίρω *purgo.*) Sic v. c. ut Hebr. צָרַף, cui in vers. Alex. Judd. VII, 4. respondet, de *metallis, a scoriis purgatis*, dicitur. Conf. *Pollucis Onomast.* III, c. 11. *Xenoph. Anab.* I, 2, 16.

2. metaphorice: *depono, removeo omne, quod est vitiosum.* 1 Cor. V, 7. ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην deponite pristinam vitiositatem. *Lucian. Dial. Jov. Æsculap. et Hercul.* Vol. II. p. 39. ed. *Bipont.* ἐκκαθαίρων τὸν βίον. Id. in *Vit. Auct.* Vol. III. p. 89. *Synesius* Ep. 121. *Xenoph. Symp.* 1, 4. Alia loca huc pertinentia collegit *J. H. Maius Obss. SS.* L. III. p. 162. seq.

3. *libero, separo.* 2 Tim. II, 21. ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων qui liber manet ab omni vitiositate. Simili modo *Xenoph. Symp.* I, 4. ἀνδράσιν ἐκκεκαθαρμένοις τὰς ψυχάς.

ΕΚΚΑΙ΄Ω, fut. αύσω, *exuro, inflammo, incendo, accendo.* Passivum ἐκκαίομαι *exardesco, inflammor*, et per metaphoram: *amore turpi teneor, æstu fœdæ libidinis corripior.* Sic semel in N. T. legitur Rom. I, 27. ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν ἐν ἀλλήλοις libidinose exarserunt erga se invicem; ad quem locum conf. *Wetstenium.* Non plane alienus ab hoc nostro est locus apud Sirac. XXIII, 16. ubi hæc leguntur: Homo, qui scorta sectatur, οὐ μὴ παύσηται ἕως ἂν ἐκκαύσῃ πῦρ non prius desistit, quam extinxerit ignem, i. e. libidinem suam veneream; ex quo certe apparet, affectibus et inprimis amori et turpi libidini ignem et incendium metaphorice tribui, propter illorum vehementiam. Adde *Plutarch.* T. IV. *Opp.* p. 74. et 498. ed. *Reiske.*

ΕΚΚΑΚΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *cedo et succumbo laboribus, seg-*

nesco, defatigor, languesco, piger evado, ab ἐκ et κακέω, quod, ut Latinum *improbus sum, strenue laborare, indefesso studio aliquid agere* significat; aut ab κακὸς, quod, monente *Oleario* de *Stilo N. T.* p. 99. de *homine ignavo et meticuloso, qui pedem referat in certamine*, dicitur.

2. metaphorice: *desum officio meo, negligens et ignavus sum, segnesco in officio meo præstando.* Sic v. c. miles, qui arma abjicit et signa militaria deserit et fugit, ἐκκακεῖν dicitur. Luc. XVIII, 1. πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι καὶ μὴ ἐκκακεῖν semper orandum esse neque segnescendum. 2 Cor. IV, 1. Galat. VI, 9. τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν constantes simus in benefaciendo aliis. 2 Thess. III, 13. *Polyb.* IV, 19. πέμπειν τὰς βοηθείας—ἐξεκάκησαν segnes fuerunt.

3. *despondeo animum præ metu, animo concido in adversis et periculis.* 2 Cor. IV, 16. Ephes. III, 13. μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν ne animum despondeatis ob calamitates, quas vestrum causa perfero. Græci eodem modo τῷ περικακεῖν utuntur. *Hesych.* ἐκκακοῦμεν· ἀμελοῦμεν, ἀκηδιῶμεν. *Phavor.* addit ἀπαγορεύομεν. *Hesych.* ἠδημόνησεν· ἐξεκάκησεν. *Suid.* ἐξεκάκησα· ἀπηγόρευσα. Bene de hac voce egit *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 1047.

ἘΚΚΕΝΤΈΩ, vel ἘΚΚΕΝΤΆΩ, ῶ, fut. ήσω, *pungo, stimulo, transfigo, transverbero*, ex ἐκ et κεντέω *pungo, stimulo.* Verbum probum, quo aliquoties usus est *Polybius*, v. c. Hist. XV, 31. οἱ δὲ τὰς λόγχας προσερείσαντες ἐξεκέντησαν. *Polyæn.* V, c. 3. In N. T. bis tantum legitur. Joh. XIX, 37. ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν videbunt, quem pupugerunt, coll. Zach. XII, 10. אֵת־אֲשֶׁר־דָּקָרוּ· Apoc. I, 7. οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν qui ipsum transfixerunt. In versione Alex. non solum verbo דָּקַר, Judd. IX, 54. Thren. IV, 9: et טָעַן, Ies. XIV, 19. sed etiam τῷ הָרַג Num. XXII, 29. respondet. *Polyæn.* l. V. c. 3. n. 8. *Polyb.* XV, 33. 4.

ἘΚΚΛΆΖΩ, vel ἘΚΚΛΆΩ, ῶ, fut. άσω, *defringo, exscindo*, (ab ἐκ et κλάζω vel κλάω *frango*) i. q. ἐκκόπτω, cum quo vocabulo permutatur Rom. XI, 17. 19. 20. coll. v. 22. in quibus locis tamen metaphorice adhibetur ad designandam *exclusionem Judæorum incredulorum e populo Dei*, quos in antecedentibus cum ramis oleæ comparaverat apostolus. In vers. Alex. Hebraico שָׁסַע *fidit, diffidit*, Levit. I, 17. respondet.

ἘΚΚΛΕΊΩ, fut. είσω. 1. proprie: *foribus occlusis excludo, ne detur alicui potestas exeundi aut intrandi.* (ab ἐκ et κλείω *claudo.*) *Polyb.* XXV. 1, 10. Hinc

2. *removeo, sejungo, arceo, prohibeo aliquem.* Sic sumendum est Galat. IV, 17. e lectione recepta ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ἡμᾶς θέλουσιν cupiunt me sejungere a vobis et vestro amore. Passivum ἐκκλείεσθαι, *auferri, eripi, removeri, non locum habere*, significat. Rom. III, 27. ἐξεκλείσθη ἡ καύχησις erepta est plane omnis gloriandi materia. *Theodoret.* οὐκ ἔτι χώραν ἔχει. *Chrysost.* οὐκ ἔτι γὰρ ἔχει καιρόν.

3. *cogo, impello ad aliquid. Arrian. Diss. Epictet.* II, 22. p. 351. ubi de philosopho, ad varia munera vocato, dicitur: εἰς νοσοκομίας λοιπὸν ἐκκλείεται εἰς πορισμόν, h. e. ægrotos denique curare cogitur et rem quærere. Quam significationem si sequamur et pro impresso ἡμᾶς cum *Bengelio, Grotio, Wetstenio* et *Griesbachio* lectionem ὑμᾶς recipiamus, sensus verborum Galat. IV, 17. ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε, esset: cogere et impellere vos volunt ad se ipsos sectandos. Conf. *Raphelii Anim. in N. T. e Polybio* p. 525. *Alberti Gloss. N. T.* p. 98. ἐξεκλείσθη· ἐξέπεσεν, ἐξεβλήθη. *Suid.* ἐκκλείουσι· κωλύουσι, εἴργουσι. *Phavor.* ἐξεκλείσθη· ἀντὶ τοῦ ἀπέκλεισεν αὐτὴν (sc. καύχησιν) ἡ πίστις. οὕτω παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ.

ΕΚΚΛΗΣΙΑ, *ίας, ἡ*, dicitur ab *ἐκκαλέω, evoco, convoco*, et ut Hebr. קָהָל generatim notat *quemcunque cœtum, e promiscua multitudine convocatum, sive sit confusus, sive ordinatus, sive sit politicus, sive sacer. Hesych. ἐκκλησία· σύνοδος, συναγωγὴ, πανήγυρις. Suid. ἐκκλησίαν· συναγωγὴν ὄχλου.* Sic v. c. Act. VII, 38. concio Israëlitarum, ad audiendam legem convocata, et Hebr. II, 12. cœtus Judæorum, in templo Hierosolymitano convenientium, Deum colendi causa, ἐκκλησία vocatur. Adde 1 Paral. XIII, 2. Ps. XXVI, 5. 1 Macc. II, 56. Sirac. XXIV, 2. XLIV, 15. et *Xenoph. Hist. Gr.* I, 9. et III, 3. 8. Speciatim vero significat

1. *cœtum civium, rite et ordine consultandi, vel concludendi causa coëuntium, concionem ordinatam, quæ jussu magistratus convenit.* Act. XIX, 39. *ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται* in legitima concione dirimetur. Cf. *Pollux Onom.* Lib. VIII, c. 9. s. 95. 96. et 116.

2. *multitudinem et turbam hominum tumultuarie concurrentem, concionem inordinatam et confusam.* Act. XIX, 32. *ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη* erat enim cœtus confusus.

3. *universum cœtum doctrinam Christianam profitentium, per orbem terrarum dispersorum.* Sic legitur in N. T. Matth. XVI, 18. *ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν.* 1 Cor. X, 32. *καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ.* ibid. VI, 4. XI, 22. XII, 28. Ephes. I, 22. ubi Christus *κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας* vocatur. ibid. III, 10. 21. V, 23. 24. 25. 27. 29. 32. Coloss. I, 18. 24. 1 Tim. III, 15. Hebr. XII, 23.

4. *cœtum Christianorum, hoc vel illo loco versantium.* Act. VIII, 1. ecclesia Hierosolymitana. ibid. IX, 31. 1 Cor. I, 2. 1 Thess. I, 1. Coloss. IV, 16. Apoc. I, 4. 11. 20. Galat. I, 2.

5. *paucos Christianos, qui ad unam familiam pertinent.* Rom. XVI, 4. *καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν* et familiam ipsorum Christi nomini addictam. Alii vertunt cœtum Christianorum, domi ipsorum convenientium. Coloss. IV, 15. Philem. v. 2.

6. *cœtum Christianorum, in ædibus privatis cultus divini causa convenientium.* 1 Cor. XI, 18. *συνερχομένων ὑμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.* ibid. XIV, 19. 28. 33. 34. 35. 3 Joh. v. 6. In quibus omnibus locis male haud pauci interpretes vocem *ἐκκλησίας* de *ipso loco concionis, de ædibus, quæ conventibus sacris Christianorum inserviebant*, explicant, in quo sensu Latina vox *ecclesia* in Codice Theodos. haud raro reperitur. Conf. *Fabrottus* in *Notis ad Tit. de Paganis* T. VI. p. 278.

7. *collegium presbyterorum.* Ita Matth. XVIII, 17. ad quem locum conferendus est *Walæus.*

8. interdum omittitur, v. c. Act. II, 41. *καὶ προσετέθησαν* et additi sunt cœtui Christianorum, coll. v. 47. Fusius de hac voce disputavit *Suicerus* in *Thes. Eccles.* T. I. p. 1049. seq. et *Tob. Eckhardus* in *Technica Sacra* p. 70.

ΕΚΚΛΙΝΩ, fut. *νῶ*, aor. 1. *ἐξέκλινα*,

1. proprie: *declino* vel *deflecto a via recta et tramite.* Alex. Malach. II, 8. *ἐξεκλίνατε ἐκ τῆς ὁδοῦ.*

2. metaphorice: *a virtutis tramite deflecto, a vero Dei cultu deficio.* Plene diceretur *ἐκκλίνω ἀπὸ Θεοῦ.* Num. XXII, 33. aut *ἐκκλίνω ἐκ νόμου Θεοῦ.* Job. XXXIV, 27. Rom. III, 12. *πάντες ἐξέκλιναν* omnes declinarunt a via recta. Hebr. הַכֹּל סָר יַחְדָּו Ps. XIV, 3.

3. *vito, aversor, fugio.* 1 Petr. III, 11. *ἐκκλινάτω ἀπὸ κακοῦ* valedicat vitiositati. Ps. XXXIV, 14. *ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ.* Prov. III, 7. סוּר מֵרָע.

4. *fugio consortium alicujus et consuetudinem.* Rom. XVI, 17. *καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν* et plane eorum societate abstinete.

ΕΚΚΟΛΥΜΒΑΩ, ῶ, fut. *ήσω, enato, natando evado et in tutum pervenio*, ex *ἐκ* et *κολυμβάω nato.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXVII, 42. *μή τις ἐκκολυμβήσας διαφύγοι* ne quis enatando effugeret. *Diod. Sic.* XX, c.

87. *Dionys. Halic.* l. V. c. 24. ἐξεκολύμβησεν εἰς τὴν γῆν.

ΕΚΚΟΜΙΖΩ, fut. ίσω, *effero, exporto*, i. q. ἐκφέρω, qua voce ab *Hesychio* et *Suida* explicatur. Verbum proprium apud Græcos, (v. c. *Ælian. V. H.* VIII, c. 4. *Herodian.* II, 1. 5. *Artemidor. Oneirocrit.* II. c. 54. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 699.) in pompa funebri, ut *efferre* apud Romanos, quod de *mortuis, qui sepeliendi efferuntur*, pene præcipue dicitur et נָשָׂא Levit. X, 4. Luc. VII, 12. ἐξεκομίζετο τεθνηκὼς efferebatur mortuus. Sæpius in N. T. non legitur. Hinc substantivum ἐκκομιδὴ *elatio cadaveris*, quæ et ἐκφορὰ dicitur. Vide *Ez. Spanhemii* notas ad *Aristophan. Plut.* v. 1009.

ΕΚΚΟΠΤΩ, fut. όψω, 1. *excido, exscindo, extirpo, abscindo, amputo*, in sensu proprio, et maxime de arboribus usurpatur. Matth. III, 10. πᾶν οὖν δένδρον, μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται omnis arbor, non ferens fructus bonos, digna est, quæ extirpetur, seu, exscindi debet. Nam ἐκκόπτεται ex Græcismo positum est h. l. pro δεῖ ἐκκόπτεσθαι, ut Matth. XXVI, 52. ἀπολοῦνται *interficiendi sunt*, de quo eleganti temporis præsentis usu apud Græcos vid. *Grævii Lectt. Hesiodd.* VI, 1. Matth. V, 30. ἔκκοψον τὴν χεῖρα abscinde manum, h. e. vita omnia pravarum cupiditatum nutrimenta. ibid. VII, 19. XVIII, 8. Luc. III, 9. XIII, 7. 9. De oculis, qui effodiuntur aut excutiuntur, usus est hac voce *Ælian. V. H.* XIII, 23. et 24.

2. metaphorice: *excludo aliquem e societate et cœtu*, et adhibetur, ut ἐκκλάω, ad designandam *exclusionem e vero Dei populo, e numero verorum Dei cultorum*. Rom. XI, 22. ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ alioquin et tu privaberis beneficio, tibi per religionem Christianam oblato. ibid. v. 24. ἐξεκόπης ἀγριελαίου exemtus es gentilium numero.

3. *eripio, adimo, aufero, removeo.* 2 Cor. XI, 12. ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν ut omnem occasionem laudandi se præscindam. Eodem sensu vernaculum abſchneiden, in formula: einem die Gelegenheit abſchneiden *to deprive one of the opportunity*, usurpatur. *Polyb.* V, 104. 10. *Joseph. A. J.* VIII, 12. 1. ἐκκόψας εἴ τι πονηρὸν ἦν ἐν αὐτῇ. *Terent. Hecyra* IV, 2. 22. omnes causas præcidam omnibus.

4. *impedio, irritum reddo.* 1 Petr. III, 7. εἰς τὸ μὴ ἐκκόπτεσθαι (al. ἐγκόπτεσθαι, quod merum glossema videtur) τὰς προσευχὰς ὑμῶν ne preces vestræ irritæ reddantur. Sæpius in N. T. non legitur. *Xenoph. Cyrop.* VI, 2. 7. οἱ ἐκκόψαντες τῶν τοξοτῶν καὶ ἀκοντιστῶν τὰς ἀκροβολίσεις.

ΕΚΚΡΕΜΑΜΑΙ, 1. *pendeo ab aliquo, dependeo*, in sensu proprio, ab ἐκ et κρέμαμαι *pendeo*.

2. metaphorice: *totus alicui deditus et addictus sum, adhæreo alicui eumque sector*. Sic semel in N. T. legitur Luc. XIX, 48. ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων omnis enim populus, ipsum audiens, ei deditus et addictus erat. Alii vertunt: omnis enim populus ab ejus docentis ore pendebat, (*Virgil. Æn.* IV, 79.) h. e. eum summa cum attentione et lubenter audiebat. Conf. *Joh. Alberti Obss. Philol.* p. 198. et *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 1065. Genes. XLIV, 30. ψυχὴ αὐτοῦ ἐκκρέμαται (Hebr. קְשׁוּרָה) ἐκ τῆς τούτου ψυχῆς.

ΕΚΛΑΛΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *eloquor, sermone exprimo, effero, divulgo, effutio*, ab ἐκ et λαλέω *loquor*. Semel legitur in N. T. Act. XXIII, 22. παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι cum mandato, ne cui diceret, seu magis ad verbum: præcepit eum, nemini eloquere ista, quæ mihi significasti. Infinitivus enim loco imperativi positus est, ut sæpe fieri solet non solum in N. T. (v. c. Luc. IX, 3. ubi ἔχειν pro ἔχετε positum est. Rom. XII, 15. in vocibus χαίρειν et κλαίειν. 2 Tim. II, 14. ubi vid. *Vulgat.*) sed etiam apud profanos Scriptores, v. c. *Homer. Od.* Υ. 434. λ'. 72. π'. 132. *Hesiod.* Εργ. 407. et 410. *Pythag. Aur. Carm.* v.

40. Judith. XI, 9. *Demosthen. Olynth.* I. extr. *Philo* de *Vita Mosis* T. II. p. 125. 28.

ΕΚΛΑ΄ΜΠΩ, fut. ἀμψω, parum differt a simplici λάμπω, cum quo haud raro in codicibus permutatur, v. c. Dan. XII, 3. et notat: *fulgere, effulgere, splendere, emicare, coruscare. Xenoph. Hist. Gr.* I, 1. 11. ἐκλάμπει ὁ ἥλιος. *Ælian. V. H.* XIII, 1. ἐξέλαμπε ἀστραπῆς δίκην. Cf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 7. 8. p. 257. In N. T. semel legitur Matth. XIII, 43. τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσι ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν tunc justi admodum fulgebunt sicut sol in regno patris sui, h. e. tunc pii summo honore et felicitate in cœlo a Deo ornabuntur, coll. Dan. XII, 3. *Plutarch. Cicer.* p. 861. D. *Plato* de *Rep.* IV. ἐκλάμψαι ποιησαίμην τὴν δικαιοσύνην.

ΕΚΛΑΝΘΑ΄ΝΩ, fut. ἐκλήσω, *oblivisci facio, immemorem reddo, oblivionem induco, facio ut e memoria excidat.* Ita legitur apud *Homerum Il.* II, 600. ubi vid. *Eustathius.* Ἐκλανθάνομαι, fut. ἐκλήσομαι, perf. ἐκλέλησμαι, *obliviscor.* Semel in N. T. legitur Hebr. XII, 5. ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως; fierine potest, ut vos obliviscamini exhortationis? *Polyb.* V, 48. 6. *Æschin.* Dial. III, 16. *Symmach.* Ps. XII, 2. pro שְׁכַח.

ΕΚΛΕ΄ΓΟΜΑΙ, fut. ἑξομαι, 1. proprie: *eligo, deligo, delectum facio e pluribus*, et partim de *iis* dicitur, *quæ ob dignitatem et præstantiam ab aliis secernuntur et separantur*, partim de *iis* usurpatur, *qui ad certum usum vel munus et officium destinantur et sejunguntur.* Joh. XV, 19. ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου sed ego vos secrevi ab hominibus impiis. Marc. XIII, 20. Luc. VI, 13. καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα. ibid. X, 42. τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο optimam partem elegit. Joh. VI, 70. duodecim quidem apostolos ego elegi. ib. XIII, 18. XV, 16. οὐχ ὑμεῖς ἐξελέξασθέ με vos me non elegistis doctorem et amicum. Admittunt tamen hæc verba aliam explicationem, ut nempe sensus ita constituatur: non vos me amastis, sed ego vos amavi, coll. 1 Joh. IV, 19. Act. I, 2. 24. VI, 5. XV, 7. 22. 25. Jacob. II, 5. Jam, quia ea, quæ, præstantia rei commoti, elegimus, amare solemus et diligere, factum est, ut ἐκλέξασθαι ἐν τινὶ, seu τινὰ, plane, ut Latinorum *diligere.*

2. etiam *amare, probare*, et ex adjuncto: *beneficiis afficere*, significaret. Act. XIII, 17. ὁ Θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου ἐξελέξατο τοὺς πατέρας ἡμῶν Deus tutelaris hujus populi adamavit et multis insignibus præmiis ornavit majores nostros. Hebraicum בָּחַר eodem sensu haud raro legitur, v. c. Deut. IV, 37. ubi cum אָהַב permutatur. Ies. XLI, 9. XLIV, 1. Jam, quia religio Christiana jure meritoque inter summa numinis beneficia, ejusque erga homines animi benevoli documenta refertur, etiam ἐκλέξασθαι in N. T. speciatim et κατ' ἐξοχὴν Deo tribuitur, *quatenus pro voluntate sua benefica hominibus felicitatem Christianam non solum offert et destinat, sed etiam vere confert.* Sic de ipsa adductione ad religionem Christianam legitur 1 Cor. I, 27. 28. ἐξελέξατο in Christianorum numerum recepit. De benefico decreto divino, homines per Christum emendandi, usurpatum reperitur Ephes. I, 4. ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ κ. τ. λ. ab æterno autem Deus, pro suo in nos amore, decreverat nos per Christum reddere perfecte sanctos et virtutis studiosos.

3. *studiose appeto.* Luc. XIV, 7. πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο quantopere primam sedem affectarent et appeterent.—Construitur hæc vox fere semper cum accusativo, ut e locis allatis satis apparet; semel tantum cum præpositione ἐν Act. XV, 7. occurrit, quam posteriorem construendi rationem, Alexandrinis quoque interpretibus usurpatam, (1 Paral. XVIII, 5. 2 Paral. VI, 5.) Hebraismum sapere, observavit jam *Vorstius* in *Philol. Sacr.* p. 662. Conf. Nehem. IX, 7.

1 Sam. XVI, 9. ubi בָּחַר cum ב construitur.

ΕΚΛΕΙΠΩ, fut. εἴψω, 1. proprie: *derelinquo, desero*, ab ἐκ et λείπω *linquo*. Multis exemplis hanc notionem confirmavit *Taylor* ad *Lysiam* p. 48. seq.

2. *deficio, desino, cesso, finior*. Luc. XXII, 32. ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου ne plane deficiat fides tua. Jerem. VII, 27. ἐξέλιπεν ἡ πίστις. ibid. LI, 30. ἐξέλιπε (Hebr. חָדַל πολεμεῖν. *Hesych.* ἐξέλιπεν· ἐπαύσατο. Hebr. I, 12. καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι et vita tua nunquam finitur, coll. Ps. CII, 27.

3. *morior, exspiro*, ita, ut supplendum sit τὸν βίον, quod addit *Alciphron* III. Ep. 28. *Lysias Orat.* VIII, c. 4. aut τὸ ζῆν, *Polyb.* II, c. 41. 3 Macc. II, 23. Luc. XVI, 9. ὅταν ἐκλίπητε ut cum e vita discesseritis, ubi videndus *Wetstenius*. Sapient. V, 13. οὕτως καὶ ἡμεῖς γεννηθέντες ἐξελίπομεν. In vers. Alex. Hebr. גָּוַע Genes. XXV, 8. XLIX, 33. Ps. CIV, 29. et מוּת, Jer. XLII, 17. 22. respondet. *Apollod. Bibl.* III, 4. §. 3. Σεμέλης δὲ διὰ τὸν φόβον ἐκλιποῦσης. *Zosim.* I, 70. μόλις ἐξέλιπεν. Non semper vero apud veteres ἐκλίπειν de *morte* dicitur, *quæ sensim ac lente obrepit*, quæ fuit plerorumque doctorum sententia, sed haud raro etiam de *morte violenta*, v. c. Thren. I, 19. πρεσβύτεροί μου ἐν τῇ πόλει ἐξέλιπον. Jer. XLII, 17. 22. *Hesych.* ἐξέλιπον· ἐξώλισθον. Idem: ἐκλείψει· ὑστερεῖ, ἀπολεῖται. Ἔκλειψις in *mortis* significatione legitur apud *Plutarchum* Vol. II. p. 419.

ΕΚΛΕΚΤΟΣ, ἡ, ὸν, 1. proprie: *electus, sejunctus a pluribus ad certum usum, munus et officium*, et de *rebus* æque ac *personis* adhibetur. (ab ἐκλέγομαι, quod vide.) 1 Petr. II, 4. παρὰ δὲ Θεῷ ἐκλεκτὸν a Deo vero delectum. ib. v. 6.

2. *eximius, maxime præstans*, ad imitationem Hebraici מִבְחָר Genes. XXIII, 6. 1 Tim. V, 21. 2 Tim. II, 10. ἐκλεκτοὶ ἄγγελοι angeli venerabiles, eximii.

3. *carus, dilectus, probatus, beneficiis ornatus*. Luc. XXIII, 35. εἰ οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτὸς si est Messias et Deus ei favet, ut jactat. Rom. XVI, 13. τὸν ἐκλεκτὸν ἐν Κυρίῳ, coll. v. 8. τὸν ἀγαπητόν μου ἐν Κυρίῳ quem amo ob ejus in observanda religione Christiana constantiam. 1 Petr. II, 9. γένος ἐκλεκτὸν populus Deo valde gratus et acceptus. Ita מֻבְחָר, Num. XI, 28. et בָּחִיר, Ps. CV, 6. Ies. XLV, 4. usurpatur. Hinc ἐκλεκτὸς speciatim in N. T. dicitur

4. *verus Dei cultor, quem amat et probat*, et maxime *is, cui offertur et confertur felicitas Christiana, Christianus, verus Christianus*. Matth. XX, 16. XXII, 14. πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ non omnes perveniunt ad felicitatem Christianam, omnibus oblatam. 1 Petr. I, 1. ἐκλεκτοῖς omnibus, qui Christianam religionem profitentur. 2 Joh. v. 1. ἐκλεκτῇ. Matth. XXIV, 22. 24. 31. Marc. XIII, 20. 22. 27. ἐκλεκτοὶ sunt veri Christiani. Idem valet de locis Rom. VIII, 33. Luc. XVIII, 7. Coloss. III, 12. ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ veri Dei cultores. Tit. I, 1. Apoc. XVII, 14. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΚΛΟΓΗ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *electio alicujus ex promiscua multitudine ad certum usum, munus ac officium obeundum*. Act. IX, 15. σκεῦος ἐκλογῆς (pro ἐκλεκτὸν) μοί ἐστιν οὗτος instrumentum, quod mihi elegi, est mihi hic. Alii reddunt: *instrumentum eximium, præstantissimum*, nam electio facile transfertur ad præstantiam alicujus rei, quod nihil, nisi eximium, eligitur.

2. *amor, benevolentia, voluntas beneficia, studium beneficia alteri conferendi*. Rom. IX, 11. ἡ κατ' ἐκλογὴν πρόθεσις benigna et propensa Dei voluntas, i. q. χάρις. 2 Tim. I, 9. Hoc sensu ἐκλογὴ occurrit quoque apud *Josephum* de *B. J.* II, 8. 14.

3. *ipsum beneficium, quod alicujus voluntati beneficæ debetur*, (i. q. χάρισμα) et speciatim, *quod est in adduc-*

tione hominum ad religionem et felicitatem Christianam. Rom. XI, 5. κατ' ἐκλογὴν χάριτος. 1 Thess. I, 4. εἰδότες τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν redeo in memoriam accessus vestri ad formulam Christianam. 2 Petr. I, 10.

4. abstracto posito pro concreto: *exigua pars, pauci.* Rom. XI, 7. ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν paucis Judæorum contigit felicitas Christiana, i. q. λεῖμμα v. 5. et κατάλειμμα ibid. IX, 27.

ΈΚΛΥΩ, fut. ύσω, 1. proprie: *exsolvo, solvo, dissolvo,* ab ἐκ et λύω *solvo. Antonin. Liberal. Fab.* 20. κατὰ βίαν ἐκλύσαντες τῶν δεσμῶν. *Aristoph. Pace* 1281. καὐχένας ἵππων ἔκλυον ἱδρώοντας.

2. *enervo, debilito, defatigo, delasso. Joseph. A. J.* VIII, 11. 3. *Xenoph.* de *Venat.* V, 5. Passivum ἐκλύομαι *delassor, defatigor, debilitor corpore,* et speciatim de languore corporis, e fame, siti et laboribus orto, usurpatur. Matth. XV, 32. μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ ne in itinere, viribus exhaustis, fame pereant. Marc. VIII, 3. Respondet hoc sensu in vers. Alex. Hebraico עָיַף, 1 Sam. XIV, 28. 2 Sam. XVI, 14. et עָטַף, Thren. II, 19. 1 Macc. III, 17. ἡμεῖς ἐκλελύμεθα ἀσιτοῦντες σήμερον. ib. X, 82. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 426. Etiam apud optimos Græcos ἐκλύεσθαι de corpore usurpatur, quod ad liberas actiones et sensationes impotens redditur et exsolutum quocunque modo; et ἐκλυόμενος *imbecillis corpore* dicitur *Philostrato Vit. Apollonii* IV, c. 42. Cf. *Foësii Œcon. Hippocr.* p. 115. et *Diod. Sic.* XIV, p. 322. Huc etiam referrem locum Matth. IX, 36. ὅτι ἦσαν ἐκλελυμένοι καὶ ἐρριμμένοι, ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα quod essent languidi et dispersi tanquam oves, pastore destitutæ; si lectio sana, nec ἐσκυλμένοι reponendum esset. *Syrus* vertit: ܥܠ ܛܪܚܐ ܘܥܠ ܡܟܝܐ *labore et molestia defatigati. Ebr. Münsteri:* טֹרְחִים, *onere, labore et molestia defatigati.*

3. ad animum translatum ἐκλύεσθαι significat: *frangi, debilitari animo,* et partim de *iis* usurpatur in N. T. *qui animum abjiciunt ac despondent præ metu,* partim vero de *iis* dicitur, *quorum vires animi exhauriuntur, qui segnescunt in officio suo præstando,* ut sit idem quod ἐκκακεῖν Hebr. XII, 3. ἵνα μὴ κάμητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι ne lassi fiatis, in perferendis malis animum vestrum despondentes. Eodem sensu legitur ibid. v. 5. μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος neque animum abjicias ab illo castigatus, Hebr. וְאַל־תָּקֹץ בְּתוֹכַחְתּוֹ nec ægre feras ejus correctionem. Prov. III, 11. Galat. VI, 9. μὴ ἐκλυόμενοι si in recte agendo non defecerimus, i. q. in antecedd. τὸ καλὸν ποιοῦντες καὶ μὴ ἐκκακοῦντες, ut adeo non ferri possit versio *Lutheri;* ohne Aufhören *without hearing.* 1 Macc. IX, 8. καὶ ἐξελύθη et animum abjecit, coll. v. 7. Deut. XX, 3. μὴ ἐκλυέσθω καρδία ἡμῶν, ubi Hebr. רָכַךְ respondet 2 Sam. IV, 1. Conf. *Krebs. Obss. Flav.* p. 324. et 391.

ΈΚΜΑΣΣΩ, vel ΈΚΜΑΤΤΩ, fut. άξω, et ΈΚΜΑΣΣΟΜΑΙ, *extergo, abstergo,* ab ἐκ et μάσσω, vel μάττω, *abstergo.* Luc. VII, 38. ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε capillis capitis sui abstergebat, ubi vid. *Wetstenius.* ib. v. 44. ἐξέμαξε. Joh. XI, 2. XII, 3. XIII, 5. ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ abstergere linteo. Sæpius in N. T. non legitur. Sirac. XII, 11. *Thom. M.* p. 649. ὀμόρξασθαι καὶ ἀπομόρξασθαι, οὐκ ἐκμάξασθαι, et ibi *Oudendorpius.* Vide etiam *Eustathium* in Od. τ'. p. 684. 43.

ΈΚΜΥΚΤΗΡΙΖΩ, fut. ίσω, *naso aliquem suspendo adunco,* (*Horat. Sat.* I. 6. 5.) *subsanno, derideo, irrideo,* ex ἐκ et μυκτὴρ *nasus,* quo vocabulo etiam Græci *insignem irrisorem* figurate appellant, quia deridentes nares solent attrahere, unde μυκτηρίζω *subsanno,* quod Jer. XX, 7. pro Hebr. לָעַג in versione Alex. legitur, pro quo etiam ἐκμυκτηρίζειν reperitur Ps. II, 4. XXII, 7. In N. T. bis legitur. Luc.

XVI, 14. καὶ ἐξεμυκτήριζον αὐτὸν deriserunt eum. ibid. XXIII, 35. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 766.

ἘΚΝΕΎΩ, s. ἘΚΝΈΩ, fut. ήσω et σύσω, 1. proprie: *enato, ex undis emergo, natando effugio.* (ex ἐκ et νέω, pro quo et νεύω dicitur, *nato.*) *Plutarch.* T. II. p. 57. ed. *Reiske. Thucyd.* II, c. 90. ἄνδρας δὲ τῶν Ἀθηναίων ἀπέκτειναν, ὅσοι μὴ ἐξένευσαν αὐτῶν. *Pindar.* p. 123. ed. *Stephani. Hesych.* ἐκνεύσας· ἐκκολυμβήσας.

2. *expedio me a re aliqua difficili et periculosa, emergo e malis instantique periculo liberor. Eurip. Cyclops* v. 573. *Hippolyt.* 474. Ita et *enatare* legitur apud *Cic. Tusc.* V, 31. Conf. *Vechneri Hellenolexia* II, c. 4. p. 476.

3. ut Latinum *emergo* et *enato*, (*Petron. Satyr.* c. 57.) *discedo, clam secedo*, inprimis, ubi periculum imminet, *subduco me e turba*, i. q. ἀναχωρέω. In hoc sensu semel legitur in N. T. Joh. V, 13. ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν Jesus enim se subduxerat, seu, secesserat. *Vulgatus:* Jesus enim *declinavit* a turba constituta in loco. *Battierii* sententiam, qui (in *Bibl. Brem.* Class. V. p. 90.) ἐκνεύειν h. l. esse vult, *nutu significare, nutu jubere*, merito rejiciunt *Wolfius, Palairetus* et *Lampius:* quemadmodum quoque paulo longius petita est *Erasmi* derivatio, cui ἐξένευσε est a ξενεύω *peregrinus, ignotus fio. Schol. Thucyd.* II, c. 95. ἐξένευσαν· ἐξεκολύμβησαν, ἐξέκλιναν τῆς προκειμένης ὁδοῦ. Unde viarum diverticula ἐκνεύσεις dicuntur. In vers. Alex. respondet Hebraico סוּר, Judd. IV, 18. et פָּנָה, 2 Regg. II, 24. XXIII, 16. 3 Macc. III, 22. *Eurip. Iphig. in Taur.* 1186. et 1330. Cf. *Valckenar.* et *Barnes.* ad *Eurip. Hippolyt.* v. 469. 822. *Hemsterhus.* ad *Lucian.* T. I. p. 306. et *D'Orville* ad *Chariton.* III, 3. p. 365. ed. Lips.

ἘΚΝΉΦΩ, fut. ήψω, 1. proprie: *ex ebrietate et vinolentia ad me redeo, discussa crapula sobrius fio*, ab ἐκ et νήφω *sobrius fio, vigilo.* Genes. IX, 24. ἐξένηψε δὲ Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου. 1 Sam. XXV, 37. Joël. I, 5. ubi הִקִיץ, נָקַץ, יָצָא, respondet.

2. metaphorice: *ad sanam mentem redeo, resipisco*, i. q. ἀνανήφω. 1 Cor. XV, 34. ἐκνήψατε δικαίως, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε redite ad vos, et ne peccetis.

ἙΚΟΎΣΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *spontaneus, voluntarius*, ab ἑκών, *qui sua sponte aliquid facit.* Semel legitur in N. T. Philem. v. 14. ἵνα μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον ut ne beneficium tuum ex necessitate esset, sed voluntarium. Eadem formula καθ' ἑκούσιον legitur in versione Alex. Num. XV, 3. pro Hebr. בִּנְדָבָה. Adde Levit. VII, 16. XXIII, 38. *Xenoph. Mem.* II, 1. 18. *Polyb.* VI, 14. 7. *Suid.* ἑκούσια ἃ οὐχ ὑπόκεινται νόμῳ, ἀλλὰ προαιρέσει. *Hesych.* ἑκούσιον· θελούσῃ διανοίᾳ.

ἙΚΟΥΣΙΏΣ. Adverbium, ab ἑκούσιος, *sponte, nulla vi cogente, ultro, lubenter, voluntarie.* Bis legitur in N. T. 1 Petr. V, 2. ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως. Hebr. X, 26. ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν nam si nullis persecutionibus coacti nec persuasionibus cedentes defecerimus a religione Christiana. Hebr. בִּנְדָבָה Ps. LIV, 6. 2 Macc. XIV, 3. *Plutarch.* T. VI. p. 554. *Reiske.*

Ἔ́ΚΠΑΛΑΙ, *jam dudum, jam pridem, jam olim.* Adverbium ab ἐκ et πάλαι *olim*, pro ἐκ παλαιοῦ χρόνου, ut πρόπαλαι apud *Ælian. V. H.* XIII, 14. *antiquissimis temporibus*, loco πρὸ παλαιοῦ χρόνου. In N. T. bis legitur. 2 Petr. II, 3. οἷς τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ quorum pœna jam dudum destinata non cessabit. ibid. III, 5. ἔκπαλαι tempore creationis. *Plutarch.* T. II. Opp. p. 517. ed. *Reiske*, et T. VI. p. 591. Defendit hanc vocem contra *Phrynichum* et alios multos, qui eam improbandam esse opinati sunt propterea, quod ex præpositione et adverbio sit composita, *Alberti* in *Obss. Philol.* p. 463. et *Schwarzius* in *Comment. Crit. Ling. Gr.* p. 444. quibus addendus est *Wetstenius N. T.* T. II. p. 703.

ΕΚΠΕΙΡΑΖΩ, fut. ασω, vel ΕΚΠΕΙΡΑΩ, idem significat, quod simplex πειράζω, nam ἐκ in compositis haud raro abundat. Significat autem

1. proprie: *periculum facere alicujus rei efficiendæ, tentare, experiri.*

2. metaphorice: *alicujus vim explorare, virtutis alicujus periculum facere, sententiam alicujus explorare, vel bono vel malo animo,* ut adeo in singulis locis e serie orationis videndum sit, quis sit, qui tentari dicitur? quæ ejus virtus tentetur? et quo animo? Matth. IV, 7. οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ne illegitimo modo experiri velis virtutem Domini, Dei tui, coll. Luc. IV, 12. Deut. VI, 16. Luc. X, 25. ἐκπειράζων αὐτὸν ejus sententiam explorandi causa. 1 Cor. X, 9. μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Κύριον nec rebellabimus contra Deum, seu, deficiamus a vero Dei cultu. In versione Alex. respondet Hebraico נָסָה Deut. VIII, 16. Ps. LXXVIII, 18.

ΕΚΠΕΜΠΩ, fut. ψω, *emitto, ablego, mitto, dimitto, abire jubeo.* Bis in N. T. legitur. Act. XIII, 4. ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος Ἁγίου ablegati a Spiritu Sancto. ibid. XVII, 10. διὰ νυκτὸς ἐξέπεμψαν τόν τε Παῦλον καὶ Σίλαν per noctem emiserunt Paulum et Silam. Alex. pro Hebr. שָׁלַח 1 Sam. XX, 20. XXIV, 19. adhibuerunt. *Xenoph. Hist. Gr.* III, 5. 6. *Polyb.* XX, 9. 2.

ΕΚΠΕΤΑΝΝΥΜΙ, vel ΕΚΠΕΤΑΝΝΥΩ, ΕΚΠΕΤΑΩ, vel ΕΚΠΕΤΑΖΩ, fut. πετάσω, *expando, extendo. Polyb.* I, 44. 3. In N. T. tantum legitur Rom. X, 21. de Deo ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου toto die expando manus meas ad vos, h. e. ad emendationem vitæ benigne vos voco, sicut, quos amplexari et nobis adesse volumus, ad eos manus extendimus. Prov. I, 24. Ies. LXV, 2. Cf. *Glassii Philol. S.* p. 934. ed. *Dathii.*

ΕΚΠΗΔΑΩ, ῶ, fut. ήσω, *prosilio, excurro, excursionem facio.* Semel legitur in N. T. Act. XIV, 14. ἐξεπήδησαν (ita enim recte legitur in editione *Griesbachiana* loco vulgaris εἰσεπήδησε) εἰς τὸν ὄχλον prosilierunt ad turbam. *Palæph.* de *Incred.* VIII, 14. 2 Macc. III, 18. *Xenoph. Cyrop.* I, 4. 8. *Polyb.* I, 43. 1. et 6.

ΕΚΠΙΠΤΩ, fut. πτώσω, præt. πέπτωκα, 1. *delabor, decido, excido,* in sensu proprio. Act. XII, 7. καὶ ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν· et exciderunt ei catenæ e manibus. ibid. XXVII, 32. καὶ εἴασαν αὐτὴν ἐκπεσεῖν et eam in mare delabi siverunt. *Xenoph. Cyrop.* V, 4. 4.

2. *incido, impingo, impellor.* Act. XXVII, 17. μὴ εἰς τὴν σύρτιν ἐκπέσωσι ne navis in syrtes incideret. ibid. v. 29. μήπως εἰς τραχεῖς τόπους ἐκπέσωμεν metuentes, ne in loca aspera incideremus. Eodem sensu hac voce usus est *Polybius Hist.* I, c. 51. *Herodot.* VIII, 13. *Eurip. Helen.* 1227.

3. *appello navem ad terram, litus tango.* Act. XXVII, 26. εἰς νῆσον δέ τινα δεῖ ἡμᾶς ἐκπεσεῖν appellendum nobis est in insulam quandam. Ita etiam legitur apud *Diod. Sic.* I, 31. II, 60. *Lycophr. Cassandr.* v. 1084.

4. de *floribus marcescentibus et decidentibus* usurpatur Jacob. I, 18. καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε et flos ejus flaccescit ac marcescit. Eadem sententia legitur 1 Petr. I, 24. Ita נָבֵל Ies. XXVIII, 1. 4.

5. de *stellis* usurpatum, ut simplex πίπτω, significat: *evanescere, disparere, fulgere cessare.* Marc. XIII, 25. καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔσονται ἐκπίπτοντες et stellæ de cœlo cadent, h. e. splendore suo privabuntur, coll. Matth. XXIV, 29. καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. Conf. infra sub πίπτω.

6. ut simplex πίπτω *irritum fio, eventu careo.* Rom. IX, 6. οὐχ οἷον δὲ, ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ fieri autem non potest, ut promissiones divinæ irritæ cadant. Sic נָפַל, vel simpliciter positum, Jos. XXI, 45. (Alex. διαπίπτω) XXIII, 14. (Alex. πίπτω) vel sequente אַרְצָה, 2 Regg. X, 10.

Judith. VI, 9. ἐλάλησα καὶ οὐδὲν διαπεσεῖται τῶν ῥημάτων μου. Vid. quæ infra ad πίπτω dicentur. *Dionys. Hal.* III, 28. διέπεσεν βούλευμα irrita facta sunt consilia. Eodem sensu χαμαιπετὲς ἔπος dixit *Pindarus* Pyth. Od. VI, 37. et χαμαιπετεῖν idem Nem. Od. IV, 66.

7. *amitto, frustror, jacturam facio*, et speciatim de iis dicitur, qui ex feliciore statu perveniunt ad deteriorem. Galat. V, 4. τῆς χάριτος ἐξεπέσατε bonorum, vobis per Christum partorum, jacturam fecistis. 2 Petr. III, 17. ἵνα μὴ ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ idoneæ ac certæ scientiæ religionis Christianæ jacturam fecistis. Apoc. II, 5. μνημόνευε πόθεν ἐκπέπτωκας (e vulg. lectione) perpende, quantam feceris jacturam. (Alii, ut *Palairetus* in Obss. Phil. et Crit. p. 522. vertunt: *quomodo degeneraveris;* qua significatione verbo ἐκπίπτειν usus est *Philostratus* Lib. V. p. 193. ἑαυτοῦ δὲ καὶ Ῥωμαίων οὕτως ἐκπίπτειν quod a se et a Romanis adeo degeneraverit.) Sirac. XXXI, 7. ἐξέπεσον (ἐλπίδος) ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτοῖς. *Athen.* XIII, 1. ἐκπέπτωκε τῆς Αἰγυπτίων βασιλείας. *Ælian.* V. H. IV, 7. ἐκ τῆς τιμῆς τελευταίας καὶ ἐκεῖθεν ἐκπίπτουσι. *Cic.* ad Attic. IV, Ep. 6. " non recordor unde *ceciderim*." Conf. *Abresch.* ad *Æschylum* p. 363. et *Loesner.* Obss. Philonn. p. 291.

8. *cesso, desino, deficio, aboleor.* 1 Cor. XIII, 8. ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει benevolentia nunquam cessabit et usu suo carebit. *Theophyl.* ad h. l. οὐ διαλύεται, οὐ διακόπτεται, οὐδέποτε παύεται, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι μένει, τῶν ἄλλων ἁπάντων καταργημένων.

Ἐκπλέω, fut. εύσω, *enavigo, navigo e loco.* (ab ἐκ et πλέω *navigo.*) Legitur ter in N. T. Act. XV, 39. ἐκπλεῦσαι εἰς Κύπρον enavigavit in Cyprum. ibid. XVIII, 18. ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν. XX, 6. *Xenoph. Hist. Gr.* I, 6. 14. Anab. V, 6. 9. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 552.

Ἐκπληρόω, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *impleo, expleo, adimpleo*, et dicitur v. c. de vasis, quæ implentur, Exod. XXXII, 29. ἐκπληρώσατε (מִלְאוּ) τὰς χεῖρας ὑμῶν. (ab ἐκ et πληρόω *impleo.*)

2. *satisfacio promissis, rem promissam præsto.* In N. T. tantum extat Act. XIII, 32. ταύτην (scil. ἐπαγγελίαν) ὁ Θεὸς ἐκπεπλήρωκε τοῖς τέκνοις αὐτῶν hanc promissionem Deus explevit filiis eorum. *Polyb.* I, 67. 1. ἐκπληροῦν τὰς ἐπαγγελίας.

Ἐκπλήρωσις, εως, ἡ, 1. *impletio, expletio, complementum.* (ab ἐκπληρόω.)

2. si de tempore dicitur, *finis.* Legitur in N. T. semel Act. XXI, 26. τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν finitos jam esse lustrationis dies. Conf. infra ad πληρόω et πλήρωμα. Alio sensu legitur hæc vox apud *Dion. Halic. Ant.* l. VI. c. 86. ubi ἐκπλήρωσις τῶν ἐπιθυμιῶν occurrit.

Ἐκπλήσσω, vel Ἐκπλήττω, fut. ήξω,

1. proprie: *excutio*, et de ictu graviore dicitur. (ab ἐκ et πλήσσω s. πλήττω *percutio.*)

2. metaphorice: *percello, obstupefacio, vehementer animos moveo. Xenoph.* Mem. IV, 5. 6. *Thucyd.* IV, 36. Ἐκπλήσσομαι *obstupesco, re aliqua nova et insolita stupeo et præ nimia admiratione extra me rapior*, unde ἔκπληξις apud *Philostrat.* Vit. Soph. I, c. 21. s. 2. de statu attonitorum dicitur. Matth. VII, 28. ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ omnes stupebant ejus docendi rationem. ib. XIII, 54. XIX, 25. XXII, 33. Marc. I, 22. VI, 2. VII, 37. X, 26. XI, 18. (*Vulg. admirari*) Luc. II, 48. IV, 32. IX, 43. Act. XIII, 12. ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῇ διδαχῇ τοῦ Κυρίου admirabundus miracula, quibus religio Christiana propagabatur. Sap. XIII, 4. 2 Macc. VII, 12. Ps. XLVIII, 6. תָּמָהוּ, Alex. ἐθαύμασαν, *Aquila* ἐθάμβησαν, *Symmachus* ἐξεπλάγησαν. In vers. Alex. Eccles. VII, 16. pro שָׁמַם legitur. *Xenoph. Cyrop.* VI, 3. 7. *Polyb.* I, 63. 7. *Ælian. V. H.* XII, c. 41. ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ παραδόξῳ θέᾳ. *Hesych.* ἐξεπλάγη·

ἐθαύμασεν, ἐξέστη. Id. ἐκπλαγείς· θαυμάσας. *Suidas* in voce φόζος: τὸ δὲ θαυμάζειν καθ' ὑπερβολὴν ἐστὶν ἐκπλήττεσθαι. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, c. 11. s. 13. p. 460.

ΕΚΠΝΕΩ, ῶ, fut. εὐσω, 1. proprie: *efflo, exspiro*, etiam, v. c. apud *Aristotelem, respiro, spiritum duco*, ab ἐκ et πνέω *spiro*. *Plutarch.* T. VIII. Opp. p. 238. ἐκπνεῖν μαλακὴν καὶ πραεῖαν αὔραν.

2. ut Latinum *exspiro, morior, exhalo animam, emitto spiritum*, ita, ut omissum sit ψυχὴν aut βίον, ut plene legitur apud *Euripidem* Orest. v. 496. ἐξέπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον. et ibid. v. 1163. ἐκπνέων ψυχὴν ἐμήν. Id. Phœniss. v. 1475. Eodem sensu θυμὸν ἀποπνέειν dixit *Homerus Odyss.* III, 522. et *exspirare animam Virgilius* Æn. I, 882. Marc. XV, 37. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐξέπνευσεν. ibid. v. 39. Luc. XXIII, 46. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo elliptice ἐκπνέω ponitur ab *Euripide* Phœn. v. 1168. *Sophocl. Aj. Flag.* 1045. *Anthol.* II, 32.

ΕΚΠΟΡΕΥΟΜΑΙ, fut. εὐσομαι,

1. proprie; *egredior, exeo*. Marc. XI, 19. ἐξεπορεύετο ἔξω τῆς πόλεως. XIII, 1. Joh. V, 29.

2. *proficiscor, venio, decedo*. Matth. III, 5. τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα tunc confluxerunt ad eum cives Hierosolymitani. Act. XXV, 4. ἑαυτὸν δὲ μέλλειν ἐν τάχει ἐκπορεύεσθαι se autem propediem Cæsaream profecturum esse. *Xenoph. Anab.* VI, 6. 21. V, 1. 5.

3. *proferor, provenio*. Matth. IV, 4. ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ, de cujus loci sensu vide sub ῥῆμα. Matth. XV, 11. τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος quod ex ore prodit. Marc. VII, 15. τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' ἀνθρώπου facta et dicta humana, quæ ex indole animi proveniunt. Num. XXXII, 24. τὸν ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. Deut. XXIII, 24.

4. *egeror, ejicior*. Matth. XVII, 21. τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται hoc enim genus dæmonum non ejici potest. *Vulgatus* h. l. *non ejicitur*. Marc. VII, 19. καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται, de excrementorum egestione; coll. Matth. XV, 17. Eodem modo ܢܦܩ apud Syros *exire* et *ejici*, notat, v. c. Matth. VIII, 12. et Joh. IX, 34. 35. ubi τῷ ἐκβάλλειν respondet.

5. *erumpo, prorumpo*. Sic v. c. de fulgurum et tonitruum eruptione legitur Apoc. IV, 5. καὶ ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαὶ καὶ βρονταί.

6. *divulgor, dimano, innotesco*, de rumore et fama. Luc. IV, 37. καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου et ejus fama dimanavit per omnia loca finitima.

7. verbo εἰσπορεύομαι junctum significat: *libere vivere et versari in aliquo loco, conversari cum aliquo*. Act. IX, 28. καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος ἐν Ἱερουσαλήμ et libere cum iis versabatur Hierosolymis. Conf. supra sub εἰσέρχομαι.

8. ἐκπορεύεσθαι παρά τινος *ab aliquo mitti, ab aliquo originem habere*. Joh. XV, 26. τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται spiritus ille veritatis, qui a Deo vobis mittetur et originem habet, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρός.—In significatione *emanandi* legitur Apoc. XXII, 1. ποταμὸν ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ.

ΕΚΠΟΡΝΕΥΩ, fut. εὐσω, *scortor, in scortationem totus effundor, in fœdam libidinem projectus sum*. (ab ἐκ et πορνεύω *scortor*.) Semel legitur Jud. v. 7. de civibus Sodomæ, Gomorrhæ et finitimarum civitatum, qui, toti in scortationem effusi, pessimam libidinem exercuerunt, τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον ἐκπορνεύσασαι. In vers. Alex. respondet Hebraico זָנָה Genes. XXXVIII, 24. Num. XV, 39. Judd. II, 17. et æque ac illud haud raro etiam de idololatria adhibetur. Conf. Spicilegium I. Lex. Bieliani a me editum p. 41.

ΕΚΠΤΥΩ, fut. ύσω, 1. proprie: *exspuo*. (ab ἐκ et πτύω *spuo*.)

2. metaphorice, ut Latinum *respuo, contumeliose rejicio, repudio, contemno, aversor*. Sic in N. T. semel

legitur Galat. IV, 14. καὶ τὸν πειρασμόν μου τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξεπτύσατε tamen me ob has afflictiones meas non rejecistis, s. repudiastis.

ΕΚΡΙΖΌΩ, ῶ, fut. ώσω, *eradico, exstirpo, radicitus evello*, et ex adjuncto: *funditus deleo, penitus destruo et everto.* (ab ἐκ et ῥιζόω *radices figo.*) Matth. XIII, 29. ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον. ib. XV, 13. Luc. XVII, 6. ἐκριζώθητι eradicator. Jud. v. 12. δένδρα ἐκριζωθέντα arbores eradicatæ, h. e. homines plane inutiles, prorsus inepti ad virtutis studium. In versione Alex. Hebr. נָתַשׁ, Jerem. I, 10. et עָקַר, Zeph. II, 4. respondet.

ΕΚΣΤΑΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie *dimotio rei alicujus e loco vel statu, in quo erat*, ab ἐξίστημι *de statu dejicio.* Sic v. c. *Theophrastus* de Causis Plantarum IV, c. 6. ἔκστασιν appellat immutationem seminum quorundam, quoad vim genitricem. *Plutarch.* T. IX. p. 727. seq. *Reiske* ἔκστασις θερμότητος — εἰδῶν.

2. *mentis alienatio, cum hominis vigilantis sensus externi plane cessant, ut nihil sibi propinquum videant, et animus a corpore ad tempus secessisse videtur, corporis omniumque rerum externarum plane oblitus, et totus convertitur ad imagines intus objectas*, seu, ut verbis *Apuleii* utar, *ad naturam eam redit, quæ est immortalis et divina*, seu, *cum quis ἐκτὸς τοῦ σώματος est*, ut Paulus 2 Cor. XII, 2. 3. loquitur, *ecstasis*, eine Entzuckung, *a transport, or delight.* Act. X, 10. ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις extra se raptus est. ibid. XI, 5. καὶ εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα et contigit mihi in ecstasi visum. ib. XXII, 17. γενέσθαί με ἐν ἐκστάσει.

2. *stupor, admiratio, quo quis extra se ipsum rapitur et mentis abalienationem patitur.* Marc. V, 42. καὶ ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ et admodum obstupuerunt. Genes. XXVII, 33. ἐξέστη δὲ Ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην. Marc. XVI, 8. εἶχε δὲ αὐτοὺς τρόμος καὶ ἔκστασις, ubi ἔκστασις stuporem cum magna lætitia conjunctum significat. Luc. V, 26. καὶ ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας. Act. III, 10. ἐπλήσθησαν θάμβους καὶ ἐκστάσεως. Alexandrini posuerunt pro תְּמָהוֹן, Deut. XXVIII, 28. Zach. XII, 4. et שַׁמָּה, Jerem. V, 30. interdum etiam ei notionem *somni gravis et profundi* subjecerunt, v. c. Gen. II, 21. XV, 12. *Polyb.* II, 56. 6. ubi vid. *Schweighæuser. Hesych.* φρενὸς ἔκστασις, ὁ εἰς ἑαυτὸν μὴ ὤν. — Idem: ἔκστασιν· ὕπνον, φόβον. *Suid.* ἔκστασις· θαυμασμός, ἀλλοίωσις. *Gloss. Brem.* ἔκστασις· θεωρία.

ΕΚΣΤΡΈΦΩ, fut. έψω, 1. proprie: *inverto*, ich kehre auswarts, *I turn outwards*, et *in alium habitum muto*, et auctore *Alb.* Obss. Philol. p. 412. de vestibus dicitur, exstrinsecus sordidis, quæ ita inverruntur, ut interior vestis fiat exterior et tota novam acquirat faciem. *Aristoph.* Nub. v. 89. ἔκστρεψον ὡς τάχιστα τοὺς σαυτοῦ τρόπους, ubi Schol. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ῥυπουμένων ἱματίων καὶ ἐκστρεφομένων. Ἐκστρέψαι δὲ ἱμάτιον, τὸ ἀλλάξαι τὸ πρὸς τὸ ἔσω μέρος ἔξω. *Hesych.* ἐξέστρεψεν· μετέβαλεν. Cf. *Casaub.* ad *Theophr.* Char. cap. XXII.

2. *perverto, corrumpo*, de perversitate animi et morum. Sic semel legitur in N. T. Tit. III, 11. εἰδὼς, ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος sciens, quod talis homo plane perversus sit. Deut. XXXII, 20. כִּי דוֹר תַּהְפֻּכוֹת, חֵמָּה Alex. ὅτι γενεὰ ἐξεστραμμένη ἐστίν. Cf. *Wetsten. N. T.* T. II. p. 378.

ΕΚΤΑΡΆΣΣΩ, vel ΕΚΤΑΡΆΤΤΩ, fut. άξω, *conturbo, perturbo, commoveo.* (ab ἐκ et ταράσσω *turbo.*) *Plutarch.* T. VI. Opp. p. 545. *Reiske.* Semel in N. T. legitur Act. XVI, 20. οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ἐκταράσσουσι ἡμῶν τὴν πόλιν isti homines conturbant civitatem nostram. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 556.

ΕΚΤΕΊΝΩ, fut. ενῶ, 1. *extendo, protendo, porrigo.* (ab ἐκ et τείνω *tendo.*) Matth. VIII, 3. καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἥψατο αὐτοῦ extendens manum tetigit eum, seu simpliciter, tetigit eum: nam verba ἐκτείνας τὴν χεῖρα

ex Hebraismo plane abundant. Judd. XV, 15. וַיִּשְׁלַח יָדוֹ וַיִּקָּחֶהָ. 2 Regg. VI, 7. Conf. *Vorstium* de Hebraismis N. T. cap. XXVIII, p. 710. seq. qui multis docuit exemplis, Scriptores sacros, cum dicendum est, aliquem manu peregisse, aliquid, solere addere, ipsum extendisse manum. Confer tamen *Eurip. Electr.* 824. et *Georgii Vindic. N. T. ab Hebr.* p. 359. Matth. XII, 13. 49. *καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς* tum porrecta ad discipulos manu, seu: simulque demonstratis extensa manu auditoribus. ib. XIV, 31. XXVI, 51. Marc. I, 41. III, 5. Luc. V, 13. VI, 10. Joh. XXI, 18. *ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου* porriges manus alteri, h. e. non poteris manibus tuis uti, manus tuæ erunt ligatæ. Alii explicant: *cruci affigeris.* Male.

2. *demitto.* Act. XXVII, 30. *ὡς ἐκ πρώρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν* quasi vellent ex prora ancoram demittere.

3. Formula *ἐκτείνειν τὴν χεῖρα*, quæ, ut supra docui, ante alia verba, actum significantia, haud raro pleonastice ponitur, in N. T. tamen interdum *α*) significat, de Deo usurpata: *potentiam suam exserere.* Act. IV, 30. *ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σὲ εἰς ἴασιν, καὶ σημεῖα καὶ τέρατα.* Cf. *Glassii* Philol. S. p. 934. ed. *Dathii.* *β*) *manus erectione signum dare*, seu, *silentium imperare.* Act. XXVI, 1. *τότε ὁ Παῦλος ἀπελογεῖτο, ἐκτείνας τὴν χεῖρα* tum Paulus signo dato sui defensionem ita egit; ubi vid. *Wetstenius.* *γ*) *manus alicui injicere violentas.* Luc. XXII, 63. *οὐκ ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ἐπ' ἐμὲ* non apprehendistis me. Eadem formula legitur Jerem. LI, 25. *ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐπί σε.* Ezech. XXV, 7. 1 Macc. XII, 39. 42. Judd. IX, 33.

Ἐκτελέω, ῶ, fut. *έσω*, *perficio*, *ad finem perduco*, ab *ἐκ* et *τελέω*, quod idem significat. Luc. XIV, 29. *καὶ μὴ ἰσχύοντος ἐκτελέσαι*, ubi de eo sermo est, qui jacto fundamento perficere ædificium non potest. ibid. v. 30. Præterea non legitur in N. T. Alexandrini pro כָּלָה *complevit, absolvit.* Deut. XXXII, 45. *Polyb.* X, 26. 1.

Ἔκτεινα, ας, ἡ, 1. proprie: *extensio*, ab *ἐκτείνω*. *Herodian.* VI, 2. 8.

2. *intensio, perpetuitas, assiduum alicujus rei studium.* Semel in N. T. legitur. Act. XXVI, 7. *ἐν ἐκτενείᾳ λατρεῦον* summo studio colit Deum. Eandem significationem vocabulum *ἐκτενία* habet, quod legitur Judith. IV, 9. *ἀνεβόησαν πρὸς τὸν Θεὸν ἐν ἐκτενίᾳ μεγάλῃ.* 2 Macc. XIV, 38. In versione Alex. non reperitur. *Hesych. ἐκτενίαν· συνεχῶς ποιεῖν τὸ αὐτό. Suid. ἐκτένεια· ἡ συνέχεια.*

Ἐκτενέστερον, *intensius, vehementius.* Est neutrum comparativi adverbialiter positum, ab *ἐκτενής*, quod vide. Semel in N. T. legitur Luc. XXII, 44. *ἐκτενέστερον προσηύχετο* ardentissime precabatur. *Suid. ἐκτενέστερον· ἐνεργητικώτερος, ἐπιμελέστερον.*

Ἐκτενής, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, 1. proprie: *extensus.*

2. *intensus, assiduus, enixus, ardens, vehemens.* Act. XII, 5. *προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς* ardentissimæ, enixæ preces fiebant. 1 Petr. IV, 8. *τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες* mutuus sit inter vos et ardentissimus amor. *Œcumenius* ad h. l. *ἐκτενῆ, διαρκῆ, ἐπὶ πολὺ διατείνουσαν. Polyb.* XXII, 5. 4. Sæpius in N. T. non occurrit. *Hesych. ἐκτενὲς, διατεταμένον.*

Ἐκτενῶς. Adverb. *vehementer, impense, sedulo, assidue, totis viribus*, ab *ἐκτενής*. Tantum legitur in N. T. 1 Petr. I, 22. *ἐκ καθαρᾶς καρδίας ἀλλήλους ἀγαπήσατε ἐκτενῶς* pura ac sincera mente vos invicem diligite impense, assidue. Pro Hebraico בְּחֻזָּקָה legitur Jon. III, 8. in vers. Alex. et Joël. I, 14. pro וְזַעֲקוּ אֶל־יְהוָה habent Alexandrini *καὶ κεκράξατε πρὸς Κύριον ἐκτενῶς. Marc. Anton.* I, 4. *Polyb.* XXXI, 22. 12. *Hesych. ἐκτενῶς· προθύμως ἢ διατεταμένως. Suid. ὁλοψύχως καὶ προθύμως.*

ΕΚΤΙΘΗΜΙ, fut. θήσω, 1. *expono*, sensu proprio; (ab ἐκ et τίθημι *pono*) et speciatim de *iis* usurpatur, *qui exponunt infantes*. Sic in N. T. legitur Act. VII, 21. ἐκτεθέντα δὲ αὐτὸν ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραὼ quem expositum Pharaonis filia sustulit. Sapient. XVIII, 5. καὶ ἑνὸς ἐκτεθέντος τέκνου. *Eurip.* Phœn. v. 25. δίδωσι βουκόλοισιν ἐκθεῖναι βρέφος. et v. 36. *Ælian. V. H.* II, 7. Confer etiam *Wetstenii N. T.* T. II. p. 496.

2. ut Latinum *exponere*, metaphorice: *narro, explico, quæ ignota vel non satis intellecta sunt, doceo accurate*. Act. XI, 4. ἐξετίθετο αὐτοῖς καθεξῆς ordine iis omnem rem narravit, seu, omnem ordinem rei gestæ summa cum fide exposuit. ibid. XVIII, 26. ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδὸν accuratius cum in religione Christiana instituerunt. ib. XXVIII, 23. οἷς ἐξετίθετο διαμαρτυρόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Sæpius in N. T. non legitur. *Theophr.* Char. Procem. 2. ἐκθήσω σοι κατὰ γένος. Alexandrini pro בָּלָה Job. XXXVI, 15. *Glossæ:* ἐκτίθημι· τὸ λέγω.

ΕΚΤΙΝΆΣΣΩ, fut *άξω, excutio*, ab ἐκ et τινάσσω *quatio*. Act. XIII, 51. οἱ δὲ ἐκτιναξάμενοι τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐπ' αὐτοὺς excutiebant pulverem pedum super illos; quo ritu a Jesu præscripto Matth. X, 14. Marc. VI, 11. indicare volebant apostoli, se nihil in posterum cum ingratis ac præfractis contemtoribus religionis Christianæ commercii esse habituros. Idem valet de formula ἐκτινάσσεσθαι τὰ ἱμάτια, quæ legitur Act. XVIII, 6. nam etiam *excutere pulverem vestimentorum* summi contemtus signum erat. *Plutarch.* T. II. p. 574. *Reiske.*

ΕΚΤΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *sextus*, ab ἕξ *sex*. Matth. XX, 5. XXVII, 45. Marc. XV, 33. Luc. I, 26. 36. XXIII, 44. Joh. IV, 6. XIX, 14. ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη. Sed sine dubio loco ἕκτη reponendum est τρίτη, ob locum parallelum Marc. XV, 25. et Luc. XXIII, 44. præeunte *Beza*, *Camerario* et *Theophylacto*, qui mendi originem recte repetiisse videntur a consuetudine veterum, numeros non verbis, sed signis arithmeticis et litteris exprimentium, ut adeo h. l. etiam Γ in ϛ. mutatum fuerit ab aliud agente librario. Conf. *Is. Casauboni* Exercitt. Antibar. CX. p. m. 588. Act. X, 9. περὶ ὥραν ἕκτην. Hora ista sexta, quæ nostræ meridianæ respondet, erat una ex tribus illis precandi horis inter Judæos olim receptis, (de quibus bene exposuit *Wolfius* in Curis Philol. ad Act. III, 2.) et a Judæis תְּפִלָּה צָהֳרַיִם *precatio meridiana* vocabatur. Lege *Origenem* de Orat. §. 36. et *Sam. Basnagium* in Exercitt. Anti-Baron. p. 347. Apoc. VI, 12. IX, 13. 14. XVI, 12. XXI, 20.

ΕΚΤΌΣ. Adverbium, regens genitivum. Significat

1. *extra*, ab ἐκ, vel ἐξ. Si præmittitur ei articulus, nominascit. Τὸ ἐκτὸς *externum*. Matth. XXIII, 26. ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς (sc. μέρος) αὐτῶν καθαρὸν tum etiam exteriora eorum pura erunt. 1 Cor. VI, 18. ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν ad corpus non pertinet. 2 Cor. XII, 2. 3. ἐκτὸς τοῦ σώματος extra se ipsum constitutus. *Eurip.* Phœn. v. 42. τὰ ἐκτὸς τῶν κακῶν quæ ad infortunia nihil pertinent. ibid. v. 731. ἐκτὸς τάφρων.

2. *præter, excepto*. Act. XXVI, 22. οὐδὲν ἐκτὸς λέγων, ὧν οἱ προφῆται ἐλάλησαν neque quidquam præter ea docui, quæ vates prædixerunt. 1 Cor. XV, 27. ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ excepto eo, qui ei omnia subjecit. In vers. Alex. τῷ לְבַד *seorsim* respondet, quod sequente præpositione מִן est *præter*, Judd. VIII, 26. XX, 15. 17. et τῷ מִלְּבַד *præter*, 1 Regg. X, 13. 2 Chron. IX, 12. XVII. 19.

3. ἐκτὸς εἰ μὴ *excepto, præter, nisi, nisi forte*. 1 Cor. XIV, 5. ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ excepto nisi interpretetur. ibid. XV, 2. ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε nisi forte frustra religionem amplexi

estis. 1 Tim. V, 19. *Xenoph. Hist. Gr.* I, 2, 2. Conf. loca e *Luciano*, quæ *Kypkius* in Observv. Philol. T. II, p. 229. excitavit. *Hesych.* ἐκτός· δίχα, πάρεξ ἢ ἔξω. Conf. etiam *Thom. M.* sub ἔξω p. m. 328.

ΕΚΤΡΕΠΩ, fut. ἑψω, 1. *averto, converto, deflecto, detorqueo, distorqueo.* Passivum ἐκτρέπομαι *declino, deflecto, detorqueor, distorqueor*, et partim de *iis* dicitur, *qui a via deflectunt et declinant*, ut omissum sit τῆς ὁδοῦ, quod additur apud *Ælian.* V. H. XIV, 49. ἐξετράπετο τῆς ὁδοῦ διψήσας, et omittitur ab *Aristoph.* Plut. v. 838. *Xenoph.* Anab. V, 4. 8. (*Schol. Sophocl.* Electr. v. 351. ἐκτρέπειν· τὸ παρακλίνειν τῆς ὁδοῦ. *Hesych.* ἐκκλίνειν. Conf. *Valckenar.* ad *Herodot.* IV, 12. p. 286.) unde ἐκτροπὴ *flexus tramitis, anfractus viæ. Xenoph.* Hist. Gr. VII, 1. 19. partim vero de *iis* usurpatur, *quorum membra luxantur et e situ pristino extorquentur, ita, ut figura pristina plane immutetur*, unde ἐκτροπὴ *luxatio.* Hebr. XII, 13. ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ ne pes claudus magis luxetur, sanetur potius. Cf. *Carpzov.* Exercitt. Philon. ad Ep. ad Hebr. p. 594. Huc pertinet glossa in *Alberti* Gloss. Gr. p. 185. ἐκτραπῇ· ἐκπέσῃ. Hinc ἐκτρέπομαι

2. metaphorice: *a via veritatis et virtutis deflecto.* 1 Tim. I, 6. ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν deflexerunt ad vanas et inanes disputationes, ibid. V, 15. ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ jam enim quædam a recta via declinarunt, Satanam secutæ. 2 Tim. IV, 4. ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται.

3. *aversor, fugio, caveo, vito, abstineo*, metaphora desumta ab iis, qui a via declinantes fugiunt aliquem obvium. 1 Tim. VI, 20. ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας devitans profanas ac vanas quæstiones. *Ælian. V. H.* XIII, 26. τὸν ἄνδρα ἐκτρεπόμενος. *Epictet.* c. 38. conjunxit tanquam synonyma φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι τὰ βλαβερά. Conf. *Fischer.* ad *Platon.* Phædon. §. 57. p. 452. ed. rec. Generatim de hac voce disputavit *Wetstenius N. T.* T. II. p. 316. et 353.

ΕΚΤΡΕΦΩ, fut. θρέψω, 1. proprie: *alo, nutrio, enutrio inde a puero ad adultam ætatem usque.* (ab ἐκ, quod in compositis *continuationem* interdum significat, et τρέφω *alo, nutrio.*) *Polyb.* XII, c. 2. *Xenoph. Anab.* VII, 2. 18. *Aristoph.* Ran. 1480.

2. *educo.* Ephes. VI, 4. ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου disciplina salutari et monitis, ad pietatem in Deum pertinentibus, educetis eos potius. *Aristoph. Nub.* 1383.

3. *utilitati ac commodis alicujus omni modo prospicio.* Ephes. V, 29. ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτὴν, sc. τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα.

ΕΚΤΡΩΜΑ, τος, τὸ, *partus abortivus, fœtus immaturus*, qui Hebraice נֶפֶל dicitur, quasi *cadivus*, decidit enim ut fructus immaturus, ab ἐκτιτρώσκω *abortum facio.* Vid. *Foësius* Œcon. Hippocr. voc. ἐκτιτρώσκειν. Alex. Num. XII, 12. *Hesych.* ἔκτρωμα· παιδίον νεκρὸν, ἄωρον, ἐκβολὴ γυναικός. Attici *fœtus abortivos* ἀμβλώματα et ἐξαμβλώματα, etiam ἀμβλωθρίδια vocavere. Conf. Interpretes ad *Thom. M.* p. 319. et *Fischerus* Prol. XXXI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 15. In N. T. semel legitur 1 Cor. XV, 8. ubi Paulus se ipsum ἔκτρωμα vocat, h. e. indignum, qui elogio nominis apostolici honoretur: ita enim ipse explicat v. 9. ἐγὼ γάρ εἰμι ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος. *Theophyl.* ad h. l. ἐπεὶ αὐτὸς ἀνάξιον τοῦ εἶναι ἑαυτὸν Ἀπόστολον λέγει καὶ ἀπόβλητον, οὕτως ἑαυτὸν ὠνόμασεν. Paulo post aliam aliorum explicationem subjicit: Τινὲς δὲ - - διότι καὶ αὐτὸς ἔσχατος τῶν ἀποστόλων. Sic etiam apud Hebræos homines viles et deterioris conditionis cum fœtu abortivo comparantur. Job. III, 16. Eccles. VI, 3. et qui Romæ extra numerum XII. in senatum allegebantur, dicti fuerunt *Abortivi*, teste *Suetonio* in *Octavio* c. 35. Confer *Joh. Floderi Paulus* ἔκτρωμα 1 Cor. XV, 8. *illustratus.* Ups.

1769. 4. et *Wetstenii* N. T. T. II. p. 165.

ΕΚΦΕΡΩ, fut. ἐξοίσω, aor. 1. ἐξήνεγκα, 1. *effero, exporto.* (ab ἐκ et φέρω *fero.*) Act. V, 15. ἐκφέρειν τοὺς ἀσθενεῖς exportarent ægrotos. 1 Tim. VI, 7. opponitur τῷ εἰσφέρειν.

2. est verbum funebre et ut Latinum *efferre*, significat: *efferre mortuum ex ædibus ad sepulchrum*, unde ἐκφορὰ *elatio cadaveris ad tumulum. Polyb.* VI, 51. Act. V, 6. καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν et postquam extulerunt, sepelierunt. ib. v. 9. καὶ ἐξοίσουσί σε et v. 10. *Xenoph.* Mem. I, 2. 53. Conf. *Ez. Spanhem.* ad *Aristoph.* Plut. v. 1009. et *Hemsterhus.* ad l. l. p. 360. nec non *Wetstenii* N. T. T. II. p. 483. *Suid.* ἐκφοράν· ταφὴν, ἐκ τοῦ ἐπὶ μνήματος ἐκφέρεσθαι. Idem: ἐκφέρεσθαι· ἐκ τοῦ οἴκου ἐπὶ μνήματος ἐκφέρεσθαι. Idem *Thom. M.* p. 324. et ibi Interpp.

3. *affero.* Luc. XV, 22. ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην afferte togam optimam.

4. *profero, edo, in lucem profero*, maxime de terræ fertilitate proventuque fructuum. *Plutarch.* de Educat. Puerorum c. 4. §. 10. γῆ γεωργηθεῖσα γενναίους καρποὺς ἐξήνεγκε. *Xenoph. Œcon.* 16. 5. et 17. 10. Genes. I, 12. ἐξήνεγκεν ἡ γῆ βοτάνην χόρτου. Hebr. VI, 8. ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους qui vero protulerit spinas ac tribulos. Sic et *efferre* apud *Cic.* de Clar. Or. c. 4. " ager - - - - uberiores fructus efferre solet." Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 405.

ΕΚΦΕΥΓΩ, fut. εὔξω, 1. proprie: *effugio persequentem, securitatis causa aufugio, fugiendo evado.* ab ἐκ et φεύγω *fugio.* Act. XVI, 27. νομίζων ἐκπεφευγέναι τοὺς δεσμίους existimans aufugisse vinctos. ibid. XIX, 16. ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ οἴκου ἐκείνου. 2 Cor. XI, 33. καὶ ἐξέφυγον τὰς χεῖρας αὐτῶν et ita effugi manus eorum. *Eurip.* Phœn. v. 1232. εἰ μή γε φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα. *Homer. Il.* ζ'. 57. ὑπεκφύγοι - - - χεῖρας ἡμετέρας. *Silius Ital.* IX, v. 567. "nostras — evasisse manus." In versione Alex. respondet τῷ נוּס, Judd. VI, 11. סוּר, Job. XV, 30. et נִמְלַט. Ies. LXVI, 7.

2. metaphorice: *effugio, devito, evado*, et inprimis de *mali imminentis evasione* dicitur. Luc. XXI, 36. ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι ut digni habeamini, qui effugiatis omnia hæc imminentia mala. *Eurip.* Phœn. v. 1219. ἐκπέφευγε γῆ. ibid. v. 1701. ποῖ γὰρ ἐκφεύξῃ λέχος. Alex. Prov. X, 19. οὐκ ἐκφεύξῃ ἁμαρτίαν. Interdum ἐκφεύγειν, omissa formula κρίμα Θεοῦ, quæ additur Rom. II, 3. significat: *evitare pœnas divinas.* Hebr. II, 3. πῶς ἡμεῖς ἐκφευξώμεθα; quomodo nos a pœnis divinis immunes erimus? (Eodem modo φεύγειν ponitur Hebr. XII, 25.) nisi statuere velimus, ἐκφεύγειν et ἀποφεύγειν ac φεύγειν esse h. l. in sensu forensi, apud Græcos haud raro obvio, ubi notat: *absolvi, liberari a pœna in judicio.* (*Aristoph.* Vesp. v. 991. ὄντως ἀπέφυγε. *Schol.* γενόμενος ἐκτὸς τιμωρίας. ib. v. 988. Conf. *Thom. M.* sub φεύγω.) Ἑλλειπτικῶς autem ἐκφεύγεσθαι pro ἐκφεύγεσθαι κρίμα Θεοῦ legitur apud Sirac. XVI, 15. ἐκφεύξεται ἐν ἁρπάγμασιν ἁμαρτωλὸς, coll. 2 Macc. VII, 35. Θεοῦ κρίσιν ἐκπέφευγας.

ΕΚΦΟΒΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *terrorem et metum injicio, perterrefacio, exterreo*, ab ἐκ, quod hic significationem auget, et φοβέω *terrefacio, terrorem incutio.* Semel in N. T. legitur 2 Cor. X, 9. ἵνα μὴ δόξω, ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς διὰ τῶν ἐπιστολῶν ne quis existimet me litteris tantum vobis terrorem incutere conari. Alex. pro מַחֲרִיד Deut. XXVIII, 26. Nahum. II, 11. Zeph. III, 13. *Polyb.* XIV, 10. 3. *Plutarch.* T. II. p. 875. et IV, 129. ed. *Reiske.*

ΕΚΦΟΒΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *metu et terrore perculsus, perterrefactus, consternatus*, ex iisdem, i. q. ἔμφοβος. In N. T. bis legitur. Marc. IX, 6. ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι erant enim consternati. Hebr. XII, 21. ἔκφοβός εἰμι, καὶ ἔντρομος, coll. Deut. IX. 19. כִּי יָגֹרְתִּי, Alex. καὶ ἔκφοβός εἰμι.

ΕΚΦΎΩ, fut. ύσω, *gigno, germino, progermino,* etiam neutraliter: *nascor, pullulo,* et de fœtibus (*Eurip.* Phœn. v. 7. et 958.) æque ac proventibus terræ et arborum usurpatur, ab ἐκ et φύω *gigno, produco.* Matth. XXIV, 32. ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται ἁπαλὸς καὶ τὰ φύλλα ἐκφυῇ cum rami ejus teneri fiunt et folia progerminant. Eadem sententia legitur Marc. XIII, 28. Sæpius non extat in N. T. nec in versionibus Græcis V. T. reperitur. *Hesych.* ἐκφῦναι· ἐκβλαστῆσαι, γεννηθῆναι. Hinc ἐκφύσεις *surculi. Ælian.* V. H. I, 34. *Philo de Opif. Mundi* T. I. p. 9, 9. πετάλων ἐκφύσεις.

ΕΚΧΈΩ, fut. 1. ἐκχέσω et ἐκχεύσω, fut. 2. ἐκχεῶ,

1. *effundo,* in sensu proprio, et dicitur partim de rebus liquidis, quæ e vase effunduntur, partim de ipsis vasis, unde quid profunditur. Apoc. XVI, 1. ἐκχέατε τὰς ἑπτὰ φιάλας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν γῆν. ibid. 2. 3. 4. 8. 10. 12. 17.

2. *effundendo et profundendo perdo.* Matth. IX, 17. καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται et vinum profusum periret, ubi non solum ἐκχεῖσθαι τῷ συντηρεῖσθαι opponitur, sed etiam in Codice Cantabrig. ἀπόλλυται loco ἐκχεῖται e glossemate legitur. Marc. II, 22.

3. *profundo,* h. e. *disjicio, abjicio, effundendo dissipo.* Joh. II, 15. καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα et effudit mensariorum pecuniam. Aor. I, ἐξέχεε ionice ponitur pro ἐξέχευε, et hoc pro ἐξέχευσε, tanquam ab ἐκχεύω.

4. ἐκχέαι αἷμά τινος *effundere sanguinem alicujus,* significat: *aliquem interficere, occidere.* Act. XXII, 20. καὶ ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου. Rom. III, 15. ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα. Apoc. XVI, 6. Genes. IX, 6. ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπου. Ps. CVI, 38. ἐξέχεαν αἷμα ἀθῶον. Vid. supra ad αἷμα dicta.

5. metaphorice: *communico cum aliquo aliquid, in aliquem confero aliquid, largiter do ac distribuo aliquid copiose, instruo aliqua re.* Act. II, 17. 18. ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα copiose instruam homines spiritu meo. ibid. v. 33. ἐξέχεε τοῦτο, sc. πνεῦμα. Tit. III, 6. οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως quem nobiscum largiter communicavit. *Theophyl.* ad h. l. δαψιλῶς τούτου μετέδωκεν. Ps. LXIX, 24. ἔκχεον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου. Job. XII, 21. ἐκχέων ἀτιμίαν ἐπ' ἄρχοντα. Sirac. XVIII, 11. ἐξέχεεν ἐπ' αὐτοὺς τὸ ἔλεος αὐτοῦ. *Homer.* Il. ν'. v. 618. Τρῶες δ' ἐπὶ δοῦρατ' ἔχευαν ὀξέα. *Schol.* ἐπέχευαν δαψιλῶς ἔπεμψαν, ἐπέχευαν ἀθρόως, ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὑγρῶν. Eodem modo *effundere* apud Latinos. Conf. *Ernesti* Clav. Cic. s. h. v.

ΕΚΧΎΩ, vel ΕΚΧΎΝΩ, fut. ἐκχύσω,

1. *effundo,* et proprie, ut ἐκχέω, est rerum liquidarum, quæ effunduntur e vase, in quo continentur. *Xenoph. Cyrop.* VII, 5. 6.

2. *effundendo et profundendo perdo, male et temere profundo.* Sic Luc. V, 37. καὶ αὐτὸς ἐκχυθήσεται καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται.

3. *profundo.* Luc. XXII, 20. ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον sanguine meo vestrum causa profuso. Matth. XXVI, 28. Marc. XIV, 24. Huc pertinet formula: ἐκχύνειν αἷμά τινος *aliquem occidere, trucidare.* Matth. XXIII, 35. πᾶν αἷμα δίκαιον, ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς omnis injusta cædes, commissa in terra. Luc. XI, 50. *Herodot.* VII, c. 140. *Æschyl. Eumen.* 661. Cf. supra ad ἐκχέω dicta.

4. per metaphoram: *projicio, ejicio,* et de rebus aliis dicitur, quæ instar aquæ effunduntur. Act. I, 18. καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ et effudit omnia viscera sua.

5. *largiter impertior, communico liberaliter cum aliquo aliquid,* sumta metaphora ab aquarum effusione. Act. X, 45. ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκκέχυται etiam cum gentilibus dona Sp. S. communicari. Rom. V, 5. ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν amor Dei abunde nobis declaratus est. *Theophyl.* ad h. l. ἐκκέχυται· ἀντὶ τοῦ δαψιλὴς καὶ πλουσία φαίνεται.

6. ἐκχύεσθαι, ut Lat. *effundi* (*Curtius*

VIII, 5. " in amorem virgunculæ effusus." *Livius* XXXIV, 6. " ne abrogata lege effundantur ad luxuriam.") significat: *effuse ruere in aliquid, studio ingenti flagrantique cupiditate aliquid facere*, et maxime de *eo* usurpatur, *qui se in flagitia conjicit* et *præceps in perniciem ruit*. Sic semel legitur in N. T. Jud. v. 11. καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν et pariter ac Bileamus mercedis causa scelera quævis patrare parati sunt. *Polyb.* Hist. V, c. 106. ἐξεκέχυντο εἰς τοὺς βασιλεῖς impense coluerunt reges. Excerptt. e *Polyb.* de Vit. et Virtutt. Lib. 31. p. 116. ed. *Ern.* οἱ δὲ εἰς ἑταίρας ἐξεκέχυντο. Excerptt. ex *Diod. Sic.* T. II, p. 598. καὶ πρὸς τὰς αἰσχίστας ἡδονὰς ἐκκεχυμένον. *Aristoph. Vesp.* 1460. *Polyb. Exc. Virt.* p. 1457. Eodem modo apud Latinos *effundi* ponitur, v. c. *Tacit. Ann.* I, 54. *Curt.* VIII, 5. — In versione Alex. ἐκχύνεσθαι haud raro *irruere* in sensu proprio, *impetum facere*, notat. v. c. Judd. IX, 44. XX, 37. adde Judith. XV, 3. (4.) et in libris apocryphis ἐκχύεσθαι omnino *is* dicitur, *qui nimius est in re aliqua*, v. c. Sirac. XXXVII, 29. ἐκχύεσθαι ἐπὶ ἐδεσμάτων insatiabili cupiditate inhiare cupediis, i. q. ἀπληστεύεσθαι in eadem orationis serie. Conf. Spicil. meum II. Lex. Biel. p. 59.

ΕΚΧΩΡΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *excedo, discedo, recedo*, ab ἐκ et χωρέω *cedo, abeo*. Semel in N. T. legitur Luc. XXI, 21. καὶ οἱ ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκχωρείτωσαν et qui erunt in illa urbe, (nempe Hierosolyma) discedant. Num. XVI, 45. ἐκχωρήσατε ἐκ μέσου τῆς συναγωγῆς ταύτης. Amos VII, 12. in vers. Alex. pro בָּרַח *aufugit, effugit* ponitur. *Ælian.* V. H. III, 21. μικρὸν ἐκχωρῆσαι τῆς ὁδοῦ. *Plutarch. Opp.* T. III. p. 638. *Reiske. Phavorin.* ἐκχωρῶ· τὸ ἐκβαίνω. (ita enim legendum loco impressi ἐκφαίνω) ὡς Δημοσθένης, καὶ οὕτω μὲν τότε παρ' ἡμῖν ἐκκεχωρηκότων, ἀντὶ τοῦ ἐκβάντων.

ΕΚΨΥΧΩ, fut. ύξω, *animam efflo, exspiro*. (ab ἐκ et ψυχὴ *anima*.) Act. V, 5. πεσὼν ἐξέψυξε humi prolapsus exspiravit, coll. v. 10. ibid. XII, 23. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alex. metaphorice de *animi defectione et summa tristitia* adhibetur, v. c. Ezech. XXI, 7. καὶ ἐκψύξει πᾶν πνεῦμα. *Hesych.* ἐκψύχουσι· λειποθυμοῦσιν.

ΕΚΩΝ, όντος, ὁ, fœmin. ΕΚΟΥΣΑ, ης, ἡ, neutrum ΕΚΟΝ, όντος, τὸ, *voluntarius, qui sponte aliquid facit*, ab εἴκω *cedo, non repugno*. Bis legitur tantum in N. T. Rom. VIII, 20. οὐχ' ἑκοῦσα non sua sponte. 1 Cor. IX, 17. εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω si enim volens et lubenter munere meo apostolico fungor. Opponitur ibi τῷ ἄκων. *Hesych.* ἑκών· θέλων, βουλόμενος. Cf. *Thom. M.* s. h. v. et ibi Interpretes p. 290. seq.

ΕΛΑΙΑ, ας, ἡ, 1. *olea, arbor fertilissima et semper virens*. Cum oleis eleganter ob summam et perennem dignitatem ac præstantiam comparantur prophetæ, seu doctores insignes. Apoc. XI, 4. οὗτοί εἰσιν αἱ δύο ἐλαῖαι, coll. Zach. IV, 11. 12. 14. et *Glassii* Philol. Sac. p. 1109. ed. *Dathii*. Τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν *mons oleis consitus, mons olivarum*, duobus passuum millibus distans ab Hierosolyma versus orientem, per totam fere noctem a templi lucernis, igneque, in altari holocaustorum illic perpetuo lucente, illuminatus, in cujus latere erat Bethania, in ipso vero montis vertice sita erat Bethphage. Matth. XXI, 1. XXIV, 3. XXVI, 30. Marc. XI, 1. etc. *Plutarch.* T. VI. Opp. p. 86. ed. *Reiske. Joseph.* A. J. XX, 8. 6. B. J. V, 2. 3. et 12. 2. Conf. *P. Giebelhausen* D. histor. philol. de monte olivarum Lips. 1704. 4.

2. *oliva, oleæ fructus*. Jacob. III, 12. μὴ δύναται συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι; num potest ficus olivas producere? *Xenoph. Œcon.* 19, 13.

3. metaphorice: *cœtus verorum Dei cultorum, verus Dei populus*. Rom. XI, 17. 24.—*Thom. M.* ἐλάα καὶ ἐπὶ τοῦ καρποῦ καὶ ἐπὶ τοῦ δένδρου, κρεῖττον ἢ ἐλαία. Vid. ad h. l. Interpretes. *Suid.*

ἐλάα· ὁ καρπὸς, ἐλαία δὲ, τὸ δένδρον. Conf. *Duker.* ad *Thucyd.* VI, 99. et *Wass.* ad VII, 81.

ΕΛΑΙΟΝ, ου, τὸ, 1. *oleum vulgare, quale lucernis suffunditur, liquor ex olivis expressus.* Matth. XXV, 3. 4. 8. Oleum lenit et mitigat dolorem, vulnusque ad sanitatem perducit. Hinc Luc. X, 34. Samaritanus vulnera hominis, qui in latrones inciderat, oleo perfudisse legitur. Luc. XVI, 6. *Xenoph. Symp.* II, 4.

2. *oleum pretiosum et majore arte paratum e variis floribus et aromatibus, quo caput ungi solebat, unguentum. Athenæus* Deipnosoph. XV, c. 11. p. 688. ed. *Casaub.* Marc. VI, 13. καὶ ἤλειφον ἐλαίῳ πολλοὺς ἀῤῥώστους et ungebant multos ægrotos oleo. coll. Jacob. V, 14. Luc. VII, 46. ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψας.

3. *fructus olearum adhuc ex arboribus pendens*, i. q. ἐλαία. Apoc. VI, 6. καὶ τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον μὴ ἀδικήσῃς. Jam, quia unguentis delibuere se veteres solebant, maxime in conviviis, ubi se hilaritati dabant, et oleo, seu unguento apud Judæos sacerdotes, prophetæ, reges ad munus suum inaugurabantur, factum est, ut ἔλαιον

4. metaphorice *omnem felicitatem, dignitatem et prosperum rerum statum* significaret. Hebr. I, 9. ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ἔλαιον ἀγαλλιάσεως summa te Deus dignitate et felicitate ornavit. Ps. XXIII, 5. XLV, 7. Job. XXIX, 7. Conf. *Glassii* Philol. Sac. p. 1110. ed. *Dathii.*

ΕΛΑΙΩΝ, ῶνος, ὁ, *olivetum, locus oleis consitus et abundans.* Speciatim ita dicitur mons, situs ad orientem urbis Hierosolymæ et templi, valle tantum intermedia et torrente Kedron ab urbe diremptus. (*Josephus* de B. J. V, 2. 3.) Lucas Act. I, 12. itinere Sabbati, quod septem ac dimidio stadiis definiebatur; *Josephus* (A. J. XX, 8. 6.) vero quinque stadiis montem ab urbe distare dicit. Uterque recte. Nam hic spatium metitur ad primam basin Oliveti, ille vero ad locum Oliveti, unde Christus in cœlum ascenderit. Varias arbores nascentes habebat, palmas, ficus, cedros, præsertim oleas, a quibus nomen habet.

ΕΛΑΜΙΤΗΣ, ου, ὁ, plur. ΕΛΑΜΙΤΑΙ, ῶν, οἱ, *Elamita, incola* s. *civis provinciæ Elymaidis, regionis Asiæ majoris, sitæ inter Mediam et Mesopotamiam prope Susiam.* Unde in V. T. (v. c. Ies. XXI, 2. Jerem. XXV, 25.) *Elam et Madai*, i. e. Elamitæ et Medi passim junguntur. Olim universa Persia Elam vocabatur, ab Elamo, Semi filio, teste *Josepho* A. J. I, 6. 4. *Hesych.* Ἐλαμῖται· Πάρθοι, h. e. Πέρσαι. Semel commemorantur in N. T. Act. II, 9. Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν. ubi vid. *Wetstenius.*

ΕΛΑΣΣΩΝ, vel ΕΛΑΤΤΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, ον, τό. Comparativus ab ἐλαχὺς, pro quo usitatum est *μικρὸς, parvus, exiguus.* Hinc refertur

1. ad *ætatem*, ut significet *minorem natu.* Rom. IX, 12. ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι major serviet natu minori; quæ verba sumta sunt ex Genes. XXV, 23.

2. ad *dignitatem et indolem*, ut sit: *vilior, deterior*, et de rebus æque ac personis adhibetur. Joh. II, 10. πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω omnes solent primum præstantius vinum apponere, et ubi sat biberunt, vilius. Hebr. VII, 7. τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται ei, qui est minori dignitate, a majori benedicitur, *Epictet.* Enchir. c. 25. ἔλαττον ἔχειν deteriore esse conditione. *Xenoph. Mem.* I, 6. 11. et 12. *Alb.* Gloss. N. T. p. 106. ἐλάσσονι· ἥττονι, μικροτέρῳ. Apud Græcos ἐλάσσων interdum de *spatio breviori* adhibetur, v. c. *Xenoph.* Cyrop. II, 4. 17. ἐλάσσων ἡ ὁδός. *Ælian. V. H.* VIII, c. 11.

ΕΛΑΤΤΟΝ, vel ΕΛΑΣΣΟΝ. Neutrum ab ἐλάσσων, quod vero propter omissam præpositionem εἰς, vel aliam, adverbialiter ponitur (conf. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* I, 32.) et fere est particula temporis. 1 Tim. V, 9. χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα

vidua in catalogum referatur non infra sexaginta annos nata. *Thucyd.* IV, 67. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p 341.

ΕΛΑΤΤΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. generatim: *minor sum altero*, sive *quantitate*, sive *ætate*, sive *dignitate*, sive *alia quacunque qualitate*, ut, quis sit hujus verbi in singulis locis sensus, semper e serie orationis dijudicandum sit. (a comparativo ἐλάττων.)

2. speciatim: *minus habeo, careo, egeo.* Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. VIII, 15. καὶ ὁ τὸ ὀλίγον οὐκ ἠλαττόνησε qui parum collegerat, non minus habebat, non penuria laborabat. Verba sunt petita ex Exod. XVI, 18. וְהַמַּמְעִיט לֹא הֶחְסִיר.

ΕΛΑΤΤΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. generatim: *minuo, diminuo, minorem reddo* vel *facio, quocunque demum modo.* (ab ἐλάττων, de quo supra.) *Thucyd.* III, 42. Sic v. c. ἐλαττοῦσθαι significat: *minorem esse numero*, apud *Xenoph.* Hist. Gr. I, 5. 9.—*carere, destitui.* Sirac. XXV, 2. ἐλαττούμενον συνέσει. ibid. XLVII, 23. *Hesych.* ἐλαττούμενον· λειπόμενον.

2. speciatim: *inferiorem aliquem reddo, reddo deteriorem et iniquam alicujus conditionem.* Hebr. II, 7. ἐλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ad breve tempus eum deterioris conditionis esse voluisti angelis. Eodem modo Alexandrini verterunt verba Hebraica Ps. VIII, 5. תְּחַסְּרֵהוּ מְעַט מֵאֱלֹהִים. Hebr. II, 9. τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλλαττωμένον, ubi τῷ ἐλαττοῦσθαι opponitur στεφανοῦσθαι δόξῃ καὶ τιμῇ. Eodem sensu legitur apud *Isocratem* Panegyr. cap. 47. p. 127. ed. *Mori.* Conf. etiam *Symmachum* 2 Sam. III, 1. et *Abreschii Annotatt. in Ep. ad Hebræos* pag. 90.

3. ἐλλαττοῦσθαι *inferiorem haberi, decrescere* de *eo* dicitur, *cujus gloria et auctoritas imminuitur.* Joh. III, 30. ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλλαττοῦσθαι ille debet crescere auctoritate, ego decrescere. *Antigon. Caryst. Hist. Mir.* c. 1. Exempla e *Diod. Sic.* collegit *Münthe* in Obss. Philol. p. 193.

'ΕΛΑΥ'ΝΩ, fut. ἐλάσω, perf. ἐλήλακα, 1. *impello, vi agito, propello*, v. c. ἐλαύνειν ἵππον equum calcaribus additis impellere. Conf. *Bach.* ad *Xenoph.* Sympos. II, 27. *Ælian. V. H.* XI, 9. ἐλαύνειν κώπην remum agitare. Luc. VIII, 29. ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ δαίμονος εἰς τὰς ἐρήμους a dæmone agebatur per loca deserta. Jacob. III, 4. ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα naves, quæ ventorum vehementia agitantur. *Hom. Od.* ο'. 502. *Aristoph. Equit.* 1179. 2 Petr. II, 17. νεφέλαι ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι nubes a vento huc illuc agitatæ.

2. per metonymiam, omisso substantivo ναῦν, quod additur a *Xenoph.* de Rep. Athen. I, 2. 20. *navigando et remigando provehor*, quasi *remis navem propello*, i. q. κωπηλατέω. Marc. VI, 48. καὶ εἶδεν αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν vidit eos laborantes in navigio provehendo. Joh. VI, 19. ἐληλακότες ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε provecti stadia fere viginti quinque. *Thucyd.* III, 49. VIII, c. 108. ἀναζεύξας ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς Ἴωνας. *Homer.* Odyss. γ'. v. 157. 1 Regg. IX, 27. ἐλαύνειν εἰδότας θάλασσαν. Apud Græcos ἐλαύνειν interdum simpliciter notat: *proficisci, expeditionem agere terra.* Conf. *Reitz.* ad *Lucian.* Opp. T. II. p. 724.

'ΕΛΑΦΡΙ'Α, ας, ἡ, 1. proprie: *levitas ponderis*, seu *oneris*, ab ἐλαφρός. *Hesych.* ἐλαφρία· κουφότης.

2. metaphorice: *levitas animi, inconstantia, qua aliquis subito sine justa causa consilium suum mutat.* Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. I, 17. μή τι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην; num inconstantiæ accusari possum? Alii vertunt: *num vanum et mendacem me gessi?* Respexit huc fortasse *Hesychius* hac glossa: ἐλαφρία· μωρία.

'ΕΛΑΦΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1. proprie: *levis ponderis*, ita, ut *gravi* et *ponderoso* opponatur, *portatu facilis, agilis, celer. Xenoph.* de Venat. IV, 1. *Lucian. de merced. conductis* p. 456. φέ-

ρειν τὸν ζυγὸν, ἐλαφρόν τε καὶ εὔφορον. Alex. pro קַל Job. XXIV, 18. *Hesych.* ἐλαφρός· εὐβάστακτος, κοῦφος. Idem: ἔλαφρά· τὰ μὴ βαρέα ἢ κοῦφα.

2. metaphorice: *quod facile tolerari, perferri et sustineri potest.* 2 Cor. IV, 17. τὸ γαρ ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν levitas (nam neutrum τὸ ἐλαφρὸν pro substantivo ponitur) præsentis calamitatis nostræ, seu, leves illæ afflictiones nostræ.

3. *facilis, facilis observatu.* Matth. XI, 30. φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι mea doctrina facilis est. Sæpius non legitur in N. T.

Ἐλάχιστος, ίστη, ον. Superlativus ab ἐλαχὺς *parvus.* Significat

1. *minimum*, ratione *quantitatis.* Jacob. III, 4. μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου dirigitur a minimo quovis gubernaculo.

2. *minimum*, ratione *qualitatis*, v. c. *status, dignitatis, præstantiæ, æstimationis.* In hoc sensu dicitur de *persona* æque ac de *re.* Matth. II, 6. οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα nequaquam minima es præfecturarum Judææ. ib. V, 19. μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων ἐλαχίστων vel unum horum præceptorum, quæ vulgo leviora et nullius momenti habentur. ibid. ἐλάχιστος κληθήσεται pro meo illum non agnosco. Respexit h. l. *Phavorin.* ἐλάχιστος· ὁ ἔσχατος καὶ ἀπερίμμενος εἰς τὴν γέενναν. Matth. XXV, 40. 45. τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων uni e minimis meorum cultorum. Luc. XII, 26. XVI, 10. ubi τὸ ἐλάχιστον vocantur opes terrestres, coll. v. 11. *Phavor.* ad h. l. ἐλάχιστος· καὶ ὁ ἐπίγειος πλοῦτος· ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ Luc. XIX, 17. 1 Cor. IV, 3. ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστι *equidem haud curo, minimi id facio*, pro ἐμοὶ δὲ ἐλάχιστόν ἐστι, ad imitationem Hebr. לִמְעַט, Hagg. I, 9. 1 Cor. VI, 2. κριτηρίων ἐλαχίστων estisne indigni, qui dirimatis causas minutissimas? ib. XV, 9. ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων ego sum apostolorum minimus. *Hesych.* ἐλάχιστος· μικρὸς, πάνυ ὕστερος, ἔσχατος.

Ἐλαχιστότερος, α, ον. Comparativus a superlativo ἐλάχιστος denuo formatus, *minimo minor.* Semel in N. T. legitur Ephes. III, 8. ἐμοὶ δὲ ἐλαχιστοτέρῳ mihi autem minimo minori, seu, admodum indigno hoc beneficio. Simili modo ab ἐλάχιστος formatur novus superlativus ἐλαχιστότατος apud *Sextum Empiricum* IX, p. 627. πρώτιστος, *Diog. Laërt.* I, 28. et a μείζων, μειζότερος, 3 Joh. v. 4. et apud Latinos *minimissimus, pessimissimus* et *postremissimus.* Conf. *Fabricium* ad *Sext. Empir.* l. l. *Valckenar.* ad *Theocrit Adoniaz.* p. 234. s. et *Wetsten.* ad locum Pauli.

Ἐλάω, vid. Ἐλαύνω.

Ἐλεάζαρ, ὁ, *Eleasar.* Nomen proprium Hebraicum indeclinabile viri, qui fuit filius Eliud. Matth. I, 15. Hebr. אֶלְעָזָר, h. e. *Deus est auxilium*, ex אֵל *Deus* et עָזַר *auxilium.*

Ἔλεγξις, εως, ἡ, *reprehensio, redargutio, certa demonstratio, argumentum, probatio*, ab ἐλέγχω. Semel in N. T. tantum legitur 2 Petr. II, 16. ἔλεγξιν δὲ ἔσχεν τῆς ἰδίας παρανομίας sed correptus et redargutus fuit ob suam vesaniam et impietatem. Nam ἔλεγξιν ἔχειν est i. q. ἐλέγχεσθαι. *Hesych.* et *Phavor.* ἔλεγξις· ὀνείδησις, ἀτιμία, ὕβρις, ἢ φανέρωσις τῶν κεκρυμμένων.

Ἔλεγχος, ου, ὁ, 1. proprie: *demonstratio, probatio, quæ fit argumentis certis et rationibus indubitatis, qua rei certitudo efficitur, argumentum*, i. q. ἔλεγξις. *Glossæ: probatio,* ἔλεγχος. *Epictet.* apud *Arrianum* III, 10. ἐνθάδ' ὁ ἔλεγχος τοῦ πράγματος, ἡ δοκιμασία τοῦ φιλοσοφοῦντος. *Ælian. V. H.* VII, 19.

2. *spes et persuasio animi, quæ idoneis argumentis firmatur et nititur*, i. q. ὑπόστασις, cum quo permutatur Hebr. XI, 1. ἔστι δὲ πίστις---πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων est autem fides —certa de rebus persuasio, quæ oculis non cernuntur, ubi vid. *Wetstenius.*

3. *redargutio, convictio, correptio.* 2 Tim. III, 16. πρὸς ἔλεγχον ad refutandos et profligandos religionis Chris-

tianæ adversarios. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alex. Hebr. תּוֹכֵחָה, Ies. XXVII, 3. Hos. V, 9. et תּוֹכַחַת, Job. XIII, 6. XXIII, 4. respondet.

ΕΛΕΓΧΩ, fut. ἐγξω, 1. *certis et indubitatis argumentis alicui aliquid persuadeo et demonstro ac dissentientes refuto.* Joh. XVI, 8. ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ δικαιοσύνης καὶ κρίσεως persuadebit hominibus de innocentia mea eosque de vi ac potestate Satanæ fracta edocebit. 2 Tim. IV, 2. Tit. I, 9. καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν et contradicentes refutare. 1 Cor. XIV, 24. ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων refutatur ab omnibus, sc. qui hactenus habuerat falsam de Christianis opinionem. *Thucyd.* VI, 86. αὐτὸ τὸ ἔργον ἐλέγχει. Conf. *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1082.

2. *arguo, convinco,* v. c. *maleficii, criminis, injuriæ.* Matth. XVIII, 15. ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνον argue illum intra privatos parietes. Joh. VIII, 9. καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι convicti conscientia, seu, male sibi conscii. ibid. v. 46. τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; ib. XVI, 8. ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ τῆς ἁμαρτίας convincet Judæos de incredulitate. *Ælian. V. H.* XII, 51. *Aristoph. Plut.* 574. *Athenag. Legat.* pro *Christ.* c. 2. εἰ μέν τις ἡμᾶς ἐλέγχειν ἔχει, ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον ἀδικοῦντας.

3. *reprehendo, vitupero convictum, exprobro.* Luc. III, 19. ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ περὶ Ἡρωδιάδος cum reprehensus esset ab eo ob matrimonium cum Herodiade. 1 Tim. V, 20. τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε peccantes objurgatione publica emendare tenta. Tit. I, 13. δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως quam ob rem eos severe objurga. ibid. II, 15. Jacob. II, 9. ἐλεγχόμενοι ὑπὸ νόμου ὡς παραβάται. Genes. XXI, 25. ἤλεγξεν Ἀβραὰμ τὸν Ἀβιμέλεχ. *Herodian.* VII, 1. 15. *Ælian. V. H.* VII, 26.

4. *castigo, punio aliquem.* Hebr. XII, 5. μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος nec animum abjicias, si tibi a Deo mala et calamitates immittantur. Apoc. III, 19. ἐγὼ, ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω. 2 Sam. VII, 14. ἐλέγξω αὐτὸν ἐν ῥάβδῳ ἀνδρῶν. Job. XIII, 10. 2 Paral. XXVI, 20.

5. *in lucem protraho, manifesto, conspicuum reddo.* (Verbum proprium de judicibus, qui ex reis verum exquirere student sciscitando et per vim tormentorum. Unde ἐλέγχειν haud raro *sciscitari* notat (conf. *Ernesti* ad *Callimachum Hymn. in Delum* v. 88. et ἔλεγχος est *examen. Xenoph. Anab.* III, 5. 9. IV, 1. 17.) Joh. III, 20. ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ ne conspicua fiant ejus opera, coll. v. 21. ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ephes. V, 11. μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε potius in lucem protrahite. ibid. v. 13. τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται omnia manifestantur, si detegunter a lumine. *Artemid. Oneirocr.* I, c. 68. τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. *Herodian.* III, c. 12. s. 11. ἐπιστάμενος, ὡς εἰ λάθοι ἡ ἐπιβουλὴ καὶ μὴ ἐλεγχθείη. *Ælian. V. H.* XII, 5. Alia exempla habet *Elsnerus Obss. Sacr.* T. I. p. 301. *Wetstenius N. T.* T. II. p. 254. et *Raphelius* in *Annott. Polyb.* p. 547. *Phavor.* ἐλέγχω· τὸ κεκρυμμένον ἀτόπημά τινος εἰς φῶς ἄγω, καὶ ἁπλῶς τὸ, τὸ ἀληθὲς φανερῶ.

ΕΛΕΕΙΝΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, passive: *miser, miserabilis, qui ita est in misera conditione, ut ejus aspectu commoveantur alii ad commiserationem,* i. q. ἄθλιος, ab ἔλεος *misericordia.* Bis tantum in N T. legitur. 1 Cor. XV, 19. ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμὲν miserrimi omnium hominum essemus. Comparativus h. l. ponitur pro superlativo ἐλεεινότατος. Apoc. III, 17. ταλαίπωρος καὶ ἐλεεινὸς ærumnosus et miserabilis. *Xenoph. Anab.* IV, 4. 7. *Suid.* ἐλεεινός· ὁ ἐλέους ἄξιος. *Hesych.* ἐλεεινοί· ταλαίπωροι. Idem: ἐλεεινά· οἰκτρά. — οἰκτρῶς· ἐλεεινῶς. *Glossæ:* ἐλεεινός· *miser, miserabilis, detestabilis.* Cæterum constat, vocabulum ἐλεεινὸς apud Græcos interdum etiam active de *eo* usurpari, *qui est ad misericordiam pro-*

clivis, qui miseriam alterius sentit ac dolet propterea, v. c. apud *Herodian.* I, 4. 3. φύσει τὸ ἀνθρώπινον ἐλεεινὸν ἐν ταῖς τῶν ὁμοφύλων συμφοραῖς.

ΕΛΕΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *misereor alicujus, misericordia commoveor, alterius miseria tangor, commiseror. Hesych.* ἐλεεῖ· οἰκτείρει. Ἐλεέομαι, οῦμαι, *misericordiam consequor.* Matth. V, 7. ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται nam misericordiam consequentur. ibid. IX, 27. ἐλέησον ἡμᾶς miserere nostrum. Adsciscit enim ἐλεεῖν accusativum etiam apud Græcos, v. c. *Ælian. V. H.* XIII, c. 31. XIV, 40. Matth. XV, 22. XVII, 15. XVIII, 33. XX, 30. 31. Marc. V, 19. X, 47. 48. Luc. XVI, 24. XVII, 13. XVIII, 38. 39. Ps. VI, 2. CXXIII, 3.

2. *beneficia in aliquem confero, clementius tracto, misericordiam ipsis factis demonstro*, et speciatim de *beneficio divino* dicitur, *quod est in adductione hominum ad religionem et felicitatem Christianam.* Rom. IX, 15. ἐλεήσω, ὃν ἂν ἐλεῶ pro lubitu distribuo beneficia. ibid. v. 16. et 18. XI, 30. νῦν δὲ ἠλεήθητε nunc vero beneficio divino affecti estis per receptionem in ecclesiam Christianam. ib. v. 31. et 32. XII, 8. ὁ ἐλεῶν cui cura ægrotorum ac miserorum commissa est. 1 Cor. VII, 25. ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι cui beneficio divino munus docendi est demandatum. 2 Cor. IV, 1. καθὼς ἠλεήθημεν quod est summum Dei beneficium. Philipp. II, 27. ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν sed Deus ei sanitatem restituit. 1 Tim. I, 13. 16. ἠλεήθην sed condonavit mihi peccatum Deus. 1 Petr. II, 10. οἱ οὐκ ἠλεημένοι, νῦν δὲ ἐλεηθέντες olim, sc. ante conversionem ad religionem Christianam, miserrimi, nunc autem beatissimi homines. Jud. v. 22. οὓς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι. Eodem sensu רָחַם (cui ἐλεεῖν haud raro in vers. Alex. respondet, æque ac חָנַן Num. VI, 25. Ps. VI, 3. Prov. XIV, 21. 31.) usurpatur. Exod. XXXIII, 19. Hos. II, 3. Cf. etiam Alex. Prov. XXII, 9. Ies. XLIV, 23. LII, 8. LIV, 7. qui ἐλεεῖν interdum etiam pro הֵטִיב *benefecit*, Job. XXIV. 21. et חָמַל *condonavit, ignovit*, posuerunt, v. c. Ezech. VII, 4. 9. VIII, 18. *Xenoph.* de *Rep. Athen.* II, c. 16. *Phavor.* ἐλεῶ· οἰκτείρω, κατοικτείρω, φείδομαι, οἰκτίζομαι.

ΕΛΕΗΜΟΣΥ΄ΝΗ, ης, ἡ, 1. proprie: *benignitas erga inopes et miseros, studium sublevandi egenos, misericordia*, i. q. οἰκτιρμός. Hoc sensu extat apud *Callimachum Hymn.* in *Delum* v. 152. ubi vide *Spanhemium*, et in versione Alex. ubi Hebraico צְדָקָה, Ies. I, 27. XXVIII, 17. et חֶסֶד, Prov. III, 3. XX, 28. respondet.

2. per metonymiam: *ipsum beneficium, stips erogata pauperibus.* Matth. VI, 1. ubi tamen pro ἐλεημοσύνην rectius legitur δικαιοσύνην. ib. v. 2. 3. 4. ubi ποιεῖν ἐλεημοσύνην *stipem erogare pauperibus* significat, i. q. διδόναι ἐλεημοσύνην, quod legitur Luc. XI, 41. XII, 33. Act. III, 2. αἰτεῖν ἐλεημοσύνην. ib. v. 3. 10. πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην stipis rogandæ causa. ib. IX, 36. X, 2. 4. 31. XXIV, 17. Hæc posterior significatio e lingua Hebraica petenda esse videtur; nam vocabulo צְדָקָה non solum *benignitatis et misericordiæ*, sed *stipis* etiam et beneficii notio inest, v. c. Dan. IV, 27. ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι. Adde Sirac. III, 14. XXIX, 12. XL, 17. *Diog. Laërt.* V, 17. ἐλεημοσύνην ἔδωκεν. Conf. *Spanhem.* ad *Callim.* l. l. et *Vorstium* in *Philol. S.* c. II.

ΕΛΕΗ΄ΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *misericors, benignus, qui aliorum miseretur eorum sublevando miseriam.* ab ἔλεος. Bis tantum in N. T. legitur. Matth. V, 7. μακάριοι οἱ ἐλεήμονες. Hebr. II, 17. ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεύς. Alex. pro חַנּוּן, Ps. CIII, 8. CXI, 4. רַחוּם, Ps. CXLV, 8. et חָסִיד posuerunt Jerem. III, 12.

Ἔλεος, ου, ὁ, 1. *misericordia, benevolentia, quæ se factis exserit.* Matth. XXIII, 23. καὶ τὸν ἔλεον præ-

ceptum de misericordia exercenda. Tit. III, 5. *κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον* pro suo erga nos favore. Hebr. IV, 6. *ἵνα λάβωμεν ἔλεον* ut ejus misericordiæ participes reddamur.

2. *pietas in Deum, probitas.* Matth. IX, 13. *ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν* pietate et integritate vitæ magis delector, quam sacrificio. ibid. XII, 7. Sirac. XLIV, 24. Josephus *ἀνὴρ ἐλέους* vocatur, h. e. *pius, integer vitæ.* 1 Macc. II, 57. *Δαβὶδ ἐν τῷ ἐλέει αὐτοῦ ἐκληρονόμησε θρόνον βασιλείας κ. τ. λ.* ob pietatem suam Davides imperium perpetuum ac perenne est consecutus. Eodem sensu Hebr. צְדָקָה Ies. LVI, 1. Ezech. XVIII, 19. in vers. Alex. respondet ad imitationem Hebraici חֶסֶד Prov. XIX, 22. Hos. VI, 4.

Ἔλεος, *ἐους*, contracte *ους*, τὸ,

1. *misericordia*, in sensu activo, *dolor de alterius malo, et ab eo liberandi ipsum desiderium, benignitas, favor, benevolentia.* Luc. I. 50. *καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς γενεῶν.* ibid. v. 78. *διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ* per summam Dei nostri misericordiam. 1 Petr. I, 3.

2. per metonymiam: *ipsum beneficium, maxime quod est in adductione ad religionem et felicitatem Christianam, felicitas.* Luc. I, 58. *ἐμεγάλυνε Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς* quod Deus eam tanto exornaverit beneficio. ib. v. 72. *ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν*, coll. X, 37. *ὁ ποιήσας τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ* qui misericordem et benignum se ei præstitit. Formula hæc videtur expressa esse ad Hebraicam עָשׂוֹת חֶסֶד עִם פְּלוֹנִי. Genes. XXIV, 14. Rom. IX, 23. *σκεύη ἐλέους* homines, quibus a Deo destinatum est beneficium religionis Christianæ. Eodem modo explicanda sunt verba *τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει*, Rom. XI, 31. et *ὑπὲρ ἐλέους*, Rom. XV, 9. Interdum de *ipsa felicitate, quæ alicujus benignitati debetur*, adhibetur. Galat. IV, 16. *εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἔλεος.* 1 Tim. I, 2. 2 Tim. I, 2. *χάρις, ἔλεος καὶ εἰρήνη.* Tit. I, 4. 2 Joh. v. 3. Jud. v. 2. Sic חֶסֶד Ps. CIII, 4.

3. *gratuita promissio.* Luc. I, 54. *μνησθῆναι ἐλέους* memor promissorum benignissimorum. Iterum ad imitationem Hebraici חֶסֶד 2 Paral. VI. 42. זָכְרָה לְחַסְדֵי דָוִיד עַבְדֶּךָ.

Ἐλευθερία, ας, ἡ, 1. proprie: *libertas, qua quis est sui juris et pro lubitu vivere potest, status, oppositus servituti civili et domesticæ*, ab *ἐλεύθερος*, quod vide. Sed in hoc sensu in N. T. non legitur, frequentissime tamen ita legitur in exterorum Scriptorum monumentis. In N. T. semper metaphorice adhibetur, ita, ut

2. significet *libertatem Christianam in observandis et negligendis ritibus Mosaicis, immunitatem a duro legis Mosaicæ imperio*, quæ *ἐξουσία* in aliis locis dicitur. 1 Cor. X, 29. *ἵνα τί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως*; qui condemnari, inique dijudicari possit et coërceri libertas mea, qua utor, ab aliis aliter sentientibus? Galat. II, 4. V, 1. *Theodor.* ad h. l. *ἐλευθερίαν τὴν ἔξω τοῦ νόμου πολιτείαν καλεῖ.* ibid. V, 13. *ὑμεῖς ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε. Theodoret. τῆς τοῦ νόμου δουλείας ἠλευθερώθητε.*

3. *libertas a servitute et duro imperio vitiositatis et errorum*, et *immunitas a peccatorum pœnis per Christum nobis parta.* 2 Cor. III, 17. *οὗ δὲ τὸ πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία* per religionem Christianam omnia impedimenta verum cognoscendi tolluntur, coll. v. 16. Jacob. I, 25. *νόμος τέλειος ὁ τῆς ἐλευθερίας* lex Christiana, quæ homines vere et perfecte liberos a vitiositate reddit. Jacob. II, 12. *διὰ νόμου ἐλευθερίας* secundum religionem, quæ homines sanctos et integros postulat ac reddere valet. 1 Petr. II, 16.

4. *status felicissimus beatorum in cœlis, qui est in immunitate et liberatione ab omnibus hujus vitæ ærumnis et molestiis.* Rom. VIII, 21. *εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ* in beatissimam liberationem verorum Dei cultorum ab hujus vitæ ærumnis et molestiis.

5. *libertas agendi pro lubitu.* 2 Petr.

II, 19. ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι, ubi sermo est de falsis doctoribus, qui libertatis prætextu licentiam vitæ in flagitiis quibusvis perpetrandis promovebant. *Diog. Laërt.* VII, s. 121. ἐλευθερίαν ἐξουσίαν αὐτοπραγίας vocat. *Phavor.* ἐλευθερία ἐστὶν χρημάτων ἁπλῆ δόσις, ἢ ἀρετὴ ψυχῆς εὐδαπάνητος εἰς τὰ καλὰ, — ἢ ἐλευθερία ἐστὶν ἡγεμονία τοῦ βίου, αὐτοκράτεια ἐπὶ παντὶ, ἐξουσία τοῦ καθ' ἑαυτὸν, ἐν βίῳ ἀφειδία, ἐν χρήσει καὶ κτήσει ἐλευθεριότης.

ἘΛΕΥ΄ΘΕΡΟΣ, έρα, ον, 1. *liber, non servus aut mancipium, a servitute immunis,* sive sit *ingenuus* (ein Freygeborner *a free-born man,*) *sive libertus et manumissus* (ein Freygelassner *a freed man.* Prioris significationis exempla sunt Galat. III, 28. οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος non servi et liberi respectus habetur ullus. Ephes. VI, 8. Coloss. III, 11. Apoc. VI, 15. XIII, 16. XIX, 18. Huc etiam refero Galat. IV, 22. ubi ἡ ἐλευθέρα Sara, uxor legitima et libera Abrahami, vocatur, quia opponitur τῇ παιδίσκῃ, coll. v. 23. et 30. Posterioris significationis exempla hæc sunt: Joh. VIII, 36. ὅτι ἐλεύθεροι γενήσεσθε vos in libertatem vindicabimini. 1 Cor. VII, 21. ἀλλ' εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι. ib. v. 22. Alex. pro חָפְשִׁי *manumissus,* Exod. XXI, 2. 5. 26. 27. etc.

2. ex adjuncto: *qui sui juris est et facultatem habet faciendi quod libet, immunis, non obligatus, non coactus, non subjectus.* Matth. XVII, 26. Ἄρα γε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοὶ igitur immunes sunt liberi, sc. a censu pendendo. Rom. VII, 3. ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ νόμου mulier, mortuo marito, soluta est ab obligatione legum matrimonii. 1 Cor. VII, 39. ἐλευθέρα ἐστὶν, ᾧ θέλει γαμηθῆναι. ibid. IX, 1. οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος, h. e. μὴ οὐκ ἔχω ἐξουσίαν, v. 4. 5. ibid. v. 19. ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων quanquam equidem summa gaudeo libertate et nemini obnoxius sum.

3. *liber a vitiositate et erroribus, immunis a peccandi libidine.* Joh. VIII, 36. ἐὰν οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε si igitur filius vos in libertatem vindicaverit, vere liberi eritis. 1 Petr. II, 16. ὡς ἐλεύθεροι. Solebant autem veteres philosophi *sapientes* appellare ἐλευθέρους. Conf. *Diog. Laërt.* VII, s. 121. et *Suicerum Thes. Eccles.* T. I. p. 1088.

4. *qui est remotus, alienus ab aliqua re.* Rom. VI, 20. ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ alieni eratis a virtute Christiana.

5. *is, qui alteri libertatem et immunitatem promittit et largitur.* Galat. IV, 26. ἡ δὲ ἄνω Ἰερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν religio Christiana libertatem et immunitatem ab omni servitii jugo liberis suis promittit et largitur.

ἘΛΕΥΘΕΡΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. *libero, manumitto, libertate dono,* i. q. ἀπελευθερόω, quo verbo Alex. usi sunt pro Hebr. חָפַשׁ Levit. XIX, 20.

2. *immunem præsto,* et speciatim: *in libertatem Christianam vindico,* quæ est *in immunitate a legis Mosaicæ et vitiositatis errorumque duro imperio.* Joh. VIII, 32. καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς, coll. v. 34. et 36. Rom. VI, 18. et 22. ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. ibid. VIII, 2. ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας. ibid. v. 21. Galat. V, 1. coll. v. 2. 3. 4. seq. *Arrian. Epictet.* III, 24. 26. IV, 1. *Phavor.* ἐλευθερῶ· ἀπαλλάττομαι, λυτροῦμαι, λύω, ῥύομαι.

Ἔ΄ΛΕΥΣΙΣ, εως, ἡ, *adventus.* Nomen verbale ab inusitato ἐλεύθω *venio,* pro quo nunc usitatum est ἔρχομαι. Legitur in N. T. semel Act. VII, 52. ἀπέκτειναν τοὺς προκαταγγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου occiderunt eos, qui adventum (sc. in mundum) hujus innocentis (sc. filii Dei) prædicerent. *Dion. Hal.* T. I. Opp. p. 565. ed. *Reiske.* Exempla e patribus Gr. collegit *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 1089. *Hesych.* et ex eo *Phavor.* ἐλεύσεως· ἀφίξεως.

Ἐ΄ΛΕΦΑ΄ΝΤΙΝΟΣ, η, ον, *eburneus, ex ebore factus* aut *ebore variegatus,* ab ἐλέφας, ὁ, *elephas, animal magnæ molis,* item *ebur, dens elephantis,* unde Hebr. שֵׁן respondet in versione Alex. Ezech. XXVII, 6. Conf. *Eu-*

stath. in *Il.* υ'. p. 1287. 52. et ω'. p. 1469, 21. *Reitz.* ad *Lucian.* Opp. T. II. p. 63. In N. T. semel legitur Apoc. XVIII, 12. σκεῦος ἐλεφάντινον et omnia vasa eburnea; quæ apud veteres magno in pretio fuisse docuit *Kypke* in *Obss. Sacr.* T. II. p. 461. In versione Alex. Amos III, 15. οἶκοι ἐλεφάντινοι, Hebr. בָּתֵּי דֶשֶׁן, et ibid. VI, 4. κλίναι ἐλεφάντιναι commemorantur. *Herodian.* IV, 2. 3. et 13. *Hesych.* ἐλεφάντινα· λευκά. *Homer. Iliad.* ν'. v. 583.

Ἐλιακεῖμ, ὁ, *Eliakim.* Est nomen proprium viri, qui fuit filius Abiud. Hebr. אֶלְיָקִים, i. e. *Deus stabiliet, restituet, excitabit*, ex אֵל *Deus* et יָקִים, a rad. קוּם *surgere.* Matth. I, 13. Luc. III, 30.

Ἐλιέζερ, ὁ, *Elieser.* Nomen proprium viri ἄκλιτον originis Hebraicæ אֱלִיעֶזֶר, h. e. *Deus auxilium meum est.* Conflatum ex אֵל *Deus* et עֶזֶר *auxilium;* quo nomine appellatus fuit præter procuratorem domus Abrahami Genes. XV, 2. et filium Mosis Exod. XVIII, 4. etiam filius Jorim Luc. III, 29.

Ἐλιούδ, ὁ, *Eliud.* Nomen proprium Hebraicum indeclinabile, conflatum ex אֵל *Deus* et הוֹד *gloria, laus*, ut idem sit ac *Deus laude et celebratione dignissimus.* Fuit filius Achim. Matth. I, 14. 15.

Ἐλισάβετ, ἡ, *Elisabeth.* Nomen uxoris Zachariæ et matris Johannis baptistæ. Luc. I, 5. 7. 13. 24. 36. 40. 41. 57. quod vulgo conflatum existimant ex אֵל et נִשְׁבַּע *juravit*, unde idem sonare putatur ac *Deus juravit:* alii vero deducunt a שָׂבַע *saturavit.* Sic in *Alberti Gloss. Gr. N. T.* p. 37. explicatur Θεοῦ μοῦ πλησμονή. Eodem nomine etiam appellabatur uxor Aaronis Exod. VI, 25. Græco interprete.

Ἐλισσαῖος, ου, ὁ, *Elisæus.* Nomen proprium prophetæ, filii Saphat. 1 Regg. XIX, 16. 2 Regg. III, 11. Luc. IV, 27. Hebraicum אֱלִישָׁע h. e. *a Deo salus nostra.*

Ἑλίσσω, vel attice Ἑλίττω, fut. ίξω, 1. proprie: *volvo, circumvolvo, convolvo, complico*, etiam *cingo, circumdo*, (*Plutarch.* T. VIII. Opp. p. 652. *Reiske* de mari urbem ambiente) ab εἰλέω *verso, circumago.* Dicitur maxime de vestimentis et voluminibus, quæ expansa complicantur. *Hesych.* ἑλίξας· πλέξας, κάμψας, στρέψας. Idem: ἑλιττόμενος· στρεφόμενος. *Phavor.* ἑλίξεις· περιστρέψεις. Jam, quia id, quod antea expansum fuit, complicatur, evanescit et oculis subtrahitur, ἑλίσσειν

2. metaphorice notat: *auferre, delere, evanescere facere.* Hebr. I, 12. ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς sicut pallium complicabis cœlos, h. e. cœlum evanescet ex oculis hominum et quasi peribit. Ies. XXXIV, 4. ἑλιγήσεται ὁ οὐρανὸς, ὡς βιβλίον. Ps. CII, 26. ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς.

Ἕλκος, εος, τὸ, *ulcus*, ab ἕλκω *traho*, eo quod vitiosos attrahat humores. Apud antiquissimos Scriptores ἕλκος proprie dicebatur *vulnus adhuc cruentum, corpori recentissime illatum, plaga recens*, id quod luculenter docuit *Eustathius* ad *Homer. Iliad.* λ'. v. 811. p. 841. et *Saubertus* in *exercitt. de Vulneribus Christi* §. 20. postea autem recentioribus scriptoribus sumebatur quoque pro *ulcere, ex vulnere diuturniore et profundiore orto*, ut pluribus demonstravit *Foësius* in *Œconom. Hipp.* p. 122. *Suid.* τὸ τραῦμα τὸ χρονίσαν. *Hesych.* ἕλκος· πᾶν τραῦμα, ὠτειλή, ἡ ἐκ χειρὸς τρῶσις. *Thom. M.* ἕλκος· κυρίως χρόνιον πάθος ἐκ σιδήρου γινόμενον. Ter legitur in N. T. Luc. XVI, 21. καὶ οἱ κύνες ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ et canes ulcera ejus lingebant. Apoc. XVI, 2. καὶ ἐγένετο ἕλκος κακὸν et exorti sunt carbunculi. ibid. v. 11. ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν. in vers. Alex. Hebr. שְׁחִין respondet 2 Regg. XX, 7. Job. II, 7. *Xenoph. de re Equ.* V, 1.

Ἑλκόω, ῶ, fut. ώσω, *ulcero, exul-*

cero. Ἑλκόομαι, οῦμαι, *exulceror*, ἡλκωμένος *exulceratus*, ab ἕλκος, quod vide. Semel in N. T. legitur Luc. XVI, 20. de Lazaro. ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα πλουσίου ἡλκωμένος qui ad portam divitis jacebat ulceribus scatens. Conf. *Wedelii Exercitt. Med. Philol.* Cent. II. Dec. II. Exc. II. *Xenoph.* de *Re Equestri* I, 4. V, 1. *Pollux Onom.* I, 201.

Ἑλκύω, fut. ὑσω, 1. *traho, extraho, eveho*, v. c. rete, piscibus refertum. Joh. XXI, 6. καὶ οὐκ ἔτι αὐτὸ ἑλκῦσαι ἴσχυσαν ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων et non poterant illud ob piscium copiam extrahere. ibid. v. 11. καὶ εἵλκυσε δίκτυον ἐπὶ τῆς γῆς et rete traxit ad terram. *Phavor.* ἕλκυσον· σύρον. Alex. Habac. I, 15. 2 Sam. XXII, 17.

2. *traho aliquem invitum et reluctantem, abstraho*, et inprimis de *iis* dicitur, *qui in jus rapiuntur, et abripiuntur in forum ad judices.* Act. XVI, 19. εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας pertraxerunt in forum ad magistratus. Simili sensu ἕλκεσθαι legitur apud *Xenoph. Mem.* III, 6. 1.

3. *e vagina duco, stringo*, si de gladio sermo est. Joh. XVIII, 10. ἔχων μάχαιραν, εἵλκυσεν αὐτὴν secum gerens gladium, distrinxit illum. Eodem modo σπάω apud Alexandrinos sumitur pro Hebraico שָׁלַף Judd. XX, 15. 17. 25. 35. 46.

4. *duco*, in sensu metaphorico, h. e. *efficio, ut aliquis alicujus rei particeps fiat.* Joh. XII, 32. πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτὸν omnes veros meos cultores ducam ad eandem felicitatem, quam mihi Deus post mortem destinavit.

5. metaphorice: *aliquem incito, allicio et impello, alicui suppedito vires et occasionem alicujus rei efficiendæ.* Joh. VI, 44. οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ, ὁ πέμψας με, ἑλκύσῃ αὐτὸν nemo potest sectator meus fieri, nisi cui vires et occasionem suppeditaverit Deus, s. brevius: nisi ei hoc beneficium destinaverit, coll. v. 65. ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρός μου. Simili modo Hebr. נָחַל usurpatur Judd. IV, 7. Jer. XXXI, 3. Conf. *Schwarzii Comment. Crit. Ling. Gr.* p. 463.

Ἕλκω, 1. proprie: *traho, attraho, extraho. Hesych.* ἕλκει· σύρει, ἀνάγει. Alex. pro מָשַׁךְ Judd. V, 14. *Theogn. Sent.* v. 1201.

2. *vi aliquem rapio et abduco, in jus rapio.* Act. XXI, 30. εἵλκον αὐτὸν ἔξω τοῦ ἱεροῦ protraxerunt eum e templo. Jacob. II, 6. καὶ αὐτοὶ ἕλκουσιν ὑμᾶς εἰς τὰ κριτήρια et vos in jus rapiunt. *Aristoph. Nub.* v. 1220. Imitati sunt hanc significationem Græci verbi ἕλκω Latini, v. c. *Cicero Orat.* pro *Milone* c. XV. " P. Clodius cum in judicium *detrahi* non posset." Adde *Liv.* II, 27. cum a lictoribus jam *traheretur.* Vid. supra ἀπάγω.

Ἑλλάς, άδος, ἡ, *Græcia, Hellas.* Nomen regionis, quæ Ἑλλὰς dicta a quodam rege, Hellene, filio Deucalionis et Pyrrhæ, *Græcia* vero postea nuncupata ab alio rege, Γραικῷ, filio Thessali, Cecropis successore, unde etiam incolæ ejus dicti sunt Γραικοὶ et Ἕλληνες. Regio hæc includitur ab ortu Ægeo mari, ab occasu Ionia, a meridie Cretico, a septentrione Scardicis jugis, ab Illyriis ac Mœsis, Strymoneque fluvio a Thracibus separatur. Ejus regionēs, in quas dividitur, sunt Epirus, Peloponnesus, Græcia proprie dicta, Thessalia et Macedonia. Verum ipsa vox Ἑλλὰς non semper eodem significatu sumta est. Antiquitus ea tantum pars priscæ Græciæ Ἑλλὰς appellabatur, quæ posterioribus Thessalia dicta est, et Ἕλληνες insuper proprie vocabantur, qui eam Thessaliæ partem inhabitarunt, ubi est urbs Larissa. Vid. *Casauboni Diatrib.* in *Dionem Chrysost.* c. 12. et *Salmasium* ad *Solinum* p. 100. Deinde Ἑλλάδος vocabulo contineri cœpit Græcia proprie sic dicta, (conf. *Ernesti* ad *Sueton. Claudium* cap. 16.) ubi Achaia, Peloponnesus et insulæ. Provinciæ Achaiæ fuere Ætolia, Attica, Bœotia, Phocis, Doris, Locri, et Megaris, Provinciæ Peloponnesi fuere Achaia pro-

pria, Arcadia, Argia, Corinthia, Elis, Laconia, Messenia, et Sicyonia. Insulæ Græciæ sunt Cephalonia, Corcyrus, Creta, Cyclades, Cythera, Delos, Eubœa, et aliæ minores. Et hoc sensu Ἑλλὰς intelligenda esse videtur, quæ commemoratur Act. XX, 2. Cæterum observandum videtur, vocem Ἑλλὰς esse proprie adjectivum fœminini generis ab ἕλλην, ut, ab ἴων est ἰὰς apud *Ælian. V. H.* II, c. 38. et primo unam tantum urbem, in Phthiotide ab Hellene conditam, ita dictam esse. Cf. *Hudson.* ad *Thucyd.* I, c. 3. T. I. p. 291. ed. Bipont. et *J. J. Amnellii Hellas e sacris scriptoribus N. T. illustrata.* (Upsal. 752.) quæ extat in *Berg. Museo Duisburg.* T. II. p. 193.

Ἕλλην, ηνος, ὁ, 1. *Græcus, e Græcia oriundus.* Antiquitus Ἕλληνες dicebantur, qui antiquam Helladem incolebant ipsis Hellenis temporibus; cum autem Hellenis posteri admodum numerosi ac potentissimi in omnes fere totius Græciæ civitates eduxissent colonias, inde factum est, ut, qui ex genere Hellenico per totam Græciam dispersi fuerant, Ἕλληνες dicerentur, et, cum cæteris Græciæ incolis immixti magis magisque prævaluissent, circa primam Olympiadum celebrationem hoc Ἑλλήνων nomen pro communi omnium Græciæ incolarum agnosceretur; quæ sunt ipsa verba doctissimi *Hudsoni* ad *Thucyd.* I, c. 3. Act. XVI, 1. 3. ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν, ubi sermo est de Timotheo, qui Lystrensis fuit. Act. XVIII, 17. 1 Cor. I, 22. 23. Rom. I, 14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ad quæ posteriora loca pertinent glossæ *Hesychii:* Ἕλληνες· -- ἢ φρόνιμοι, ἤτοι σοφοὶ, et *Suidæ:* Ἕλλην· σοφός. Nam Græcia fuit olim omnis eruditionis mater et hominum, belli pacisque artibus celeberrimorum, feracissima, et apud exteros quoque Scriptores (v. c. *Æneam Poliorcet.* c. 24. ἐάν τε Ἕλληνες, ἐάν τε βάρβαροι ὦσι) Græci, tanquam homines mitioris ingenii et omni humanitatis disciplina exculti, Barbaris opponuntur.

2. per synecdochen: *omnis, qui est religioni gentilium addictus, gentilis, non circumcisus, Judæisque opponitur.* Joh. VII, 35. ἡ διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων Judæi undique inter gentiles dispersi. Conf. *Gust. Sommelii* D. quinam sint Ἕλληνες Joh. VII, 35. demonstrantem. Lund. 1775. 4. Act. XIV, 1. XVII, 4. XIX, 10. Rom. I, 16. II, 9. 10. III, 9. Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας. ib. X, 12. 1 Cor. X, 32. Galat. II, 3. Τίτος ὁ σὺν ἐμοὶ Ἕλλην ὤν Græcis parentibus natus, sectator olim (ante conversionem ad religionem Christianam) religionis gentilium. ibid. III, 28. Coloss. III, 11. Solebant autem Judæi omnes populos distinguere in Judæos et gentiles, quos ideo Ἕλληνας vocabant, quia plurimæ gentes lingua Græca utebantur. Sic 2 Macc. IV, 13. Ἑλληνισμὸς et ἀλλοφυλισμὸς tanquam synonyma conjunguntur: et ibid. VI, 9. τὰ Ἑλληνικὰ ἤθη sunt mores Paganorum. Deprehenditur usus hic loquendi apud Alexandrinos, qui Ies. IX, 12. Ἕλληνας pro Hebraico פְּלִשְׁתִּים posuerunt. Divinos Scriptores imitati sunt Patres Græci, qui Ἕλληνας nuncupaverunt omnes Christiana civitate non donatos, speciatim *gentiles.* Sic v. c. *Justinus M.* et *Tatianus* scripserunt λόγους πρὸς Ἕλληνας et *Athanasius* λόγον κατὰ Ἑλλήνων. *Cyrillus Alex. de SS. Trinitate* c. VI. p. m. 21. ἡ πολύθεος τῶν Ἑλλήνων πλάνη. *Justin. Mart. Resp. ad Quæst.* 42. et 74. p. 324. et 338. ed. *Sylburg.* ἑλληνισμὸν diserte χριστιανισμῷ opponit.

3. *Hellenista, Judæus extra Palæstinam inter gentiles vivens,* qui linguam Græcam in lectione codicis sacri adhibebat. Fuerunt autem Christi et Apostolorum ætate Judæi per Græciam, Asiam minorem, Syriam et Ægyptum, ubi Græca lingua tunc vernacula erat, dispersi, qui in N. T. διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων vocantur, v. c. Joh. VII, 35. 1 Petr. I, 1. etiam αἱ δώδεκα φυλαὶ ἐν τῇ διασπορᾷ, Jacob. I,

1. In hoc sensu semel tantum legitur in N. T. Joh. XII, 20. ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες ἐκ τῶν ἀναβαινόντων, ἵνα προσκυνήσωσιν ἐν τῇ ἑορτῇ, qui locus tamen admodum dubius est et ambiguus; nam per Ἕλληνες h. l. æque commode *Pagani religiosi* intelligi possunt, quos constat interdum itinera fecisse ad illustrissima quævis templa, non tam Paganorum, quam Judæorum. Cf. interpp. ad Act. VIII, 27. Proselytos Græcos h. l. intelligendos esse, probavit *Croius Anim. in N. T.* cap. 31. Conf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 1090. et *Joh. Amnel.* D. περὶ Ἑλλήνων et Ἑλληνιστῶν, quorum in N. T. fit mentio. Upsal. 1761. 4.

ΕΛΛΗΝΙΚΟΣ, ἡ, ὸν, *Græcus, Græcis* vel *Græciæ proprius*, ab Ἕλλην. Bis tantum legitur in N. T. Luc. XXIII, 38. γράμμασιν Ἑλληνικοῖς literis Græcis. Apoc. IX, 11. ἐν τῇ Ἑλληνικῇ, subintell. γλώσσῃ, in lingua Græca. Bis etiam legitur in vers. Alex. Jerem. XLVI, 16. L, 15.

ΕΛΛΗΝΙΣ, ίδος, ἡ, 1. *Græca*, proprie sic dicta *natione et religione talis*, ab Ἕλλην.

2. synecdochice: *fœmina gentilis, a cultu veri Dei aliena*, et opponitur *mulieri Judaicæ*. Sic Marc. VII, 26. mulier Syrophœnissa Ἑλληνὶς vocatur. Act. XVII, 12. καὶ τῶν Ἑλληνίδων γυναικῶν. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΛΛΗΝΙΣΤΗΣ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *is, qui Græca lingua utitur, imitatur mores et instituta Græcorum, æmulus et studiosus Græcorum*, ab Ἑλληνίζω *Græce loquor*, (*Xenoph. Anab.* VII, 3. 12.) *imitor mores ac instituta Græcorum*, quemadmodum Ἰουδαΐζειν notat: *Judaico more vivere. Phavor.* Ἑλληνίζω· τὸ ἑλληνικῶς φθέγγομαι καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων φρονῶ. καὶ ἑλληνίζω οὐ μόνον ἐγὼ, ἀλλὰ καὶ ἄλλον ἑλληνικῶς ἔχειν ποιῶ. Idem fere tradit *Thom. M.* p. 296. ubi vide interpp.

2. *Hellenistæ* κατ' ἐξοχὴν dicebantur *Judæi*, qui, post exilii Babylonici tempora inter gentiles et maxime Græcos dispersi et extra patriam viventes, se ex parte conformaverant ad opiniones et mores et instituta Græcorum, ita, ut etiam lingua Græca uterentur, quæ felici armorum Alexandri M. successu ante Christi tempora communis fere omnium Orientis populorum facta erat. Quo factum est, ut non solum versione Alexandrina loco codicis Hebraici in synagogis uterentur, sed etiam plane ignorarent linguam Hebraicam. Lingua eorum, vulgo Hellenistica dicta, tantum aberat, ut Attica elegans et pura dici posset, ut potius plura nec obscura linguæ Hebraicæ vestigia in ea compareant. Opponuntur ideo in N. T. τοῖς Ἑβραίοις, h. e. Judæis, in Palæstina viventibus, qui Hebraice loquebantur et codice Hebraico V. T. utebantur. Act. VI, 1. ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς Ἑβραίους. De dissidio hoc inter Hellenistas et Hebræos dixi supra ad vocem Ἑβραῖος. ibid. IX, 29. ἐλάλει δὲ καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς. In utroque loco *Salmasius* in libro de *Lingua Hellenistica* pag. 176. seq. (Lugd. Bat. 1643. 8. et in aliis deinde libris, sc. de *Funere Ling. Hellenisticæ et Ossilegio Ling. Hellenisticæ*, ibid. eod.) non *nativitate Judæos*, sed *proselytos Græcos et Christianos factos* intelligendos esse, sed absque ulla necessitate, judicavit. Aliorum virorum sententias diligenter recensuit *Fabricius* in *Luc. Evangel.* p. 59. s. *Alb. Gloss. N. T.* Append. p. 211. Ἑλληνιστῶν· Ἑλληνιστὰς δὲ οὐ τὴν θρησκείαν, ἀλλὰ τοὺς ἑλληνιστὶ φθεγγομένους καλεῖ. Locus Act. XI, 20. alienus esse videtur ab hac re; nam ibi sine dubio loco Ἑλληνιστὰς reponendum est Ἕλληνας, quod *Griesbachius* in ipsum textum recipere non dubitavit. Certe, si vox Ἑλληνιστὰς sana esset, de *Gentilibus* necessario explicari deberet, non repugnante usu loquendi: nam non solum 2 Macc. IV, 13. ἑλληνισμὸς *Gentilismum, Paganismum* significat, sed etiam *Justinus M.* in *Resp. ad Quæst.* c. 42. et 74. ἑλληνισ-

μὸν Christianæ religioni opponit. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 490.

ΕΛΛΗΝΙΣΤΊ. Adverbium, 1. *ad imitationem Græcorum, ritu et more Græcanico.* (ab ἑλληνίζω.)

2. *Græce, lingua Græca.* Joh. XIX, 20. ἑλληνιστὶ i. q. γράμμασιν Ἑλληνικοῖς Luc. XXIII, 38. aut τῇ ἑλληνικῇ γλώσσῃ Apoc. IX, 11. Act. XXI, 37. Ἑλληνιστὶ γινώσκεις; scisne Græce? *Xenoph. Anab.* VII, 6. 7. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΛΛΟΓΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *in rationes debiti refero, expensum fero*, ex ἐν et λόγος *ratio*. Sic legitur in N. T. Philem. v. 18. εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε, ἢ ὀφείλει, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει si vero quid circumvenit te, aut quippiam debet, illud mihi in rationes debiti refer.

2. metaphorice: *imputo*, (quod etiam proprie *rationum* verbum est) de benefactorum pariter ac malefactorum annotatione et quasi attributione. Rom. V, 13. ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου peccatum autem non imputatur, h. e. non pœna dignos homines reddit, non existente lege. Sæpius in N. T. non legitur. *Hesych.* ἐλλόγει· καταλόγησαι.

ΕΛΜΩΔᾺΜ, ὁ, *Elmodam*. Nomen viri ἄκλιτον, origine Hebraicum (forte ex אֵל *Deus* et מוֹדַע *notum faciens*, sic, ut מ, in fine adjectum, superfluum sit, ut in Νεφθαλείμ, Σιλωὰμ, aut ex אֵל et מָדַד *mensuravit* et affixo ם *eos*). Legitur in N. T. semel Luc. III, 28.

ΕΛΠΊΖΩ, fut. ίσω. Hoc verbum, quod vulgo Græci cum dativo construunt, in N. T. construitur vel cum præpositione ἐν, Matth. XII, 21. ut בָּטַח seq. ב legitur Judd. IX, 16. vel cum præpositione εἰς, Joh. V, 45. 2 Cor. I, 10. Sirac. II, 9. ἐλπίσατε εἰς ἀγαθά. 2 Regg. XVIII, 24. vel cum ἐπὶ et quidem tam regente dativum, Rom. XV, 12. 1 Tim. IV, 10. Ies. XLII, 4. quam accusativum, 1 Tim. V, 5. 1 Petr. I, 13. Ps. IX, 10. 2 Regg. XVIII, 24. vel sequente infinitivo, Luc. VI, 34. 1 Tim. III, 14. vel denique post se ὅτι habet. Luc. XXIV, 21. Act. XXIV, 26. Vid. *Vorstii Philol. S.* c. 36. p. 677.

1. *spero, spe in aliquid feror, futurum aliquid exspecto cum desiderio illo potiundi ac fruendi.* Luc. XXIII, 8. καὶ ἤλπιζέ τι σημεῖον ἰδεῖν ὑπ' αὐτοῦ γινόμενον et sperabat, fore, ut se spectante aliquod miraculum ederet. ibid. XXIV, 21. ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ. Act. XXIV. 26. XXVI, 7. Rom. XV, 24. 1 Cor. XIII, 7. πάντα ἐλπίζει optima quævis de aliis sperat. Hinc

2. ἐλπίζεσθαι *futurum esse* significat, quia futurum aliquid exspectamus. Hebr. XI, 1. ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις est autem fides certissima exspectatio rerum futurarum et absentium; sequitur: πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.

3. *fiducia amplector, fiduciam et spem in aliquo colloco.* 1 Tim. IV, 10. ὅτι ἠλπίκαμεν ἐπὶ Θεῷ ζῶντι quia fiduciam ponimus in Deo O. M. ib. V, 5. VI, 17. μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι. Judd. XX, 36. ἤλπισαν ἐπὶ τὸ ἔνεδρον. Ps. IV, 5. ἐλπίσατε ἐπὶ Κύριον. ibid. XLIV, 6. οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ τόξῳ μου ἐλπιῶ.

4. *fidem alicui habeo,* ἐλπίζω ἐν τῷ ὀνόματί τινος *alicujus doctrinam amplector, alicujus sectator fio.* Matth. XII, 21. καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι etiam Gentiles ejus disciplinæ sese adjungent. Joh. V, 45. Μωσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε Moses, cujus tamen vos sectatores profitemini, seu, cujus summa apud vos est auctoritas.

5. Formula ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ut ἀγαπᾶν τὸν Θεὸν, *pie et sancte Deum colere* significat. 1 Petr. III, 5. αἱ γυναῖκες, αἱ ἐλπίζουσαι ἐπὶ τὸν Θεὸν mulieres piæ et probæ.

ΕΛΠῚΣ, ίδος, ἡ, 1. *spes* et *exspectatio rei futuræ*, et ita differt a προσδοκία, ut illud de exspectatione futuri alicujus boni, προσδοκίᾳ ἀγαθῶν, ut *Suidas* interpretatur, fere dicatur, hoc vero et in bonam et in malam

partem accipiatur de *spe ac metu. Thom. M.* ἐλπὶς ἐπὶ καλοῦ, προσδοκία καὶ ἐπὶ καλοῦ καὶ ἐπὶ κακοῦ, quanquam constat, hoc discrimen non semper observatum esse ab optimis Scriptoribus Græcis, apud quos ἐλπὶς et ἐλπίζειν frequenter etiam in sinistram partem de metu adhibetur, (unde non solum apud Græcos Scriptores formula ἐλπὶς ἀγαθὴ occurrit, v. c. *Arrian. Exped. Alex.* VII, 25. *Plutarch. non posse suaviter viv. sec. Epicur.* p. 1087. D. cui respondet Latina, *spes bona* apud *Plautum Persa* II, 3. 1. sed etiam ἐλπὶς πονηρὰ apud *Lucianum Zeuxi.* 8.) ut post interpp. ad *Thom. M.* p. 299. egregie docuit *Irmisch.* ad *Herodian.* I, c. 3. 11. p. 79. et 824. In N. T. vero semper in bonam partem accipitur, v. c. de spe futuræ resurrectionis mortuorum, Act. XXIV, 15. de spe futuræ felicitatis æternæ, quæ Rom. V, 2. ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ vocatur. 1 Cor. IX, 10. ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾷν. Tit. I, 2. III, 7. Hinc ἐλπὶς

2. κατ' ἐξοχὴν in N. T. dicitur *spes felicitatis Christianorum futuræ et æternæ.* Rom. V, 4. coll. v. 2. ubi ἐλπὶς τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ vocatur. ibid. XII, 12. τῇ ἐλπίδι χαίροντες spes felicitatis Christianorum futuræ ad gaudium vos excitet. Ephes. II, 12. ἐλπίδα μὴ ἔχοντες. Hebr. VI, 11. coll. Tit. III, 7. ubi ἐλπὶς ζωῆς αἰωνίου dicitur. 1 Thess. IV, 13.

2. per metonymiam: *res sperata, illud ipsum quod speratur.* Rom. VIII, 24. ἐλπὶς δὲ βλεπομένη, οὐκ ἔστι ἐλπὶς felicitas jam præsens, seu res, quam habemus, non sperari potest; nisi quis statuere malit, ἐλπὶς βλεπομένη positum esse pro ἐλπὶς τῶν βλεπομένων. 1 Cor. IX, 10. καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν et agricola percipere fructum, quem speraverat. Galat. V, 5. ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα favorem divinum promissum exspectamus. Coloss. I, 5. διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ἡμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς perfelicitatem in cœlis, quam speramus. 2 Thess. II, 16. Job. VI, 8. 2 Macc. VII, 14.

4. per metonymiam: *auctor spei, qui spem facit.* Sic Hebr. VII, 19. religio Christiana ἐλπὶς dicitur, quia spem facit certissimam felicitatis æternæ et remissionis peccatorum et opponitur legi Mosaicæ abrogatæ v. 18. quæ non perfecte tranquillare animum hominum poterat. Verba ipsa sunt: ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος introducta est præstantior doctrina, Christiana nempe. Coloss. I, 27. ὅς ἐστι Χριστὸς ἐν ὑμῖν, ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης quæ est doctrina Christiana vobis tradita, quæ summæ felicitatis spem facit.

5. *fiducia in Deum.* 1 Cor. XIII, 13.

6. per metonymiam: partim *is, in quo fiduciam ac spem ponimus*, partim *is, de quo bene speramus.* Act. XXVIII, 20. ἕνεκεν γὰρ ἐλπίδος Ἰσραὴλ propter Messiam, in quo omnes Israëlitæ spem ac fiduciam suam ponunt. 1 Thess. II, 19. τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπίς; nonne vos estis, de quibus optima quævis sperare possum? 1 Tim. I, 1. καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. Ps. XXII, 9.

7. *securitas*, quia firma spes securitatem gignere solet. Hinc ἐπ' ἐλπίδι *secure, tuto*, ad imitationem Hebraici לָבֶטַח Judd. XVIII, 7. Prov. I, 33. Ps. IV, 8. LXXVIII, 53. Ies. XXXII, 9. Act. II, 26. ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι corpus meum habitabit secure.

ἘΛΥΜΑΣ, α, ὁ, *Elymas.* Non est nomen proprium, sed appellativum, e lingua Arabica et Persica explicandum, in qua عليم *Elymon* non solum *sapientem, qui res divinas et humanas scrutatur et earum cognitione est conspicuus*, sed etiam *Magum, magicas artes exercentem*, significat. Conf. vers. Arab. *Saadiæ* Genes. XLI, 8. Exod. XVIII, 19. *Lud. de Dieu Critica S.* p. 581. et *Bocharti Hierozoicon* P. I. p. 750. Alii tamen derivare malunt ab Hebraico עָלַם, in Niph. נֶעְלַם, *absconditus, occultus fuit*, quia

Magi occultarum rerum scientia gloriantur. Semel tantum in N. T. hoc vocabulum legitur Act. XIII, 8. de Mago illo Barjesu, cui in Cypro insula, Sergio proconsule præsente, oculorum usum Paulus ademit, ubi diserte a Luca per ὁ μάγος explicatur.

ΕΛΩ, *capio*. Verbum inusitatum, pro quo usurpatur αἱρέω, ῶ, *capio*, quod vide supra.

ΕΛΩΙ, *Eloi*. Vox Syriaca אֱלָהִי, pro qua Hebræi dicunt אֵלִי, aspirata in medio ex more Græcorum omissa, significans *Deus mi*, et idem est ac Θεέ μου, seu ὁ Θεός μου, ut explicatur Marc. XV, 34. Ps. XXII, 1. coll. Matth. XXVII, 46. ubi Ηλί ponitur.

ΕΜΑΥΤΟΥ, ῆς, οῦ, *mei ipsius*. Est pronomen primæ personæ, compositum ex ἐμοῦ, genit. ab ἐγὼ, et αὐτοῦ ab αὐτὸς *ipse*, et tantum in singulari legitur in genitivo, dativo et accusativo. Joh. V, 30. οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐδὲν non possum aliquid ex mea solius voluntate facere. ibid. VII, 17. ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ an sit a me inventa, mei ingenii. ibid. VIII, 42. οὐδὲ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα non propria auctoritate veni, meum negotium agens. ibid. X, 18. ἀπ' ἐμαυτοῦ sponte. 1 Cor. IV, 4. οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα nihil mihi conscius sum. *Phavor.* ἐμαυτόν· τοῦτο λέγεται κατὰ τὴν αὐτοπάθειαν ἥτις ἐστὶν, ὅταν τὶς αὐτὸς ᾖ ὁ ἐνεργῶν καὶ πάσχων.

ΕΜΒΑΙΝΩ, aor. 2. ἐνέβην, 1. proprie: *ingredior, intro, inscendo*, ex ἐν et βαίνω *gradior, eo*. Joh. V, 4. καὶ ὁ πρῶτος ἐμβὰς qui primus se aquæ piscinæ injiciebat.

2. speciatim est verbum nauticum et de *eo* dicitur, *qui conscendit navigium*, vel absolute positum, vel addito vocabulo, navigium significante. Matth. VIII, 23. καὶ ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον. ibid. IX, 1. XIII, 2. XIV, 22. 32. XV, 39. Marc. IV, 1. Luc. VIII, 22. Joh. VI, 24. *Plutarch.* T. I. Opp. p. 54. ed. *Reiske. Philostrat. Vit. Soph.* II, 31. s. 3. ἐμβῆναι ναῦν. 1 Macc. XV, 37. 2 Macc. XII, 3. *Phavor.* ἐμβαίνει· εἰσέρχεται, τῆς ἐν προθέσεως ἐπὶ κινήσεως ἐνταῦθα λαμβανομένης — καὶ ἐπὶ νηὸς καὶ ἐπὶ οἴκου.

ΕΜΒΑΛΛΩ, fut. αλῶ, *injicio, immitto, conjicio*, ex ἐν et βάλλω *jacio*. Semel in N. T. legitur Luc. XII, 5. ἐμβαλεῖν εἰς τὴν γέενναν conjicere in gehennam. Jer. XXXVII, 21. ἐνεβάλοσαν αὐτὸν εἰς οἰκίαν τῆς φυλακῆς. *Ælian. V. H.* XII, 1. καὶ τοὺς μὲν τοῦτο δράσαντας εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλε.

ΕΜΒΑΠΤΩ, fut. άψω, *intingo, immergo*, ex ἐν et βάπτω *tingo, mergo, immergo*. Matth. XXVI, 23. ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα qui mecum manum in catino intingit, h. e. qui mecum convivatur. Marc. XIV, 20. ὁ ἐμβαπτόμενος μετ' ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον qui intingit mecum in catinum, sc. offulam, τὸ ψωμίον, quod additur Joh. XIII, 26. ἐμβάψας τὸ ψωμίον. Sæpius non legitur in N. T. *Xenoph. Cyrop.* II, 2. 1.

ΕΜΒΑΤΕΥΩ, fut. εύσω, 1. proprie: *pedem infero, ingredior, introëo*, i. q. ἐμβαίνω, interdum etiam *versor in aliquo loco, ætatem dego, obambulo*. Unde apud Alexandrinos ἐμβατεύειν et χωροβατεῖν *ingredi aliquam terram* promiscue usurpantur. Jos. XVIII, 8. et XIX, 49. 51. *Æschyl. Pers.* v. 449. ἣν ὁ φιλόχορος Πὰν ἐμβατεύει. *Schol.* ἐνδιατρίβει. de Psyttalea insula, quam Pan choreis gaudens incolebat. *Themist. Or.* VII, p. 90. ed. *Harduin.* κατὰ χρόνους τινὰς ὡρισμένους ποτὲ ἀκήρατοι καὶ θεῖαι — δυνάμεις ἐπ' ἀγαθῷ τῶν ἀνθρώπων ἐμβατεύουσι τὴν γῆν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατιοῦσαι. *Aristides Or. in Minervam* T. I. Opp. p. 19. ed. *Canteri.* Auctor historiæ Maccabæorum de hostili incursu atque irruptione, violentia in provincias et agros quatuor in locis adhibuit. Lib. I. cap. XII, 25. XIII, 20. XIV, 31. XV, 40. *Suid.* ἐμβατεύων· ἐπιβαίνων· — ἐμβατεύσαντες· εἰσελθόντες. *Phavor.* ἐμβατεῦσαι· ἐπιβῆναι· τὰ ἔνδον. *Hesych.* ἐμβατεύσας· ἐπιβατνώσας.

2. metaphorice: *curiosius investigo, inquiro, alicui rei indagandæ assi-*

duam operam et studium navo. Sic semel in N. T. legitur Coloss. II, 18. ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων qui indagandis rebus operam navat, quas non intelligit, in quibus nec quid, nec quomodo quærat, intelligit. *Erasmo* arridet *Hieronymi* sententia, qui vertit: *incedens fastuose*, ut metaphora ducta sit a *tragicis cothurnis*, qui ἐμβάδες dicuntur a *Luciano*, in quibus sublimes incedebant in tragœdiis, qui regis personam sustinebant. Sed recte jam Beza idonei auctoris exemplum desideravit, quo hæc, a nostro loco plane aliena interpretatio, confirmetur. Nostra, vel potius *L. Bosii* et *Raphelii* interpretatio *Hesychii* auctoritate confirmatur, qui ἐμβατεύσας explicat per ζητήσας, et *Phavorini* ἐμβατεῦσαι· ἐξερευνῆσαι, ἢ σκοπῆσαι. *Xenoph. Symp.* IV, 27. ὅτε παρὰ τῷ γραμματιστῇ ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ ἀμφότεροι ἐμβατεύετέ τι. 2 Macc. II, 30. τὸ μὲν ἐμβατεύειν καὶ πολυπραγμονεῖν ἐν τοῖς κατὰ μέρος, τῷ τῆς ἱστορίας ἀρχηγέτῃ καθήκει, ubi vid. *Syr.* Conf. *Krebs. Obss. Flav.* p. 340. seq. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 288. et *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 1097.

ΕΜΒΙΒΑ΄ΖΩ, fut. άσω, *ascendere*, vel *conscendere facio, impono, incedere et ingredi facio*, ex ἐν et βιβάζω. Speciatim: *impono navi, facio conscendere aliquem navigium.* Sic in N. T. semel legitur Act. XXVII, 6. ἐνεβίβασεν ἡμᾶς εἰς αὐτὸ, sc. τὸ πλοῖον, imposuit nos in eam. *Lucian. V. H.* II, 26. *Thucyd.* I, 53. Conf. *Gatakerum* ad *Marc. Antonin.* X, §. 8. p. 295. In versione Alex. semel legitur pro דְּרֹרוֹ Prov. IV, 11. ἐμβιβάζω δὲ σὲ τροχιαῖς ὀρθαῖς.

ΕΜΒΛΕ΄ΠΩ, fut. έψω, 1. proprie: *video, cerno, facultate videndi et cernendi gaudeo et uti possum*, ex ἐν et βλέπω *video.* Marc. VIII, 25. καὶ ἐνέβλεψε (in aliis codicibus e glossemate καὶ ἀνέβλεψε, in aliis ὥστε ἀναβλέψαι legitur) τηλαυγῶς ἅπαντας et potuit omnes clare ac dilucide videre. Act. XXII, 11. ὡς δὲ οὐκ ἐνέβλεπον ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου.

2. *intueor, aspicio*, vel absolute et simpliciter, vel cum intensione, *oculos intendo, serio et magna intentione aliquem aspicio, intueor et suspicio*, Matth. XIX, 26. ἐμβλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς convertens se Jesus ad eos respondit. Marc. X, 21. 27. XIV, 67. Luc. XX, 17. XXII, 61. ἐνέβλεψε τῷ Πέτρῳ magna intentione intuitus est Petrum. Joh. I, 36. 42. Act. I, 11. ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανὸν, coll. v. 10. ἀτενίζοντες εἰς τὸν οὐρανόν. Ies. V, 30. ἐμβλέψονται εἰς τὸν οὐρανόν. ibid. XVII, 7. ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ ἐμβλέψονται. Sirac. XXXIII, 15. ἔμβλεψον εἰς πάντα τὰ ἔργα τοῦ ὑψίστου. *Xenoph. Mem.* III, 11. 10. *Cyrop.* I, 3. 2. *Polyb.* XV, 28. 3.

3. metaphorice: *considero, animo contemplor*, i. q. κατανοέω. Matth. VI, 26. ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, considerate aves, coll. Luc. XII, 24. κατανοήσατε τοὺς κόρακας. 2 Macc. XII, 45. ἐμβλέπων τοῖς μετ' εὐσεβείας κοιμωμένοις κάλλιστον ἀποκείμενον χαριστήριον.

ΕΜΒΡΙΜΑ΄ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. ήσομαι,

1. proprie: *fremo, infremo*, quo ipso verbo *Vulgatus* usus est Joh. XI, 33. ab ἐν et βριμάομαι *fremo*, unde βριμάζω *leonis voce utor*, et, ut hoc obiter addam, Βριμὼ a Græcis *Hecate* dicta est διὰ τὸ φοβερὸν καὶ καταπληκτικὸν τοῦ δαίμονος.

2. sequente dativo personæ: *increpo et acriter minitor, serio jubeo et moneo, cum vehementi et severa comminatione interdico.* Matth. IX, 30. καὶ ἐνεβριμήσατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων· ὁρᾶτε, μηδεὶς γινωσκέτω et graviter iis interdixit, ne quis hoc ab iis resciscceret. Marc. I, 43. καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ, coll. Luc. V, 14. καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν. Ps. VII, 12. זֹעֵם. *Aquila* ἀπειλούμενος. Ἄλλος· ἐμβριμώμενος. *Symmachus* Ies. XVII. 13. ἐμβριμήσεται αὐτῷ, Hebr. וְגָעַר בּוֹ. *Suid.* ἐμβριμᾶται· μετ' αὐστηρότητος ἐπιτιμᾷ. — ἐμβριμῆσαι· μετ' ὀργῆς λαλῆσαι. — ἐνεβριμήσατο· μετ' ὀργῆς ἐλάλησεν, μετ' αὐστηρότητος ἐπετίμησεν. *Hesych.* ἐμβριμῆσαι· ἐπιτιμῆσαι, κελεῦ-

σαι, προστάξαι μετ' ἐξουσίας. — Idem: ἐμβριμώμενος· μετὰ ἀπειλῆς ἐντελλόμενος. Deinde de quavis vehementiore animi commotione usurpatur et speciatim est, ut Latinum *fremo*, et simplex βριμάομαι (*Aristoph. Equit.* 815. Schol. βριμᾶσθαι· τὸ ὀργίζεσθαι καὶ ἀπειλεῖν.)

3. *vehementer indignor, irascor.* Marc. XIV, 5. καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ et ei indignabantur. *Hesych.* ἐνεβριμήσατο, ὠργίσθη, ἐτάραξεν ἑαυτόν. Hinc ἐμβρίμημα *indignatio* in versione Alex. Thren. II, 6. et Ezech. XXI, 31. זַעֲמִי. *Symmach.* ἐμβρίμησίν μου. *Theod.* ἐμβρίμημά μου. Alex. ὀργήν μου. *Hesych.* ἐμβριμήματι· κινήματι.

4. *vehementer animo commoveor ac perturbor, lugeo, mœreo, tristitia afficior.* Joh. XI, 33. ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι animo commotus. ibid. v. 38. πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ. In utroque loco sermo est de Jesu valde tristato et misericordia commoto ob mortem Lazari. Eodem modo זָעַף *indignari* interdum ad tristitiam transfertur, v. c. Genes. XL, 6. 1 Sam. XV, 11.

'ΕΜΕ΄Ω, ῶ, fut. ἐσω, *vomo, evomo.* Tantum in N. T. legitur Apoc. III, 16. μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου evomam te ex ore meo, h. e. rejiciam, repudiabo te, nulla amplius inter nos erit conjunctio. Continuatur enim h. l. teporis translatio: tepida enim aqua vomitum movet. *Xenoph.* Anab. IV, 8. 16. Hoc verbo etiam usi sunt Alexandrini Ies. XIX, 14. et interdum etiam verbo composito ἐξεμέω, Job. XX, 15. Prov. XXIII, 8. *Thom. Mag. et Phavor.* ἐξήμεσε κάλλιον ἢ ἤμεσε.

'ΕΜΜΑΙ΄ΝΟΜΑΙ, sequente dativo personæ, *furo, insanio, adversus aliquem effundo furorem*, ex ἐν et μαίνομαι *insanio.* Semel tantum in N. T. legitur Act. XXVI, 11. περισσῶς δὲ ἐμμαινόμενος αὐτοῖς, ἐδίωκον ad insaniam usque eos persecutus sum. In hoc verbo et similibus præpositio ἐν exercet virtutem τοῦ κατά. Conf. *Abresch.* Animadvv. ad *Æschylum* p. 392. et 621. Adjectivum ἐμμανὴς legitur apud *Plutarch.* T. II, p. 798. T. VI. p. 144. ed. *Reiske.*

'ΕΜΜΑΝΟΥΗ΄Λ, ὁ, *Immanuel.* Est nomen appellativum Servatoris nostri Optimi Maximi, Jesu Christi, originis Hebraicæ, compositum ex עִמָּנוּ *nobiscum* et אֵל *Deus*, significans *Deus nobis adest et favet et nos beneficiis exornat*, i. q. μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, ut Matthæus I, 23. interpretatur. Desumtum est ex Ies. VII, 14. VIII, 8. Est itaque idem quod 'Ιησοῦς, h. e. auctor felicitatis, servator, per quem Deus homines beatos ac felices reddit.

'ΕΜΜΑΟΥ΄Σ, ἡ, *Emmaus.* Duo fuerunt loca in Judæa, hoc nomine insignita, quorum alter vicus, seu pagus fuit, in regione campestri situs, non procul a Tiberiade ad lacum Genesareth, in quo fontes erant aquarum calidarum (a quibus nomen habuisse videtur) et strage exercitus Antiochi, a Juda Maccabæo prostrati, nobilitatus. 1 Macc. III, 40. 57. *Joseph.* A. J. XIII, 1. 3. XIV, 11. 2. Alter vicus ejusdem nominis, et idem ille, de quo Luc. XXIV, 13. erat in tribu Juda situs ad occidentem urbis Hierosolymæ, sexaginta duntaxat stadiis ab ea distans, et postea Nicopolis dictus, teste *Nicephoro* X, c. 31.

'ΕΜΜΕ΄ΝΩ, fut. ενῶ, pr. *maneo in aliquo loco* (*Xenoph. Anab.* IV, 7. 12. *Polyb.* I, 29. 8.) deinde metaphorice: *permaneo, persevero, constans maneo in aliqua re*, ab ἐν et μένω *maneo.* Construitur cum dativo, nunc sine præpositione, nunc cum præpositione ἐν et ἐπί. Act. XIV, 22. παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει hortantes, ut non deficerent a religione Christiana. Galat. III, 10. ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου qui non diligenter observaverit omnia, quæ sunt scripta in libro legis, coll. Deut. XXVII, 26. Hebr. VIII, 9. οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου violarunt præcepta mea, coll. Jerem. XXXI, 32. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. XXVIII, 6. ἔμμενε διαθή-

καις. ib. II, 10. τίς ἐνέμεινεν τῷ φόβῳ αὐτοῦ; Eodem modo *Xenoph.* de Republ. Athen. II, 17. ἐμμένειν ταῖς συνθήκαις. Ages. I, 11. ἐμμένειν ταῖς σπονδαίς. *Epictet.* Enchirid. c. 20. *Corn. Nep.* XVII, 2. 4. in pactione mansit. *Virgil. Æn.* II, 160. promissis maneas. ib. VIII, 643. dictis maneres. *Hesych.* ἐμμεῖναι· καθέζεσθαι, εἶναι ἕως αὐτοῦ, ἢ ἐπιμεῖναι. Conf. *Kreb's. Obss. Flav.* p. 321. *Duker. ad Flor.* IV, 2. 17. et *Markland.* ad *Lysiam.* p. 592.

ΕΜΜΟ'Ρ, ὁ, *Emmor.* Nomen proprium viri indeclinabile, quod Hebraice scribitur חֲמוֹר Genes. XXXIII, 19. et XXXIV, 1. Fuit autem pater Sichemi. A filiis Emmoris emit Abrahamus monumentum, in quo ipse, Sara, Isaac et Jacob sepulti fuerunt. Semel legitur in N. T. Act. VII, 16.

ΕΜΟ'Σ, ἡ, ὸν, *meus, a, um.* Est pronomen possessivum ab ἐμοῦ *mei*, genitivo ab ἐγὼ, pro quo frequentissime tam in sacris, quam in exteris Scrippt. usurpatur genitivus μοῦ, pronominis personalis ἐγὼ, et quo usi sunt Alex. pro נִי , נִי , נִי et ו suffixis et affixis, quæ fini vocum adhærent, v. c. Gen. XXII, 18. XXVI, 5. XXXI, 31. etc. Joh. VIII, 37. ὁ λόγος ὁ ἐμὸς doctrina, quam ego trado. ib. XVIII, 36. βασιλεία ἡ ἐμὴ regnum meum. ib. XV, 8. γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταὶ eritis carissimi mei discipuli. Matth. XX, 15. οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς, sc. κτήμασιν s. χρήμασιν; nonne licet mihi mea pecunia uti, ut lubet? Τὰ ἐμὰ, sc. χρήματα, ut vernaculum, das Meinige *mine*, sunt *res meæ, bona mea*, coll. Luc. XV, 31. et *Alberti* Obss. Philol. p. 118. Matth. XXV, 27. — Joh. VII, 16. ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ doctrina, quam ego trado, non est a me inventa, seu humanæ originis. Interdum etiam τὸ ἐμὸν dicitur, *quod est in mea potestate situm, quod mihi convenit, me decet.* Sic Matth. XX, 23. οὐκ ἔστιν ἐμὸν (sc. μέρος) δοῦναι non possum equidem concedere; de quo loco videndus *Wolfius* in Curis Philol. T. I. p. 294.

ΕΜΠΑΙΓΜΟΝΗ', ῆς, ἡ, *illusio, ludibrium*, i. q. ἐμπαιγμὴ, ἐμπαιγμὸς et ἔμπαιγμα. (ab ἐμπαίζω *illudo.*) Recte, si quid video, hoc vocabulum rarius in textum recepit *Griesbachius* ex codicum, versionum et patrum Græcorum auctoritate 2 Petr. III, 3. ὅτι ἐλεύσονται ἐν ἐμπαιγμονῇ ἐμπαῖκται, ubi verba ἐν ἐμπαιγμονῇ, sive cum ἐλεύσονται jungantur, ut pro σὺν ἐμπαιγμονῇ posita sint, sive cum ἐμπαῖκται construantur, ex Hebraismo non tam redundare, quam ipsius sententiæ vim augere videntur.

ΕΜΠΑΙΓΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *illusio, quocunque illa fiat modo, sive verbis, sive factis, ludibrium.* (ab ἐμπαίζω.) Semel tantum legitur in N. T. Hebr. XI, 36. ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον alii ludibria et flagella experti sunt. Alex. eadem voce usi sunt pro קְלָסָה Ezech. XXII, 4. frequentius tamen in verss. antiquis V. T. τὸ ἔμπαιγμα legitur, v. c. apud Alex. Ies. LXVI, 4. *Symmach. Theodot.* Exod. I, 13. — Sapient. XII, 25. Sirac. XXVII, 28. ἐμπαιγμὸς καὶ ὀνειδισμὸς ὑπερηφάνων. 2 Macc. VII, 7. ἐμπαιγμὸς pœnam cum ignominia et ludibrio conjunctam significat.

ΕΜΠΑΙ'ΖΩ, fut. *αίσω*, 1. proprie: *derideo aliquem et ludibrio habeo, illudo, sive id fiat verbis, sive re ipsa, contumelia afficio*, ex ἐν et παίζω *ludo*, quod est a παῖς *puer*, ut adeo vi etymologiæ sit: *aliquem instar pueri tracto.* Construitur cum dativo. Matth. XX, 19. παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι εἰς τὸ ἐμπαῖξαι καὶ μαστιγώσαι tradent eum gentilibus contumelia afficiendum et castigandum. ib. XXVII, 29. 31. 41. Marc. X, 34. XV, 20. 31. οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον. Luc. XIV, 29. πάντες οἱ θεωροῦντες ἄρξονται ἐμπαίζειν αὐτῷ et omnes videntes eum derideant; ubi sermo est de eo, qui, jacto fundamento ædificii, deficientibus sumtibus, totam structuram perficere non valet. ibid. XVIII, 32. XXII, 63. XXIII, 11. 36. Æque late patent verba Hebraica שָׂחַק

Ps. CIV, 26. Habac. I, 10. צָחַק, Genes. XXXIX, 14. 17. et הִתְעַלֵּל, Exod. X, 2. Judd. XIX, 25. quibus ἐμπαίζω respondet in versione Alex. Et in libris apocryphis ἐμπαίζεσθαι haud raro notat: *crudeli et contumelioso pœnarum et mortis genere affici et vexari*, v. c. 2 Macc. VII, 10. coll. v. 13. et vers. Syriaca.

2. *decipio aliquem, fallo alicujus spem*, quia pueri facile falluntur et decipiuntur. Sic legitur in N. T. Matth. II, 16. τότε Ἡρῴδης ἰδὼν, ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων tunc Herodes intelligens, se a Magis delusum esse. Eodem sensu etiam Latini voce *illudere* utuntur, v. c. *Cornel.* Hannib. c. 10. *Cic.* pro Quintio c. 16.

ΕΜΠΑΙΚΤΗΣ, ου, ὁ, 1. *irrisor, derisor, scurra*, ab ἐμπαίζω *illudo*.

2. speciatim: *contemtor religionis, homo, qui, ut omnino omnes res serio tractandas, ita inprimis pietatem et religionem irridet et lubibrio habet*, qui a Hebræis vulgo לֵץ vocatur, v. c. Ps. I, 1. Sic autem bis legitur in N. T. 2 Petr. III, 3. ὅτι ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐμπαῖκται, ubi describuntur falsi doctores, qui deridebant, quidquid de adventu Christi ad judicium, de resurrectione mortuorum etc. ab apostolis tradebatur. Jud. v. 18. ὅτι ἐν ἐσχάτῳ χρόνῳ ἔσονται ἐμπαῖκται. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΜΠΕΡΙΠΑΤΕΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *inambulo, incedo*, ab ἐν et περιπατέω *ambulo*. Hebr. הִתְהַלֵּךְ, Job. I, 7. II, 2.

2. *habito, versor in aliquo loco et præsens sum*, vel sensu proprio, vel sensu metaphorico, in quo semel tantum legitur in N. T. 2 Cor. VI, 16. ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω ego semper inter eos ero et versabor, h. e. ab iis mihi semper cultus præstabitur. Hoc enim sensu *Deus* dicitur *habitare inter homines*, quando ab hominibus pie et sancte colitur, et eos vicissim amat et beneficiis ornat. Cf. Levit. XXVI, 12. ubi verba וְהִתְהַלַּכְתִּי בְּתוֹכְכֶם in seq. explicantur verbis וְהָיִיתִי לָכֶם לֵאלֹהִים וְאַתֶּם תִּהְיוּ־לִי לְעָם. Adde Deut. XXIII, 14. 2 Sam. VII, 6.

ΕΜΠΙΜΠΛΗΜΙ, vel ΕΜΠΙΠΛΗΜΙ, vel ΕΜΠΙΠΛΑΩ, fut. ήσω, (nam utrumque reperitur. V. *Reitz.* ad *Lucian.* T. II. p. 425.)

1. *impleo, repleo.* (ex ἐν et πίμπλημι, idem quod πλήθω *impleo.*) Prov. XXIV, 4. ἐμπίμπλανται ταμιεῖα ἐκ παντὸς πλούτου τιμίου. Eccles. I, 7. In utroque loco Hebr. מָלֵא respondet.

2. *ad satietatem, large suppedito*, (v. c. *Xenoph.* Anab. I, 7. 7. ἐμπιπλὰς ἁπάντων τὴν γνώμην replens animos omnium bona spe.) et speciatim: *ad satietatem suppedito alimenta et nutrimenta.* Ἐμπίμπλαμαι *satior. Xenoph.* Sympos. IV, 37. καὶ πολλὰ ἐσθίων, μηδέποτε ἐμπίμπλαιτο. Sic semel legitur in N. T. de Deo Act. XIV, 17. ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ὑμῶν large vobis suppeditans alimenta et nutrimenta omnis generis. Ps. CIII, 5. τὸν ἐμπιπλῶντα ἐν ἀγαθοῖς τὴν ἐπιθυμίαν σου. CXLV, 16. ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας. Prov. XIII, 25. *Phavor.* ἐμπίπλαται· πληροῦται, χορτάζεται.

ΕΜΠΙΠΤΩ, fut. πεσοῦμαι, 1. proprie; *incido*, ita, ut innuat motum rei localem. (ab ἐν et πίπτω *cado.*) Matth. XII, 11. ἐὰν ἐμπέσῃ εἰς βόθυνον si in foveam inciderit. Luc. XIV, 5. εἰς φρέαρ ἐμπεσεῖται in puteum incidet. Eadem constructio reperitur in versione Alex. Ps. LVII, 6. ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον. Ies. XXIV, 18. ἐμπεσεῖται εἰς τὸν βόθυνον. Apud reliquos Græcos Scriptores fere cum dativo construitur, v. c. *Ælian.* V. H. XII, 23. ἐμπίπτουσι τοῖς κύμασι.

2. *incurro, incido*, in sensu metaphorico, h. e. *in potestatem alicujus venio, malum aliquod incurro, subeo, sustineo, perpetior*, adjuncta tamen fere semper notione *fortuiti et inopinati*, unde *Suidas* ἐνέπεσε per συνέζη, ἐγένετο interpretatus est, coll. *Ælian.*

V. H. I, 24. Luc. X, 36. τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστὰς qui inciderat in latrones. (*Arrian. Epict.* III, 13. ὅταν εἰς λῃστὰς ἐμπέσωμεν.) 1 Tim. III, 6. ἵνα μὴ εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου ne in criminationes adversariorum religionis Christianæ incurrat. ibid. v. 7. ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. ibid. VI, 9. ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα κ. τ. λ. incidunt in tentationem et laqueos, coll. Prov. XII, 13. Hebr. X, 31. φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος terribile est subire gravissimas Dei potentissimi pœnas. 2 Sam. XXIV, 14. ἐμπεσοῦμαι εἰς χεῖρας Κυρίου. Prov. XXXVIII, 14. ἐμπεσεῖται εἰς κακά. 1 Macc. VI, 8. ἐνέπεσεν εἰς ἀῤῥωστίαν, coll. *Ælian.* V. H. V, 2. *Phavor.* ἐμπίπτω λέγεται καὶ τὸ περιπίπτω, ἤτοι τὸ εἰς πράγματα καλινδοῦμαι. λέγεται ἐμπίπτω καὶ τὸ ἐπιτίθεμαι ἐπὶ κακῷ τινι, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ. κ. τ. λ. *Schol.* in *Epictet.* Enchirid c. 9. ἐμπίπτοντα λέγονται, ὅσα παρὰ τὴν προαίρεσιν τὴν ἡμετέραν γίνεται, ἤγουν τὰ τυχηρά. Conf. etiam supra ad εἰσέρχομαι dicta.

ΕΜΠΛΕ'ΚΩ, fut. ἐμπλέξω, 1. proprie: *implico, irretio, artificiose necto ac compono*, ex ἐν et πλέκω *contexo, connecto.* Usurpatur de *funibus, retibus, frondibus*, (*Ælian.* V. H. XIII, 1.) *capillorumque ornamentis.* (Vid. infra sub ἐμπλοκή.)

2. ἐμπλέκομαι metaphorice: *implico me*, (*Cicer. Off.* II. 11. negotiis implicantur.) seu, *nimio studio in aliquid incumbo, distringor, immergor, obruor, immisceor alicui rei*, plane uti nostrum: sich verwickeln *to embroil one's self.* Sic semel in N. T. legitur 2 Tim. II, 4. οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις nemo, qui militat, nimio studio in hujus vitæ negotia incumbit. 2 Petr. II, 20. τούτους (sc. τοῖς μιάσμασι τοῦ κόσμου) δὲ πάλιν ἐμπλακέντες his vero vitiis iterum se totos tradentes, seu, iterum irretiti. Prov. XXVIII, 18. ὁ δὲ σκολιαῖς ὁδοῖς πορευόμενος ἐμπλακήσεται. *Arrian. Epict.* III, 22. *Polyb.* I, 17. *Plutarch. an seni resp. gerenda* p. 787. E.

ΕΜΠΛΗ'ΘΩ, fut. ήσω, 1. *impleo, repleo, expleo*, in sensu proprio, v. c. vas aliquod aliqua materia plenum facio. (ab ἐν et πλήθω.) *Ælian.* V. H. III, 1. Genes. XLII, 25. ἐμπλῆσαι τὰ ἀγγεῖα.

2. metaphorice: *ad satietatem usque suppedito, largiter et copiose aliqua re instruo*, et speciatim: *ad satietatem suppedito alimenta et nutrimenta.* Passivum ἐμπλήθομαι *ad satietatem edo, satis instructus sum et fruor aliqua re.* Construitur cum genitivo rei et accusativo personæ. Luc. I, 53. πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν pauperes largiter opibus instruit. ibid. VI, 25. οὐαὶ ὑμῖν οἱ ἐμπεπλησμένοι, ὅτι πεινάσετε væ vobis divitibus, nam aliquando ad paupertatem redigemini. Ps. CVII, 9. ψυχὴν πεινῶσαν ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. Jerem. XXXI, 25. καὶ πᾶσαν ψυχὴν πεινῶσαν ἐνέπλησα. Joh. VI, 12. ὡς δὲ ἐνεπλήσθησαν illis autem satiatis. *Syrus:* ܘܟܕ ܣܒܥ ܗܘ et cum saturati essent. Omissum est τροφῆς, quod additur ab *Ælian* V. H. XII, 1. μετὰ δὲ τὸ ἐμπλησθῆναι τροφῆς. Rom. XV, 24. ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ si prius ex vestra consuetudine et colloquio gaudium et fructum aliquem ex parte percepero. *Vulgatus* eleganter: *si vobis primum ex parte fruitus fuero.* Eodem sensu שָׂבַע Ps. XVII, 15. usurpatur. Exod. XV, 9. ἐμπλήσω τὴν ψυχήν μου satiabo desiderium meum.

ΕΜΠΛΟΚΗ', ῆς, ἡ, *implicatio, plicatura, nodus*, ab ἐμπλέκω *implico.* Ἐμπλοκαὶ τριχῶν *artificiosa crinium compositio, nodi*, seu *implicationes capillorum*, quæ a Paulo 1 Tim. II, 9. πλέγματα, a reliquis vero Græcis modo πλόκαμος, ἐμπλόκιον, modo βόστρυχος, modo denique κόρυμβος et σκόρπιος vocantur. Inter mulierum ornamenta refertur a Petro 1 Epist. III, 3. ὧν ἔστω οὐχ' ὁ ἔξωθεν (κόσμος) ἐμπλοκῆς τριχῶν quarum ornatus non debet esse externus, quippe qui continetur artificiosa crinium compositione. Consuevisse autem mulieres, tam Græcas, quam Romanas, vel pectinis ope, vel

acu crinali comam in orbem flectere ac in cincinnum colligere, satis docuit *Pottius* in Vol. II. Epistolarum Catholicarum N. T. p. 95. qui omnino consulendus est. Confer etiam *Hadr. Junium* de *Coma* c. 8. ac de *pictura veterum* l. III, c. 9. et *E. A. T. A. Obss. Philol. succinctas* in *Censuram Petrinam* ἐμπλοκῆς τριχῶν I. Ep. III, 3. in *Bibl. Lubec.* P. III. p. 260. seq.

'ΕΜΠΝΕ'Ω, ῶ, fut. εὑσω, 1. proprie: *spiro, spiritum duco,* Athem holen *to draw breath*, i. q. πνοὴν ἔχω, et opponitur τῷ ἐκπνέω apud *Hippocratem* de Flatibus c. 6. τὰ ζῶα — τοτὲ μὲν ἐμπνέοντα, τοτὲ δὲ ἐκπνέοντα. *Aristoph.* Thesmophor. v. 933. ἥνπερ ἐμπνέω, ubi *Schol.* τουτέστι ἑωσπερ ἐμπνέω καὶ πνοὴν ἔχω, τουτέστι μέχρι θανάτου. *Eurip.* Phœn. v. 1440. ἔτι γὰρ ἐμπνέων βραχύ. — Hinc ἔμπνους *animatus, vivens. Eurip.* Phœn. v. 1463. *Ælian.* V. H. XII, 3. 2 Macc. VII, 5. XIV, 45. ἔμπνους, ὁ ζῶν καὶ πνοὴν ἔχων, ἤγουν ψυχήν.

2. *inspiro, inhalo*, i. q. ἐμφυσάω, cum quo permutatur Sap. XV, 11. ἐμπνεύσαντα αὐτῷ ψυχὴν ζῶσαν καὶ ἐμφυσήσαντα πνεῦμα ζωτικόν. *Xenoph.* Hist. Gr. VII, 4. 32. Θεὸς τὴν ἀρετὴν ἐμπνεύσας. Hinc etiam ἔμπνους passive usurpatur de *eo, quod inflatur*, v. c. ἔμπνους αὐλός. Cf. interpretes ad *Thom. M.* p. m. 303.

3. i. q. simplex πνέω, et ut Latinum *spiro*, (v. c. apud *Senecam in Thyeste* v. 503. spirare sanguinem. *Sil. Ital.* XVII, v. 504. spirare prœlia dira.) et *anhelo*, (v. c. apud *Cicer. Orat. Catil.* II, c. 1. et ad *Herenn.* IV, c. 55.) metaphorice significat: *desiderio alicujus rei flagro, unice meditor aliquid*, regens more verborum *desiderii* genitivum. Sic semel legitur in N. T. Act. IX, 1. de Saulo ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου spirans minas et cædem. Eodem sensu apud Græcos simplex πνέω usurpatur *Theocrit.* Idyll. XXII, v. 82. φόνον πνέοντες, pro quo apud *Æschylum Prometh.* v. 354. συρίζειν φόνον legitur. *Eurip.* Rhes. v. 786. θυμὸν πνεούσας. Sic etiam *minas* θυμοῦ πνοὰς dixit *Euripides Phœniss.* v. 457. Confer et ibidem v. 883. *Chrysost. Homil.* II. de *laudibus Pauli* Opp. T. VI. p. 484. B. ed. *Benedict.* τύραννοι δὲ αὐτῷ καὶ δῆμοι θυμοῦ πνέοντες. Eodem modo נָחַם, quod proprie *spirare* valet, adhibetur Genes. XXVII, 42. מִתְנַחֵם לְךָ לְהָרְגֶךָ spirans in tuam mortem, seu tacitis consiliis tibi mortem minans. Alia loca Græcorum collegit *Kypke* in *Obss. Sacr.* T. II. p. 43. *Wetstenius N. T.* T. II. p. 509. et *Wakefield* in *Silva Critica* P. II. p. 129. seq.

'ΕΜΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, fut. εὑσομαι, 1. proprie: *incedo, eo, proficiscor, iter facio*, i. q. simplex πορεύομαι. *Polyb.* XXVIII, 10. 5. ubi vid. *Schweighæuser. Sophocl.* Œdipus Tyr. v. 464. ξένην ἐπὶ γαῖαν ἐμπορεύσεται. Gen. XXXIV, 24. πάντες οἱ ἐμπορευόμενοι τὴν πύλην τῆς πόλεως αὐτῶν. Speciatim vero de *iis* usurpatur, *qui itinera suscipiunt, mercaturæ exercendæ causa mare trajicientes negotiantur*, interdum adeo de *mercibus ipsis, quæ nunc importantur, nunc exportantur.* Hos. XII, 4. καὶ ἔλαιον εἰς Αἴγυπτον ἐνεπορεύετο, Hebr. וְשֶׁמֶן לְמִצְרַיִם יוּבָל.

2. *negotior, mercaturam exerceo, nundinor*, et in versione Alex. eleganter respondet Hebr. סָחַר *circuivit emendi vel vendendi causa, mercatus, negotiatus est.* Gen. XXXIV, 10. 21. 2 Chron. IX, 14. Proverb. XXXI, 14. et רָכַל, Ezech. XXVII, 13. Unde ἐμπόριον *locus mercaturæ exercendæ aptus.* Sic legitur in N. T. Jacob. IV, 13. καὶ ἐμπορευσώμεθα καὶ κερδήσωμεν et mercaturam exerceamus et lucrum faciamus. *Xenoph. de R. P. Laced.* VII, 1.

3. metaphorice cum accusativo personæ aut rei junctum, ut Lat. *nundinor*, (*Plin. H. N.* XXIX, 1.) *quæstum ex aliquo facio, lucrum ex aliqua re repeto, lucri causa aliquem decipio.* 2 Petr. II, 3. καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται fictis sermonibus lucri studio ducti vos quæstui

habebunt, seu, vos decipere et sibi sectatores conciliare conabuntur. *Athenæus* L. XIII, p. 569. F. Ἀσπασία ἡ Σωκρατικὴ ἐνεπορεύετο πλήθη καλῶν γυναικῶν Aspasia Socratica multas habebat forma præstantes fœminas, e quibus lucrum faciebat. Pertinere huc etiam videtur *Schol.* ad *Eurip.* Hippolyt. v. 953. ἐν λόγοις ἐμπορεύεσθαι καθάπερ οἱ λεγόμενοι λογέμποροι, καὶ μὴ κατὰ φύσιν φιλοσοφοῦντες, ἀλλ' οἱ τοὺς λόγους καπηλεύοντες. Conf. *Pott.* Epistt. Cathol. Vol. II. p. 213.

ΕΜΠΟΡΙ'Α, ας, ἡ, 1. *mercatura, negotiatio*, speciatim *ea, qua trajicitur mare et iter in remotissimā loca suscipitur mercium causa*, ab ἐν et πόρος *transitus, via, iter.* Alex. pro סַחַר Ies. XLV, 14. et סְחוֹרֶת, Ezech. XXVII, 15. *Xenoph. Hier.* 9. 9. Vid. *Salmas. de usur.* passim. Interdum adeo de *ipsis mercibus* dicitur, *quæ nunc importantur, nunc exportantur*, v. c. apud *Xenoph.* de Vectigal. III, 2. ἐμπορία καλὴ merx bona, quæ multum lucri affert.

2. *quodvis negotium, quod aliquis tractat.* Sic semel legitur in N. T. Matth. XXII, 5. ὁ δὲ εἰς τὴν ἐμπορίαν αὐτοῦ alius ad negotia sua.

ΕΜΠΟ'ΡΙΟΝ, ου, τὸ, 1. proprie: *locus ad mercaturam et negotiationes exercendas aptus, emporium. Suid.* et ex eo *Phavorinus*: ἐμπόριον· ἐπιτήδειον εἰς ἐμπορίαν. In hac significatione aliquoties reperitur in versione Alex. v. c. Deut. XXXIII, 19. Ies. XXIII, 17. Ezech. XXVII, 3. De *foro nundinatorio* etiam usurpatum legitur apud *Polyb.* XVII, 2. 4. et *Xenoph.* de Vectig. III, 3.

2. *merces. Xenoph.* de Vectig. I, 7. καὶ κατὰ γῆν πολλὰ δέχεται ἐμπόρια.

3. *mercatura, negotiatio*, i. q. ἐμπορία. Sic semel legitur in N. T. Joh. II, 16. μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου ne facite templum, cultui divino destinatum, domum mercatus s. negotiationis.

ΕΜΠΟΡΟΣ, ου, ὁ, 1. antiquissimis temporibus dicebatur *is, qui aliena vehebatur navi, pro mercede vector. Hesych.* ἔμπορος· ὁ ἐπ' ἀλλοτρίας νεὼς πλέων μισθοῦ, ὁ ἐπιβάτης. *Suid.* ὁ ναύλου ἕνεκα πλέων ἐπ' ἀλλοτρίας νεώς. Idem tradit *Phavorinus* et *Schol. Aristoph.* Plut. 521. Antiquissima hæc hujus vocis notio vel centies obvia est apud *Homerum.* Conf. *Schol. min.* et *Eustathium* ad *Homer.* Odyss. β'. v. 319.

2. *mercator, negotiator*, et speciatim de eo dicitur, *qui maria trajicit et itinera in remotissimas terras suscipit exportandis et importandis mercibus et negotiandi causa*, (ἀπὸ τοῦ πόρου, quod *iter* et maxime *iter marinum* significat) et ita differt a κάπηλος, *qui in urbe manet, ut artem mercatoris profiteatur*, quanquam apud *Pollucem* et *Phavorinum* conjunctim et nullo discrimine ponuntur ἔμποροι, κάπηλοι, μετάξολοι. *Hesych.* πραγματευτής. *Suid.* ὁ πραγματικὸς ἄνθρωπος, κυρίως δὲ ὁ πλέων θάλασσαν. Apoc. XVIII, 3. καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς. ibid. v. 11. 15. 23. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΜΠΟΡΟΣ, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *mercatorius.* (a præcedd.) Semel extat in N. T. Matth. XIII, 45. ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ.

ΕΜΠΡΗ'ΘΩ, fut. ήσω, *incendo, cremo, igne devasto*, ab ἐν et πρήθω *incendo.* Tantum in N. T. extat Matth. XXII, 7. καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐνέπρησε et urbem eorum igne destruxit. Judd. I, 8. καὶ τὴν πόλιν ἐνέπρησαν ἐν πυρί, Hebr. שִׁלְּחוּ בָאֵשׁ. Eodem modo etiam Hebræi τῷ שָׂרַף, cui ἐμπρήθω in vers. Alex. respondet, Judd. XV, 6. XVIII, 27. אֵשׁ addere solent, v. c. Num. XXXI, 10. *Xenoph.* de Rep. Athen. I, 14. *Hesych.* ἐμπρῆσαι· καῦσαι. — ἐνέπρηθον· ἔκαιον.

ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ. Adverbium, quod genitivum regit, ex ἐν et πρόσθεν, quod idem significat,

1. ad tempus refertur et notat *ante.* Joh. I, 15. ἔμπροσθέν μου γέγονεν prior me fuit. ib. v. 27. et 30. ubi explicatur per πρῶτός μου γέγονεν. Judd. III, 2. οἱ ἔμπροσθεν αὐτῶν, sc. γενόμενοι. Micha VII, 20. κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμ-

προσθεν. *Æschin. Socr.* Dial. II, 11. et 12. τὰ ἔμπροσθεν λελεγμένα, seu οἱ ἔμπροσθεν λόγοι, *ante dicta, superiores sermones.*

2. ratione loci, *coram, in conspectu, ad.* Matth. V, 24. ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου coram altari, seu ad altare. ib. XXIII, 13. ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. Act. XVIII, 17. et 2 Cor. V, 10. ἔμπροσθεν τοῦ βήματος coram tribunali.

3. *ante*, ita, ut ad locum anteriorem referatur, in qua significatione etiam interdum sine casu invenitur, v. c. Luc. XIX, 4. καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν et procurrit ante. ibid. v. 28. ἐπορεύετο ἔμπροσθεν iter suum prosecutus est. Philipp. III, 14. τοῖς δὲ ἔμπροσθεν, sc. μέρεσιν, ἐπεκτεινόμενος illis, quæ ante sunt, intendens. Apoc. IV, 6. ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν.

4. *apud*, in qua tamen significatione sæpe redundat. Matth. XI, 26. οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου hæc fuit tua sapiens ac benigna voluntas. ib. XVIII, 14. οὕτως οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν ita enim non vult et decrevit pater vester cœlestis. Luc. X, 21. etc.

ἘΜΠΤΎΩ, fut. ύσω, *inspuo, conspuo*, ad indicandum summum contemtum, et differt ab ἀποπτύω, quod *exspuere* notat. (ab ἐν et πτύω *spuo*.) Hinc metaphorice: *contemno, contumeliose aliquem tracto, ignominia afficio.* Construitur cum præpositione εἰς, v. c. Matth. XXVI, 67. τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ tunc conspuerunt faciem ejus, seu, inspuerunt in faciem ejus, ut loquitur *Petronius* 75. ibid. XXVII, 30. ἐμπτύσαντες εἰς αὐτόν. Haud raro vero regit dativum. Marc. X, 34. καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ. ibid. XIV, 65. XV, 19. Interdum autem absolute ponitur, v. c. Luc. XVIII, 32. καὶ ἐμπτυσθήσεται et conspuetur. Num. XII, 14. Deut. XXV, 9. ubi Hebraico רָק respondet. Attici ἐμπτύω fere cum genitivo construunt, ut καταπτύω apud *Demosthen.* de Corona c. 59. Hinc *Thom. M.* p. 105. καταπτύω σου, ἐμπτύω σοι δὲ οὐδεὶς τῶν δοκίμων. Sed non semper hoc factum esse, docet locus *Æliani* V. H. I, 15. ὁ ἄρξην ἐμπτύει αὐτοῖς. De duplici constructione cum dativo et præpositione εἰς vide exempla collecta ab *Heupelio* ad Marc. XIV. 65. p. m. 478. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 526.

ἘΜΦΑΝΉΣ, ές, ὁ, ἡ, ές, τὸ, 1. proprie: *ob oculos positus, manifestus, conspicuus, apertus*, ab ἐμφαίνω *repræsento, ostendo.* Sic legitur in N. T. Act. X, 40. καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι et eum conspicuum fecit, conspiciendum dedit; ubi sermo est de Jesu, qui post novam vitam apostolis se vivum demonstraverat, coll. 1 Tim. III, 16. *Hesych.* ἐμφανές· φανερόν. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 7. 3. *Polyb.* XXII, 15. 7.

2. *notus, manifestus, conspicuus*, in sensu metaphorico. Rom. X, 20. ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι cognoverunt me, qui olim a vero mei cultu alieni erant, h. e. gentiles, coll. Ies. LXV, 1. Exod. XII, 14. ἐμφανὲς γέγονε τὸ ῥῆμα τοῦτο, ubi in Hebraico נוֹדַע legitur. Interdum etiam de *eo* dicitur, *quod est insigne et illustre*, v. c. apud *Symmachum* Ps. XII, 6. τάξω σωτήριον ἐμφανές. *Phavor.* ἐμφανῶν· τηλαυγῶν ἐμφάσει τεκμηρίων.

ἘΜΦΑΝΊΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie; *conspiciendum trado, ostendo, ante oculos pono, præsentem sisto*, Passivum ἐμφανίζομαι *compareo, appareo, conspicuus exhibeor. Hesych.* ἐμφανισθήσονται· φανήσονται. Joh. XIV, 22. τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν, καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ; quare te nobis tantum vis conspiciendum dare, non autem reliquis Judæis? Exod. XXXIII, 13. ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν, i. q. alibi δεῖξόν μοι σεαυτοῦ δόξαν. ibid. v. 18. Matth. XXVII, 53. καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς et comparuerunt, seu, vivos se demonstrarunt multis. Huc etiam referendus est locus Hebr. IX, 24. ubi Christus, a Paulo cum summo sacerdote comparatus, dicitur ipsum cœlum intrasse καὶ νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν et nunc se sistere pontificem Deo hominum causa, h. e. conservare nobis in

cœlo mortis suæ virtutem. *Xenoph. Ages.* I, 12.

2. in sensu forensi, omissa voce ἐμαυτὸν, *me sisto judici, compareo in judicio*, vel accusandi, vel causam meam defendendi causa. Act. XXIV, 1. οἵτινες ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου comparuerunt coram præside contra Paulum. ibid. XXV, 2. et 15. περὶ οὗ ἐνεφάνισαν οἱ ἀρχιερεῖς cujus causa me adierunt summi sacerdotes.

3. *patefacio, palam declaro, idoneis argumentis demonstro.* Joh. XIV, 21. καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτὸν et ego idoneis argumentis ei favorem meum declarabo. Hebr. XI, 14. ἐμφανίζουσιν eo ipso haud obscure declarant. *Xenoph. Agesil.* I, 12. ἐμφανίσας ἐπίορκον declarans perjurum. *Hesych.* ἐμφανίζων· φανεροποιῶν. *Phavor.* ἐμφανίζω σοι· φανερῶς σοι δείκνυμι.

4. *indicium facio, indico et significo alicui aliquid per nuncium*, seu *litteras.* Act. XXIII, 15. νῦν οὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ, *Vulgatus: nunc autem notum facite tribuno et senatui.* ib. v. 22. ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με te mihi hæc indicasse. Sæpius non legitur in N. T. Esther II, 22. καὶ αὐτὴ ἐνεφάνισε τῷ βασιλεῖ, ubi cum δηλόω et σημαίνω permutatur et Hebraico אָמַר respondet. *Diod. Sic.* XIV, 11. ἐμφανίσαι τὴν ἐπιβουλὴν τῷ βασιλεῖ. *Polyb. Leg.* 105. *Joseph. A. J.* X, 9. 3. XIV, 10, 8. et 12.

ΕΜΦΟΒΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. *expavefactus, perterritus, metu perculsus*, ab ἐν et φόβος *timor, metus.* Luc. XXIV, 5. ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν quæ cum essent metu perculsæ. Act. XXII, 9. XXIV, 25. Apoc. XI, 13. Cognatum huic est ἔντρομος, cum quo conjungitur Sirac. XIX, 24. 1 Maccab. XIII, 2. Reperitur etiam apud *Theophrast.* Charact. XXV, 1. ἔμφοβος ὕπειξις τῆς ψυχῆς.

2. *obstupefactus, admirabundus.* Act. X, 4. ὁ δὲ ἀτενίσας αὐτῷ καὶ ἔμφοβος γενόμενος quo viso obstupefactus.

ΕΜΦΥΣΆΩ, ῶ, fut. ήσω, *afflo, inflo, insufflo*, ex ἐν et φυσάω *sufflo, inflo*, quod est a φύσα *follis, vesica.* Semel legitur in N. T. Joh. XX, 22. καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε (αὐτοῖς) καὶ λέγει αὐτοῖς· λάβετε πνεῦμα ἅγιον his dictis afflavit eos his verbis: accipietis Sp. S. seu, quemadmodum vos nunc afflo, ita accipietis Sp. S. Placuit enim Christo h. l. symbolo aliquo uti, cum primitiva verbi Hebraici רוּחַ et Græci πνεῦμα significatione conveniente. Cæterum haud raro ipsa vox ἐμφυσάω in vers. Alex. legitur pro Hebraico נָפַח Gen. II, 7. Ezech. XXI, 31. XXXVII, 9. etiam in aliis locis, ubi sensum expresserunt Alexandrini, v. c. 1 Regg. XVII, 21. καὶ ἐνεφύσησε τῷ παιδαρίῳ τρὶς, et Job. IV, 21. ἐνεφύσησε γὰρ αὐτοῖς, καὶ ἐξηράνθησαν. Ἐμφύσησις *inflatio* legitur apud *Plutarch.* T. X. p. 438. ed. *Reiske.*

ΕΜΦΥΤΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, ον, τὸ, proprie:

1. *innatus, natura insitus, naturalis*, i. q. φυσικὸς, ex ἐν et φυτὸς *natus*, et differt ab ἐμπεφυτευμένος et ἐμφυτευθείς, h. e. *insititius, implantatus. Gloss. Vet. insiticium*, ἐγκεντρισθὲν, ἐμφυτευθέν. *Hesych.* ἔμφυτον· τὸ ἐν τῇ φύσει. *Suid.* ἐγκάρδιον, τὸ ἐκ φύσεως. Sic *Xenoph. Mem.* III, 7. 5. αἰδὼ δὲ καὶ φόβον οὐχ' ὁρᾷς ἔμφυτα ἀνθρώποις εἶναι. Deinde vero ἔμφυτος

2. est *insitus, extrinsecus inditus, animo instillatus.* Sic doctrina, quæ traditur, docetur et instillatur animis, λόγος ἔμφυτος vocatur Jacob I, 21. ἐν πραΰτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον animo obsequioso accipite doctrinam vobis traditam. Sæpius non legitur in N. T. Sic Sapient. XII, 10. ἔμφυτος ἡ κακία αὐτῶν. *Polyb.* II, 45, 1. IX, 11, 2. *Herodot.* IX, 94. ἔμφυτος μαντικὴ divinatio divinitus insita, ubi videndus *Valckenar.* Et sic aliquoties in scriptis philosophorum Græcorum ἔμφυτος ἀρετὴ est virtus, quæ præceptis et consuetudine animis inditur. Conf. *Bergler.* ad *Alciphron.* Ep. I, 31. p. 128. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 663. et *Heisenii Novas*

Hypotheses ad Epistolam Jacobi p. 669. seq.

ἘΝ. Præpositio regens dativum vel potius ablativum et

א) extra compositionem nominibus, pronominibus atque participiis præmissa, significat

1. *in* cum ablativo: α) *locum* denotat, *in quo quid fit vel est.* Matth. I, 18. ἐν γαστρὶ ἔχουσα in utero habens. ibid. IX, 35. διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν docens in eorum synagogis. 1 Joh. V, 8. β) de *tempore, quo quid est vel fit.* Matth. II, 1. ἐν ἡμέραις Ἡρῴδου regnante Herode. ibid. VIII, 13. ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ. ibid. XII, 1. ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ. v. 2. ἐν σαββάτῳ. ibid. XIV, 1. etc. γ) cum *statum quendam ac conditionem* significat. Matth. IV, 16. ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει populus in tenebris versans. XVI, 27. XXV, 31. ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς majestate Dei præditus. Marc. IV, 2. V, 2. ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ homo obsessus a spiritu malo. ibid. v. 25. γυνή τις οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος mulier fluxu sanguinis laborans. X, 37. καθίσωμεν ἐν τῇ δόξῃ σου. Luc. XXII, 28. ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου. Joh. IX, 34. ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος, etc. δ) cum *vestitum* significat. Matth. VI, 29. ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ cum omni splendido ac magnifico ornatu suo. ib. VII, 15. ἐν ἐνδύμασι προβάτων induti vestibus e pelle ovina. Marc. XII, 38. ἐν στολαῖς. Luc. VII, 25. ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον. Joh. XX, 12. ἐν λευκοῖς. Act. I, 10. *Ælian. V. H.* IX, c. 34. περιτυχὼν Λακεδαιμονίοις ἐν ἐξωμίσι φαύλαις καὶ ῥυπώσαις. *Sueton.* Calig. c. 52. —

2. *in* cum accusativo, loco εἰς. (Nam εἰς et ἐν apud Græcos haud raro alternant. Sic v. c. Matth. III, 11. βαπτίζειν ἐν ὕδατι pro βαπτίζειν εἰς ὕδωρ. *Herodot.* IV, c. 70.) maxime cum *motum ad locum* significat. Matth. X, 16. ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων emitto vos, ut oves in medium luporum. ib. XIV, 3. ἔθετο ἐν φυλακῇ in carcerem conjecerat. Rom. I, 23. ἐν ὁμοιώματι in simulacrum. 1 Cor. XV, 19. ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ. 1 Thess. IV, 7. *Suid.* sub ἐν ᾄδου: Οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται τῇ ἐν ἀντὶ τοῦ εἰς. *Ælian. V. H.* IV, 18. ὅτε κατῆλθε Πλάτων ἐν Σικελίᾳ. *Xenoph.* de Venat. V, 8. ἐν τῇ θαλάσσῃ. coll. X, 20. ubi in eadem re adhibetur εἰς τὴν θάλασσαν. Eodem modo Hebr. בְּ haud raro pro לְ ponitur. Genes. XXXI, 33. וַיָּבֹא בְּאֹהֶל Jerem. XII, 7. Ps. XIX, 4. et aliis locis.

3. *a, ab,* ita, ut *causam efficientem, instrumentalem et impulsivam* significet, i. q. ὑπό. Luc. IV, 1. ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι ductus est a Spiritu, seu instinctu Spiritus discessit, coll. Matth. IV, 1. ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ πνεύματος, et Marc. I, 12. Act. XX, 19. quæ acciderunt mihi ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν Ἰουδαίων ab insidiis Judæorum. Luc. II, 27. καὶ ἦλθεν ἐν τῷ πνεύματι et venit ductus vel agitatus a Sp. S. 1 Cor. IV, 6. ἐν ἡμῖν a nobis. Phil. II, 24. Eodem modo בְּ usurpatur Num. XXXVI, 2. צִוָּה בַיהוָה jussus est a Jehova. Hos. XIV, 4. בְּךָ יְרֻחַם a te misericordiam consequetur.

4. *ad,* i. q. εἰς. Marc. V, 30. ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ conversus ad turbam. Luc. I, 17. ἐν φρονήσει δικαίων ad pios animi sensus. ib. XXIII, 42. Rom. VIII, 34. ὃς καί ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ qui ad dextram Dei sedet. 1 Cor. VII, 15. ἐν εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ad concordiam nos invitavit Deus. Sic etiam בְּ legitur Exod. V, 9. ne respiciant בְּדִבְרֵי־שָׁקֶר verba falsa. Hos. XII, 7. בְּאֶל הֶיךָ תָּשׁוּב ad Deum tuum convertere. Judd. VI, 35. etc. Sirac. XLII, 12. Esdr. VII, 10. *Ælian.* V. H. I, 16. ἐν ποσὶν ἐρριμμένος ad pedes provolutus.

5. *apud,* i. q. παρά. Act. II, 29. καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν et sepulcrum ejus est apud nos, ubi pro ἐν Codex Cantabr. παρὰ ex mero glossemate habet. ibid. XII, 11. γενόμενος ἐν ἑαυτῷ cum esset apud se ipsum. Vide sub γίνομαι. ib. XXV, 6. διατρίψας ἐν αὐτοῖς versatus apud ipsos. Act. VII, 44. Sic בְּ Judd. XVI, 4.

Ezech. X, 15. Adde Sap. V, 15. —

6. *coram.* Matth. IX, 35. ἐν τῷ λαῷ coram populo, palam. Luc. XVI, 15. ubi cum ἐνώπιον permutatur. 1 Tim. IV, 15. ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν, h. e. ἐνώπιον πάντων. *Xenoph.* de Rep. Athen. I, 18. ἐν τῷ δήμῳ coram populo judice. *Thucyd.* III, 53. ἐν τοῖς δικασταῖς. *Ælian.* V. H. XIV, 26. ἐν πλείοσιν coram pluribus. Eadem significatione ב quoque gaudet apud Hebræos. Genes. XXIII, 18. בְּכֹל־בָּאֵי coram omnibus venientibus. Prov. I, 17. בְּעֵינֵי coram oculis. Zach. III, 6.

7. *juxta, ad, prope.* Matth. XXIV, 15. ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ exercitum admotum urbi et templo. Luc. XIII, 4. ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωὰμ turris juxta Siloam. Joh. X, 23. ἐν τῷ ἱερῷ juxta templum, nempe in porticu Salomonis. Ita ב 1 Sam. XV, 4. בַּטְּלָאִים prope Telaim. Jos. V, 13. VI, 1. *Ælian.* V. H. XII, 57. ἐν Ὀγχηστῷ juxta Onchestum. Conf. *Reitz.* ad *Lucian.* T. I. p. 329. T. II. p. 36. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. II, 25. et XII, 57. et *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XIV, 68. XVII, 10.

8. *cum, societatis vel auxilii*, i. q. μετὰ, seu σύν. Luc. XIV, 31. an possit hosti obviam ire ἐν δέκα χιλιάσιν cum decem millibus. Joh. III, 21. ἐν Θεῷ ἔστιν εἰργασμένα cum Deo, h. e. auxilio Dei, hæc opera sunt peracta. Rom. XV, 29. ἐν πληρώματι κ. τ. λ. 1 Cor. IV, 21. 2 Cor. XIII, 4. ἐν αὐτῷ una cum eo. Hebr. IX, 25. ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ cum sanguine alieno. Jud. v. 14. ἦλθε Κύριος ἐν ἁγίαις μυριάσιν αὐτοῦ. *Xenoph.* Mem. III, 9. 2. ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις. Num. XX, 20. וַיֵּצֵא־בָּעָם כָּבֵד et exiit cum populo multo. 1 Regg. X, 2. Ies. VII, 24. Alex. etiam ἐν pro עִם posuerunt Deut. X, 9. Eccles. I, 16.

9. *de*, i. q. περὶ, ita, ut objectum significet. Rom. II, 17. καὶ καυχᾶσαι ἐν Θεῷ et gloriaris de Deo. ibid. XI, 2. ἐν Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή; quid in litteris sacris tradatur de Elia? Phil. I, 30. καὶ νῦν ἀκούετε ἐν ἐμοὶ et nunc auditis de me. Ita ב pro עַל ponitur Deut. III, 26. ne amplius mecum loquaris בַּדָּבָר הַזֶּה Ps. LXXXVII, 3. בָּךְ de te. Job. XXVI, 14. etc.

10. *erga.* Marc. IX, 50. εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις concordiam exercete erga vos invicem. Joh. XIII, 35. ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις si mutuo vos amore prosequimini. Rom. XV, 5. τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις ut summus sit inter vos animorum consensus. 2 Cor. VIII, 7. τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ vestro erga nos amore. 1 Joh. IV, 9. ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν. 1 Chron. XXIX, 3. בְּרָצוֹתִי בְּבֵית אֱלֹהָי.

11. *adversus, contra.* Matth. XVII, 12. ἀλλ' ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, h. e. pro lubitu male eum tractaverunt. Luc. XXI, 23. καὶ ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ τούτῳ ad imitationem Hebraici ב, ut opinor. Genes. XVI, 12. יָדוֹ בַכֹּל וְיַד כֹּל בּוֹ manus ejus contra omnes et omnium manus contra eum. Ies. XIX, 2. Num. XXI, 7. *Ovid.* Metam. IX, v. 273. *Nepos* Phocion. c. 4. extr. Adde Jon. I, 2. ubi Hebr. מַל respondet, et Judith. VI, 2.

12. *ex, e, subjecti.* Matth. XXII, 37. ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου (ex) animo integerrimo. Deut. VI, 5. בְּכָל־לְבָבְךָ. Joh. XIII, 35. ἐν τούτῳ γνώσονται ex hoc cognoscent. XVI, 30. ἐν τούτῳ πιστεύομεν. Hebr. XIII, 9. ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν ex quibus nullam utilitatem perceperunt. Sirac. XXXIII, 4. loco ἐν *Syrus* habet ⟨ et Arabes عن. Sic ב 2 Sam. XIX, 4. 1 Paral. XXVII, 27. Exempla e Græcis et Latinis Scriptoribus habet *Cuperus* Obss. Lib. II, c. 8. et *Burmannus* ad *Phædr.* Fab. 25.

13. *inter.* Matth. II, 6. non es minima ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα inter clarissima et præcipua Judæ oppida. ibid. XI, 11. ἐν γεννητοῖς γυναικῶν inter ho-

mines. Luc. VII, 16. ἐν ἡμῖν inter nos. Act. VII, 44. ἐν τοῖς πατράσιν ἡμῶν habuerunt inter se majores nostri. Joh. I, 14. ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν habitavit inter nos. Act. IV, 34. ἐνδεὴς ὑπάρχων ἐν αὐτοῖς egenus inter eos et pauper. Rom. I, 6. ἐν οἷς ἔστε καὶ ὑμεῖς in quorum numero vos quoque estis. Sirac. IV, 30. ἐν τοῖς οἰκέταις σου inter domesticos tuos. Tob. III, 4. Sap. V, 5. 2 Regg. XVIII, 5. et nullus eum sequebatur rex similis ei בְּכֹל מַלְכֵי יְהוּדָה inter omnes reges Judæ. Deut. IV, 27. Ezr. I, 3. Alex. etiam pro בְּתוֹךְ ἐν posuerunt Levit. XXVI, 11. *Eurip.* Phœn. v. 1. ἐν ἄστροις οὐρανοῦ inter sidera cœli. ibid. v. 453. *Ælian.* V. H. IX, 4. *Cic.* ad Div. XIII, Ep. 78. "*in* tuis habeas." *Liv.* XXII, 3. "*in* primis Italiæ."

14. *intra*, de *tempore*. Matth. XXVII, 40. ἐν τρισὶν ἡμέραις intra tres dies. Marc. XV, 29. Joh. II, 19. 20. Apoc. XVIII, 10. Huc etiam multi referunt formulam λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, h. e. cogitare animo, agitare, deliberare. Matth. III, 9. etc. 3 Esdr. III, 4. IX, 4. *Ælian.* V. H. I, c. 6. τὰς ἡμέρας τὰς τεσσαράκοντα, ἐν αἷς τὰ ἔγγονα ζῶα γίγνονται. Eodem modo ב Hebræorum *intra* significat et de *loco* æque ac *tempore* usurpatur. Exod. XX, 10. בִּשְׁעָרֶיךָ intra portas tuas. Deut. XXIV, 12. Dan. XI, 20. וּבְיָמִים אֲחָדִים יִשָּׁבֵר et intra paucos dies confringetur.

15. *ad*, cum *numerum*, quo constat aliquid, significat. Act. VII, 14. ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε ad capita septuaginta quinque. Rarior est hæc significatio, cujus nullum aliud exemplum reperire potui. Nec tamen repugnarem, si quis ἐν h. l. per *circiter* interpretari mallet, ut sit idem, quod ἐπί. Apoc. VI, 8.

16. *per*, de *causa efficiente caque principali*. Matth. IX, 34. ejicit dæmonia ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων per principem dæmoniorum. Marc. XII, 36. εἶπεν ἐν τῷ πνεύματι ἁγίῳ. Act. IV, 9. ἐν τίνι οὗτος σέσωσται; per quem ille sanatus sit? ibid. XVII, 28.

17. *per*, *ministerio*, cum *instrumentum* vel *causam meritoriam* exprimit. Matth. XVII, 21. εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ nisi per preces et jejunium. Marc. XIV, 1. ἐν δόλῳ per dolum. Act. XI, 14. ἐν οἷς (scil. ῥήμασι) σωθήσῃ. 1 Cor. XIV, 21. ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω πρὸς ὑμᾶς. Rom. V, 9. δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Hebr. I, 1. *Xenoph.* de Rep. Athen. I, 2. ἐν τῷ κλήρῳ per sortem. *Eurip.* Phœn. v. 825.

18. *per*, de *loco*. Matth. IX, 31. διεφημίσαντο ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ divulgarunt per totam illam regionem. Luc. VII, 17. ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ. Eodem modo ב de transitu, seu motu locali dicitur. 2 Sam. XXIV, 2. discurre nunc בְּכֹל שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל per omnes tribus Israëlis. Jos. II, 18. III, 11. etc.

19. *per*, in *jurando* et *obsecrando*, ut *illud ipsum, per quod aliquis jurat aut alterum obtestatur*, significet. Matth. V, 34. 35. μὴ ὀμόσαι μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ μήτε ἐν τῇ γῇ plane non jurare, nec per cœlum, nec per terram. ib. XXIII, 16. seq. Rom. IX, 1. ἐν Χριστῷ per Christum vobis affirmo. ib. ἐν πνεύματι ἁγίῳ per Deum juro. Ephes. IV, 17. λέγω καὶ μαρτύρομαι ἐν Χριστῷ per Christum vos hortor ac obtestor. 1 Thess. IV, 1. ἐρωτῶμεν ὑμᾶς καὶ παρακαλοῦμεν ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ. Ita ב Ies. LXII, 8. juravit Jehova בִּימִינוֹ per dextram suam. Hos. I, 7. Jos. II, 12. IX, 18.

20. *per*, de *modo* et *circumstantiis aliis*, *objecto* v. c. *et subjecto*. Matth. XIII, 3. XXII, 1. locutus est ἐν παραβολαῖς per parabolas. Joh. XVII, 10. δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. Galat. III, 19. ἐν χειρὶ μεσίτου. Ephes. IV, 14. ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐν τῇ πανουργίᾳ per fraudem et calliditatem hominum. 1 Cor. XIV, 6. *Pindar.* Nem. XI, 22. ἐν λόγοις pro διὰ λόγων.

21. *post*, i. q. μετά. Matth. III, 1. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις post illud tempus. Marc. XIII, 24. ἐν ἐκείναις ταῖς

ἡμέραις, ubi explicationis causa additur: μετὰ τὴν θλῖψιν ταύτην. Act. VIII, 33. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ perpessis malis illis. Luc. XII, 1. ἐν οἷς quibus peractis. Ita ב Exod. II, 23. בַּיָּמִים הָרַבִּים post multos dies. Num. XXVIII, 26. Ies. XVI, 14. LIII, 9. *Eurip.* Phœn. v. 15.

22. *pro, loco, vice*, i. q. ἀντί. Rom. XI, 17. ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς insertus es ramorum exsectorum loco; ubi vide vers. Syriac. Eadem significatione ב apud Hebræos usurpari non memini, nisi locum Deut. XIX, 21. huc referre velis; sed simili modo legitur Genes. XXIX, 18. serviam tibi septem annos בְּרָחֵל pro Rachele, filia tua. Cant. VIII, 7. 2 Sam. XXIV, 24. Siracid. VII, 18. XII, 5. Exempla e Græcis dedit *Zeunius* ad *Vigerum* de Idiotismis Ling. Gr. p. 500. Edit. Glasg. 1813. v. c. *Polyb.* Exc. Leg. 82. λαζεῖν ἐν φέρνῃ Κοίλην Συρίαν accipere dotis loco Cœlen Syriam. Id. in Exc. Peiresc. p. 131. δέχεσθαι ἐν παρακαταθήκῃ υ τάλαντα quadringenta talenta depositi loco accipere.

23. *pro, in commodum*. 1 Thess. V, 12. εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν ut amore et omnis generis cultu prosequamini, qui laborant pro vobis, seu, in commodum vestrum.

24. *propter, ob*, i. q. ἕνεκα. Matth. VI, 7. quod exaudiantur ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν propter prolixas preces suas. Luc. X, 20. ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε propterea ne gaudete. Hanc enim significationem habet ἐν τούτῳ in N. T. ob Hebraismum, ut *propterea* significet, v. c. Act. XXIV, 16. Apud Græcos ἐν τούτῳ *interea, interea dum* significat. Act. VII, 29. ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ ob hoc factum, sc. ob cædem Ægyptii. ibid. v. 41. καὶ ηὐφραίνοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν. Ephes. III, 13. Philipp. I, 8. Coloss. II, 16. Jacob. I, 25. ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ hunc observatio religionis Christianæ felicem reddet. Ita ב Genes. XVIII, 28. בַּחֲמִשָּׁה propter quinque; quod Alex. Jon. I, 14. per ἕνεκεν reddiderunt. Sirac. XI, 2. μὴ αἰνέσεις ἄνδρα ἐν κάλλει αὐτοῦ καὶ μὴ βδελύξῃ ἄνθρωπον ἐν ὁράσει αὐτοῦ. Vide et *Burmann.* ad *Propert.* p. 357. Huc etiam referenda est formula ἐν ᾧ, quæ in N. T. libris, ut Hebraicum בַּאֲשֶׁר Genes. XXXIX, 9. 23. *propterea quod, quia, quatenus, siquidem* significat, i. q. ἐφ' ᾧ, Rom. VIII. 3. ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς imbecillitas legis quippe ab hominum vitiositate repetenda. ibid. II, 1. In aliis N. T. locis ἐν ᾧ *ubi* vel *quum, quando* significat, ita, ut omissum sit χρόνου, non tam ad imitationem Hebr. בַּאֲשֶׁר Judd. V, 27. quam ex ipso linguæ Græcæ usu. Conf. *Viger.* de Idiotismis Ling. Gr. p. m. 497. Edit. Glasg. 1813.

25. *quod attinet ad*, i. q. κατά. Rom. I, 9. ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κ. τ. λ. quod ad religionem Christianam tradendam attinet. Matth. XXIII, 30. ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν. Joh. IV, 37. ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ἀληθινὸς quod enim ad hoc attinet, hac in parte proverbium est verum. 1 Cor. IX, 18. Act. VIII, 21. Rom. II, 20. 1 Cor. III, 18. XI, 22. 1 Macc. XVI, 3. Idem etiam ב significat Ps. XC, 10. בָּהֶם, quod ad illos, sc. annos attinet, et *in* apud Latinos. *Cic.* pro Læl. 6. extr. *Cæsar.* B. G. VII, 21. 1.

26. *secundum, juxta, ad normam, ad similitudinem, pro*, i. q. κατά. Luc. I, 8. ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ secundum ordinem ministerii sacerdotalis. Rom. I, 24. ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις pro κατὰ τὰς ἐπιθυμίας. ibid. III, 26. ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ pro lenitate divina. Ephes. IV, 17. gentiles vivunt ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν secundum vanitatem mentis ipsorum. Coloss. II, 6. ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε ejus exemplo et præceptis convenienter vivite. Hebr. IV, 11. ἐν τῷ αὐτῷ ὑποδείγματι. Joh. III, 21. *Isocr.* Panegyr. c. 10. p. 29. ed. *Mori* ἐν τοῖς νόμοις τοῖς ἡμετέροις τὰς κρίσεις ἐποιήσαντο. ב eodem modo legitur Genes. I, 26. Esther. I, 12. 1 Paral. XXI, 19.

27. interdum in N. T. ut apud He-

bræos ב essentiæ grammaticis dictum *nominativi, genitivi, accusativi, dativi* et *ablativi* nota reperitur et plane abundat. *Nota nominativi* est Joh. IX, 30. ἐν τούτῳ θαυμαστὸν mirum hoc sane est, pro τοῦτο θαυμαστόν. Sirac. XI, 22. ἐν μισθῷ εὐσεβοῦς, pro ὁ μισθὸς εὐσεβοῦς. ib. XIX, 7. ἐν ἐλαττώσει, pro ἐλάττωσις. Exod. XXXII, 22. כִּי בָרָע הוּא quod malus ille. 1 Regg. XIII, 34. Hos. XIII, 9. בְּעֶזְרֶךָ auxilium tuum.—*Genitivum* explet Rom. XVI, 7. ἐν Χριστῷ pro τοῦ Χριστοῦ. 1 Cor. II, 6. ἐν τοῖς τελείοις perfectorum. 2 Cor. XII, 2. Gal. I, 22. coll. Rom. XVI, 16. Exod. XXII, 28. נָשִׂיא בְעַמְּךָ principem populi tui. Num. IX, 3. Nehem. VIII, 8.—*Dativum* exprimit Ephes. II, 21. ναὸς ἅγιος ἐν Κυρίῳ templum Deo sacrum. Coloss. I, 2. ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς ἐν Χριστῷ. coll. Act. XVI, 15. Marc. I, 15. πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, coll. Joh. II, 22. Joh. XI, 10. ἐν αὐτῷ ipsi. Act. IV, 12. ἐν ἀνθρώποις hominibus. 1 Cor. IX, 15. XIV, 11. 2 Cor. IV, 3. VIII, 1. Gen. II, 24. וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ et adhærebit uxori suæ. Deut. XV, 2. בְּרֵעֵהוּ proximo suo. 1 Sam. XII, 3. — *Accusativum* explet Matth. X, 32. ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ quicunque confitebitur me. Act. XV, 7. ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο nos elegit. Judith. VI, 12. 3 Esdr. I, 51. Ies. XLIV, 1. 2. בְּחַרְתִּי בּוֹ. Galat. VI, 6. Genes. XXV, 26. et manus ejus prehendit בַּעֲקֵב calcaneum Esaui. Eccles. V, 9. בְּהָמוֹן multitudinem. Esther. V, 2.—*Ablativum* exprimit Matth. III, 11. βαπτίζω ἐν ὕδατι baptizo aqua, coll. Luc. III, 16. Matth. V, 13. ἐν τίνι ἁλισθήσεται; ibid. VII, 2. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε. Rom. X, 9. ἐν τῷ στόματι— ἐν τῇ καρδίᾳ σου. Ephes. I, 3. seq. Nehem. IX, 4. בְּקוֹל גָּדוֹל voce magna. Job. XVIII, 8. Jerem. XIV, 12. *Aristoph.* Vesp. v. 419.

28. interdum deficit. Jacob. V, 10. τῷ ὀνόματι pro ἐν τῷ ὀνόματι, uti et legitur in quibusdam codicibus. Matth. VII, 22. οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν; nonne in nomine tuo vaticinati sumus? Act. I, 19. τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν. Rom. XIII, 13. μὴ κώμοις καὶ μέθαις non in comessationibus et ebrietatibus. Sic etiam deficit in παῤῥησίᾳ, ἰδίᾳ, de quibus vide suis locis. *Xenoph.* de Rep. Athen. I, 5. πάσῃ γῇ. Vid. *Lamb. Bos.* Ellips. p. 494. *Obss. Miscell. Amstelod.* Vol. III, p. 419. et *Gottleber.* ad *Platon.* Menexen. c. 10. p. 39.

29. periphrasin facit *adjectivorum.* Luc. IV, 32. λόγος ἐν ἐξουσίᾳ oratio potens. 1 Cor. II, 7. ἡ σοφία ἐν μυστηρίῳ pro μυστικὴ sapientia abscondita. 1 Tim. II, 7. διδάσκαλος ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ doctor fidelis et veritatis studiosus. ibid. III, 4. τέκνα ἐν ὑποταγῇ, scil. ὄντα, filios obedientes. Tit. III, 5. ἔργων ἐν δικαιοσύνῃ recte factorum. 2 Petr. II, 7. ἀναστροφὴ ἐν ἀσελγείᾳ lasciva vivendi ratio. ibid. v. 13. τὴν ἐν ἡμέρᾳ (sc. ἑκάστῃ) τρυφὴν delicias quotidianas. Sap. III, 13. Sirac. III, 11. Eodem modo ב cum nominibus adjectiva circumscribit. Exod. I, 14. עֲבוֹדָה בַּשָּׂדֶה. 1 Paral. XXVI, 24. Ies. LVI, 9. etc. *Ælian. V. H.* X, 11. ἐν καλῷ ἐστι bonum est.

30. Substantivum huic præpositioni additum interdum pro *adverbio* ponitur. Matth. XXII, 16. ἐν ἀληθείᾳ vere. Joh. VII, 10. ἐν κρυπτῷ clam. Act. XVII, 31. ἐν δικαιοσύνῃ juste et æque. ibid. XXVI, 7. ἐν ἐκτενείᾳ, pro ἐκτενῶς, assidue. Coloss. IV, 5. ἐν σοφίᾳ sapienter. Hebr. XI, 19. ἐν παραβολῇ, pro παραβόλως, præter omnem spem et expectationem. Jacob. I, 21. ἐν πραΰτητι leniter, mansuete. Apoc. XVIII, 2. ἐν ἰσχύϊ firmiter, robuste etc. Sap. XI, 9. Exod. I, 13. 14. בְּפָרֶךְ crudeliter. ibid. XII, 11. בְּחִפָּזוֹן festinanter. Ps. LXXXIV, 11. CXXXVI, 5. 2 Paral. XXI, 20. οὐκ ἐν ἐπαίνῳ non laudabiliter. Eccles. I, 13. ἐν σοφίᾳ sapienter. *Herodot.* I, c. 26. ἐν μέρει sigillatim. *Pindar. Olymp.* VII, 126. ἐν ἀληθείᾳ,

pro ἀληθῶς. ib. X, 74. ἐν δόξᾳ, pro ἐνδόξως. Alia exempla collegit post *Heisenium* in *Novis Hypothes.* ad *Ep. Jacobi* p. 638. *Fischerus* in Partic. III. *Platonis Cratyli Gr. et Lat. Annotatt. Critt. et Philol. illustrati* (Lips. 1793. 4.) p. 5.

31. *sub.* Rom. II, 12. ὅσοι ἐν νόμῳ, sc. ὄντες, ἥμαρτον quotquot sub legis imperio viventes peccarunt. Exempla e Græcis collegit *Vigerus* in l. l. p. m. 585. —

ב) Verbo præmissa infinito, seu infinitivo, quod in tempus finitum resolvi potest, illud in tempus finitum resolvit et significat

1. *postquam.* Luc. IX, 36. ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν audita voce illa. ibid. XI, 37. ἐν δὲ τῷ λαλῆσαι postquam finem dicendi fecerat. ibid. XIV, 1. ἐν τῷ ἐλθεῖν. XIX, 15. ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτόν. Sirac. XXXII, 24. καὶ ἐν τῷ ποιῆσαι, *Vulgatus: post factum.* Hebraicum בְּ etiam ita sumi, notum est. Sufficiat locus Jos. V, 4. mortui sunt in itinere per desertum בְּצֵאתָם מִמִּצְרַיִם postquam exiissent ex Ægypto.

2. *quum*, i. q. ὅτε. Luc. I, 8. ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν quum sacris operaretur. ibid. II, 6. V, 1. ἐν τῷ ἐπικεῖσθαι αὐτῷ τὸν ὄχλον cum immineret ipsi populus, seu, urgeret ipsum. Galat. IV, 18. ἐν τῷ παρεῖναί με. Ps. LI, 2. בְּבוֹא cum veniret ad illum. ib. CII, 22. בְּהִקָּבֵץ quum congregarentur. Alia exempla e Veteri pariter ac Novo Test. collegit *Vorstius* in *Philol. Sacr.* c. 32. p. 595. seq.

3. *dum, interea dum.* Matth. XIII, 4. ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν at dum sereret, vel, inter serendum.

4. *quod, propterea quod, quia.* Luc. I, 21. ἐθαύμαζον ἐν τῷ χρονίζειν αὐτὸν mirabantur, quod diutius in templo morabatur. Act. VIII, 6. ἐν τῷ ἀκούειν αὐτὸν quia audiebant. 2 Paral. XVI, 7. בְּהִשָּׁעַנְךָ quia innixus es. ibid. XXVIII, 6. בְּעָזְבָם eo quod reliquissent.

5. *si.* Act. III, 26. ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν si convertat se unusquisque vestrum a pravitatibus suis. *Syrus* eleganter per ⟨ *si* exprimit præpositionem.

ג) In compositione (ubi ν sequente consonante haud raro in μ mutatur, quod si vocalis vero intercedit, redit) nativam suam significationem (*in*) fere semper retinet, interdum tamen significationem suam intendit. De reliquis significationibus, quæ huic particulæ in compositis verbis fere sunt subjectæ, eleganter exposuit *Zeunius* ad *Vigerum* l. l. p. 593.

ΈΝΑΓΚΑΛΙΖΟΜΑΙ, fut. ἰσομαι, *in ulnas recipio, in ulnis gesto, amplector.* (ab ἐν et ἀγκάλη *ulna.*) In N. T. bis tantum legitur. Marc. IX, 36. καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ eoque in ulnas recepto, dixit, coll. Luc. II, 28. ἐδέξατο αὐτὸν εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ. Marc. X, 16. καὶ ἐγκαλισάμενος αὐτά. Usos esse etiam profanos auctores (v. c. *Diod. Sic.* III, 58. *Heliodor.* VII. p. 312. *Alciphron.* II. Ep. 4.) hac voce, *Elsnerus* docuit in *Obss. Sac.* T. I. p. 152.

ΈΝΑΊΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, vel ΈΝΑΊΟΣ, ία, ον, pro quo etiam εἰνάλιος scriptum reperitur, dupliciter usurpatur apud Græcos. Dicitur

1. *maritimus, mari adjacens. Eurip. Phœn.* v. 6. ἐκλιπὼν Φοίνισσαν ἐναλίαν χθόνα. *Schol.* ἀντὶ τοῦ παραλίαν: ubi videndus *Valckenarius.*

2. *marinus, qui est in mari et vivit.* (ab ἐν et ἅλς, ἁλὸς, *mare.*) Τὰ ἐνάλια *pisces, ceti, et belluæ marinæ.* In N. T. tantum occurrit Jacob. III, 7. πᾶσα φύσις ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων, sc. ζώων, omne genus reptilium et marinorum. *Vulgatus: cæterorum,* e vitio typographico, ut opinor, nam necessario reponendum est *cetorum. Aristoph. Thesmoph.* 333. *Homer. Od.* V, 67. *Plutarch.* T. X. p. 5. ed. *Reiske.* Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 671. *Hesych.* ἐνάλια· τὰ θαλάττια.

ΈΝΑΝΤΙ, *coram, ante.* Adverbium genitivum regens, ex ἐν et ἀντὶ *pro, contra, adversus.* Semel legitur

in N. T. Luc. I, 8. ἔναντι τοῦ Θεοῦ coram Deo. Respondet in vers. Alex. Hebr. לִפְנֵי, Exod. VI, 12. בְּעֵינֵי, Genes. XXXVIII, 7. et לְנֶגֶד, Job. XVI, 21.

ΈΝΑΝΤΙ'ΟΝ. Adverbium, notans idem quod ἔναντι, ab ἐναντίος, quod vide. Construitur cum genitivo.

1. *coram, in conspectu.* Marc. II, 12. ἐναντίον πάντων coram omnibus. Luc. XX, 26. ἐναντίον τοῦ λαοῦ præsente populo. *Xenoph. Œconom.* III, 1. Alex. pro לִפְנֵי, Genes. VI, 11. 13. VII, 1. בְּעֵינֵי, ibid. VI, 8. XVI, 4. 5. et נֶגֶד, ibid. XXXI, 32. XLVII, 15. *Hesych.* ἐναντίον· ἐνώπιον.

2. *apud.* Act. VII, 10. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ χάριν καὶ σοφίαν ἐναντίον Φαραὼ et effecit, ut gratiosus esset sapientia apud Pharaonem. Luc. XXIV, 19. ἐναντίον τοῦ Θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ judice Deo et universo populo, seu, Deo totique populo probatissimus. Conf. infra sub ἐνώπιον.

3. *contra, adversus.* Act. VIII, 32. καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος utque agnus contra tonsorem suum ne vocem quidem emittit. Eodem modo לְנֶגֶד pro *contra.* Habac. I, 3. Prov. XXI, 30. Dan. X, 13.

ΈΝΑΝΤΙ'ΟΣ, α, ον. Construitur vel cum dativo vel cum accusativo, intercedente præpositione πρός.

1. proprie: *ex adverso positus, adversus alteri qua locum et situm, contrarius, oppositus,* ex ἐν et ἀντίος *adversus.* Marc. XV, 39. Centurio ὁ παρεστηκὼς ἐξ ἐναντίας, sc. χώρας, αὐτοῦ qui Christo, cruci affixo, ex adverso stabat. Num. II, 2. παρεμβαλλέτωσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐναντίοι. 1 Sam. XIII, 5. ἐξ ἐναντίας. *Thucyd.* IV, 33. ἐξ ἐναντίας — ἐκ πλαγίου a fronte — a latere. Hinc ἐναντίος κατ' ἐξοχὴν de *ventis* dicitur, *qui navigantibus adversum tenent.* Matth. XIV, 24. ἦν γὰρ ἐναντίος ὁ ἄνεμος contrarius enim ventus erat. Marc. VI, 48. Act. XXVII, 4. διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους εἶναι ἐναντίους. *Xenoph.* de *Rep. Laced.* XI, 8. ἐκ τοῦ ἐναντίου ib. §. 10.

2. *hostis, qui est hostili animo, adversarius.* 1 Thess. II, 15. καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων apud quos est adversus omnes alios hostile odium, coll. *Tacit. Hist.* V, 5. Tit. II, 8. ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ ut adversarii pudore afficiantur. (Formula ὁ ἐξ ἐναντίας apud Græcos vulgo notat *eum, qui contrariam sententiam fovet ac tuetur,* ita, ut omissum sit γνώμης. v. c. *Diog. Laërt.* I, 84. *Sext. Empir. adv. Phys.* I, 66. II, 69.) *Xenoph.* de *Rep. Laced.* XIII, 6. Idem de *Rep. Athen.* I, 16. *Hesych.* ἐναντίοι· ἀλλήλοις ἐρίζοντες πρὸς ἀλλήλους. Idem *Schol.* ad *Homer. Il.* λ'. v. 67. Hinc τὸ ἐναντίον dicitur, *quod aliquem lædit et offendit et omnibus modis impugnat,* Act. XXVI, 9. πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι multa moliri contra religionem Christianam. ibid. XXVIII, 17. οὐδὲν ἐναντίον ποιήσας τῷ λαῷ ἢ τοῖς ἔθεσι τοῖς πατρῴοις nihil contra populum et patria instituta commisi. Ezech. XVIII, 18. ἐναντία ἐποίησεν ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ μου. Nahum. I, 11. βουλευόμενος ἐναντία. Prov. XIV, 7. Ezech. XVII, 15.

ΈΝΑ'ΡΧΟΜΑΙ, fut. ξομαι, *incipio, inchoo, auspicor,* ab ἐν et ἄρχομαι idem. Opponitur τῷ ἐπιτελέω. Galat. III, 3. ἐναρξάμενοι πνεύματι initium a perfectiore doctrina Christiana fecistis. Philipp. I, 6. ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν qui incepit in vobis opus bonum. Sæpius non legitur in N. T. Alex. pro הָחֵל Deut. II, 24. 25. 31. adhibuerunt. Adde *Plutarch. Cicer.* p. 878. E. T. II. Opp. p. 199. et 640. T. IV. p. 815. ed. *Reiske.*

ΈΝΑΤΟΣ, vid. ΈΝΝΑΤΟΣ.

ΈΝΔΕΗΣ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, *indigus, egenus, inops, pauper,* ab ἐν et δέω *egeo, opus habeo.* Legitur semel in N. T. Act. IV, 34. οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν neque enim inops inter eos reperiebatur. *Hesych.* ἐνδεεῖ· χρείαν ἔχοντι, πτωχῷ.

ΈΝΔΕΙΓΜΑ, ατος, τὸ, *argumentum, ex quo aliquid certo et tuto colligitur, judicium manifestum, documentum certum,* ab ἐνδείκνυμι. Legitur in N. T. modo 2 Thess. I, 5. ubi calamitates,

quas Judæorum invidia perferebant Thessalonicenses, ἔνδειγμα vocantur τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ, h. e. argumentum firmum, unde colligi tuto possit, aliquando Deum gravissimas pœnas ab adversariis religionis Christianæ sumturum, et Christianos oppressos felicitatis æternæ præmio ornaturum esse. *Alberti Gloss. Gr.* p. 148. ἔνδειγμα· ἐπίδειξις. *Hesych.* ἀπόδειξις.

ΕΝΔΕΙΚΝΥΜΙ, vel ΕΝΔΕΙΚΝΥΩ, fut. δείξω. Medium ἐνδείκνυμαι,

1. *indico, ostendo, notum facio, patefacio, evidenter et perspicue demonstro, documentum do, probo, ita, ut appareat omnibus et negari nequeat*, ab ἐν et δείκνυμι *ostendo*. Rom. II, 15. ἐνδείκνυνται eo ipso demonstrant et declarant. ibid. IX, 17. ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου ut tu sis exemplum potentiæ meæ, coll. Exod. IX, 17. Rom. IX, 22. 2 Cor. VIII, 24. Ephes. II, 7. 1 Tim. I, 16. Tit. II, 10. πίστιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθήν. ibid. III, 2. Hebr. VI, 10. ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ quam satis probastis, religionis Christianæ præceptis docti. ib. v. 11. Sapient. XII, 17. 2 Macc. IX, 8. *Æschin.* Dial. III, 2. νῦν ὁ καιρὸς ἐνδείξασθαι τὴν ἀεὶ θρυλλουμένην πρός σου σοφίαν. *Ælian. V. H.* XIV, 5. ἐνδειξάμενοι, ὅτι ἄξιοι λόγου εἰσίν. *Herodian.* II, 10. 19. *Joseph. A. J.* VII, 9. 5.

2. *re ipsa præsto, exhibeo, facio, patro.* 2 Tim. IV, 14. πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο multa mihi mala intulit, multis me injuriis affecit. Genes. L. 15. et 17. ὅτι πονηρά σοι ἐνεδείξαντο, ubi Hebraico גָּמַל respondet. Eodem sensu ἀποδείκνυμι et δείκνυμι usurpatur.

ΕΝΔΕΙΞΙΣ, εως, ἡ, 1. *demonstratio, (cum aliquid digitis monstratur. Polyb.* III, 38. 5. ubi vid. *Schweighæuser.*) *ostensio, declaratio*, ab ἐνδείκνυμι. Rom. III, 25. εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, pro ὅπως ἐνδείξηται τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, ut abunde demonstraret benignitatem suam. ibid. v. 26. *Philo* de *Opif. Mundi* T. I, p. 9. 50. et p. 20. A. ed. *Mangey.* De indicio s. delatione reorum legitur apud *Plutarch.* T. IX. p. 319. ubi vid. *Reiske.*

2. *ipsum argumentum et signum, ex quo aliquid tuto ac certo colligi potest, specimen, documentum*, i. q. ἔνδειγμα. 2 Cor. VIII, 24. τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἀγάπης ὑμῶν, καὶ ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ ὑμῶν εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε idonea illis amoris vestri documenta exhibete atque adeo demonstrate, laudem meam de vobis esse verissimam. Philipp. I, 28. ἥτις αὐτοῖς μέν ἐστιν ἔνδειξις ἀπωλείας, ὑμῖν δὲ σωτηρίας calamitates, quibus vos afficiunt, argumento sunt, quod a Deo ipsis pœnæ gravissimæ, vobis autem insignia præmia sint destinata. Sæpius non legitur in N. T. *Phavor.* ἔνδειξις· φανέρωσις.

ΕΝΔΕΚΑ, οἱ, αἱ, τὰ, *undecim*, ἄκλιτον, ab ἕν et δέκα *decem*. Οἱ ἕνδεκα in N. T. κατ' ἐξοχὴν *undecim discipuli Christi* dicuntur elliptice pro οἱ ἕνδεκα μαθηταί. Matth. XXVIII, 16. Marc. XVI, 14. Luc. XXIV, 9. 33. Act. I, 26. II, 14.

ΕΝΔΕΚΑΤΟΣ, άτη, ον, *undecimus*, ab ἕνδεκα. Matth. XX, 6. 9. Apoc. XXI, 20.

ΕΝΔΕΧΟΜΑΙ, fut. ἔξομαι, *admitto, recipio*, etiam *accipio, audio, fidem habeo*, ab ἐν et δέχομαι *capio*. *Suid.* ἐνδέξασθαι· παραλαβεῖν, ἀκροάσασθαι.—ἐνδέχεσθαι· παραδέχεσθαι, πείθεσθαι. Hinc ἐνδέχεται impersonale *fieri potest*, (*Xenoph. Mem.* I, 2. 22. IV, 7. 9.) *usu venit, fieri solet, contingit*. Subintelligitur vero χρῆμα, ut sit χρῆμα ἐνδέχεται *res* vel *usus admittit*, seu *capit*; et τὰ ἐνδεχόμενα dicuntur apud Græcos, *quæ sunt contingentia et plerumque fieri solent*, et opponitur τοῖς ἀναγκαίοις—interdum etiam, *quæ fieri possunt*, v. c. apud *Xenoph. Mem.* III, 9. 1. 2 Macc. XI, 18. ἃ δὲ ἦν ἐνδεχόμενα συνεχώρησεν. In N. T. semel legitur Luc. XIII, 33. ὅτι οὐκ ἐνδέχεται (i. q. cap. XVII, 1. ἀνένδεκτόν ἐστι) προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλὴμ non facile fieri solet, ut propheta extra Hierosolymam moriatur. *Thom. M. Eclog.* p. 306. οὐ μόνον ἐνδέχεται ἀντὶ

τοῦ ἐνδεχόμενόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τοῦ εὐμενῶς δέχεται, καὶ ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς δέχεται: ubi vide interpretes. Vide et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 749.

ἘΝΔΗΜΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *in populo meo sum, domi maneo, in patria versor, inquilinus sum, non peregrinor,* et opponitur τῷ ἐκδημέω. (ex ἐν et δῆμος *populus.*) *Phavor.* ἐνδημῶ καὶ ἐπιδημῶ τὸ αὐτό. οἷς ἐναντίον τὸ ἀποδημῶ καὶ ἐκδημῶ. Ἔνδημος ab *Hesychio* opponitur τῷ ξένῳ et a *Polluce* τῷ ἐκδήμῳ.

2. metaphorice: *sum et versor perpetuo in aliquo loco.* 2 Cor. V, 6. ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι cum vivamus in hoc corpore, ib. V, 9. εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες sive vivamus in hoc corpore, sive ex eo migremus et moriamur. ibid. v. 8. ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον et perpetuo cum Christo vivere. Sæpius non legitur in N. T. Conf. supra ad ἐκδημέω dicta, et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 190.

ἘΝΔΙΑΎΣΚΩ et ἘΝΔΙΑΎΣΚΟΜΑΙ, per reduplicationem pro ἐνδύω vel ἔνδυμι *induo,* ab ἐν et δύω, quod per ἐνδύσασθαι ἱμάτιον explicat auctor *Etym. M.* et deducit a δέω *ligo,* uti fit a χέω χύω, ligari enim ἐσθῆτι hominem, ut adeo, quæ est summa linguæ Græcæ ubertas, quatuor verbis ejusdem originis utantur ad unam eandemque rem significandam. In N. T. bis tantum legitur Luc. VIII, 27. καὶ ἱμάτιον οὐκ ἐνεδιδύσκετο nec vestem induebat: alii *passive:* nec vestiri se patiebatur. ibid. XVI, 19. καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον et induebat purpuram et byssum. Alexandrini usi fuerunt hac voce pro לָבַשׁ, 2 Sam. I, 24. cui opponitur ἐνδιδύσκω apud eosdem Nehem. IV, 23. pro Hebr. פָּשַׁט.

Ἔ́ΝΔΙΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *justus, æquo consentaneus, juri conveniens,* ex ἐν, quod in compositis haud raro *convenientiam* significat, (v. c. ἔννομος *legitimus,* ἔμμετρος *justam magnitudinem habens*) et δίκη *jus,* quasi ἐν δίκῃ ὤν, seu δίκαιος. Bis tantum legitur in N. T. Rom. III, 8. ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι quorum pœna justa non cessabit. Hebr. II, 2. πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν justam delicto convenientem pœnam. *Hesych.* ἔνδικον· ἀληθὲς, δίκαιον, ἄξιον. *Suid.* δίκης ἄξιον, δίκαιον. *Alb. Gloss. Gr.* p. 96. ἔνδικον· δίκαιον. Idem tradit *Schol.* ad *Eurip. Phœn.* v. 482 et 509. *Anthol.* IV, 12. 71. Nemesis ἔνδικος ἰδρυνθεῖσα θεά. Adverbium ἐνδίκως *jure meritoque* reperitur apud *Aristoph.* in *Nub.* v. 1382.

ἘΝΔΟΜΗΣΙΣ, εως, ἡ, *structura, pila, moles erecta ad mœnia fulcienda et firmanda,* ab ἐνδομέω, verbo inusitato, quod est ex ἐν et δομέω, sive δέμω, *struo, exstruo.* Semel legitur in N. T. Apoc. XXI, 18. καὶ ἦν ἡ ἐνδόμησις τοῦ τείχους αὐτῆς ἴασπις et erat structura muri ejus ex jaspide lapide, h. e. invicta et impenetrabilis. Significat ἐνδόμησις etiam omne, quod fundamento superstructum est, v. c. apud *Josephum A. J.* XV, 9. 6.

ἘΝΔΟΞΆΖΩ, fut. άσω, *gloria et honore condecoro, felicitate orno, glorifico, gloriose celebro et deprædico,* ab ἐν et δοξάζω *honoro, glorifico.* Bis tantum legitur in N. T. et quidem in passiva forma. 2 Thess. I, 10. ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, h. e. quum venerit, ut æterna felicitate in suum honorem ornet veros Christianos; nam ἐνδοξάζεσθαι ἔν τινι significat: *ex alicujus sive felicitate sive miseria laudem sibi et gloriam parare, efficere, ut alii nos venerentur, laudent et celebrent, quia alterius sive felicitatis sive miseriæ auctores sumus.* Exod. XIV, 4. וְאִכָּבְדָה בְּפַרְעֹה. Ezech. XXVIII, 22. 2 Thess. I, 12. ὅπως ἐνδοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ὑμῖν ut Christus aliquando ex æterna vestra felicitate laudem sibi et gloriam paret.

Ἔ́ΝΔΟΞΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, in universum dicitur ὁ ὢν ἐν δόξᾳ, nam ἐν in compositis sæpe idem valet, quod significat extra compositionem cum casu suo, ut v. c. ἔντιμος, ὁ ἐν τιμῇ ὤν. Sed pro diversa vocabuli δόξα notione

etiam derivatum ἔνδοξος admodum varie sumitur.

1. *nitens, pulcher, splendidus, magnificus.* Luc. VII, 25. οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ ὑπάρχοντες qui vestibus splendidis utuntur. Ies. XXII, 17. τὸν στέφανόν σου τὸν ἔνδοξον. Ps. XLIV, (XLV,) 13.

2. *illustris, honoratus, qui est magni nominis, insigni auctoritate et dignitate præditus, clarus, nobilis.* 1 Cor. IV, 10. ὑμεῖς ἔνδοξοι, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι vos magni nominis et illustres estis, nos vero ignobiles et contempti. Sic פְּרָתְמִים *principes et magnates in aula regis.* Esther. I, 3. ἔνδοξοι ab Alex. vocantur. Ies. XXIII, 8. ἔνδοξοι τῆς γῆς. Hist. Susann. v. 5. διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐνδοξότερον πάντων quod omnes dignitate antecellebat. *Xenoph. Mem.* I, 2, 56. *Herodian.* I, 6, 17. οἱ πρὸ σοῦ Ῥωμαῖοι μεγάλοι τε καὶ ἔνδοξοι γεγόνασι. *Ælian. V. H.* II, 11.

2. τὰ ἔνδοξα, sc. ἔργα, *præclara et insignia facta, miracula, quatenus sunt majestatis divinæ signa.* Luc. XIII, 17. καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἔχαιρεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτοῦ populus autem tot miraculis insignibus ab eo patratis gaudebat. Exod. XXXIV, 10. ποιήσω ἔνδοξα (Hebr. נִפְלָאוֹת), ἃ οὐ γέγονεν. Job. XXXIV, 24. ἔνδοξα καὶ ἐξαίσια. Ies. XII, 4. ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔνδοξα αὐτοῦ.

4. metaphorice: *a sordibus vitiorum liber, virtutis et sanctitatis studiosus.* Ephes. V, 27. ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον τὴν ἐκκλησίαν ut compararet et redderet sibi cœtum hominum, a quibusvis vitiorum sordibus liberorum, ubi ἔνδοξος quidem cum cæteris, μὴ ἔχουσα σπίλον, ἅγιος, ἄμωμος, mere synonymum est; negari tamen non potest, imaginem desumtam esse a sponsa, quæ vestibus splendidis ornata jungitur sponso. *Thom. M.* sub voce ἐπίδοξος p. 342. rejecit hanc vocem, tanquam minus atticam; sed contrarium docuerunt interpretes ad l. l.

Ἔνδυμα, ατος, τὸ, 1. proprie est *omne indumentum et vestimentum*, et respondet Hebr. לְבוּשׁ, ab ἐνδύω *induo.* Matth. VI, 25. καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος; nonne corpus pluris est quam amictus? ibid. v. 28. καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε; de amictu vero quid animo sollicito estis? Luc. XII, 23.

2. speciatim: *pallium, vestis superior*, quod alias ἱμάτιον vocatur. Matth. III, 4. εἶχε ἔνδυμα indutus erat, seu, veste superiore utebatur, coll. Marc. I, 6. Matth. VII, 15. ἐν ἐνδύμασι προβάτων. Cf. infra sub πρόβατον. ibid. XXII, 11. 12. ἔνδυμα γάμου, pro γαμικὸν, vestis nuptialis. ibid. XXVIII, 3. Alex. τὸ לְבוּשׁ sæpe per ἱμάτιον reddiderunt. Job. XXIV, 7. Ps. CIV, 6. Ies. LXIII, 8.

Ἐνδυναμόω, ῶ, fut. ώσω, 1. *corroboro, validum, firmum et robustum reddo, vires corporis augeo, valetudinem stabilio.* Ἐνδυναμόομαι *convalesco, valetudinem recipio.* Sic legitur in N. T. Hebr. XI, 34. ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας a morbis gravissimis convaluerunt. Eodem modo ἰσχύειν pro *convalescere* usurpatur a *Xenoph. Hist. Gr.* VI, c. 4. 18. ἐκ τῆς ἀσθενείας οὔπω ἴσχυεν, et ἐνισχύειν pro *valetudinem reddere* reperitur aliquoties in versione Alex.

2. *instruo animum facultate faciendi aut perferendi aliquid, vires animi suppedito et largior.* Philipp. IV, 13. πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με omnia præstare possum Christi auxilio adjutus. 1 Tim. I, 12. τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Christo, qui me idoneis viribus instruxit. 2 Tim. IV, 17. Hinc passivum ἐνδυναμοῦσθαι notat *novas vires animi sumere, corroborari, vires colligere.* Ephes. VI, 10. ἐνδυναμοῦσθε ἐν Κυρίῳ καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ utamini virtute Christi ejusque potentissimo auxilio.

3. *constantem reddo, confirmo in aliqua re*, et ἐνδυναμοῦσθαι *confirmari, constantem reddi.* Act. IX, 22. Σαῦλος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο Saulus magis

confirmatus, nempe τῷ λόγῳ. Rom. IV, 20. ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει sed certissimam spem fovebat et fiduciam. Eodem sensu ἐνδυναμοῦσθαι absolute positum, omissa voce τῇ πίστει, adhibetur in vers. Alex. Ps. LII, 7. ubi cum ἐπελπίζειν permutatur.

ΈΝΔΥΝΩ, vel ΈΝΔΥΩ, fut. ύσω, *penetro in aliquem locum, subeo, ingredior*, et fere in malam partem adhibetur de *iis, qui clam et fallaciter irrepunt et insinuant se*, ita, ut simul *astutiæ, audaciæ* et *impudentiæ* notio in hac voce lateat. (ab ἐν et δύω, δύνω vel δῦμι *subeo.*) Semel legitur in N. T. de falsis doctoribus 2 Tim. III, 6. ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας per domos reptantes. *Hesych.* ἐνδῦναι· εἰσδῦναι, εἰσελθεῖν. Inde substantivum ἔνδυσις, quod *Hesychius* per κατάδυσις interpretatur. Καταδύσεις autem sunt, eodem *Hesychio* teste, οἱ λάθροι τόποι καὶ βαθεῖς.

ΈΝΔΥΣΙΣ, εως, ἡ, *vestitus, amictus*, et non tantum de vestibus proprie sic dictis, sed etiam de omnibus ornamentis corporis adhibetur. Est verbale a secunda pers. perf. passivi ἐνδέδυσαι, verbi ἐνδύω *induo*. Sic legitur in N. T. 1 Petr. III, 3. ἧ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος aut in ornatu vestium, quibus corpus induitur.

ΈΝΔΥΩ, fut. ύσω, 1. proprie: *induo vestimentum alteri, vestio alterum*. Medium contra ἐνδύομαι *me ipse induo, mihi ipse vestem induo.* (ab ἐν et δύω idem.) Marc. XV, 17. καὶ ἐνδύουσι αὐτὸν πορφύραν et induunt illum purpura. ib. v. 20. καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια. Luc. XII, 22. μηδὲ τῷ σώματι, τί ἐνδύσησθε neque corpori, quid vobis induatis. Matth. XXII, 11. οὐκ ἐνδεδυμένον ἔνδυμα γάμου. Eadem ratione *Ælian. V. H.* VII, 10. ἐπεὶ οὐκ ἠβούλετο τὸ ἐκείνου ἱμάτιον ἐνδύσασθαι. Vid. ad h. l. *Perizonium.*

2. metaphorice: *instruo me, ornor, afficior et præditus sum aliqua re, utor.* Luc. XXIV, 49. ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους donec instruamini virtute divina. Rom. XIII, 12. ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς et sumamus sensus, quos postulat religio Christiana, seu, factis studeamus, religioni Christianæ convenientibus. Ephes. VI, 11. ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ instruatis vos, seu, utamini viribus omnis generis, quas Deus suppeditat. Coloss. III, 12. ἐνδύσασθε οὖν σπλάγχνα οἰκτιρμῶν assuefacite igitur vos misericordiæ. 1 Cor. XV, 53. δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν nam nos corpore hoc interituro instructi debemus accipere corpus interitus expers. Usurpatur hoc modo ipsum verbum Hebraicum לָבַשׁ, Ies. LI, 9. לִבְשִׁי־עֹז utere virtute tua. ibid. LXI, 10. et aliis in locis, quæ collegit *Vorstius* de *Hebraismis N. T.* c. 5. p. 157. Simili metaphora *Homerus* dixit δύειν ἀλκὴν *Il.* VIII, 36. ubi vid. *Eustathius.*

3. ἐνδύω τινὰ partim *is* dicitur, *qui aliquem doctorem sequitur, qui alterum imitatur eique similis fieri conatur*, partim vero *ei* tribuitur, *qui arctissimis cum aliquo conjungitur vinculis.* Galat. III, 27. ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε quotquot in Christum baptizati estis, arctissimis cum eo conjuncti estis vinculis, i. q. v. 26. υἱοὶ Θεοῦ ἔστε. Rom. XIII, 14. ἐνδύσασθε τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν imitamini sensus et animum Domini nostri J. C. Rarior est hic loquendi usus apud exteros Scriptt. non tamen omni auctoritate destitutus. Sic v. c. *Dion. Halic. Archæol.* XI. p. 689. τὸν Ταρκύνιον ἐκεῖνον ἐνδυόμενοι, h. e. naturam et mores Tarquinii imitamini. Contrarium ἀποδύεσθαι apud *Lucian.* in *Gall.* 19. ἀποδυσάμενος τὸν Πυθαγόραν. Eodem modo in Scriptoribus exteris sæpe legitur, *Platonem Pythagorem induere*, h. e. *fieri discipulum Pythagoræ et Platonis, se conformare ad ejus exemplum. Tacit. Annal.* XIV, 52. XVI, 28.

4. ἐνδύεσθαι *corpore instrui.* 2 Cor. V, 3. εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα si quidem accipiemus aliquando novum corpus, nec plane nudi erimus. *Chrysost. Homil.* X. in Ep. II.

ad Cor. ἐνδυσάμενοι, τουτέστιν ἀφθαρσίαν καὶ σῶμα ἄφθαρτον λαβόντες. Sed lectio ipsa mihi admodum suspecta est, et loco ἐνδυσάμενοι ἐκδυσάμενοι reponendum esse videtur Vid. supra sub ἐκδύω.

ΕΝΕΓΚΩ, vid. infra sub ΦΕΡΩ.

ΕΝΕΔΡΑ, ας, ἡ, proprie, ut videtur, est *locus insidiarum, latibulum*, teste *Phavorino*: ἐν ᾗ κάθηνταί τινες, μέχρις ἂν ἕλωσιν, οὓς ἂν ἐπιβουλεύσωσιν, sed deinde, ut Lat. *insidiæ*, notat *insidias, quæ alicui struuntur, consilium subdolum, ab* ἐν et ἕδρα *sedes, sessio*. Act. XXIII, 16. ἀκούσας δὲ τὴν ἐνέδραν (pro τὴν ἐνέδραν legunt alii τὸ ἔνεδρον) cum rescisset has insidias. ibid. XXV, 3. ἐνέδραν ποιοῦντες ἀνελεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν ὁδὸν insidiose eum in via occisuri. Sæpius non legitur in N. T. Alex. posuerunt pro אֹרֵב *insidiæ, insidiarum locus, latibulum*. Jos. VIII, 3. 7. 12. 14. 19. Judd. IX, 55. et pro מַאְרָב *insidiæ*, Jos. VIII, 9. Ps. X, 8. Formula ἐνέδραν ποιεῖσθαι legitur apud *Thucyd*. III, 90. ipsa vox ἐνέδρα autem in notione *insidiarum* reperitur apud *Herodian*. IV, 5. 7. VII, 5. 8. et VIII, 1. 2. *Hesych*. ἐνέδρα· ἔγκρυμμα, (h. e. milites, qui in insidiis abduntur ad circumveniendos hostes) δολερὸν ὑποκάθισμα.

ΕΝΕΔΡΕΥΩ, fut. εὑσω, *insidior, insidias struo*, ab ἐνέδρα *insidiæ*. Bis tantum legitur in N. T. Luc. XI, 54. ἐνεδρεύοντες αὐτὸν insidiantes ei. Act. XXIII, 21. ἐνεδρεύουσι γὰρ αὐτὸν vitæ enim ejus insidiantur. Apud Græcos Scriptores ἐνεδρεύειν fere semper dativo junctum invenies, (v. c. *Diod. Sic.* XIX, c. 68.) interdum tamen (v. c. apud *Plutarch. Fabio* p. 185. E.) etiam accusativum junctum habere, ut in N. T. libris, docuit *Wesseling*. ad *Diod. Sic.* XIX, c. 69. Alex. eo usi sunt pro אָרַב, Jos. VIII, 4. 1 Sam. XV, 5. *Hesych*. ἐνεδρεύει· δόλον μηχανᾶται, ἐγκάθηται, κατατηρεῖ. Cæterum notandum, ἐνεδρεύειν proprie et vi etymologiæ *insidere* significare et idem esse, quod ἐνέζεσθαι, atque adeo etiam metaphorice in bonam partem de *eo* adhiberi, *qui omni studio et diligentia aliquid facit et studet alicui rei*, quo in sensu Sirac. XIV, 22. usurpatur, ubi homines jubentur ἐνεδρεύειν (*Vulg. consistere*) ἐν ταῖς ὁδοῖς σοφίας, i. e. præcepta veræ sapientiæ diligenter observare.

ΕΝΕΔΡΟΝ, ου, τὸ, *insidiæ, quæ alicui struuntur, consilium subdolum*, i. q. ἐνέδρα, quod vide. Semel legitur in N. T. Act. XXIH, 16. ἀκούσας δὲ τὸ ἔνεδρον (pro quo tamen in editione *Griesbachiana* τὴν ἐνέδραν legitur) cum rescisset has insidias. Cæterum τὸ ἔνεδρον æque late patet ac ἐνέδρα, ita, ut non solum *locum, qui inservit insidiis et e quo fiunt insidiæ*, significet, v. c. 1 Macc. IX, 40. sed etiam *illum ipsum* denotet, *qui alteri insidias struit*. Sirac. VIII, 11. 1 Macc. X, 80. ut multis exposui in *Spicilegio meo II. Lexici Bieliani* p. 65.

ΕΝΕΙΛΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *implico, involvo*. (ab ἐν et εἰλέω *volvo, verso*.) Construitur vi præpositionis cum dativo. Occurrit in N. T. semel Marc. XV, 46. ἐνείλησε τῇ σινδόνι involvit ipsum illa sindone. Alex. pro לִטְמֹן *involvere, operire, occultare* adhibuerunt 1 Sam. XXI, 9. καὶ αὕτη ἐνειλημένη ἐν ἱματίῳ. *Artemid*. I, 14. βρέφη — ἐνειλούμενα τὰς χεῖρας τυγχάνει. *Plutarch*. T. V. p. 425. et 463. ed. *Reiske*.

ΕΝΕΙΜΙ, *insum*, ex ἐν et εἰμί. *Phavor*. ἔνεστιν· ἀντὶ τοῦ ἐντός ἐστιν, et ἐνείς· ἐνθέμενος. Ejus tantum participium ἐνών, οὖσα, ὄν, et quidem in plurali, legitur Luc. XI, 41. πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην, h. e. e bonis vestris, seu, pro viribus et facultatibus vestris distribuite eleemosynas; ut τὰ ἐνόντα positum sit pro κατὰ τὰ ἐνόντα χρήματά, seu ἐκ τῶν ἐνόντων. Nullus enim dubito, hanc loci vexati explicationem, quam præter auctoritatem *Syri, Theophylacti*, (qui per ὑπάρχοντα interpretatur) *Boisii*, (in *Collatione* p. 222.) et *Lamb. Bosii* (in *Exercitt. Philol. in N. T.* p. 42.) ipse loquendi usus (*Moschopulus*: ἔνεστιν· ἀντὶ τοῦ ἐνυπάρχει· ὡς τὸ, ἔνεστί μοι πλοῦτος.

καὶ ἔνεστιν· ἀντὶ τοῦ δυνατόν ἐστι. Idem tradit *Thom. M.* p. 307. et *Hesych.* ἐνόν· δυνατὸν ἢ ἐνυπάρχον. *Heliodor. Æthiop.* IX, 25.) confirmat, et linguæ ratio (nam κατὰ sæpe omittitur in talibus formulis. Sic v. c. τὰ δυνατὰ *pro viribus*) admittit, præferre sententiæ, quam *Raphelius* in *Notis Xenophonteis* p. 93. proposuit, qui τὰ ἐνόντα interpretatur *ea, quæ in poculis et patinis sunt*, h. e. *potum cibumque*, τὰ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου καὶ παροψίδος, ut est apud Matthæum XXIII, 26. (Conf. *Markland.* ad *Lysiam* p. 194. et 559.) quæ arguta magis, quam vera videtur. Cf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 1120. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 731.

Ἕνεκα et Ἕνεκεν, et per epenthesin atticam ΕΙʼΝΕΚΑ et ΕΙʼΝΕΚΕΝ. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 680. Præpositio, regens semper genitivum. Significat

1. *causa, ob, propter*, et causam impulsivam indicat, propter quam aggredimur ac suscipimus aliquid, sive sit causa antecedens, sive finis et eventus. Præponitur cum articulo infinitivis, et tunc *ut, ad hoc ut*, significat. Matth. V, 10. ἕνεκεν δικαιοσύνης ob pietatis studium. ibid. v. 11. ἕνεκεν ἐμοῦ ob meæ doctrinæ professionem, coll. Marc. VIII, 35. Matth. X, 18. 39. XVI, 25. XIX, 5. ἕνεκεν τούτου ideo, et v. 29. Marc. X, 7. 29. XIII, 9. Luc. IV, 18. οὗ εἵνεκεν quapropter, h. e. *hoc consilio, hunc in finem.* ibid. VI, 22. IX, 24. XVIII, 29. XXI, 12. Act. XIX, 32. τίνος ἕνεκεν; quem in finem? ib. XXVI, 21. XXVIII, 20. Rom. VIII, 36. XIV, 20. 2 Cor. VII, 12. εἵνεκεν τοῦ φανερωθῆναι sed ut manifestum fieret.

2. *quod attinet ad, quantum attinet, respectu. Homer. Odyss.* II, 191. *Dion. Halic.* VII, c. 8. 2 Cor. III, 10. ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης quod attinet ad excellentem illius, nempe religionis Christianæ, dignitatem; ubi ἕνεκεν necessario referendum est ad præcedens ἐν τούτῳ τῷ μέρει. Animadvertit hunc elegantem particulæ ἕνεκα usum *Beza* ad h. l. et *Herodoti* exemplo confirmavit, et post eum *Raphelius* in *Obss. Xenoph.* p. 235. et *El. Palairetus* in *Obss. Philol. Crit.* p. 420.

3. Haud raro tamen omittitur et subintelligitur. Matth. II, 13. τοῦ ἀπολέσαι, pro ἕνεκα τοῦ ἀπολέσαι, ut occidat. ibid. XI, 1. ante τοῦ διδάσκειν. Luc. IV, 10. ante τοῦ διαφυλάξαι σε. ibid. I, 25. ante ἀφελεῖν. 2 Cor. I, 8. ante τοῦ ζῆν. 2 Petr. III, 9. ante ἐπαγγελίας. *Joseph. A. J.* XVIII, 9. 5. videndum itaque, ne, dum nimium concedat corporis voluptati, ἀπολέσειε τὴν ἀρχὴν τοῦ εὐπρεποῦς, sc. ἕνεκα, principatu excidat formæ causa. Exempla hujus ellipseos e Græcis Scriptt. dedit *L. Bos.* de *Ellipsi Gr. Ling.* p. 327.

Ἐνέργεια, εἰας, ἡ, 1. *vis et virtus agendi, efficacia, potentia*, speciatim de Deo et Christo, *omnipotentia* dicitur, ab ἐνεργής. Phil. III, 21. κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα pro virtute, qua sibi omnia subjicere valet. Coloss. II, 12. διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ κ. τ. λ. spe potentiæ divinæ, quæ Christum e mortuis excitavit, freti et sustentati. Ephes. I, 19. 20. ubi ἐνεργεῖν ἐνέργειαν significat vim et potentiam suam exserere et demonstrare agendo. ibid. III, 7. κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. 2 Thess. II, 11. πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης permittet Deus, ut fraudes falsorum doctorum vim suam et efficaciam inter eos exserant. Sapient. XVIII, 22. ὅπλων ἐνεργείᾳ armorum vi.

2. *opera, auxilium, ipsa actio, qua vim et efficaciam nostram exserimus.* Ephes. IV, 16. κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέλους ita, ut quodvis membrum pro virili parte conferat aliquid, seu, operam suam præstet. Coloss. I, 29. κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ adjutus auxilio divino, quod potentissime mihi adest. 2 Thess. II, 9. κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ adjuvante eos Satana. Sæpius non legitur in N. T. 2 Macc. III, 29.

ΕΝΕΡΓΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *operor, ago, vim et potestatem meam exsero, efficio.* Passivum ἐνεργέομαι, οῦμαι, *efficior*, ab ἐνεργής. *Hesych.* ἐνεργεῖ· πράττει. — ἐνεργεῖται· κατασκευάζεται. Matth. XIV, 2. διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ ideoque tanta in eo se exserit virtus miraculorum patrandorum. Marc. VI, 14. Rom. VII, 5. ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, h. e. exserebant se per corpus, seu per actiones corporeas. 2 Cor. IV, 12. ὁ μὲν θάνατος ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖται, ἡ δὲ ζωὴ ἐν ὑμῖν mortis periculum se in nobis exserit, h. e. tangit, affligit me, sed liberatio e periculo mortis in vobis se exserit, h. e. in vestram utilitatem redundat. Galat. III, 5. Passivum ἐνεργέομαι *efficior*. 2 Cor. I, 6. haud raro active sumitur pro *agere, operari, efficacem esse.* Quam in rem præter loca supra jam allata, hæc tantum addere placet. Galat. V, 6. πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη fides, quæ se benevolentia erga alios exserit. 1 Thess. II, 13. ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσι quæ etiam vim suam salutarem exserit in vobis credentibus. 2 Thess. II, 7. Sirac. X, 4. *Joseph.* AA. XV, c. 5. p. 754. Ed. *Haverc.* De formula: ἐνεργεῖν ἐνέργειαν dixi supra ad ἐνέργεια. *Artemid.* I, 2.

2. *exsequor, perficio*, i. q. ἐπιτελέω. 2 Cor. VIII, 11. Ephes. I, 11. τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ qui semper voluntatem suam immutabilem et efficacissimam exsequitur. Philipp. II, 13. ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, sc. τοῦ θέλειν, cui vires debetis exsequendi hanc voluntatem vestram.

3. cum dativo personæ: *adjuvo aliquem, auxilio alicui sum, vires et facultates alicui largior idoneas.* Galat. II, 8. ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ εἰς τὰ ἔθνη Deus enim, qui Petrum, inter Judæos munere suo apostolico fungentem, adjuvat, idem ille et mihi adest, inter gentiles tradenti religionem Christianam. Speciatim vero Deus ἐνεργεῖν ἐν τοῖς ἀνθρώποις in N. T. dicitur, *cum iis largitur et concedit dona miraculosa, facultatem miraculorum patrandorum.* 1 Cor. XII, 6. ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι qui facultatem miraculorum patrandorum omnibus largitur. ibid. v. 11.

4. Participium passivi ἐνεργούμενον significat *id quod multo labore fit, operosum*, i. q. ἐνεργὴς, adeoque, si de *precibus* adhibetur, *preces ardentes, enixas, intensas et assiduas* significat. Hinc lucem fœneratur locus Jacob. V, 16. πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη magnam enim vim et efficaciam habent preces piorum *ardentes et assiduæ;* qua posteriori voce *Vulgatus* h. l. utitur, quem sequutus est *Lutherus*, wenn es ernstlich ist *when it is fervent.* Alii ἐνεργουμένη *efficax* reddere malunt, sed non vident, hoc modo apostolo tautologiam frigidissimam impingi. *Eustath.* in *Odyss.* δ'. p. 197. 50. ὅτι εὐχῆς ἐνεργοῦς ἔνδειξις τὸ κ. τ. λ. Fortasse etiam δέησις ἐνεργουμένη reddi posset: *preces, ex animo prompto et benevolo profusæ*, ut ad h. l. referatur glossa *Hesychii:* ἐνεργεῖν· ἑτοίμως πράττειν.

ΕΝΕ΄ΡΓΗΜΑ, τος, τὸ, 1. proprie: *operatio, operatio efficax, effectus*, ab ἐνεργής.

2. *facultas, vis ac potestas aliquid efficiendi;* et speciatim; *facultas hominibus divinitus data miraculorum patrandorum*, sive *cujuscunque generis*, sive *certæ cujusdam speciei.* 1 Cor. XII, 10. ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων alii vero facultas miraculorum patrandorum concessa est. Ad h. l. respexit sine dubio *Phavorinus* glossa ἐνεργημάτων· ἀντὶ τοῦ χαρισμάτων, coll. v. 4. quam sine dubio ex *Theodoreti* scriptis hausit.

3. *miraculum ipsum, cujus patrandi facultas a Deo datur.* 1 Cor. XII, 6. διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν varii generis sunt miracula. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΝΕΡΓΗ΄Σ, ές, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, 1. proprie: *laboriosus, operosus*, ab ἐν et ἔργον *opus.*

2. *efficax, effectum habens, vim su-*

am exserens. Philem. v. 6. ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεώς σου ἐνεργὴς γένηται ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀγαθοῦ ut communis nostra religio, quam profitemur, exserat se in cognitione omnium bonorum. In codice uno pro ἐνεργὴς legitur ἐναργὴς *evidens, manifesta*, quæ lectio merum glossema sapit, aut e versione Vulgata venit, quæ h. l. sensum haud male expressit. Hebr. IV, 12. ὁ λόγος γὰρ τοῦ Θεοῦ ἐνεργὴς minæ divinæ sunt efficacissimæ.

3. *aptus et idoneus ad aliquid efficiendum et agendum.* 1 Cor. XVI, 9. Θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργὴς occasio opportuna et insignis mihi oblata est. Sic *Polyb. Hist.* II, 65. ἀλλ' ἦν ὁμοῦ παράταξις ἐνεργὴς acies ad pugnam bene instructa. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* ἐνεργής· δυνατὸς, ἰσχυρός. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 174.

'ΕΝΕΣΤΩ̃ΤΑ, vide infra sub 'ΕΝΊΣΤΗΜΙ.

'ΕΝΕΥΛΟΓΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *benedico, bonis ominibus prosequor, bene ominor*, nec differt a voce εὐλογέω, unde et in versione Alex. pro Hebraico בָּרַךְ aliquoties ponitur, v. c. Genes. XII, 3. XVIII, 18. Ps. X, 3. etc.

2. *beneficiis afficio, beo.* Nam verba, quæ *dicere*, et, quæ huic notioni cognata sunt, significant, sæpissime pro ipsa rei, quæ verbis exprimitur, productione et essentia apud Hebræos usurpantur, ut multis docuit *Glassius* in *Philol. Sac.* p. 222. seq. ed. *Dathii.* Passivum ἐνευλογέομαι, οῦμαι, *beneficiis afficior, beor*, bis tantum in N. T. legitur. Act. III, 25. ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς per posteros tuos, seu, per unum ex posteris tuis felices reddentur omnes nationes terræ. Galat. III, 8. ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη, ubi codices haud pauci εὐλογηθήσονται habent.

'ΕΝΈΧΩ, 1. proprie: *insto, immineo, insisto, urgeo.*

2. *irascor, indignor, infense insidior.* Marc. VI, 19. ἡ δὲ Ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ καὶ ἤθελεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι Herodias erat ei infesta et occasionem e medio eum tollendi quærebat. *Vulgatus: insidiabatur.* Luc. XI, 53. δεινῶς ἐνέχειν insidias ei struere, aut, admodum indignabundi. Genes. XLIX, 23. וַיִּשְׂטְמֻהוּ et odio prosequuti sunt eum. Alex. καὶ ἐνεῖχον αὐτῷ. Eodem sensu apud exteros Scriptores legitur. Conf. *Wesseling.* ad *Herodot.* VIII, 22. et *Abresch.* ad *Æschylum* p. 558. *Hesych.* ἐνεῖχον· ἐχόλουν, ὠργίζοντο.—ἐνέχει· μνησικακεῖ, ἔγκειται. *Eust.* ἐνέχειν· τὸ κατὰ τινὸς ἔχειν.

3. ἐνέχομαι *constringor, captus et irretitus teneor*, v. c. πάγῃ, (apud *Herodot.* II, 121.) πέδαις, et metaphorice: *obstringor, obligor.* Galat. V. 1. μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε ne iterum jugum servitutis (h. e. religionem Mosaicam) cervicibus vestris imponi patiamini. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* ἐνέχεται· συνέχεται. —ἐνέχεσθαι· κρατεῖσθαι, συνέχεσθαι.

'ΕΝΘΆΔΕ. Adverbium ex ἔνθα *hic, ibi, illic*, et δε particula enclitica, quæ sæpe fungitur vice præpositionis εἰς aut similis, v. c. in οἴκαδε, ἀγορήνδε etc.

1. *hic.* Luc. XXIV, 41. ἔχετέ τι βρῶσιμον ἐνθάδε; num habetis hic aliquid edulii? Act. XVI, 28. XVII, 6. XXV, 24. *Hesych.* ἐνθάδε· ἐνταῦθα, ὧδε.

2. *huc.* Joh. IV, 15. μηδὲ ἔρχωμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν nec mihi huc eundum sit ad hauriendam aquam. ibid. v. 16. καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε et huc redi. Act. XXV, 17. *Hesych.* ἐνθάδε· εἰς τοῦτον τὸν τόπον.

3. *ibi, illic.* Act. X, 18. εἰ Πέτρος ἐνθάδε ξενίζεται num Petrus ibi hospitio uteretur. Sæpius non legitur in N. T. Conf. *Thom. M. Eclog.* sub ἐνταῦθα p. 315. seq. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 829.

"ΕΝΘΕΝ. Adverbium significans *hinc*, ex ἔνθα *hic, ibi, illic.* Legitur in haud paucis codicibus Luc. XVI, 26. pro ἐντεῦθεν, ubi vid. *Wetstenius.*

'ΕΝΘΥΜΈΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι. De omnibus fere actionibus animi usurpatur hoc verbum apud Græcos, nam descendit ab ἐν et θυμὸς *animus.*

Sic v. c. in versione Alex. *desiderare, cupere, optare*, significat, Deut. XXI, 11. Jos. VII, 21. ubi pro חָשַׁק et חָמַד ponitur, et *pœnituit*, Genes. VI, 6. pro נִחַם. In N. T. libris significat

1. *cogitare, judicare.* Matth. IX, 4. ἵνα τί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; cur male de me judicatis et existimatis?

2. *consilium agito, meditor, aliquid animo agito meo, considero, expendo.* Matth. I, 20. ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος quod consilium cum animo agitaret. Act. X, 19. τοῦ δὲ Πέτρου ἐνθυμουμένου περὶ τοῦ ὁράματος Petro autem variis cogitationibus distracto et deliberante, quid sibi velit hoc visum. Sæpius non legitur in N. T. Sapient. III, 14. μηδὲ ἐνθυμηθεὶς κατὰ τοῦ Κυρίου πονηρά. *Thucyd.* II, 40. *Aristoph. Eccles.* 138. et *Joseph. A. J.* XV, 5. 3. Conf. quæ de hac voce bene disputavit *Dresigius* de *Verbis Mediis N. T.* p. 260. seq.

ΕΝΘΎΜΗΣΙΣ, εως, ἡ. 1. *cogitatio, judicium.* Matth. IX, 4. καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν cum Jesus cognosceret eorum cogitationes. ibid. XII, 25. Nuspiam hoc vocabulo usi sunt Alexandrini; eo frequentius vero ejus loco adhibuerunt vocem ἐνθύμημα. *Thom. M.* sub v. ἐνθύμημα, nostrum, ἐνθύμησις per ἐνθύμιον, *cogitationem*, explicat. *Thucyd.* I, c. 132. κατὰ ἐνθυμήσιν τινα cogitatione quadam, seu suspicione. Cf. etiam *Pollucis Onom.* II, 231.

2. *consilium animi*, et quidem in malam partem. Hebr. IV, 12. ubi minæ divinæ dicuntur κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας, h. e. condemnare prava consilia et cogitata humana.

3. *excogitatio, ingenium inventoris* s. *artificis.* Act. XVII, 29. χάραγμα τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου sculptum arte et ingenio humano. Apud Græcos Scriptt. *ipsa res, ingeniose excogitata*, ἐνθύμημα vocatur, v. c. apud *Xenoph.* de *Venat.* cap. XIII, 9.

ΕΝΙ, verbum impersonale, quod per syncopen atticam ponitur

1. pro ἔνεστι *inest*, ab ἔνειμι *insum. Aristot. Rhet.* III, c. 12. ἀλλ' ὅπου μάλιστα ὑποκρίσεως ἐνταῦθα ἥκιστα ἀκρίβεια ἔνι.

2. pro ἐστὶ *est.* Galat. III, 28. οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος οὐδὲ Ἕλλην κ. τ. λ. in religione Christiana nihil valet, utrum fueris Judæus an Paganus; neque conditionis neque sexus ratio habetur. Coloss. III, 11. Jacob. I, 17. παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ in quem non cadit mutatio. Sæpius non legitur in N. T. Dubitarunt de hac notione *L. Bos.* et *Beza* (qui adeo Galat. III, 20. ἐστὶ pro ἔνι reponere haud dubitabat), quos sequutus est *Koppius* Vol. I. N. T. p. 43. sed hanc significationem Atticis esse longe usitatissimam, multis locis e *Platone* docuit *Schwarzius* in *Comment. Ling. Gr.* p. 486. quibus addo *Epictet. Enchirid.* c. 32. ἀλλὰ ἔνι λόγος sed est ratio, adest ratio. *Polyb. Exc. Leg.* XVII. p. 1123. et XLIII. p. 1190. *Aristoph. Plut.* v. 348. ἔνι γάρ τις, ἔνι τις κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι est periculum in hoc negotio: ubi vid. *Ez. Spanhem.* (Interdum ἔνι valere idem, quod ἔξεστι, clare docet locus *Ælian. V. H.* XII, 51.) *Phavor.* ἔνι· ἐστὶν, ὑπάρχει. Ἀριστοφάνης ἀντὶ τοῦ ἔνεστιν. ἔνι φύσις, ἔνι θράσος.

ΕΝΙΑΥΤΟ΄Σ, οῦ, ὁ, 1. *annus, intervallum* seu *spatium temporis, quo sol cursum suum conficit*, ita dictum ἀπὸ τοῦ ἐν ἑαυτῷ, sive εἰς ἑαυτὸν, ἰέναι, quod in se recurrat ac redeat, seu, ut cum *Virgilio* (*Georg.* II, v. 402.) loquar, *in se sua per vestigia volvitur annus.* Joh. IX, 49. τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου pontifex istius anni. ibid. v. 51. XVIII, 13. Act. XI, 26. XVIII, 11. Hebr. IX, 7. 25. κατ' ἐνιαυτὸν quotannis. ib. X, 1. 3. Jacob. IV, 13. V, 17. Apoc. IX, 15.

2. per synecdochen, posita temporis parte pro tempore in universum, sive certo, sive incerto, *tempus* significat. Ita Luc. IV, 19. κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου

δεκτὸν ad edicenda tempora læta et fausta, nempe adventus Messiæ in has terras, coll. Ies. LXI, 2. ad quem locum *Theodoretus*: ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν τὴν προτέραν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν οἶμαι χρηματίζεσθαι. Idem *Theophyl.* et *Procopius*. Cæterum etiam Hebraicum שָׁנָה *tempus* interdum significare, docet locus Ies. LXIII, 4.

3. per metonymiam: *festum incipientis anni*, quod Hebraice Num. XXIX, 1. יוֹם תְּרוּעָה vocabatur. Galat. IV, 10. ἡμέρας παρατηρεῖσθε καὶ μῆνας καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς. Alii, ἐνιαυτοὺς latius patere existimantes, de *festis diebus* explicant, quæ certis annis celebrabantur, qualis erat *annus septimus*, seu *sabbaticus*, quo intermittebatur agrorum cultura et exactio debitorum, et servi manumittebantur, (unde appellabatur *annus intermissionis* et *remissionis*) et *annus quinquagesimus*, seu *jubilæus*.

ΕΝΙΣΤΗΜΙ, fut. 1. ἐνστήσω, præt. ἐνέστηκα, 1. proprie: *statuo inter, interpono*, ab ἐν et ἵστημι *statuo, colloco, sisto*.

2. *insto, immineo, futurus sum*, et quidem in præterito, plusquamperfecto et aoristo 2. Vid. supra ἀνίστημι. 2 Thess. II, 2. ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου quasi utique prope adsit s. immineat dies ille sollemnis. 2 Tim. III, 1. ὅτι ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί instare tempora periculosa.

3. Participium ἐνεστηκὼς, υῖα, ὸς, pro quo Ionice, κ extruso, ἐνεσταὼς, et contracte ἐνεστὼς dicitur, et de *tempore præsente* et *futuro* ac *imminente* usurpatur, monente *Hesychio*: ἐνεστῶτα· παρόντα, προκείμενα. — ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος· ἐπὶ τοῦ παρόντος. Rom. VIII, 38. οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα nec præsentia, nec futura mala. 1 Cor. III, 22. VII, 26. διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην ob præsentem calamitatem. Galat. I, 4. ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος, vid. supra ad αἰὼν dicta. Hebr. IX, 9. εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα. 1 Macc. XII, 44. 2 Macc. III, 17. *Pindar. Olymp.* IX, 8. *Sext. Empir. Phys.* II, 193. *Joseph. A. J.* XVI, 6. 2.

ΕΝΙΣΧΎΩ, fut. ύσω, *corroboro, conforto, vires addo*, ab ἐν et ἰσχύω *possum, valeo*. In N. T. ubi bis tantum legitur, et transitive et intransitive de corpore pariter ac animo usurpatur. Luc. XXII, 43. ὤφθη αὐτῷ ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ ἐνισχύων αὐτὸν apparuit ei angelus et animum ejus confirmavit, seu, solatio replevit. Simili modo ἐνισχύειν usurpatur 2 Macc. VII, 24. ἐνίσχυσαν καὶ οὐ διέστησαν τῆς εὐσεβείας. *Vulgatus*: *se ipsos confirmarunt*, et a pietate non recesserunt. Act. IX, 19. καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν, sc. ἑαυτὸν, et cibo sumto se refecit; nam ἐνισχύειν ἑαυτὸν sæpe est: *vires recipere et sumere, se reficere*. Genes. XLVIII, 2. וַיִּתְחַזֵּק יִשְׂרָאֵל Alex. καὶ ἐνισχύσας Ἰσραήλ. Conf. *L. Bos.* de *Ellipsi Gr. L.* p. 78. et *Vigerum* de *Idiotismis Ling. Gr.* p. 150. Edit. Glasg. 1813.

ΕΝΝΑΤΟΣ, άτη, ον, *nonus, a, um*. Est numerale ordinale, ab ἐννέα *novem*. Scribitur etiam interdum ἔνατος, άτη, ον. Matth. XX, 5. XXVII, 45. ἕως ὥρας ἐννάτης usque ad horam nonam, i. e. tertiam pomeridianam, secundum nostrum horas numerandi morem. Act. III, 1. ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην, pro ἥτις ἦν ἡ ἐννάτη τῆς ἡμέρας, sub horam precationis, quæ erat nona diei, seu nostra tertia pomeridiana. Scilicet apud Judæos dies dividebatur in duodecim horas et nox in duodecim horas inæquales; nam prima hora diei incipiebat ab ortu solis, prima vero noctis ab occasu solis. Duodecim diei horarum quædam tantum commemorantur in N. T. nempe *tertia*, Matth. XX, 5. incidens in nostram nonam antemeridianam; *sexta*, Matth. XXVII, 45. quæ nobis est *duodecima*, cum jam adest meridies; *septima*, Joh. IV, 52. quæ nobis est prima pomeridiana; *nona*, seu nostra tertia pomeridiana, quæ precationi publicæ apud Judæos destinata erat, et qua offerebatur sacrificium vespertinum. Conf. *Sam. Petiti* Varr. Lectt.

c. 15. *decima*, Joh. I, 40. a qua duæ tantum horæ ad occasum solis restabant; *undecima*, Matth. XX, 6. et 9. coll. Marc. VI, 35.

ΕΝΝΈΑ, *οἱ, αἱ, τὰ, novem.* Est numerale cardinale indeclinabile. Luc. XVII, 17.

ΕΝΝΕΝΗΚΟΝΤΑΕΝΝΈΑ, *nonaginta novem*, ἄκλιτον, ab ἐννέα *novem* et ἐννενήκοντα *nonaginta*, quod est ex ἐννέα et ηκοντα, quæ est terminatio numerorum crescentium per *decem*, ut in lingua Latina *ginta*. Matth. XVIII, 12. 13. Luc. XV. 4. 7. Alexandrini pro תִּשְׁעִים וְתִשַּׁע Genes. XVII, 24. posuerunt.

ΕΝΝΕΌΣ, οῦ, ὁ, ut Græcum κωφὸς, proprie *mutum et surdum* notat. Unde *Ammonius:* Κωφὸς καὶ ἐννεὸς ὁ αὐτὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐλέγετο, ὁ μὴ φθεγγόμενος. *Suid.* ἐννεός· ἄφωνος, κωφὸς, νωδὸς, νωχελὴς, μετέωρος. Idem *Hesych.* κωφός· ὃς οὔτε ἀκούει, οὔτε λαλεῖ. In verss. Græcis V. T. et in Scriptoribus exteris haud raro pro ἐννεὸς ἐνεὸς per ν simplex reperitur, v. c. Ies. LVI, 10. Prov. XVII, 28. *Symmach.* Hos. IX, 7. *Xenoph.* Anab. IV, 6. 23. quæ hujus vocabuli scriptura probatur *Albertio* ad Gloss. Gr. N. T. p. 69.

2. *attonitus, fulmine quasi percussus, obstupefactus, cui summa obstupefactio facultatem loquendi ademit. Suid.* ἐξεστηκώς. *Hesych.* ἐμβροντηθέντες· ἐννεοὶ γινόμενοι. Sic semel legitur in N. T. Act. IX, 7. εἱστήκεισαν ἐννεοὶ, *Vulgat. stabant stupefacti.* Eodem modo inde derivatum verbum ἀπενεόομαι usurpatur Dan. IV, 16.

ΕΝΝΕΎΩ, fut. εύσω, *innuo, nutu et signis peto, nutu significo*, ab ἐν et νεύω *nutum do, oculis do signum.* Semel legitur in N. T. Luc. I, 62, ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ nutu quæsiverunt ex patre. Alex. pro קָרַץ *nictavit, annuit* Prov. X, 10. ejus vero loco ibid. VI, 13. verbum ἐννύω, quod idem significat, posuerunt.

ΕΝΝΟΙΑ, ας, ἡ, 1. *notio, imago rei, idea. Diog. Laërt.* III, s. 79. ἔννοιαν καλοῦ. Polyb. III, 36. εἰς ἀληθινὰς καὶ γνωρίμους ἐννοίας ἄγειν τοὺς ἀκούοντας.

2. *cogitatio, cogitatum, sensus animi*, et speciatim de *pravis cogitationibus* usurpatur. 1 Petr. IV, 1. καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε etiam vos eosdem sensus induite, seu sumite. Hebr. IV, 12. ubi comminationes divinæ dicuntur κριτικὸς ἐννοιῶν καρδίας. h. e. condemnare cogitationes animi perversas. Sæpius non legitur in N. T. Descendit ab ἐν et νοῦς *mens*, unde ἐννοέω *mente concipio, cogito, attentus sum. Xenoph.* de Rep. Laced. I, c. 1. Cæterum apud Græcos Scriptores ἔννοια præterea non solum *consilium animi*, (*Hesych.* βουλὴν interpretatur) sed etiam *intellectum, intelligentiam* significat.

ΕΝΝΟΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. *legitimus, legibus consentaneus*, ex ἐν et νόμος *lex.* Act. XIX, 39. ἡ ἔννομος ἐκκλησία *concio legitima, quæ non a populo tumultuante, sed a magistratu legitimo modo et tempore cogitur*, κυρία ἐκκλησία, (*Aristoph. Acharn.* 19.) seu νόμιμος ἐκκλησία, ut Græci vocant. Conf. *D'Orville* ad *Chariton.* I, c. 1. p. 212. ed. *Lips.* et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 589. *Eurip.* Phœn. v. 1678. ἔννομον τὴν δίκην. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 7. 3. *Hist. Gr.* II, 3. 21. *Polyb.* II, 47. 3. *Prol.* Sirac. διὰ τῆς ἐννόμου βιώσεως. Hinc adverbium ἐννόμως *legitime* in vers. Alex. Prov. XXXI, 24.

2. *subjectus legi, qui legem aliquam datam observat eique convenienter vivit.* 1 Cor. IX, 21. ἔννομος Χριστῷ potius obediens legi, quam Christus tulit. Sic et legitur apud *Ælian. V. H.* II, c. 22. ἐννομωτάτους γενέσθαι καὶ Μαντινέας ἀκούω legibus convenienter Mantinenses vixisse audio. *Hesych.* ἔννομον· ἔνθεσμον.

ΕΝΝΥΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, pro quo etiam ΕΝΝΎΧΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, legitur, *nocturnus*, et de *omni* dicitur, *quod noctu esse et fieri solet*, ex ἐν et νὺξ *nox. Homer.* Iliad. λ΄. 715. ἄγγελος ἔννυχος. *Schol.* ἐν νυκτί. *Eurip.* Hecub. v. 72. ἔννυχος ὄψις visio noc-

turna. *Hesych.* ἔννυχος· νύκτερος, αὐτονύχιος. Ἔννυχον, seu ἐννύχιον, adverbialiter positum, pro κατὰ τὸν ἔννυχον χρόνον, (fere ut apud *Theocrit.* Idyll. I, 15. et X, 48. τὸ μεσαμβρινὸν ponitur pro κατὰ τὸ μεσαμβρινὸν, et *Idyl.* XXIII, 69. et XXIV, 11. μεσονύκτιον pro κατὰ τὸ μεσονύκτιον.) Sic semel legitur in N. T. Marc. I, 35. ubi ἔννυχον λίαν est idem, quod apud Luc. IV, 42. γενομένης ἡμέρας, et cap. XXIV, 1. ὄρθρου βαθέος primo diluculo, nondum penitus dispulsis tenebris nocturnis. In eodem sensu occurrit 3 Macc. V, 5. ἔννυχον δόξαντες ὁμοῦ λήψεσθαι τὸ φῦλον πέρας τῆς ὀλεθρίας, quæ verba recte vertisse videtur interpres Latinus in Bibliis Polyglottis Londinensibus: *crepusculo matutino*, (nam v. 2. ὑπὸ τὴν ἐρχομένην ἡμέραν dicitur) existimantes simul accepturam gentem terminum mortis.

ΈΝΟΙΚΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie *incolo, inhabito, sum et versor in aliquo loco*, ab ἐν et οἰκέω *habito*. *Xenoph. Anab.* V, 6. 13. *Cyrop.* VIII, 6. 2.

2. metaphorice: *insum, vim meam exsero.* Rom. VIII, 11. διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα ἐν ἡμῖν propter sensus illos animi per religionem Christianam emendatos, qui vobis insunt. 2 Cor. VI, 16. ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, ubi Deus habitare dicitur inter homines, quatenus ei cultus maxime pius et religiosus ab hominibus præstatur et ipse eos vicissim amat et beneficiis afficit, coll. Levit. XXVI, 11. 12. unde in utroque loco explicationis causa additur: καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. Coloss. III, 16. ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως admodum familiaris vobis esto doctrina Christiana, semper et ubique a vobis exerceatur. Conf. *Schoettgen.* in Hor. Hebr. et Talmud. ad h. l. Vol. I. p. 821. 2 Tim. I, 5. et 14. Sæpius non legitur in N. T.

ΈΝΌΝΤΑ, τὰ, vid. Ἔνειμι.

ΈΝΌΤΗΣ, τητος, ἡ, *unitas*, item *unio, conjunctio, concordia, animorum consensus*, ab εἷς, ἑνὸς, *unus*. Bis legitur in N. T. Ephes. IV, 3. σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος studentes conservare animi studiorumque consensum. ibid. v. 13. εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως καταντήσωμεν ad unam eandemque religionem adducamur.

ΈΝΟΧΛΈΩ, ῶ, fut. ήσω, i. q. simplex ὀχλέω, *molestiam et negotium facesso, turbas facio, turbo, obturbo*, ab ἐν et ὀχλέω, quod est ab ὄχλος *turba, multitudo*. In N. T. tantum extat Hebr. XII, 15. μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ ne exoriatur homo scelestus, qui suam impietatem disseminet et ita multos ad defectionem a religione Christiana seducat, coll. Deut. XXIX, 18. In vers. Alex. τῷ חָלָה *ægrotavit*· et חִלָּה *morbo affecit* respondet. Genes. XLVIII, 1. 1 Sam. XIX, 14. XXX, 13. et Chaldaico נָזַק *damno affecit, nocuit*, Dan. VI, 2. *Xenoph. Cyrop.* V, 4. 16. *Anab.* II, 5. 2. *Polyb.* II, 25. 6. *Hesych.* ἐνοχλεῖ· διοχλεῖ. Exempla alia e Græcis Scriptoribus dedit *Alberti* ad Glossar. N. T. p. 182. et *Hesych.* T. I. p. 1254. ac *Wetstenius* N. T. T. II. p. 437.

Ἔ́ΝΟΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. proprie notat *adstrictum, alligatum*, ab ἐνέχομαι *adstringor*. Sic v. c. legitur in loco epigrammatis ab *H. Stephano* in Thesauro Gr. L. s. h. v. allati ἐπ' ἀγκύρης ἔνοχον βάρος pondus anchoræ alligatum.

2. deinde metaphorice omnino *eum* significat, *qui tenetur quacunque ratione, quasi vinctus et obstrictus, obnoxius*. Hebr. II, 15. ὅσοι διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας qui per omnem vitam obnoxii servituti, seu, in servili et miserrima conditione erant. *Hesych.* ἔνοχος· χρεώστης, ὑποκείμενος.

3. speciatim: *reus, obnoxius pœnæ, damnandus, adjudicatus ad pœnam subeundam*, ὑπεύθυνος, ut *Hesych.* interpretatur. Matth. V. 21. ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει pœnæ obnoxius erit. ibid. v. 22. ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ—εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς in jus synedrii tra-

hendus—pœna gehennæ dignus est. XXVI, 66. ἔνοχος θανάτου ἐστιν mortem promeruit. Marc. III, 29. ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως. ib. XIV, 64. Ita et ἐνέχεσθαι reum esse, crimine teneri apud *Herodotum* VI, c. 56. legitur. Exod. XXII, 2. דָּמִים לוֹ, Alex. ἔνοχός ἐστι. Genes. XXVI, 11. ἔνοχος θανάτῳ ἔσται. Non semper vero de *reatu pœnæ*, sed etiam de *reatu culpæ* dicitur. Hinc

4. *qui peccat in aliquem, aliquem lædit et offendit quocunque modo.* 1 Cor. XI, 27. ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου is peccat in Christum, cujus corpus ac sanguinem edit et bibit, seu, is nefas committeret in corpus ac sanguinem Christi. Jacob. II, 10. γέγονε πάντων (scil. νόμων) ἔνοχος is læsit et violavit omnes leges. Sæpius non legitur in N. T. *Phavor.* ἔνοχος· ὑπαίτιος. Cæterum observandum est, hanc vocem construi nunc cum genitivo, nunc cum dativo, nunc cum præpositione εἰς, de qua constructione vide *Markland.* ad *Lysiam* p. 568.

ΈΝΤΑΛΜΑ, τος, τὸ, *mandatum, præceptum, institutum.* Est verbale a prima persona perf. pass. ἐντέταλμαι, verbi ἐντέλλομαι *mando, præcipio, mandatum impono.* Matth. XV, 9. ἐντάλματα ἀνθρώπων præcepta et instituta ab hominibus excogitata et profecta. Marc. VII, 7. Coloss. II, 22. κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων. Sæpius non legitur in N. T. Alex. pro מִצְוֹת Job. XXIII, 12. Ies. XXIX, 13.

ΈΝΤΑΦΙΑ'ΖΩ, fut. άσω, *pollingo, lavando, condiendo, involvendo corpus ad sepulturam paro, corpus ad funus compono et ornamentis sepulcralibus orno, ad funus necessaria procuro,* ab ἐντάφιος, *funebris, ad funus pertinens.* Differt itaque a θάπτειν *sepelire, in sepulcro ponere,* quanquam interdum etiam de ipsa sepultura adhibitum fuisse, ex *Phavorino* constat, qui habet: ἐνταφιάζω· ἐνσοριάζω, θάπτω. Ornamenta cadaveris efferendi et sepeliendi, quod genus vestes magnificæ et pretiosæ erant, τὰ ἐντάφια, sc. κοσμήματα, vocabantur. conf. *Chariton.* I, c. 6. εἶτα πλοῦτος ἐνταφίων βασιλικὸς - - τῇ γυναικί. *Ælian.* V. H. I, 16. *Eurip.* Helen. v. 1419. ἐντάφια δοῦναι νεκρῷ. Qui vero corpus componebant ad funus et ornamentis sepulcralibus ornabant, funeratores, pollinctores, ἐνταφιασταὶ vocabantur. Genes. L, 2. 3. Conf. *Cuperi* Obss. II, 9. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 516. et *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. I, 16. In N. T. bis legitur. Matth. XXVI, 12. πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ut me moriturum honoris causa ungeret, seu, quasi ad funerationem meam hoc unguentum corpori meo affudit. Joh. XIX, 40. καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν quomodo Judæi corpora ad sepulturam præparare solent, sc. lavando, aromatibus ungendo, linteis involvendo et constringendo, in quo opere maxime Ægyptiorum cura præcellebat. In versione Alex. semel legitur Genes. L. 2. pro Hebraico חָנַט, *condivit aromatibus corpora mortuorum, ut incorrupta maneant. Gloss. pollingo,* περιστέλλω νεκρὸν, σιροπλοκῶ (pro σειροπλοκῶ), ἐνταφιάζω, ταριχεύω. *Phavor.* ἐντάφια· τὰ ἐπὶ τῇ ταφῇ γινόμενα πράγματα.

ΈΝΤΑΦΙΑΣΜΟ῎Σ, οῦ, ὁ, *pollinctura, præparatio corporis ad sepulturam, funeratio,* quum lavando, condiendo et linteis sepulcralibus involvendo corpus mox condendum præparatur. Est verbale a prima persona perf. pass. ἐντεταφίασμαι, verbi ἐνταφιάζω. Marc. XIV, 8. προέλαβεν μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν hæc unctio est quasi cadaveris mei pollinctura propediem futura, seu, respexisse videtur hac unctione ad tempus pollincturæ meæ. Eadem est sententia verborum Joh. XII, 7. εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτὸ ad tempus pollincturæ meæ reservavit. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΝΤΕΛΛΩ et ΕΝΤΕΛΛΟΜΑΙ, fut. οὖμαι, 1. *mando, jubeo, præcipio, faciendum injungo*, ab ἐν et τέλλω *mando*. Matth. IV, 6. ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ angelis suis tua causa hæc mandata dabit. ib. XV, 4. ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο λέγων ita enim Deus præcepit. ib. XVII, 9. XXVIII, 20. πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν omnem doctrinam, quam vobis tradendam injunxi. Marc. XI, 6. XIII, 34. Luc. IV, 10. Joh. VIII, 5. XIV, 31. XV, 14. 17. Act. I, 2. XIII, 47. ἐντέταλται ἡμῖν Κύριος. Præteritum passivi ponitur pro activo; in quam rem multa exempla collegit *Jensius* in Lectt. Lucianeis p. 246. seq. Hebr. IX, 20. τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης ἧς ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ Θεὸς hic est sanguis fœderis, quod jam vobiscum pango jussu divino. Sed nec aliena est ab h. l. significatio *promittendi* (Ps. LXXI, 3.) aut *pangendi*, quam habet צָוָה Ps. CV, 8. CXI, 9. quam posteriorem notionem mirifice confirmat lectio διέθετο, quam h. l. *Codex Regius* e glossemate habet. Hebr. XI, 22. καὶ περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἐνετείλατο et de ossibus suis mandata dedit. Respondet Hebraico צָוָה *præcepit, jussit*, in vers. Alex. Genes. II, 16. III, 11. 17. VI, 22. etc. *Herodot.* III, 14. et 36. *Hesiod. Scut. Herc.* 94. *Hesych.* ἐνετείλατο· παρήγγειλεν, διετάξατο, ἐσαφηνίσατο.

2. *permitto, concedo*, i. q. ἐπιτρέπω. Matth. XIX, 7. τί οὖν Μωσῆς ἐνετείλατο δοῦναι βιβλίον ἀποστασίου; cur vero Moses concessit uxorem, dato libello repudii, dimittere? coll. v. 8. ubi loco ἐνετείλατο ponitur ἐπέτρεψεν. Marc. X, 3. coll. v. 4.

ΕΝΤΕΥΘΕΝ. Adverbium, motum e loco significans.

1. *hinc*, ab ἔνθα *hic, ibi*, adverbio loci. Opponitur τῷ ἐκεῖθεν, *illinc, istinc. Hesych.* ἐκεῖθεν· ἔνθεν, ἐκ τούτου. Matth. XVII, 20. μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ hinc illuc te dimoveas. Luc. IV, 9. XIII, 31. XVI, 26. Joh. II, 16. XIV, 31. XVIII, 36. νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν jam vero regnum meum non est hujus sæculi. Respondet in hac significatione Hebraico מִזֶּה in versione Alex. Genes. XXXVII, 17. XLII, 15. Judd. VI, 18.

2. *illinc*. Joh. XIX, 18. ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν *hinc atque illinc, utrimque, ex utraque parte*. Apoc. XXII, 2. καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, ubi in quibusdam codicibus loco posterioris ἐντεῦθεν e glossemate ἐκεῖθεν, legitur. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 847. Dan. XII, 5. εἱστήκεισαν εἷς ἐντεῦθεν τοῦ χείλους τοῦ ποταμοῦ καὶ εἷς ἐντεῦθεν τοῦ χείλους τοῦ ποταμοῦ. Num. XXII, 24. Ezech. XL, 34. 37. Eodem modo apud *Demosthenem* et *Aristotelem* sæpe ἔνθεν καὶ ἔνθεν reperitur.

3. ut Latinum *inde, exinde*, pro *ex hac ipsa causa, ob id ipsum, ex eo, ex hoc fonte*. Jacob. IV, 1. πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν κ. τ. λ. nonne fons omnium rixarum et contentionum, quibus vos distinemini, in vestris cupiditatibus latet? Sæpius non legitur in N. T.

ΕΝΤΕΥΞΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *aditus, accessus, quum alterum adimus et convenimus cujuscunque rei gratia, colloquium*, ab ἐντυγχάνω *adeo, convenio aliquem. Ælian. V. H.* IV, 20. περὶ τὴν πρώτην ἔντευξιν. 2 Macc. IV, 8. δι' ἐντεύξεως. *Vulgatus* bene: *adito rege. Suid.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἔντευξις· ἐντυχία. *Hesych.* ἀπάντησις. Jam quum adire et convenire aliquem sæpe soleamus, ut aliquid vel petamus vel deprecemur vel quocunque modo gratia et auctoritate contendamus, factum est, ut ἔντευξις partim in vita communi *intercessionem, qua cum altero colloquentes ei res amicorum nostrorum commendamus*, artim

2. *preces* significaret, *quæ pro aliis ad Deum funduntur, deprecationes ad mala ab aliis avertenda*. Sic legitur in N. T. 1 Tim. II, 1. δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας. *Lexicon Reg. MS.* ab *Albertio* ad *Hesychium* T. I.

p. 1261. laudatum hæc habet: ἔντευξις· παράκλησις προσαγομένη Θεῷ περὶ σωτηρίας ἑτέρων.

3. *preces omnis generis*, speciatim: *gratiarum actio*, i. q. εὐχαριστία. 1 Tim. IV, 5. ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως, h. e. per gratiarum actionem, coll. v. 4. μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. Sæpius non legitur in N. T. Conf. infra sub ἐντυγχάνω, et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 322.

Ἔ**ΝΤΙΜΟΣ**, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. proprie: *carus, magni pretii*, et dicitur de *rebus venalibus, quæ magno pretio venduntur*, cui opponitur εὔωνος *vilis, parvi pretii*, ab ἐν et τιμὴ *pretium*, quasi ὁ ἐν τιμῇ ὤν, nam ἐν in compositione sæpe idem valet, quod extra compositionem significat cum casu suo. Sic legitur in vers. Alex. Prov. XX, 18. σκεύη ἔντιμα vasa pretiosa, ubi in Hebraico est יְקָר, et apud *Demosthenem* in *Dionysodorum* p. 1285. ed. *Reiske*: ἐπιεικῶς ἔντιμον κατέλιπον τὸν σῖτον.

2. metaphorice, ut Lat. *carus, qui in honore habetur et magni æstimatur, honoratus, æstimatus* vel *æstimandus*. Luc. VII, 2. ὃς ἦν αὐτῷ ἔντιμος qui erat ipsi admodum carus. Philipp. II, 29. καὶ τοὺς τοιούτους ἐντίμους ἔχετε talesque viros in honore habete. 1 Petr. II, 4. et 6. Christus dicitur λίθος ἔντιμος, quia apud Deum in magno pretio est, non sine respectu ad lapides præstantes, qui apud homines in magno sunt pretio. 1 Sam. XXVI, 21. ἔντιμος ἡ ψυχή μου ἐν ὀφθαλμοῖς σου.

3. *illustris, nobilis, generoso sanguine natus*. Luc. XIV, 8. μήποτε ἐντιμότερός σου ᾖ κεκλημένος ὑπ' αὐτοῦ ne forte quis te honoratior sit ab eo invitatus. Sic apud *Xenoph.* Cyrop. III, 1. 4. οἱ ἔντιμοι proceres dicuntur. Conf. *Thom. M.* Eclog. sub ἐπίτιμος, p. 358.

Ἐ**ΝΤΟΛΗ**, ῆς, ἡ, generatim *omne præceptum et mandatum a superiori datum* significat, *quod ad observationem alicujus rei adstringit*. Est enim verbale a perf. med. ἐντέτολα, verbi ἐντέλλομαι *præcipio, mando*. Speciatim vero ita dicitur

1. *præceptum divinum*. Matth. V, 19. XV, 3. 6. ubi ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ opponitur τῇ παραδόσει ἀνθρώπων. XXII, 36. 38. Luc. I, 6. πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυρίου etc.

2. *interdictum divinum*. Rom. VII, 8. διὰ τῆς ἐντολῆς per interdictum divinum. ibid. v. 12. ubi ἐντολὴ diserte distinguitur a νόμος, quod præcepta de officiis complectitur.

3. *αἱ ἐντολαὶ κατ' ἐξοχὴν decem præcepta a Deo per Mosen Judæis tradita*. Matth. XIX, 17. τήρησον τὰς ἐντολὰς observa decem præcepta, coll. v. 18. et 19. Marc. X, 19. τὰς ἐντολὰς οἶδας· μὴ μοιχεύσεις etc.

4. mox de *universa lege Mosaica*, mox de *singulis doctrinæ Mosaicæ capitibus et præceptis* usurpatur. Hebr. VII, 16. ubi lex Mosis de eligendo summo sacerdote ἐντολὴ σαρκινὴ dicitur. ibid. v. 18. ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς abrogata itaque est lex Mosaica, quæ olim locum habebat.

5. *promissio divina*. Joh. X, 18. ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ πατρός μου hoc præmium virtutis meæ mihi est a Deo promissum. צָוָה sæpe apud Hebræos *promittere* notat, v. c. Ps. XLIV, 4. CXXXIII, 3.

6. *doctrina alicujus fidei demandata*, et speciatim: *doctrina Christiana*. Joh. XII, 50. ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ hanc, quam mihi annunciandam demandavit, doctrinam. 2 Petr. II, 21. ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς a tradita ipsis sanctissima doctrina Christiana. ibid. III, 2.

7. *concessio, permissio*. Marc. X, 5. πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ob contumaciam vestram vobis non denegare voluit hanc veniam, coll. v. 4. Vid. supra ad ἐντέλλω.

8. *mandatum, edictum hominis, qui aliqua auctoritate et potestate pollet*. Sic Luc. XV, 29. de præceptis pa-

ternis, καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον neque unquam violavi præcepta tua. Joh. XI, 57. δεδώκεισαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ Φαρισαῖοι ἐντολήν promulgarat synedrium magnum edictum. Act. XVII, 15. λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν Σίλαν καὶ Τιμόθεον acceptis mandatis ad Silam et Timotheum. Tit. I, 14. ἐντολαῖς ἀνθρώπων traditionibus humanis. *Phavor.* ἐντολή· παραγγελία τις δεσποτική. *Herodian.* III, c. 5. s. 8. δίδωσι ἐντολάς.

ΕΝΤΌΝΩΣ. Adverbium, *acriter, magna contentione, intentis viribus, enixe.* (ab ἔντονος *intentus, acer, vehemens.*) *Xenoph.* Anab. VII, 5. 4. ὅτι ἐντόνως τοῖς στρατιώταις ἀπῄτει τὸν μισθόν. Idem Hist. Gr. c. 4. §. 14. ἐντόνως ἔλεγον. Vid. infra sub εὐτόνως.

ΕΝΤΌΠΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, το, *qui est in loco aliquo, inquilinus, indigena, incola et civis alicujus loci et urbis,* ab ἐν et τόπος *locus,* quasi ὁ ἐν τόπῳ ὤν. Semel legitur in N. T. Act. XXI, 12. καὶ οἱ ἐντόπιοι. *Vulgatus : qui loci illius erant,* h. e. Christiani, qui Cæsareæ vivebant. *Sophocl. Œdip. Colon.* 834. *Porphyr. de Abstinent.* I, 14. *Pollux Onom.* IX, 27. *Eustathius in Il. β'.* p. 232. 53.

ΕΝΤΌΣ. Adverbium loci, *intus, intra* significans, descendens ab ἐν, regens genitivum. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXIII, 26. τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου καὶ παροψίδος, pro τὸ ἐντὸς ὂν μέρος τοῦ ποτηρίου κ. τ. λ. internam partem poculi et patinæ. *Xenoph.* Anab. VI, c. 5. §. 5. ἐντὸς τῆς φάλαγγος intra spatium, in quo exercitus erat. Luc. XVII, 21. ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν nam regnum Dei jam inter vos est, h. e. est in animo vestro coll. v. 20. οὐκ ἔρχεται μετὰ παρατηρήσεως. Ita ἐντὸς de *animo* legitur apud *Demosthenem* in *Phormionem* p. 913. ed. *Reiske :* οὐ μέντοι ἐντὸς ὢν cum secum non esset. *Suid.* ἐντός· οἱ λογισμοὶ καὶ ἐνθυμήσεις καὶ πάντα τὰ τῆς ψυχῆς κινήματα. Dan. X, 16. Alex. ἐντὸς posuerunt pro קֶרֶב, Ps. CIII, 1. CIX, 22. Ies. XVI, 11. et pro תָּוֶךְ, Cantic. III, 10.

ΕΝΤΡΈΠΩ, fut. ἑψω, 1. proprie : *averto,* de *aversione rei localis,* ab ἐν et τρέπω *verto.* Hinc ἐντρέπομαι *fugio, recedeo,* teste *Phavorino,* ἐντρεπομένους· ἐγκλίνοντας. Idem: ἐντρέπεσθαι λέγει Ὅμηρος τὸ ἐπιστρέφεσθαι.

2. metaphorice : *pudore afficio, pudorem injicio, facio, ut præ pudore aliquis faciem avertat.* Homines enim, quos pudet, solent plerumque oculos suos deorsum vertere, et totam faciem avertere ab iis, quorum aspectum non sustinent. 1 Cor. IV, 14. οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω ταῦτα non, ut vos pudore afficerem, hæcce scripsi. Pari modo *Ælian. V. H.* III, 17. εἰς τοσοῦτον ἐνέτρεψαν τὴν σύγκλητον βουλήν. Vid. ad h. l. notas *Perizonii.* Hinc passivum ἐντρέπομαι *erubesco, pudefio, pudore suffundor,* et ex adjuncto : *pudore victus ad silentium redigor, resipisco et in me ipsum descendo.* Sic 2 Thess. III, 14. καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ et nullam cum eo communionem habete, ut pudore victus resipiscat. Tit. II, 8. ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ ut adversarii religionis Christianæ ad silentium redigantur : nam statim sequitur : μηδὲν ἔχων περὶ ἡμῶν λέγειν φαῦλον : nam *pudefieri* sæpe etiam in litteris sacris *is* dicitur, *qui non efficere potest, quod vult, cujus consilia irrita fiunt,* v. c. Ps. XXXV, 4. αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου. LXIX, 6. LXX, 2.

3. Medium ἐντρέπομαι est: *mihi ipsi pudorem injicio,* et, sequente accusativo personæ, *revereor aliquem, alicujus respectu commoveor, curo, rationem alicujus habeo.* Matth. XXI, 37. ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου reverenter certe tractabunt filium meum. Marc. XII, 6. Luc. XVIII, 2. τὸν Θεὸν μὴ φοβούμενος καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος nec Dei reverentia nec hominum verecundia agebatur. ibid. v. 4. XX, 13. Hebr. XII, 9. ubi de reverentia in parentes adhibetur. *Hesych.* ἐντρέπεται· λόγον ἔχει. Respondet in vers. Alex. Hebr. לֶעָנוֹת, Exod. X, 3. ἕως τίνος οὐ βούλει ἐντραπῆναί με, et in vers. *Symmachi* 1 Sam. XXV, 35. formulæ

נָשָׂא בְּנֵי פְלוֹנִי. Nec desunt exempla hujus significationis in Scriptoribus exteris. *Polyb.* Hist. IX, 30. Φίλιππον καὶ Μακεδόνας οὐκ ἐντρέπεσθε. *Xenoph.* Hist. Gr. II, 3. 17. τοῦ δὲ καλοῦ καὶ τῶν φίλων μηδὲν ἐντρεπόμενος. *Sophocl.* Ajax Flagell. v. 90. τί βαιὸν οὕτως ἐντρέπῃ τῆς συμμάχου.— *Hesych.* ἐντρέπεται· μεταστροπὴν λαμβάνει, ἐπιστρέφεται, κάμπτεται, λόγον ἔχει. — Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 467.

ΕΝΤΡΈΦΩ, fut. ἕψω, *innutrio*, ab ἐν et τρέφω, *alo*, *nutrio*. Passivum ἐντρέφομαι *innutrior*, quod cum dativo rei constructum de *iis* dicitur, *qui primam ætatem consumserunt in studio alicujus rei, in addiscenda aut exercenda aliqua arte et disciplina.* Sic semel legitur in N. T. 1 Tim. IV, 6. ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως qui inde a puero præceptis religionis Christianæ imbutus es. *Eurip.* Phœn. v. 381. γυμνάσιά θ', οἷσιν ἐνετράφην, κ. τ. λ. *Maxim. Tyr.* XVIII, 9. τοῖς αὐτοῖς παλαίσμασιν ἐντεθραμμένος. Eodem modo *innutriri* apud Latinos, v. c. *Senecam* in Consol. ad Polybium c. 21. extr. " liberalibus disciplinis, quibus non *innutritus* est tantum, sed innatus." *Plin.* Epp. IX, 33. " homines *innutritos* mari." *Silium Italicum* II, 286. Alia exempla ex utriusque linguæ Scriptoribus collegit *Suicerus* in *Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1127. *Wetstenius N. T.* T. II, p. 336. et *D'Orville* ad *Chariton.* I, c. 2. p. 220. ed. Lips.

"ΕΝΤΡΟΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *tremefactus, tremore correptus, tremebundus*, ab ἐν et τρόμος *tremor*, quasi ὁ ἐν τρόμῳ ὤν, (Cf. *Hoog.* ad *Vig.* de Idiot. Ling. Gr. p. m. 497. Edit. Glasg. 1813.) i. q. ἔμφοβος. Ter legitur in N. T. Act. VII, 32. ἔντρομος δὲ γενόμενος Μωσῆς tremefactus Moses. ibid. XVI, 29. Hebr. XII, 21. ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος. Sic 1 Macc. XIII, 2. λαὸς ἔντρομος καὶ ἔμφοβος. Sapient. XVII, 19. In vers. *Theodot.* Hebr. מַרְעִיד *tremens*, Dan. X, 11. respondet. Adde *Plutarch.* T. I. p. 677. ed. *Reiske.*

ΕΝΤΡΟΠΉ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *aversio rei localis, conversio*, ab ἐντρέπω *averto. Hesych.* ἐντροπή· ἐπιστροφή.

2. metaphorice: *pudor, pudefactio, verecundia*, die Beschamung *bashfulness*, a præt. med. ἐντέτροπα, verbi ἐντρέπομαι *pudefio, erubesco.* 1 Cor. VI, 5. πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω ad pudorem vobis incutiendum hæc dico. Eadem sententia repetitur ibid. XV, 34. Ps. XXXV, 26. ἐνδυσάσθωσαν αἰσχύνην καὶ ἐντροπήν. ibid. LXIX, 7. 20. LXXI, 13. περιεβαλλέσθωσαν αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν, Hebr. כְּלִמָּה. *Phavor.* ἐντροπή ἐστι, λύπη κατὰ νοῦν ἐξ ἀποτυχίας τινὸς καταθυμίου συνισταμένη. ἢ ἡ ἐξ ἐλέγχου καὶ ἐπιτιμήσεως γενομένη αἰδώς.

ΕΝΤΡΥΦΆΩ, ῶ, fut. ήσω, proprie: *luxoriose, splendide et molliter me gero et vivo, deliciis plane sum deditus, indulgeo genio*, ab ἐν, quod hic vim habet intendendi, et τρυφάω *in deliciis vivo, luxui sum deditus*, quod est a τρυφὴ *luxus, deliciæ.* Sic legitur apud *Herodian.* II, 3. s. 22. ταῖς τῆς τυραννίδος ἀκρίτοις καὶ ἀφειδέσι μεγαλοδωρεαῖς ἐντρυφᾶν tyrannidis infinitis et profusis largitionibus ad luxuriam abuti: ubi vid. *Irmischius. Xenoph.* Hist. Gr. IV, c. 1. §. 13. Ex hac significatione illustrandus est locus 2 Petr. II, 13. ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀγάπαις αὐτῶν, seu ὑμῶν, recepta nempe hac lectione pro ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, ex auctoritate vers. *Vulg.* et *Syriacæ*, probantibus *Erasmo, Luthero, Grotio, Albertio*, rel. ob locum parellelum Jud. v. 12. ut pro varia vocis ἀγάπαι significatione, quæ æque commode de *conviviis illis sacris primitivæ ecclesiæ Christianæ, quæ ad alendum amorem mutuum et recolendam mortis Christi memoriam instituta erant*, ac de *eleemosynis* explicari possit, vel sensus sit: *In agapis vestris luxuriose vivunt et genio suo indulgent*, vel: *eleemosynis vestris ad vitam mollem et luxuriosam abutuntur.*

2. *oblecto me, voluptatem capio ex aliqua re cum aliorum contumelia et injuriis*, unde interdum etiam *insulta-*

re, illudere, superbia elatum contumelia aliquem afficere notat, quam significationem multis confirmare conatus est *Elsnerus* in Obss. Sacr. T. II. p. 416. et *Irmisch.* ad *Herodian.* III, 5. 4. ἤκουεν αὐτὸν βασιλικώτερον ἐντρυφῶντα τῷ Καίσαρος ὀνόματι eum nimis regie sibi favere in Cæsaris nomine. Hanc vero significationem postulat lectio altera vulgaris in loco Petri supra laudato, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, pro qua stat major codicum optimæ notæ numerus, et *Wetstenii*, *Bengelii* et *Griesbachii* auctoritas, e qua vero hic sensus enascitur: *oblectantes se in fraudibus suis et dolis, quibus utuntur ad alios decipiendos et pecunia emungendos.* Eo vero minus huic interpretationi subscribere dubito, quo minus hæc significatio apud Alexandrinos infrequens est. Conf. Ies. LV, 2. LVII, 4. ἐν τίνι ἐνετρυφήσατε; quanam re vos oblectastis? Habac. I, 10. καὶ αὐτὸς ἐν βασιλεῦσιν ἐντρυφήσει. — Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 706.

ΈΝΤΥΓΧΆΝΩ, fut. ἐντεύξομαι, aor. 2. ἐνέτυχον, 1. proprie: *adeo, convenio aliquem quacunque de causa, occurro alicui, incido in aliquem. Polyb.* Hist. IV, c. 76. extr. ἐντυχόντων δὲ αὐτῶν τῷ βασιλεῖ περὶ τούτων. *Theophr.* Char. I, 2. Sapient. VIII, 21. ἐνέτυχον τῷ κυρίῳ καὶ ἐδεήθην αὐτοῦ. ibid. XVI, 28. *Hesych.* ἐντυγχάνει· προσέρχεται. Sic legitur in N. T. Act. XXV, 24. περὶ οὗ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι cujus causa omnes Judæi adierunt me, vel precibus, vel Paulum accusaturi.

2. *precibus aliquem adeo.* Hinc formula ἐντυγχάνειν ὑπὲρ τινὸς, vel sensu forensi *causam alicujus agere et commendare* significat, vel simpliciter *intercedere pro aliquo, pro commodo alicujus facere aliquid, adjuvare, opem ferre*, i. q. uno verbo ὑπερεντυγχάνω dicitur. Rom. VIII, 27. ὅτι κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων, coll. v. 26. nam Spiritus S. adjuvat Christianos, preces facientes, eosque docet, quomodo voluntati divinæ convenienter precandum sit. ibid. v. 34. et Hebr. VII, 25. Christus dicitur ἐντυγχάνειν ὑπὲρ ἀνθρώπων, qua formula *vim perpetuam et æternam meritorum Christi, quam nobis beatiore sede exceptus conservat*, indicari, nullus dubito. Nam desumta videtur hæc formula a sacerdote Judæorum, sacrificium piaculare in magnis annuis sacris Deo publico nomine offerente et ita pro populo apud Deum intercedente. In priore loco est: ὅς καὶ ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν qui jam sedet ad dextram Dei et mortis suæ virtutem nobis conservat. In posteriore vero loco leguntur hæc verba: πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν nam vivit in æternum, ut semper sit et maneat causa salutis eorum. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 61.

3. si præpositio κατὰ additur, significat: *accuso aliquem, verba facio contra aliquem, defero apud judicem.* Rom. XI, 2. ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ accusat apud Deum Israëlitas. 1 Macc. VIII, 32. ἐὰν οὖν ἔτι ἐντύχωσι κατὰ σοῦ. 1 Macc. X, 61. 63. XI, 25. Interdum in libris apocryphis V. T. ἐντυγχάνειν absolute positum *criminari, accusare* significat, v. c. 1 Macc. X, 64. ubi οἱ ἐντυγχάνοντες adversarii, qui eum criminati erant, vocantur.

ΈΝΤΥΛΊΣΣΩ, vel ΈΝΤΥΛΊΤΤΩ, fut. ίξω, 1. *involvo* et speciatim de cadaveribus dicitur, quæ linteis involvuntur, ab ἐν et τυλίττω, quod idem significat. Matth. XXVII, 59. ἐνετύλιξεν (codex unus habet ἐνείλησεν. *Hesych.* ἐνετύλιξεν· ἐνείλισσεν.) αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ et involvit illud sindone munda. Idem legitur Luc. XXIII, 53. Judæos de eadem re voce כָּרַךְ (qua et Syrus in utroque loco usus est) usos esse, docuit *Buxtorfius* in Lex. Talmud. p. 1089.

2. *convolvo, in modum culcitræ seu straguli convolvo*, a τύλη *culcitra*, i. q. συντυλίσσω. Joh. XX, 7. ἀλλὰ χωρὶς ἐντετυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον sed seorsim in aliquo loco convolutum. Sæpius non legitur in N. T.

ΈΝΤΥΠΌΩ, ῶ, fut. ώσω, *inprimo figuram, incido, insculpo, formam et*

effigiem exprimo, ab ἐν et τύπος *figura*, *imago*. Semel legitur in N. T. 2 Cor. III, 7. ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις lex insculpta in tabulis lapideis. *Plutarch.* T. VIII. p. 672. *Reiske.* *Aristot. de Mundo* 6. *Eustathius ad Il. ω'*. 63. *Hesych.* ἐντυπούμενον· ἐγγραφόμενον.

'ΕΝΥΒΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *contumelia afficio*, *probra in aliquem jacto*, *contumeliose aliquem tracto*, ab ἐν et ὑβρίζω, quod idem significat. Semel legitur in N. T. Hebr. X, 29. τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας beneficium divinum contumeliose repudians. Apud exteros Scriptores ἐνυβρίζειν cum dativo construitur, quem postulat præpositio ἐν, v. c. *Ælian.* V. H. IX, 8. καὶ ἀνέδην αὐταῖς ἐνύβριζον πάντες. Reperitur tamen quoque cum accusativo apud *Josephum* A. J. V, 8. 12. et ibid. I, 1. 4. cum præpositione εἰς construitur.

'ΕΝΥΠΝΙΑ'ΖΩ, fut. άσω, et 'ΕΝΥΠΝΙΑ'ΖΟΜΑΙ, 1. proprie: *somnio*, ab ἐνύπνιον *somnium*. Alexandrini pro חָלַם Genes. XXXVII, 6. 9. 10. *Aristoteles* H. A. IV, 10. Speciatim vero de *iis* dicitur, *qui oraculo divino per somnium de re aliqua admonentur*. Act. II, 17. καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται et seniores vestri somnia habebunt, coll. Joël. II, 28. חֲלֹמוֹת יַחֲלֹמוּן· Judd. VII, 13. Alexandr. ἐνυπνιασάμην ἐνύπνιον, Hebr. חֲלוֹם חֲלַמְתִּי·

2. *stulta imaginor*, ut ii, qui somniant, *somnia mihi fingo*. Sic legitur Jud. v. 8. ubi οἱ ἐνυπνιαζόμενοι dicuntur falsi doctores, qui mera somnia, vanas scilicet opiniones et errores sectabantur: qui etiam a Jer. XXIII, 27. coll. v. 26. חֲלֹמוֹת vocantur; (Adde XXIX, 8.) quos etiam nos in lingua vernacula Träumer *a dreamer*, *a visionary* appellare solemus. Eodem modo Latini vocem *somniare* etiam de iis adhibent, qui vigilantes somniant, v. c. *Cicero* de Divin. II, 71. "Nihil tam præpostere, tam incondite, tam monstruose cogitari potest, quod non possimus *somniare*." Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΝΥ'ΠΙΟΝ, ου, τὸ, 1. *somnium*, *visum*, *quod in somnis, seu per quietem dormienti se offert*, ὅραμα τὸ ἐν ὕπνῳ. Recte monuit *Schwarzius* in Commentariis Ling. Gr. p. 493. ἐνύπνιον non substantivum esse, sed nomen adjectivum neutrum elliptice positum, pro ἐνύπνιον εἶδος, ut adeo ἐνύπνιον proprie *omne* dicatur, *quod per quietem homini contingere solet*. In qua opinione me etiam confirmavit auctoritas *Phavorini*: 'Ενύπνιον· ἐφ' ὅσον τὶς ὑπνοῖ. —Id. τὸ ἐνύπνιον· ἐνίοτε μὲν ἐπιρρηματικῶς λέγεται, καὶ λαμβάνεται ἀντὶ τοῦ κατὰ τοὺς ὕπνους. (*Homer.* Il. β'. v. 56. Θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.) ἐνίοτε δὲ ὄνομά ἐστι καὶ δηλοῖ τὴν ὄψιν τὴν ἐν τοῖς ὕπνοις φαινομένην, ἤτοι τὸν ὄνειρον. (*Xenoph.* Sympos. IV, 49.)

2. speciatim: *revelatio divina*, *quæ fit per somnium*, quæ etiam Hebraice חֲלוֹם vocatur 1 Sam. XXVIII, 6. 15. Sic semel legitur in N. T. Act. II, 17. καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται et senioribus revelatio divina per somnia continget.

'ΕΝΩ'ΠΙΟΝ. Proprie, ut recte monuit *L. Bos.* Ellips. Gr. p. m. 443. non est adverbium, sed nomen accusativi casus, qui pendet ab omissa præpositione κατά. Significat autem ἐνώπιον et ἐνωπὴ *conspectum*. (*Homer.* Iliad. η'. v. 435.) unde ἐνώπιον elliptice pro κατ' ἐνώπιον (scribitur etiam contracte κατενώπιον) adverbialiter ponitur cum genitivo et significat

4. *coram*, *in conspectu*, Hebr. לִפְנֵי, ab ἐν et ὠψ *vultus*, q. d. ἐν ὠπί. Luc. V, 18. καὶ θεῖναι ἐνώπιον αὐτοῦ. ibid. v. 25. VIII, 47. ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ. ibid. XXIII, 14. ἐγὼ ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας etc.

2. *apud*. Luc. XII, 6. καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ et nullum eorum est in oblivione apud Deum. ib. XVI, 15. Act. X, 31. αἱ ἐλεημοσύναι σου ἐμνήσθησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. 1 Petr. III, 4. Apoc. XII, 10. XVI, 19.

3. *ante*, de *tempore*. Luc. I, 17. de Johanne baptista, nuntio adventus

Messiæ, καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ, coll. Matth. XI, 10. et Joh. I, 15. — de *loco*. Apoc. IV, 5. 6. ἐνώπιον τοῦ θρόνου. ibid. XII, 4. Eodem modo לִפְנֵי sumitur Esther. II, 11. Ies. XXXVI, 7. לִפְנֵי הַמִּזְבֵּחַ, Amos. I, 1. שְׁנָתַיִם לִפְנֵי הָרַעַשׁ, Zach. VIII, 10.

4. *ad*. Act. IX, 15. τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν ut perferas doctrinam meam ad gentes extraneas. Apoc. VIII, 4. ἀνέβη ὁ καπνὸς ἐνώπιον Θεοῦ fumus ascendit ad Deum; ad imitationem Hebr. לִפְנֵי Exod. XXXIV, 34. Jos. IV, 5. עִבְרוּ לִפְנֵי אֲרוֹן.

5. *contra*, i. q. ἔναντι. Luc. XV, 18. et 21. ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου contra Deum et te peccavi. Similis locus est 1 Sam. XX, 1. וּמַה־חָטָאתִי לִפְנֵי אָבִיךָ. Num. XVI, 2.

6. superfluum est et explet dativum. Luc. XXIV, 11. καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος illis visa sunt hæc deliramenta. Act. VI, 5. Rom. XII, 17. Hebr. IV, 13. XIII, 21. etc. Esther. V, 14. וַיִּיטַב הַדָּבָר לִפְנֵי הָמָן. 2 Sam. XVI, 19. Conf. *Vorstii* Philol. S. p. 649. ed. *Fischeri*.

7. Restat formula: ἐνώπιον Κυρίου, seu Θεοῦ, Hebr. לִפְנֵי יְהוָה, quæ duplici modo, si recte memini, in libris N. T. usurpatur. Significat α) *judice Deo*, et fere ita ponitur, ut indicetur, *aliquid revera et manifeste tale esse, quale esse dicitur*, i. q. ὄντως et φανερῶς, quia Deus rerum intima visu suo penetrat nec ejus judicium ullo modo falli potest. Luc. I, 6. ἦσαν δίκαιοι ἀμφότεροι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, h. e. vere probi et integri erant ipso Deo judice. Act. IV, 19. εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. ibid. VIII, 21. Apoc. III, 2. Genes. VII, 1. 1 Sam. II, 17. Uberius de hoc idiotismo ling. Hebr. exposuit *Vorstius* Philol. Sac. c. XVII, p. 398. edit. rec. β) *Deum testor, per Dei fidem*, ut sit formula jurandi, i. q. μάρτυς μου ἐστὶν ὁ Θεὸς Rom. I, 9. seu μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι et similis illi Græcæ νὴ τὸν Θεόν. 2 Cor. I, 23. Galat. I, 20. ἃ δὲ γράφω ὑμῖν, ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι.

ΕΝΩΣ, ὁ, *Enos*. Nomen viri ἄκλιτον, vel ex lingua Hebraica explicandum, in qua אֱנוֹשׁ *infirmum, miserum* etiam *hominem* significat, ab אָנַשׁ *æger, infirmus, afflictus fuit*, vel ex lingua Arabica, in qua أَنِسَ *societatem inire* notat, ut adeo Enos ita nominatus sit, quod tempore, quo natus esset, societates publicæ primum institui cœpissent. Fuit autem filius Sethi natu maximus. Genes. IV, 26. Luc. III, 38.

ΕΝΩΤΙΖΟΜΑΙ, fut. ἰσομαι, *auribus percipio, audio*, ab ἐν et οὖς, ὠτός, τὸ, *auris*. Verbum medium, quod ingenium interpretum Græcorum finxisse videtur ad imitationem Hebraici הֶאֱזִין, (cui in vers. Alex. haud raro respondet, Genes. IV, 23. Ies. I, 2. Job. XXXIII, 1. Hos. V, 1.) ab אֹזֶן *auris* adeoque dialecto Alexandrinæ et Macedonicæ proprium est, nec ullius antiqui scriptoris auctoritate se tueri potest, quanquam scriptores recentiorum temporum, v. c. *Gregorium Nazianzenum, Cinnamum, Zonaram* et alios usu hujus verbi delectatos esse constat. Sapient. VI, 2. In N. T. semel legitur Act. II, 14. ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματά μου auribus percipite mea dicta. *Hesych.* ἐνωτίζου· ἐν τοῖς ὠτίοις δέχου. Copiose de hac voce post *Vorstium* in Philol. Sacr. c. I, p. 10. seq. egit *Fischerus* in Prol. XXXI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 7. seq.

ΕΝΩΧ, ὁ, *Enochus*. Nomen viri ἄκλιτον, Hebr. חֲנוֹךְ, i. q. *initiatus, devotus*, a radice חָנַךְ *initiavit, dedicavit*. *Alb.* Gloss. Gr. p. 36. Ἐνώχ, ἐγκαινισμός. Fuit filius Jaredi septimus ab Adamo scilicet in patriarcharum linea, qui ob præcipuam vitæ integritatem vivus in cœlum translatus, h. e. præmatura et insolita morte abreptus esse legitur Genes. V, 18. seq. Luc. III, 37. Hebr. XI, 5. De ejus vati-

cinio, quod Jud. v. 14. de adventu Domini ad judicium reperitur, post *Suicerum* in *Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1131. bene exposuit *C. F. Schmid.* in Observatt. Criticis super Epistola Catholica Judæ p. 59. seq.

Ἐξ, *e, ex.* Præpositio regens genitivum ejusdem significationis est cum ἐκ, a quo differt solum, quod ponatur sequente vocali vel diphthongo, cum ἐκ legatur sequente consona. Vid. Ἐκ.

Ἕξ, *oi, αι, τὰ, sex.* Nomen numerale indeclinabile. Matth. XVII, 1. μεθ' ἡμέρας ἓξ. Joh. XII, 1. Apoc. XIII, 18. ἑξακόσιοι ἑξήκοντα ἕξ sexcenta sexaginta sex.

Ἐξαγγέλλω, fut. ελῶ. 1. proprie: *nuntio, annuntio, in notitiam aliorum perduco,* ab ἐξ et ἀγγέλλω *nuntio.* Sic v. c. de iis, qui per nuntios vel litteras alteri aliquid produnt, usus est hac voce *Demosthenes* Philipp. I. p. 45. ed. *Reiske*: εἰσὶν οἱ πάντ' ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ παρ' ἡμῶν. Hinc substantivum ἐξάγγελος, teste *Hesychio,* est ἄγγελος, ὁ τὰ ἔσω γεγονότα τοῖς ἔξω ἀγγέλλων. Conf. *Schol.* ad *Eurip.* Hippolyt. v. 776. *Wasse* ad *Thucyd.* VIII, 51. et *Lexic. Xenophont.* s. h. v.

2. ex adjuncto: *laudo, celebro, prædico,* i. q. διαγγέλλω. Sic semel legitur in N. T. 1 Petr. II, 9. ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε ut laudes et virtutes Dei (summam scilicet ejus benignitatem, sapientiam et potentiam,) annuntiando celebretis et laudibus efferatis. In versione Alex. respondet Hebraico סִפֵּר, quod eodem sensu ponitur Ps. IX, 14. LXXI, 15. LXXIII, 28.

Ἐξαγοράζω, fut. άσω, 1. proprie: *redimo,* h. e. *rem, quæ alterius facta erat, dato pretio recupero et mihi vindico,* et est verbum proprium de iis, qui aliquem, pretio dato, e servitute redimunt, ab ἐξ et ἀγοράζω *emo.* Ita in N. T. non legitur.

2. metaphorice: *libero et immunem reddo.* Sic Christo tribuitur Galat. III, 13. Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, h. e. ut bene *Koppius* exposuit, Christo debemus, quod non amplius metuendæ nobis sunt legum Mosaicarum comminationes, seu, Christus morte sua cruenta in cruce effecit, ut non amplius obstricti teneamur legi Mosaicæ, quæ pœnas comminatur. ibid. IV, 5. ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ ut Judæos in libertatem Christianam vindicaret.

3. *toto animo rei alicui deditus sum, sollicite aliquid et caute observo,* prouti facere solent mercatores. Ephes. V, 16. ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι, h. e. ex mea sententia: quærite opportunitatem sancte vivendi et alios emendandi, hoc enim, quo vivimus, tempore multa sunt virtutis impedimenta. Alii reddunt: *dilatione aut alia arte eripere vos periculo imminenti studete, nam tempora sunt admodum calamitosa,* ex loco Daniel. II, 8. ὅτι καιρὸν ὑμεῖς ἐξαγοράζετε, ad quem locum scholion vetus in edit. *Bosiana* habet: τουτέστιν ὑπέρθεσιν ζητᾶσθε, διασκεδάσαι τῇ ἀναβολῇ τοῦ καιροῦ σκοποῦντες τὸ παρ' ὑμῶν ζητούμενον. Alii aliter. Conf. *Dresigium* de Verbis Mediis N. T. p. 267. seq. et *Wetstenii* N. T. T. II. p. 255. Coloss. IV, 5. ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν quærite opportunitatem et ea diligenter utimini. Sæpius non legitur in N. T.

Ἐξάγω, *educo, emitto, discedere jubeo.* Marc. VIII, 23. ἐξήγαγεν αὐτὸν ἔξω τῆς κώμης. ibid. XV, 20. καὶ ἐξάγουσιν αὐτὸν, ἵνα σταυρώσωσιν αὐτὸν et eum ad supplicium Christi eduxerunt. Luc. XXIV, 50. Joh. X, 3. Act. V, 19. ἐξαγαγὼν αὐτοὺς εἶπεν eos emisit, seu discedere jussit his dictis. ibid. VII, 36. 40. de eductione Israëlitarum ex Ægypto. ibid. XII, 17. πῶς ὁ Κύριος αὐτὸν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς φυλακῆς quomodo Deus eum e captivitate liberaverit. ibid. XIII, 17. XVI, 37. 39. ubi emphatice ponitur pro *honeste et palam educere aliquem.* ib. XXI, 38. Hebr. VIII, 9. Sæpius non legitur in N. T. Æque late patet hæc vox

apud exteros Scriptores. Sic v. c. de exportandis mercibus dicitur apud *Xenoph.* de Rep. Athen. II, 3. pro *discedere jubere* apud *Demosthenem* p. 1090. ed. *Reiske*, ibid. p. 389. ἐξήγαγον αὐτοὺς ἄκοντας. *Hesych.* ἐξάγων· ἐκβαλὼν, προφέρων.

ΕΞΑΙΡΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, et ΕΞΑΙΡΕ΄ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1. proprie: *eximo, eruo, aufero, extraho.* Matth. V, 29. ἔξελέ αὐτὸν, sc. ὀφθαλμὸν, evelle s. erue oculum; ubi vid. *Wetstenius.* ibid. XVIII, 9. Respondet formulæ Hebraicæ נָקַר עַיִן 1 Sam. XI, 2. quam Alexandrini per ἐξορύξαι ὀφθαλμὸν expresserunt.

2. *eligo, separo*, ab ἐξ et αἱρέω *capio, eligo.* Act. XXVI, 17. ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν selegi te e Judæis et gentilibus. Ne quis hanc significationem, plerisque Lexicographis non observatam, temere in dubium vocet, addo loca Job. XXXVI, 21. Ies. XLVIII, 10. XLIX, 7. ubi τῷ בָּחַר in versione Alex. respondet. *Xenoph.* Cyrop. IV, 5. 16. et 17. Hinc ἐξαίρετος exemtus numero, v. c. prædæ, militibus etc. v. c. *Xenoph.* Cyrop. II, 2. 15. *Homer.* Iliad. β΄. 227.

3. *libero ab aliquo malo et periculo, eruo et eripio aliquem magna vi e periculo et malo, cui se expediendo impar est.* Act. VII, 10. καὶ ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων. ibid. v. 34. XII, 11. καὶ ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς Ἡρώδου et liberavit me ex potestate Herodis. ibid. XXIII, 27. Galat. I, 4. Sæpius non legitur in N. T. *Alciphron* I, ep. 9. ἐκ τῆς πικρᾶς τῶν ἀγοραιόμων ἐξελοῦνται ἡμᾶς χειρός. *Demosthen.* p. 256. 2. ed. *Reiske*: ἐξείλετο ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων. *Polyb.* XV, 22. Eadem significatione satis constat in vers. Alex. frequentissime occurrere. v. c. pro הַצִּיל, Exod. III, 8. Jos. II, 13. חִלַּץ, Ps. L, 15. XCI, 15. פָּלַט, 2 Sam. XXII, 2. Ps. XXXVII, 40. denique pro נִמְלַט, 1 Regg. I, 12. Eccles. VII, 26. *Phavor.* ἐξαιρεῖσθαι· τὸ ἐλευθεροῦν.

ΕΞΑΙ΄ΡΩ, fut. αρῶ, 1. *tollo e medio, aufero, removeo.* (ab ἐξ et αἴρω *tollo.*)

2. *excommunico, e cœtu excludo, ejicio ex ecclesia.* 1 Cor. V, 2. ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας ut e cœtu Christianorum excludatur, qui hoc crimen commisit. ibid. v. 13. Sæpius non legitur in N. T. Cf. Deut. XVII, 7. 12. XXII, 21. *Hesych.* ἐξᾶρον· ἆρον, ἐξάλειψον. Lectu digna de hac voce habet *Bielius* in Thesauro Philol. s. h. v.

ΕΞΑΙΤΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, et Medium ΕΞΑΙΤΕ΄ΟΜΑΙ, οῦμαι, *expeto, exposco, deposco, ut aliquis mihi dedatur*, in utramque partem, vel in *malam, ad supplicium, ad quæstionem, aut ad certamen;* (Sic legitur apud *Demosthenem* de Corona c. 13. et *Josephum* A. J. II, 5. §. 3. Alia loca, hunc significatum confirmantia, collegit *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 12. 12. p. 503. seq.) vel in *bonam partem* adhibetur, *rogo, ut aliquis mihi condonetur aut mea causa absolvatur, precibus et gratia veniam et salutem alicujus impetro.* *Xenoph.* Anab. I, 1. 3. *Demosthen.* p. 546. 21. ed. *Reiske.* Interdum etiam ἐξαιτοῦμαι passive dicitur apud Græcos, v. c. *Exc. Polyb.* p. 106. ed. *Ern.* ubi *ad deditionem postulari* significat. Semel legitur in N. T. Luc. XXII, 31. ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξητήσατο ὑμᾶς Satanas postulavit vos sibi dedi, h. e. hoc in votis habet, ut vos in potestatem suam redigat. Nullo enim modo locus laudatus proprie accipi potest, sed metaphorice, ut vehementem appetitum et animi desiderium significet.—Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 805.

ΕΞΑΙ΄ΦΝΗΣ. Adverbium temporis, pro quo Dorice vel Poëtice ἐξαπίνης, etiam ἐξάπινα ponitur, significans: *subito, repente, ex improviso*, ab ἐξ et ἄϊφνης *subito*, quod ex ἄφνω per syncopen pro ἀφανῶς, abjecto σ et elisa littera α, ab φαίνω *in lucem profero*,

ostendo. Legitur in N. T. Marc. XIII, 36. Luc. II, 13. IX, 39. Act. IX, 3. XXII, 6. In versione Alex. respondet Hebr. פִּתְאֹם, Prov. VI, 15. XXIV, 22. et פֶּתַע Prov. XXIX, 1. Habac. II, 7. Legitur etiam apud *Xenoph.* de *Re Equestri* VII, 4. VIII, 7. 11. *Hesychius* et ex eo *Phavor.* ἐξαίφνης· ἐξαπίνης.

ΕΞΑΚΟΛΟΥΘΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *sequor*, in significatione tam propria, quam metaphorica, *sector, adhæreo, imitor, studiosus sum*, ab ἐξ et ἀκολουθέω *sequor*. Ter tantum legitur in N. T. 2 Petr. I, 16. οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες non usus sum fabulis artificiose excogitatis. ibid. II, 2. καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀσελγείαις et multi imitabuntur lascivam eorum vivendi rationem. ibid. v. 15. ἐξακολουθήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ imitantur Bileami mores. Sirac. V, 2. μὴ ἐξακολούθει τῇ ψυχῇ σου. Ies. LVI, 11. πάντες ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν ἐξηκολούθησαν. *Polyb.* XVII, 10, 7. ῥᾳδίως ἐξακολουθήσοντα τοῖς ἐκεῖ φίλοις.

ΕΞΑΚΟΣΙΟΙ, αι, α, *sexcenti*, ab ἕξ *sex* et κόσιοι, quod est finis numeri post centum usque ad mille. Hebr. שֵׁשׁ מֵאוֹת Genes. VII, 6. Bis legitur in N. T. Apoc. XIII, 18. XIV, 20.

ΕΞΑΛΕΙΦΩ, fut. είψω, 1. proprie: *unguentum abstergo, deungo*, ab ἐξ et ἀλείφω *ungo*.

2. deinde omnino *abstergo, linendo deleo, penitus deleo, ut nulla amplius vestigia supersint, removeo, quocunque modo hoc fiat*. *Polyb. Exc. Legat.* 98. T. II. p. 739. ed. *Ern.* Hinc in N. T. tripliciter usurpatur: α) de *remissione et condonatione peccatorum*. Act. III, 19. εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας ut deleantur, h. e. remittantur vestra peccata. Metaphora est desumta a creditore, qui debitorum nomina in suis adversariis consignat, sortem cum usuris annotat, et ubi solverunt, litura inducta nomina expungit. Eandem significationem habet Hebr. מָחָה, cui ἐξαλείφειν in vers. Alex. respondet Ies. XLIII, 25. אָנֹכִי מֹחֶה פְּשָׁעֶיךָ Ps. LI, 9. Jer. XVIII, 23. et ἀπαλείφω, 3 Macc. II, 19. ἀπάλειψον τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, coll. Ies. XLIV, 22. β) de *obliteratione*, seu *extinctione litterarum in tabulis, quæ cera sunt obductæ*. Apoc. III, 5. καὶ οὐ μὴ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα ἐκ τῆς βίβλου τῆς ζωῆς et non expungam nomen, litura inducta, e libro vitæ, h. e. per litoteta: inseram illud libro vitæ et in illo perpetuo legetur. Cf. *Hemsterhus.* ad *Pollucis Onom.* VIII. Sect. 55. Exod. XXXII, 32. ἐξάλειψόν με ἐκ τῆς βίβλου. Deut. IX, 14. *Athenæus* IX. p. 403. F. *Xenoph. Hist. Gr.* II, 3. 20. γ) de *abrogatione legis*. Coloss. II, 14. ἐξαλείψας τὸ χειρόγραφον abrogans legem scriptam Mosaicam. *Demosthenes* p. 468. ed. *Reiske*: ὑμεῖς δ' ἔτι σκοπεῖσθε, εἰ χρὴ τοῦτον (sc. τὸν νόμον) ἐξαλεῖψαι. δ) ἐξαλείφειν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν abstergere lacrymas ab oculis, Apoc. VII, 17. et XXI, 4. est: removere causas lacrymarum et mœroris, calamitates, afflictiones et dolores. Conf. *Symmachi* reliquias Ies. XXV, 8. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΞΑΛΛΟΜΑΙ, *exsilio, subsilio*, ab ἐξ et ἅλλομαι *salio*. Semel legitur in N. T. Act. III, 8. καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη καὶ περιεπάτει et exsiliens stabat et ambulabat. *Hesych.* ἐξαλοῦνται· ἐκπηδήσουσι. Respondet Hebr. רָקַד Joël. II, 5. Adde Habac. I, 8. et 1 Macc. XIII, 44. *Xenoph. Cyrop.* VII, 1. 14. *Anab.* VII, 3. 16.

ΕΞΑΝΑΣΤΑΣΙΣ, εως, ἡ, *resuscitatio, resurrectio*, i. q. simplex ἀνάστασις, quemadmodum etiam ἐξαμαρτάνειν apud *Demosthenem* aliquoties, v. c. p. 259. ed. *Reiske*, pro simplici ἁμαρτάνειν ponitur. Semel legitur in N. T. Philipp. III, 11. εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τὴν ἐκ τῶν νεκρῶν ut consequar aliquando beatam e mortuis

resurrectionem; ex *ἀνίστημι*, quod vide. *Polyb.* III, 55. 4.

ΕΞΑΝΑΤΕΛΛΩ, fut. ελῶ, 1. proprie est lucis, speciatim solis, lunæ et stellarum, *exorior, apparere incipio*, ab *ἐκ*, *ἀνὰ* et *τέλλω orior*.

2. quando de plantis aliisque hujusmodi usurpatur: *enascor, succresco, provenio*. Matth. XIII, 5. *εὐθέως ἐξανέτειλε* mox succreverunt. Marc. IV, 5. Sæpius non legitur in N. T. Genes. II, 9. Ps. CXII, 4.

ΕΞΑΝΙΣΤΗΜΙ, fut. *ἐξαναστήσω*, 1. *surgere facio*, seu *jubeo*. Ἐξανίσταμαι *surgo*, ab *ἐξ* et *ἀνίστημι* quod vide. *Demosthenes* p. 1259. 3. edit. *Reiske: οὓς ἐξαναστήσας ὁ Κτησίας. Ælian. V. H.* XIV, 40. *ἐξανέστη τοῦ θεάτρου*.

2. *excito, procreo*. Marc. XII, 19. Luc. XX, 28. *καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ* et fratri suo sobolem procreet. Sic fere est Genes. XIX, 32. 34.

3. *ἐξανίσταμαι prodeo, procedo*, nostrum: offentlich auftreten *to advance openly*. Act. XV, 5. *ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν Φαρισαίων* palam declarabant sententiam Christiani, Pharisæorum sectæ quondam addicti. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΞΑΠΑΤΑΩ, ῶ, fut. *ήσω*, 1. proprie: *a recta via abduco, seduco*, quasi *ἀπὸ τοῦ πάτου ἀπάγω*.

2. metaphorice: *decipio, fallo, a virtutis et veritatis tramite aberrare facio, ad peccatum sollicito, in errores induco*. Rom. VII, 11. *ἡ γὰρ ἁμαρτία ἐξηπάτησέ με* vitiositas me ad peccatum sollicitavit. ibid. XVI, 18. *ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων*. 1 Cor. III, 18. *μηδεὶς ἑαυτὸν ἐξαπατάτω* ne alite vanas opiniones. 2 Cor. XI, 3. 2 Thess. II, 3. Sæpius non legitur in N. T. Hist. Susann. v. 56. *τὸ κάλλος ἐξηπάτησέ σε. Xenoph. Cyrop.* V, 4, 10. Conf. *Lexicon Xenophonteum* s. h. v. *Hesych. ἐξαπατᾷ· χλευάζει, δελεάζει, φενακίζει*. Idem: *ἐξηπάτησεν· ἐξεπλάνησεν*.

ΕΞΑΠΙΝΑ. Adverbium omissum et neglectum a *Stephano* in *Thesauro Ling. Gr.* et aliis Lexicographis, idem significans, quod *ἐξαπίνης* (quod legitur apud *Theocrit. Idyll.* IX, 34. Cf. *Schol. Aristoph.* ad *Plut.* 336. *Hesych. ἐξαπίνης, αἰφνιδίως, ἐξαίφνης*) et *ἐξαπιναίως* (apud *Thucyd.* I, c. 117.) *subito, repente, præter omnem exspectationem. Thom. M. ἐξαπιναίως· Θουκυδίδης, Φίλων καί τινες ἄλλοι· οἱ δὲ ῥητορικοί, ἐξαπίνης· τὸ δὲ ἐξάπινα, οὐχ ἑλληνικὸν ὅλως*. Occurrit tamen aliquoties non solum in vers. Alex. v. c. pro Hebr. פִּתְאֹם, Ps. LXIV, 4. Jos. XI, 7. בְּפֶתַע Num. VI, 9. XXXV, 22. sed etiam in reliquis Scriptoribus Græcis, quorum loca colligerunt interpretes ad *Thom. M.* p. 320. et *Kypke* in *Obss. Sacr.* T. I. p. 174. In N. T. semel legitur Marc. IX, 8. *καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι, οὐκέτι οὐδένα εἶδον. Suid.* et ex eo *Phavorinus* exponunt per *ἐξαίφνης*.

ΕΞΑΠΟΡΕΩ, ῶ, et ΕΞΑΠΟΡΕΟΜΑΙ, οῦμαι, 1. ut simplex *ἀπορέομαι, in via subsisto*, quum, quo progrediar, non pateat, ab *ἐξ* et *ἀπορέω*, quod vide.

2. metaphorice: *inopia consilii laboro, ad eas redactus sum angustias, ut, quid statuam, quidve agam, aut quo me vertam, plane ignorem, prorsus animo concido, spem omnem abjicio, despero*. 2 Cor. I, 8. *ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν* ita, ut prorsus de vita desperaremus. ibid. IV, 8. *ἀπορούμενοι ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι* inopes consilii sumus, sed non spem penitus abjicimus ex tot et tantis malis eluctandi. Sæpius non legitur in N. T. Alex. semel usi sunt hac voce pro פּוּן *consternatus, prorsus perplexus fuit*. Ps. LXXXVIII, 8. *Hesych. ἐξαπορηθῆναι· ἐξαφανισθῆναι, ἐν ἀπορίᾳ γενέσθαι*.

ΕΞΑΠΟΣΤΕΛΛΩ, fut. ελῶ, 1. *mitto, emitto, ablego, a me dimitto*. (ex *ἐξ* et *ἀποστέλλω mitto*.) Act. VII, 12. ubi tribuitur Jacobo, emittenti filios, ut emerent frumentum. ibid. IX, 30. XI, 22. XVII, 14. XXII, 21. de Christo, qui Paulum ablegavit

ad gentes remotissimas, ut iis evangelium prædicaret. Galat. IV, 4. *Polyb.* III, 11, 1. et XXI, 14. 9.

2. *dimitto cum contemtu et ignominia.* Luc. I, 53. καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλεν κενοὺς et divites bonis exutos dimittit. ibid. XX, 10. δείραντες —ἐξαπέστειλαν κενόν. ibid. v. 11. Sic etiam apud Alex. Deut. XXII, 19. et 29. usurpatur de maritis, qui uxores suas dimittunt et repudiant. *Polyb.* XV, 2. 4.

3. *do, largior.* Galat. IV, 6. ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν indidit Deus animis nostris sensus vere Christianos. Conf. Micha I, 14. Sæpius non legitur in N. T.

ἘΞΑΡΤΊΖΩ, fut. ίσω, 1. *ad finem perduco, perago, absolvo,* ab ἐκ et ἄρτιος *perfectus, integer.* Act. XXI, 5. ὅτι δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας peractis his septem diebus. *Œcumenius* ad h. l. πληρῶσαι.

2. *perfecte instruo.* Hinc ἐξηρτισμένος *is* dicitur, *qui est probe instructus, exercitatus et versatus in aliqua re* aut *scientia,* i. q. κατηρτισμένος. 2 Tim. III, 17. πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος ad omne doctoris munus et officium bene instructus. Sæpius non legitur in N. T. *Diod. Sic.* XIV, 19. *Joseph. A. J.* III. 2. 2. *Hesych.* ἐξαρτίζει· πληροῖ, τελειοῖ.—Idem: ἐξαρτίσαι· ἐκπερεμάσαι, τελειῶσαι.

ἘΞΑΣΤΡΆΠΤΩ, fut. άψω, 1. proprie i. q. ἀστράπτω *fulgur emitto, refulgeo, fulguro.*

2. metaphorice: *instar fulguris emico, splendeo, candidus et fulgidus sum,* et maxime de *vestibus et aliis rebus* adhibetur, *quæ externa specie oculos quasi fulgore præstringunt.* Sic semel legitur in N. T. Luc. IX, 29. καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων et pallium ejus candidum oculorum aciem præstringebat. Apud Alexandrinos de armis corruscis dicitur Nahum III, 3. ἐξαστραπτόντων ὅπλων. Ezech. I, 7. ὡς ἐξαστράπτων χαλκός.

ἘΞΑΥΤΗ῀Σ. Adverb. *statim, illico, continuo, eodem momento.* Est compositum ex præposit. ἐξ et pronomine αὐτῆς, intellecta voce ὥρας, q. d. ἐξ αὐτῆς ὥρας, unde etiam interdum separatim scribitur ἐξ αὐτῆς, v. c. Marc. VI, 25. Legitur in N. T. Act. X, 33. XI, 11. XXIII, 30. Philipp. II, 23. *Hesychius* et *Suid.* ἐξαυτῆς· παραυτίκα, εὐθέως. *Alberti Gloss. Gr. N. T.* p. 214. e Codice Coislin. XXIV. τὸ ἐξαυτῆς πανταχοῦ ἐν τῇ γραφῇ ἀντὶ τοῦ ταχέως κεῖται. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 580. et *Lexic. Polybianum* s. h. v.

ἘΞΕΓΕΊΡΩ, fut. ερῶ. 1. proprie: *excito, suscito, produco,* ab ἐξ et ἐγείρω. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 7. 1. τοῦτο ἰδὼν ὅναρ ἐξηγέρθη. *Hist. Gr.* VI, 4. 36.

2. *a mortuis excito.* 1 Cor. VI, 14. καὶ ἡμᾶς ἐξεγερεῖ διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ et nos e mortuis excitabit vi potentiæ suæ.

3. *superstitem servo, relinquo.* Rom. IX, 17. ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε hoc ipso consilio servavi te superstitem, morti te non tradidi. Alii reddunt non omnino male: *ideo te regem constitui.* Priorem vero explicationem confirmat usus loquendi verba עָמַד *superstitem esse, manere in vita,* Exod. XXI, 21. Jer. XXXII, 14. quod in conjugatione Hiphilica legitur Exod. IX, 16. e quo verba Græca in oratione Paulina desumta sunt, בַּעֲבוּר זֹאת הֶעֱמַדְתִּיךָ Alex. ἕνεκα τούτου διετηρήθης. Sæpius non legitur in N. T.

ἜΞΕΙΜΙ, vel ἘΞΊΗΜΙ, 1. *exeo, egredior.* (ab ἐξ et εἶμι vel ἴημι, *eo, vado.*) Act. XIII, 42. ἐξιόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων exeuntes autem e synagoga Judæorum. Alex. Exod. XXVIII, 35. pro וְיָצָא.

2. *discedo, abeo.* Act. XVII, 15. ἐξῆεσαν reversi sunt. ibid. XX, 7. μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον postridie abiturus.

3. *evado.* Act. XXVII, 43. ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι in terram evadere. Sæpius non extat in N. T. *Phavor.* ἔξειμι· οὐκ ἐξελεύσομαι λέγουσιν οἱ Ἀττικοί.

ἘΞΕΛΈΓΧΩ, fut. έγξω, *redarguo, refello, erroris et criminis convinco,* et

ex adjuncto: *condemno, punio*, ut Hebraicum הוֹכִיחַ Ies. II, 4. coll. vers. Alex. ab ἐκ et ἐλέγχω idem. Semel legitur in N. T. Jud. v. 15. καὶ ἐξελέγξαι (alii ἐλέγξαι) πάντας τοὺς ἀσεβεῖς περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν et punire omnes impios ob malefacta, qua patrarunt. Sæpius vero eo usi sunt optimi Græci Scriptores, *Xenoph. Apol. Socr.* §. 18. *Thucyd.* III, 64. *Demosthenes* p. 92. 9. ed. *Reiske.*

Ἐξέλκω, fut. ξω, i. q. ἐξελκύω,

1. proprie: *extraho, abstraho*, ab ἐκ et ἕλκω *traho*. Alex. Genes. XXXVII, 28. καὶ ἐξείλκυσαν (וַיִּמְשְׁכוּ) ἐκ τοῦ λάκκου.

2. metaphorice: *abstraho, abripio, a studio et tramite virtutis abduco.* ἐξελκόμενος *abstractus a tramite veri et recti.* Sic semel legitur in N. T. Jacob. I, 14. ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος pravis suis cupiditatibus abstractus. *Ælian. Hist. A.* VI, 31. ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἑλκόμενοι. Simili sensu *trahere* legitur apud Latinos, v. c. in illo: "trahit sua quemque voluptas." *Hesych.* ἐξελκόμενος· περιαγόμενος, περισυρόμενος. Quomodo differat a δελεάζω, docuit *Heisenius* in *Novis Hypothesibus ad Ep. Jacobi* p. 525. seq.

Ἐξέλω, vid. Ἐξαιρέω.

Ἔξέραμα, τος, τὸ, *vomitus, id, quod per vomitum ejectum est.* Vox insolentior, pro qua usitatius ἔμετος et ἐμετὸς (*Suid.* ἔμετος· ἡ τῶν περιττωμάτων κένωσις. ἐμετὸς δὲ, αὐτὸ τὸ κενωθέν. Prov. XXVI, 11. Ies. XXVIII, 7.) ponitur, ab ἐξεράω *evomo, Aquil.* Levit. XVIII, 28. qua tamen usi sunt *Dioscorides* VI, c. 19. et alii. Conf. quæ de hac voce scripsit *Gataker.* in *Operr. Critt.* p. 854. seq. et *Bergler.* ad *Alciphron.* Lib. III, Ep. 7. p. 292. In N. T. semel legitur 2 Petr. II, 22. κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἔξέραμα canis redit ad vomitum suum; dictio proverbialis, in eos prolata, qui, emendati per religionem, ad pristinam vitiositatem redeunt, desumta ex Prov. XXVI, 11. כֶּלֶב שָׁב עַל־קֵאוֹ. *Michael Apostol.* 1067. κύων εἰς τὸν ἴδιον ἐμετὸν, ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν εἰς τὰ κακὰ ἐπανακαμπτόντων. Conf. *Vorstii Diatribe de Adagiis N. T.* c. 4. p. m. 774. seq.

Ἐξερευνάω, ῶ, fut. ήσω, *perscrutor, summo studio indago, versor in aliqua re consideranda*, ab ἐξ et ἐρευνάω *investigo, indago, scrutor.* Legitur semel in N. T. 1 Petr. I, 10. περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν οἱ προφῆται de qua salute inquisiverunt ac scrutati sunt omni studio prophetæ. 1 Macc. III, 48. IX, 26. καὶ ἐξεζήτουν καὶ ἐξηρεύνων. In vers. Alex. respondet. Hebr. חָפַשׂ, 1 Sam. XXIII, 23. Prov. II, 4. et חָקַר, 1 Paral. XIX, 3. *Diogen. Laërt.* in *Epic.* l. X. p. 791. τὰς αἰτίας ἐξερευνῶν πάσης αἱρέσεως καὶ φυγῆς. *Polyb.* XIV, 1. 13.

Ἐξέρχομαι, fut. ἐξελεύσομαι, 1. *exeo, egredior*, (ab ἐκ et ἔρχομαι *venio.*) Matth. VIII, 34. πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν omnes incolæ illius urbis obviam iverunt. Est formula Hebraica צֵאת לִקְרַאת פָּלוֹנִי Judd. IV, 18. et XI, 31. 34. Matth. X, 11. 14. XI, 7. 8. 9. XII, 14. XXVI, 75. Marc. VI, 10. 24. etc. *Ex navi exeo.* Luc. VIII, 27. Marc. V, 2. VI, 54.

2. *abeo, abitum paro, loco me moveo, proficiscor.* Matth. IX, 31. οἱ δὲ ἐξελθόντες illi digressi. ibid. v. 32. αὐτῶν δὲ ἐξερχομένων his abeuntibus. Marc. II, 13. VI, 12. Luc. X, 35. καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐξελθὼν postridie cum abitum pararet. Joh. I, 43. ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν proficisci in Galilæam. Act. X, 23. ἐξῆλθεν σὺν αὐτοῖς una cum iis profectus est. ibid. XVI, 3. 2 Cor. II, 13. VIII, 17. 3 Joh. v. 7.

3. *educor.* Hebr. III, 16. οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως per Mosen educti ex Ægypto.

4. *ejicior, expellor, depellor.* Matth. VIII, 32. οἱ δὲ ἐξελθόντες dæmones depulsi sede sua. XII, 43. 44. Marc. V, 13. VII, 29. 30. IX, 29. τοῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ δύναται ἐξελθεῖν hoc genus non alio modo ejici potest. Luc. VIII, 2. 1 Joh. II, 19. ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον a nobis, seu a nostra societate, ejecti sunt.

Apoc. III, 12. Eodem modo Syriacum ܢܦܩ *egredi* usurpatur, pro *evelli*, v. c. Matth. VIII, 12. IX, 33. ut docuit *Schaafius* in *Lex. Syr. N. T.* s. h. v. Sic ejecti patria, expulsi sedibus patriis a *Diod. Sic.* XIII, 174. T. I. p. 579. ed. *Wessel.* οἱ ἐκπεσόντες ἐκ τῆς πατρίδος dicuntur. Conf. etiam *Georgii Hierocrit. N. T.* p. 201.

5. *emittor.* Luc. XII, 59. οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν profecto non emitteris e carcere. Matth. V, 26. Act. XVI, 40. ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς φυλακῆς.

6. *prodeo, prorepo.* Matth. VIII, 28. ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι e sepulcris prodeuntes. ibid. XXVII, 53. Joh. XI, 44. καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκώς. Act. XXVIII, 3. ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης ἐξελθοῦσα vipera ob calorem prorepens, seu prosiliens. Joh. XVIII, 4.

7. *exorior, emergo, existo.* Matth. XV, 18. 19. ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ ex animo prodire, seu progredi solent cogitata mala. De sermonibus, qui ex ore prodeunt, legitur Jacob. III, 10. Apoc. XVI, 17. XIX, 5.

8. *emico,* si de fulmine sermo est. Matth. XXIV, 27. ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν quemadmodum fulgur ab oriente emicans. Ita יָצָא Ezech. I, 13. Zachar. IX, 14.

9. *emano,* et in sensu proprio *profluo,* et metaphorico *vim meam exsero.* Joh. XIX, 34. καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ et statim sanguis cum aqua emanavit. Apoc. XIV, 20. καὶ ἐξῆλθεν αἷμα ἐκ τῆς ληνοῦ. Marc. V, 30. εὐθέως δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐπιγνοὺς τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν Jesus vero statim cognoscens ex se virtutem emanasse, h. e. hominem aliquem e morbo convaluisse tacto suo pallio. Luc. VI, 19. ὅτι δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο καὶ ἴᾶτο πάντας nam omnes sanandi vis in eo se exserebat.

10. *dimano, propagor, divulgor,* et, si de lege sermo est et edicto, *promulgor.* Matth. IX, 26. καὶ ἐξῆλθεν ἡ φήμη αὕτη et dimanavit rumor hujus rei. Marc. I, 28. et fama quidem ejus statim peragravit vicinas Galilææ regiones. Luc. IV, 14. VII, 17. Joh. XXI, 23. Rom. X, 18. 1 Cor. XIV, 36. ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθεν; num a vobis propagata est religio Christiana ad reliquas ecclesias? 1 Thess. I, 8. Sic plane יָצָא Esther. I, 17. IX, 4. Cf. *Vorstii Philol. S.* p. 66. ed. *Fischer.* Luc. II, 1. ἐξῆλθε δόγμα promulgabatur decretum. Dan. II, 13. וְדָתָא נְפָקַת. Sic etiam Latinis *exire* dicuntur, quæ publici juris fiunt.

11. *nascor.* Matth. II, 6. ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται in te enim nascetur, coll. Genes. XVII, 6. וּמְלָכִים מִמֵּךְ יֵצֵאוּ. Genes. XV, 4. Ies. XLVIII, 1. 1 Macc. I, 12.

12. *effugio, evado, subduco me.* Joh. X, 39. καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν et subduxit se eorum violentiæ. Eccles. VII, 18. כִּי־יָרֵא אֱלֹהִים יֵצֵא אֶת־כֻּלָּם ἐξελεύσεται τὰ πάντα effugiet hæc omnia.

13. *pereo, evanesco, prætereo.* Act. XVI, 19. ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν evanuisse omnem spem quæstus. Lege de hac significatione rariore disserentem *Abreschium Animadverss.* ad *Æschylum* p. 612. et *Reiske* in *Indice Græcitatis Demosthenecæ* p. 323.

14. *venio.* Matth. XIII, 49. ἐξελεύσονται οἱ ἄγγελοι venient angeli; ubi tamen ἐξέρχεσθαι plane redundat. Marc. I, 38. εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα ideo enim in mundum veni; ubi e glossemate in quibusdam libris ἐλήλυθα legitur. 1 Joh. IV, 1. Interdum etiam *adire aliquem* significat, i. q. προσέρχομαι. Marc. VIII, 11. καὶ ἐξῆλθον οἱ Φαρισαῖοι, coll. Matth. XVI, 1. καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι. In vers. Alex. respondet Hebraico בּוֹא Exod. III, 13. XVIII, 5. Num. X, 9. 2 Chron. XX, 10. 11.— Restant formulæ quædam loquendi Scriptoribus N. T. propriæ et seorsim explicandæ: α) ἐξέρχεσθαι καὶ εἰσέρχεσθαι *exire et intrare,* quæ formula partim de *eo* usurpatur, *qui semper vivit et versatur in aliquo loco et con-*

versatur cum aliis, partim de *eo, qui publicum munus gerit et munere suo fungitur coram aliis*. Joh. X, 9. Act. I, 21. *Æneas Poliorcet.* c. 24. *καὶ μάλιστα ἐν ταῖς νυξὶ ἐξεπορεύετο καὶ εἰσεπορεύετο εἰς ἀγρόν*. Cf. supra ad *εἰσέρχομαι* dicta β) *ἐξέρχεσθαι ἐκ τῆς ὀσφύος τινὸς exire e lumbis alicujus*, h. e. *ab aliquo ortum ducere suum, originem suam repetere*. Hebr. VII, 5. *καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ* quamvis et ipsi originem trahant ab Abrahamo, seu, Abrahami posteri sint. Formula Hebraica, ad quam formata est Græca: יְצוֹא מֵחֲלָצָיו פָּלוֹנִי Genes. XXXV, 11. 1 Regg. VIII, 19. 2 Paral. VI, 9. Cf. infra sub *ὀσφὺς* et *Vorstium* in *Philol. S.* cap. 39. p. 714. ed. rec. γ) *ἐξέρχεσθαι ἐκ τινὸς* non solum *ab aliquo originem repetere suam*, sed etiam *alicujus legatum esse, ab aliquo mitti* significat. Sic Joh. VIII, 42. *ἐγὼ γὰρ ἐκ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἥκω*, ubi statim sequitur: *οὐδὲ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἐκεῖνός με ἀπέστειλε*. ibid. XIII, 3. XVI, 27. 28. XVII, 8. Longe alio sensu reperitur 1 Joh. II, 19. *ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν* e nostro cœtu prodierunt, sed non erant vere e numero nostro, coll. Act. XV, 24. δ) *ἐξέρχεσθαι ἐκ μέσου τινῶν se separare ab aliis, cum aliis versari nolle*. 2 Cor. VI, 17. *διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν καὶ ἀφορίσθητε* quare nullum Paganis commercium habete, coll. Ies. LII, 11. ε) *ἐξέρχεσθαι ἐπὶ τινὰ aggredi aliquem*. Matth. XXVI, 55. *ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε* vos me aggressi estis tanquam latronem. Marc. XIV, 48. Apud exteros Scriptores, v. c. *Demosthenem*, verba *ἐξέρχεσθαι* et *ἐξιέναι*, absolute posita, significant: *ad bellum proficisci*. Vid. *Vigerum* de *Idiotismis Ling. Gr.* p. 200. ed. Glasg. 1813.

Ἔξεστι. Verbum impersonale ab *ἔξειμι, licet, permissum est, leges concedunt* vel *divinæ* vel *humanæ, venia datur*. De *eo, quod leges divinæ concedunt*, usurpatur Matth. XII, 2. 4. 10. 12. XIV, 4. *οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτὴν* non licet tibi habere eam uxorem. De *Legibus humanis et arbitrariis* reperitur Joh. XVIII, 31. *ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα*. Act. XVI, 21. XXII, 25. *ἔξεστιν* per leges Romanas, e jure Romano licet. His adde Act. XXI, 37. *εἰ ἔξεστί μοι*; num permissum mihi est? Matth. XX, 15. *ἢ οὐκ ἔξεστί μοι*; aut nonne est in meo arbitrio positum? 1 Cor. VI, 12. *πάντα μοι ἔξεστι* utor ego libertate Christiana, a Deo mihi concessa. ib. X, 23. Hinc participium *ἐξὸν*, sc. *ἐστὶ*, quod ponitur pro *ἔξεστι*. Act. II, 29. *ἐξὸν μετὰ παῤῥησίας λαλεῖν* liceat aperte et libere dicere. Interdum tamen *ἐξὸν* significat: *quod fieri potest, quod est nostrarum virium*, i. q. *δυνατὸν*. Sic v. c. 2 Cor. XII, 4. *ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι* quibus enarrandis lingua humana non sufficit, quæ ab hominibus narrari et explicari non possunt. *Phavor.* *ἔξεστι· δυνατόν ἐστι*. — Cæterum infinitivus *ἐξεῖναι licere* subintelligitur Rom. XIV, 2. ante *φαγεῖν πάντα*.

Ἐξετάζω, fut. *άσω*. Omnium optime de genealogia h. v. exposuit S. Ven. *Morus* ad *Isocr. Panegyr.* c. 41. p. 109. qui nexum significationum hujus verbi ita constituit:

1. *examino, quærendo et interrogando verum cognoscere studeo, interrogo, inquiro*. Matth. II, 8. *ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου* diligenter exquirite puerum. ibid. X, 11. *ἐξετάσατε τίς ἐν αὐτῇ ἄξιός ἐστι* exquirite primum, an quis in ea dignus reperiatur. Joh. XXI, 12. *οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα ἐξετάσαι αὐτὸν* nullus autem eum interrogare audebat. Sæpius non legitur in N. T. *Ælian. V. H.* II, 20. *Herodian.* VII, 6. 13. *Polyb.* V, 81. Alex. posuerunt pro דָּרַשׁ Deut. XIX, 18. et בָּחַן, Ps. XI, 4. 5.

2. *habito examine talem, qualis quisque est, invenio*. Passivum *ἐξετάζομαι spector*.

3. *cognosco*, sine notione examinis.

4. Passivum *ἐξετάζομαι invenior, sum et versor in aliquo loco*. Compositum est ex præpositione *ἐξ* et *ἐτάζω inquiro, exploro, examino*, et in Græcis V. T. libris sat sæpe occurrit, v. c. Jer. XVII, 10. Ps. CXXXIX, 23. Sapient.

II, 19. *Phavor.* ἐξεταζόμενοι· ἐρευνώμενοι, δοκιμαζόμενοι. Idem: ἐξετάζω· ἐρευνῶ, ἐρωτῶ. Confer *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΕΞΗΓΈΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ἥσομαι,

1. proprie: *educo, aliquid in conspectum produco, dux sum, præsum.* (ab ἐξ et ἡγέομαι *duco.*) *Hesych.* ἐξηγεῖσθαι· ἡγεῖσθαι.

2. *narro, enarro, expono.* Luc. XXIV, 35. καὶ αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ et ipsi vicissim narrarunt, quæ in via acciderant. Act. XV, 12. ἐξηγουμένων ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς. ibid. v. 14. XXI, 19. Alexandrini posuerunt pro סִפֵּר Judd. VII, 13. 2 Regg. VIII, 5.

3. *interpretor, explico.* (*Hesych.* ἐξηγήσατο· ἡρμήνευσε. Idem *Schol. Sophoclis* ad *Ajac. Flag.* v. 321. *Xenoph. Mem.* I, 2. 58.) *instituo, edoceo,* (*Xenoph. Mem.* IV, 2, 30. 31.) et maxime de *iis* usurpatur, *qui de rebus sacris exponunt, oracula divina proponunt et interpretantur. Hesych.* ἐξηγητής· ὁ περὶ ἱερείων καὶ διοσημείων ἐξηγούμενος. Cf. *Hemsterhus.* ad *Pollucem* VIII, 10. Sect. 124. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XIII, 35. *Wetstenius N. T.* T. I. p. 841. Joh. I, 18. ἐκεῖνος ἐξηγήσατο accurate nobis doctrinam de Deo ejusque consiliis exposuit; ad quem locum videndus est *Lampe* in Commentario T. I. p. 397. seq.

ΕΞΉΚΟΝΤΑ, *oi, ai, τὰ, sexaginta,* Matth. XIII, 8. 23. Marc. IV, 8. 20. 1 Tim. V, 9. etc.

ΕΞΉΣ, *deinceps, consequenter.* Adverbium, quod recte, ut videtur, ab ἔχομαι (quod interdum significat *adhæreo, proxime sequor*) derivatur et de *omni* dicitur, *quod proxime et continuo sequitur post illud, quod præcesserat,* ita, ut *loci* æque ac *temporis continuum ordinem* innuat. Subintellige autem κατὰ, quam præpositionem subintelligendam esse patet ex composito καθεξῆς. Luc. VII, 11. καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ἑξῆς, pro ἐν τῇ καθ' ἑξῆς ἡμέρᾳ fiebat autem sequente die. Si ex auctoritate quorundam codicum h. l. ἐν τῷ ἑξῆς legeretur, omissum esset χρόνῳ, seu καιρῷ et per *deinceps, postea* reddi deberet. ibid. IX, 37. plenius legitur ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ. Act. XXI, 1. XXV, 17. XXVII, 18. Sæpius non legitur in N. T. Varias hujus adverbii notiones observavit *Phavorinus,* Ἑξῆς, scribens, γενικῇ συντάσσεται. Λουκιανὸς, ἑξῆς τριῶν ἡμερῶν. λέγουσι δὲ οἱ Ἀττικοὶ καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ὁμοίως καὶ ἐπίσης. —καὶ ἑξῆς ἐφεξῆς, μετὰ ταῦτα— τὸ ἑξῆς καὶ ἀντὶ τοῦ καθ' εἰρμὸν καὶ κατὰ τάξιν. Vide etiam *Casauboniana* p. 130.

ΕΞΗΧΈΩ, ῶ, fut. ἤσω, et ΕΞΗΧΈΟΜΑΙ, οῦμαι, 1. proprie: *persono, sono, sonitum edo,* ab ἐξ et ἠχέω *sono, resono,* quod est ab ἦχος *sonitus. Polyb.* XXX, 4. 7.

2. si de doctrina sermo est, metaphorice *tradi, doceri, latius propagari* significat. Sic semel legitur in N. T. 1 Thess. I, 8. ἀφ' ὑμῶν ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ Κυρίου a vobis, seu vestro exemplo doctrina Christiana propagata est inter Christianos in Macedonia et Achaia. Ita ἠχέω sæpe *loqui* significat, et ἦχος Hebr. קוֹל apud *Symmach.* Job. XXXIX, 24. respondet. *Hesych.* ἐξηχεῖτο· ἐξηκούετο. — Idem: ἐξήχηται (ita enim reponendum est loco impressi ἐξηχεῖται) ἐξῆλθεν, ἐκηρύχθη.

ΕΞΙΣ, εως, ἡ, *habitus studio vel consuetudine acquisitus,* et de *animo æque ac corpore* adhibetur, ab ἔχω *habeo.* Hinc interdum *vivendi rationem, Xenoph. Mem.* I, 2. 4. *habitum corporis et corpus ipsum,* Alex. Judd. XIV, 9. Dan. VII, 14. Sirac. XXX, 13. *usum, exercitationem, assuetudinem,* Hebr. V, 14. διὰ τὴν ἕξιν multo usu, magna exercitatione; interdum etiam *sentiendi rationem* significat. *Polyb.* I, 51. 4. *Aristot. Rhet.* I, 1. *Athenæus* I. p. 26. B. *Hesych.* ἕξις· ἦθος, φρόνησις, συνήθεια. Conf. quæ de hac voce recte monuit *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* VI, 14. p. 176.

ΕΞΊΣΤΗΜΙ, fut. ἑκστήσω, et ΕΞΊΣΤΑΜΑΙ, vel ΕΞΙΣΤΆΩ, ῶ, et ΕΞΙΣΤΆΝΩ, 1. proprie generatim: *dimoveo, dejicio de statu, in quo aliquid positum est, statum et conditionem alicujus rei muto.* Passivum ἐξίσταμαι

de statu dejicior, quod et corpori tribuitur et animo. Sic v. c. de *iis* dicitur, *qui de via decedunt, discedunt*, apud *Xenoph. Anab.* I, 1. 14. ἐξίστασθαι ἐκ τοῦ μέσου, et de *iis, qui sententiam mutant. Thucyd.* II, 61. ἐγὼ μὲν αὐτὸς εἰμι καὶ οὐκ ἐξίσταμαι. Speciatim vero ad animum translatum significat: *mentem emoveo, in mentis alienationem ago*, quocunque modo hoc fiat. Conf. *Foësii Œcon. Hippocr.* p. 134. Hinc

2. *obstupefacio, admirabundum, attonitum et obstupefactum aliquem reddo, percello*, et ex adjuncto: *dubium, incertum et ambiguum judicii aliquem reddo.* Luc. XXIV, 22. ἀλλὰ καὶ ἐξέστησαν ἡμᾶς γυναῖκές τινες, h. e. dubios nos et incertos reddiderunt mulieres quædam, **sie haben uns irre gemacht**, *they have led us into error.* Act. VIII, 9. καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας et Samariæ incolas obstupefecerat, ib. v. 11.

3. interdum significationem intransitivam, seu passivam habet et significat: *obstupescere, admirari admodum, attonitum, dubium et incertum esse.* (i. q. ἐξίσταμαι. Matth. XII, 23. καὶ ἐξίσταντο πάντες οἱ ὄχλοι et obstupuit omnis populus.) Marc. II, 12. V, 42. καὶ ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ vehementer obstupuerunt. Formula Hebraica, cui hæc Græca respondet, legitur Genes. XXVII, 33. חָרַד חֲרָדָה גְּדוֹלָה. Marc. VI, 51. ἐξίσταντο καὶ ἐθαύμαζον. Luc. II, 47. VIII, 56. Act. II, 7. 12. ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ διηπόρουν. ibid. VIII, 13. IX, 21. X, 45. XII, 16. coll. Genes. XXVIII, 18. XLIII, 33. Exod. XXIII, 27. *Hesych.* ἐξίσταντο· ἐθαύμαζον. Idem: ἐξέστην· ἐθαύμασα, ἐξεπλάγην.

4. *insanio, non compos mei sum, insania et furore correptus sum*, ita, ut subintelligatur τοῦ νοὸς, s. τοῦ φρονεῖν, (*Xenoph. Mem.* I, 3. 12.) aut τῶν φρενῶν, *Joseph. A. J.* X, 7. 3. Marc. III, 21. ἔλεγον γὰρ ὅτι ἐξέστη negabatur enim sana mente esse. *Phavor.* ἐξέστηκεν· μαίνεται. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 565.

5. *modum excedo, meis me finibus non teneo, plus mihi tribuo, quam homines modesti solent.* 2 Cor. V, 13. εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ, sc. ἐξέστημεν, sive gloriemur, facimus Dei causa: sequitur, εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν, sive modeste de nobis loquimur, facimus vestri causa. Hanc interpretationem idoneis argumentis confirmavit *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 301. seq.

ἘΞΙΣΧΎΩ, fut. ύσω, 1. proprie *majorem in modum valeo, exacte possum*, ab ἐξ, quod in compositione interdum vim augendi habet, ut docuit *Zeunius* ad *Vigerum* de *Idiotismis Ling. Gr.* p. 449. Edit. Glasg. 1813. et ἰσχύω *possum, valeo.* Sirac. VII, 6. μὴ οὐκ ἐξισχύσεις ἐξᾶραι ἁμαρτίας. *Ælian. V. H.* IV, 18. et VI, 13. ubi vid. *Perizon.*

2. i. q. simplex ἰσχύω *possum, valeo.* Sic semel legitur in N. T. Ephes. III, 18. ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι ut magis magisque cognoscere et intelligere possitis.

Ἔ́ΞΟΔΟΣ, ου, ἡ, 1. proprie respondet Latino vocabulo *exitus*, adeoque partim *de ipsa actione exeundi ex aliquo loco, profectione, itinere*, et speciatim apud Græcos de *expeditione militari, exitu in castra* dicitur, *Ælian. V. H.* I, 7. II, 11. XIII, 12. *Demosthen.* p. 259. et 287. ed. *Reiske. Thucyd.* II, 10. III, 5. V, 14. partim de *ipso loco, a quo exitur, exeundi via* usurpatur. *Herodian.* VII, 12. 15. διὰ τὸ τὰς ἐξόδους ὑπὸ τοῦ πυρὸς προκατειλῆφθαι. *Corn. Nep.* Annib. c. 12. In priori notione legitur etiam in N. T. Hebr. XI, 22. περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ de exitu de Israëlitarum ex Ægypto.

2. *mors, exitus quasi ex hac vita*, omisso τοῦ βίου, seu τοῦ ζῆν. Luc. IX, 31. ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἰερουσαλὴμ disseruerunt cum eo de morte, ei Hierosolymis imminente. 2 Petr. I, 15. μετὰ τὴν ἔξοδον ἐμὴν post meum ex hac vita discessum. Nunquam apud Scriptores antiquos de

morte occurrere, recte, ut videtur, monuit contra *Elsnerum* T. I. p. 219. et *Loësnerum Obss. Philon.* p. 486. *Valckenar.* ad *Eurip. Phœn.* v. 766. Legitur tamen ἔξοδος hoc sensu apud *Josephum A. J.* IV, 8. 2. Sap. III, 2. VII, 6. et *exitus* apud *Lactant.* de *Mort. Persequut.* c. 50. "et ille, *exitu* ejus audito, protinus fugit." *Justin.* XIV, 4. 10. *Plin.* Ep. VI, 16. et 25. ac *excessus* apud *Cic.* de *Leg.* I, 1. *Valerius Max.* III, 2. 14.

ΕΞΟΛΟΘΡΕΥΩ, fut. εύσω, *funditus, penitus perdo, disperdo, deleo, exstirpo, extermino.* (ab ἐξ et ὀλοθρεύω *perdo, vasto.*) Hoc verbum, apud Alexandrinos interpretes perquam usitatum, quodque apud exteros Scriptores fortasse frustra quæsieris, semel tantum legitur in N. T. Act. III, 23. ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ exterminabitur e populo, h. e. privabitur favore meo et gravissimis pœnis afficietur. *Joseph. A. J.* VIII, 11. 1. πᾶν ἐξολοθρεύσω σου τὸ γένος. Idem ibid. XI, 6. 6. usurpat etiam vocem derivatam ἐξολόθρευσιν *exitium. Phavor.* ἐξωλόθρευσας· ἠφάνισας. Ps. XVIII, 40. LXXIII, 27.

ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΩ, ῶ, fut. ήσω, et ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΟΜΑΙ, οῦμαι. Verbum hoc in Scriptoribus Græcis vel plane non, vel perraro reperiri, *Jensius* in *Ferculo Litterario* p. 10. opinabatur; satis tamen refutatus est ab *Elsnero* in *Obss. Sacr.* T. I. p. 10. et *Krebsio Obss. Flav.* p. 8.

1. *confiteor*, nec differt a simplici voce ὁμολογέω, nam ἐξ in compositione haud raro abundat, v. c. in ἐξαρνεῖσθαι. *Demosthen.* p. 709. ed. *Reiske.* ἔξαρνος. ibid. p. 677. ἐξεγγυᾶν etc. Matth. III, 6. ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν se reos confitentes. Marc. I, 5. Act. XIX, 18. ἐξομολογούμενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν confitentes et declarantes sua malefacta. Jacob. V, 16. ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα. *Joseph. A. J.* VIII, 4. 6. *B. J.* V, 10. 5. Conf. *Abresch.* ad *Æschylum* p. 533. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 260.

2. *palam profiteor.* Phil. II, 11. καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται et omnes homines palam profiteantur. Apoc. III, 5. καὶ ἐξομολογήσομαι (in aliis codicibus ὁμολογήσω) τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ πατρός μου et eum ad me pertinere palam profitebor coram Deo.

3. *spondeo, promitto, jurejurando me obstringo alicui;* nam, qui alicui jurat et jurejurando se illi obstringit, is confitetur et profitetur aliquid. Luc. XXII, 6. καὶ ἐξωμολόγησε et promisit, scilicet Jesum tradere eorum manibus, quasi ὡμολόγησε ἐκ τοῦ ἀργυρίου, quod ex antecedenti est repetendum. Protulit jam hanc explicationem et ex *Josepho A. J.* VI, 3. 5. VIII, 4. 3. satis probavit *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 135. Rom. XIV, 11. καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ et omnes homines jurejurando se obstringant cultui divino. Desumta enim sunt hæc verba ex Ies. XLV, 23. כִּי־לִי תִּשָּׁבַע כָּל־לָשׁוֹן.

4. cum dativo personæ: *laudo, celebro, gratias ago;* nam gratiarum actio est beneficiorum confessio, et qui alios laudat et celebrat, virtutes eorum se agnoscere profitetur. Matth. XI, 25. ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ gratus te celebro, pater. Luc. X, 21. Rom. XV, 9. διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ· Eodem modo Hebr. הוֹדָה sumitur (quod Alexandrini mox per αἰνεῖν, Genes. XLIX, 8. mox per ἐξομολογεῖσθαι reddiderunt, v. c. 2 Sam. XXII, 50. Ps. XXX, 12.) 1 Paral. XVI, 4. ἐξομολογεῖσθαι καὶ αἰνεῖν τὸν Κύριον. 2 Paral. V, 13. VI, 24. ἐξομολογήσονται τῷ ὀνόματί σου. *Phavor.* ἐξομολογοῦμαι· εὐχαριστέω. *Suid.* ἐξομολόγησις· εὐχαριστία. Alex. Ps. XCVI, 6. CIV, 1. CXI, 3.

ΕΞΟΝ, vid. in ΕΞΕΣΤΙ.

ΕΞΟΡΚΙΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie: *jurejurando adigo, sacramentum exigo,* (ab ἐξ et ὁρκίζω *jurejurando obstringo.*) Sed in hoc sensu tantum apud Scriptores exteros reperitur, v. c. *Polybium Hist.* VI. 18. 19. *Demosthen.* p. 1265. ed. *Reiske:* καθ' ἕνα

ἕκαστον πρὸς τὸν βωμὸν ἄγοντες καὶ ἐξορκίζοντες.

2. *adjuro, gravi obtestatione per nomen divinum religionem animo alicujus injicio, obsecro, obtestor, injecta per nomen Dei religione adigo aliquem* ad vera animi sensa enuncianda. Sic semel legitur in N. T. Matth. XXVI, 63. ἐξορκίζω σε κατὰ Θεοῦ τοῦ ζῶντος obtestor te per Deum immortalem. *Æschin.* de *Falsa Legat.* p. 258. *Plutarch. Apophth.* p. 174. C. Eodem sensu simplex ὁρκίζω reperitur in N. T. v. c. 1 Regg. XXII, 1. 2 Chron. XVIII, 15. *Athenæus* VIII, p. 362. C. Cf. *Krebs. Obss. Flav.* p. 59. et ἐξορκεῖν apud *Demosthenem* in *Neæram* p. 528. et *Thucyd.* V, 47.

ΕΞΟΡΚΙΣΤΗΣ, οῦ, ὁ, 1. proprie est *is, qui utitur formula obtestationis et ab aliis sacramentum exigit.* (ab ἐξορκίζω.)

2. κατ' ἐξοχὴν ita dicebatur *exorcista, qui formula adjurationis et obtestationis utebatur ad depellendos varios graviores morbos et ejicienda dæmonia ex corporibus humanis.* Tales incantatores, qui etiam ἐφορκισταὶ vel ἐπορκισταὶ vocabantur, non solum inter Paganos, sed etiam inter Judæos fuisse, e loco Act. XIX, 13. περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν, constat, coll. Luc. XI, 19. *Van Dalen* in Diss. de *Divinat. Idolol. V. T.* c. 7. p. 520. contendere quidem conatus est, istos exorcistas Judæorum meros impostores fuisse; sed contra eum recte adduxit *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 236. locum *Josephi A. J.* VIII, 2. 5. De exorcistis primæ ecclesiæ Christianæ vide *Suiceri Thes. Eccles.* s. h. v. et *Amnel* D. de *Exorcistis Judæorum* ad Act. l. l. Upsal. 1758. 4. Occurrit etiam vox ἐξορκιστὴς apud *Lucian. Epigramm.* 23.

ΕΞΟΡΥΣΣΩ, vel. ΕΞΟΡΥΤΤΩ, fut. ὑξω, 1. *perfodio.* Marc. II, 4. καὶ ἐξορύξαντες et perfodientes tectum. Descendit ab ἐξ et ὀρύσσω *fodio.* Respondet in versione Alex. Hebr. נָקַר 2 Sam. XI, 12. *Herodot.* VIII, 116.

2. *effodio.* Galat. IV, 15. εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι quodsi fieri potuisset, etiam oculos vestros effossos s. erutos dedissetis mihi: qua formula, respondente vernaculæ, einem das Herz aus dem Leibe geben *to be very fond of one,* summus amoris ac benevolentiæ gradus indicatur; nam oculis homini nihil carius. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΞΟΥΔΕΝΟΩ, ῶ, fut. ώσω, *pro nihilo habeo et facio, contemno, sperno, repudio, contumeliis afficio, ignominiose tracto.* (ab ἐξ et οὐδενόω, quod est ab οὐδείς.) Voce hac, quæ semel tantum in N. T. reperitur, Marc. IX, 12. ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ ut multis malis et contumeliis afficiatur, admodum frequenter Alexandrini usi sunt pro מָאַס, Judd. IX, 38. Ps. LIII, 5. בָּזָה, Ps. XV, 4. XXII, 25. et בּוּז, Ps. XLIV, 6. Cant. VIII, 1. 7. etc. *Hesych.* ἐξουδένωσας· ἀπεδοκίμασας.

ΕΞΟΥΘΕΝΕΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *pro nihilo habeo et æstimo,* sive *rem,* sive *personam, nihili facio.* (ab ἐξ et οὐθείς, i. q. οὐδείς, *nemo.*)

2. speciatim: *contemno, vilipendo.* Luc. XVIII, 9. καὶ ἐξουθενοῦντας τοὺς λοιποὺς aliosque contemnebant. Rom. XIV, 3. 10. Hinc ἐξουθενημένος 1 Cor. I, 28. homo nullius numeri et loci dicitur, qui ab aliis contemnitur.

3. ex adjuncto: *negligo, non curo.* 1 Thess. V, 20. προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε: de quo loco vide infra sub προφητεία.

4. *cum contemtu rejicio et repudio.* Act. IV, 11. ὁ λίθος ὁ ἐξουθενηθεὶς ὑφ' ὑμῶν τῶν οἰκοδομούντων lapis rejectus a vobis ædificantibus, coll. Matth. XXI, 42. λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. Galat. IV, 14. καὶ τὸν πειρασμόν μου οὐκ ἐξουθενήσατε tamen me ob has calamitates meas non repudiastis.

5. *contumeliis et ignominia afficio, tracto aliquem ut hominem vilem,* i. q. ἐμπαίζω, quæ verba autem se

excipiunt Luc. XXIII, 11. ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης σὺν τοῖς στρατεύμασι καὶ ἐμπαίξας Herodes per milites contemtui eum habuit et ludibrio; ubi ἐξουθενεῖν est i. q. βλασφημίαις ἐξουθενίζειν apud *Plutarch. Paral.* p. 308. 1 Cor. XVI, 11. μή τις οὖν αὐτὸν ἐξουθενήσῃ.

6. Passiv. ἐξουθενέομαι, οὔμαι, *de plebe, de populo sum, ignobilis, plebeius sum.* 1 Cor. VI, 4. τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε Christianos infimæ sortis, plebeios, judices constituite.

7. ἐξουθενέομαι *vilis, humilis et contemnendus sum.* 2 Cor. X, 10. καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος et oratio ejus humilis est ac meticulosa. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* ἐξουθενεῖ· παρακρίνει. Idem: ἐξουθενούμενοι· κατευτελιζόμενοι. *Suid.* ἐξουθενῶ σε· ἀντ' οὐδενός σε λογίζομαι. In vers. Alex. respondet Hebr. בָּזָה *sprevit, contemsit, illusit,* 1 Sam. II, 30. Prov. I, 7. Ezech. XXII, 8. et מָאַס *rejecit,* 1 Sam. VIII, 7. X, 19.

ἘΞΟΥΣΙΑ, ίας, ἡ, 1. *vis et potestas efficiendi aliquid, facultas.* Matth. IX, 8. τὸν δόντα ἐξουσίαν τοιαύτην τοῖς ἀνθρώποις qui facultatem, miraculo sanandi morbos, hominibus concesserat. Marc. III, 15. καὶ ἔχειν ἐξουσίαν θεραπεύειν τὰς νόσους. Luc. XII, 5. Act. VIII, 19. Hinc ἐξουσία in N. T. interdum *orationi* et *doctrinæ* tribuitur, *ut ejus vis ad persuadendum et commovendum et efficacia* indicetur, v. c. Marc. I, 27. Luc. IV, 32. et 36.

9. *libertas agendi,* quæ et Latinis *potestas* dicitur. Joh. X, 18. ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, sc. ζωὴν, potestatem habeo vitam deponendi. ibid. XIX, 10. nescin' meo arbitrio relictum esse, te vel crucifigendi vel absolvendi? Act. I, 7. οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ quæ pater voluit esse sui arbitrii. ibid. V, 4. ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχεν. Rom. IX, 21. Speciatim vero ita dicitur *libertas Christiana in observandis et negligendis ritibus Mosaicis, et usurpatio istius libertatis.* 1 Cor. VIII, 9.

5. *auctoritas, nomen, quo aliquid suscipimus et facimus, potestas plena,* Vollmacht *full power.* Matth. VII, 29. ὡς ἐξουσίαν ἔχων ut appareret, eum summa auctoritate esse præditum. (conf. *Homer. Iliad.* α'. 689.) ibid. XXI, 23. ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; quanam auctoritate, quo nomine hoc fecisti? ib. v. 24.

4. *licentia agendi et faciendi, jus.* Matth. XXI, 23. καὶ τίς σοι ἔδωκεν τὴν ἐξουσίαν ταύτην; et quisnam tibi concessit hanc licentiam, nempe ejiciendorum ex templo ementium et vendentium? 2 Thess. III, 9. Matth. IX, 6. Marc. II, 10. Luc. V, 24. 1 Cor. IX, 4. 18. εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ nec jure meo, postulandi mercedem, utar. *Dionys. Hal. Ant.* II, 26. *Herodot.* III, 142. *Diod. Sic.* XVII, 54. Hinc

5. per metonymiam contenti pro continenti: *ipsæ litteræ, continentes summam et plenam potestatem agendi.* Act. XXVI, 10. τὴν παρὰ τῶν ἀρχιερέων ἐξουσίαν λαβών. (coll. cap. XXII, 5. ἐπιστολὰς δεξάμενος.) ibid. v. 12. μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς τῆς παρὰ τῶν ἀρχιερέων. ibid. IX, 14. coll. v. 2.

6. *dominium, imperium, quod exercetur in aliquem.* Matth. X, 1. ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων concessit iis imperium in spiritus malos. ib. XXVIII, 18. ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία omnia sunt imperio meo subjecta. Luc. IX, 1. καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια ibid. XIX, 17. XXII, 53. Joh. XVII, 2. XIX, 11. Act. XXVI, 18. καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ. Ephes. II, 2. ὁ ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος diabolus, cujus imperio subjecti sunt omnes impii. Coloss. I, 13. ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους qui nos ereptos voluit imperio tenebrarum s. vitiositatis. Sirac. X, 4. ἐν χειρὶ Κυρίου ἐξουσία τῆς γῆς. ibid. XXIV, 11.

7. per metonymiam: *illud ipsum, quod alicujus imperio subjectum est,*

quod aliquis possidet, jurisdictio, ditio, opes, facultates, i. q. οὐσία, περιουσία. 1 Cor. IX, 12. εἰ ἄλλοι τῆς ἐξουσίας μετέχουσι si alii bonorum vestrorum participes fiunt. Vid. *Obss. Halens.* T. VI. p. 103. Luc. IV, 6. σοὶ δώσω τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἅπασαν omnes has provincias, imperio meo subjectas, tibi possidendas tradam. ibid. XXIII, 7. ὅτι ἐκ τῆς ἐξουσίας Ἡρῴδου ἐστὶ eum esse ex ditione Herodis. *Glossæ*: ἐξουσία· *majestas, dilio, potestas.*

8. *administratio rei familiaris.* Marc. XIII, 34. καὶ δοὺς τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν et servis suis administrationem rei familiaris commisit; nam sequitur: καὶ ἑκάστῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ.

9. *prærogativa, dignitas.* Joh. I, 12. ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι concessit iis hanc dignitatem, ut essent filii Dei; ubi *Nonnus* in Paraphrasi recte per τιμὴν interpretatus est. Huc etiam referrem locum Joh. V, 27. Eodem sensu ἐξουσία legitur 1 Macc. I, 13. XI, 58.

10. *princeps, qui est in præcipua dignitate et auctoritate constitutus.* Sic Ephes. III, 10. ταῖς ἐξουσίαις ἐν ταῖς ἐπουρανίοις angelis spiritibus celsioribus et nobilioribus in cœlo. Cf. supra sub voce ἀρχή.

11. *omnis, qui imperium habet, potens*, et speciatim: *qui magistratum gerit.* Matth. VIII, 9. καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν parendum enim mihi est tribuno meo. Luc. VII, 8. XII, 11. ὅταν προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας quando vero trahent vos ad principes et magistratus. Etiam *Herodian.* III, 3. 12. et 13. coll. c. 11. §. 11. ἐξουσίαν ab ἀρχῇ distinguit, et Lib. V, 7. 14. ὑπατικὰς ἐξουσίας memorat. Rom. XIII, 1. 2. 3. 1 Cor. XV, 24. πᾶσαν ἐξουσίαν potentissimos adversarios Christi. Ephes. I, 21. Coloss. II, 15. Conf. de hac significatione *Valesium* ad *Euseb. H. E.* V, 1. 4. et *Krebs. Obss. Flav.* p. 282. Eodem sensu Latinum *potestas* apud *Juvenal.* X, 99. *Ammian. Marcell.* XV, 5. *Sueton. Nero.* 36. *Claud.* 23.

12. *magistratus officium et constitutio*, das obrigkeitliche Amt *the magistracy*, ἡ τῆς ἡγεμονίας οἰκονομία, ut *Theodoretus* interpretatur ad Rom. XIII, 1. οὐ γάρ ἐστι ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ magistratus officium a Deo est, quasi ἐστὶ ἡ τοῦ Θεοῦ διαταγή, coll. v. 2.

13. *velum, velamen, quo caput fœminarum tegitur, calyptra.* 1 Cor. XI, 10. ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους debet fœmina velamen habere capiti impositum ob exploratores Paganorum. *Theodoretus* per κάλυμμα exponit. Mira est hæc significatio et Scriptoribus exteris plane ignota. Paulus *velum*, aut *quodvis aliud ornamentum capitis mulierum* non ideo ἐξουσίαν vocat, quod signum esset ac indicium, mulierem potestati viri subjectam esse, quæ est plerorumque contorta ac nimis arguta interpretatio, nec quod ad imitationem Hebraici רְדִיד *peplus, velum*, Cantic. V, 7. Ies. III, 23. quod a רָדָה, h. e. ἐξουσιάζειν, κυριεύειν, *dominari, potestatem exercere in aliquem* derivandum esset, sed ideo, quia *velum*, quo maritatæ, non vero virgines, apud Judæos uti solebant, eo magis *honoris signum atque argumentum* erat, quo honestiorem conditionem nuptarum apud Judæos innuptarum fortuna fuisse constat, ἐξουσία vero, ut supra demonstratum est, etiam *dignitatem, prærogativam* omninoque *omne, quod præstans et eximium est*, significat. Eadem causa commoti Alexandrini Genes. XX, 16. velamentum oris Saræ, uxoris Abrahami, quod ab ipso Mose כְּסוּת עֵינַיִם dicitur, τὴν τιμὴν τοῦ προσώπου eleganter vocarunt. Locus Ps. LIX, 9. ad quem vulgo provocant interpretes, plane ab h. l. alienus est. Cf. tamen, quæ olim a me in hanc rem prolata sunt in *Spicileg. I. Lex. Bieliani* p. 37. seq. et *Rechenbergii Exercitatt. in N. T.* p. 68. seq.

14. per ellipsin quandoque deficit,

v. c. post verbum δίδωμι Marc. X, 37. Apoc. VI, 4. VII, 2. XIII, 7. coll. v. 5. XVIII, 8. XIX, 8.

ΕΞΟΥΣΙΆΖΩ, fut. άσω, 1. cum dativo junctum transitive usurpatur: *potestatem alicui do et facio, facultatem concedo.* Eccles. V, 19. ἐξουσίασεν αὐτὸν τοῦ φαγεῖν ἀπ' αὐτῶν. ib. VI, 2. καὶ οὐκ ἐξουσιάσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τοῦ φαγεῖν. In utroque loco Hebraico הִשְׁלִיט respondet.

2. cum genitivo constructum: *potestatem habeo, jus habeo, in potestate habeo, dominus sum*, etiam *dominium et potestatem exerceo, dominor, sub potestatem redigo.* Alex. pro מָשַׁל Nehem. IX, 37. Eccles. IX, 17. X, 4. Luc. XXII, 25. καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν, sc. ἐθνῶν, qui gentibus imperant. 1 Cor. VII, 4. ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει----γυνὴ uxor non habet plenam potestatem in corpus suum, sed mariti potestati simul subjectum est; simili modo nec maritus jus plenum et integrum habet in corpus suum, sed commune cum uxore sua. Hinc passivum ἐξουσιάζομαι *imperium habetur in me, subjectus sum alteri*, etiam *patior me in servitutem ab aliquo redigi.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. VI, 12. ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος sed nec ego me ab ullo alio subjugari patiar aut eripi mihi hanc libertatem meam. Sæpius non legitur in N. T. *Dion. Halic.* I, IX, c. 44. ἐξουσιάζων est *licentius agens*, seu: *suam potestatem exercens.*

ΕΞΟΧΗ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *prominentia, eminentia*, in significatione propria, das Vorragen *eminence.* Interdum etiam per metonymiam *illud ipsum, quod prominet et eminet*, ab ἐξέχω *emineo.* Sic apud Alex. Job. XXXIX, 28. ἐπ' ἐξοχῇ πέτρας, Hebr. עַל־שֶׁן־סֶלַע *in scopulo rupis.*

2. metaphorice: *eminentia, præstantia, excellentia alicujus rei aut personæ*, ab ἐξέχω *præsto, excello.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXV, 23. ἀνδράσι τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι τῆς πόλεως una cum proceribus civitatis, viris urbis primariis.

ΕΞΥΠΝΊΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie: *excito ex somno, expergefacio*, i. q. alias dicitur ἀφυπνίζω, ab ἐξ et ὕπνος *somnus.* Passivo ἐξυπνίζεσθαι usi sunt Alexandr. pro Hebr. יָקַץ, 1 Regg. III, 15. et עוּר, Job. XIV, 12. In *Aquilæ* et *Symmachi* fragmentis ἐξυπνισθῆναι pro Hebr. הָקִיץ legitur Ps. XVI, 7. Damnarunt hanc vocem obviam apud *Plutarch.* T. X. p. 75. et 76. ed. *Reiske* T. V. p. 153. *Thom. M.* p. 134. et *Phrynichus* p. 96. ed. *Pauw.* tanquam minus Atticam et usum vocum ἀφυπνίζειν et διϋπνίζειν commendarunt. Conf. *Obss. Miscell.* VI. p. 347.

2. *in vitam revoco, resuscito*, quia somnus mortis imago. Joh. XI, 11. ἀλλὰ πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίζω αὐτὸν sed ego ad illum resuscitandum abeo. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΞΥΠΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *expergefactus, excitatus a somno, qui evigilavit.* (ex iisdem.) In N. T. tantum legitur Act. XVI, 27. ἔξυπνος δὲ γενόμενος ὁ δεσμοφύλαξ. 3 Esdr. III, 3.

ΕΞΩ. Adverbium, regens genitivum, deductum a præpositione ἐκ, ἐξ. Significat

1. *foris.* Matth. XII, 46. εἱστήκεισαν ἔξω foris stant. ibid. v. 47. Apoc. XXII, 15. ἔξω δὲ οἱ κύνες. *Xenoph. Cyr.* VII, 5. 11. et 19.

2. *foras.* Matth. V, 13. εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω nisi, ut ejiciatur foras. XIII, 48. τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλον. Luc. VIII, 54. ἐκβαλὼν ἔξω ἅπαντας. ibid. XXII, 6. *Thom. M.* τὸ ἔξω καὶ ἐπὶ στάσεως καὶ ἐπὶ κινήσεως. Huc etiam pertinet formula ἔξω ποιεῖν τινὰ *excedere jubere, foras ire jubere*, quæ legitur Act. V, 34. ἐκέλευσε ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι jussit Apostolos paulisper abduci. *Ælian. V. H.* X, 3. *Philostrat.* VIII, 8. *Xenoph.* Cyrop. IV, 1. 2. ἔξω βελῶν τὴν τάξιν ποιεῖν extra telorum jactum abducere cohortem. Conf. intt. ad *Viger.* de Idiotis. Ling. Gr. p. 233. Ed. Glasg. 1813.

3. *extra*. Marc. V, 10. ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀποστείλῃ ἔξω τῆς χώρας extra regionem. ibid. VIII, 23. Act. IV, 15. ἔξω συνεδρίου ἀπελθόντες.

4. interdum plane abundat, aut pro ἐκ positum est. Matth. XXI, 17. ἐξῆλθον ἔξω τῆς πόλεως. v. 39. ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος. XXVI, 75. καὶ ἐξελθὼν ἔξω. Marc. XI, 19.

5. præposito articulo nominascit et valet *externus, exterior, extraneus*, ad imitationem Hebraici הַחוּץ Ezech. XLVII, 2. Act. XXVI, 11. εἰς τὰς ἔξω (scil. οὔσας) πόλεις in exteras civitates. Hinc ὁ ἔξω ἄνθρωπος *corpus humanum*, quasi externa pars hominis, et opponitur τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ, seu animo. Rom. VII, 21. 2 Cor. IV, 16. ἀλλ' εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται quanquam enim corpus nostrum attenuatur per tot calamitates, sequitur: ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ.

6. ὁ ἔξω *qui est remotus ab aliqua re, aliqua re destituitur*, nam ἔξω apud Græcos sæpe idem valet, quod ἄνευ, χωρὶς, *sine*, teste *Thom. M.* p. 329. ἐστὶ δὲ τὸ ἔξω ἀντὶ τοῦ χωρὶς, et *Scholiaste Thucyd.* III, c. 61. V, 26. qui per ἄνευ interpretatus est. *Lucian.* Prometh. c. 18. καὶ ἔξω φθόνου παντὸς ἑστάναι procul ab invidia omni remotos; vid. ad h. l. interpp. Eodem modo οἱ ἔξω *exteri, qui extra domum* quasi *degunt et patriam*, in N. T. non solum in universum dicuntur, *qui ad cœtum quendam et societatem non pertinent*, sed etiam speciatim vel *plane alieni a religione Christiana, gentiles et Judæi*, vel *ii, qui nomen quidem dederunt religioni Christianæ, sed non sunt veri Christi sectatores*, vel denique *vulgus Christianorum, qui non admittitur ad interiorem religionis Christianæ cognitionem*, ex usu loquendi philosophorum Græcorum, qui discipulos suos in ἐσωτερικοὺς et ἐξωτερικοὺς distinguere solebant. Marc. IV, 11. ubi οἱ ἔξω opponuntur apostolis, qui ad ἐσωτερικοὺς Christi discipulos pertinebant. ubi vid. *Wetstenius*. 1 Cor. V, 12. 13. ad quem locum *Schoettgenius* in Hor. Hebr. et Talmud. docuit, etiam Judæos Gentiles κατ' ἐξοχὴν vocasse הַחִיצוֹנִים. Coloss. IV, 5. 1 Thess. IV, 12.

Ἔξωθεν. Adverbium, regens genitivum, ab ἐκ, ἐξ, *ex, a, de*. Significat

1. *extra, extrinsecus, ab exteriore parte, foris*, et præmisso articulo, *externus, extraneus, pars exterior*. Matth. XXIII, 25. καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου purgatis externa poculi. Marc. VII, 15. οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου nihil est extra hominem ibid. v. 18. Luc. XI, 39. Sic ὁ ἔκτοθεν pro *externo* legitur apud *Theocrit. Idyll.* X, 9.

2. metaphorice: τὸ ἔξωθεν *speciem externam, mores externos, morum faciem* significat. Matth. XXIII, 28. ἔξωθεν μὲν φαίνεσθε τοῖς ἀνθρώποις δίκαιοι, h. e. simulatis quidem pietatem, seu, quantum in oculos incurrit, probi videmini. Opponitur ibi τὸ ἔσωθεν.

3. τὸ ἔξωθεν, si opponitur τῷ ἔσωθεν, *corpus humanum* notat. Luc. XI, 40. οὐχ' ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν καὶ τὸ ἔσωθεν ἐποίησε; nonne animus pariter ac corpus a Deo, auctore suo, originem repetunt? Interdum τὸ ἔξωθεν ita ponitur, ut reddendum sit: *quod attinet ad corpus, ad externum hominis statum*. 2 Cor. VII, 5. ἔξωθεν μάχαι, quod ad externum nostrum statum attinebat, pugnandum nobis fuit et conflictandum cum variis malis. 1 Petr. III, 3. ὁ ἔξωθεν κόσμος ornatus mulierum externus opponitur v. 4. virtutibus et sensibus, quibus animus hominis ornari debet.

4. ὁ ἔξωθεν *alienus a religione Christiana, qui non pertinet ad cœtum Christianorum*. 1 Tim. III, 7. δεῖ δὲ αὐτὸν μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν.

Ἐξωθέω, ῶ, fut. ήσω, vel Ἐξώθω, fut. ώσω, 1. proprie: *expello, extrudo, ejicio, sedibus expello, extermino*, ab ἐξ et ὠθέω vel ὤθω *pello, trudo*. Act. VII, 45. ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν, ὧν ἔξωσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν in occupatione terræ, gentibus propriæ, quas Deus majorum causa

exterminaverat, vel sedibus suis depulerat. Alex. posuerunt pro הֲדִיחַ *expulit, depulit, fugavit*, Deut. XIII, 3. 2 Sam. XIV, 13. 14. et דָּחָה, quod idem notat, Ps. XXXVI, 12. Jer. XLIX, 36.

2. *impello, propello*, et speciatim de navigio usurpatur, quod ad littus impellitur. *Thucyd.* II, c. 90. τὰς δὲ ἄλλας (sc. ναῦς) ἐπικαταλαβόντες ἐξέωσαν πρὸς τὴν γῆν ὑποφευγούσας. (*Schol.* ἐξέωσαν) πρὸς τὴν γῆν ὠκεῖλαι ἐποίησαν. *Ælian. V. H.* III, 17. Vide *Wetstenii* N. T. T. II, p. 647. seq. Hinc venti, quibus naves, a recto cursu abreptæ, aliorsum propelluntur, ἐξῶσται vocantur ab *Herodoto* II, 113. monente *Raphelio* in Obss. Herodott. ad Act. XXVII, 39. Conf. *D'Orville* ad *Chariton.* III, c. 3. p. 363. ed. Lips. Sic et legitur in N. T. Act. XXVII, 39. εἰς ὃν ἐβουλεύσαντο, εἰ δύναιντο, ἐξῶσαι τὸ πλοῖον in quem destinabant, si fieri posset, impellere navem. — *Hesych.* ἔξωσον· ἄπωσαι, ἔκβαλλε. *Phavor.* ἐξωθεῖται· ἤτοι ἐκβάλλει καὶ ἐξορίζει.

ΈΞΩ΄ΤΕΡΟΣ, α, ον, *exterior, externus, extremus.* Comparativus ab ἔξω, in Superlativo ἐξώτατος. In N. T. ter tantum legitur, Matth. VIII, 12. XXII, 13. XXV, 30. ubi formula σκότος τὸ ἐξώτερον proprie quidem *tenebras densissimas*, deinde vero etiam *carcerem infimum et teterrimum omnique luce carentem*, et ex adjuncto, *miserias gravissimas ac dirissimas* significat.

ΈΟΡΤΑ΄ΖΩ, fut. άσω, 1. proprie: *diem festum ago et celebro, ferior, versor in celebrandis diebus festis*, ab ἑορτὴ *festum.* Alexandrini hac voce usi sunt pro חָגַג *festum celebravit, feriatus est.* Exod. V, 1. XII, 14. Nahum. I, 15. coll. Ies. XXX, 39. *Xenoph.* de Rep. Athen. III, 2. ἑορτάζειν ἑορτὰς, pro quo ibid. §. 8. ἑορτὰς ἄγειν posuit. *Plutarch.* T. II. p. 503. et T. V. p. 199. ed. *Reiske.*

2. ex adjuncto: *Deum colo, non solum ritibus, sed et mente ac animo, occupor in vero Dei cultu recteque agendi studio.* Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. V, 8. ὥστε ἑορτάζωμεν jam igitur Deum colamus, coll. Ies. LXVI, 23. et loco *Philonis*, quem excitavit *Loësner.* in Obss. Philonn. p. 277. Quem *Grotius* ad h. l. illustrandum attulit locum *Thucyd.* I, c. 70. μήτε ἑορτὴν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πράττειν, plane alienum esse a loco nostro, non solum *Wassius* ad *Thucyd.* l. l. et *Abresch.* Dilucidd. Thucyd. Lib. I, c. 70. p. 66. sed etiam nuper *Bauerus* ad Orationes Thucyd. p. 25. satis superque docuerunt. De verbo ipso ἑορτάζειν ejusque usu apud exteros Scriptt. lectu digna habet *Irmisch.* Excurs. ad *Herodian.* I, 7. 3. p. 885. seq. *Phavor.* ἑορτάζω· τὸ ἁπλῶς ἑορτὴν ἄγω.

ΈΟΡΤΗ, ης, ἡ, 1. proprie: ut Lat. *feria, vacatio ab opere alicujus rei aut personæ causa*, quemadmodum et derivatum verbum ἑορτάζειν proprie *feriari, vacare et cessare ab opere solito ac quotidiano* significat. Conf. *Irmisch.* Exc. ad *Herodian.* I, 7. 3. p. 886. Jam quia ab opere vacare interdum solemus in honorem alicujus personæ aut eventus, factum est, ut ἑορτή.

2. *quemlibet diem festum, Deo ejusque cultui* aut *memoriæ insignis beneficii divini destinatum*, significaret, *quo non solum vacamus ob omni opere, sed etiam nos hilaritati sobriæ damus.* Luc. II, 41. τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα feriis paschalibus. ib. XXII, 1. ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων festum azymorum. Coloss. II, 16. ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς aut respectu habito ad festos dies.

3. aliquando in specie ita dicitur *festum paschatos*, quod summa cum religione ab Judæis agebatur. Matth. XXVI, 5. XXVII, 15. κατὰ τὴν ἑορτὴν per sacra illa paschalia. Luc. XXIII, 17. Joh. IV, 45. coll. XIII, 1. ubi plene ἡ ἑορτὴ τοῦ πάσχα dicitur.

4. quandoque omittitur, v. c. Act. II, 1. τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς, sc. ἑορτῆς, coll. Tob. II, 1. ἐν τῇ πεντηκοστῇ ἑορτῇ. — *Phavor.* ἑορτή· χρόνος ἱερὸς κατὰ νόμους.

ἘΠΑΓΓΕΛΊΑ, ας, ἡ 1. proprie: *annuntiatio, denuntiatio*, ab ἐπαγγέλλω, quod vide. 2 Tim. I, 1. κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ eo consilio, ut hominibus annuntiaret felicitatem per Christum partam. *Polyb.* XXIV, 10. 8. ubi vid. *Schweighæuser.*

2. *promissio gratuita et sponte facta.* Act. XIII, 23. XXIII, 21. προσδεχόμενοι τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν. *Vulgatus: exspectantes promissum tuum*, seu, *ut annuas eorum petitis.* Galat. III, 17. 18. Ephes. VI, 2. ἐν ἐπαγγελίᾳ addita hac promissione. 1 Tim. IV, 8. Hebr. XI, 9. Ezech. VII, 26. Esther. IV, 7. *Polyb.* Hist. XVII, 23.

3. *complementum et eventum promissionis.* Act. XIII, 32. καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν γενομένην et nos vos jam docemus, promissionem, majoribus nostris a Deo factam, nunc eventum habere. 2 Petr. III, 4. ποῦ ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία; ubi est promissum hoc eventu comprobatum? ib. v. 9. οὐ βραδύνει ὁ Κύριος τῆς ἐπαγγελίας non cunctatur Deus in promissis suis eventu confirmandis.

4. per metonymiam: *illud ipsum, quod promissum est, res promissa.* Luc. XXIV, 49. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός μου ἐφ' ὑμᾶς ego dabo vobis promissa dona Sp. S. Act. I, 4. II, 33. Galat. III, 14. Hebr. IV, 1. καταλειπομένης ἐπαγγελίας cum futurum adhuc sit bonum illud a Deo promissum. ibid. VI, 12. κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας qui consequuti sunt bona, ipsis a Deo promissa. ib. X, 36. κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν præmii loco reportabitis promissam felicitatem. *Hesych.* ἐπαγγελία· ὑπόσχεσις καὶ ἐπάγγελμα.

ἘΠΑΓΓΈΛΛΩ, fut. ελῶ. Verbum πολύσημον apud Græcos, de quo bene et eleganter exposuit *Taylor* ad *Demosthenem* T. II, p. 315.

1. proprie: *nuntio, annuntio, denuntio*, i. q. ἀναγγέλλω, ex ἐπὶ et ἀγγέλλω *nuntio*, quod est ab ἄγγελος. *Herodian.* I, 6. 24. ἐπαγγέλλει τὴν ἔξοδον, ubi vid. *Irmisch.*

2. *impero, jubeo.* *Hesych.* ἐπαγγέλλωσιν· κελεύσωσιν — ἐπαγγέλλῃ· κελεύεις. *Xenoph.* Cyrop. VII, 4. 1. *Thucyd.* III, c. 16.

3. *peto, rogo.* *Suid.* ἐπαγγέλλεται· παρακαλεῖ, ἀξιοῖ. *Demosthen.* p. 1122. ed. *Reiske.*

4. Medium ἐπαγγέλλομαι *aliquid in me præstandum suscipio, promitto, polliceor, spondeo, fidem do.* Marc. XIV, 11. καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι et ei certam pecuniæ summam spondebant. Act. VII, 5. Rom. IV, 21. Galat. III, 19. Tit. I, 2. Hebr. VI, 13. X, 23. XI, 11. XII, 26. Jacob. I, 12. II, 5. 2 Petr. II, 19. 1 Joh. II, 25. Sirac. XX, 23. 2 Macc. IV, 27. Conf. *Demosthenis* Orat. περὶ παραπρεσβείας, T. II, p. 131. ed. *Taylor.*

5. *profiteor*, et dicitur inprimis de *iis, qui aliquam artem et disciplinam profitentur;* interdum etiam malo sensu de *iis, qui se aliquid habere, scire, aut fecisse jactant.* 1 Tim. II, 10. ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν ut fœminas decet, quæ pietatem profitentur. ibid. VI, 21. ἣν (sc. γνῶσιν) τινες ἐπαγγελλόμενοι quam quidam jactantes, coll. Sirac. III, 26. γνώσεως δὲ ἀμοιρῶν μὴ ἐπαγγελοῦ scientia autem destitutus, eam ne jactes. et Sap. II, 13. *Aristot.* Ethic. X, c. 10. τῶν δὲ σοφιστῶν οἱ ἐπαγγελλόμενοι. *Demosthen.* p. 938. ed. *Reiske:* καὶ γὰρ ταῦτα δεινὸς εἶναι ἐπαγγέλλεται. *Diog. Laërt. Procem.* s. 12. ὁ ταύτην, sc. σοφίαν, ἐπαγγελλόμενος. *Xenoph.* Mem. I, 2. 7. ἀρετὴν ἐπαγγελλόμενος. Eodem modo *promittere* apud Latinos pro *profiteri* apud *Horatium* II, Ep. 1. v. 116.

ἘΠΆΓΓΕΛΜΑ, ατος, τὸ, 1. *promissio*, ab ἐπαγγέλλω, quod vide. 2 Petr. III, 13. κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ προσδοκῶμεν secundum promissionem ipsius exspectamus.

2. *res promissa, promissum*, per metonymiam. 2 Petr. I, 4. δι' ὧν τὰ τίμια ἡμῖν καὶ μέγιστα ἐπαγγέλματα δεδώρηται qua nobis præstantissima bona concessa sunt. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΠΑΓΩ, fut. ἄξω, 1. proprie: *induco, adduco, infero, accerso, immitto*, et est vocabulum proprium, si de suppliciis immittendis agitur, ab ἐπὶ et ἄγω *duco*. *Hesych.* ἐπάγει· ἐπιφέρει. Sic legitur in N. T. 2 Petr. II, 5. κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας mundo impiorum inducens diluvium. Genes. VI, 17. ἐπάγω τὸν κατακλυσμὸν, ὕδωρ ἐπὶ γῆν, ubi Hebr. הֵבִיא respondet. *Ælian.* V. H. XIII, 24.

2. metaphorice: *concilio, contraho*, et fere in malam partem de pœnis et calamitatibus usurpatur, quas sibi aliquis sua culpa conciliat. 2 Petr. II, 1. ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν accelerantes sibi supplicia et pœnas. Eodem sensu ἐπάγω usurpatur non solum in vers. Alex. Genes. XX, 9. ὅτι ἐπήγαγες ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐπὶ τὴν βασιλείαν μου ἁμαρτίαν μεγάλην. Levit. XXII, 16. sed etiam apud *Demosthenem* p. 424. ed. *Reiske*: ἐπάγοντες ἑαυτοῖς αὐθαίρετον δουλείαν.

3. ἐπάγω ἐπὶ τινὰ τί *imputo alicui aliquid, culpam conjicio*, seu *confero in aliquem, tribuo*. Sic exstat Act. V, 28. καὶ βούλεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου et vultis in nos transferre crimen cædis istius viri, seu, nos reos cædis peragere. Sæpius non legitur in N. T. Non ignorant vero hunc elegantem verbi ἐπάγειν usum Scriptores Græci præstantissimi, v. c. *Demosthenes* p. 548. edit. *Reiske*: τοιοῦτο κακὸν καὶ τηλικοῦτον ἀδίκως ἐπάγει τῷ, h. e. efficit, ut insons pro auctore tanti facinoris habeatur. ibid. p. 550. 22. *Dionys. Hal. Ant.* VII, 5. 2.

ΕΠΑΓΩΝΙΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, 1. proprie: *decerto ob aliquid, summo studio et contentione certo, omnes vires certamini impendo* ab ἐπὶ et ἀγωνίζομαι certo. Construitur cum dativo, vi præpositionis. *Plutarch.* T. I. p. 259. et T. III. p. 200. ed. *Reiske*.

2. metaphorice: *omni studio et diligentia in aliqua re defendenda versor, constans sum et persevero*. Sic semel legitur in N. T. Jud. v. 3. ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει, h. e. ut constantes maneatis nec animum abjiciatis in calamitatibus, pro religione Christiana subeundis, eamque omni studio contra falsos doctores defendatis et tueamini. *Œcumenius* ad h. l. παρακαλεῖ αὐτοὺς ἀγωνίζεσθαι καὶ ἐμμένειν τῇ παραδοθείσῃ αὐτοῖς πίστει. *Etym. M.* ἐπαγωνιεῖται· φιλονεικήσει, προσκαρτερήσει. ἐκ τοῦ ἐπαγωνίζω. *Hesych.* ἐπαγωνιεῖται· φιλονεικεῖ. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 733.

ΕΠΑΘΡΟΙΖΩ, fut. οίσω, *congrego alios, congero aliquid*, ex ἐπὶ et ἀθροίζω *cogo, congero*, quod est ab ἀθρόος *confertus, coacervatus*, et apud Scriptt. exteros usurpatur fere semper de *conscriptione et collectione militum*, v. c. *Herodian.* III, 1. 6. τὸ δὲ λοιπὸν στρατιωτικὸν ἠθροιζεν ἐκ τῶν ἐκεῖ στρατοπέδων. *Ælian.* V. H. XIII, 3. ἀθροίσας γὰρ ἑβδομήκοντα μυριάδας ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. Medium ἐπαθροίζομαι *me congrego*, i. e. *concurro, convenio, confluo*, semel occurrit in N. T. Luc. XI, 29. τῶν δὲ ὄχλων ἐπαθροιζομένων, ubi *Vulgatus* habet: *turbis autem concurrentibus*, nec differt a simplici ἀθροίζομαι, quod in eadem significatione reperitur apud *Ælian.* V. H. II, 1. et *Herodian.* III, 4. 11. ὅπερ ἔκ τε τῶν περικειμένων πόλεων καὶ ἀγρῶν ἤθροιστο, ut adeo vana sit eorum opinio, qui Lucam l. l. emphaseos gratia verbum compositum ἐπαθροίζομαι adhibuisse dicunt, ut nempe indicaret, ingentem confluxisse multitudinem hominum, qui se coacervaverint et condensarint. *Plutarch.* T. V. Opp. p. 579. ed. *Reiske*.

ΕΠΑΙΝΕΤΟΣ, ου, ὁ, vel ΕΠΑΙΝΕΤΟΣ, οῦ, ὁ, *Epænetus*. Nomen proprium viri, origine Græcum, idem quod *laudabilis, laudatus, laude dignus*, ab ἐπαινέω *laudo*, respondens Hebraico יְהוּדָה et הַלֵּל Ezech. XXVI, 17. Fuit primus, qui inter Asiæ proconsularis incolas religionem Christianam susceperat, laudatus ideo a Paulo, Rom. XVI, 5. ἀσπάσασθε Ἐπαίνετον (variant codices, quorum quidam legunt Ἐπαινετὸν cum accentu in ultima

syllaba. Sed rectius scribi videtur Ἐπαίνετον, si fides habenda est *Eustathio* ad *Homer. Il. β'.* p. 237. scribenti: Ἐπαινετὸς τὸ ἐπίθετον, καὶ Ἐπαίνετος, κύριον.) τὸν ἀγαπητόν μου ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστόν. Sæpius non commemoratur in N. T.

ΕΠΑΙΝΕΩ, ῶ, fut. ήσω, *laudo, probo, celebro*, ab ἔπαινος, quod vide. Luc. XVI, 8. καὶ ἐπήνεσεν ὁ Κύριος τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας, ubi ἐπήνεσεν est e vita communi illustrandum et reddendum: *mirabatur ejus calliditatem, non poterat ei denegare laudem calliditatis.* Rom. XV, 11. καὶ ἐπαινέσατε αὐτὸν πάντες οἱ λαοὶ et celebrate majestatem divinam omnes populi. 1 Cor. XI, 2. 22. Formula οὐκ ἐπαινῶ, quæ 1 Cor. XI, 17. 22. legitur, per μείωσιν *vituperare, admodum carpere* significat. Sæpius non legitur in N. T. *Suid.* ἐπῄνει· εὐμενῶς ἐδέχετο, συγκατετίθετο. Idem: ἐπαινέσας· ὑποδεξάμενος εὐχαρίστως. Conf. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. XIV, 2. qui multis exemplis docuit, ἐπαινεῖν apud Græcos etiam *gratias agere* significare. Notionem *approbandi* confirmat locus *Thucyd.* IV. 65. ἐπαινεσάντων αὐτῶν ἐποιοῦντο τὴν ὁμολογίαν.

ΕΠΑΙΝΟΣ, ου, ὁ, 1. *laus, celebratio.* 2 Cor. VIII, 18. οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν nobilis et laudatissimus doctor religionis Christianæ inter omnes cœtus Christianos. Ephes. I, 12. εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, sc. Θεοῦ, quam ob rem laudanda et celebranda est a nobis summa Dei benignitas. ibid. v. 6. et 14. Philipp. I, 11. εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον Θεοῦ.

2. per metonymiam effectus pro causa: *res, quæ laudem meretur, laudabilis, quæ laudem et bonam famam ac existimationem conciliat.* Philipp. IV, 8. εἴ τις ἔπαινος· quidquid laudabile est.

3. *remuneratio*, in utramque partem. 1 Cor. IV, 5. καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ tunc quilibet justam remunerationem factorum suorum reportabit.

4. speciatim: *præmium virtutis et recte factorum.* Rom. II, 29. οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ talis certissime a Deo afficietur præmiis. ibid. XIII, 3. τὸ ἀγαθὸν ποίει καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς, sc. ἐξουσίας, ubi sermo est de magistratibus, qui ad id constituti sunt, ut præmiis ornent cives, legibus obsequium præstantes. Eodem modo voce ἐπαινέω usus est *Xenophon* in Œconom. IX, 14. οἵτινες ἐπισκοποῦντες τὸν μὲν ποιοῦντα τὰ νόμιμα ἐπαινοῦσιν, ubi ἐπαινεῖν opponitur τῷ ζημιοῦν. 1 Petr. I, 7. II, 14. ubi ei ἐκδίκησις opponitur. Sæpius non legitur in N. T. Etiam in psephismatibus Græcorum sæpe occurrit ἐπαινεῖν pro *præmiis afficere.*

ΕΠΑΙΡΩ, fut. αρῶ, 1. *attollo, elevo, erigo*, ex ἐπὶ et αἴρω *tollo. Suid.* ἐπαίρω· ὑψῶ. Act. XXVII, 40. καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ et sublato et erecto ad venti flatum artemone. *Lucian. Ver. Hist.* II, 38. *Plutarch. Thes.* 9. E. Passivum ἐπαίρομαι *sursum* vel *in altum tollor, elevor, attollor.* Act. I, 9. καὶ ταῦτα εἰπὼν βλεπόντων αὐτὸν ἐπήρθη his dictis in eorum conspectu in altum sublatus est, i. q. Luc. XXIV, 51. ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν. Huc pertinent etiam formulæ sequentes, in N. T. haud raro obviæ: α) ἐπαίρειν ὀφθαλμοὺς *attollere oculos*, quam παρελκόντως adjiciunt Scriptt. N. T. quum quempiam quippiam vidisse dicere instituunt, v. c. Matth. XVII, 8. ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, οὐδένα εἶδον. Luc. XVI, 23. Joh. IV, 35. VI, 5. coll. 1 Macc. IV, 12. καὶ ἦραν οἱ ἀλλόφυλοι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν καὶ εἶδον more Hebræorum, v. c. Gen. XXII, 4. וַיִּשָּׂא אֶת־עֵינָיו וַיַּרְא. Dan. X, 5. 1 Paral. XXI, 16. Sunt tamen loca N. T. in quibus hæc formula æque ac apud exteros Scriptores exprimenda est in versione, v. c. Luc. VI, 20. καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἔλεγε et discipulos suos ita affatus est. ibid. XVIII, 13. οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι ne oculos quidem ad cœlum tollere ausus est: ubi respondet formulæ Hebraicæ

נָשָׂא פָּנִים 2 Sam. II, 22. Job. XI, 15. β) ἐπαίρειν τὰς χεῖρας *attollere*, seu *elevare et expandere manus* metaphorice ponitur pro *preces facere*. Judæi enim ad cœlum sublatis et expansis manibus preces facere solebant. Ps. CXLI, 2. Luc. XXIV, 50. καὶ ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ εὐλόγησεν αὐτοὺς et sublatis manibus ad Deum preces faciens, iis bene precatus est. 1 Tim. II, 8. ἐπαίροντας χεῖρας ὁσίους sanctas et nullis sceleribus contaminatas preces facere. Confer *Ad. Rechenbergii* D. de χειραρσίᾳ orantium in Ej. Exercitatt. in N. T. p. 145. γ) ἐπαίρειν κεφαλήν, quæ proprie quidem est *caput in altum tollere, vultum erigere*, i. q. ἀνακύπτειν, sed deinde æque ac ἀνακύπτειν metaphorice de *iis* usurpatur, *quorum animi mœrore dejecti spe lætioris fortunæ eriguntur*, v. c. Luc. XXI, 28. ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν. Cf. *Krebs. Obss. Flav.* p. 133. δ) ἐπαίρειν τὴν φωνὴν *tollere vocem, intendere*, plane, ut nos: seine Stimme erheben *to raise the voice*, pro: mit starker Stimme sprechen *to speak in a louder tone*. *Philostrat.* Vit. *Apollon.* V. c. 33. τὴν φωνὴν ἐπάρας, παρ' ὃ εἰώθει, ἔφη. *Demosthenes* de Corona p. 322. fin. ed. *Reiske*: ἀλλ' ἐπάρας τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς καὶ λαμπρυνόμενος. Eodem sensu reperitur etiam in N. T. Luc. XI, 27. ἐπάρασά τις γυνὴ φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου. Act. XIV, 11. XXII, 22. Sed in loco Act. II, 14. ubi legitur ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ καὶ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς, quia præmittitur verbo ἀποφθέγγεσθαι, pleonastice posita formula videtur ad imitationem formulæ Hebraicæ נָשָׂא קוֹל Judd. IX, 7. XXI, 2.

3. Medium ἐπαίρεσθαι, sc. τῷ φρονήματι, *efferri animo, superbire, fastuosum esse et fastu inflatum insolentius se gerere*. *Suid.* ἐπαίρεσθαι· τὸ φυσοῦσθαι. 2 Cor. X, 5. ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ qui fastu inflati opponunt se propagationi religionis Christianæ. ibid. XI, 20. εἴ τις ἐπαίρεται. Alex. Prov. III, 5. ἐπὶ τῇ σῇ σοφίᾳ μὴ ἐπαίρου. *Xenoph.* Mem. III, 5. 4. ἐπῆρται τὸ φρόνημα. *Polyb.* I, 20. ἐπαίρεσθαι τῇ διανοίᾳ. *Ælian. V. H.* VIII, 15. ἐπαρθεὶς τῇ εὐπραγίᾳ. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 208.

ΕΠΑΙΣΧΎΝΟΜΑΙ, *pudet me, erubesco, pudefio, ignominiosum mihi aliquid duco*, ex ἐπὶ et αἰσχύνομαι *pudefio*. Construitur apud Græcos plerumque cum dativo, v. c. apud *Herodot.* IX, 185. *Plutarch.* T. IX. pag. 408. ed. *Reiske*. sed in N. T. vel cum accusativo rei, cujus aliquem pudet, vel cum præpositione ἐπί. Interdum etiam sequitur infinitivus. Quanquam vero generatim pudoris notionem involvit, non una tamen et eadem ratione in N. T. usurpatur, sed fere semper adjunctam habet notionem, *subterfugere, subtrahere se alicui*, quod facere solent quos pudet. Marc. VIII, 38. ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους —— καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν, coll. Luc. IX, 26. qui enim pudore suffusus me meamque doctrinam repudiaverit, eamque palam profiteri detrectaverit, hunc nec filius hominis pro suo sectatore agnoscet et felicitate æterna ornabit. Rom. I, 16. οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ evangelii, doctrinæ Christianæ prædicationem summo honori mihi duco. ib. VI, 21. ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε quorum nunc vos jure pudet. 2 Tim. I, 8. μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν ne muneris doctoris Christiani tibi demandati partes deseras. ib. v. 12. ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι sed non subtraho me his malis. ib. v. 16. καὶ τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπῃσχύνθη me vinctum nunquam deseruit. Hebr. II, 11. οὐκ ἐπαισχύνεται non infra suam dignitatem habet. ib. XI, 16. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΠΑΙΤΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *insuper rogo, post aliud peto*, ex ἐπὶ et αἰτέω *peto*, etiam *rogo, peto* simpliciter.

2. κατ' ἐξοχὴν *stipem peto, mendico*. Sic semel legitur in N. T. Luc. XVI, 3. ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι stipem rogare

infra meam dignitatem habeo. Eodem sensu usi sunt hac voce Alexandrini Ps. CIX, 10. pro Hebr. שָׁאַל.

ἘΠΑΚΟΛΟΥΘΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *pedibus sequor eum, qui præcedit, sequor, subsequor*, ex ἐπὶ et ἀκολουθέω, quod idem significat. *Plutarch.* T. I. p. 65. et 80. ed. *Reiske.*

2. metaphorice: *tempore sum posterior.* 1 Tim. V, 24. τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν, sc. ἁμαρτίαι, aliorum peccata sunt obscuriora et tantum successu temporis et longo usu cognoscuntur et deteguntur. Conf. infra ad προάγω.

3. *conjunctus sum cum aliquo quocunque modo, subsequor, comitor.* Marc. XVI, 20. διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων miraculis, quæ eorum doctrinam comitari solebant. *Syrus:* ܥܡ ܡܠܦ̈ ܒܬܪ ܐ̈ܬ̈ܘ̈ܬ̈ *per signa quæ fecerunt.*

4. *imitor, sequor exemplum alicujus, præceptis alicujus obedientiam præsto. Polyb.* VII, 14. 3. Hinc ἐπακολουθεῖν ἴχνεσί τινος vestigia alicujus premere, h. e. imitari. 1 Petr. II, 21. ὑμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ qui reliquit vobis exemplar ad imitandum propositum, ut insistatis vestigiis ejus, seu, ut ejus vitam imitando exprimatis.

5. *operam do, studeo.* 1 Tim. V, 10. εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε et omnis virtutis Christianæ studiosa fuerit. Sæpius non legitur in N. T.

ἘΠΑΚΟΎΩ, fut. ούσω, 1. proprie: *audio, ausculto. Demosthen.* p. 1142. ed. *Reiske:* ἐπακούοντες τῶν λεγομένων.

2. *obtempero. Thucyd.* I, c. 82. ἦν μὲν ἐπακούσωσι τὶ τῶν προσδευομένων ἡμῶν.

3. *exaudio, obtempero, annuo alicujus precibus.* ex ἐπὶ et ἀκούω. Semel legitur in N. T. 2 Cor. VI, 2. καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σε hoc tempore læto et fausto exaudio te. 2 Paral. XXX, 20. ἐπήκουσε Κύριος τῷ Ἐζεκίᾳ. *Lucian. Timon.* 34. ἐπακούσας τῶν εὐχῶν. *Polyb.* V, 102. 7.

ἘΠΑΚΡΟΆΟΜΑΙ, ῶμαι, *audio*, nec differt a simplici ἀκροάομαι. Semel legitur in N. T. Act. XVI, 25. ἐπηκροῶντο δὲ αὐτῶν οἱ δέσμιοι audientibus eos reliquis captivis. Hinc substantivum ἐπακρόασις *auscultatio*, quod legitur apud Alex. 1 Sam. XV, 22. pro הַקְשִׁיב.

ἘΠΆΝ. Particula conjunctiva, *postquam, si* significans et tantum de *tempore* usurpatur. Conflatam esse ex ἐπὶ et ἂν vel ἐὰν, clare docet locus *Homeri* Iliad. ζ', v. 412. ubi ἐπεὶ ἂν divisim legitur in eadem significatione. Construitur fere semper cum conjunctivo ob vim particulæ ἂν, seu ἐὰν, cum qua composita est. In N. T. ter legitur. Matth. II, 8. ἐπὰν δὲ εὕρητε quem si inveneritis. Luc. XI, 22. ἐπὰν δὲ νικήσῃ αὐτὸν si eum vicerit. ibid. v. 34. ἐπὰν δὲ πονηρὸς ᾖ sin vitiatus fuerit. Cæterum observandum est, pro ἐπὰν Ionice sæpe poni ἐπὴν, v. c. apud *Homer.* Iliad. α'. 168. nam Iones solent pro ἂν seu ἐὰν ponere ἤν. *Thom. M.* p. 332. ἐπὰν καὶ ἐπειδὰν εὑρηται, ἐπὶ πλέον δὲ τὸ ἐπειδάν. Πλάτων ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν πολιτειῶν· ἐπὰν ἀνανεώσωμαι τὸν Θρασυμάχου λόγον. Conf. *Gregor.* de Dial. p. 219.

ἘΠΆΝΑΓΚΕΣ. Adverbium, *necesse, necessario*, conflatum ex ἐπὶ et ἀνάγκη *necessitas*, quod apud Græcos sat sæpe occurrit, v. c. apud *Demosthenem* p. 706. edit. *Reiske. Ælian.* Hist. Anim. IX, c. 1. et aliis in locis, quæ collegerunt *Palairetus* (in Obss. Critt. p. 310.) et *Kypkius* (Obss. Sacr. T. II. p. 75.) Cum articulo adjective sumitur ex more Græcorum et significat: *quod necessarium est, quod jure postulari potest*, τὸ ἐπ' ἀνάγκης ὄν. Sic semel legitur in N. T. Act. XV, 28. πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων præter ea, quæ visa sunt jure a vobis postulanda; ubi tamen *Salmasius* de *fœnore trapezitico* p. 440. legendum esse ἐπ' ἀνάγκης contendit, quod me-

rito refutant *Abreschius* et *Wolfius* in annotatt. ad h. l. *Phavor.* ἐπ' ἀνάγκης ἔχω· ἀντὶ τοῦ ἀνάγκην ἔχω.

ΕΠΑΝΆΓΩ, fut. *άξω*, l. proprie: *reduco, retrorsum ago, sursum duco, proveho in altum*, et speciatim vel simpliciter positum, vel addito substantivo *ναῦς, provehere*, seu *subducere navem in altum mare*, i. q. ἀναπλέω, ex ἐπὶ et *ἀνάγω sursum duco, veho, perduco, reduco*. Sic legitur in N. T. Luc. V, 3. ἠρώτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον, sc. ναῦν, rogavit eum, ut a terra proveheret paululum novem. ib. v. 4. ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος. 2 Macc. XII, 4. ἐπαναχθέντας αὐτοὺς ἐξύθισαν. *Xenoph.* Hist. Gr. VI, 2. 16. *Plutarch.* T. VIII. p. 747. 3. ed. *Reiske*.

2. subintellecto ἑαυτὸν, *me quasi retrorsum ago, redeo, revertor*. Matth. XXI, 18. ἐπανάγων εἰς τὴν πόλιν cum rediret in urbem, seu Hierosolymam. Sirac. XXVI, 23. ἐπανάγων ἀπὸ δικαιοσύνης ἐπὶ ἁμαρτίαν. 2 Macc. IX, 21. ἐπανάγων ἐκ τῶν περὶ τὴν Περσίδα τόπων. *Xenoph.* Cyrop. IV, 1. 2. *Plutarch.* T. VI. p. 21. et 455. ed. *Reiske*.

ΕΠΑΝΑΜΙΜΝΉΣΚΩ, fut. *μνήσω, in memoriam revoco, commonefacio*, ex ἐπὶ et *ἀναμιμνήσκω in mentem revoco*. Legitur semel in N. T. Rom. XV, 15. ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς in mentem revocans, quæ sunt vobis notissima. *Demosthenes* p. 74. ed. *Reiske*: καίπερ ἀκριβῶς εἰδότα ἕκαστον ὑμῶν ἐπαναμνῆσαι βούλομαι.

ΕΠΑΝΑΠΑΎΩ, fut. *αύσω, requiescere facio, do requiem*, ex ἐπὶ et *ἀναπαύω*, quod idem significat. Medium ἐπαναπαύομαι,

1. proprie: *requiesco, quiesco, resideo*. Respondet in vers. Alex. Hebr. נִשְׁעַן *nixus, innixus est*, 2 Regg. VII, 2. 17. Ezech. XXIX, 7. *Eustath. præf.* Il. p. 1, 20.

2. metaphorice: *vim habeo, vim meam exsero, ratus sum, contingo alicui, eventum habeo*; respondet vero nostro bekleiben *to succeed*. Luc. X, 6. ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ἡμῶν eventum habebunt vestra bona vota, seu, vere continget illi salus, quam apprecati estis. Rarior est hæc notio, illustranda fortasse e locis Num. XI, 25. 26. et 2 Regg. II, 15. ἐπαναπέπαυται τὸ πνεῦμα Ἠλιοὺ ἐπὶ Ἐλισσαιὲ, ubi ἐπαναπαύεσθαι, ut Hebraicum נוּחַ, nihil aliud, quam *vim suam exserere*, significare potest.

3. *acquiesco in aliqua re, glorior, innitor, confido*. Sic legitur in N. T. Rom. II, 17. ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ lege Mosaica gloriaris; nam in sequentibus per καυχᾶσθαι explicatur, coll. Micha III, 11. וְעַל יְהוָה יִשָּׁעֲנוּ Alex. καὶ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐπανεπαύοντο. In vers. Alex. Hebraico נִשְׁעַן respondet, quod ab Alexandrinis mox per ἐπαναπαύεσθαι, v. c. Ezech. XXIX, 7. mox per πεποιθέναι vertitur, 2 Paral. XVI, 7. Adde 1 Macc. VIII, 12. *Herodian.* II, 1. 3. *Arrian. Epict.* I, 9.

ΕΠΑΝΈΡΧΟΜΑΙ, fut. ελεύσομαι, aor. 2. ἐπανῆλθον, *redeo, revertor*, ex ἐπὶ et *ἀνέρχομαι*, quod idem significat. Luc. X, 35. ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με in reditu meo. ibid. XIX, 15. ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτὸν cum rediisset ille. Sæpius non legitur in N. T. Alex. pro שׁוּב Gen. L, 5. Levit. XXV, 13. posuerunt. *Plutarch.* T. VIII. p. 51. ed. *Reiske*.

ΕΠΑΝΊΣΤΗΜΙ, proprie quidem est: *excito, erigo, surgere facio*, sed sæpe etiam valet idem, quod medium ἐπανίσταμαι, *surgo, insurgo*, v. c. apud *Andocidem* Orat. de Mysteriis p. 221. καὶ ἐάν τις τυραννεῖν ἐπαναστῇ. In N. T. tantum in forma media occurrit, ubi ἐπανίστασθαι ἐπί τινα *hostiliter aliquem invadere et aggredi, oppugnare* significat, et speciatim de *iis* usurpatur, *qui nulla lacessiti injuria contra aliquem insurgunt et eum hostiliter persequuntur*, et ita differt ab ἀφίσταμαι, ut clarissime docet locus *Thucyd.* III, 39. ἐπανέστησαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν, ad quem locum *Schol.* ἀπόστασίς ἐστιν, ὅταν τινὲς κακῶς πάσχοντες ἀποστῶσιν. ἐπανάστασις δὲ, ὅταν τινὲς τιμώμενοι καὶ

μηδὲν ἀδικούμενοι στασιάσωσι καὶ ἐρθρεύωσι τοῖς μηδὲν ἀδικήσασι. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 372. Matth. X, 21. ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς insurgent liberi adversus parentes. (*Wakefield* in *Silva Critica* P. II. p. 24. existimat, Matthæum h. l. pariter ac XII, 41. respexisse morem bene notum causidicis, hominum scilicet e sedibus assurgentium, ut testimonium perhibeant in causa forensi coram judice.) Marc. XIII, 12. Sæpius non legitur in N. T. Deut. XIX, 11. εἴ τις ἐπαναστῇ ἄνθρωπος ἐπὶ τὸν πλησίον. Ps. III, 1. Micha VII, 6. *Herodot.* I, 89. *Plutarch.* T. VIII. p. 313. ed. *Reiske.*

ἘΠΑΝΌΡΘΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *correctio ejus quod incurvatum est*, et v. c. de artubus depravatis, pravis arbusculis et stirpibus incurvis, quæ corriguntur, dicitur, ex ἐπὶ et ἀνορθόω, quod vide.

2. *omnis restitutio in integrum et meliorem statum*, et mox, ut v. c. apud *Polybium*, de *damni reparatione*, mox de *correctione erroris et falsæ opinionis*, mox denique de *emendatione vitæ morumque*, vel addita voce βίου, vel simpliciter positum, ut apud *Polybium* I, 35. *Arrian. Epict.* III, 21. et *Xenoph. Epist.* I, 5. usurpatur. In N. T. semel legitur 2 Tim. III, 16. πρὸς ἐπανόρθωσιν ad alios emendandos; ad quem locum *Theodoret.* παρακαλεῖ γὰρ καὶ τοὺς παρατραπέντας ἐπανελθεῖν εἰς τὴν εὐθεῖαν ὁδόν. Legitur præterea 1 Macc. XIV, 34. 3 Esdr. VIII, 54. *Demosthen.* p. 707. edit. *Reiske:* ἐπανόρθωσις τῶν νόμων. *Joseph. A. J.* XI. c. 5. p. 563. ed. *Haverc.* ἐπανόρθωσις τῶν περὶ τὸ πολίτευμα παρανομηθέντων. Verbum ἐπανορθόω legitur apud *Ælian. V. H.* III, 17. *Plutarch. de educ. puer.* IV, 8. (φαυλότητα ἐπανορθοῖ διδαχή.) et apud *Demosthenem* passim.

ἘΠΑ΄ΝΩ. Adverbium, regens genitivum, ex ἐπὶ et ἄνω *sursum*, et varie usurpatur.

1. est adverbium loci et significat: *supra, super.* Matth. II, 9. ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον super eam domum, ubi erat infans. ib. V, 14. πόλις ἐπάνω ὄρους κειμένη urbs super monte posita. ib. XXI, 7. XXIII, 18. 20. 22. XXVII, 37. XXVIII, 2. Apoc. VI, 8. XX, 3. Sine casu legitur Luc. XI, 44.

2. *ad latus, juxta*, ad imitationem Hebr. עַל Gen. XVIII, 2. Ezech. XXV, 9. Dan. XII, 6. 7. Luc. IV, 39. καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς et lateri ejus adstans, aut *juxta caput ejus* (i. q. ὑπὲρ κεφαλῆς apud *Homer.* Odyss. ὅ. v. 802.) ex sententia *Er. Schmidii*, qui per ἐπάνω h. l. indicari partes, ad quas caput illa reclinaverat, non male judicavit.

3. *supra quam, ultra, plus quam*, si sermo est de *pretio* et *numero*. Marc. XIV, 5. ἠδύνατο γὰρ τοῦτο πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων nam poterat hoc vendi pluris quam trecentis denariis. 1 Cor. XV, 6. ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ postea apparuit plus quam quingentis fratribus simul. Exod. XXX, 14. ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω.

4. *supra*, ut sit *dignitatis et potestatis*. Joh. III, 31. ἐπάνω πάντων ἐστὶ est supra omnes, seu omnibus eminentior et præstantior. Luc. XIX, 17. ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων ἐπάνω δέκα πόλεων concedam tibi potestatem super decem urbes. ibid. v. 19. Ita עַל Gen. XLI, 33. 1 Paral. XXVI, 30. *Joseph. A. J.* IV, 8. 14.

ἘΠΑΡΚΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, generatim notat: *sufficienter dare, suppeditare necessaria.* 1 Macc. VIII, 26. τοῖς πολεμοῦσιν οὐκ ἐπαρκέσουσι σῖτον. 2 Macc. XIII, 17. Hinc ἐπαρκῶς *sufficienter, quantum satis est.* 1 Macc. XI, 35. (ex ἐπὶ et ἀρκέω *sufficio.*) Speciatim vero *opem fero, auxilio sum, erogo beneficia, stipem confero, pauperum inopiam sublevo quocunque modo.* 1 Tim. V, 10. εἰ θλιβομένοις ἐπήρκησεν, scil. βοήθειαν, si opem tulerit afflictis. ibid. v. 16. ἐπαρκείτω αὐταῖς iis sufficienter suppeditet, quæ sunt ad vitam sustentandam necessaria. ibid. ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ. Sæpius non legi-

tur in N. T. *Polyb.* I, 57. *Philostrat.* Vit. Soph. II, 1. τοῖς μὲν δεομένοις ἐπαρκεῖν, ἵνα μὴ δέωνται. Conf. *Hemsterhus.* ad *Lucian.* Timon. c. 5. T. I. p. 109. ed. *Reitzii et Wetstenii* N. T. T. II. p. 342. *Hesych.* ἐπαρκεῖ· ὑπουργεῖ, χορηγεῖ, βοηθεῖ.

ἘΠΑΡΧΊΑ, ας, ἡ, 1. proprie est *administratio provinciæ cujuscunque*, sive *majoris*, sive *minoris*, i. q. ἐπιτροπή, ab ἔπαρχος *præfectus, præses provinciæ.*

2. *ipsa provincia, quæ administratur ab aliquo*, et speciatim *regio extra Italiam, quæ redacta in ditionem populi Romani erat*, quam Græci etiam ἡγεμονίαν appellant. Provinciæ autem Romanæ, in quas procuratores a Cæsare populoque Romano mittebantur, et libera republica et ætate Augusti in duo descripta genera erant, de quibus multis exposuit post *Krebsium* in *Obss. Flav.* p. 257. Celeb. *Fischerus* in Prolus. XVIII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 17. qui omnino legendus est. In N. T. bis tantum legitur. Act. XXIII, 34. ἐκ ποίας ἐπαρχίας ἐστί e quanam provincia esset. ib. XXV, 1. ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ provinciam ingressus. *Plutarch. Cæs.* p. 708. E. Δολοβέλλαν ἔκρινε κακώσεως ἐπαρχίας. *Polyb.* I, 15. 10. II, 19. 2. *Hesych.* ἐπαρχία· φυλὴ ἢ πατρίς. Conf. meum Spicileg. I. Lexici Bieliani p. 48.

ἜΠΑΥΛΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *villa rustica, casa, tugurium, stabulum, ovile.* Num. XXXII, 16. ἐπαύλεις προβάτων οἰκοδομήσομεν. *Ælian. V. H.* I, c. 32. *Polyb.* V, 35. Conf. *D'Orville* ad *Chariton.* I, 13. p. 282. ed. Lips. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 460. et *Gataker.* ad *M. Antonin.* I, 16. p. 29.

2. in universum: *habitatio, domicilium, omnis locus, in quo quis pernoctat.* Prov. III, 33. ἐπαύλεις δικαίων (Hebr. נָוֵה) Ies. XXXIV, 13. Sic semel legitur in N. T. Act. I, 20. γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος fiat domicilium ejus desertum. *Polyb.* XVI, 15. 5. — *Hesych.* ἔπαυλις· μάνδρα βοῶν, ἡ οἴκημα, ἢ αὐλή, ἢ στρατοπεδεία, καὶ ἡ ποιμενικὴ αὐλή. *Suid.* ἡ οἰκία, ἐν ᾗ τὴν αὐλὴν ἐποιοῦντο.

ἘΠΑΎΡΙΟΝ. Adverbium, *cras, postridie, crastino vel postero die*, ex ἐπὶ et αὔριον *cras.* Cum articulo adjective sumitur, ἡ ἐπαύριον, scil. ἡμέρα, *crastinus dies.* In N. T. ubivis præmissum habet articulum τῇ, intellecta voce ἡμέρᾳ. Matth. XXVII, 62. Marc. XI, 12. Joh. VI, 22. XII, 12.

2. τῇ ἐπαύριον *postea, aliquando post.* Joh. I, 29. 35. 44. Sic etiam Hebr. מָחָר Jos. IV, 6. XXII, 24. 27. 28. sumitur.

ἘΠΑΥΤΟΦΏΡΩ, seu, ut etiam divisim scribitur apud Græcos. ἘΠ' ΑΎΤΟΦΏΡΩ, pro ἐπ' αὐτῷ φώρῳ,

1. proprie: *in ipso furto*, et dicitur de *furibus, in ipso furti delicto deprehensis*, ab αὐτὸς et præterito passivi πεφώραμαι, verbi φωράω *furor*, unde φωρὰ *furtum* et φὼρ *fur* dicitur. *Hesych.* ἐπαυτοφώρῳ· ὁ ἐπ' αὐτῷ τῷ κλέμματι εὑρεθείς, ἔτι κατέχων αὐτό. *Schol. D'Orville* ad *Aristoph.* Plut. v. 455. ἐπ' αὐτοφώρῳ εἰλημμένοι. φανερῶς ἐπ' αὐτῇ τῇ κλεψίᾳ κρατηθέντες.

2. per synecdochen autem significat: *in flagranti delicto, in ipsa turpitudine*, et de *omnibus* usurpatur, *qui in quovis facinore deprehenduntur*, inprimis autem de *illicitis amoribus, qui sunt furtivi, et clam fieri solent.* Sic semel legitur in N. T. Joh. VIII, 4. αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη mulier hæc in ipsa adulterii turpitudine deprehensa est, coll. v. 3. ubi ἐν μοιχείᾳ κατειλημμένη dicitur. *Syrus* reddidit ܒܥܒܕܐ ܕܝ ܐ *aperte.* Cf. *Triller* ad *Æliani* V. H. XI, 15. XIV, 3. *Hesych.* ἐπ' αὐτοφώρῳ. ὁ φανερῶς καταληφθείς, ὑπεύθυνος γενόμενος.

ἘΠΑΦΡΑ̃Σ, ᾶ, ὁ, *Epaphras.* Nomen proprium viri, origine Græcum, quod contractum videtur ex Ἐπαφρόδιτος, ut Λουκᾶς ex Λουκιανὸς, Δημᾶς ex Δημήτριος. Coloss. I, 7. IV, 12. Philem. v. 23. Vid. Ἐπαφρόδιτος.

ἘΠΑΦΡΊΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie:

despumo, spumam ejicio, ex ἐπὶ et ἀφρίζω *spumo*. Hoc sensu est apud *Moschum* Idyll. V, 5.

2. metaphorice de *hominibus* usurpatur, *qui flagitia sua effutiunt palam, immani furore correpti, et turpissima quævis sine ullo pudore dicunt et agunt*. Sic semel legitur in N. T. Jud. v. 13. ubi falsi doctores vocantur κύματα ἄγρια θαλάσσης, ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, h. e. similes esse dicuntur fluctibus maris æstuantis, quod quiescere nequit, immo ebullit cœnum et lutum, turpissima quævis sine ullo pudore palam dicentes et agentes. Respexit sine dubio Judas locum Ies. LVII, 20. וְהָרְשָׁעִים כַּיָּם נִגָּרֵשׁ ·כִּי הַשָּׁקֵט לֹא יוּכָל וַיִּגָּרְשׁוּ מֵימָיו רֶפֶשׁ וָטִיט Conf. supra ad αἰσχύνη dicta.

ἘΠΑΦΡΟΔΙΤΟΣ, ου, ὁ, *Epaphroditus*. Nomen proprium viri, origine Græcum,) Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 273.) significans: *venustum, jucundum, gratiosum*, v. c. *Xenoph.* Sympos. VIII, 15. 18. ex ἐπὶ et Ἀφροδίτη *Venus*, quæ sic dicta est ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ a spuma maris, ex qua genita narratur. *Phavor.* Ἐπαφρόδιτος· ἡδὺς, ἐπίχαρις. Fuit hic Pauli adjutor in tradenda doctrina Christiana et Philippensium legatus ad Paulum. Forte hic idem fuit, qui Coloss. I, 7. IV, 12. Philem. v. 23. Ἐπαφρᾶς vocatur per abbreviationem. Nomen ejus bis tantum occurrit in N. T. Phil. II, 25. IV, 18. Varias conjecturas de eo proposuit *Horreus* in Miscell. Critt. Lib. I, c. 6.

ἘΠΕΓΕΙΡΩ, fut. ερῶ, *excito*, v. c. e somno (*Xenoph. Anab.* IV, 3. 8.) *concito, invito, instigo*, ex ἐπὶ et ἐγείρω *excito*. Dicitur vero hæc vox fere semper in malam partem de *iis, quæ ad indignationem, vindictam, tumultum, bellum* et *persequutiones aliquem concitant*. Sic bis tantum legitur in N. T. Act. XIII, 50. καὶ ἐπήγειραν διωγμὸν ἐπὶ τὸν Παῦλον et excitarunt persequutionem contra Paulum, ib. XIV, 2. ἐπήγειραν (in quibusdam codicibus additur διωγμὸν, e glossemate) τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν concitarunt, sc. ad persequutionem, Gentiles contra Christianos. In vers. Alex. respondet Hebr. הֵקִים, 1 Sam. III, 12. XXII, 8. et הֵעִיר, 1 Chron. V, 26. 2 Chron. XXI, 16. Ies. XIII, 17. XLII, 13. In eadem versione legitur etiam passivum ἐπεγείρεσθαι de *iis, qui aliquem hostiliter aggrediuntur et invadunt*, v. c. Ies. XIX, 2. וְסִכְסַכְתִּי מִצְרַיִם בְּמִצְרַיִם καὶ ἐπεγερθήσονται Αἰγύπτιοι ἐπ' Αἰγυπτίους.

ἘΠΕΙ. Adverbium, quod proprie

1. *postquam, deinde, quum, quando*, significat, et est adverbium temporis tam determinati, quam indeterminati, conflatum ex ἐπὶ et εἰ. Luc. VII, 1. ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ postquam finiverat orationem suam. Ἐπεὶ apud Græcos pro ἔπειτα *deinde, deinceps* poni, docuit *Hutchins.* ad *Xenoph.* Cyrop. I, 6. 17. *Postquam* vero notat apud Eundem de Rep. Laced. I, 1. *Ælian.* V. H. X, 17. Alex. Genes. XLVI, 30. pro אַחֲרֵי 1 Macc. X, 52. *Hesych.* ἐπεί· ἀφ' οὗ χρόνου.

2. conjunctio causalis: *quandoquidem, quoniam, quod*. Matth. XVIII, 32. XXVII, 6. ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι quandoquidem pretium sanguinis est. Marc. XV, 42. ἐπεὶ ἦν παρασκευὴ quoniam erat parasceve. Joh. XIII, 29. XIX, 31. Luc. I, 34. 2 Cor. XIII, 3. Hebr. II, 14. V, 2. 11. VI, 13. XI, 11. 2 Macc. XIV, 29. 3 Macc. II, 16. Sic etiam legitur apud *Æschin.* Dial. II, 23. 33. *Xenoph.* Anab. VII, 6. 16. *Athenæus* XII, p. 548. D. *Etym. M.* ἐπει — ἀντὶ τοῦ ἐπειδὴ — ἡνίκα δὲ αἰτιολογικῶς παραλαμβάνεται, σύνδεσμός ἐστι, ἐπεὶ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστι. *Hesych.* ἐπεί· ὅτι, ἢ ἐπειδή.

3. *nam, quippe*. Hebr. IX, 17. ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει nam nullam vim habet. *Æschin.* Dial. II, 8, 10. 16. 25.

4. *alioquin, si secus esset*, particula conditionalis. Rom. III, 6. ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον; ib. XI, 6. 22.

1 Cor. V, 10. ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν alioquin exeundum vobis esset e societate humana. ibid. XV, 29. Hebr. X, 2. ἐπεὶ οὐκ ἐπαύσαντο προσφερόμεναι alioquin desiissent offerri victimæ. *Eurip. Ion.* v. 439. Conf. de hac notione *Er. Schmidii* Comment. ad *Pindari* Olymp. p. 246. et *Zeunius* ad *Vigerum* p. 328. edit. Glasg. 1813.

ἘΠΕΙΔΗ, idem quod ἘΠΕΙ, ex quo componitur, et δή, pro quo poëtæ etiam dicunt ἐπειή,

1. rationem temporis, et determinati et indeterminati, continet et significat: *postquam, a quo tempore, quum, quando. Hesych.* ἐπειδή· ἐξότου. Act. XIII, 46. XV, 24. 1 Cor. I, 21. *Thucyd.* I, 6. *Xenoph. Cyr.* II, 1. 1.

2. Conjunctio causalis: *nam, quandoquidem, quia, quoniam.* Matth. XXI, 46. Luc. XI, 6. 1 Cor. I, 22. XIV, 16. XV, 21. Phil. II, 26. *Æschin. Socr.* Dial. II, 13. 26. In vers. Alex. ponitur pro יַעַן *quandoquidem, quia.* Prov. I, 24. Ezech. XXVIII, 6. et pro יַעַן אֲשֶׁר *propterea quod,* Jerem. XXV, 8. XXXV, 18.

ἘΠΕΙΔΗΠΕΡ. Conjunctio hæc, quæ semper cum indicativo construitur, usu non differt ab ἐπειδή, et significat: *postquam, quoniam, quia,* et semel legitur in N. T. Luc. I, 1 ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν postquam multi aggressi sunt. *Æschin. Socr.* Dial. II, c. 12. ἐπειδήπερ οἵ γ' ἔμπροσθεν λόγοι οὐ περὶ τούτου δοκοῦσίν σοι εἰρῆσθαι. *Thucyd.* VIII, 68. *Hesych.* ἐπειδήπερ· ἐπειδή.

ἘΠΕΙΠΕΡ, *quandoquidem, siquidem, quoniam, quia.* Conjunctio ex ἐπεὶ et περ, particula enclitica. Semel legitur in N. T. Rom. III, 30.

ἘΠΕΙΔΩ, 1. proprie: *intueor, adspicio, oculos ad aliquem dirigo.* (ex ἐπεὶ et εἴδω *video.*) In vers. Alex. respondet τῷ רָאָה Genes. XIII, 10. XVI, 13. In N. T. metaphorice et ἀνθρωποπαθῶς Deo tribuitur, quatenus res humanas curat et gubernat, et

2. in bonam sumtum partem significat: *benignum esse, beneficia exhibere.* Sic reperitur Luc. I, 25. ἐν ἡμέραις αἷς ἐπεῖδεν ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός μου ἐν ἀνθρώποις tempore, quo se ita benignum præbuit Deus erga me, ut auferret opprobrium meum apud homines. Cf. *Glassii Philol. S.* p. 964. ed. *Dathii.*

3. in malam partem adhibetur, ita, ut *ira, vindicta et pœna Dei* indicetur. Act. IV, 29. ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν puni eos ob has comminationes. Sæpius non legitur in N. T. Ps. CIV, 32. Jer. III, 8. Cæterum etiam apud Græcos ἐπείδω de rebus cum *tristibus et acerbis,* tum *lætis et jucundis* usurpari, recte jam observavit *Thom. M.* p. 335. τὸ ἐπεῖδεν· ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ συμφορᾶς τίθεται — ἅπαξ δὲ καὶ ἐπὶ ἐπιθυμίας, ubi vide interpretes: sicut etiam εἰσείδω metaphorice sumitur apud *Hesiod. Theog.* 51.

ἜΠΕΙΜΙ, *succedo, sequor, supervenio, advenio,* ex ἐπὶ et εἶμι. Vid. infra sub ἐπιών.

ἘΠΕΙΣΑΓΩΓΗ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *superinductio, superintroductio,* ab ἐπεισάγω *alicui rei aliquid superinduco, aliunde inveho.*

2. *introductio,* ut sit *porta, per quam quis introducitur,* v. c. apud *Thucyd.* VIII, c. 92. τεῖχος τοῦτο καὶ πυλίδας ἔχον καὶ ἐσόδους, καὶ ἐπεισαγωγὰς τῶν πολεμίων. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 410.

3. *introductio,* sensu metaphorico, v. c. de doctrina, spe, consuetudine. Sic semel legitur in N. T. Hebr. VII, 19. ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος successit jam præstantior doctrina. Vocem hanc paulo rariorem, ideoque ab *H. Stephano in Thes. Gr. Ling.* T. I. p. 74. sine ulla auctoritate prolatam, adhiberi tamen a *Josepho A. J.* XI, 6. 3. de virgine, cum qua aliquis, dimissa priore uxore, iterum matrimonium init, observavit *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 378.

ἜΠΕΙΤΑ. Adverbium 1. temporis, *deinde, postea,* ex ἐπὶ et εἶτα.

Marc. VII, 5. ἔπειτα ἐπερωτῶσιν αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι. Galat. I, 18. ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία deinde post tres annos.

2. ordinis, *deinde*. 1 Cor. XII, 28. ἔπειτα δυνάμεις. Hebr. VII, 2.

3. *præterea*. 1 Cor. XV, 6. 7.

4. interdum abundat, v. c. in formula ἔπειτα μετὰ τοῦτο, quæ respondet Latinæ *deinde postea*, (*Liv.* XLI, 24. *Cic. pro Milone* 24.) ac *post deinde*, (*Terent. Andr.* III, 2. 3.) quæ simpliciter per *deinde* reddi debet, ita, ut alterutrum abundet, v. c. Joh. XI, 7. ἔπειτα μετὰ τοῦτο elapso duorum dierum spatio. *Lucianus Lexiphane* 21. εἶτα μετὰ τοῦτο. *Sext. Empir. adv. Astrol.* 97. *Theophr. H. P.* III, 13. *Aristoph. Ran.* 1058. — Cf. quæ de hac particula *Devarius* observavit in libro de *Gr. Ling. Particulis* p. 140. ed. *Reusmanni* et *Zeunius* ad *Vigerum* de *Idiotismis Ling. Gr.* p. 326. Edit. Glasg. 1813. *Hesych.* ἔπειτα· μετὰ ταῦτα.

ἘΠΕΚΕΙΝΑ. Adverbium, regens genitivum, contracte positum pro ἐπ' ἐκεῖνα, sc. μέρη, *usque ad illas partes*, seu *ultra illas partes*. Duplici vero modo usurpatur apud veteres.

1. particula temporis est et notat: *deinceps, postea*. 1 Macc. IX, 30. ἀφίημι ἀπὸ τοῦ σήμερον καὶ ἐπέκεινα, *Vulgatus: et deinceps*. In seq. explicatur formula: καὶ εἰς τὸν αἰῶνα (cod. Alex. ἅπαντα, e glossemate) χρόνῳ. Alex. Ezech. XXXIX, 22. ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης ἐπέκεινα. Micha IV, 5. εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐπέκεινα. Exempla e Græcis Scriptoribus attulit *Stephanus* in *Thes. Ling. Gr.* T. I. p. 1214.

2. est particula loci, contraria significans, nempe: *trans, ultra, cis, citra, intra*, pro loci et loquentis ratione. *Hesych.* ἐπέκεινα· παρεκεῖ, ἀνωτέρω, ἐξωτέρω. *Diod. Sic.* III, c. 50. τὴν ἐπέκεινα τῆς Σύρτεως Λιβύην Libyam, quæ ultra Syrtes est; ubi vid. *Wesselingium*. *Xenoph. Hist. Gr.* V, 1. 10. ἐπέκεινα Ἡρακλείου. Idem *Anab.* V, 4. 2. Conf. interpretes ad *Thom. M.* p. 336. et *Irmisch.* ad *Herodian.* II, 8. 13. Vol. II. p. 253. In N. T. semel legitur Act. VII, 43. καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος vosque ultra (*Vulgatus: trans*) Babylonem relegabo.

ἘΠΕΚΤΕΊΝΩ, fut. κτενῶ, *extendo*, i. q. ἐκτείνω, *porrigo, protendo*, ut *Glossæ* interpretantur, ab ἐπί, quod sæpe *motum in locum* in compositis significat, et ἐκτείνω *extendo*. Medium ἐπεκτείνομαι, seu ἐπεκτείνω ἐμαυτὸν *extendo me ipsum, me porrigo et protendo*, et metaphorice: *concitato cursu ad aliquam rem feror, summo studio enitor, omnibus viribus contendo, desiderio alicujus rei flagro*. Sic semel legitur in N. T. Phil. III, 14. τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος ad ea vero, quæ a fronte sunt, contendens, seu enitens. Imago desumta est a cursoribus, qui non solum citissime currunt, sed etiam omnia corporis membra, præsertim caput ac manus, protendere solent, ut scopum attingant, adeoque toti in id incumbunt, ut ne ab aliis palma ipsis præripiatur. Similis locus legitur apud *Maximum Tyrium* VIII, 2. εὐθὺ τοῦ οὐρανοῦ ἀνατεινόμενοι τῇ ψυχῇ. *Suid.* ὀργυιωμένοις· ἐκτεταμένοις, ἐπιθυμοῦσιν. Idem: συνοργιγνώμενοι· ἐπιθυμοῦντες, ἐπεκτεινόμενοι. Cf. quæ de hac voce scripsit *Dresigius* de *Verbis Mediis N. T.* I, 55. p. 277.

ἘΠΕΝΔΎΤΗΣ, ου, ὁ. Vocem hanc, quæ in Vulgaribus Lexicis male *amiculum* aut *indusium* redditur, a plerisque, etiam Græcæ doctissimis, non recte intellectam esse, docuit Cel. *Fischerus* in Prolus. III. de *Vitiis Lexicorum N. T.* p. 15. seq. Est enim potius ἐπενδύτης *tunica superior, togæ et pallio propior, atque adeo inter subuculam et exteriores vestes media*, quam Attici χιτῶνα nominant, et differt a *tunica altera*, (Græci enim et Romani veteres gerere solebant duas tunicas) *quæ cutem tangebat*, et a Latinis *interula* dicebatur et *subucula*, etiam *indusium*, ab Atticis χιτωνίσκος, (*Xenoph. Mem.* II, 7. 5. *Theophr. Char.* 25.) a reliquis Græcis ὑποδύτης. *Suid.* ὑποδύτην· τὸ ἐσώτερον

ἱμάτιον, ἐπενδύτην δὲ τὸ ἐπάνω. et Ἐπενδύτης· τὸ ἐσώτατον ἱμάτιον, ὃ καὶ ὑποκάμισον λέγεται. Confirmat hanc ipsam explicationem *Hieronymus Ep.* 130. et post eum *Theodoretus Quæst.* LXVI. in Exodum. (χιτὼν ὁ ἔξωθεν) quibus addi potest testimonium *Mœridis*: χιτωνίσκος· χιτὼν Ἀττικῶς, ὑποδύτης καὶ ἐπενδύτης Ἑλληνικῶς. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 962.

2. speciatim et κατ' ἐξοχήν ita dicebatur *genus vestimenti superioris e lino confecti, quo piscatores uti solebant*, quod *Suidas* ὑποκάμισον vocat. Conf. *Niebuhrii Itinerarium Arabiæ* p. 284. Tab. LVI. In qua significatione semel legitur in N. T. Joh. XXI, 7. τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο tunica superiore se succinxit. *Vulgatus: tunica. Syrus:* ܠܒܫܐ, quod est ipsum Græcum vocabulum χιτών. *Theophyl.* ad h. l. ἐστὶ λινοῦν τι ὀθόνιον, ὃ οἵ τε Φοίνικες καὶ οἱ Σύριοι ἁλιεῖς περιελίττουσιν ἑαυτοῖς. Cf. etiam *Salmas.* ad *Tertull.* de *Pallio* c. 5. p. 410.

ΕΠΕΝΔΥ'Ω, fut. ύσω, *superinduo*, ex ἐπί, quod in compositis haud raro *additionem* et *adjectionem* significat, et *ad, insuper* reddendum est, (v. c. ἐπιμετρεῖν *cumulum metiendo addere*, *Polyb.* III, 119. ἐπεξαμαρτάνειν *pristinis peccatis nova addere*, *Demosthen.* p. 595. ed. *Reiske.*) et ἐνδύω, *induo*: etiam simpliciter *induo Plutarch.* T. VII. p. 552. ed. *Reiske.* Bis legitur, sed metaphorice, in N. T. 2 Cor. V, 4. ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι ἀλλ' ἐπενδύσασθαι nolumus deponere corpus nostrum terrestre, sed novum et cœleste corpus quasi superinduere cupimus. ibid. v. 2. τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες cœleste corpus super hoc non exutum corpus induere cupimus. Vid. supra ἐνδύω.

ΕΠΕΡΧΟΜΑΙ, fut. ελεύσομαι, 1. proprie: *supervenio, præterea advenio*, etiam simpliciter *advenio, adeo, peragro, obeo.* (2 Macc. IX, 17. *Polyb.* II, 7. 3. XXVII, 4. 4.) ex ἐπί et ἔρχομαι *venio.* Act. XIV, 19. ἐπῆλθον δὲ ἀπὸ Ἀντιοχείας καὶ Ἰκονίου Ἰουδαῖοι interea supervenerunt, seu, venerunt Judæi Antiochia et Iconio. Alex. posuerunt pro בּוֹא *advenire*, Genes. XLII, 21. 1 Sam. XXX, 23. et אָתָה *accessit*, Ies. XLI, 4. XLV, 11.

2. *hostiliter invado et aggredior, impetum hostilem facio.* Omnia scil. fere *veniendi* verba apud Græcos cum ἐπί, adjuncto casu personæ, notionem *hostilis invasionis* et *incursionis* habent, v. c. ἐπιβαίνειν, ἐπιέναι. Luc. XI, 22. ἐπὰν δὲ ὁ ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἐπελθὼν νικήσῃ αὐτὸν sed si quis potentior adortus eum vicerit. *Diogen.* II, s. 23. καὶ τηρῶν ἀμύνασθαι, εἴ τις οἱ ἐπέλθοι. *Herodian.* I, 8. 12. γυμνώσας τὸ ξιφίδιον ἐπελθών τε αἰφνιδίως τῷ Κομμόδῳ, ubi vid. *Irmischius.* Job. XXIII, 6.

3. *præter spem accido.* Luc. XXI, 35. ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται inopinato enim veniet hic dies quasi decipula. *Horat.* I. Ep. IV, 14. grata supervenit, quæ non sperabitur, hora.

4. *accido, evenio, contingo*; in utramque partem, etiam in bonam, v. c. Sirac. III, 8. coll. I, 35. sed in N. T. semper in malam partem de pœnis, malis et calamitatibus accipitur. Act. VIII, 24. ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ ὧν εἰρήκατε ne mihi eveniant mala a vobis denunciata. ibid. XIII, 40. μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προφήταις ne vobis eveniat prædictum a prophetis.

5. *immineo, subsequor, futurus sum.* Luc. XXI, 26. τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ quæ Judææ imminent fatorum. Ephes. II, 7. ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι ἐπερχομένοις κ. τ. λ. ut insigne quoddam documentum summæ ejus benignitatis extaret omni futuro tempore. Jacob. V, 1. ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ἐπερχομέναις. Conf. vers. Alex. Ies. XLI, 4. ubi ἐπερχόμενα Hebraico אַחֲרוֹנִים et ibid. XLII, 23. τῷ לְאָחוֹר respondet.

6. metaphorice ἐπέρχεσθαι ἐπὶ τινὰ id dicitur, *cujus vis ac virtus se in aliquo exserit et operatur*, seu, *quo aliquis imbuitur et instruitur.* Luc. I, 35. πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε Spiritus

Sanctus te superveniet, h. e. singulari et mirabili ratione in te et per te operabitur. Act. I, 8. ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς accipietis dona Sp. S. in vos demissi, s. quo vos imbuemini, coll. Luc. XXIV, 49. ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. Sæpius non occurrit in N. T. *Phavor.* ἐπέρχεται· τὸ ὡς πολέμιός τις ἐπί τινα ἔρχεται. ἐπέρχεται· τὸ παρίσταται καὶ ἐπὶ νοῦν ἔρχεται, οἷον ἐπέρχεταί μοι εἰπεῖν, (*Demosthen.* p. 206. 1050. et 1464. ed. *Reiske*) καὶ ἐπέρχεται· τὸ δεύτερον ἔρχεται. ἐπέρχεται· τὸ διέρχεται, καὶ ἀναγινώσκει τὸ βιβλίον, ἢ λόγον ἐπέρχεται, καὶ πορεύεται, ἢ στέλλεται. ὡς τὸ μῆκος ὁδοῦ τοσόνδε ἐπέρχεται.

ΕΠΕΡΩΤΑ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *iterum interrogo* (*Xenoph. Cyrop.* VII, 2. 4.) deinde: *interrogo*, sensu bono, sc. eo consilio, ut aliquid discam et me instruam. Matth. XVII, 10. Marc. VII, 17. ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τῆς παραβολῆς. ib. IX, 11. 28. Luc. III, 10. Act. I, 6. 1 Cor. XIV, 35. etc. Dan. II, 11. ὁ λόγος, ὃν βασιλεὺς ἐπερωτᾷ, βαρύς. Judd. XX, 18. ubi Hebraico שְׁאַל respondet. *Thucyd.* I, c. 118. ἐπηρώτων τὸν θεὸν, εἰ πολεμοῦσιν ἄμεινον ἔσται. *Thom. Mag.* ἐρωτῶ, τὸ ἀπόκρισιν ζητῶ τινὰ, τὸ ἐπερωτῶ δὲ, ἔστι μὲν ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς ἐρωτῶ· κυρίως δὲ, ὅταν ἐπὶ τῇ ἐρωτήσει, ἑτέρᾳ ἐρωτήσει χρῶμαι.

2. *quæstiones propono alteri solvendas et explicandas*, et dicitur fere in malam partem de *iis, qui captiose aliquem interrogant insidiandi et illudendi animo, et ut eum confundere et implicare possint.* Matth. XII, 10. XXII, 23. 35. ἐπηρώτησεν πειράζων αὐτόν. ibid. v. 46. οὐδὲ ἐτόλμησέ τις ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπερωτῆσαι αὐτὸν οὐκέτι. Marc. XII, 28. Luc. II, 46. VI, 9. XX, 21. De captioso genere interrogationis (ut vocat *Cic. Acad. Quæst.* II, 16.) ἐρωτᾶν et ἐρώτημα etiam occurrit apud *Lucianum Jove confut.* p. 177.

3. *rogo, peto, postulo.* Matth. XVI, 1. ἐπηρώτησαν αὐτὸν σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς miraculum e cœlo ab eo petierunt. Respondet Hebraico שְׁאַל in versione Alex. Ps. CXXXVII, 3.

4. *quæro, alicujus rei studio ducor.* Hinc ἐπερωτᾶν τὸν Θεὸν *veræ doctrinæ divinæ, veri cultus divini studio duci* significat. Rom. X, 20. ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι innotui hominibus, qui a vero mei cultu alieni olim erant. Conf. Ies. LXV, 1. — *Thom. M.* p. 368. sub. ἐρωτῶ· τὸ ἐπερωτῶ ἔστι μὲν καὶ ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς ἐρωτῶ, (sc. τὸ ἀπόκρισιν ζητῶ τινὰ, ut in antecedentibus exposuerat) κυρίως δὲ, ὅταν ἐπὶ τῇ ἐρωτήσει, ἑτέρᾳ ἐρωτήσει χρῶμαι.

ΕΠΕΡΩ΄ΤΗΜΑ, τος, τό. Vocabulum sine ulla auctoritate in Lexicis prolatum. Descendit a præced. ἐπερωτάω et

1. proprie *interrogationem* notat estque i. q. ἐπερώτησις, quod legitur apud *Thucyd.* IV, c. 38. Ipsa vox ἐπερώτημα hoc sensu legitur apud *Thucyd.* III, c. 53. et 68. τό τε ἐπερώτημα βραχὺ ὂν, ᾧ τὰ μὲν ἀληθῆ ἀποκρίνασθαι κ. τ. λ. ibid. c. 54. τὸ ἐρώτημα τὸ βραχὺ vocatur.

2. *petitio, postulatio, rogatio.* Dan. IV, 14. (17.) ubi in vers. *Theodot.* τῷ שְׁאֵלְתָּא respondet.

3. *quæstio et responsio mutua pacti gratia, sponsio et stipulatio*, seu *contractus, inducens obligationem reciprocam*, quia sponsiones fiunt, dum quis interrogat alterum, an velit nobis aliquid præstare, e quibus alter, qui interrogat, stipulari dicitur, alter, qui respondet, respondere; et ex adjuncto: *quævis promissio et obligatio. Gloss. Nomicæ:* ἐπερωτῶ· *stipulor.* ἐπερωτῶμαι· *promitto, spondeo.* In hac vero posteriori significatione vox accipienda esse videtur in loco 1 Petr. III, 21. ubi baptismus vocatur συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεὸν, h. e. promissio et obligatio mentis puræ servandæ coram Deo ad propositam interrogationem facta, non sine respectu ad ritum illum veteris ecclesiæ, interrogandi baptizandos, an velint renuntiare pristinæ vitiositati, om-

nemque vitam virtuti Christianæ consecrare; cui interrogationi, ab Episcopo aut alio quodam factæ, respondebant catechumeni, seque virtutis veræ studiis palam addicebant; cujus exemplum est Act. VIII, 17. et in *Justini Mart. Apol.* II, §. 61. *Œcumenius* ad h. l. ἀξιόλογόν, ἐνέχυρον καὶ ἀπόδειξιν. Sæpius non legitur in N. T. Cæterum ob interpretes nonnullos, qui memoria lapsi ἐπερώτημα apud *Theophilum* JC. in *stipulationis* notione occurrere contenderunt, monendum est, nec *Theophilum*, nec ullum alium de iis, qui *Jus Romanum* Græce scripserunt, ἐπερώτημα, sed ἐπερώτησιν, *stipulationem* dixisse. Vide *Theophilum* in *Titulo de Verborum Obligationibus*, qui est *Institutt.* Lib. III. Tit. 16. et seq. et in *Basilicorum Ecloge* Lib. XXIII, Tit. 9. περὶ ἐπερωτήσεως etc. Etsi autem ἐπερώτημα apud JCtos nunquam occurrat, adhibent tamen affine τὸ ἐπερωτηθὲν *promissum*, ut ἐπαγγελμα et τὸ ἐπαγγελθὲν ejusdem significationis. Debeo autem hanc observationem *J. R. S.* in *Tempe Helvetica* T. III. p. 449. seq.

ΈΠΕΧΩ, fut. ἐφέξω, vel ἐπισχήσω, i. q. ἐπίσχω, 1. proprie: *inhibeo, retineo, cohibeo.* ab ἐπὶ et ἔχω. *Hesych.* ἐπισχεῖν, κρατεῖν ἢ κωλύειν. *Thom. Mag.* ἐπέχω, τὸ κωλύω. *Xenoph. Hist. Gr.* VI, 5. 14. Hinc

2. *subsisto*, quasi *inhibeo cursum et gressum, moror per aliquod tempus in aliquo loco*, vel simpliciter positum vel additis vocabulis ἑμαυτὸν et χρόνον. Act. XIX, 22. αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν aliquamdiu remansit in Asia. *Xenoph. Cyrop.* V, 4. 17. ἐγὼ γὰρ ἐπισχήσω ego autem morabor. ibid. IV, 2. 6. καὶ ὅπου ἂν ἢ ἀναπαύωνται ἢ ἐπίσχωσι τῆς πορείας. Hinc ἐπέχειν haud raro etiam *exspectare* significat. Genes. VIII, 10. 12. 2 Macc. V, 25.

3. *intentis oculis aspicio aliquem, oculos in aliquem defixos habeo, animadverto, video, observo*, omisso substantivo ὀφθαλμούς. Luc. XIV, 7. ἐπέχων πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο cum animadverteret, quantopere primam sedem affectarent. Act. III, 5. ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς ille vero intentis oculis eos observabat. Potest vero h. l. et νοῦν et ὀφθαλμοὺς subintelligi et verti: *dedita ad eos erat ipsius mens cum oculis*, quæ sunt verba *Livii* I, c. 9. Conf. *Wesseling.* ad *Herodot.* I, c. 32. p. 40.

4. *omni animi cura et contentione ad aliquod attendo.* Omissum est νοῦν. 1 Tim. IV, 16. ἔπεχε σεαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ animum attende tibi et doctrinæ, h. e. caute et provide alios doceas et vivas. Sirac. XXXIV, 2. ὁ ἐπέχων ἐνυπνίοις.

5. *porrigo, exhibeo, teneo, habeo, possideo*, et ex adjuncto: *præ me fero.* Philipp. II, 16. λόγον ζωῆς ἐπέχοντες doctrinam salutarem præ vobis ferentes, seu, vita factisque spectandam exhibentes et demonstrantes; (Conf. *Mori* Diatribe de Discrimine sensus et significationis in interpretando p. 5. seq.) sed potest etiam reddi: *doctrinam Christianam constanter tuentes et observantes. Hesych.* ἐπέχοντες· κρατοῦντες. *Suid.* ἔπεχε· φύλασσε. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* ἔπεχε· ἐπίκεισο, πρόσεχε, κάτεχε, ἐπίμενε. Idem: ἐπεῖχεν· προσεδόκα, προσεῖχεν.

ΈΠΗΡΕΑ΄ΖΩ, fut. άσω. Copiose de hac voce exposuit *Wassius* ad *Thucyd.* I, 26. p. 329. T. I. ed. Bipont. et *Wetstenius N. T.* T. I. p. 312. Significat in universum: *injuriam facio tam re, quam verbis, noceo, damno afficio, vim infero, violenter tracto. Hesych.* ἐπηρεάζει· βιάζει. Idem: ἐπήρεια· βία. Inprimis autem hæc vox sensu forensi de *iis* usurpabatur, *qui aliquem deferebant apud judicem eumque in judicio obtrectabant et criminabantur*, teste *Polluce Onomast.* VIII, c. 6. (τῶν δὲ ἐκ δικαστηρίου ὀνομάτων καὶ τὸ συκοφαντεῖν, ἐργολαβεῖν, ἐνεργολαβεῖν, ἐπηρεάζειν, καταψεύδεσθαι, καταψευδομαρτυρεῖν.) et *Herodian.* VII, 3. 4. In N. T. ter legitur. Matth. V, 44. προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς supplicate pro iis, qui vos criminantur et persequuntur. Luc. VI, 28. 1 Petr. III, 16. ἐπηρεάζοντες τὴν

ἀγαθὴν ὑμῶν ἐν Χριστῷ ἀναστροφὴν qui calumniantur vos religioni Christianæ convenienter viventes. *Herodian.* II, 4. 16. τοῦ μηδένα ἐπηρεάζεσθαι, μήτε ματαίοις ἐγκλήμασι περιπίπτειν, ubi vid. *Irmischius.* Confer et *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΕΠΙ'. Præpositio, regens genitivum, dativum et accusativum, varios significatus admittit, qui sæpe sunt inter se ita connexi, ut vix discerni satis possint. Extra compositionem et quidem

I. cum genitivo constructa, denotat:

1. *a, ab.* Matth. XXVIII, 14. ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος quodsi resciverit præses. Act. XXV, 9. κρίνεσθαι ἐπ' ἐμοῦ judicare me judice. Sed rectius fortasse h. l. redditur: *me præsente, sub meo præsidio.*

2. *coram, apud, in conspectu.* Marc. XIII, 9. καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων σταθήσεσθε coram procuratoribus et regibus statuemini. Act. XXIII, 30. λέγειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ σοῦ ut apud te dicerent, si quid contra illum haberent. ib. XXIV, 19. οὓς ἔδει ἐπὶ σοῦ παρεῖναι καὶ κατηγορεῖν. et v. 20. XXV, 10. ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος. ib. XXVI, 2. 1 Cor. VI, 1. κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων coram judicibus Paganis nec Christianis. ib. v. 6. *Ælian. V. H.* VIII, 2. ἐπὶ Ἀρείου βουλῆς λέγων coram senatu Areopagitico verba faciens. *Xenoph. Hist. Gr.* VI, 5. 38. ἐπὶ μαρτύρων. Cf. *D'Orville* ad *Chariton.* VIII. c. 8. p. 642. ed. Lips. et *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* XVI, 93.

3. *de*, notans *objectum.* 2 Cor. VII, 14. ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου gloriatio nostra de Tito. Eandem significationem ἐπὶ habet cum dativo et accusativo constructum, ut infra docebitur. Ita etiam ב (cui ἐπὶ haud raro respondet in vers. Alex. v. c. Genes. XLI, 31. 43. 44. XLIX, 1. 6.) sumitur, Levit. V, 21. Ps. LXXXVII, 3. *Demosthen.* p. 1392. ed. *Reiske:* κοινοὺς ἐπὶ πάντων ἐπαίνους ποιήσομαι.

4. *de, ex*, ita, ut *locum* vel *originem* significet. Hebr. VIII, 4. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς si enim fuisset de terra, h. e. si terrestrem originem habuisset. Vulgo huc etiam referunt locum Marc. XII, 26. ἐπὶ τοῦ βάτου, sed sine dubio hæc verba reddenda sunt: *ubi illam de rubo ardente historiam narrat.* Idem valet de loco Luc. XX, 37.

5. *in*, cum ablativo, innuens *locum.* Matth. VI, 10. ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. ib. v. 19. μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς. ib. IX, 2. ἐπὶ κλίνης βεβλημένον in lecto jacentem. ib. XVI, 19. XVIII, 18. 19. Marc. VIII, 4. ἐπ' ἐρημίας in deserto. 2 Macc. V, 9. *Polyb.* XXI, 8. 13. *Xenoph.* de *Rep. Laced.* XIV, 4. ἐπὶ ξένης. ibid. XIII, 1. ἐπὶ στρατιᾶς in exercitu. Apoc. I, 20.

6. *in*, de *subjecto.* Joh. VI, 2. σημεῖα, ἃ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθενῶν miracula, quæ in ægrotis patravit. Rom. I, 10. ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου in precibus meis.

7. *ad.* Luc. XXII, 40. γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ τόπου ad quem locum ubi venit.

8. *juxta, prope*, denotans *locum* vel *situm.* Matth. XXI, 19. καὶ ἰδὼν συκῆν μίαν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ et cum vidisset ficum juxta viam. Joh. VI, 21. τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς subito navis adest terræ. ib. XXI, 1. ἐπὶ τῆς θαλάσσης ad mare Tiberiadis. Act. XX, 9. ἐπὶ τῆς θυρίδος ad fenestram. Eodem modo עַל sumitur Num. XXVI, 3. עַל־יַרְדֵּן 2 Regg. II, 7.

9. *sub*, de *tempore;* in qua significatione jungitur fere nominibus propriis et substantivis, officium, ætatem, vel regimen significantibus. Matth. I, 11. ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ipso exilii Babylonici tempore. Marc. II, 26. ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως sub pontificatu Abiatharis. Luc. III, 2. ἐπ' ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα tempore summorum sacerdotum Annæ et Caiaphæ. Luc. IV, 27. ἐπὶ Ἐλισσαίου Elisæ ætate. Act. XI, 28. ἐπὶ Κλαυδίου imperante Claudio Cæsare. 3 Esdr. II, 16. *Homer. Iliad.* β'. 797. ἐπ' εἰρήνης. *Schol.* ἐν τῷ καιρῷ τῆς εἰρήνης. *Arrian.* III, c. 73. ἐπ' ἐμοῦ meo tempore. *Ælian. V. H.* XIII, 17. βασιλείαν ἤνεγκαν σωφρόνως

ἐπὶ Κέκροπος. *Herodot.* I, 15. Cf. *Bibl. Brem. Novam* Cl. IV, p. 150.

10. *super*, ita, ut *curam aliquam* aut *singulare ac proprium munus* significet. Act. VIII, 27. ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης præfectus omnibus thesauris regiis. ib. XII, 20. ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος cubicularius. Matth. II, 22. βασιλεύει ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας. Apoc. IX, 11. ἔχουσιν ἐφ' αὐτῶν βασιλέα. Exempla hujus significationis larga manu dedit *Vigerus* de *Idiotismis Ling. Gr.* p. 504. edit. Glasg. 1813.

11. *super*, in significatione *potestatis* Apoc. XI, 6. ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ὑδάτων.

12. *super*, localiter, ita, ut non *motum ad locum* significet, sed *in*, aut *super loco*, seu *subjecto aliquo*, et respondeat nostro: auf *on*. Matth. IV, 6. ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε manibus te gestabunt. ibid. XXIV, 30. ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ in nubibus adventantem, seu nubibus vehentem. ibid. XXVI, 64. XXVII, 19. καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος sedente autem eo in tribunali. Luc. IV, 29. ἐφ' οὗ ἡ πόλις αὐτῶν ᾠκοδόμητο in quo urbs exstructa erat. Act. XII, 21.

13. *supra*, innuens *sublimitatem, dignitatem* et *prærogativam*. Ephes. IV, 6. εἷς Θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων unus est Deus et pater omnium, qui est supra omnes, h. e. omnibus celsior et eminentior.

14. *per*, de *spatio loci*, de *transitu*, seu *motu locali*. Apoc. XXI, 16. ἐπὶ σταδίων per stadia; si nempe hæc lectio sana est, quæ in editionibus fere omnibus reperitur, excepta *Griesbachiana*, in qua rectius, ut opinor, ἐπὶ σταδίους legitur.

15. *per*, significans id, per quod aliquid efficitur. Matth. XVIII, 16. ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα ut per duos tresve testes de veritate rei constet. Eodem modo explicandus est locus 2 Cor. XIII, 1.

II. Cum dativo constructa denotat:

1. *ad*, innuens *finem*, ad, vel ob quem aliquid suscipitur. Matth. XXVI, 50. ἐφ' ᾧ πάρει; quo consilio huc venisti? Gal. V, 13. ὑμεῖς ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε vos ad libertatem vocati estis. 1 Thess. IV, 7. οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ non eo consilio Deus nos ad Christianam religionem adduxit, ut vitiositati studeremus. 2 Tim. II, 14. Sap. II, 23. *Apollodor.* III, c. 9. ἐπὶ θανάτῳ eo consilio, ut occideretur. *Xenoph.* de *Venat.* VI, 5. ἐπὶ θήρᾳ ἐξιέναι venatum exire; ubi vide notas *Zeunii*. *Eurip. Phœn.* v. 1580. οὐκ ἐπ' ὀνείδεσιν, οὐδ' ἐπιχάρμασιν, ἀλλ' ὀδύναισι λέγω.

2. *ad, apud, ante*, ut sit *locale*, i. q. πρὸ, παρά. Matth. XXIV, 33. ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις præ foribus adest. Marc. XIII, 29. Joh. IV, 6. V, 2. ἐπὶ τῇ προβατικῇ πύλῃ ad portam ovium. Act. III, 10. καθήμενος ἐπὶ τῇ ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ ἱεροῦ. ibid. V. 9. ἐπὶ τῇ θύρᾳ ad fores sunt. ib. XXVIII, 14. ἐπ' αὐτοῖς ἐπιμεῖναι apud ipsos permanere. *Eurip. Iphig.* in *Aul.* v. 656. μέν', ὦ πάτερ, κατ' οἶκον ἐπὶ τέκνοις σέθεν.

3. *contra*, in alicujus *incommodum*, seu *damnum*, in quo sensu nunc cum dativo, nunc cum accusativo adhibetur. Luc. XII, 52. τρεῖς ἐπὶ δυσὶ καὶ δύο ἐπὶ τρισί. ibid. v. 53. πατὴρ ἐφ' υἱῷ καὶ υἱὸς ἐπὶ πατρὶ pater contra filium et filius contra patrem. Act. XI, 19. ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ inde a persecutione, orta contra Stephanum. Aliam hujus loci explicationem probabiliorem vide infra n. 10. Sirac. VII, 12. *Joseph. A. J.* II, 9. 7. τοῦτο ἔδοξεν οἰωνὸν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ φέρειν id visum est contra regnum aliquid mali portendere. *Ælian. V. H.* IV, c. 5. ἐπὶ τοῖς Μολιονίδαις συστρατεύσασιν.

4. *de*, notans *objectum*. Phil. IV, 10. Matth. XVIII, 13. ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ gaudet de illo. Marc. XII, 17. καὶ ἐθαύμασαν ἐπ' αὐτῷ. Luc. XIX, 41. ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ. Joh. XII, 16. ὅτι ταῦτα ἦν ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα.

5. *coram*, innuens *præsentiam*. Apoc. X, 11. δεῖ σε πάλιν προφητεῦσαι ἐπὶ λαοῖς καὶ ἔθνεσι, καὶ γλώσσαις καὶ βασιλεῦσι πολλοῖς.

6. *erga*. Matth. XVIII, 26. μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ sis longanimus erga me. Marc. VI, 34. ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς misericordia motus est erga ipsos. Luc. VII, 13. XVIII, 7. In eadem significatione etiam cum accusativo constructa reperitur.

7. *in*, quum *statum quendam rei* significamus. Matth. XXIV, 5. πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου multi enim venient, qui se a me missos esse jactabunt; pro quo in aliis locis ponitur ἐν τῷ ὀνόματί μου. Rom. V, 14. qui non peccaverunt ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ in similitudine transgressionis Adami, h. e. ita ut peccata eorum similia fuerint peccato Adami. 1 Cor. IX, 10. *Demosthenes* p. 533. ed. *Reiske*: γεγονότων τινῶν ἐπὶ συμφοραῖς.

8. *in*, notans *objectum*. Luc. I, 47. et exultavit spiritus meus ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου. Matth. XIII, 14. ἀναπληροῦται ἐπ' αὐτοῖς προφητεία impletur in illis oraculum. Act. XIV, 3. παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ. Rom. IX, 33. πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ. ibid. X, 11. XV, 12. ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. 2 Cor. I, 9. 1 Tim. IV, 10. 1 Petr. II. 6, 1 Joh. III, 3. καὶ πᾶς ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα ταύτην ἐπ' αὐτῷ. Huc etiam referendus est locus Marc. V, 33. videns mulier ὃ γέγονεν ἐπ' αὐτῇ.

9. *per*, ita, ut *causam efficientem* significet. Matth. IV, 4. Luc. IV, 4. οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ non pane solum alitur homo, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι, sed omnibus rebus. Marc. VI, 52. οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις non enim sapientiores evaserant per illos panes miraculosos. Act. III, 16. ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ per fidem in nomen ejus. Phil. III, 9. δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει. 1 Cor. VIII, 11. *Maxim. Tyr.* Diss. XXVII, §. 6. βιοτεύειν ἐπὶ τῷ οἴνῳ, ubi videndus *Marklandus*. Conf. etiam *Bergler.* ad *Alciphron.* lib. III. Ep. 7. p. 294.

10. *post*. Act. XI, 19. ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ post Stephani mortem, coll. c. VIII, 1. Phil. II, 27. λύπην ἐπὶ λύπῃ aliam post aliam tristitiam. Hebr. IX, 17. ἐπὶ νεκροῖς post mortem testatoris. Huc etiam referunt nonnulli locum Rom. V, 12. ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον post quem omnes peccarunt. In dubium vocavit hanc significationem *Krebsius* in Lexico *Schoettgeniano* p. 242. sed confirmari potest multis Scriptorum veterum locis. Sic v. c. *Ælian. V. H.* IV, 5. ἐπ' ἀρχεμόρῳ. XII, 1. *Xenoph.* de *Rep. Laced.* XIII, 7. ἐπὶ τούτοις post hos. Idem *Anab.* III, 2. 3. ἐπὶ τούτῳ post hunc. Idem *Hist. Gr.* IV, 4. 9. ἡμέρα ἐπὶ τῇ νυκτὶ ταύτῃ. *Alciphron* III. Ep. 8. πλείονα ἐπὶ πλείοσι ἀποφερομένη. *Eurip. Phœn.* v. 1231. οὐκ ἄν γε λέξαιμ' ἐπ' ἀγαθοῖσι σοῖς κακά. Interdum etiam ἐπὶ in hac significatione simpliciter ponitur, v. c. *Herodot.* VII, 55. ἐπὶ δὲ αὐτὸς Ξέρξης. Conf. *Kypke Obss. Sacr.* T. II. p. 55.

11. *præter*, *præ*. Luc. XVI, 26. καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις præterea his exceptis. Coloss. III, 14. ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὴν ἀγάπην. Ephes. VI, 16. præcipue vero. Hebr. VIII, 1. Cf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 769.

12. *ob*, *propter*, ita, ut *causam impulsivam* et *moventem* significet. Marc. III, 5. συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν tristis ob summam eorum pertinaciam. Matth. VII, 28. obstupescebant omnes ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. ibid. XIX, 9. εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ nisi propter adulterium. Act. XXVI, 6. καὶ νῦν ἐπ' ἐλπίδι —— ἕστηκα κρινόμενος. Tit. I, 2. *Eurip. Phœn.* v. 548. ἐφ' ᾗ σὺ μαίνῃ cujus amore insanis. *Ælian. V. H.* XII, 41. Apelles ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ παραδόξῳ θέᾳ. *Thucyd.* I, 143. ἐπὶ τῷ κινδύνῳ ob impendens periculum. Conf. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XIII, 21.

13. *quod attinet ad*. Act. V, 35. cavete vobis ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις quod attinet ad hos homines, vel ratione horum hominum. Sic etiam legitur apud *Xenoph. Anab.* VI, 6. 13. τὸ ἐπὶ τούτῳ quod ad hunc attinet.

14. *secundum*. Luc. I, 59. et voca-

runt eum ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ secundum nomen patris ejus. ibid. V, 5. ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου.

15. *sub*, de *tempore*. Hebr. IX, 15. τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων peccatorum sub tempore prioris œconomiæ commissorum. *Eurip. Phœn.* 777. ἐπ' ἐξόδοις, et 803. ἐπὶ ὥραις.

16. *sub*, ita, ut ad *conditiones pactorum declarandas* adhibeatur, *sub conditione, ea lege*. Rom. VIII, 20. ἐπ' ἐλπίδι sub hac spei conditione. Huc etiam a nonnullis refertur locus Hebr. IX, 17. διαθήκη ἐπὶ νεκροῖς βεβαία testamentum tum demum ratum est, si, qui condiderunt, mortui sunt. Sed. vid. supra n. 10. *Xenoph. Hist. Gr.* III, 1. 17. Conf. *Irmisch. Excurs.* ad *Herodian.* I, 2. 2. Vol. I. p. 783. et *Reitz.* ad *Lucian.* Opp. T. II. p. 86.

17. *super*, localiter, ita, ut non *motum ad locum* significet, sed *in* aut *super loco*, seu *subjecto* aliquo, et respondeat nostro : auf *upon*. Matth. IX, 16. ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ. ibid. XIV, 8. ἐπὶ πίνακι in patina. Marc. II, 4. ἐφ' ᾧ ὁ παραλυτικὸς κατέκειτο lectus, super quo paralyticus jacebat. ib. VI, 39. ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ. Ephes. II, 20. Luc. XIX, 44. 1 Cor. I, 4. Phil I, 5. Apoc. VI, 2. 4. 5.

III. Cum accusativo significat:

1. *ad*, i. q. πρὸς, notans *locum* vel *terminum ad quem*. *Diog. Laërt.* II, s. 69. διατί οἱ φιλόσοφοι ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἔρχονται. *Polyb. Hist.* I, c. 41. *Exc. Legat.* 31. et 55. *Eurip. Phœn.* v. 1584. Matth. X, 18. καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ad procuratores et reges ducent vos. ib. XII, 28. ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ pervenit ad vos regnum Dei. Luc. X, 9. Joh. I. 51. ubi *Syrus* ܥܠ habet. 1 Cor. VII, 5. Act. X, 11. καταβαῖνον ἐπ' αὐτὸν ad se descendens.

2. *ad*, in significatione *incrementi*. Matth. VI, 27. quis potest addere vel minimum ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ ; ad staturam suam ?

3. *ad, finem* et *consilium* indicans, quo quid facias. Matth. III, 7. venientes ἐπὶ τὸ βάπτισμα, h. e. adeuntes Johannem eo consilio, ut ab eo baptizarentur. *Syrus*: ut baptizarentur. Similis locus est apud *Josephum A. J.* II, 6. 3. ἥκομέν τε νῦν ἐπ' ἀργορὰν σίτου venimus nunc eo consilio, ut frumentum emeremus. *Xenoph. Œconom.* II, 15. ἐπὶ πῦρ ad ignem petendum, et *Polyæn.* p. 186. ἐπὶ συνθήκας ad fœdus faciendum. Luc. VII, 44. ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας aquam ad lavandos pedes mihi non dedisti. Act. VIII, 32. ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη. *Xenoph.* de *Rep. Laced.* XIV, 6. ἐπὶ τὸ διακωλύειν impediendi causa. Vide *Valckenar.* ad *Herodot.* p. 596.

4. *ante*, ut sit *locale*. Act. X, 17. ἐπέστησαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα stant ante ostium, seu, adstant foris. ibid. XI, 11. ἐπέστησαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν. Apoc. III, 20. ἰδοὺ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν.

5. *apud, prope, juxta*. Matth. XIII. 2. ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει, coll. Marc. IV, 1. Luc. II, 8. Apoc. XV, 2. ἑστῶτας ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Luc. V, 27. ἐπὶ τὸ τελώνιον. Sic ἐπὶ in Scriptoribus exteris passim occurrit et quidem triplici casu. Cum genitivo, *Theocrit. Idyll.* IV, v. 17. ἐπ' Αἰσάροιο ad Æsarum fluvium. *Arrian. Exped. Alex.* I, c. 30. ἐπὶ τοῦ Σαγγαρίου ποταμοῦ. Cum dativo, *Ælian. V. H.* III, c. 23. *Callim. Hymn.* in *Del.* v. 185. Cum accusativo, apud *Arrian. Exped. Alex.* VI, c. 3. Debeo hanc observationem *Albertio* in *Obss. Philol.* p. 210.

6. *contra, adversus*. Matth. X, 21. ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς insurgent filii contra parentes. ibid. XXVI, 55. ὡς ἐπὶ λῃστὴν tanquam contra latronem. Marc. III, 24. Luc. XI, 17. καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει. *Syrus* bene : et domus adversus se ipsam divisa cadit. Act. XIII, 50. καὶ ἐπήγειραν διωγμὸν ἐπὶ τὸν Παῦλον et excitarunt persequutionem adversus Paulum. Rom.

XI, 22. ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας ἀποτομίαν. Apoc. XII, 17. *Eurip. Phœn.* v. 445. ἐπὶ γὰρ τὴν ἐμὴν στρατεύομαι πόλιν.

7. *de*, quando *objectum* denotat. Marc. IX, 12. καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου et eventum habebit illud vaticinium de filio hominis. 2 Cor. II, 3. πεποιθὼς ἐπὶ πάντας ὑμᾶς sperans de vobis omnibus. Hebr. VII, 13. ἐφ' ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα de quo enim hæc dicuntur. 2 Thess. III, 4. 1 Tim. I, 18.

8. *erga*. Matth. XIV, 14. ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοὺς misericordia motus est erga ipsos. Luc. VI, 35. χρηστός ἐστι ἐπ' ἀχαρίστους benignus est erga ingratos. Rom. IX, 23. τὸν πλοῦτον δόξης ἐπὶ σκεύη ἐλέους summam benignitatem erga eos, quibus beneficia sua destinavit. Rom. XI, 22. ἐπὶ δὲ σὲ, χρηστότητα. Ephes. II, 7.

9. *in*, innuens *objectum*. Matth. XXVII, 43. πέποιθεν ἐπὶ τὸν Θεὸν confisus est in Deum. Act. XI, 17. πιστεύσασιν ἐπὶ τὸν Κύριον. Hebr. VI, 1. πίστις ἐπὶ τὸν Θεόν. 1 Petr. III, 5. 12.

10. *in*, significans *motum ad locum*. Matth. XIII, 5. ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πετρώδη alia ceciderunt in loca lapidosa. ib. v. 20. et XVIII, 12. ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθείς per montes vagabitur.

11. *in*, in *loco*. Luc. XVII, 35. δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ erunt duæ molentes in eodem loco, seu pistrino. Sed reddi etiam potest: *una, simul*.

12. *inter*. Matth. XIII, 7. ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας alia vero ceciderunt inter spinas, coll. Luc. VIII, 7. ἕτερον ἔπεσεν ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν. Act. I, 21. ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ὑμᾶς. Cf. supra sub εἰσέρχομαι.

13. *cum*. Hebr. VIII, 8. καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινὴν et pangam cum Israëlitis et Judæis novum fœdus.

14. *per*, de *tempore*, indicans *continuationem* et *durationem*. Luc. IV, 25. ἐπὶ ἔτη τρία per tres annos. ib. XVIII, 5. ἐπὶ χρόνον, sc. τινὰ, per aliquod tempus. (*Homer. Iliad.* β'. 299. *Od.* ξ'. 192.) Act. XIII, 31. ἐπὶ ἡμέρας πλείους per plures, sc. quadraginta dies. ibid. XX, 11. XXVIII, 6. 1 Cor. VII, 39. ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ quamdiu vivit. Galat. IV, 1. Hebr. XI, 30. ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας. *Herodian.* IV, 2. 5. καθέζονται ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἡμέρας. *Ælian. V. H.* III, 1. *Thucyd.* II, 35. ἐδήουν τὴν γῆν ἐπι δύο ἡμέρας.

15. *propter*, *ob*. Luc. XXIII, 48. πάντες οἱ παραγενόμενοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην omnes, qui præsentes erant ad hanc rem videndam. Hebr. XII, 10. ἐπὶ τὸ συμφέρον propter utilitatem. Apoc. I. 7. κόψονται ἐπ' αὐτόν. ib. XVIII, 20. εὐφραίνου ἐπ' αὐτήν.

16. *quod attinet ad*. 1 Cor. VII, 36. εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει. Vid. supra sub ἀσχημονέω.

17. *sub*, *circa*, *circiter*, connotans *tempus*. Marc. XV, 1. ἐπὶ τὸ πρωΐ sub matutinum tempus, mane. Ita et Græci ἐπὶ τὴν ἕω sub auroram. Act. III, 1. ἐπὶ τὸ αὐτὸ simul, eodem tempore.

18. *super*, innuens *locum* vel *situm*. Matth. III, 16. καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν. ibid. XIV, 19. ἀνακλιθῆναι ἐπὶ τοὺς χόρτους. v. 26. ἐπὶ τὴν θάλασσαν περιπατοῦντα in mari incedentem. ib. V, 15. ἐπὶ τὴν λυχνίαν. IX, 18. ἐπίθες τὴν χεῖρά σου ἐπ' αὐτήν. XXI, 5. Apoc. XIV, 14.

19. *super*, indicans *eventum vel prosperum vel adversum*, *vindictam* et *pœnam* aut *beneficium*. Matth. XXIII, 35. ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον ut a vobis vindicta sumatur omnis injustæ cædis. ibid. XXVII, 25. τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ὑμᾶς nos luemus istam cædem. Luc. XIX, 43. XXI, 34. Joh. XVIII, 4. Act. XVIII, 6. τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν culpa vestræ perniciei vobis unice tribuenda est. Luc. I, 35. πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε. Act. II, 17. 18. XIX, 6. Galat. VI, 16. εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς illis contingat felicitas.

20. *supra*, cum *potestatem* vel *dignitatem* et *imperium* significat. 2 Thess. II, 4. ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν extollens se supra omnem, qui Deus vocatur. Hebr. II, 7. κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου

præfecisti eum omnibus operibus manuum tuarum.

21. cum nominibus junctum adverbia circumscribit. Marc. XII, 32. ἐπ' ἀληθείας εἶπας recte, veritati convenienter locutus es. Act. X, 34. ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι vere jam intelligo, coll. XII, 11. νῦν οἶδα ἀληθῶς, et Alex. Dan. II, 47. Eodem modo *Cicero* ad *Herennium* IV, c. 22. "in veritate dicere." 2 Cor. IX. 6. ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει qui largiter serit, largiter etiam metet. Luc. XVIII, 4. ἐπὶ χρόνον aliquamdiu. Rom. VII, 1. ἐφ' ὅσον χρόνον quamdiu. Act. XXVIII, 6. ἐπὶ πολὺ sc. μέρος χρόνου, diu, coll. *Herodian.* I, 11. 5. III, 14. 6. Exempla e Græcis Scriptt. vid. apud *Vigerum* p. 503. Edit. Glasg. 1813. et in Indice *Reiskii* in *Demosthenem* voc. ἐπί.

22. interdum plane abundat, v. c. Act. X, 16. ἐπὶ τρίς, pro τρίς, ter. Idem valet de formula ἐπὶ πλεῖον magis, amplius. Act. IV, 17. 2 Tim. II, 16. III, 9. *Ælian. V. H.* I, c. 30. ἐπὶ πλέον προσέθηκε τὸ φίλτρον τοῦ κατ' αὐτὸν ἔρωτος. *Herodian.* VIII, 6. 7.

23. formula ἐφ' ᾧ significat

α) *quanquam.* 2 Cor. V, 4. ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι ἀλλ' ἐπενδύσασθαι quanquam hoc corpus nostrum nolumus deponere, sed novum ac cœleste corpus quasi superinduere. Philipp. IV, 10. ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε quanquam et curæ vobis fuit. Præterea vero ἐφ' ᾧ etiam significat

β) *propterea quod.* Rom. V, 12. ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον quia omnes peccarunt. Philipp. III, 12. ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ Χριστοῦ quia a Christo apprehensus sum. Sed patitur hic locus adhuc aliam explicationem, de qua infra exponam. Eodem modo בַּאֲשֶׁר usurpatur Genes. XXXIX, 9. et 23. Eccles. VII, 2. *Thom. M.* ἐφ' ᾧ ἀντὶ τοῦ διότι vel οὗ χάριν.

γ) *sub qua conditione. Aristoph. Plut.* v. 1142. ἐφ' ᾧ τε μετέχειν αὐτὸς hoc ea conditione fecisti, ut partem acciperes. Alia exempla hujus significatus dedit *Hoogeven.* ad *Vigerum* p. 506. Edit. Glasg. 1813. *Munckerus* ad *Antonin. Liber. Metam.* p. 193. et *Bergler.* ad *Aristoph. Plut.* v. 1001. p. 175. Commode hinc illustrari potest locus Phil. III, 12. ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, quem ita verto: sub qua conditione etiam a Christo ad religionem Christianam adductus sum et munus apostoli, mihi benigne demandatum, accepi.

δ) *quare? quo consilio? quem in finem?* interrogative. Matth. XXVI, 50. ἐφ' ᾧ πάρει; quo consilio huc venisti? ubi multi codices habent ἐφ' ὅ, quam lectionem etiam præfert *Casaubonus.* Certe ἐφ' ὅ ita usurpatur apud *Eurip. Orest.* 150. *Lucian. Pseudomante* p. 899. *Achill. Tat.* VIII. p. 523. et ἐφ' ὅπερ apud *Eurip. Bacch.* v. 454. Sed etiam ἐφ' ᾧ eodem sensu legitur apud *Demosthen.* de *Falsa Legat.* p. 222. *Thucyd.* I. p. 88. et *Aristoph. Avib.* v. 460. Vid. *Stosch. Antiq. Thyat.* I. c. 8. §. 8.

24. ἐπὶ τούτῳ *interea dum hæc aguntur.* Joh. IV, 27. καὶ ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ interea advenerunt ejus discipuli. Sic ἐν οἷς Luc. XII, 1. et ἐν τούτῳ 2 Cor. V, 2.

25. ἐπὶ πρόσωπον *super.* Luc. XXI, 35. τοὺς καθημένους ἐπι πρόσωπον πάσης τῆς γῆς omnes hujus orbis incolas. Act. XVII, 26.

26. Aliquando ἐπὶ per ellipsin deficit, v. c. ante ὕδατος Luc. XVI, 24. ante τῷ, 2 Cor. II, 12. et ante τίνι λόγῳ Act. X, 29. 1 Cor. XV, 2. Reliqua, quæ de hac præpositione moneri adhuc fortasse possent, usus quemlibet facile docebit.

ΕΠΙΒΑΊΝΩ, fut. βήσομαι, perf. βέβηκα, 1. proprie: *insisto alicui rei et pedem impono, aliquam rem calco pedibus, premo,* etiam *incedo super re aliqua,* ex ἐπὶ et βαίνω *gradior, incedo.* Alex. Deut. I, 36. τούτῳ δώσω τὴν γῆν, ἐφ' ἧς ἐπέβη, ubi Hebr. דָּרַךְ *calcavit,* respondet. Ps. XCI, 13. ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ. *Xenoph. Cyrop.* III, 3. 27.

2. *ascendo.* Deut. XXXIII, 26. ὁ ἐπιβαίνων ἐπὶ τὸν οὐρανόν. Interdum etiam, præsertim, quando tempora a βάω mutuatur, transitive, *ascendere facio*, ut multis exemplis docuit *Er. Schmidius* ad *Pindar. Isthm.* p. 27. *Hesych.* ἐπέβησεν· ἐπιβῆναι ἐποίησε. *Homer. Il.* θ'. v. 129. Hinc

3. de *iis* usurpatur, *qui equum, asinum aut aliud animal conscendunt*, et per *conscendere, vehi, insidere* reddendum est. Matth. XXI, 5. ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον insidens asinæ. In vers. Alex. respondet Hebr. רָכַב Genes. XXIV, 61. ἐπέβησαν ἐπὶ τὰς καμήλους. Num. XXII, 22. αὐτὸς ἐπεβεβήκει ἐπὶ τῆς ὄνου. Esther. VI, 8. *Æschin.* Dial. I, 4. ἐπέβαινε ἐπὶ τὸν ἵππον ὀρθὸς ἑστηκώς. Vid. ad h. l. *Fischerum.*

4. *conscendo navigium.* Act. XXI, 22. ἐπιβάντες ἀνήχθημεν conscensa navi provecti sumus. ibid. v. 6. ἐπέβημεν εἰς τὸ πλοῖον conscendimus navem. ibid. XXVII, 2. ἐπιβάντες δὲ πλοίῳ. *Thucyd.* I, 111. *Lucian. Scyth.* 3. *Homer. Od.* ι'. 213. In sensu transitivo legitur hæc vox apud *Homer.* Iliad. θ'. v. 197. ἐελπoίμην ἂν Ἀχαιοὺς αὐτονυχεὶ νηῶν ἐπιβήσεμεν ὠκειάων.

5. *ingredior, venio, provenio.* Act. XX, 18. ἐπέβην εἰς τὴν Ἀσίαν quo in Asiam ingressus sum. ib. XXV, 1. ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ, *Vulgatus: cum venisset in provinciam*; sed alii reddunt: cum iniisset magistratum in provincia. *Zosim.* I, p. 7. οἱ δὲ κόλακες — τῶν μεγίστων ἀρχῶν ἐπιβαίνουσι. *Demosthen.* de Corona p. 278. ed. *Reiske*: ἐπιβαίνουσι ἐπὶ τὴν ἱερὰν χώραν. — De varia constructione hujus verbi vide *D'Orville* ad *Chariton.* Aphrod. L. II. c. 3. p. 304. ed. Lips. *Phavor.* ἐπιβαίνει· ταυτὸ συντείνει τῷ ἀναβαίνει ἐπὶ ἵππου. πλὴν τὸ μὲν ἀναβαίνει συντάσσεται μόνῃ αἰτιατικῇ, τὸ δὲ ἐπιβαίνειν καὶ γενικῇ καὶ δοτικῇ. λέγεται καὶ ἐπὶ νηὸς ἐπιβαίνειν. ὅθεν καὶ ἐπιβάτης νηὸς λέγεται.

ΕΠΙΒΆΛΛΩ, fut. αλῶ, proprie: *injicio*, ex ἐπὶ et βάλλω *jacio.* 1 Cor. VII, 35. οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω non, ut laqueum vobis injiciam, h. e. nimis severis legibus vos adstringam.

2. *impono.* Marc. XI, 7. καὶ ἐπιβάλλουσιν αὐτῷ τὰ ἱμάτια αὐτῶν et imponebant ei vestimenta sua.

3. *adsuo*, v. c. pannum novum vestimento veteri, i. q. ἐπιῤῥάπτω. Matth. IX, 16. οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ nemo vero assuit panni rudis assumentum panno veteri, coll. Marc. II, 21. οὐδεὶς ἐπιῤῥάπτει κ. τ. λ. Luc. V, 36. *Hesych.* ἐπιβαλεῖ· ἐπιῤῥήψει, seu ἐπιῤῥάψει.

4. *admoveo.* Luc. IX, 62. οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον nemo, qui manum admovet aratro. Huc etiam pertinet formula: ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας ἐπὶ τινὰ *injicere*, seu *admovere alicui manus violentas, violenter aliquem arripere et capere, vim alicui inferre*, (qua etiam usi sunt *Homer. Il.* α'. 89. et *Aristoph. Lysistr.* v. 440. Vide *Eustath.* ad Od. α'. 357. 1.) quæ sæpissime legitur in N. T. Matth. XXVI, 50. Marc. XIV, 46. Luc. XX, 19. XXI, 12. Joh. VII, 30. 44. Act. IV, 3. V, 18. XXI, 27. Gen. XXII, 12. μὴ ἐπιβάλῃς τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὸ παιδάριον, Hebr. אַל תִּשְׁלַח יָדְךָ אֶל־הַנַּעַר. Conf. *Aquil.* et *Symmach.* Job. VI, 9. Haud raro tamen ἐπιβάλλω etiam *neutraliter* accipitur et significat

5. *ruere, irruere cum impetu, impetum facere, cum impetu, et citato cursu ferri*, quasi ἐπιβάλλειν ἑαυτὸν ἐπί τινα. Marc. IV, 38. τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλεν εἰς τὸ πλοῖον fluctus vero irruebant in navigium. Sic ἐπιβάλλειν in libris apocryphis V. T. haud raro de *militibus* usurpatur *impetum in hostem facientibus.* 1 Macc. IV, 2. ὥστε ἐπιβαλεῖν ἐπὶ τὴν παρεμβολὴν τῶν Ἰουδαίων. 2 Macc. XII, 9. τοῖς Ἰαμνίταις νυκτὸς ἐπιβαλών. ibid. v. 13. XIII, 15. XV, 1. unde ἐπιβολή, ὁρμή est, *Hesychio* teste. Huc etiam referrem locum Marc. XIV, 72. καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, quæ verba vel reddi possunt: *subito et festinanter discessit et flevit*, vel: *cum impetu,*

h. e. *acriter et abunde flevit*, i. q. alibi dicitur καὶ πικρῶς ἔκλαιε. Sed est hic locus adeo incertæ interpretationis, ut temperare mihi non possim, quin et aliorum explicationes addam. *Abreschius ad Æschylum* p. 410. et *Salmasius* de Fœnore Trapezitico p. 276. quos et *Krebsius* sequutus est in Observationibus Flav. p. 93. unice veram hujus loci explicationem judicarunt illam, qua ἐπιβαλὼν (omissa voce ἱμάτιον) redditur *capite operto, veste capiti injecta*, ex more Judæorum, quos in gravi luctu operto capite flevisse, satis constat e locis 2 Sam. XV, 30. Jer. XIV, 4. et aliis, quæ collegit *Bielius* in Thesaur. Philol. s. v. ἐπικαλύπτω, qui hanc explicationem novis argumentis comprobavit. Alii etiam non incommode in auxilium vocant notionem *addendi, augendi*, quam ἐπιβάλλειν per etymologiam habere potest, ut adeo ἐπιβαλὼν ἔκλαιεν sit: adjiciendo, h. e. vehementer flevit, i. q. וְהוֹסִיף לִבְכּוֹת, coll. 1 Sam. XX, 41. Alii reddunt: *et cœpit flere*, non solum ex auctoritate vers. *Vulg. Syr.* et *Goth. Pers. Arm.* et *It.* quæ secutæ codicem Cantabr. qui pro ἐπιβαλὼν ἔκλαιε dat ἤρξατο κλαίειν, vertunt: *et cœpit flere*, sed ex ipso etiam usu loquendi. Nam ἐπιβάλλειν interdum significare *incipere, aliquid conari, aggredi*, præter locum *Diog. Laërt.* VI, c. 2. (ἐπέβαλε τερετίζειν *cœpit cantillare*) *Suidas* docet glossa: ἐπέβαλεν· ἤρξατο, ἐπεχείρισεν. Unde *Schol. Thucyd.* III, p. 196. ed. *Dukeri* ἐπιβολὴν per ἐγχείρησιν explicavit. *De Rhoer* in *Fer. Daventr.* p. 56. ἐπιβαλὼν refert ad vocem ῥῆμα eo sensu, ut Petrus significaretur jam dictum illud sibi objecisse ideoque flevisse. Ab hoc parum recedit *Wetstenius* qui N. T. T. I. p. 632. ἐπιβαλὼν vertit: cum animadvertisset, seu rem altius reputasset, ita, ut omissum sit τὸν νοῦν seu τὴν διάνοιαν, ut plene legitur apud *Asterium* H. 3. *Galenum* de *Puls. Causis* III. et simpliciter ἐπιβάλλειν apud *Polyb.* I, 80. *Theophrast. Char.* VIII. *El. Palairet.* in Obss. Philol. p. 139. post ἐπιβαλὼν vocem ὀφθαλμοὺς, ὄψεις, aut aliam ejusdem significationis omissam esse suspicatur et ipsa verba ita reddit: *et respiciens*, seu *aspiciens Jesum* flevit. Sed hæc sufficiant.

6. neutraliter, *competere, debere alicui, pertinere ad aliquem* notat. Tob. VI, 11. ὅτι σοι ἐπιβάλλει ἡ κληρονομία αὐτῆς. 1 Macc. X, 30. τοῦ ἐπιβάλλοντός μοι λαβεῖν. 2 Macc. III, 3. *Polyb.* XVIII, 24. 1. *Dio Cass.* I, 56. p. 95. ed. *Reim.* Hinc τὸ ἐπιβάλλον (scil. μέρος, quod additur apud *Demosthenem* p. 312. ed. *Reiske.*) significat *id, quod ad aliquem pertinet et jure ei debetur, quod aliquem contingit*, ut *Cicero* loquitur, *ratam partem et legitimam*, sensu quo est apud JCtos, de quo exposuit *Grotius* ad Luc. XV, 12. δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας da mihi ratam partem patrimonii. Conf. *Gataker.* ad *M. Antonin.* VII, 7. p. 209. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 758. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* I, 1. et *Olearium* de Stilo N. T. p. 37. seq. In universum conferendus est *Phavorinus*, qui omnes fere hujus vocis notiones collegit et exemplis illustravit.

ΕΠΙΒΑΡΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *aggravo, onero, onus impono*, ex ἐπὶ et βαρέω *gravo*.

2. metaphorice: *molestus sum alteri*. 1 Thess. II, 9. πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν ne cuidam vestrum molestus essem stipendio aut donariis accipiendis, coll. 2 Cor. XI, 9. XII, 16. 2 Thess. III, 8. *Appian. Syr.* p. 180. et *B. C.* IV, p. 978. ἐπιβαρεῖν τοῖς ἠτυχηκόσιν.

3. Formula: ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ, quæ 2 Cor. II, 5. legitur et παρενθέσει includenda est, respondet Latinæ formulæ: *ne quid gravius dicam*. Vulgo ad πάντας ὑμᾶς refertur, ut ἐπιβαρεῖν sit: *onerare crimine, culpam conferre in aliquem*. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΠΙΒΙΒΆΖΩ, fut. άσω, *impono, ascendere vel conscendere facio, insidere facio*, ex ἐπὶ et βιβάζω *scandere facio*,

quod est a *βαίνω eo*. Ter legitur in N. T. Luc. X, 34. ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος imposuit eum jumento suo. ibid. XIX, 35. ἐπεβίβασαν τὸν Ἰησοῦν, sc. ἐπὶ τὸν πῶλον, imposuerunt Jesum jumento. Act. XXIII, 24. ἵνα ἐπιβιβάσαντες τὸν Παῦλον ut ei impositum Paulum. In versione Alex. respondet Hebr. הִרְכִּיב *equitare fecit, vehendum imposuit*. 2 Sam. VI, 3. 1 Regg. I, 33. 2 Regg. IX, 28. ἐπεβίβασαν αὐτὸν οἱ παιδες αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ἅρμα.

Ἐπιβλέπω, fut. ἐψω, 1. proprie: *inspicio, intueor, oculos conjicio in aliquem*, ab ἐπὶ et βλέπω *video*.

2. speciatim: *cum admirationis et reverentiæ sensu aliquem intueor, suspicio*. Sic legitur in N. T. Jacob. II, 3. καὶ ἐπιβλέψητε ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπράν.

3. metaphorice: *amore et favore aliquem complector, misereor alicujus, succurro, opem fero alicui*, quasi *oculis benignis respicio aliquem*. Luc. I, 48. ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ benigne respexit humilem conditionem servæ suæ. ibid. IX, 38. ἐπίβλεψαι ἐπὶ τὸν υἱόν μου miserere filii mei, coll. loco parallelo Matth. XVII, 15. ἐλέησόν μου τὸν υἱόν. Sæpius non legitur in N. T. Respondet vero in hac significatione Hebr. פָּנָה, Levit. XXVI, 9. ἐπιβλέψω ἐφ' ὑμᾶς καὶ εὐλογήσω. Ps. XXV, 16. ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐλέησόν με, et רָאָה, 1 Sam. I, 11. ἐὰν ἐπιβλέπων ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης σου. Ita et sumitur *aspicere* apud Latinos, v. c. *Virgil.* Æneid. II, v. 690. et βλέπειν (*Eurip. Helena* v. 1452.) ἐπόπτεσθαι, ἐφορᾶν apud Græcos, ut docuit *Palairet.* in Obss. Philol. p. 152. et 181. et *Krebs.* in *Obss. Flav.* p. 98.

Ἐπίβλημα, τος, τὸ, 1. proprie: *omne, quod alicui injicitur, adjectio, additamentum*, ab ἐπιβάλλω *injicio*. *Pollux* Onom. IV, 18. 2.

2. speciatim: *quod assuitur, particula panni aut corii, quæ assuitur vestibus aut calceis laceris et detritis*, quam Latini *assumentum*, Græci ἐπίῤῥαμμα vocant. Matth. IX, 16. οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ nemo vero assuit panni rudis assumentum panno veteri. Marc. II, 21. et Luc. V, 36. eodem sensu legitur, ut particulam panni significet, quæ pallio lacero assuitur, ut redintegretur. Sic Jos. IX, 5. calcei Gibeonitarum, quibus assutæ erant variæ corii particulæ, a *Symmacho* vocantur ἐπιβλήματα ἔχοντα ὑποδήματα. Conf. *Gronov.* ad *Arrian.* VI, 29. p. 272. *Hesych.* ἐπίβλημα· πῶμα ἢ ῥάκος. *Suid.* ἐπίβλημα· τὸ τῷ προτέρῳ ἐπιβαλλόμενον.

Ἐπιβοάω, ῶ, fut. ήσω, *vociferor, intenta et elata voce loquor, inclamo, acclamo*, ex ἐπὶ et βοάω *clamo*. Semel legitur in N. T. Act. XXV, 24. ἐπιβοῶντες, μὴ δεῖν ζῆν αὐτὸν μηκέτι vociferantes eum non oportere amplius vivere. *Thucyd.* III, 59. 67. V, 65. *Dionys. Halic. Ant.* VI, 74.

Ἐπιβουλή, ῆς, ἡ. Vocabulum μέσον apud Græcos æque ac verbum ἐπιβουλεύειν, de quo recte monuit *H. Stephanus* in Thesauro Ling. Gr. T. I. p. 770. non tam significare *insidias struere alicui*, quam in universum: *consilium capere, deliberare*. Notat autem

1. *omne consilium rei agendæ et suscipiendæ, propositum, decretum animi*. *Polyb.* V, 92. 3 Macc. I, 7. ἐπικρατήσας τῆς ἐπιβουλῆς compos autem propositi factus.

2. *consilium adversus aliquem initum, insidiæ*, quo ipso verbo *Vulgatus* utitur Act. IX, 24. ἐγνώσθη δὲ τῷ Σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν perspecto eorum animo insidioso. ibid. XX, 3. γενομένης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων quum ei a Judæis insidiæ struerentur. ibid. v. 19. XXIII, 30. Sæpius non legitur in N. T. Alex. Esther. II, 22. καὶ αὐτὴ ἐνεφάνισε τῷ βασιλεῖ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς. *Thucyd.* VIII, 24. καταπαύσωσι τὴν ἐπιβουλήν. Ib. c. 92. *Herodian.* III, 5. 9. *Hesych.* ἐπίβουλος· ἐχθρὸς ἐπηρεάζων, λοίδορος, et ibi *Alberti*.

Ἐπιγαμβρεύω, fut. εύσω, 1. cum dativo personæ: *affinitatem ineo cum*

aliquo, gener alicujus fio, ab ἐπὶ et γαμβρεύω, quod est a γαμβρὸς, qua voce apud Græcos non modo *generum, socerum*, sed etiam *affinem, cognatum* in genere, atque adeo interdum *uxoris fratrem* significari, multis exemplis docuit *Ezech. Spanhem.* in Comment. ad *Juliani* Imp. p. 72. et 282. 1 Sam. XVIII, 22. ἐπιγάμβρευσον τῷ βασιλεῖ. ibid. v. 27. Ezr. IX, 14. ἐπιγαμβρεῦσαι τοῖς λαοῖς τῶν γαιῶν τούτων, ubi respondet Hebraico verbo הִתְחַתֵּן. 1 Macc. X, 54. 56. *Joseph.* A. J. XIV, 12. 1.

2. cum accusativo personæ: *affinitatis jure uxorem duco*, et dicitur de uxore, quæ ex hac lege, quia est affinitate cognata, (*jus leviratus* vulgo vocant, ex Deut. VII, 3.) ducitur. Sic semel occurrit Matth. XXII, 24. ἐάν τις ἀποθάνῃ, μὴ ἔχων τέκνα, ἐπιγαμβρεύσει ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ si quis mortuus fuerit non habens liberos, frater ejus affinitatis jure ducat uxorem ejus. Respondet in versione Alex. Genes. XXXVIII, 8. Hebraico יִבָּם, quod significat: *fratris defuncti absque liberis uxorem duxit, leviri* vel *affinis proximi jus et officium præstitit.* Substantivum ἐπιγαμβρία apud *Euseb.* Hist. Eccl. X, 8. de Licinio usurpatur, qui sororem Constantini in uxorem duxerat.

ἘΠΙΓΕΙΟΣ, είου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. *terrenus, terrestris, qui ab hominibus originem repetit, hujus orbis inquilinus, qui ad hanc terram pertinet et in ea vivit*, ex ἐπὶ, quod in compositis haud raro *commorationem in loco* significat (v. c. ἐπιχώριος) et γέα, contracte γῆ *terra. Suid.* ἐπίγειος· ὁ γήϊνος. 1 Cor. XV, 40. σώματα ἐπίγεια opponuntur τοῖς σώμασιν ἐπουρανίοις. 2 Cor. V, 1. ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους. In utroque loco ἐπίγειος fragilitatis et inconstantiæ notionem adjunctam habet. Phil. II, 10. ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων omnes ubicunque locorum mentes. *Marc. Antonin.* VI, c. 23. εἷς καρπὸς τῆς ἐπιγείου ζωῆς.

2. metaphorice et ex adjuncto: *vitiosus, imperfectus.* Jacob. III, 15. σοφία ἐπίγειος sapientia vitiosa, qualem homines vulgo habere solent. Philipp. III, 19. οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες.

3. τὰ ἐπίγεια *res planæ et obviæ, quæ facile in sensus incurrunt et capi possunt ab hominibus, quia in hominibus et inter homines vulgo eveniunt.* Joh. III, 12. ubi τὰ ἐπίγεια vocantur *elementa religionis Christianæ de regeneratione*, quæ in antecedentibus Jesus tradiderat et opponuntur τοῖς ἐπουρανίοις, seu *doctrinæ sublimiori Christianæ.—Phavor.* ἐπίγεια· τὰ πρόσκαιρα.

ἘΠΙΓΙΝΟΜΑΙ, *supervenio, advenio, exorior, oborior*, ex ἐπὶ et γίνομαι *fio, nascor.* Act. XXVIII, 13. ἐπιγενομένου νότου oborto, seu exorto austro. *Vulgatus: flante Austro.* Sæpius non legitur in N. T. *Thucyd.* IV, c. 30. καὶ ἀπὸ τούτου πνεύματος ἐπιγενομένου posteaque ventus excitatus fuisset. ib. III, 74. εἰ ἄνεμος ἐπεγένετο τῇ φλογί. *Herodot.* V, 85.

ἘΠΙΓΙΝΩΣΚΩ, fut. γνώσομαι, 1. *sensu cognosco, sensu deprehendo, sentio, audio, comperio.* Act. XII, 14. καὶ ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου auditu cognoscens vocem Petri. Luc. XXIII, 7. καὶ ἐπιγνοὺς ὅτι ἐκ τῆς ἐξουσίας Ἡρῴδου ἐστὶν et postquam cognovit ex narratione aliorum, eum esse e ditione Herodis. Act. XXII, 29. coll. v. 28. ibid. XXIV, 8. ἐπιγινώσκειν de judice adhibetur, qui ex reo, quæstione habita, veritatem accusationis cognoscit. Act. XXVIII, 1. τότε ἐπέγνωσαν cognoverunt.

2. i. q. simplex γινώσκω, *intelligo, cognosco intellectu, animadverto.* Marc. II, 8. ἐπιγνοὺς ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ. ib. V, 30. ἐπιγνοὺς ἐν ἑαυτῷ. Luc. I, 4. ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν ut veritatem doctrinæ, tibi traditæ, cognoscas. ibid. v. 22. ἐπέγνωσαν intellexerunt. Act. IX, 30. ἐπιγνόντες re cognita, seu intellectis eorum insidiis. ib. XXV, 10. ὡς καὶ σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις uti tu optime nosti. 2 Cor. I, 13. ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε, ἐλπίζω δὲ, ὅτι καὶ ἕως τέλους ἐπιγνώσεσθε aut quæ factis jam cognovistis, cognoscetis vero me perpetuo talem,

ut spero. 2 Petr. II, 21. ubi *cognoscere per institutionem* significat.

3. *scio, novi, cognitum habeo.* Matth. XI, 27. καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ κ.τ.λ. neque enim quisquam filium satis cognitum habet, nisi pater, etc. Rom. I, 32. οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες idonea præceptorum divinorum scientia imbuti.

4. *dignosco.* Matth. VII, 16. ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς e suis illos moribus et factis dignoscatis. ib. v. 20.

5. *dijudico.* 1 Cor. XIV, 37. ἐπιγινωσκέτω, ἃ γράφω ὑμῖν dijudicet, quæ ego præscripsi.

6. *agnosco*, quod sit hæc vel illa persona, vel hæc vel illa res. Marc. VI, 54. Matth. XIV, 35. Luc. XXIV, 16. τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτὸν ne ab illis agnosceretur. Act. III, 10. IV, 13. XXVII, 39. τὴν γῆν οὐκ ἐπεγίνωσκον non agnoscebant terram.

7. *suspicio, veneror, amo, amore et benevolentia complector.* 1 Cor. XVI, 18. ἐπιγινώσκετε οὖν τοιούτους amate, colite et veneramini tales viros, coll. 1 Thess. V, 12. et *Eusebii* H. E. IV, 5. Matth. XVII, 12. καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν et tamen plerique non venerati eum sunt, Messiæ præcursorem, Eliæ personam sustinentem. Ita יָדַע Exod. V, 2. 1 Sam. II, 12. Jerem. II, 8.

8. Passivum ἐπιγινώσκομαι i. q. διδάσκομαι *edoceor, instituor, accipio pleniorem et perfectiorem cognitionem.* 1 Cor. XIII, 12. τότε δὲ ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην tunc institutione divina perfectiori modo fruar, quam mihi jam hac in vita contigisse lætor, seu, tunc succedet perfectior religionis cognitio præsenti imperfectiori, beneficio Dei.

9. ἐπιγινώσκεσθαι opponitur τῷ ἀγνοεῖσθαι et significat: *nobilem esse, celebrari hominum ore.* 2 Cor. VI, 9. ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγινωσκόμενοι etsi videmur esse obscuri, tamen sumus nobiles.

ἘΠΙΓΝΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *facultas cognoscendi.*

2. per metonymiam effecti: *cognitio, agnitio, scientia*, et speciatim: *major, perfectior et exactior cognitio et scientia*, nam ἐπὶ in compositis haud raro auget significationem. Rom. III, 20. διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας per libros V. T. omnes peccatores esse edocemur. Coloss. I, 9. ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. 2 Tim. III, 7. Formula ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει idem significat, quod ἐπιγινώσκειν, *cognoscere, justam et idoneam cognitionem habere et tenere.* Rom. I, 28. οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει respuebant veram de Deo cognitionem. Eodem modo Jacob. II, 1. ἔχειν ἐν προσωποληψίαις pro προσωποληπτεῖν ponitur, coll. v. 9. ἔχειν ἐν ὀργῇ *succensere. Thucyd.* II, 18. et *in spe habere*, pro *sperare. Sallust.* B. C. c. 31.

3. *illud ipsum, quod cognoscitur.* Hinc ἐπίγνωσις Θεοῦ, seu υἱοῦ τοῦ Θεοῦ est *vera religio, religio Christiana.* Ephes. I, 17. δώῃ ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ velit vestram religionis Christianæ cognitionem et scientiam indies magis magisque augere. ibid. IV, 13. εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.—*Phavor.* ἐπίγνωσις· ἡ μετὰ τὴν πρώτην γνῶσιν τοῦ πράγματος κατὰ δύναμιν παντελὴς κατανόησις. *Polyb.* III, 7. 6. et 31, 4.

ἘΠΙΓΡΑΦΗ, ῆς, ἡ, *inscriptio cujuscunque generis, titulus*, ab ἐπιγράφω *inscribo. Polyb.* III, 9, 3. et 56, 4. Speciatim in N. T. α) de *inscriptione* (Ueberſchrift *inscription*) *monetæ* legitur Matth. XXII, 20. Marc. XII, 16. Luc. XX, 24. *quæ nomen imperatoris et titulum referebat.* β) de *inscriptione in cruce J. C. quæ referebat causam mortis ipsius.* Marc. XV, 26. καὶ ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένη simulque causa necis adscripta erat his verbis. *Syrus* ܗܕܐ ܟܬܒܐ ܕܥܠܘܗܝ ܒܫܘܠܡ ; et scripta erat causa mortis ejus inscriptione illa, seu inscripto. Luc. XXIII, 38. Mos enim erat Romanis damnati crimen tabulæ dealbatæ

nigris litteris inscribere, quæ ei vel præferebatur, vel in loco supplicii affigebatur. Vid. *Sueton.* Domit. c. 10. *Salmasium* de Modo Usurarum p. 687. et *Honorati Niqueti* libellum singularem de Titulo Sanctæ Crucis. Antwerp. 1670. duodenis.

ἘΠΙΓΡΆΦΩ, fut. ἄψω, 1. *inscribo calamo vel stilo aliquid chartæ, membranæ, lapidi aut tabulæ, inscriptionem pono,* ab ἐπὶ et γράφω *scribo.* Verbum proprium est de inscriptionibus monumentorum. *Xenoph. Cyrop.* VII, 3, 6. *Anab.* V, 3, 6. Marc. XV, 26. ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένη. Act. XVII, 23. ἐν ᾧ ἐπιγέγραπται cui inscriptum erat. *Hesych.* ἐπέγραψεν· ἐπεχάραξεν, ἐπέγλυψεν, ἐπέξυσεν.

2. metaphorice: *indo, inprimo, firmiter infigo.* Hebr. VIII, 10. καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς, sc. νόμους, efficiam, ut alte inhæreant menti eorum, seu, ut semper memores eorum sint. ibid. X, 16. *Cicero* Acad. Quæst. IV, c. 1. " sic ille in animo res insculptas habebat."

ἘΠΙΔΕΊΚΝΥΜΙ, vel ἘΠΙΔΕΙΚΝΎΩ et ἘΠΙΔΕΊΚΝΥΜΑΙ, fut. ἐπιδείξω, 1. *ostendo, spectandum exhibeo, rem oculis subjicio.* Matth. XXII, 19. ἐπιδείξατέ μοι τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου ostendite mihi numisma census. Luc. XVII, 14. ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι conspiciendos vos exhibete sacerdotibus. ibid. XX, 24. XXIV, 40. Act. IX, 39.

2. respondet Latino *ostentare,* et significat: *ostentationis gratia alicui aliquid spectandum exhibere.* Sic legitur in N. T. Matth. XXIV, 1. καὶ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ, coll. Marc. XIII, 1. Ita הַרְאָה sumitur 2 Regg. XX, 13. *Xenoph.* de Mag. Equit. c. III, 1. et §. 10. ubi ἐπίδειξις *ostentationem* significat. Adde *Xenoph. Cyrop.* VIII, 4. 8.

3. *exhibeo, præsto, facio aliquid.* Matth. XVI, 1. σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς ut prodigium aliquod e cœlo illis spectantibus ederet. *Xenoph.* de Rep. Laced. I, 2. προέχουσαν εὐδαιμονίᾳ τὴν πατρίδα ἐπέδειξεν. Cyrop. VIII, 4. 4. ἐπιδεικνῦναι τὰ ἔργα φιλανθρωπίας. Cf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 5. 24.

4. *firmis et indubitatis argumentis aliquid demonstro.* Hebr. VI, 17. βουλόμενος ὁ Θεὸς ἐπιδεῖξαι τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ Deus volens demonstrare immutabilitatem consilii sui. Act. XVIII, 28. ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν collatione et interpretatione vaticiniorum de Christo iis demonstrans. *Xenoph. Cyrop,* V, 5, 8. *Anab.* I, 3, 13. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 579.—*Hesych.* ἐπιδείκνυται· φανεροποιεῖ. *Phavor.* ἐπιδεικνύειν ἐστὶ τὸ παῤῥησιάζειν καὶ δεικνύειν τινα ἑαυτόν. Idem: ἐπίδειξον· ἀντὶ τοῦ φανέρωσον.

ἘΠΙΔΈΧΟΜΑΙ, fut. ἑξομαι, 1. *hospitio aliquem excipio,* ab ἐπὶ et δέχομαι *capio, sumo.* 3 Joh. v. 10. οὔτε αὐτὸς ἐπιδέχεται τοὺς ἀδελφούς nec ipse Christianos hospitio excipit.

2. *excipio hospitaliter et amanter, excipio, suscipio, admitto.* 3 Joh. v. 9. Διοτρεφὴς οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς Diotrephes non admittit me meamque doctrinam. Sæpius non legitur in N. T. 1 Macc. XII, 8. *Polyb.* XXII, 1, 3.

ἘΠΙΔΗΜΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *advena sum, peregrinor, extra patriam in alieno populo versor,* ab ἐπίδημος *qui in alieno populo versatur.* Act. II, 10. καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι et peregrinantes Romani. *Athenæus* VIII. p. 361. F.

2. *commoror, versor in aliquo loco.* Act. XVII, 21. καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι et ibi versantes peregrini. *Theophr.* Char. III, 2. πολλοὶ ἐπιδημοῦσι ξένοι. *Lucian. V. H.* II, 46. Eodem modo et substantivum ἐπιδημία simpliciter *commorationem in loco aliquo* significat apud *Demosthenem* p. 1357. ed. *Reiske:* ἐπιδημία ξένων οὐ πάνυ ἦν αὐτόθι peregrini non admodum multi ibi commorari solebant. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 465. et 566.

ἘΠΙΔΙΑΤΆΣΣΟΜΑΙ, vel ἘΠΙΔΙΑΤΆΤΤΟΜΑΙ, fut. ἄξομαι, *insuper dis-*

pono, mando vel constituto aliquid, insuper addo, ex ἐπὶ, quod in compositis haud raro *additionem, adjectionem* notat, et per *insuper* reddendum est, e. g. ἐπιμετρεῖν, ἐπιδιδάσκειν, ἐπισχύειν, et διατάττομαι *ordino, colloco, dispono, mando, præcipio.* Semel legitur in N. T. Galat. III, 15, ἢ ἐπιδιατάσσεται, quæ verba non cum S. V. *Koppio* reddenda sunt, *aut rem promissioni contrariam instituit*, nam tunc non differret ab ἀθετεῖ, a quo tamen hanc sententiam diversam esse, additum ἢ clarissime docet, sed: *vel insuper novas et contrarias conditiones addit*, quas Græci ἐπιδιαθήκην vocare solent: v. c. *Josephus B. J.* II, 3. ἀξιῶν τῆς ἐπιδιαθήκης τὴν διαθήκην εἶναι κυριωτέραν. ibid. §. 6. coll. A. J. XVII, 9. 4.

ΕΠΙΔΙ΄ΔΩΜΙ, fut. δώσω, 1. proprie: *insuper do*, teste *Eustathio* ad *Homer.* Iliad. α΄. p. 118. ed. Florent. ἐπιδιδόναι τὸ ἐπέκεινα τῶν προϋπαρχόντων δοῦναί τι. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 9. 10. *Polyb.* XXI, 14. 4. Sed ita in N. T. non usurpatur.

2. *loco alicujus rei alteri aliquid porrigo, trado, do, exhibeo.* Matth. VII, 9. ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ qui filio loco panis, quem petierat, det lapidem. ibid. v. 10. καὶ ἐὰν ἰχθὺν αἰτήσῃ, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ aut piscem roganti det anguem. Luc. XI, 11. 12.

3. simpliciter: *trado, porrigo.* Luc. IV, 17. καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου et tradebatur ipsi liber Iesaiæ prophetæ. ibid. XXIV, 30. καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς, ibid. v. 42. Joh. XIII, 26. Act. XV, 30. ἐπέδωκαν τὴν ἐπιστολὴν tradiderunt epistolam; alii vertunt *reddiderunt ipsis epistolam;* de qua notione, quanquam ab h. l. aliena, vid. *Wessel.* ad *Diod. Sic.* XIV, 47. *Glossæ:* ἐπιδίδωμι *porrigo. Xenoph. Cyrop.* I, 5. 1. Conf. *Taylor.* ad *Demosthenem* T. II. p. 609. *Salmasius* de Usuris p. 55.

4. *permitto, trado, concedo potestati et arbitrio alicujus.* Act. XXVII, 15. ἐπιδόντες (scil. τὸ πλοῖον vel ναῦν τῷ ἀνέμῳ: alii supplent ἑαυτοὺς hoc sensu *nos totos abjicientes* vel *periculo ultro objicientes*) ἐφερόμεθα permittentes navem vento procelloso ferebamur. Simili modo *Silius Italicus* XI, v. 275. " puppimque dat vento." *Xenoph. Ages.* 2. 29. Conf. præter *Elsnerum* T. I. Obss. Sacr. p. 482. *Wetstenium N. T.* T. II. p. 641. *Reitzium* ad *Luciani* Opp. T. II. p. 613. *Phavor.* ἐπιδίδωμι· ἀντὶ τοῦ αὐξάνω, καὶ ἐπιδίδωμι· τὸ ἁπλῶς δίδωμι. ἐκ τούτων ἐπίδοσις· ἡ αὔξησις καὶ δόσις. Conf. quæ de substantivo ἐπίδοσις habet *Irmisch.* Excurs. ad *Herodian.* I, 5. 2. T. I. p. 863.

ΕΠΙΔΙΟΡΘΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *corrigo, emendo, integritati suæ restituo*, ex ἐπὶ et διορθόω, quod idem notat.

2. *in ordinem redigo, ordino, constituo.* In N. T. tantum legitur Tit. I, 5. propterea reliqui te in Creta ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ ut a me fortasse neglecta in ordinem redigeres. *Philo in Flaccum* T. II. p. 535. 14. περὶ τῆς τῶν λειπόντων ἐπιδιορθώσεως.

ΕΠΙΔΥ΄Ω, fut. ύσω, *occido, demergor*, ex ἐπὶ et δύω vel δῦμι *occido, mergor.* De occasu solis semel legitur in N. T. Ephes. IV, 26. ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῇ ὀργῇ ὑμῶν sol ne occidat super ira vestra, h. e. nolite diu iram fovere, aut ei indulgere. Deut. XXIV, 15. οὐκ ἐπιδύσεται ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτῷ, Heb. וְלֹא־תָבוֹא עָלָיו הַשֶּׁמֶשׁ. *Philo* de *Legg. Spec.* T. II. p. 324. 44. μὴ ἐπιδυέτω ὁ ἥλιος τοῖς ἀνεσκολοπισμένοις.

ΕΠΙΕΙ΄ΚΕΙΑ, ας, ἡ, *humanitas, lenitas, indulgentia, clementia, æquitas.* Speciatim *ei* tribuitur, *qui summum jus non prosequitur in sua causa, sed clementem ac lenem potius quam severum se præstat.* (ab ἐπιεικὴς, quod vide.) In N. T. bis tantum legitur. Act. XXIV, 4. de præside Romano, Felice, quem orator Tertullus precabatur, ut se audiret τῇ ἐπιεικείᾳ pro sua humanitate, h. e. in audiendo facilitate; et 2 Cor. X, 1. ubi Paulus Christianos hortatur et obtestatur διὰ

τῆς πραΰτητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ per lenitatem et clementiam Christi, h. e. summam ejus erga omnes, peccatores adeo, benignitatem. *Herodian.* IV, c. 3. s. 4. φαντασίαν γάρ τινα τῆς ἐπιεικείας ἐπεδείκνυτο, μέτριόν τε καὶ πρᾷον ἑαυτὸν τοῖς προσιοῦσι παρεῖχεν. ibid. V, 1. s. 12. ἐπιείκεια δὲ καὶ χρηστότης. Baruch. II, 14. Sap. II, 19. XII, 18. 2 Macc. II, 22. *Phavor.* ἐπιείκεια ἐστὶν ἡ δικαίων καὶ συμφερόντων ἐλάττωσις, μετριότης ἐν συμβόλοις, εὐταξία ψυχῆς λογιστικῆς πρὸς τὰ καλὰ καὶ αἰσχρά. Confer *C. F. Nestler.* D. de ἐπιεικείᾳ in N. T. commemorata. Budiss. 778. 4. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 202.

ἘΠΙΕΙΚΗ῾Σ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, 1. *mitis, clemens, lenis, humanus, indulgens, qui facile injurias fert et condonat, et interdum de jure suo remittit;* idem fere quod πρᾶΰς, a quo tamen gradu differt. (ex ἐπὶ et εἴκω *cedo.*) 1 Tim. III, 3. episcopum oportet esse ἐπιεικῆ, lubenter cedentem et de jure suo lubenter remittentem. Tit. III, 2. 1 Petr. II, 18. δεσπόται ἀγαθοὶ καὶ ἐπιεικεῖς heri benigni, æqui et humani, opponuntur τοῖς σκολιοῖς. Ps. LXXXVI, 5. ὅτι σὺ, Κύριε, χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς, Hebr. וְסַלָּח. Opponitur ἐπιεικὴς τῷ πλήκτῃ et ἀεικεῖ. *Aristoph. Nub.* 1440. *Aristot. Ethic.* VI, 11. *Dio Cassius* XXXVI, 9. *Suid.* ἐπιεικής· πρᾷος, μέτριος. *Hesych.* ἐπιεικῶς· πάνυ λίαν πρᾴως. *Etym. M.* ἐπιεικὴς παρὰ τὸ εἴκειν καὶ ὑποχωρεῖν, καὶ γὰρ οἱ πραεῖς ὑποχωροῦσι καὶ οὐκ ἀντιτείνουσι. Conf. *Salmasium* de Fœn. Trapezit. p. 223. et *Casaubon.* ad *Polyb.* I, c. 14.— Neutrum τὸ ἐπιεικὲς substantive usurpatur, et idem significat, quod ἡ ἐπιείκεια *mansuetudo, lenitas, humanitas.* Philipp. IV, 5. τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις gerite vos ita, ut lenitas vestra (alii fortasse rectius interpretantur, *vera vestra nec fucata virtus Christiana:* nam τὸ ἐπιεικὲς vi etymologiæ *obsequium, obedientiam* notare potest, adeoque h. l. *obedientiam, quæ præstatur religioni Christianæ,*) innotescat omnibus. *Suid.* ἐπιεικές· πρέπον, καθῆκον, προσῆκον. Idem tradit *Hesychius.*

2. active: *qui aliquem humanum, lenem et mansuetum reddit, certe reddere potest et postulat.* Jacob. III, 17. ἡ ἄνωθεν σοφία — ἔστιν ἐπιεικής. Cæterum lectu digna de hac voce habet *Irmisch.* in Excurs. ad *Herodian.* I, 2. 5. Vol. I. Opp. p. 792.

ἘΠΙ῾ΕΙΜΙ, vide infra sub ἘΠΙΩ῾Ν.

ἘΠΙΖΗΤΕ῾Ω, ῶ, fut, ήσω, 1. *summo cum studio ac ardente desiderio aliquid quæro,* etiam *quæro* simpliciter, ex ἐπὶ, quod in compositis haud raro significationem vocis intendit, et ζητέω *quæro.* Act. XII, 19. ἐπιζητήσας αὐτὸν καὶ μὴ εὑρὼν cum eum quæsitum non reperisset. *Xenoph. Cyrop.* II, 4. 17. *Demosthen.* de Corona p. 271. edit. *Reiske:* ἐπεζήτησε τὸν ἄνθρωπον καὶ συλλαβοῦσα κ. τ. λ.

2. *studeo aliquid consequi.* Rom. XI, 7. ὃ ἐπιζητεῖ Ἰσραὴλ τοῦτο οὐκ ἐπέτυχεν quod consequi studet populus Israëliticus, non consequitur.

3. ut Latinum *requiro, summo cum studio aliquid efflagito, flagito, postulo, peto.* Matth. XII, 39. γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ improba gens atque adulterina miraculum postulat. ibid. XVI, 4. Marc. VIII, 12. Philipp. IV, 17. οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα non nova munera a vobis postulo. *Joseph. A. J.* VI, 7. 4. καὶ οὔτε θυσίαν ἐπιζητεῖ παρ' αὐτῶν.

4. *cupio, in votis habeo, desiderio alicujus rei flagro.* Act. XIII, 7. ἐπεζήτησεν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ institui in religione Christiana cupiebat. Phil. IV, 17. ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν sed, ut uberrimos liberalitatis vestræ fructus percipiatis, in votis habeo. Hebr. XI, 14. XIII, 14. *Diod. Sic.* XVII, 101.

5. *anxie et nimium aliquid quæro et cum sollicitudine postulo et flagito,* i. q. μεριμνάω. Matth. VI, 32. πάντα γὰρ ταῦτα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ ejusmodi enim cura cruciat gentiles. Luc. XII, 30.

6. *discepto de re aliqua.* Act. XIX, 39. εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε si de rebus aliis requiritis, seu quæstio vo-

bis est. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* ἐπεζήτει· ἠνόχλει, ἐπεχείρει, ἐπετήρει.—ἐπιζητῶν· ἀπολαμβάνων, συνέχων.

ΕΠΙΘΑΝΑ΄ΤΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, (pro quo etiam apud Græcos ἐπιθάνατος occurrit, h. e. *Hesychio* interprete, προσδοκώμενος ἀποθανεῖν) in universum *is* dicitur, *qui perpetuo exspectat mortem et in perpetuo mortis periculo versatur, sive ob ætatem, sive ob morbum, sive ob judicis sententiam morti destinatus et addictus*, ex ἐπὶ et θάνατος *mors*. Semel legitur in N. T. 1 Cor. IV, 9. ὡς ἐπιθανατίους similes hominibus, judicis sententia ad mortem damnatis, i. q. καταδικαζομένους ἐπὶ θανάτῳ, seu καταδίκους, ut *Chrysostomus* interpretatur. *Scaliger* ad *Manil.* p. 317. *Tertullianum* secutus, sed sine omni necessitate, ἐπιθανατίους vertit: *ad bestias damnatos* s. *bestiarios*: alii de *gladiatoribus* interpretantur, *qui mortis causa a Romanis alebantur*. Vid. *Lips.* Saturn. II. et *Ursini* Annall. Vol. II. Lib. 6. cap. 6. Raro hæc vox occurrit apud Scriptores Græcos, ut adeo vir doctus in *Miscell. Obss.* T. III. p. 246. dubitaverit, an sit a probatis auctoribus usurpata. Sed reperitur apud *Dionys. Halic.* l. VII. cap. 35. ὅθεν αὐτοῖς ἔθος βάλλειν τοὺς ἐπιθανατίους. *Eustathium* in *Hom. Il. ι'*. p. 448. 51. et in *Hesychii*, *Suidæ* et *Etym. M.* explicationibus vocis ἐπίκηρα. (ἐπίκηρα· φθαρτὰ, θνητὰ, ἐπιθανάτια κὴρ γὰρ ὁ θάνατος.) Adverbium ἐπιθανατίως legitur apud *Ælian.* V. H. XIII, 27. οἱ δὲ ἐπιθανατίως εἶχον. Adjectivum ἐπιθάνατος extat apud *Demosthenem* p. 1225. ed. *Reiske*: ἐπιθάνατος ἦν ἐμοῦ ἀποδημοῦντος. *Suidas* et ex eo *Phavor.* ἐπιθάνατος· προσδόκιμος τοῦ ἀποθανεῖν.

ΕΠΙ΄ΘΕΣΙΣ, εως, ἡ, *impositio*. Est verbale a secunda persona perf. pass. ἐπιτέθεισαι, verbi ἐπιτίθημι, *impono*. Quater legitur in N. T. de impositione manuum, ἐπιθέσει τῶν χειρῶν, quæ uno vocabulo χειροθεσία dicitur, Hebr. סְמִיכַת יָדַיִם, et ritus erat solemnis et vetustissimus, quo apud Judæos et primos Christianos utebantur, qui preces pro aliquo faciebant solemnes et singularia beneficia divina in aliquem conferebant aut certe pollicebantur. Genes. XLVIII, 14. 2 Regg. V, 11. Matth. XIX, 13. Marc. VI, 5. Apostoli utebantur hoc ritu in constitutione et inauguratione doctorum ecclesiæ Christianæ, iisdemque a Christo data erat potestas manuum impositione conferendi dona extraordinaria Sp. S. 1 Tim. IV, 14. 2 Tim. I, 6. Act. VIII, 17. 18. Unde in Veteri Ecclesia impositio manuum una cum baptismi ritu conjuncta fuit.

ΕΠΙΘΥΜΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *desidero, cupio, concupisco*, ex ἐπὶ et θυμὸς *animus*. Matth. XIII, 17. Luc. XV, 16. XVII, 22. Jacob. IV, 2. ἐπιθυμεῖτε καὶ οὐκ ἔχετε, Apoc. IX, 6. Formula ἐπιθυμεῖν ἐπιθυμίᾳ *admodum desiderare, summo desiderio ferri* significat. Luc. XXII, 15. ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν admodum desideravi hunc agnum paschalem vobiscum comedere. Vide de hac loquendi ratione *Perizonium* ad *Sanctii* Minervam IV, 3. 6. p. 540. seq.

2. *gaudeo, delector aliqua re*. 1 Petr. I, 12. εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι cujus doctrinæ perscrutatione ipsi angeli delectantur. In versione Alex. respondet Hebraico חָפֵץ Ies. LVIII, 2.

3. *spero*, nam quæ cupimus, ea etiam *sperare* solemus. Hebr. VI, 11.

4. *aspiro, ambio*. 1 Tim. III, 1. εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ si quis ad munus doctoris aspirat, munus ambit præstantissimum.

5. *postulo, flagito, efflagito*. Act. XX, 33. ἀργυρίου ἢ χρυσίου ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα a nemine argentum aut aurum aut vestem postulavi.

6. *studiosus sum, studeo*. 1 Cor. X, 6. καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν, sc. κακῶν, quemadmodum illi vitiositatis studiosi fuerunt. *Athenæus* IV, p. 159. τοὺς ἐπιθυμοῦντας τῶν καλῶν. *Xenoph. Symp.* VIII, 8.

7. *pravas cupiditates alo.* Rom. VII, 7. οὐκ ἐπιθυμήσεις. ib. XIII, 9.

8. ἐπιθυμέω τινὸς *amore alicujus turpi flagro, cupio cum aliqua rem habere.* Sic legitur in N. T. Matth. V, 28. πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς qui fœminam aspicit, ita, ut turpi ejus amore flagret. *Aristoph. Concion.* v. 60. ἢν μείρακ' ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ. *Herodot.* I, c. ult. p. 81. *Artemid. Oneirocr.* I, c. 76. Ita חָמַד Exod. XX, 17. et *cupere* apud Latinos, v. c. *Ovid. Metam.* III, 353. Fast. III, 21. VI, 119. Conf. de hac notione *Fischerum* ad *Platonis* Phæd. §. 65. p. 491. ed. rec. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 301.

9. ἐπιθυμέω κατὰ τινὸς *contrarius sum alicui*, i. q. ἀντίκειμαι, cum qua voce permutatur Galat. V, 17. ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκὸς vitiositas contraria est præceptis religionis Christianæ, quæ omni improbitati adversantur; sequitur: ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις. *Phavor.* ἐπιθυμῶ· γλίσχομαι, ὀρέγομαι, ἐρῶ, ἱμείρομαι, ἐφίεμαι, ἐπιποθῶ.

ΕΠΙΘΥΜΗΤΗΣ, οῦ, ὁ, *qui ardenti desiderio alicujus rei flagrat, qui tenetur alicujus rei desiderio, studiosus, amans*, ab ἐπιθυμέω, quod vide. Semel legitur in N. T. 1 Cor. X, 6. εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν ne simus impietatis studiosi. Alii reddunt; ne nimis appetentes simus carnium victimarum. In vers. Alex. legitur tantum Num. XI, 34. pro מִתְאַוָּה. *Xenoph. Apolog.* 28. *Demosthen.* p. 661. ed. *Reiske:* ἐπιθυμηταὶ τῶν ἡμετέρων ἐθῶν καὶ νόμων. *Suid.* ἐπιθυμηταί· πρόθυμοι. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 140. et *Pollucis Onom.* III, 69.

ΕΠΙΘΥΜΙΑ, ας, ἡ, 1. *desiderium, cupiditas*, ab ἐπιθυμέω, quod vide. Luc. XXII, 15. ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα magno desiderio flagravi. Phil. I, 23. τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι ardentissimo moriendi desiderio teneor. 1 Thess. II, 17. ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ.

2. *omnis nimia et prava cupiditas excitata rerum externarum fraudibus.* Marc. IV, 19. καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι. Rom. VI, 12. VII, 7. 8. XIII, 14. καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας. Jacob. I, 14. ἕκαστος δὲ πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος. *Diod. Sic.* XXXI, p. 587. τῶν δὲ ἐπιθυμιῶν ἐποσχόμενος. *Plato Phædo.* p. 62. B. σοφοὶ ἀπέχουσι τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἐπιθυμιῶν ἁπασῶν.

3. speciatim: *lascivia, nefanda libido, desiderium venereum, impurus amor.* Rom. I, 24. 1 Thess. IV, 5. μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας. 2 Petr. II, 18. ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς, ἐν ἀσελγείαις. Apoc. XVIII, 14.

4. *res desiderata, id, cujus desiderio tenemur*, et speciatim ita dicuntur *res externæ, quæ libidini blandiuntur et per sensus eam incendunt.* 1 Joh. II, 16. 17. coll. v. 15. Eodem modo substantivum מַחְמַד, cui ἐπιθυμία Cant. V, 16. in vers. Alex. respondet, et חֶמְדָּה *res, quas amamus, quibus alitur et irritatur cupiditas*, significat. 1 Sam. IX, 20. Ezech. XXIV, 16. Hag. II, 7.

5. *illud ipsum, quod aliquis postulat, postulatum, postulatio.* Joh. VIII, 44. καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν lubenter voluntati patris vestri paretis. Galat. V, 16. καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε et desideriis vitiositatis ne pareatis. *Phavor.* ἐπιθυμία καὶ ἵμερος δηλοῦσιν ὁρμὴν ψυχῆς καὶ κίνησιν ἐπὶ τὶ κ. τ. λ.

ΕΠΙΚΑΘΙΖΩ, fut. ίσω, et transitive et intransitive usurpatur apud Græcos. Intransitive si sumitur, significat: *insidere, conscendere, sive sponte, sive manibus aliorum sublevatum.* 2 Sam. XIII, 29. καὶ ἐπεκάθισαν ἀνὴρ ἐπὶ τὸν ἡμίονον αὐτοῦ καὶ ἔφυγον. Transitive: *collocare, imponere*, quasi *insidere facere.* Sic semel legitur in N. T. Matth. XXI, 7. καὶ ἐπεκάθισαν αὐτὸν ἐπάνω αὐτῶν et collocarunt eum super ipsis, scilicet vestimentis, ἱματίων, (nam αὐτῶν ad proxime antecedens ἱμάτια, non vero ad τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον referendum est, ut adeo par-

tim non audiendi sint, qui, nixi loco Judd. XII, 7. h. l. enallagen numeri esse statuunt qua pluribus indefinite tribuitur, quod uni illorum tantum convenit, partim sponte appareat, lectionem codicis Cantabr. ἐπ' αὐτὸν e glossemate ortam esse) coll. Luc. XIX, 35. Cæterum respondet ἐπικαθίζειν Hebr. הֶרְכִּיב 2 Sam. XIII, 29. XXII, 11. 1 Regg. I, 38. 44.

ΕΠΙΚΑΛΕΩ, ῶ, et medium ΕΠΙΚΑΛΕΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. έσομαι, 1. proprie: *advoco, arcesso, rogo aliquem, ut veniat*, ab ἐπὶ et καλέω *voco, nomino*. *Xenoph.* Hist. Gr. VI, 5. 25. *Apollodor.* III. c. 14. §. 4. ἐπικληθεὶς ὑπὸ Ἐλευσινίων, μετὰ πολλῆς συνεμάχει Θρᾳκῶν δυνάμεως.

2. *cognominor*. Matth. X, 3. ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος. Luc. XXII, 3. Act. I, 23. X, 5. etc. *Lucian.* in *Macrob.* 15. *Appian. B. Parth.* p. 217. Hinc ἐπίκλησις *cognomen* apud *Hesiod.* Ἔργ. καὶ Ἡμέρ. IV, 207.

3. *nomino, voco, appello nomine*. Act. XV, 17. ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτοὺς qui nomine meo vocati sunt, h. e. ut nomen et religionem veri Dei profiteantur, i. q. ὅπως ἐκζητήσωσιν τὸν Κύριον. Jacob. II, 7. βλασφημοῦσιν τὸ καλὸν ὄνομα, τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς contemtui habent, seu conviciantur nomen honorificum, quo appellamini, h. e. nomen Christianorum. Nam ex usu loquendi Hebræorum *nomen ejus, a quo denominamur, super nos vocari* dicitur (v. c. Genes. XLVIII, 16. וְיִקָּרֵא בָהֶם שְׁמִי 2 Sam. VI, 2. 2 Paral. VII, 14.) et *a Deo vocari* significat: *veram religionem profiteri*, coll. Ies. XLIII, 7. πάντες ὅσοι ἐπικέκληνται τῷ ὀνόματί μου omnes, qui ad verum Dei populum pertinent. Hebr. XI, 16. διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς, Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν quare Deum non pudet, quo minus vocetur, seu appelletur Deus illorum.

4. *invoco*, quia, qui invocatur, nominatur. 2 Cor. I, 23. ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ψυχήν μου ego Deum testem invoco s. facio contra caput meum, seu, Deum testem appello contra me, ut male peream pœna divina, ut vitam mihi eripiat, ni ita sit. *Xenoph.* Hist. Gr. II, 3. §. 23. καὶ θεοὺς ἐπεκαλεῖτο καὶ ἀνθρώπους, καθορᾶν τὰ γιγνόμενα. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 180.

5. *preces facio, religiosa invocatione opem alicujus imploro*. Act. VII, 59. καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον, ἐπικαλούμενον καὶ λέγοντα et lapidarunt Stephanum, qui ita ad Deum precabatur. 1 Petr. I, 17. εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε. Hinc factum est, ut formula ἐπικαλεῖσθαί τινα vel ὄνομά τινος significaret in universum: *profiteri religionem alicujus, aliquem vere sancte et pie colere*. Act. II, 21. πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου σωθήσεται omnis, quicunque pia mente amplexus fuerit religionem Christianam, felix evadet. ibid. IX, 14. XXII, 16. ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα αὐτοῦ ita, ut Christo nomen des. Rom. X, 12. 13. 14. πῶς ἂν ἐπικαλέσωνται. 1 Cor. I, 2. 2 Tim. II, 22. Eodem sensu formula קָרָא בְּשֵׁם יְהוָה legitur Genes. IV, 26. XII, 8.

6. *provoco a sententia judicis inferioris ad judicem superiorem, superiorem appello*, nostrum: appelliren *to appeal*, etiam *provocatione ad superiorem postulo aliquid*. Act. XXV, 11. Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι ad Cæsarem provoco. ibid. v. 12. Καίσαρα ἐπικέκλησαι provocatione ad Cæsarem postulasti, ut Romam deducaris. ibid. v. 21. τοῦ δὲ Παύλου ἐπικαλεσαμένου τηρηθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν Paulo autem provocatione ad Cæsarem postulante, ut asservaretur Augusti cognitioni. ibid. v. 25. XXVI, 32. et XXVIII, 19. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 626. *Phavor.* ἐπικαλοῦμαι· οὐ μόνον τὸ πρὸς βοήθειάν τινα παρακαλῶ, ἀλλὰ καὶ ἐπονομάζομαι.

ΕΠΙΚΑΛΥΜΜΑ, τος, τὸ, 1. proprie: *velamen, tegumentum, operimentum omne, quo aliquid tegitur et operitur*, a prima pers. præt. pass. ἐπικεκάλυμμαι, verbi ἐπικαλύπτω, *operio*. Alexandrini hac voce usi sunt pro

Hebr. מַכֵּסָה *tegmen*, Exod. XXVI, 14. XXXVI, 19.

2. metaphorice: *id, quo aliquid defenditur et excusatur, vana excusatio, prætextus*, i. q. πρόφασις. Sic semel legitur in N. T. 1 Petr. II, 16. καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν nec tamen libertatis prætextu utentes ad excusanda peccata. Eodem modo non solum apud Græcos προκάλυμμα usurpatur, ut multis exemplis docuit *Kypke* in *Obss. Sacr.* T. II. p. 431. sed etiam nos voce Deckmantel pro Beschönigung *cloak, pretext*, uti solemus.

ΕΠΙΚΑΛΥΠΤΩ, fut. ύψω, 1. proprie: *tego, obtego, operio, occulto*, ex ἐπὶ et καλύπτω *tego*. *Xenoph. de re venat.* 8. 1. Alex. pro כָּסָה Genes. VII, 20. et חָפָה 2 Sam. XV, 30.

2. *e conspectu removeo*, quocunque modo hoc fiat.

3. metaphorice, si de peccatis sermo est: *condono, remitto, oblivioni trado*. Sic semel legitur in N. T. Rom. IV, 7. ubi ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι idem est quod ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι in antecedentibus. Eodem modo כָּסָה sumitur in loco Ps. XXXII, 1. כְּסוּי חַטָּאָה, e quo sua sumsit Apostolus.

ΕΠΙΚΑΤΑΡΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. proprie: *maledictus, exsecrabilis, diris devotus, detestabilis*, ab ἐπὶ et κατάρατος *diris devotus*. Joh. VII, 49. ὁ ὄχλος οὗτος, ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον, ἐπικατάρατοι εἰσιν sed populus hic, qui non cognoscit legem, est exsecrabilis, seu nullius plane pretii. (Ubi adjectivum plurale construitur cum nomine substantivo singulari, quia est collectivum.) Conf. *Pocock.* ad *Portam Mosis* p. 185. In vers. Alex. respondet Hebraico אָרוּר Genes. III, 14. 17. Deut. XXVII, 15. 16. 1 Sam. XIV, 24. Adde Proverb. XXIV, 24. וּקְבָהוּ עַמִּים, Alex. ἐπικατάρατος λαοῖς. Nonnunquam etiam reperitur ἐπάρατος, v. c. apud *Josephum A. J.* VI, 6. 3.

2. *qui est pœnis obnoxius, puniendus gravissime*. Galat. III, 10. ἐπικατάρατος πᾶς, ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου gravissime puniatur omnis, qui non constanter et perfecte observat omnia præcepta legis Mosaicæ.

3. *supplicio affectus, infamia notatus*. Galat. III, 13. ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, quæ verba desumta sunt e loco Deut. XXI, 23. ubi de suspensione hominis non vivi, sed supplicio jam ante affecti, sermo est. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΠΙΚΕΙΜΑΙ, 1. proprie: *imponor, impositus sum, injaceo, adjaceo*, ex ἐπὶ et κεῖμαι *jaceo*. Sic v. c. de lapide superimposito sepulchro Lazari legitur Joh. XI, 38. λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ lapis impositus erat ei. ibid. XXI, 9. de pisce superimposito, seu adjacente prunis. *Xenoph. Œcon.* 19. 13. *Theogn. Sent.* v. 421. πολλοῖς ἀνθρώποις γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται ἁρμόδιαι. 2 Macc. I, 21. τὰ ἐπικείμενα, sc. θύματα, quæ superimposita erant sacrificia.

2. metaphorice: *urgeo, premo, me aggero*, sich zudrangen *to press*. Luc. V, 1. ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ cum urgeret eum turba et premeret, ut cogeretur navem conscendere et inde eam docere. *Xenoph. Anab.* IV, 1. 12. V, 2. 18. *Glossæ: urget:* ἐπείγει, κατασπεύδει, ἐπίκειται. *Thom. M.* ἐπίκειμαί τινι, ἀντὶ τοῦ βαρέως πρός τινα διάκειμαι. καὶ ἐπίκειμαι ἀντὶ τοῦ πλησίον τινος κεῖμαι. Ἀριστείδης ἐν τῷ Σμυρναϊκῷ πολιτικῷ· ἐπικείμενα τοῖς λιμέσι τὰ νεώρια.

3. *vim facio, violenter premo et urgeo, irruo*. Act. XXVII, 20. χειμῶνος δὲ οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου gravi tempestate incubante navi, seu, eam urgente et in eam irruente. Job. XIX, 3. οὐκ αἰσχυνόμενοί μου ἐπίκεισθέ μοι. ibid. XXI, 27. τόλμῃ ἐπίκεισθέ μοι. *Phavor.* ἐπίκειται· τὸ βαρέως ἐπιτίθεται, καὶ ἐμπίπτει. Apud Græcos ἐπικεῖσθαι dicuntur, *qui hostes pressius persequuntur*, v. c. apud *Josephum A. J.* VI, 14. §. 2.

4. *insto*, v. c. *verbis, persuasionibus*,

clamoribus, plane ut nostrum: einem mit etwas anliegen *to importune*. Sic v. c. de Judæis eorumque sacerdotibus, intensa voce urgentibus, ut Christus crucis supplicio afficeretur, legitur Luc. XXIII, 23. *οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις* hi vero magnis clamoribus institere. *Joseph. A. J.* XVIII, 6. 6. *πολλῷ μᾶλλον ἐπέκειτο ἀξιῶν κ. τ. λ.* ibid. XX, 5. 3. *μᾶλλον ἐπέκειντο βλασφημοῦντες*. *Thucyd.* VII, 71. *Herodot.* V, 104. *Aristoph. Plut.* 252.

5. *incumbo*, de necessitate, instar oneris gravissimi alicui incumbente. 1 Cor. IX, 16. *ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται* necessitatem enim mihi impositam esse video. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 136.

6. si de *legibus* sermo est, notat: *valere, vim habere obstringendi*. Hebr. IX, 10. *μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα* quæ tantum tenebant usque ad tempus emendationis sacrorum. Sæpius non legitur in N. T.

ἘΠΙΚΟΎΡΕΙΟΣ, ου, ὁ, *Epicureus, addictus sectæ Epicureorum*, quæ nomen habet ab Epicuro, Atheniensi, philosopho, Xenocratis discipulo. Semel occurrit in N. T. Act. XVII, 18.

ἘΠΙΚΟΥΡΊΑ, ας, ἡ, *auxilium, adjutorium*, ab *ἐπικουρέω opem fero, sublevo, opitulor*. *Xenoph.* de *Rep. Laced.* II, 7. et *Anab.* V, 8. 11. Semel legitur in N. T. Act. XXVI, 22. *ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς ἀπὸ Θεοῦ* auxilium ergo nactus a Deo; ad quem locum pertinet fortasse glossa *Hesychii*: *ἐπικουρίας· βοηθείας, συμμαχίας*. *Thucyd.* I, 32. *ἀνάγκη γὰρ ὑμῶν καὶ ἄλλου παντὸς ἐπικουρίας δεῖσθαι*. *Demosthen.* p. 1199. ed. *Reiske*: *ἐπικουρίαν ἀπολογίας μεγάλην ἔσεσθαί σοι*. Sapient. XIII, 18. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 634.

ἘΠΙΚΡΊΝΩ, fut. *νῶ*, 1. proprie: *adjudico*, ex *ἐπὶ* et *κρίνω judico*. 2 Macc. IV, 47. *τούτοις θάνατον ἐπέκρινε*.

2. *decerno judicando, sententiam fero*, — de judice, causam arbitrante. Sic semel legitur in N. T. Luc. XXIII, 24. *ὁ δὲ Πιλάτος ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν* Pilatus decrevit tandem votis eorum satisfacere. *Demosthen.* p. 238. et 1477. ed. *Reiske*. *Æschin.* Dial. III, 22. *Herodian.* VI, 10. 4. *Plutarch. Lycurg.* p. 43. C.

ἘΠΙΛΑΜΒΆΝΩ, et medium ἘΠΙΛΑΜΒΆΝΟΜΑΙ, construitur cum genitivo et accusativo.

1. proprie: *manu prehendo, apprehendo clementer et humaniter, sine ullo nocendi studio*, de qua notione vide *Hemsterhusium* in Notis ad *Lucian.* in Dial. Marin. T. I. p. 313. Matth. XIV, 31. *ὁ Ἰησοῦς ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἐπελάβετο αὐτοῦ* Jesus protensa manu apprehendit eum. Marc. VIII, 23. *καὶ ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς τοῦ τυφλοῦ*. Luc. IX, 47. XIV, 4. *καὶ ἐπιλαβόμενος ἰάσατο αὐτόν*. Act. XXIII, 19. *Xenoph.* de *Rep. Athen.* I, 18. *ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς χειρός*. Hinc

2. metaphorice: *protego aliquem, tueor, auxilium alicui præsto, opem fero*. Hebr. II, 16. *οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται* non enim angelis auxilium præstitit, sed posteris Abrahami, ubi *ἐπιλαμβάνεσθαι* est i. q. *βοηθῆσαι* v. 18. Conf. *Ernesti Interpr. N. T.* p. 201. qui docuit, hanc esse unice veram et antiquam totius Ecclesiæ Græcæ hujus loci interpretationem, vulgarem vero de incarnatione, seu de *assumtione* naturæ non angelicæ, sed humanæ, explicationem ortam esse ab Latinis, qui voce *assumat*, qua usus est *Vulgatus*, nitebantur. ibid. VIII, 9. *ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου* tempore illo, quo eos, manu quasi prehensos, eduxi ex Ægypto: ubi metaphora sumta est a nutricibus et educatoribus, qui pueros et infantes, suæ curæ traditos, manu eorum apprehensa, ducunt et ab omni periculo liberant. Sirac. IV, 11. *ἡ σοφία ἐπιλαμβάνεται τῶν ζητούντων αὐτήν*. Conf. *Ernesti Glossar. Polyb.* s. h. v.

3. *excipio aliquem, hospitio recipio*. Act. IX, 27. *Βαρνάβας δὲ, ἐπιλαβόμενος αὐτὸν, ἤγαγε πρὸς τοὺς ἀποστόλους* Barnabas vero eum hospitio exceptum

duxit ad Apostolos, coll. v. 26. Nec tamen repugnarem, si quis ἐπιλαζόμενος h. l. ex usu ling. Hebraicæ πλεονάζειν statuere mallet.

4. *consequor, obtineo aliquid*, quasi *apprehendendo, assequor.* Verbum proprium de *præmiis, in certaminibus publicis propositis*, plane ut nostrum: ergreifen, erlangen *to attain, to arrive at.* 1 Tim. VI, 12. ἐπιλαζοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς ut aliquando præmii loco particeps fias felicitatis æternæ. ibid. v. 19. ἵνα ἐπιλάζωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς ut consequantur æternam felicitatem. *Ælian. V. H.* XIV, c. 27. πρὶν ἢ δυναμεώς τινος ἐπιλαζέσθαι.

5. *vi aliquem prehendo, comprehendo, capio.* Luc. XXIII, 26. ἐπιλαζόμενοι Σίμωνός τινος, coll. Matth. XXVII, 32. Act. XVI, 19. ἐπιλαζόμενοι τὸν Παῦλον correptum Paulum. ib. XVII, 19. XVIII, 17. XXI, 30. et 33. *Aristotel. Polit.* V, 6.

6. ἐπιλαμβάνεσθαι τινὸς λόγου *capere sermone incautum, aucupari verba alicujus criminandi et calumniandi causa*, i. q. παγιδεύειν et ἀγρεύειν τινὰ λόγῳ. Luc. XX, 20. ἵνα ἐπιλάζωνται αὐτοῦ λόγου ut eum verbis caperent, coll. Matth. XXII, 15. ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ, et Marc. XII, 13. ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ.

7. *vitupero, carpo, reprehendo. Xenoph. Hist. Gr.* II, 1. 21. *Mem.* I, 2. 31. Luc. XX, 26. καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιλαζέσθαι αὐτοῦ ῥήματος ἐναντίον τοῦ λαοῦ non poterant ejus sermonem calumniari apud populum. *Suid.* ἐπιλαμβάνεσθαι· γενικῇ, μέμφεσθαι. *Phavorinus:* ἐπιλαμβάνομαι ἀντὶ τοῦ ἅπτομαι τινὸς ἁμαρτόντος. Eodem modo *arripere* apud *Cic.* de *Nat. Deor.* c. 65. Fin. III, 4. Confer *Olear. ad Philostrat.* p. 17.

ΕΠΙΛΑΝΘΆΝΟΜΑΙ, fut. ἐπιλήσομαι, aor. 2. ἐπελαθόμην, *obliviscor*, et ex adjuncto: *negligo, non curo.* Construitur cum genitivo rei vel personæ vel infinitivo facti. Interdum etiam accusativum admittit, v. c. Matth. XVI, 5. ἐπελάθοντο ἄρτους λαζεῖν obliti erant panes secum sumere. Marc. VIII, 14. Luc. XII, 6. καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ neque tamen aliquis eorum a Deo negligitur. Eodem modo constructum legitur verbum hoc Sirac. XXIII, 16. μήποτ' ἐπιλάθῃ ἐνώπιον αὐτῶν. Phil. III, 14. τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος non curans, quæ a tergo sunt. Hebr. VI, 10. ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης ut vos carere permittat præmiis studii vestri in exercenda benevolentia. Hebr. XIII, 2. τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε hospitalitati semper studete. ibid. v. 16. τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. Jacob. I, 24. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico שָׁכַח Genes. XXVII, 45. XL, 23. etc. Passive legitur quoque Sap. II, 4. Sirac. III, 14. XIII, 10. et XLIV, 10.

ΕΠΙΛΈΓΩ, fut. ἑξω, 1. *dico, voco.* ΕΠΙΛΈΓΟΜΑΙ, *vocor, cognominor.* Joh. V, 2. ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδὰ quæ dialecto Syro-Chaldaica Bethesda vocatur.

2. *eligo, seligo*, et in media forma ἐπιλέγομαι *eligo, adscisco*, i. q. ἐκλέγω, seu ἐκλέγομαι. Act. XV, 40. Παῦλος δὲ ἐπιλεξάμενος Σίλαν ἐξῆλθε Paulus autem, adscito sibi Sila, abiit. Sæpius non legitur in N. T. *Isocrat. Panegyr.* c. 25. χιλίους αὐτῶν ἐπιλέξαντες. *Herodian.* VII, 205. VIII, 22. In vers. Alex. respondet Hebraico בָּחַר Exod. XVII, 9. XVIII, 25. Jos. VIII, 3. *Glossæ:* ἐπιλέγομαι· *opto, deligo, eligo.* ἐπίλεκτος· *electus, lectus.*

ΕΠΙΛΕΊΠΩ, fut. εἴψω, *relinquo, deficio, desum*, ex ἐπὶ et λείπω *linquo, desum.* Construitur cum dativo et accusativo, observante *Thoma M.* ἐπιλείπει μοι τόδε καὶ ἐπιλείπει με τόδε, ubi vide interpretes. Semel legitur in N. T. Hebr. XI, 32. ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος tempus me deficeret narrantem. (*Cic. pro Cælio* 12. et *pro Roscio* c. 42.) Similis locus est apud *Athenæum* V. p. 220. ἐπιλείποι ἄν με τᾶς χρόνος, εἰ ἐκτίθεσθαι βουληθείην τὰς σεμνὰς τῶν φιλοσόφων μέμψεις. *Dio-*

nys. *Hal.* X, 36. *Hesych.* ἐπιλείψει· καταλείψει. *Suid.* ἐπιλείψει με· καταλείψει με. ἐπιλείψει με διηγούμενον ἡμέρα. Cf. *Alberti Obss. Philol.* p. 435. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 430.

ΕΠΙΛΗΣΜΟΝΗ, ης, ἡ, *oblivio*, ab ἐπιλανθάνομαι *obliviscor*, illiusque perfecto ἐπιλέλησμαι. Semel legitur in N. T. Jacob. I, 25. οὗτος οὐκ ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς, pro ἐπιλήσμων, hic non est auditor obliviosus. Sirac. XI, 27. κάκωσις ὥρας ἐπιλησμονὴν ποιεῖ τρυφῆς. Adjectivum ἐπιλήσμων legitur apud *Plutarch.* T. VI. p. 31. ed. *Reiske* et *Dion. Hal.* T. V. p. 527. *Reiske.*

ΕΠΙΛΟΙΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *reliquus*. Est a perf. med. ἐπιλέλοιπα, verbi ἐπιλείπω *relinquo*, *deficio*, quod vide supra. Semel legitur in N. T. 1 Petr. IV, 2. τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιῶσαι χρόνον reliquam vitæ vestræ partem consumere in observandis præceptis divinis. Sæpius usi sunt hac voce Alexandrini pro נוֹתָר, Levit. XXVII, 18. 2 Regg. IV, 7. יֶתֶר, Micha V, 3. נִשְׁאָר, Deut. XIX, 20. שְׁאֵרִית, Jer. XXV, 20. et שָׂרִיד, Jer. XLIV, 14. Reperitur etiam apud exteros Scriptores, v. c. *Demosthenem* p. 1250. ed. *Reiske*: τοῦ ἐπιλοίπου ἀργυρίου. *Marc. Antonin.* IV, 31. *Liban.* Or. XI. p. 371. D. σὺν εὐφροσύνῃ τὸν ὑπόλοιπον ζῶσι χρόνον. *Eurip. Phœn.* v. 859. ἡ ἐπίλοιπος ἄστεως ὁδός. *Polyb.* XV, 10. 3.

ΕΠΙΛΥΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *solutio*, ab ἐπιλύω *solvo*.

2. *explicatio*, *interpretatio*, v. c. ænigmatis, oraculi. (*Heliodor.* I, 18. et IV, 9.) Legitur in N. T. tantum 2 Petr. I, 20. πᾶσα προφητεία γραφῆς ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται ipsi prophetæ ignorarunt verum sensum oraculorum, a se editorum, coll. 1 Ep. I, 11. et 12. Hæc mea qualiscunque est de h. l. sententia, quam postulare videtur comma sequens 21. Sed verba hæc ab aliis aliter explicantur, quorum sententias diligenter recensuerunt et examinarunt *Wolfius* in *Curis Philol. et Crit.* ad h. l. et *Pottius* in Vol. II, Epp. Cathol. p. 206. seq. Gen. XL, 8. ubi quod τοῖς ὁ est διασάφησις, in reliquiis *Aquilæ* ἐπίλυσις vocatur. Symm. Hos. III, 4. Nec aliter in *Clementina II.* apud *Coleter.* T. I. *PP. App.* p. 637. *Euseb. H. E.* V, 13. *Ephræm. Syr.* T. I. Opp. p. 231.

ΕΠΙΛΥΩ, fut. ύσω, 1. proprie: *solvo*, *dissolvo*, quæ sunt nodosa et vinculis constricta, (*Xenoph. de Venat.* VII, 8. et IX, 18.) etiam interdum, quæ sunt obsignata, v. c. *Herodian.* IV, 12. s. 14. Μακρῖνος ἐπιλύεται τὰς ἐπιστολάς. Est compositum ex ἐπὶ et λύω *solvo*.

2. metaphorice: *interpretor*, *explico*, quæ sunt obscura et minus perspicua. Marc. IV, 34. κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπέλυε πάντα privatim vero discipulis suis explicabat omnia intellectu difficiliora. Alex. Genes. XLI, 12. ἀνδρὶ κατὰ τὸ ἐνύπνιον ἐπέλυσεν, ubi in Hebraico est פָּתַר *interpretatus est*. Cf. *Aquila* Genes. XL, 8. et *Symmach.* et *Theod.* Hos. III, 4. *Herodian.* IV, 12. 14. *Athenæus* X. p. 449. F.

3. *rem dubiam et intricatam discepto*, *dirimo litem et compono*, *transigo de re*. Act. XIX, 39. εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται si quid autem de rebus aliis disceptatis, in legitima concione dirimendum est. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΠΙΜΑΡΤΥΡΕΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *testor*, *attestor*, *testimonium perhibeo*, *testimonio confirmo*, ex ἐπὶ et μαρτυρέω *testor*. *Demosthen.* p. 915. 12. et p. 1273. 18. ed. *Reiske.* Ita differt ab ἐπιμαρτύρεσθαι, quod significat *testem aliquem facere et invocare*. *Xenoph. Hist. Gr.* III, 4. 4. *Anab.* IV, 8. 5. *Suid.* ἐπεμαρτύροντο· μάρτυσιν ἐχρήσαντο. *Hesych.* ἐπιμάρτυρος· μάρτυς ἐπὶ τοῖς γινομένοις.

2. *idoneis et gravissimis argumentis aliquid demonstro*, *doceo et trado*. Sic semel legitur in N. T. 1 Petr. V, 12. ἐπιμαρτυρῶν ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν τοῦ Θεοῦ gravissimis argumentis vos docens, religionem illam, in qua perse-

veratis, esse vere divinam. Alex. posuerunt pro דָּעִיד 1 Regg. II, 42. Nehem. IX, 29. 30.

ΕΠΙΜΕΛΕΙΑ, ας, ἡ, *cura, procuratio, diligentia, studium*, ab ἐπιμέλομαι *curo, curam gero*, unde ἐπιμελὴς *diligens, sedulus, sollicitus*. Hoc vocabulum sæpius in *Xenophonte* obvium. (Vide *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.) Semel legitur in N. T. de cura corporis Act. XXVII, 3. ἐπέτρεψε πρὸς τοὺς φίλους πορευθέντα ἐπιμελείας τυχεῖν ei permisit adire amicos, qui ejus curam haberent. *Apollonius* II, 390. *Schol.* ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ ναυαγήσαντες ἔτυχον ἐπιμελείας παρὰ τῶν Ἡρώων. 1 Macc. XVI, 14. 2 Macc. XI, 23. Conf. quæ ad Act. XXVII, 3. ex *Herodoto* notavit *Raphelius* p. 395. et *Bielius* in *Thes. Philol.* s. h. v. *Hesych.* ἐπιμέλεια· σπουδή. *Suid.* ἡ σπουδή· ἡ φροντίς.

ΕΠΙΜΕΛΟΜΑΙ, et ΕΠΙΜΕΛΕΟΜΑΙ, οῦμαι, *curo, curam gero vel habeo*. Regit genitivum. Luc. X, 34. καὶ ἐπεμελήθη αὐτοῦ et curam ejus egit. ibid. v. 35. ἐπιμελήθητι αὐτοῦ curam ejus habe. In utroque loco sermo est de homine a latronibus vulnerato, ut adeo recte et eleganter hac voce usus fuerit Lucas, nam ἐπιμελεῖσθαι κατ' ἐξοχὴν de illis dici, qui ægrotos vel vulneratos curant, ex *Luciano* recte observavit *L. Bos. Anim. ad Scriptores Græcos* p. 66. qui etiam monet, ἐπιμελητὰς dictos esse οἳ τοὺς τετρωμένους ἐν πολέμῳ ἐθεράπευσαν. Præterea legitur 1 Tim. III, 5. πῶς ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται; quomodo ecclesiæ Dei curam geret, seu, quomodo cœtui Christianorum præesse poterit? Substantivum ἐπιμελητὴς in genere significare *eum, qui aliquam rem administrat et regit*, tradit *Pollux Onom.* VIII, 84. *Thom. M.* ἐπιμέλομαι κάλλιον ἢ ἐπιμελοῦμαι. Conf. etiam Alex. Genes. XLIV, 21. Prov. XXVII, 25. et *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΕΠΙΜΕΛΩΣ. Adverbium, *sollicite, diligenter et accurate, omni adhibita cura et studio*. Ex iisdem. Tantum in N. T. extat Luc. XV, 8. καὶ ζητεῖ ἐπιμελῶς et diligenter quærit. Usi sunt hoc adverbio etiam Alexandrini Genes. VI, 5. VIII, 21. Vide et 3 Esdr. VI, 29. 34. VIII, 27. *Xenoph. Mem.* II. 4. 2. et III, 5. 14. *Hesych.* ἐπιμελῶς· συνεχῶς, σπουδαίως.

ΕΠΙΜΕΝΩ, fut. ενῶ, 1. proprie: *permaneo in loco aliquo, moror, commoror alicubi, remoror in aliquo loco*. In hac significatione fere semper absolute ponitur. Act. X, 48. ἐπιμεῖναι ἡμέρας τινὰς ut aliquamdiu commoraretur. ibid. XV, 34. ἐπιμεῖναι αὐτοῦ remanere ibi. ibid. XXI, 4. 10. XXVIII, 12. 14. ἐπιμεῖναι ἡμέρας ἑπτά. Interdum tamen additur πρός τινα, ἔν τινι. 1 Cor. XVI, 7. ἐλπίζω δὲ χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς, et v. 8. ἐπιμενῶ δὲ ἐν Ἐφέσῳ. Galat. I, 18. Phil. I, 24. τὸ δὲ ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκὶ manere autem in hoc corpore, h. e. diutius vivere. In vers. Alex. respondet Hebraico הִתְמַהְמְהוּ *cunctari, morari* Exod. XII, 39. *Xenoph. Cyrop.* I, 4. 8. *Hist. Gr.* IV, 6. 11.

2. *pergo, insto, insisto*. Joh. VIII, 7. ὡς δὲ ἐπέμενον ἐρωτῶντες αὐτὸν quum vero pergerent interrogando ipsum, seu, instantes interrogando. Act. XII, 16. ὁ δὲ Πέτρος ἐπέμενε κρούων Petrus autem pulsare fores pergebat. Rom. VI, 1. ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ; pergamusne peccare?

3. *persevero, constans sum*. Act. XIII, 43. ἔπειθον αὐτοὺς ἐπιμένειν τῇ χάριτι Θεοῦ hortati sunt eos ad constantiam in religione Christiana. Rom. XI, 22. ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι si constans in recto hujus benignitatis divinæ studio manseris. ibid. v. 23. ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσιν τῇ ἀπιστίᾳ si destiterint ab incredulitate sua. Coloss. I, 23. εἴ γε ἐπιμένετε τῇ πίστει. 1 Tim. IV, 16. Sæpius non legitur in N. T. *Ælian. V. H.* X, 15. κἂν μετὰ ταῦτα ἐπέμειναν τῇ μνηστείᾳ. *Joseph. A. J.* VIII, 7. 5. *Xenoph. Hist. Gr.* III, 4. 6. ἐπέμεινε ταῖς σπονδαῖς.

ΕΠΙΝΕΥΩ, fut. εύσω, 1. *innuo, nutu significo*, ex ἐπὶ et νεύω *nutum do*.

Alex. Prov. XXVI, 24. *Xenoph. Cyrop.* V, 5. 12.

2. *annuo, assentio, consentio.* Tantum extat in N. T. Act. XVIII, 20. οὐκ ἐπένευσεν non annuit eorum precibus, non satisfecit eorum voluntati. Eodem sensu ἐπινεύω sumitur 2 Macc. IV, 10. ἐπινεύσαντος δὲ τοῦ βασιλέως. ibid. XI, 15. XIV, 20. ἐπένευσαν ταῖς συνθήκαις. *Lucian. Necyomant.* 5. *Polyb.* XXI, 3. 3.

Ἐπί′νοια, ας, ἡ, per se *omnem cogitationem, consilium, propositum quodlibet, inprimis ingeniose excogitatum*, significat, ab ἐπινοέω *mente agito, cogito, excogito. Eurip. Phœn.* v. 421. τίν' ἐπίνοιαν ἔσχεθες; Sapient. XIV, 12. Hinc in utramque partem accipitur a Scriptoribus Græcis, et quidem nunc in bonam partem, v. c. apud *Demosthen.* p. 1413. 4. ed. *Reiske:* τῆς ἀγαθῆς ἐπινοίας παρὰ τῶν θεῶν ἐλπίδα ἔχων, nunc in malam de *iis, qui aliquid excogitant et comminiscuntur, quo aliis noceant, alios decipiant et fallant*, ut sit *improbum animi consilium, callide et in damnum aliorum inventum, fraus, dolus.* Ita semel legitur in N. T. Act. VIII, 22. εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου ut tibi condonetur hoc improbum tui animi consilium. In hac vero significatione adhibuit hanc vocem Lucas, non tam ad imitationem Hebraici יֵצֶר Deut. XXXI, 21. quod Alex. reddiderunt πονηρίαν, quam ex ipso linguæ Græcæ usu. Nam ἐπινοέω passim de *consilio malo* apud *Ælianum* adhibetur *V. H.* XI, 1. XIV, 30. et substantivum ἐπίνοια eodem sensu legitur apud *Josephum* in sua ipsius vita §. 44. συνεὶς τὴν τῶν γεγραφότων ἐπίνοιαν. Adde Sap. XV, 4. ἀνθρώπων κακότεχνος ἐπίνοια. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 506. *Hesych.* μηχαναί· τέχναι, ἐπίνοιαι, βουλεύματα.

Ἐπιορκέ′ω, ῶ, fut. ήσω, proprie est *sæpius juro.* Quia autem, qui sæpius jurare solent, perjurium plerumque committunt, factum est deinde, ut ἐπιορκέω significet *pejero, perjuro,* (quod teste *Cicer.* de *Officiis* III, c. 29. non tam est *falsum jurare,* quam *quod ex animi tui sententia juraris, non facere*) *falsum juro* (i. q. ἐπίορκον ὀμνύειν apud *Hesiod.* Ἔργ. καὶ Ἡμέρ. 282.) *jusjurandum violo nec servo.* Sic semel legitur in N. T. Matth. V, 33. μὴ ἐπιορκήσεις non pejerabis, coll. Levit. XIX, 12. לֹא תִשָּׁבְעוּ לַשָּׁקֶר. 3 Esdr. I, 49. Sapient. XIV, 28. *Demosthen.* p. 1204. 20. ed. *Reiske:* οὐδὲ θεοὺς ἔδεισεν οὓς ἐπιώρκησε. ibid. p. 20. ἀδικοῦντα καὶ ἐπιορκοῦντα καὶ ψευδόμενον. *Ælian. V. H.* XII, 8. *Aristoph. Nub.* 401. *Ran.* 102. Æque late patet substantivum ἐπιορκία Sapient. XIV, 25. *Ælian. V. H.* XIV, 2. *Etym. M.* ἐπιορκεῖν δηλοῖ τὸ ὑπεράνω τῶν ὅρκων γίνεσθαι καὶ ὑπερξαίνειν αὐτούς. Vide *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

Ἐπί′ορκος, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *perjurus*, et *is* dicitur, *qui non præstat id, quod juravit, jusjurandum et fidem datam violat*, et *is, qui falsa ipso judicio suo juramento affirmat. Hesych.* ἐπίορκον· ὅρκον μὴ φροντίζοντα, ex ἐπὶ et ὅρκος *jusjurandum.* Tum late patere videtur in loco 1 Tim. I, 10. ψεύσταις, ἐπιόρκοις. *Xenoph. Ages.* I, 12. *Aristoph. Ran.* 150. ἐπίορκον ὅρκον ὤμοσεν. *Hesych.* ἐπιορκία· ψεῦμα. Idem: ἐπίορκον, ὅρκον μὴ φροντίζοντα. Sæpius non legitur in N. T.

Ἐπιού′σιος, ίου, ὁ, ἡ, ον, τό. Vox ἅπαξ λεγομένη, in oratione Dominica Matth. VI, 11. Luc. XI, 3. nova et Græcis inaudita et ab evangelistis, ut videtur, excogitata et efficta, teste *Origene* de *Orat.* 16. πρῶτον δὲ τοῦτ' ἰστέον, ὅτι ἡ λέξις ἡ ἐπιούσιος παρ' οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων οὔτε τῶν σοφῶν ὠνόμασται, οὔτε ἐν τῇ τῶν ἰδιωτῶν συνηθείᾳ τέτριπται, ἀλλ' ἔοικε πεπλάσθαι ὑπὸ τῶν Εὐαγγελιστῶν. Eo minus mirandum est, tam varias et inter se dissidentes ferri sententias interpretum et veterum (*Alberti Gloss. N. T.* p. 202. τὸν ἐπιούσιον, τουτέστι τὸν μέλλοντα, τὸν ἐπιόντα, τὸν προσδοκώμενον, τὸν μὴ τοῦ ἐνεστῶτος οἰκεῖον, ἀλλὰ τὸ ἀποδοθησόμενον ἐν τῷ μέλλοντι τοῖς

ἁγίοις.—ἢ τὸν συνιστῶντα τὸ σῶμα ἡμῶν. Adde *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 1169. et *Wetsten.* ad Matth. VI, 11.) et recentiorum (quas enumeravit et examinavit *Salmasius* de *Fœnore Trapezit.* p. 795. seq. et *Stolbergius Exercitt. Ling. Gr.* p. 223.) de notione hujus vocabuli, quod mihi quidem ab ἐπὶ *ad* et οὐσία *essentia, substantia, vita* derivandum esse videtur, ut ἄρτος ἐπιούσιος sit *victus substantiæ*, seu *vitæ nostræ sustentandæ et alendæ utilis, sufficiens ac necessarius, victus quotidianus.* Confirmat hanc interpretationem præter auctoritatem *Chrysostomi*, (*Homil. in Orat. Dominic.*) *Basilii M.* (*in Regulis brevior.* 252.) *Theophylacti* (in cap. VI, Matth. qui interpretatur ἄρτον ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ συστάσει ἡμῶν αὐτάρκη) et *Suidæ* (ἐπιούσιος ἄρτος· ὁ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν ἁρμόζων ἢ ὁ καθημερινός. Idem tradit *Etym. M.* Cf. *Küster.* ad *Suidam*, et *Toupius* in *Epist. Crit.* p. 140.) ipsa analogia linguæ (v. c. ἐπιλήνιον est, *quod ad torcular pertinet*, et ἐπιτάφιον *quod ad sepulturam pertinet*) et versio Syriaca, quæ totum locum ita reddidit: ܗܒ ܠܢ ܠܚܡܐ ܕܣܘܟܢܢ ; *da nobis panem necessitatis nostræ hodie*, coll. vers. Syr. Jacob. II, 16. Sed hanc explicationem nuper incertam reddere conatus est Celeb. *Fischerus* in Prolus. XII. de *Vitiis Lexicorum N. T.* p. 16. cui ratio et sententia eorum, qui ἄρτον ἐπιούσιον ab evangelistis dici putant *victum posterum* sive *crastinum*, h. e. *res ad vivendum cras*, seu *postridie necessarias*, omnes veritatis numeros atque partes habere videtur, ut nempe vox ἐπιούσιος formata sit ex fœminino participii ἔπειμι, uti περιούσιος ductum est a participio fœm. gen. verbi περίειμι, quam sententiam jam ante eum *Schwarzium* in *Comment Ling. Gr.* p. 543. amplexum esse et exornasse notum est.

ΕΠΙΠΙΠΤΩ, aor. 2. ἐπέπεσον, particip. ἐπιπεσών, 1. proprie: *incido, irruo, illabor*, ab ἐπὶ et πίπτω *cado.* Sed ita in N. T. non legitur nisi huc referre velis formulam ἐπιπίπτειν ἐπὶ τὸν τράχηλόν τινος, quæ significat: *aliquem amplexari et osculari, amplexibus aliquem excipere*, Luc. XV, 20. Act. XX, 37. coll. Genes. XLV, 14. ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὸν τράχηλον Βενιαμίν, Heb. וַיִּפֹּל עַל־צַוְּארָו בִּנְיָמִן Gen. XLVI, 29. *Xen. Œcon.* 18, 7. et *Homer. Odyss.* XXIII, 208. et 241.

2. *incumbo*, et ex adjuncto: *premo, urgeo.* Act. XX, 10. ἐπέπεσεν αὐτῷ, *Vulgatus: incubuit super eum*, coll. 1 Regg. XVII, 21. Marc. III, 10. ὥστε τὸν λαὸν ἐπιπίπτειν αὐτῷ ita, ut populus eum urgeret. Eodem sensu ἐμπίπτειν usurpari, supra demonstratum est.

3. *admoveo me.* Joh. XIII, 25. ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ propius sese Jesu pectori admovens, seu, reclinato adversus pectus Jesu capite. Alii, præeunte *Vulgato*, vertunt: *qui proximus Christo accumbebat*, ut ἐπιπίπτειν sit i. q. ἀναπίπτειν, sed hæc significatio usu loquendi probari nullo modo potest.

4. metaphorice de *iis* usurpatur, *quæ animum aut corpus afficiunt ullo aliquo modo et occupant*, ita, ut designetur eorum vis, copia, vel etiam impetus. Luc. I, 12. καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν et metus animum ejus occupavit, coll. Exod. XV, 16. תִּפֹּל עֲלֵיהֶם אֵימָתָה וָפַחַד. Act. X, 10. ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις extra se raptus est, coll. Genes. XV, 12. תַּרְדֵּמָה נֹפֶלֶת עַל־אַבְרָם. Alex. ἔκστασις ἐπέπεσεν τῷ Ἀβραάμ. Act. XIII, 11. ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος oculos ejus cœcitatis tenebræ occuparunt. ibid. XIX, 17. Eodem modo ἐμπίπτειν usurpatur. Vid. *Diod. Sic.* XX, 11. *Herodian.* I, 4. 15. ἐπιπεσοῦσα λειποθυμία, et ibi *Irmischium. Thucyd.* III, c. 87. νόσος ἐπέπεσε τοῖς Ἀθηναίοις.

5. ἐπιπίπτειν dicuntur, *quæ largiter alicui contingunt et conceduntur.* Act. VIII, 16. οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκὸς nondum enim concessa

ipsis erant dona Sp. S. extraordinaria, coll. v. 18. ibid. X, 44. ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας. ibid. XI, 15. Interdum et in malam partem usurpatur. Rom. XV, 3. οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε, ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ. Sæpius non legitur in N. T. Ezech. XI, 5. ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμὲ Πνεῦμα Κυρίου. *Phavor.* ἐπιπεσεῖν· τὸ ἐπιθέσθαι καὶ τὸ περιπεσεῖν θλίψεσιν ἢ τοιούτοις τισίν. Cæterum construitur hæc vox vel cum dativo vel cum ἐπὶ, adjungente sibi interdum dativum, sæpius tamen accusativum, ut exempla allata satis docent.

ΕΠΙΠΛΗΣΣΩ, vel ΕΠΙΠΛΗΤΤΩ, fut. ήξω, 1. proprie: *incutio, infligo*, ex ἐπὶ et πλήσσω vel πλήττω *percutio*. *Homer. Iliad.* κ'. 500. τόξῳ ἐπιπλήσσων. *Eustath.* ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ ἐπιπλήσσειν καὶ κόπτειν λέγεται, —ἔτι δὲ καὶ μαστίζειν— ἀφ' οὗ καὶ τὸ λόγοις ἐπιπλήσσειν εἴρηται.

2. metaphorice, ita, ut omissum sit λόγοις vel ῥήμασι, *duriter aliquem verbis tracto, increpo, objurgo*. Construitur cum dativo. Semel tantum legitur in N. T. 1 Tim. V, 1. πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς in provectiores ætate ne inveharis, seu, eos cum severitate et vehementia increpare noli. *Xenoph. Œcon.* XIII, 12. *Demosthen.* p. 202. et p. 1412. 1. ed. *Reiske*. *Hesych.* ἐπιπλῆξειν· ἐπελθεῖν, ἐπιτιμῆσαι, ὑβρίσαι. Idem: ἐπίπληξις· ἐπιτίμησις. *Phavor.* ἐπιπλήττω· τὸ τύπτω, αἰτιατικῇ.

ΕΠΙΠΝΙΓΩ, fut. ίξω, 1. proprie: *suffoco*, i. q. ἀποπνίγω, ex ἐπὶ et πνίγω *suffoco, præfoco, strangulo*.

2. metaphorice de plantis et arboribus si sermo est, significat: *incrementis et propagationi officio, fertilitati obsto*, am Fortkommen und Wachsthum hindern *to prevent increase and growth, eneco*. Sic semel legitur in N. T. Luc. VIII, 7. καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι ἐπέπνιξαν αὐτὸ et enatæ simul spinæ suffocarunt illud, quod seminatum fuerat. Eodem modo etiam ἀποπνίγω sumitur in N. T. ut supra demonstratum est.

ΕΠΙΠΟΘΕΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *valde desidero, vehementer cupio, admodum expeto*, ab ἐπὶ, quod in compositis auget et intendit notionem simplicis ποθέω *cupio, desidero*, quod est a πόθος *desiderium*. Rom. I, 11. ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς valde enim desidero vos videre. 2 Cor. V, 2. Philipp. II, 26. ἐπιποθῶν ἦν πάντας ὑμᾶς desiderio vos videndi affectus est. 1 Thess. III, 6. ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν. 2 Tim. I, 4. 1 Petr. II, 2. τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε. Vide sub γάλα. *Hesych.* ἐπιποθῶ· ἐπιθυμῶ. Luculenter autem hæc propria verbi ἐπιποθεῖν significatio elucet e loco Ps. XLII, 1. ubi usurpatur de cerva, cupiente sitim aqua restinguere, ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ ὁ Θεὸς, ubi Hebraico עָרַג, respondet et in seq. per διψᾷν explicatur. Ps. CXIX, 174. pro ἐπεπόθησα, quod habent Alexandrini loco תָּאַבְתִּי, *Symmachus* habet ὑπερεπεθύμησα. Uterque locus satis docet, verbum ἐπιποθεῖν designare *ejusmodi desiderium, quod non patitur dilationem aliquam*. Hinc

2. per metonymiam: *admodum diligo, impense amo*. 2 Cor. IX, 14. καὶ αὐτῶν δεήσει ὑπὲρ ὑμῶν ἐπιποθούντων ὑμᾶς quibus precibus pro vobis amorem suum erga vos declarant. Philipp. I, 8. ὡς ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς me vos omnes impense amare. Conf. de hac significatione *Irmisch.* ad *Herodian.* I, c. 4. §. 11. p. 113.

3. ἐπιποθεῖν πρός τινα *contrarium esse alicui et adversarium*, i. q. ἀντικεῖσθαι et ἐναντίον εἶναι. Sic legitur in N. T. Jacob. IV, 5. πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκισεν ἐν ὑμῖν contrarius invidiæ est et resistit sensus ille emendatus per religionem Christianam, qui in vobis est, certe esse debet. Conf. *Joh. Floderi* D. ad h. l. Upsal. 1773. 4. Eodem sensu ἐπιθυμεῖν, sequente præpositione κατὰ, Galat. V, 17. usurpatur.

ΕΠΙΠΟΘΗΣΙΣ, εως, ἡ, *vehemens desiderium et magnum, amor*, ab ἐπιποθέω, quod vide. Bis tantum legitur in N. T. 2 Cor. VII, 7. τὴν ὑμῶν ἐπι-

πόθησιν vestrum erga me amorem, seu vestrum mei videndi desiderium, vestra vota, ut vobis reddar, ibid. v. 11. ubi æque ambigue ponitur. In vers. Alex. non reperitur. Legitur tamen Ezech. XXIII, 11. in *Aquilæ* reliquiis, ubi Hebraico עַגְבָה respondet, quo non solum *vehemens desiderium* in universum indicatur, sed speciatim etiam *amor effrenis hominum libidinosorum*. *Phavor.* ἐπιπόθησις ἐστὶν ὄρεξις ἐπιτεταμένη πρὸς τὸ ποθούμενον.

ἘΠΙΠΟ΄ΘΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *exoptatus, multum desideratus*, de *omni re* usurpatur, *cujus videndæ et consequendæ desiderio aliquis tenetur et fertur, quam aliquis amat et diligit*, ab eodem verbo. Semel legitur in N. T. Philipp. IV, 1. ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι quos impense amo et videre admodum desidero, coll. II, 24.

ἘΠΙΠΟΘΙ΄Α, ας, ἡ, *desiderium vehemens cum amore conjunctum*, ab eodem. Semel extat in N. T. Rom. XV, 23. ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν desiderium autem vehemens habens veniendi ad vos a multis annis. *Phavor.* ἐπιποθία· ἡ ἀγάπη.

ἘΠΙΠΟΡΕΥ΄ΟΜΑΙ, fut. εὑσομαι, *eo, proficiscor, ad aliquem accedo, advenio, peragro*, ex ἐπὶ et πορεύομαι *proficiscor*. Semel legitur in N. T. Luc. VIII, 4. τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτὸν cum ex singulis civitatibus ad eum proficisceretur. In versione Alex. Ezech. XXXIX, 14. Hebraico עָבַר respondet. *Dion. Hal.* X, 43. *Maxim. Tyr.* XXXII, 1. *Plutarch. Lycurg.* p. 56.

ἘΠΙΡΡ΄Α΄ΠΤΩ, fut. άψω, *insuo, assuo*, ex ἐπὶ et ῥάπτω *suo, consuo*, quod pro Hebraico תָּפַר legitur in vers. Alex. Job. XVI, 15. Semel occurrit in N. T. Marc. II, 21. καὶ οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ et nemo assuit panni rudis assumentum panno veteri.

ἘΠΙΡΡ΄Ι΄ΠΤΩ, fut. ίψω, 1. proprie: *injicio, superjicio, projicio*, con-*jicio*, ex ἐπὶ et ῥίπτω *projicio*. Luc. XIX, 35. καὶ ἐπιῤῥίψαντες ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐπὶ τὸν πῶλον injicientes sua vestimenta super pullum. Respondet in vers. Alex. Hebraico חִשְׁלִיךְ, Num. XXXV, 20. 22. Jos. X, 11. שָׁלַךְ, 2 Sam. XX, 12. et דָּפַל, Jos. XXIII, 4. Jer. XV, 8. *Xenoph. Anab.* V, 2. 16.

2. metaphorice: ἐπιῤῥίπτειν τι ἐπί τινα significat: *alicujus curæ demandare aliquid, permittere alicui curam rei alicujus*. 1 Petr. V, 7. πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιῤῥίψαντες ἐπ' αὐτὸν omnem curam vestram, quæ instar oneris vos premit, conjicite in eum, h. e. curam omnium rerum vestrarum permittite Deo. Eodem modo apud Hebræos usurpatur חִשְׁלִיךְ Ps. LV, 22. ἐπίῤῥιψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, et גָּלַל Ps. XXXVII, 5. גּוֹל עַל־יְהוָה דַּרְכֶּךָ. Sæpius non legitur in N. T.

ἘΠΙ΄ΣΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. proprie: *cui signum*, seu *nota impressa est, signatus*, ex ἐπὶ et σῆμα *signum, nota*. Opponitur τῷ ἄσημος *cui nota nulla impressa est*. Genes. XXX, 42. Sic v. c. ἐπίσημος ἐσθὴς est *vestis tesseris auro textis vel purpureis clavata*, et χιτὼν ἄσημος *tunica sine clavo* dicitur, ut docuit *Suicerus* in *Thes. Eccles.* T. I. p. 1173. Speciatim vero, teste *Polluce Onom.* III, 10. pecunia signata, ἀργύριον κεχαραγμένον, ἐπίσημος dicebatur, v. c. apud *Thucyd.* II, c. 13. ἀργυρίου ἐπισήμου ἑξακισχιλίων ταλάντων. *Xenoph. Cyrop.* IV, 5. 14.

2. metaphorice: *insignis, illustris, nobilis*, et quidem in utramque partem (ut Lat. *insignis* et *excellens*): in deteriorem: *infamis, notabilis, insignite improbus*, berüchtigt *notorious*. Matth. XXVII, 16. ubi Barabbas dicitur δέσμιος ἐπίσημος vinctus insignis. *Lucian. Rhetor. Præc.* T. III, p. 27. ἐπίσημον εἶναί με ἐπὶ τῇ μοχθηρίᾳ τοῦ τρόπου. *Polyb.* XVII, 36. ἐπίσημος τῇ φιλαργυρίᾳ. *Joseph. A. J.* V, 7. s. 1. οἳ διὰ πλῆθος ἀδικημάτων ἦσαν ἐπίσημοι. et in bonam partem: *præclarus, memo-*

rabilis. Rom. XVI, 7. ubi Andronicus et Junias dicuntur ἐπίσημοι ἐν τοῖς Ἀποστόλοις insignes inter Apostolos, seu doctores Christianos. *Plutarch. Vit. Parall.* p. 307. et *Joseph. B. J.* VI, 3. p. 382. Sæpius non legitur in N. T. Esther. V, 4. ἡμέρα μου ἐπίσημος σήμερόν ἐστιν. Opponitur in hoc sensu τῷ ἀπαρασήμαντος, 2 Macc. XV, 36. *Hesych.* ἐπίσημος· ἐπιφανὴς, ἔνδοξος, προφανέστερος. Idem: ἐπίσημα· τὰ ἐπὶ προσώπῳ (fortasse legendum est πρώραις. Cf. infra sub παράσημος) σημεῖα, ἢ εὔφωνα, ἢ εὔμορφα. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 530.

ἘΠΙΣΙΤΙΣΜΟ͂Σ, οῦ, ὁ, *commeatus, cibaria, cibus, quo quis in itinere utitur,* a verbo ἐπισιτίζω et ἐπισιτίζομαι *cibum præbeo, cibaria conquiro et deporto.* (*Herodot.* VII, 176. *Xenoph. Hist. Gr.* II, 1. 13. *Anab.* VII, 1. 5. *Thom. M.* p. 705. sub σιτοῦμαι, ἐπισιτίζομαι· τὰ ἐφόδια ἁπλῶς λαμβάνω, ἢ μετὰ τὸ φαγεῖν λαμβάνω καὶ οὕτως ἀπέρχομαι.) Semel legitur in N. T. Luc. IX, 12. καὶ εὕρωσιν ἐπισιτισμὸν et sibi cibum parent. Respondet Hebraico צֵדָה et צֵידָה in vers. Alex. Jos. I, 11. IX, 11. 1 Sam. XXII, 10. et in vers. *Aquilæ* Ps. CXXXII, 15. et τῷ צַיִד Nehem. XIII, 5. quæ vocabula Hebraica proprie quidem *venationem,* sed deinde etiam metaphorice *cibum, venatione aut quovis modo partum, viaticum, commeatum, alimentum* notant. Conf. *Rhoer. Ferias Daventrienses* p. 109. ubi loca veterum collecta sunt, in quibus hæc vox, a Lexicographis plane neglecta, reperitur; quibus adde *Xenoph. Anab.* I, 5. 9. VII, 1. 6. et *Hist. Gr.* III, 2. 19. *Demosthen.* p. 280. 11. ed. *Reiske:* ἐπισιτισμὸν ἔχοντες ἡμερῶν τεσσαράκοντα. ibid. p. 671. 18. et 909. 4. *Herodian.* VI, 7. 3. *Hesych.* ἐπισιτισμόν· ἐφοδιασμόν. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 713.

ἘΠΙΣΚΈΠΤΟΜΑΙ, fut. ἕψομαι, 1. proprie: *aspicio, inspicio, circumspicio, despicio, attentis oculis perlustro, eo consilio, ut seligam optimum, deligere cupio,* nostrum: sich nach etwas umsehen *to seek, to endeavour to find,* ex ἐπὶ et σκέπτομαι *video, speculor.* Act. VI, 3. ἐπισκέψασθε οὖν ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρουμένους ἑπτὰ circumspicite igitur, seu eligite septem viros probatos.

2. *invîso, visito aliquem, ut statum ejus cognoscam. Xenoph. Cyr.* VI, 3. 10. et VII, 1. 5. Act. XV, 36. ἐπιστρέψαντες ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς iterum invisamus fratres nostros. Ita פָּקַד Jud. XV, 1. ἐπεσκέψατο Σαμψὼν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, et ἐπισκοπέω apud *Ælian. V. H.* II, c. 35. occurrit.

3. *visito aliquem eo consilio, ut ei opem feram et succurram,* et ex adjuncto: *succurro, opem fero, prospicio, curo, beneficiis afficio.* Matth. XXV, 36. ἠσθένησα καὶ ἐπεσκέψασθέ με ægrum me curastis. (*Xenoph. Mem.* III, 11. 10. *Cyrop.* V, 4. 5.) ib. v. 43. Luc. I, 68. ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ qui opem nobis tulit et liberavit populum suum. ibid v. 78. ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους qua miseriæ nostræ succurrit Messias. ibid. VII, 16. ὅτι ἐπεσκέψατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ iterum favet Deus Judæis. Act. VII, 23. ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ opem ferre pressis et afflictis popularibus suis. ibid. XV, 14. Hebr. II, 6. ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτὸν et filius hominis, quod tantis eum beneficiis afficis. Jacob. I, 27. ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν orphanorum et viduarum curam gerere. Eodem modo usurpatur פָּקַד Exod. IV, 31. Ruth. I, 6. Ps. VIII, 4. LXXX, 14. CVI, 4. Sirac. VII, 35. μὴ ὄκνει ἐπισκέπτεσθαι ἀῤῥωστον. *Herodian.* IV, 2. 7. *Artemid.* III, 22. *Aristides S. S.* I. p. 290. *Phavor.* ἐπισκέπτομαι· τὸ προμηθεύομαι καὶ κήδομαί τινος.

ἘΠΙΣΚΕΥΆΖΩ, fut. άσω, *supellectilem itineris plaustris impono, insterno clitellas et onera jumentis impono.* Medium ἐπισκευάζομαι *mihi sarcinas impono, vasa colligo, instruo me ne-*

cessariis ad iter faciendum, iter adparo, quanquam etiam medium interdum activam significationem retinet, et *onerare jumenta clitellis* notat, v. c. apud *Xenoph. Hist. Gr.* VII, 2. 18. ἐπισκευασάμενοι ὁπόσα ἐδύναντο ὑποζύγια. ibid. V, 3. 1. τοὺς δὲ ἵππους ἐπεσκευασμένους. — *Polyb.* III, 24. πλοῖον ἐπισκευάσαι. *Diod. Sic.* XIII, 2. *Hesych.* ἐπισκευάσασθαι· ἐπιφορτίσασθαι. Legitur vero hæc vox semel tantum in N. T. Act. XXI, 15. ubi loco impressi ἀποσκευασάμενοι rescribendum esse ἐπισκευασάμενοι, non solum codicum et versionum veterum auctoritas suadet, sed ipsa series orationis postulat, uti jam vidit *Wetstenius*, qui ad h. l. omnino conferendus est.

ΕΠΙΣΚΗΝΌΩ, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *in tabernaculo vel in tentorio habito, inhabito, habito*, ex ἐπὶ et σκηνόω *habito*, quod est a σκηνὴ *tabernaculum*. *Polyb.* IV, 18. 8. et 72. 1.

2. metaphorice: *semper adsum, præsto sum, semper exsero me*. Sic legitur in N. T. 2 Cor. XII, 9. ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις Χριστοῦ ut semper se exserat in me auxilium Christi potentissimum. Sæpius non legitur in N. T. Cf. *Glassii Philol. S.* p. 975. ed. *Dathii*.

ΕΠΙΣΚΙΆΖΩ, fut. άσω. 1. proprie: *inumbro, obumbro, umbram facio, umbra aliquem tego, obduco umbram*, ex ἐπὶ et σκιὰ *umbra*. Construitur cum dativo et accusativo. Luc. IX, 34. ἐγένετο νεφέλη καὶ ἐπεσκίασεν αὐτοὺς nubes oborta obumbravit illos. Act. V, 15. κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν ut umbra ejus saltem aliquem eorum feriret. Interdum tamen simpliciter notionem *circumdandi* habere videtur, v. c. Matth. XVII, 5. νεφέλη φωτὸς ἐπεσκίασεν αὐτοὺς lucida nubes eos circumdedit. Marc. IX, 7. *Ælian. V. H.* III, 1.

2. metaphorice: *præsens alicui sum et præsto, operor in aliquo, vim et virtutem meam exsero*, et speciatim de *iis* dicitur, *qui aliquem protegunt, tuentur et defendunt*, ita, ut metaphora desumta sit ab umbra, quæ ab æstu defendit; in quo sensu etiam apud Latinos *obumbrare* usurpari, *Servius* jam monuit ad *Virgil. Æn.* X, 223. et Hebraicum סָבַךְ haud raro occurrere, clarissime docent loca Ps. XCI, 4. CXL, 7. Ies. LX, 6. Hinc lucem fœneratur locus Luc. I, 35. δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σε potentia altissimi obumbrabit te, h. e. futurum est, ut virtutis divinæ interventu filium edas, i. q. in antecedentibus Πνεῦμα ἅγιον ἐπιλεύσεται ἐπὶ σέ. *Syrus* usus est voce ܛܠܠ *texit*, unde ܛܠܠܐ *thalamum* notat. Conf. *Castelli Lex. Heptaglott.* p. 346. et 577. Varias veterum de hoc loco expositiones vide apud *Suicerum* in *Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1174. Apud Græcos ἐπισκιάζειν etiam *officium maritale alicui præstare* notat. Cf. *de Rhoer. Ferias Daventr.* p. 57.

ΕΠΙΣΚΟΠΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *inspicio, speculor, lustro*, etiam *inviso, visito*, ex ἐπὶ et σκοπέω *specto, contemplor. Demosthen.* p. 932. 25. ed. *Reiske*: ἐπεσκοποῦμεν, εἴ τι ἐξαιροῦνται ποθεν ἐκ πλοίου. *Ælian.* V. H. XII, 21.

2. *curo, provideo, integritati alicujus rei prospicio, caveo*. Hebr. XII, 15. ἐπισκοποῦντες, μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος Θεοῦ curate et cavete diligenter, ne quis deficiat a religione Christiana. *Xenoph.* de Rep. Laced. II, 2. Hinc speciatim ἐπισκοπεῖν est: *munere episcopi fungi*. 1 Petr. V, 2. Sæpius non legitur in N. T. Vide *Lexicon. Xenophont.* s. h. v.

ΕΠΙΣΚΟΠῊ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *inspectio, visitatio*, ab ἐπισκοπέω *inspicio*.

2. *omne munus, quo aliquis fungitur, negotium, alicujus curæ demandatum*. Act. I, 20. καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος et munus ejus in alium transferatur. Ita פְּקֻדָּה, cui ἐπισκοπὴ in vers. Alex. haud raro respondet, sumitur Num. III, 32. IV, 16. Ps. CIX, 8.

3. speciatim: *omne munus publicum in ecclesia Christiana, munus doctoris Christiani*. 1 Tim. III, 1. εἴτις ἐπι-

σκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ si quis ad munus doctoris Christiani adspirat, præclarum munus desiderat.

4. *visitatio ad opem ferendam, manifestatio benignitatis, collatio beneficiorum.* Luc. XIX, 44. ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου propterea quod non recte uteris tempore, quo Deus tibi per me felicitatem offert. *Theophyl.* ad h. l. τῆς ἐπισκοπῆς σου, τουτέστι τῆς ἐμῆς παρουσίας, ὅτε ἦλθον ἐπισκέψασθαί σε καὶ σῶσαι. Ita פָּקוֹד Genes. L, 24. 25. Exod. III, 16. XIII, 19. quod Alexandrini per ἐπισκοπὴν reddiderunt.

5. *manifestatio iræ, vindicta, ultio pœnæ, visitatio ad pœnas inferendas.* Sic legitur in N. T. 1 Petr. II, 12. ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς tempore, quo Deus omnes adversarios Christianorum gravissimis pœnis afficiet, et ita se Christianis mirifice delectari palam declarabit. Iterum ad imitationem Hebraici פְּקֻדָּה, quod in hac significatione reperitur Ies. X, 3. Jerem. VIII, 12. X, 15. Sapient. XIX, 14. ἐπισκοπὴ ἔσται αὐτῶν. Sirac. XVIII, 20. 23. *Hesych.* ἐπισκοπή· ἐκδίκησις· *Theodoret.* ad Ies. X, 3. ἡμέραν ἐπισκοπῆς dicit esse τὸν τῆς τιμωρίας καιρόν. Ipsum verbum ἐπισκοπεῖν *ulcisci* notat, v. c. apud *Eurip.* Iphig. in Taur. v. 1414.

ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *inspector, speculator, explorator*, ab ἐπισκοπέω *inspicio*. *Suid.* ἐπίσκοποι· ἐπόπται, κατάσκοποι.

2. est nomen generale *omnium eorum, qui curam alicujus rei sustinent*, ut ita dicatur *quivis præfectus, antistes, cujus curæ administratio alicujus rei commissa est*, et respondeat Hebraicis פָּקִיד, Judd. IX, 28. Nehem. XI, 9. 14. פָּקוּד, Num. XXXI, 14. et מִפְקָד, 2 Paral. XXXIV, 12. 17. Æque late olim hæc vox patebat apud Græcos. Sic v. c. teste *Polluce*, certaminum moderatores, qui prospiciebant, ut omnia recte et ordine agerentur, ἐπίσκοποι ἀγώνων et ἐπιμεληταὶ vocabantur. Apud *Demosthenem* p. 421. 27. ed. *Reiske*: ἐπίσκοπος Minerva dicitur, urbem suam gubernans ac tuens. *Suida* teste, sub voce ἐπίσκοπος, (Vide quoque *Schol. Aristoph. Av.* 1023.) apud Athenienses ἐπίσκοποι appellati, οἱ εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ παρ' ἑκάστοις πεμπόμενοι qui mittebantur quotannis in urbes, imperio suo subjectas, ut, quid a quoque ageretur, viderent. *Joseph. A. J.* X, 4. 1. *Cic. ad Attic.* VII, 11. Militare adeo verbum fuit, quod *ducibus* exercituum æque ac regibus tribuebatur. *Homer. Il. ω'.* 729. *Hesych.* βασιλεύς. Cf. *Tob. Eckhardi Technicam Sacram* p. 67. Hinc in N. T.

3. *antistes summus et præcipuus doctor singulorum cœtuum Christianorum* dicitur ἐπίσκοπος, quia ejus curæ omnis salus Christianorum commissa erat, qui interdum etiam πρεσβύτερος vocabatur, observante *Theodoreto*, ad Philipp. I, 1. scribente: ἐπισκόπους τοὺς πρεσβυτέρους καλεῖ· ἀμφότερα γὰρ εἶχον κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τὰ ὀνόματα: quem etiam sequutus est *Œcumenius* ad locum eundem. Nam post apostolorum demum ætatem introductum est illud discrimen inter episcopos et presbyteros, et illi præ his majorem dignitatem obtinuerunt, ut recte docuit *Suicerus* in *Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1180. Act. XX, 28. Philipp. I, 1. 1 Tim. III, 2. Tit. I, 7.

4. κατ' ἐξοχήν Christus dicitur ὁ ἐπίσκοπος τῶν ψυχῶν ἡμῶν 1 Petr. II, 25. quatenus felicitatem cultorum suorum omni modo curat et promovet et perpetua felicitatis nostræ causa manebit. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΠΙΣΠΑ'Ω, ῶ, fut. ἀσω, et Medium ΕΠΙΣΠΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, *attraho* vel *attrahendum curo*, ab ἐπὶ et σπάω *traho*. *Demosthen.* p. 744. 9. ed. *Reiske*: ἐπισπασθέντος βρόχου. *Xenoph. Hist. Gr.* VI, 4. 36. Semel legitur in N. T. 1 Cor. VII, 18. μὴ ἐπισπάσθω, sc. τὴν ἀκροβυστίαν, ne attrahat præputium, seu, ne reficiat sibi præputium. *Vulgatus*: *ne adducat*, h. e. extendat præputium. Respicitur autem hac formula ad consuetudinem illorum

temporum, qua Christiani e Judæis, quod ipsos puderet Judaismi et ne riderentur a gentilibus, in balneis publicis cum lavarentur, artificio sibi reficiebant præputium, ut cutis ferro, (quod ideo σπασθητὴς dicebatur, *Epiphanio* teste) opera chirurgi adducta, glandem iterum operiret, ut testatur *Celsus* de Medic. VII, 25. Sed jam ante tempora apostolorum constat, Judæos, tempore persecutionis metu adductos, cuticulam attraxisse, ne a persecutoribus agnoscerentur. 1 Macc. I, 15. ad quem locum vide *Grotium*. *Joseph. A. J.* XII, 5. 1. Hebræi tales vocabant מְשׁוּכִים, ut docuit *Buxtorf.* in Lex. Talmud. p. 1274. Omnino de hac re videndus est *Stephanus le Moyne* ad Var. Sacra p. 766. *Bartholinus* de Morbis Biblicis c. 26. et *Wedelius Exercitatt. Med. Philol.* Cent. I. Dec. V. Extat etiam in *Schoettgenii* Horis Hebr. et Talmud. Tom. I, p. 1159. peculiaris Diss. *Groddeckii* de Judæis præputium attrahentibus. Alios scriptores excitavit *Fabricius* in Bibliographia Antiquaria p. 382. Cæterum respexit ad h. l. *Hesychius* glossa: μὴ ἐπισπάσθω· μὴ ἑλκυέτω τὸ δέρμα.

ΕΠΙΣΤΑΜΑΙ, 1. *scio, peritus sum, cognitionem habeo de rebus.* Act. X, 28. XV, 7. XVIII, 25. XIX, 25. XX, 18. XXII, 19. XXIV, 10. XXVI, 26. 1 Tim. VI, 4. Hebr. XI, 8. Jacob. IV, 14. Jud. v. 10. Construitur cum accusativo rei aut personæ, interdum cum genitivo et præpos. περὶ, interdum sequitur ὅτι, interdum subjiciuntur particulæ interrogativæ τί, ὡς, πῶς, interdum pro infinitivo adsciscit participium.

2. *intelligo.* Marc. XIV, 68. οὐκ οἶδα, οὐδὲ ἐπίσταμαι, τί σὺ λέγεις non capio sensum verborum tuorum, nostrum: ich weiss nicht, was du damit sagen willst *I know not what thou meanest by that.*

3. *novi*, de personis. Act. XIX, 15. τὸν Ἰησοῦν γινώσκω καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι. *Phavor.* ἐπίσταμαι· γινώσκω. *Hesych.* ἐπίσταμαι· δύναμαι, (*Schol. Aristoph.* ad Aves v. 1432. σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι, τουτέστι οὐ δύναμαι.) οἶδα.

ΕΠΙΣΤΑΤΗΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *quilibet præfectus, curator, qui præest negotio, maxime publico,* ὁ ἐν τοῖς κοινοῖς ἐφεστηκὼς πράγματι ᾧτινι οὖν secundum *Suidam* et *Harpocrat.* Derivatur ab ἐπίσταμαι *scio* vel ab ἐφίστημι *præficio* et in vers. Alex. adhibetur pro Hebr. פָּקִיד *præfectus*, 2 Regg. XXV, 19. Jerem. XXIX, 26. מְמֻנֶּה, 2 Chron. II, 1. רוֹדֶה, 1 Regg. V, 16. נוֹגֵשׂ *exactor*, Exod. V, 14. שַׂר *princeps*, Exod. I, 11. et נָגִיד *antistes, dux*, 2 Chron. XXXI, 12. Apud exteros Scriptores ita vocantur *magistratus*, (*Aristot.* Polit. IV, c. 15.) *certaminibus gymnicis præfecti*, (apud *Xenoph.* de Rep. Laced. c. 8. §. 4. ἐπιστάται ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν) *duces et præfecti militiæ.* (*Xenoph.* Anab. II, 3. 7. Adde *Xenoph.* Mem. I, 1. 18. ubi videndus *Ernesti*, et 3 Esdr. I, 8.) Sed deinde, ut vox Latina *magister*, quæ etiam proprie *præfectum* notat, et Hebraicum רַבִּי,

2. *magistrum, doctorem, præceptorem* significat, quemadmodum etiam apud Græcos Scriptores ἐφιστάναι τινὰ est: *instruere et docere aliquem*, ut *Krebsius* docuit ad *Plutarchum* de Audiendis Poëtis c. 3. p. 136. Solus *Lucas* hoc nomine usus est, pro quo alii evangelistæ habent ῥαββεί, V, 5. ubi pro ἐπιστάτα in quibusdam codicibus διδάσκαλε legitur e glossemate. ib. VIII, 24. ἐπιστάτα, ἐπιστάτα. *Syrus:* ܡܪܢ ܡܪܢ *magister noster, magister noster.* Ibidem 45. IX, 33. 49. XVII, 13. Sæpius non legitur in N. T. Loca e *Diod. Sic.* huc pertinentia attulit *Münthe* in Obss. Philol. p. 142. Alia dedit *Kypke* in Obss. Sacr. T. I. p. 228. Nec ignotam fuisse Scriptoribus Græcis hanc significationem, ut *Heumannus* asserebat, clarissime do-

cent testimonia *Thomæ M.* sub voce διδάσκαλος et *Hesychii*, ita scribentis: ἐπιστάτης· ἐφέτης ἢ ἐπαίτης, ἀπὸ τοῦ ἐφίστασθαι, ἢ ἐπίτροπος ἢ διδάσκαλος, καὶ ὁ τακτικὸς καὶ ὁ βραβευτὴς καὶ ἄρχων τις Ἀθήνησι καὶ ὁ ἐφεστηκώς. *Etym. M.* ἐπιστάται — πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ διδασκάλου λαμβάνεται ἡ λέξις, et Μαγίστερ· διδάσκαλε, ἐπιστάτα. *Eustath. in Od.* ϱ'. p. 641. 40. οἱ δὲ παλαιοὶ τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ παιδαγωγοῦ καὶ παιδοτρίβου οἴδασι τεθεῖσθαι — καὶ γυμνασίου δὲ φασὶν ἐπιστάτης, ὁ ἐπιμελητὴς κ. τ. λ.

ΕΠΙΣΤΕΛΛΩ, fut. ελῶ, tripliciter usurpatur apud Græcos, de *iis, qui aliquid mandant coram, Xenoph.* Cyrop. IV, 5. 12. V, 5. 13. unde ἐπιστολὴ *mandatum, quod coram datur alicui.* ibid. V, 5. 2. *Aristoph.* Nub. v. 608. — de *iis, qui alios aliquid facere jubent nuncio misso. Xenoph.* Cyrop. V, 5. 1. — de *iis* denique, *qui litteras ad aliquem mittunt, aliquem jubent per litteras aliquid facere, Xenoph.* Hist. Gr. III, c. 1. 1. *Ælian. V. H.* II, c. 5. *mitto epistolam, scribo;* in qua significatione solum apud Scriptores N. T. reperitur, Act. XV, 20. ἀλλ' ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς sed præcipiendum ipsis est per litteras. ibid. XXI, 25. περὶ δὲ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν ἡμεῖς ἐπεστείλαμεν de Christianis vero e gentilibus per litteras præcepimus. Hebr. XIII, 22. διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν brevibus vobis scripsi. Sæpius non legitur in N. T. *Suid.* ἐπιστέλλεται· ἐντέλλεται, ὑποτίθεται. Etiam apud Latinos *mittere* interdum simpliciter esse, *scribere epistolam, mittere, Cortius* docuit ad *Sallustii* Bellum Catilin. c. 42. Omnino de hac voce legendus est præter *Lexicon Xenophonteum* s. h. v. *Perizonius* ad *Ælian.* V. H. IV, 18. et *Krebs. Obss. Flav.* p. 226.

ΕΠΙΣΤΗΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *sciens, peritus, scientia præditus, peritiæ laude conspicuus, qui non solum multa novit, sed et alios ea docere potest,* ab ἐπίσταμαι *peritus sum, scio.* Speciatim vero ita dicitur *prudens, qui vitam suam recte sapienterque moderari didicit.* Sic semel legitur in N. T. Jacob. III, 13. τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; In versione Alex. respondet Hebraico נָבוֹן Deut. I, 13. IV, 6. Ies. V, 21. Sirac. XL, 29. 3 Esdr. VIII, 47. *Xenoph. Œcon.* 21. 5. Cyrop. III, 3. 7. *Hesych.* ἐπιστήμων· σοφός. *Suid.* ἐπιστήμονος· τοῦ ἐμπείρου.

ΕΠΙΣΤΗΡΙΖΩ, fut. ίξω, 1. proprie: *stabilio, firmum aliquid reddo et statuo, ne vacillet, nec cadat,* ex ἐπὶ et στηρίζω *stabilio, firmiter statuo.* Hinc ἐπιστηρίζομαι *innitor alicui rei.* Alex. 2 Sam. I, 6. Σαοὺλ ἐπεστήριχτο ἐπὶ τὸ δόρυ αὐτοῦ.

2. metaphorice: *confirmo, constantem reddo.* Act. XIV, 22. ἐπιστηρίζοντες τὰς ψυχὰς τῶν μαθητῶν confirmantes animos Christianorum. ibid. XV, 32. καὶ ἐπεστήριξαν et confirmarunt eos in hac suscepta religione. ibid. v. 41. ἐπιστηρίζων τὰς ἐκκλησίας. ibid. XVIII, 23. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *epistola, litteræ, quæ ad aliquem mittuntur,* a perf. med. ἔπεσταλα, verbi ἐπιστέλλω *mitto, scribo.* Act. XV, 30. ἐπέδωκαν τὴν ἐπιστολήν. ib. XXIII, 25. γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον scripsit epistolam in hanc sententiam. Rom. XVI, 22. ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν amanuensis meus, qui hanc epistolam scripsit. 2 Cor. X, 10. αἱ μὲν ἐπιστολαὶ βαρεῖαι καὶ ἰσχυραί, ubi ἐπιστολαὶ pro *una epistola,* priore illa nempe ad Corinthios, posuisse plerisque videtur Paulus, ex usu loquendi, nec Græcis insolente, ut docuit *Abresch.* Dilucidd. Thucyd. p. 134. sed nulla plane necessitate cogente.

2. *litteræ continentes summam potestatem,* eine schriftliche Vollmacht, Beglaubigungs-Schreiben *a written warrant, power of credence.* Act. IX, 2. ᾐτήσατο παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὰς εἰς Δαμασκόν. ibid. XXII, 5.

3. *litteræ commendatitiæ,* ἐπιστολὴ συστατική. Sic metaphorice Corinthii, a Paulo ad religionem Christianam conversi, vocantur 2 Cor. III, 2. ἡ

ἐπιστολὴ (sc. συστατικὴ, coll. v. l.) ἡμῶν ὑμεῖς ἔστε vos estis mihi instar epistolæ commendatitiæ, seu, vos discipuli mei mihi summæ laudi estis. ibid. v. 3. Corinthii ἐπιστολὴ Χριστοῦ vocantur, h. e. cœtus ad Christum adductus Pauli ministerio.

ΕΠΙΣΤΟΜΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie: *os obturo et quasi epistomio occludo, frenis ore immissis contineo et coërceo.* Verbum proprium de aurigis et sessoribus, qui jumentorum furorem frenis compescunt, ex ἐπὶ et στόμα os. *Hesych.* ἐπιστομίζων· φιμοῶν. Hinc ἐπιστόμισμα *frenum.* Hinc

2. metaphorice: *coërceo, ad silentium redigo, refello, ita, ut obmutescendum sit.* Sic semel tantum legitur in N. T. Tit. I, 11. οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν, h. e. interprete *Theophylacto:* ἐλέγχειν σφοδρῶς ὥστε ἀποκλείειν αὐτοῖς τὰ στόματα. *Demosthen.* p. 85. 4. ed. *Reiske:* ἐπιστομιεῖν τοὺς αὐτῷ ἀντιλέγοντας. *Hesych.* ἐπιστομίζων· ἐλέγχων. *Schol. Aristoph.* Equit. v. 480. ἐπιστομίζειν· κατασιγάζειν. Conf. de hac voce *Hemsterhusium* ad *Aristoph.* Plut. p. 193. *Wetstenii* N. T. T. II. p. 370. et *Krebs. Obss. Flav.* p. 367.

ΕΠΙΣΤΡΕ'ΦΩ, fut. έψω, et transitive et intransitive usurpatur. Transitive si sumitur,

1. proprie est: *inverto, converto alterum, redire facio,* ex ἐπὶ et στρέφω *verto.* 2 Sam. XIX, 12. cur estis ultimi τοῦ ἐπιστρέψαι τὸν βασιλέα; Vide *Lexicon Xenophonteum* s. h. v. Hinc

2. *errantem in viam reduco, ad officium reduco,* (quo sensu etiam apud Græcos occurrere, docuit *Krebsius* ad *Plutarchum* de Audiendis Poëtis c. 4. p. 158.) et speciatim: *avoco animum alicujus a pravitate ad honestatem, ad Deum ejusque cultum.* Luc. I, 16. καὶ πολλοὺς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπιστρέψει ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν et multos Israëlitas ad verum cultum Dei reducet. Act. XXVI, 18. τοῦ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς reducere a vitiositate ad virtutem. Jacob. V, 19. ἐάν τις ἐν ὑμῖν πλανηθῇ ἀπὸ τῆς ἀληθείας καὶ ἐπιστρέψῃ τις αὐτόν. ibid. v. 20. ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ. Intransitive si accipitur, omisso ἑμαυτὸν, significat

3. *converto me ad aliquid.* Act. XVI, 18. καὶ ἐπιστρέψας τῷ πνεύματι εἶπε Paulus se convertens, ad spiritum dixit. Apoc. I, 12. Zach. V, 1.

4. *pedem refero, redeo, revertor.* Genes. XLIV, 13. Deut. XX, 5. Luc. II, 20. καὶ ἐπέστρεψαν οἱ ποιμένες δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες Θεὸν et redierunt pastores, laudantes et celebrantes Deum; ubi in haud paucis codd. ὑπέστρεψαν e glossemate legitur. ibid. XVII, 4. καὶ ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἐπιστρέψῃ ac septies eodem die rediens. Matth. XXIV, 18. Marc. XIII, 16.

5. metaphorice: *resipisco, redeo ad me, in rectam viam reducor, avoco animum meum a pravitate ad honestatem et verum Dei cultum.* Luc. XXII, 32. καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας ubi agnoveris facti tui atrocitatem. Matth. XIII, 15. καὶ ἐπιστρέψωσιν, sc. ἐπὶ τὸν Κύριον, seu Θεὸν, quod additur Act. XI, 21. ubi ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Κύριον significat: *religionem Christianam amplecti.* Act. III, 19. IX, 35. XIV, 15. 2 Cor. III, 16. 1 Thess. I, 9. etc.

6. Passivum ἐπιστρέφομαι *converto me ad aliquem,* seu *ad aliquid.* Matth. IX, 22. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπιστραφεὶς καὶ ἰδὼν αὐτὴν tum Jesus se ad illam convertens. Marc. V, 30. ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ, pro ἐπὶ τὸν ὄχλον. ibid. VIII, 33. Joh. XXI, 20.

7. *me converto, pedem refero, redeo, revertor,* et metaphorice: *iterum animum applico ad aliquid,* plane ut activum ἐπιστρέφω Galat. IV, 9. 2 Petr. II, 21. 22. 1 Petr. II, 25. ἀλλ' ἐπεστράφητε νῦν ἐπὶ τὸν ποιμένα nunc redistis ad pastorem. Amos. IV, 8. οὐκ ἐπεστράφητε πρός με. De *iis, ad se et sanam mentem redeunt* legitur apud *Demosthenem* p. 133. 24. ed. *Reiske:* οὐδ' ἐπεστράφητε ἐπ' οὐδενὶ τούτων.

8. aliis verbis additum adverbialiter ponitur, v. c. Act. XV, 36. ἐπιστρέψαντες δὲ ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς iterum invisamus fratres nostros.

9. Formula ἐπιστρέφειν καρδίαν τινὸς ἐπὶ τινὰ significat: *animum alicujus propensum facere alicui et propitium, conciliare alicui alicujus favorem et gratiam.* Luc. I, 17. ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ut amorem parentum conciliet filiis. Esdr. VI, 22. ἐπέστρεψε καρδίαν βασιλέως Ἀσσοὺρ ἐπ' αὐτούς. Sirac. XLVIII, 10. ἐπιστρέψαι καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱόν. Confer *Thom. M.* Eclogas p. 355. sub ἐπιστρέφομαι. *Phavor.* ἐπιστρέφω λέγεται μὲν καὶ τὸ ἐπισπῶμαι καὶ ἐφέλκομαι εἰς ἑαυτὸν, ἤτοι διὰ χαρίτων τινῶν ἢ καὶ πιθανῶν λόγων εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφω. λέγεται δὲ κοινῶς ἐπιστρέφω, καὶ τὸ ἀνακαλοῦμαι καὶ διορθοῦμαί τινα παρὰ τὸ δέον ποιοῦντα ἢ λέγοντα, οἷον ὁ δεῖνα τὸν δεῖνα πολλὰ πρὸς ἀρετὴν συντείνοντα παραινέσας ἐπέστρεψεν, ἀντὶ τοῦ διωρθώσατο.

ΕΠΙΣΤΡΟΦΗ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *conversio, reditus.* Est verbale a perf. med. ἐπέστροφα, verbi ἐπιστρέφω. De *reditu* usurpatur Ezech. XLVII, 7. ἐν τῇ ἐπιστροφῇ μου, Hebr. בְּשׁוּבָנִי.

2. metaphorice: *cura, attentio, applicatio animi ad aliquid,* maxime *ad res bonas et divinas, cura rerum meliorum.* Sic semel de conversione ad religionem Christianam simpliciter positum occurrit in N. T. Act. XV, 3. ἐκδιηγούμενοι τὴν ἐπιστροφὴν τῶν ἐθνῶν quam multi gentilium Christiani facti essent, enarrantes. *Hesych.* ἐπιστροφαί· διατριβαί, δίαιται. De *attentione mentis et cura* legitur etiam apud *Demosthenem* p. 158. 24. edit. *Reiske:* οὐδεμίαν ἐποιήσασθε ἐπιστροφήν. *Epictet.* c. 63. περὶ δὲ τὴν γνώμην ἡ πᾶσα ἔστω ἐπιστροφή. *Xenoph. Hist. Gr.* V, 2. 9. *Suidas* in v. ἐπιστροφῆς· λέγεται δὲ ἡ ἐπιστροφὴ καὶ ἡ φροντὶς.

ΕΠΙΣΥΝΑΓΩ, fut. άξω, *colligo, congrego, cogo in eundem locum, ad eundem cœtum conduco,* ex ἐπὶ et συνάγω. Matth. XXIII, 37. ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς; quoties incolas tuos ad cœtum civium meorum conducere volui, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas? Luc. XIII, 34. Matth. XXIV, 31. καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ et congregabunt veros Christi cultores. Marc. XIII, 27.—Passivum ἐπισυνάγομαι *congrego me, confluo, convenio ad aliquem locum, coëo.* Marc. I, 33. ἡ πόλις ὅλη ἐπισυνηγμένη ἦν πρὸς τὴν θύραν et omnes fere incolæ urbis congregati erant ad ostium. Luc. XII, 1. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico קָהַל, 2 Chron. XX, 26. כָּנַס, Psalm. CXLVII, 2. קָבַץ, 1 Regg. XVIII, 20. et אָסַף, Ies. LII, 12. etc. *Polyb.* I, c. 75. 2. V, 95. 7. et *Plutarch.* T. IX, p. 540. ed. *Reiske.*

ΕΠΙΣΥΝΑΓΩΓΗ, ῆς, ἡ, non differt a vocabulo συναγωγὴ et

1. *congregationem, collectionem in unum locum vel cœtum,* in significatione activa significat, (a præcedente ἐπισυνάγω.) 2 Thess. II, 1. καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτὸν quo tempore etiam ad Christum congregabimur.

2. *conventus quilibet, maxime conventus sacer.* Hebr. X, 25. μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν ne subducatis vos conventibus sacris Christianorum. Confer *Henr. Scholzii* Disquis. *de genuina vocis* ἐπισυναγωγὴ *ad Hebræos* X, 25. *notione,* in *Nova Bibl. Lubec.* Vol. I. p. 54. et *C. G. Haubold de voce* ἐπισυναγωγῆς *ad Hebr. l. l.* Lips. 1779. 4. Sæpius non legitur in N. T. Nuspiam Alexandrini hac voce usi fuerunt, sed legitur 2 Macc. II, 7. ἕως ἂν συναγάγῃ ὁ Θεὸς ἐπισυναγωγὴν τοῦ λαοῦ. Ib. v. 13. 14. 18. et IV, 39. *Phavor.* ἐπισυναγωγήν· τὴν συμφωνίαν ἐκάλεσεν ὁ Ἀπόστολος, ex *Theodorēto* ad Hebr. X, 25.

ΕΠΙΣΥΝΤΡΕΧΩ, *simul curro et accurro, concurro,* ex ἐπὶ, σὺν et τρέχω *curro.* Semel legitur in N. T. Marc. IX, 25. ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐπισυντρέχει ὁ λαὸς, *Vulgatus: et cum vidisset Jesus concurrentem turbam.*

ΕΠΙΣΤΑΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie est: *congregatio multorum eodem loco, concursus, coitio,* item *agmen, cœtus, ab* ἐπισυνίσταμαι *convenio, coëo:*

2. *confluxus multitudinis tumultuantis, coitio factiosa, qua plures in aliquem insurgunt et incurrunt*, i. q. συστροφὴ, quam significationem etiam ἐπισυνίσταμαι habet apud Alex. Num. XIV, 35. coll. XVI, 19. Act. XXIV, 12. ἢ ἐπισύστασιν ποιοῦντα ὄχλου, *Vulgatus: aut concursum turbæ facientem*, reddidit, ex usu linguæ Latinæ: conf. *Gronov.* ad *Justin.* II, 7. Num. XXVI, 9. ἐν τῇ ἐπισυστάσει Κυρίου, pro בְּהַצֹּתָם עַל־יְהוָה 3 Esdr. V, 70. ἐπιζουλὰς καὶ δημαγωγίας καὶ ἐπισυστάσεις ποιούμενοι. *Sext. Empir. Ethic.* 127. *Josephus* contra Apionem I, 20. quæ omnia loca inserenda sunt Thesauro Ling. Gr. a *Stephano* collecto, qui nulla auctoritate hanc vocem paulo rariorem stabilivit. Vid. *Lamb. Bos.* Anim. ad Scriptores Græcos p. 117. *Codex Coislin.* XXVI. apud *Albertum* Gloss. Gr. p. 216. et *Wetstenii* N. T. T. II. p. 209.

3. *strepitus eorum, qui confluunt ad aliquem et aliquem adeunt, distractio et perturbatio ex multitudine adeuntium et sollicitantium orta, familiaris et amica incursio cum temporis dispendio et animi perturbatione conjuncta*, quam nos: Ueberlaufen, Anlaufen *to importune* dicimus, et *Cicero* (Or. p. Archia c. 6.) *quotidianos hominum impetus* dixit. 2 Cor. XI, 28. ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν quotidianæ perturbationes, ex multitudine adeuntium ortæ. *Syrus* sensum loci non assecutus esse videtur, reddens: ܘܟܢܫܝܬܐ ܕܥܡܡ̈ܐ ܕܝܘܡ̈ܐ *et congregatio, quæ est quotidiana contra me.* Melius *Lutherus*: Dass ich täglich werde angelaufen *that I am daily assailed with.* Confer LXX. Num. XXVI, 9. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΠΙΣΦΑΛΗ῾Σ, ές, ὁ, ἡ, ἐς, τὸ, 1. proprie: *qui facile labefactari potest, supplantari et everti, lubricus, instabilis*, ex ἐπὶ et σφάλλω *supplanto, everto, labefacto.* Opponitur τῷ ἀσφαλής. Hinc

2. metaphorice: *periculosus, parum tutus, damnosus.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXVII, 9. ὄντος ἤδη ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοὸς cum esset jam periculosa navigatio. *Vulgatus: cum jam non esset tuta navigatio.* Sapient. IX, 14. ἐπισφαλεῖς αἱ διάνοιαι αὐτῶν. *Polyb.* I, 11, 10. et II, 28, 6. *Plutarch.* T. II. *Opp.* p. 587. ed. *Reiske. Hesych.* ἐπισφαλής· βλαβερὸς, ἐπικίνδυνος.

ΕΠΙΣΧΥ῾Ω, fut. ύσω, 1. proprie active: *robur addo, validum reddo, corroboro*, ex ἐπὶ et ἰσχύω *possum, valeo. Xenoph. Œcon.* XI, 13.

2. intransitive: *vires sumo, invalesco, prævaleo.* Sirac. XXIX, 1. ἐπισχύων τῇ χειρὶ αὐτοῦ. 1 Macc. VI, 6. ἐπίσχυσαν ὅπλοις καὶ δυνάμει.

3. *persevero, vehementer insto, urgeo* et *contendo.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XXIII, 5. οἱ δὲ ἐπίσχυον, λέγοντες at illi vehementer instabant clamoribus.

ΕΠΙΣΩΡΕΥ῾Ω, fut. εύσω, 1. proprie: *in cumulum congero, coaggero, cumulo, acervatim aggero*, quibus verbis in *Glossariis* explicatur, ex ἐπὶ et σωρεύω *coacervo*, quod a σωρὸς *acervus, cumulus. Plutarch.* T. II. p. 770. ed. *Reiske.*

2. metaphorice: *comparo mihi aliquid et concilio*, adjuncta simul multitudinis notione. Sic semel legitur in N. T. 2 Tim. IV, 3. κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους secundum cupiditates suas eligent sibi et sectabuntur multos doctores; ad quem locum *Theophylactus*: τὸ ἀδιάκριτον πλῆθος τῶν διδασκάλων διὰ τοῦ ἐπισωρεύσουσιν ἐδήλωσε, καὶ διὰ τοῦ ὑπὸ τῶν λαῶν χειροτονεῖσθαι. Idem fere *Œcumenius* tradit. *Chrysost.* Ep. 97. οἱ μυρίαν κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς ἐπισωρεύοντες κύλασιν. *Plutarch.* T. IX, p. 298. ed. *Reiske.*

ΕΠΙΤΑΓΗ῾, ῆς, ἡ, 1. proprie: *constitutio, ordinatio, dispositio*, ab ἐπιτάσσω *colloco*, seu *dispono.*

2. *mandatum, præceptum, imperium.* Rom. XVI, 26. κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ ex mandato Dei æterni. 1 Cor. VII, 6. οὐ κατ' ἐπιταγὴν non ex imperio hoc dico. Opponitur κατὰ συγ-

γνώμην. ibid. v. 25. 2 Cor. VIII, 8. 1 Tim. I, 1. κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ, i. q. κατὰ τὸ θέλημα Θεοῦ, coll. 1 Cor. I, 1. Tit. I, 3. II, 15. καὶ ἔλεγχε μετὰ πάσης ἐπιταγῆς et redargue eos severe et graviter. Sæpius non legitur in N. T. *Polyb.* XIII, 4. 3. XXI, 4. 1.

ΕΠΙΤΑ΄ΣΣΩ, vel ΕΠΙΤΑ΄ΤΤΩ, fut. άξω, 1. proprie: *ordino, dispono, colloco, constituo,* ex ἐπὶ et τάσσω, vel τάττω, *ordino.* Verbum in re militari proprium de militibus, qui post priorem aciem collocantur. *Xenoph. Hist. Gr.* I, 6. 21. *Hesych.* ἐπετέτακτο, ἐν τάξει ἢ ὄπισθεν ἠκολούθει. ubi vid. *Alberti. Polyb.* I, 21. 12. 1 Macc. IV, 61. ἐπέταξεν ἐκεῖ δύναμιν. ibid. VI, 50.

2. *præcipio, impero, mando, jubeo.* Marc. I, 27. τοῖς πνεύμασι ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει. ibid. VI, 27. 39. IX, 25. ἐγὼ σοὶ ἐπιτάσσω. Luc. IV, 36. VIII, 25. 31. XIV, 22. Act. XXIII, 2. Philem. v. 8. Construitur cum accusativo rei et dativo personæ vel cum infinitivo, v. c. Marc. VI, 27. 39. *Ælian. V. H.* XIV, 39. *Xenoph. Hist. Gr.* I, 7, 10. Respondet Hebraico צָוָה, Genes. XLIX, 33. Esther. III, 12. *Thom. M.* p. 356. ἐπίταγμα κάλλιον ἢ πρόσταγμα, καὶ ἐπιτάττω ἢ προστάττω. *Hesych.* ἐπέταξεν· ἐνετείλατο.

ΕΠΙΤΕΛΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *ad finem perduco, perficio, absolvo,* ex ἐπὶ et τελέω *finio, absolvo.* Rom. XV, 28. τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας hac re perfecta, seu hoc negotio postquam perfunctus fuero. 2 Cor. VIII, 6. οὕτω καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην ita etiam defungeretur negotio jam instituto colligendi eleemosynas. ibid. v. 11. Galat. III, 3. ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε. (Ἐπιτελεῖσθαι hic, ut alibi ἐνεργεῖσθαι, est passivum voce, sensu activum, more attico, ut bene monuit ad h. l. *Grotius.*) Eodem modo τῷ ἐνάρχεσθαι opponitur ἐπιτελεῖν Phil. I, 6. *Æschin. Socr.* Dial. II, 23. τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου ἐπετελεσάτην. *Xenoph. Cyrop.* III, 3. 1. In vers. Alex. respondet Hebr. כָּלָה, 1 Sam. III, 12. et עָצַע, Zach. IV, 9.

2. i. q. ποιέω *facio, præsto aliquid, studeo alicui rei.* Luc. XIII, 32. ἰάσεις ἐπιτελεῖν *sanare, mederi.* 2 Cor. VII, 1. ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Κυρίου studeamus, seu operam dabimus sanctitati et reverentiæ erga Deum. Hebr. VIII, 5. μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνὴν cum exstruere vellet tabernaculum fœderis. ibid. IX, 6. τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες sacra facientes; ubi eleganter hac voce Paulus usus est, nam proprie adhibetur de ritibus sacris, maxime apud *Herodotum,* ut *Raphelius* ad h. l. docuit. *Ælian. V. H.* XII, 61. καὶ καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπετέλουν αὐτῷ et quotannis sacra illi faciebant. *Herodot.* II, 37. θρησκείας μυρίας ἐπιτελέουσι. IV, 26. θυσίας ἐπιτελέοντες. *Philo de Somn.* p. 653. 15. ἐπιτελεῖν λειτουργίας. *Herodian.* I, 5. 4. θυσίας ἐπετέλει, ubi vide *Irmischium* p. 141. In notione *ædificandi* legitur. 3 Esdr. VI, 4. Pro פָּעַל *operatus est,* legitur in vers. Alex. Num. XXIII, 23.

3. ἐπιτελεῖσθαι *accidere, evenire.* 1 Petr. V, 9. εἰδότες τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ἐν κόσμῳ ὑμῶν ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι cogitantes easdem afflictiones fratribus vestris per omnem terrarum orbem evenire, s. accidere. *Xenoph.* Mem. IV, 8. 8. ἴσως ἀναγκαῖον ἔσται τὰ τοῦ γήρως ἐπιτελεῖσθαι fortasse necessarium erit ea evenire, quæ senectuti accidunt.

ΕΠΙΤΗ΄ΔΕΙΟΣ, εια, ον, 1. apud Græcos Scriptores *aptum, idoneum, commodum, opportunum* notat, ab ἐπιτηδής, έος, *aptus, idoneus.* Sapient. IV, 5. εἰς οὐδὲν ἐπιτήδειος. 1 Macc. IV, 46. ἐν τόπῳ ἐπιτηδείῳ. *Thucyd.* VIII, 68. *Philostrat. Vit. Apoll.* VIII, 14. *Pollux Onom.* V, 136. *Hesych.* ἐπιτήδειον· ἕτοιμον, ὠφέλιμον.

2. *necessarius,* et τὰ ἐπιτήδεια *ea, quæ sunt ad vivendum necessaria, victus, commeatus. Gloss.* ἐπιτήδειον· ἀναγκαῖον. Legitur in N. T. tantum Jacob. II, 16. μὴ δῶτε δὲ αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος non autem dederitis, quæ sunt corpori tegendo et

alendo necessaria. *Theophr. Char.* V. et XII. *Xenoph.* Œcon. III, 8. Hist. Gr. II, 4. 19. *Æschin. Socr.* Dial. III, 11. *Suid.* τὰ ἐπιτήδεια· τὰ πρὸς τροφὴν ἁρμόδια. *Pollux Onom.* I. s. 168. ἐδουλώθησαν ἐνδείᾳ ἐπιτηδείων — δίψει, λιμῷ. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 667.

ἘΠΙΤΙΘΗΜΙ, fut. θήσω, 1. proprie: *impono*, sive *ad ferendum*, sive *ad sustinendum*, sive *ad exsequendum et observandum*. Etiam de *impositione nominis* dicitur. Matth. XXIII, 4. καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων et hominibus observanda injungunt. (*Herodian.* IV, 7. 12. *Theophr. Char.* II.) ibid. XXVII, 29. ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ coronam imponunt capiti ejus. Marc. IV, 21. οὐχ ἵνα ἐπὶ τὴν λυχνίαν ἐπιτεθῇ; nonne, ut super candelabrum ponatur? Act. XV, 10. 28. μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι βάρος ne quid oneris vobis imponatur. Marc. III, 16. καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον. ib. v. 17. Inprimis vero in N. T. usurpatur de *impositione manuum* a *Christo* et *apostolis* usitata, quæ obtigit *ægrotis* et *infirmis* ad illos sanitati restituendos, Matth. IX, 18. Marc. V, 23. Luc. IV, 40. Act. XXVIII, 8. etc. *recens baptizatis*, ut acciperent Spiritum S. Act. VIII, 17. XIX, 6. *infantibus*, ad illis benedicendum, denique *recens designatis ministris ecclesiæ* ordinandis ad munus sacrum Act. VI, 6. 1 Tim. V, 22. 2 Sam. XIII, 19.

2. *infligo.* Luc. X, 30. καὶ πληγὰς ἐπιθέντες et inflictis plagis et vulneribus. Act. XVI, 23. πολλὰς δὲ ἐπιθέντες αὐτοῖς πληγὰς et multum eos cæsos. *Theodoret.* H. E. III, 7. ἐπιθέντες τὰς μάστιγας. Eodem modo *imponere* usurpatur de *vulneribus*, v. c. apud *Cic. de Fin.* IV, 24. et de *plagis* apud *Valer. Max.* IX, 10. *Cic. pro Sextio* 19.

3. *addo, adjicio.* Apoc. XXII, 18. ἐάν τις ἐπιθῇ ἐπ' αὐτά, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ' αὐτὸν τὰς πληγάς, *Vulgatus: si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas.*

4. *do, trado, distribuo.* Matth. XXVII, 29. ἐπέθηκαν κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ et arundinem dederunt ad manum dextram. Act. XXVIII, 10. ἐπέθεντο τὰ πρὸς χρείαν suppeditarunt necessaria. *Thom. M.* p. 333. ἐπέθηκα τὴν ἐπιστολήν, ἀντὶ τοῦ παρέδωκα κ. τ. λ. *Herodot.* III, 42.

5. ἐπιτίθεμαι vel simpliciter positum, vel addita voce χεῖρας, *aggredior, adorior, invado aliquem*, vel *vi aperta*, vel *insidiis.* Act. XVIII, 10. καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι et nemo te adorietur. Eodem modo ἐπιτίθεσθαι apud *Palæphatum* 41. *Xenoph. Hist. Gr.* II, 4. 11. *Diodor. Sic.* XVII, 86. *Ælian. V. H.* III, 19. *Aristoph. Vesp.* 1019. et aliis multis locis usurpatur, quæ collegit *Bielius* in Thesauro Philologico s. h. v. et *Krebs. Obss. Flav.* p. 234. Vide et *Valckenar.* ad *Herodot.* III, 76. *Hesych.* ἐπέθεντο· ἀντέκειντο. Συνεπιτίθεσθαί τινι pro *simul adoriri* seu *invadere aliquem* legitur apud Alex. Ps. III, 6. Cæterum etiam in vers. Alex. construitur hæc vox mox cum ἐπί, v. c. Judd. IX, 48. ἐπέθηκεν αὐτὸ ἐπὶ τοὺς ὤμους, mox cum dativo, 2 Regg. XI, 16. ἐπέθηκαν αὐτῇ χεῖρας.

ἘΠΙΤΙΜΆΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *pretium rei augeo. Suid.* ἐπετίμα· ἐπηύξει τὴν τιμήν. *Demosthen.* p. 918. 22. ed. *Reiske:* ὁ οἶτος ἐπετιμήθη. item *mulctam impono*, unde ἐπιτιμία *mulcta, pœna. Joseph. A. J.* XVIII, 4. 6. καὶ τιμωρίας ἐπετίμα τοῖς ἁλοῦσιν. *Dio* XXXVIII, p. 78. ἐκείνῳ ἡ φυγὴ ἐπετιμήθη. *Hesych.* ἐπιτιμᾷ· τιμωρεῖται, ἢ τὴν τιμὴν αὔξει.—ἐπετιμήσατο· τιμωρίαν ἐπέθηκεν.

2. *reprehendo, objurgo, increpo, exprobo. Pollux* Onom. IX, c. 8. p. 1123. ed. *Hemsterhus.* Luc. XXIII, 40. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἕτερος ἐπετίμα αὐτῷ et alter exprobravit ei hæc convicia 2 Tim. IV, 2. Sic et legitur apud *Thucyd.* IV, c. 27. *Ælian. V. H.* XI, 9. Conf. *Valckenar.* ad *Ammonium* p. 107. qui docuit, hanc notionem Atticis perquam familiarem esse.

3. *additis minis præcipio, interminor, interdico.* Matth. XII, 16. καὶ

ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν interdixit autem illis, ne se manifestum facerent.

4. *monco, hortor, adhortor, admonitionibus humanis aliquem revocare studeo a consilio suo.* Matth. XVI, 22. ἤρξατο ἐπιτιμᾶν αὐτῷ λέγων, Ἵλεως σοι Κύριε eum admonuit his verbis: propitius tibi Deus sit! Huc etiam referrem locum Luc. XVII, 3. si peccaverit in te frater tuus, ἐπιτίμησον αὐτῷ.

5. *cohibeo alicujus impetum, coërceo, infringo potestatem, punio.* Matth. VIII, 26. ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ vim venti marisque compressit, coll. Marc. IV, 39. et Nahum. I, 4. גּוֹעֵר בַּיָּם. Marc. IX, 25. Luc. IV, 35. 39. ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ solo dicto cohibuit vim febris. Ita גָּעַר Ps. LXVIII, 30. Jud. v. 9. ἐπιτιμήσαι σοὶ Κύριος puniat te Deus! Zach. III, 2. יִגְעַר יְהוָה בָּךְ. Confer *Wetstenii N. T.* T. I. p. 352. seq.

ΕΠΙΤΙΜΙ΄Α, ας, ἡ, *mulcta, pœna legibus constituta, quæ alicui imponitur*, ab ἐπιτιμάω. Est idem quod ἐπιτίμιον (apud *Aristot. Polit.* l. V. c. 8. p. 347. *Strab.* Lib. XIV. p. 440.) vel τίμημα, et differt ab ἐπιτίμησις, quod *increpationem* et *objurgationem* significat. Sic semel occurrit in N. T. 2 Cor. II, 6. ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων sufficiat illi pœna hæc a plerisque inflicta, nempe excommunicatio. Sapient. III, 10. οἱ δὲ ἀσεβεῖς καθὰ ἐλογίσαντο ἔξουσιν ἐπιτιμίαν. Sic etiam liber *Philonis* de Præmiis et Pœnis inscribitur περὶ ἄθλων καὶ ἐπιτιμιῶν. Cf. *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1195. Apud Græcos ἐπιτιμία *statum integritatis civilis* notat, et *ei tribuitur, qui habet omnia jura et privilegia, quæ civitas ipsi concessit;* et in exilium ejectus dicitur amisisse τὴν ἐπιτιμίαν, v. c. apud *Demosthen.* de Corona c. VI, *Diod. Sic.* XVIII, c. 18.

ΕΠΙΤΡΕ΄ΠΩ, fut. ἐψω, 1. proprie: *verto aliquid ad alterum*, ex ἐπὶ et τρέπω *verto*. Hinc

2. metaphorice: *curæ, fidei et tutelæ alicujus committo aliquid:* (*Xenoph.* Mem. I, c. 5. 2. II, c. 6. §. 38.) *permitto, aliquid faciendi potestatem facio*, vel *aliquid faciendum injungo:* (*Xenoph.* Mem. IV, 4. 2.) in qua posteriori significatione haud raro legitur in N. T. v. c. Matth. VIII, 21. ἐπίτρεψόν μοι. v. 31. ibid. XIX, 8. Marc. V, 13. Joh. XIX, 38. Act. XXI, 39. 40. 1 Cor. XIV, 34. etc. *Symmach.* 1 Sam. XXIV, 8. pro Hebr. נָתַן. *Hesych.* ἐπέτρεψεν· ἐπέτρεπεν, ὑπεχώρει.

3. *largior, impertior*, v. c. vires agendi. Sic Hebr. VI, 3. καὶ τοῦτο ποιήσομεν, ἐάνπερ ἐπιτρέπῃ ὁ Θεὸς et hoc faciamus bono cum Deo. *Suid.* ἐπιτρέπει· χαρίζεται, παραδίδωσι.

ΕΠΙΤΡΟΠΗ΄, ῆς, ἡ, *permissio, concessio, potestas aliquid faciendi*, i. q. ἐξουσία. Est a perf. med. ἐπιτέτροπα, verbi ἐπιτρέπω, quod vide. In N. T. tantum legitur Act. XXVI, 12. μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς cum litteris summam potestatem continentibus. Conf. supra ad ἐξουσία. *Polyb.* III, 15. 7. Potest tamen in loco Actorum ἐπιτροπῇ etiam notio *tutelæ* (quam habet apud *Polyb.* II, 11. 8. ut ἐπιτροπία ibid. XV, 31. 4.) tribui, ut μετ' ἐπιτροπῆς vertatur: *sub tutela*, ut intelligantur *itineris comites*, qui v. 13. et XXII, 9. commemorantur.

ΕΠΙ΄ΤΡΟΠΟΣ, ου, ὁ, 1. in universum *eum* significat, *cujus curæ, fidei et tutelæ aliquid committitur et potestas facta est, alterius nomine et loco negotia quædam obeundi et administrandi, commissarium, procuratorem*, ab eodem. Speciatim vero in N. T. ita dicitur

2. *procurator rei domesticæ familiaris*, qui ex servorum genere plerumque erat, teste *Aristotele* Œconom. I, 5. δούλων δὲ εἴδη δύο, ἐπίτροπος καὶ ἐργάτης. Videtur autem ita differre sæpe ab οἰκονόμος, ut speciatim *inspectorem villarum et prædiorum* notet. *Xenoph. Œcon.* XII, 2. et XXI, 9. Matth. XX, 8. *Hesych.* ἐπίτροπος· ὁ προστατῶν χωρίων καὶ ὅλης τῆς οὐσίας. Conf. *Kypke* Obss. Sacr. T. I. p.

102. qui docuit, eodem sensu vocem אֶפִּיטְרוֹפוֹס frequentem esse in Targumin et Talmude, v. c. Genes. XLIII, 16. Esther. I, 8.

3. *tutor pupillorum, qui administrat rem familiarem pupilli, ejusque educationi præest.* Galat. IV, 2. ἀλλ' ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους. Eodem sensu ἐπίτροπος absolute ponitur apud *Xenoph.* Mem. I, 2. 40. et *Ælian.* V. H. XIII, 44. *Hesych.* ἐπίτροπος· προστατῶν τῶν ὀρφανῶν. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 225. seq.

4. *qui pecunias et rationes domini curat, thesaurarius.* Luc. VIII, 3. ἐπιτρόπου Ἡρῴδου. 2 Macc. XI, 1. Λυσίας ἐπίτροπος τοῦ βασιλέως. XIII, 2. Sic qui reditus Cæsaris curabant in provinciis, vulgo equestris dignitatis viri, etiam ἐπίτροποι et διοικηταὶ dicebantur. Conf. *Brissonium* de Regno Persarum p. 697.

ΕΠΙΤΥΓΧΆΝΩ, aor. 2. ἐπέτυχον, 1. proprie, si cum dativo construitur: *ad aliquem pervenio, pertingo, incido in aliquem, obviam fio*, ex ἐπὶ et τυγχάνω *assequor.* *Xenoph.* Hist. Gr. IV, 3. 14. τοῖς δὲ Ἀργείοις ἐπιτυγχάνουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι ἀναχωροῦσι. ibid. VII, 4. 26. ἐπιτυγχάνουσι τοῖς Πυλίοις. *Aristoph.* Nub. v. 195. 535.

2. cum genitivo rei, interdum etiam cum accusativo, *Xenoph.* Hist. Gr. IV, 5. 19. *consequor, nanciscor aliquid, compos fio, re ex voto potior, successu prospero fruor.* Rom. XI, 7. τοῦτο (in aliis codd. τούτου) οὐκ ἐπέτυχον non consequuti sunt Hebr. VI, 15. ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας. ib. XI, 33. Jacob. IV, 2. Sæpius non legitur in N. T. Prov. XII, 27. οὐκ ἐπιτεύξεται δόλιος θήρας. *Hesych.* οὐκ ἐπιτεύξεται· οὐκ ἐπιτυχὴς ἔσται. *Thucyd.* III, c. 3. ὁλκάδος ἀναγομένης ἐπιτυχών. *Polyb.* XXXI, 21. 13. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 73.

ΕΠΙΦΑΊΝΩ, fut. ανῶ, 1. proprie *appareo,* et dicitur de *corporibus cælestibus et lucidis, quæ cum splendore emicant*, ab ἐπὶ et φαίνω *ostendo.* Act. XXVII, 20. μήτε δὲ ἡλίου, μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων neque sole, neque sideribus per plures dies nobis apparentibus. coll. *Horat. Epod.* X, 9. *Ælian.* V. H. XIII, 1. *Polyb.* V, 6. 6.

2. *illustro* et metaphorice: *instituo, emendo et felicem reddo aliquem.* Luc. I, 79. ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις. ubi vid. *Wetstenius.*

3. ἐπιφαίνομαι *do me in conspectum, me ostendo, advenio, adsum*, et metaphorice: *innotesco, manifestor, conspicuus reddor.* Tit. II, 11. ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις innotuit enim gratia Dei salutaris omnibus hominibus. ibid. III, 4. ὅτι δὲ ἡ χρηστότης καὶ φιλανθρωπία ἐπεφάνη. Conf. *Irmisch.* Excurs. ad *Herodian.* I, 7. 3. p. 885. Apud Græcos ἐπιφαίνεσθαι partim de *iis* usurpatur, *qui ex improviso in conspectum prodeunt* (*Xenoph. Cyrop.* VI, 3. 6. *Anab.* III, 5. 2.) partim autem de *iis, qui auxilii causa adsunt. Xenoph. Cyrop.* II, 4. 12. et *Hist. Gr.* III, 4. 26.

ΕΠΙΦΆΝΕΙΑ, ας, ἡ, 1. proprie: *apparitio rei corporeæ et lucidæ*, v. c. solis, lunæ et stellarum, ab ἐπιφαίνω *appareo.* Hinc apud veteres maxime de deorum apparitionibus usurpatur cum splendore conjunctis. *Polyb.* III, 94. 3. ἐπιφάνεια τῆς ἡμέρας. *Dionys. Halic.* I, 2. 68. Vid. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* I, 25. et *Casaub.* Exercitt. Antibar. II, 5. 11.

2. *splendor, majestas.* 2 Thess. II, 8. τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας adventu, splendore et majestate insigni. Conf. 2 Sam. VII, 23. τοῦ ποιῆσαι μεγαλωσύνην καὶ ἐπιφάνειαν. 2 Macc. XIV, 15. XV, 27.

3. ἐπιφάνεια τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ est α) *adventus Christi in has terras.* 2 Tim. I, 10. ubi *Theodoretus* per ἐνανθρώπησιν explicat. *Phavor.* ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔνσαρκος οἰκονομία. β) *adventus*, seu *reditus Christi ad judicium extremum.* 1 Tim. VI, 14. 2 Tim. IV, 1. 8. τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Vide ἀγαπάω. Tit. II, 13. Sæpius non legitur in N. T. Bene de hac voce exposuit *Suicerus* in *Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1196. seq.

ΕΠΙΦΑΝΗ΄Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ,

1. proprie: *clarus, lucidus, qui facile potest agnosci et discerni* (cf. *Polluc. Onom.* VI, 206. *Xenoph. Mem.* III, 4. 10.) ab ἐπιφαίνω.

2. *illustris, insignis, nobilis, gloriosus, attentione et admiratione dignus.* Sic Act. II, 20. (nam sæpius non legitur in N. T.) tempus excidii Judaici vocatur ἡμέρα ἐπιφανὴς *dies insignis*, quo summa Dei majestas conspicua reddetur, seu, ut etiam reddi posset, *dies terribilis*, ut *Syrus* et *Arabs* reddidit: nam respondet Hebraico נוֹרָא Joël. II, 11. Judd. XIII, 16. Habac. I, 7. Malach. I, 14. Hinc truculentus ille Antiochus Ἐπιφανὴς dictus. Ἐπιφανὴς pro *illustris* legitur apud *Thucyd.* II, 43. ἀνδρῶν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος. ibid. VII, 69. ἀρετὰς ὧν ἐπιφανεῖς ἦσαν οἱ πρόγονοι. *Polyb.* I, 36. 3. et III, 40. 9.

ΕΠΙΦΑΥ΄Ω, fut. αύσω, 1. proprie: *illucesco, affulgeo*, ab ἐπὶ et φαύω, Æol. pro φάω *luceo*. Alii scribunt ἐπιφαύσκω, quod in vers. Alex. Job. XXV, 5. XXXI, 26. legitur ὁρῶμεν ἥλιον τὸν ἐπιφαύσκοντα. *Hesych.* ἐπιφαύσκοντα· ἀνατέλλοντα, φαίνοντα.

2. *illumino, discutio tenebras*, et metaphorice: *felicem reddo.* Sic semel legitur in N. T. Ephes. V, 14. καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστὸς tunc summa frueris felicitate Christiana.

ΕΠΙΦΕ΄ΡΩ, fut. ἐποίσω, aor. 1. ἐπήνεγκα, 1. *affero, defero*, ex ἐπὶ et φέρω *fero*. Act. XIX, 12. ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ut adeo ad ægrotos deferrentur.

2. *addo, adjicio.* Philipp. I, 16. οἰόμενοι θλῖψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου putant, cupiunt me captivum novis affligere malis. Hanc significationem sæpe habere apud *Philonem*, docuit *Loesnerus* in Obss. Philon. p. 351.

3. *infligo, infero.* Rom. III, 5. ὁ ἐπιφέρων τ�ὴν ὀργὴν dum pœnas infligit. ubi vid. *Wetstenius. Xenoph. de redit.* IV, 41. *Hist. Gr.* VI, 3. 4. *Polyb.* III, 4. 5.

4. *profero.* Jud. v. 9. οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας non ausus est contra eum proferre judicium blasphemum. Huc etiam pertinet formula ἐπιφέρειν αἰτίαν, quæ, ut Latina *crimen inferre*, significat: *crimen intentare alicui, proferre crimen, accusare.* Legitur in N. T. Act. XXV, 18. οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον non poterant afferre ejusmodi crimen et apud *Joseph.* A. J. II, 6. 7. *Herodot.* I, 26. IV, 167. *Herodian.* III, 8. 12. *Thucyd.* I, 70. III, 42. ubi vid. Schol. Formula *inferre crimina* aliquoties legitur apud *Ciceronem*, v. c. Verr. V, 41. et ad *Herenn.* IV, 35. Conf. supra sub ἐπάγω. *Phavor.* ἐπιφέρειν· κατηγορεῖν.

ΕΠΙΦΩΝΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie, *postquam alter dixit, vocem tollo.* Deinde

1. *acclamo, clamo adversus aliquem*, ex ἐπὶ et φωνέω *clamo*. Luc. XXIII, 21. οἱ δὲ ἐπεφώνουν illi vero magnis clamoribus instabant. Act. XXII, 24. coll. v. 22. *Hesychius:* ἐπιφωνεῖ· βοᾷ, κράζει. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 814.

2. *acclamo, applaudo.* Act. XII, 22. ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει· Θεοῦ φωνὴ, ubi observandum, veteres Græcos in recitationibus publicis assensum suum secunda acclamatione εὖ, ὑπερεῦ, ὀρθῶς significasse. Conf. *Krebs.* ad *Plutarch.* de Audiendis Poëtis c. 7. p. 193. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΠΙΦΩ΄ΣΚΩ, *illucesco, lucesco.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXVIII, 1. τῇ ἐπιφωσκούσῃ, sc. ἡμέρᾳ, ut plene legitur apud *Herodot.* III, 242. ubi videndus *Wesseling.* (qui etiam ad *Diodor. Sic.* XIII, c. 18. de hac voce disputavit,) et *Valckenar.*— cum primum illuxisset dies. Luc. XXIII, 54. σάββατον ἐπέφωσκε dies sabbati appetebat. Cf. *Casaub.* Exerc. Antibaron. p. 416. qui monuit, ἐπιφώσκειν, sive ἐπιφαύσκειν et ἐπιφαίνειν, proprie de sideribus dici, præsertim sole et luna. *J. D. Michaëlis* in *Introduct. in N. T.* T. I. §. 20. utrumque locum ex lingua Syriaca illustrare conatus est, in qua ʕפת quod proprie *aperire, patefacere* notat, de

nocte, diem præcedente, adhibetur: (Conf. *Ej. Chrestomath. Syriac.* p. 94. et *Assemanni Bibl. Orient.* T. I. p. 212.) sed idoneis argumentis refutatus est a *Marshio* in *Animadverss. et Supplem. ad hunc librum* T. I. p. 41. ed. Germ.

ΕΠΙΧΕΙΡΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *manum admoveo*, vel *injicio alicui rei, in manus sumo*, ex ἐπὶ et χείρ *manus*. *Ælian.* V. H. VII, c. 8. ἐπιχειρήσας δὲ τοῖς τείχεσιν. *Plato Cratyl.* c. V.

2. metaphorice: *aggredior opus, operam navo, incipio, conor aliquid facere*, et in bonam æque ac malam partem usurpatur, nec tantum de conatu frustraneo, sed etiam felice et bene succedente dicitur. Luc. I, 1. Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν postquam multi aggressi sunt historiam contexere. Act. IX, 29. οἱ δὲ ἐπεχείρουν αὐτὸν ἀνελεῖν qui eum occidere conabantur. ibid. XIX, 13. ἐπεχείρησαν δέ τινες ἀπὸ τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν audebant vero quidam e circumforaneis Judæorum exorcistis. *Hesych.* ἐπιχειρεῖ· τολμᾷ. Sæpius non legitur in N. T. 2 Macc. II, 29. ζωγραφεῖν ἐπιχειροῦντι. *Xenoph. Mem.* II, 6. 28. *Ælian. V. H.* III, 18. Esther. IX, 25. ὅσα δὲ ἐπεχείρησεν (*conatus est*) ἐπάξαι ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους. 2 Macc. VII, 19. Θεομαχεῖν ἐπιχειρήσας qui audes adversus Deum pugnare.

3. alteri verbo junctum pleonastice ponitur. Hinc explicatur ab haud paucis interpretibus locus Luc. I, 1. ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι, h. e. *scripserunt, composuerunt*, inter quos est *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 96. *Münthe* in *Obss. ad N. T.* e *Diod. Sic.* p. 127. et *Glassius* in *Philol. Sac.* p. 191. qui multis exemplis hanc suam sententiam exornare conati sunt.

ΕΠΙΧΕ΄Ω, fut. εὐσω, *infundo, affundo*, ex ἐπὶ et χέω *fundo*. Semel legitur in N. T. Luc. X, 34. ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον infundens oleum et vinum. Alexandrini pro יָצַק Gen. XXVIII, 18. etc. adhibuerunt. *Xenoph. Œcon.* XVII, 9. *Anab.* IV, 5. 19. *Plutarch.* T. VIII, p. 610. ed. *Reiske.*

ΕΠΙΧΟΡΗΓΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, i. q. simplex χορηγέω, 1. *chorum duco, chori dux sum*. Verbum olim de iis proprium, qui suis sumtibus chorum instruebant et ornabant, et quæ ad ludos et solemnitates publicas necessaria erant, subministrabant, de quo Choragorum munere præter *Salmasium* de Usuris c. 3. p. 58. *Spanhemius* ad *Callim. Hymn. in Dian.* v. 266. bene exposuit. Conf. infra sub χορηγέω. Nullam vero emphasin in hac voce quærendam esse, contra *Raphelium* et *Wolfium* recte docuit *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 305.

2. metaphorice: *largiter suppedito, subministro, largior*. 2 Cor. IX, 10. ὁ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι qui semen serenti suppeditat, coll. Ies. LV, 10. ex quo hæc verba petita sunt, ubi in Hebraico legitur וְנָתַן. Galat. III, 5. ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν ὑμῖν πνεῦμα qui vobis largitus est bona per Christum hominibus parta. 2 Petr. I, 11. Sirac. XXV, 22.

3. *præsto, ostendo, exhibeo*, seu *una ostendo, simul declaro*. 2 Petr. I, 5. ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετήν cum firma de religione Christiana persuasione conjungite virtutis studium.

4. *mutua officia et ministeria præsto*. Coloss. II, 19. δι' οὗ πᾶν τὸ σῶμα ἐπιχορηγούμενον cujus cura omne corpus (cœtus) arctissime mutuis officiis junctum. Sæpius non occurrit in N. T. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II, p. 201.

ΕΠΙΧΟΡΗΓΙΑ, ας, ἡ, in universum: *suppeditatio, subministratio continua et copiosa necessariorum*; interdum etiam *illa ipsa res, quæ suppeditatur*, v. c. apud *Zosimum* I, 69. ubi de rebus esculentis dicitur. In N. T. bis tantum legitur, partim de *mutuo auxilio*, de *mutuis officiis et ministeriis*, quæ alter alteri præstare debet, v. c. Ephes. IV, 16. διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας vinculo societatis, quod est in mutuo auxilio, seu junctura, per quam unumquodque membrum alteri subministrat, quæ ad augmentum ipsius spectant; partim de *auxilio*, quod

Christus hominibus præstat. Phil. I, 19.

ἘΠΙΧΡΊΩ, fut. *ίσω*, *inungo*, *illino*, ab *ἐπὶ* et *χρίω lino*. Bis tantum in N. T. reperitur. Joh. IX, 6. *ἐπέχρισε τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ* et illevit lutum oculis cœci illius. ib. v. 11. *καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμοὺς* et illevit oculos meos. *Lucian.* de *Scrib. Hist.* 62.

ἘΠΙὨΝ, *οὖσα*, *ὄν*, *succedens*, *sequens*, *adveniens*. Participium ab *ἔπειμι succedo*, *sequor*, *supervenio*, *advenio*, quod præsertim de tempore futuro dicitur. Act. VII, 26. *τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ* die sequente vel postero. (*Appian. B. C.* I, p. 628.) ibid. XVI, 11. *τῇ δὲ ἐπιούσῃ*, scil. *ἡμέρᾳ*, coll. Prov. III, 28. *οὐ γὰρ οἶδας, τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα*. *Herodot.* IX, 41. Act. XX, 15. XXI, 18. XXIII, 11. *τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ* sequente nocte. Sæpius non occurrit in N. T. Alex. Deut. XXXII, 29. *εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον*. 1 Paral. XX, 1. *ἐν τῷ ἐπιόντι ἔτει*. *Polyb.* III, c. 42. XV, 7. et 21. *Hesych. ἐπιοῦσα· ἐπερχομένη*. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* II, 14. 5. *τῇ δὲ ἐπιούσῃ κατελθὼν εἰς τὴν σύγκλητον*.

ἘΠΟΙΚΟΔΟΜΈΩ, ῶ, fut. *ήσω*, 1. proprie: *superstruo ædificium jactis fundamentis*, *superædifico*, ex *ἐπὶ* et *οἰκοδομέω ædifico*. Interdum etiam simpliciter: *ædifico*, *exstruo*, v. c. in versione Alex. Num. XXXII, 38. *ὀνόματα τῶν πόλεων ἃς ἐπῳκοδόμησαν*, ubi Hebraico בָּנָה respondet. *Xenoph. Anab.* III, 4. 6. *Hist. Gr.* VI, 4. 12. *Demosthen.* p. 1278. 27. ed. *Reiske*.

2. metaphorice: *augeo*, *amplifico*, *instruo magis magisque*, *perfectiorem reddo*. Act. XX, 32. *τῷ λόγῳ τῆς χάριτος τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι* doctrinæ Christianæ, quæ vos in dies perfectiores reddere valet. 1 Cor. III, 10. *ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ, ἕκαστος δὲ βλεπέτω πῶς ἐποικοδομεῖ* alii continuant institutionem, sed videant, qua ratione persequantur. ibid. v. 12. 14. Ephes. II, 20. *ἐποικοδομηθέντες* fortasse reddendum est: *accessistis ad cœtum Christianorum et in numerum eorum recepti estis*, quia ecclesia Christiana sæpe *οἶκος Θεοῦ* in N. T. vocatur. Coloss. II, 7. *ἐποικοδομεῖσθαι* est: *constantem et firmum reddi*. Jud. v. 20. Sæpius non occurrit in N. T. Simili modo *exædificatio* usurpatur a *Cicerone* II. Orat. c. 15. Confer etiam *Plutarch.* T. IX. p. 285. et ibi notas ed. *Reiske*.

ἘΠΟΚΈΛΛΩ, aor. 1. *ἐπώκειλα*, fut. *ελῶ*, i. q. *ἐμπίπτω allido*, *impingo*, *impello*, et inprimis de navigio dicitur, quod alliditur et cum vehementia ad littus, vel in vada et scopulos impellitur, ab *ἐπὶ* et *ὀκέλλω appello*. In N. T. tantum extat Act. XXVII, 41. *ἐπώκειλαν τὴν ναῦν* impegerunt navem, seu, allidebatur navis. *Polyb.* I, 20. 15. et IV, 41. 2. *Arrian. Exped. Alex.* II, 23. 5. *Thucyd.* IV, 26. Cf. etiam *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* I, c. 31. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 649. Pro *ἐποκέλλειν* usurpatur etiam *ἐξοκέλλειν* et *προσοκέλλειν*. *Hesych.* et *Alberti Gloss. N. T.* p. 88. *ἐπώκειλαν· ἐπανέπαυσαν*.

ἘΠΟΝΟΜΆΖΩ, fut. *άσω*, *cognomino*, *cognomen impono*, ex *ἐπὶ* et *ὀνομάζω nomino*. *Ἐπονομάζομαι cognominor*, item *sum*, uti *καλέομαι*. Legitur sic semel in N. T. Rom. II, 17. *σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ* tu Judaica stirpe natus es. *Aristænet.* I, 27. *Appian. B. C.* III. p. 959. *Xenoph. Œcon.* VI, 17.

ἘΠΟΠΤΕΎΩ, fut. *εύσω*, *inspicio*, *specto*, *attente et accurate aliquid inspicio*, *considero et observo*, ab *ἐπὶ* et *ὄπτομαι video*. 1 Petr. II, 12. *ἐποπτεύσαντες*, pro *ἐὰν ἐποπτεύσωσι*, sc. *τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα*, coll. ib. III, 2. *ἐποπτεύσαντες τὴν ἐν φόβῳ ἁγνὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν*. Sæpius non legitur in N. T. *Polyb.* V, 69. 6. XXXI, 12. 13. *Demosthen.* p. 168. 13. ed. *Reiske*: *τὴν δὲ ταῦτα ἐποπτεύουσαν καὶ φυλάξουσαν δύναμιν*. *Homer. Odyss. π'.* 140. Cf. *Ez. Spanhem.* et *Schol.* ad *Aristoph. Ranas* v. 757. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 687. Alexandrini nuspiam hac voce usi sunt, sed verbum *ἐπόπτομαι* adhibuerunt. Semel reperitur in vers. *Symmachi* Ps. X, 14. pro Hebr. הַבִּיט. *Phavor. ἐποπτεύω· τὸ ὁρῶ*.

ἘΠΟ΄ΠΤΗΣ, ου, ὁ, *spectator, testis oculatus*, alias αὐτόπτης, ab ἐποπτεύω, quod vide. Semel extat in N. T. 2 Petr. I, 16. ἀλλ᾽ ἐπόπται γενηθέντες τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος sed ipsis oculis nostris vidimus summam ejus majestatem. *Plutarch.* T. III. p. 647. ed. *Reiske* ἐπόπτας καὶ μάρτυρας. *Hesych.* ἐπόπται· θεαταί. Apud Græcos ἐπόπτης *is* dicebatur, *qui curam alicujus rei habebat, præfectus, inspector*. Sic v. c. ἄθλων ἐπιμεληταί, ἐπίσκοποι, ἔφοροι, προστάται, etiam ἄθλων ἐπόπται vocabantur, teste *Polluce Onom.* III, c. 30. Græci etiam ἐπόπτας *eos* vocabant, *qui sat bene instituti ad inspicienda mysteria adhibebantur*. Cf. *Casaub.* ad *Athen.* VI, 15. p. 446. et *Spanhem.* ad *Aristoph. Ran.* v. 757.

῎ΕΠΟΣ, εος, τὸ, *verbum, sermo*, item *carmen*, apud exteros Scriptores, ab ἔπω *dico*. In N. T. occurrit tantum formula: ὡς ἔπος εἰπεῖν *ut ita dicam, si ita dicere aut argumentari fas est*, qua Græci fere utuntur ad emolliendam sententiam, si quid audacius et inusitatius dixisse videantur. *Polyb.* I, 1. 2. V, 33. 7. Cf. *Wesseling.* ad *Herodot.* II, 109. p. 129. *Clerici Art. Crit.* P. I. p. 114. *Quinct.* VIII, 3. Hebr. VII, 9. καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν et si ita dicere fas est. Alii male: ut verbum unum tantum dicam, ut breviter dicam. *Hesych.* ἔπος· ῥῆμα, λόγος, φωνή. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 409.

ἘΠΟΥΡΆΝΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *cœlestis*, h. e. *cœlum inhabitans, ad cœlum pertinens, cœlestem*, seu *divinam originem habens, cœlitus demissus*, ab ἐπὶ et οὐράνιος *cœlestis*. Matth. XVIII, 35. ὁ πατήρ μου ἐπουράνιος, ubi ipse Deus ἐπουράνιος vocatur, non, quod cœlo, velut loco quodam, circumscribatur et contineatur, sed partim ad summam ejus majestatem imperiumque in omnes res creatas significandum, partim ex opinione Judæorum, qui Deum e cœlo maxime gloriam et providentiam suam manifestare existimabant. 1 Cor. XV, 48. et 49. ὁ ἐπουράνιος Christus dicitur, quatenus e cœlo in hanc terram venit, seu, divinam habet originem, coll. v. 47. ibid. v. 40. σώματα ἐπουράνια corpora cœlestia, sol, luna, stellæ. ibid. v. 48. τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι ejusdem naturæ etiam nos aliquando erimus cives cœlorum, seu cœlo beati. Phil. II, 10. οἱ ἐπουράνιοι sancti angeli et beatorum chorus. 2 Tim. IV, 18. βασιλεία ἐπουράνιος futura in cœlo, seu summa apud Deum felicitas. Hebr. III, 1. κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι quibus felicitas Christiana beneficio divino est oblata. ibid. VI, 4. τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου beneficii divini, h. e. religionis et felicitatis Christianæ. ibid. XI, 16. XII, 22.

2. τὰ ἐπουράνια significant α) *cœlum*, i. q. οὐρανὸς et τὰ ἄνω vel proprie vel metaphorice sumtum, ita, ut omissum sit μέρη, δώματα, seu οἰκήματα. Ephes. I, 3. ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, sc. τόποις, bonis spiritualibus iisque cœlestibus, quæ adhuc in vita futura locum habent. ibid. v. 20. ἐν τοῖς ἐπουρανίοις in cœlo. Hebr. IX, 23. β) *aër*. Ephes. VI, 12. ἐν τοῖς ἐπουρανίοις in aëre, quem dæmonibus bonis et pravis repletum esse constans fuit Judæorum opinio, ut docuit *Koppe* ad Ephes. II, 2. Eodem modo sumitur οὐρανὸς, ut infra docebitur, ut adeo non opus sit cum *Luthero* statuere, ἐπουράνιος pro ὑπουράνιος positum esse. γ) *res intellectu difficiliores, sublimes et abstrusæ*. Joh. III, 12. Conf. infra sub ἐπίγειος.

ἙΠΤΑ΄, οἱ, αἱ, τά. Numerale cardinale indeclinabile.

1. *septem*. Matth. XV, 34. 37. XXII, 25. Marc. VIII, 5. 6. 8. 20. Sed non semper certam numeri speciem, septem unitatibus constantem, significat, haud raro etiam synecdochice

2. *indefinitam multitudinem* significat, *plures*. Matth. XII, 45. Luc. XI, 26. ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα multos alios spiritus malos. Ita שִׁבְעָה 1 Sam. II, 5. στεῖρα ἔτεκεν ἑπτὰ, h. e. πλείστους, uti *Symmachus* transtulit. Ruth. IV, 15. Ies. IV, 1. *Suid.* ἑπταπλασίονα· ἀντὶ τοῦ πολυπλασίονα. τὸ γὰρ ἑπτὰ ἐπὶ πλήθους τάττεται.

3. pro ἑπτάκις *septies*. Matth. XVIII, 22. ad imitationem Hebr. שֶׁבַע Ps. CXIX, 164. Prov. XXIV, 16.

ΕΠΤΑ΄ΚΙΣ, *septies, sæpe*. Adverbium numeri, ab ἑπτά. Matth. XVIII, 21. ἕως ἑπτάκις. ibid. v. 22. Luc. XVII, 4. In versione Alex. ponitur pro שֶׁבַע, Ps. CXIX, 164. (ubi *Symmachus* πλειστάκις habet, quemadmodum et Jer. XV, 9. πλείστους, pro ἑπτὰ posuit, teste *Hieronymo*.) Prov. XXIV, 16. שֶׁבַע פְּעָמִים, Genes. XXXIII, 3. Jos. VI, 15. et pro שִׁבְעָתַיִם Genes. IV, 24.

ΕΠΤΑΚΙΣΧΙ΄ΛΙΟΙ, *οἱ, αἱ, τὰ, septies mille, septem millia*, ex ἑπτάκις *septies* et χίλιοι *mille*. Semel legitur in N. T. Rom. XI, 4. Alex. pro שִׁבְעַת אֲלָפִים Num. III, 22. Job. I, 3.

ΕΠΩ. Verbum anomalum, quod in præsenti non est usitatum, sed pro eo adhibetur λέγω: aor. 2. εἶπον, aor. 1. εἶπα, infinit. εἰπεῖν, particip. εἰπών, tantum sunt usitata.

1. *dico*. Matth. XII, 2. XXI, 30. XXVI, 25. et 64. σὺ εἶπας recte dixisti, res se ita habet, uti dicis, i. q. alias καλῶς, seu πάνυ μὲν οὖν. (Ita etiam φήμ' ἐγὼ, pro *ita*, legitur apud *Aristoph. Plut.* v. 96. Adde *Eurip. Hippolyt.* v. 352.) Marc. XII, 32. Rom. XI, 20. et καλῶς εἶπας. Luc. XX, 39. Joh. IV, 17. Act. I, 9. ταῦτα εἰπὼν hisce vix dictis. Huc etiam referenda est formula εἰπεῖν ἐν ἑαυτῷ, vel ἐν τῇ καρδίᾳ, *cogitare*. Matth. IX, 3. coll. v. 4. et Marc. II, 6. Matth. XXI, 38. Rom. X, 6. quæ formula expressa est ad exemplum formulæ Hebraicæ אָמַר בְּלִבּוֹ, quam Alexandrini vertunt vel εἰπεῖν ἐν διανοίᾳ, Genes. XVII, 17. vel ἐν τῇ καρδίᾳ, Deut. VIII, 17. vel denique ἐν ἑαυτῷ, ut Esther. VI, 6.

2. *vitupero, reprehendo*. Joh. VI, 36. ἀλλ' εἶπον ὑμῖν, ὅτι καὶ ἑωράκατέ με, καὶ οὐ πιστεύετε, sed ego vos jam reprehendi propterea, quod, etsi me nostis, tamen fidem mihi nondum habetis.

3. *respondeo ad propositam quæstionem*. Matth. II, 5. coll. v. 4. XII, 11. coll. v. 10. XXI, 24. ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ λόγον ἕνα, ὃν ἐὰν εἴπητέ μοι, coll. Marc. XI, 29. καὶ ἀποκρίθητέ μοι. Hinc etiam Alexandrini אָמַר per ἀποκρίνεσθαι reddiderunt Genes. XXIX, 26. Exod. XXI, 5. 1 Regg. III, 26. *Xenoph. Cyrop.* I, 4. 12. II, 2. 10.

4. *promitto*. Matth. XX, 21. εἰπὲ, ἵνα καθίσωσιν velim promittas nobis, ut hi duo sedeant, etc. Marc. XVI, 7. καθὼς εἶπεν ὑμῖν sicut vobis promisit. Ita אָמַר Esther. IX, 14. *Euripid. Electra* v. 33. χρυσὸν εἶπεν ὃς ἀν κτάνῃ.

5. ut Lat. *dico*. (*Terent. Phorm.* IV, 3. 31. Vide *Broukhus.* ad *Propert.* III. Eleg. 22. 15.) *jubeo, mando, præcipio*, et, sequente particula negandi, *interdico*. Matth. XXIII, 3. πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν omnia enim, quæ vos jusserint observare. Marc. V, 43. καὶ εἶπε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν. ibid. VIII, 7. X, 49. Luc. X, 40. Jacob. II, 11. ὁ γὰρ εἰπὼν, μὴ μοιχεύσῃς, εἶπε καὶ μὴ φονεύσῃς qui enim interdixit adulterium, dedit etiam hoc præceptum: occidere noli. In versione Alex. εἰπεῖν non solum Hebraico צָוָה respondet, Exod. XXXV, 1. Levit. IX, 6. sed etiam דָּבַר per προστάττω. Jos. V, 14. συντάττω, ibid. IV, 8. et אָמַר per προστάττω, Esther. I, 15. Jon. II, 11. redditur. Eodem modo apud *Aristoph. Equit.* v. 1021. *Homer. Odyss.* γ'. v. 427. εἴπατε δ' εἴσω δμωῇσιν δαῖτα πένεσθαι. *Xenoph. Hist. Gr.* III, 5. 8. Conf. etiam *Barnes.* ad *Eurip. Iphig. in Taur.* v. 85. et *Duker.* ad *Thucyd.* VII, 29. Interdum εἰπεῖν in eadem significatione Deo tribuitur; quæ loca vero de voluntate Dei efficacissima intelligenda sunt, v. c. 2 Cor. IV, 6, ὁ εἰπὼν κ. τ. λ. qui effecit potentissima sua voluntate, ut post tenebras lux emergeret. Matth. IV,

3. effice, ut hi lapides in panes mutentur.

6. *indico, annuncio, defero, narro.* Matth. XII, 47. 48. εἶπε τῷ εἰπόντι αὐτῷ respondit ille nuntianti. ibid. XVI, 20. XVII, 9. Marc. VII, 36. Luc. V, 14. Joh. XX, 15. Etiam אָמַר Alex. per παραγγέλλειν, Jos. VI, 7. ἀναγγέλλειν, Gen. XLVIII, 1. ἀπαγγέλλειν, Jos. II, 2. et διαγγέλλειν, Jos. VI, 10. reddiderunt.

7. *prædico, vaticinor.* Matth. XXVIII, 6. καθὼς εἶπε sicut prædixit. ibid. v. 7. ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν. Act. VII, 37. ὁ εἰπὼν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ.

8. *doceo.* Matth. XXII, 1. εἶπεν αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς eos docuit per has parabolas. *Xenoph. de re equ.* II, 5. *Diog. Laërt.* II, s. 10. ὃν εἶπε ἐκ τοῦ ἡλίου πεσεῖσθαι.

9. *interrogo, quæstionem propono solvendam et explicandam, per alium aliquem interrogo.* Matth. XI, 3. εἶπεν αὐτῷ per discipulos eum interrogavit. ibid. XIII, 10. εἶπον αὐτῷ interrogabant eum. Luc. VII, 40. ἔχω σοι τι εἰπεῖν habeo quæstionem tibi proponendam. Alex. אָמַר per ἐρωτάω Exod. III, 13. verterunt. *Xenoph. Cyr.* I, 3. 14. et 4. 27.

10. *rogo.* Marc. IX, 18. καὶ εἶπον τοῖς μαθηταῖς σου adii quidem precibus discipulos tuos, coll. Luc. IX, 40. καὶ ἐδεήθην τῶν μαθητῶν σου. Joh. XII, 27. καὶ τί εἴπω et quid mihi expetam, ignoro.

11. *voco, nomino.* Joh. X, 35. εἰ ἐκείνους εἶπε Θεοὺς si igitur eos appellavit Deos. 1 Cor. XII, 3. καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν et nemo potest Jesum Dominum vocare. Eodem sensu τῷ אָמַר καλεῖν respondet in vers. Alex. Ies. IV, 3. XIX, 18. LXI, 6. LXII, 4. *Xenoph. Ages.* II, 12. et *Hist. Gr.* IV, 3. 12.

12. *divulgo, dispergo per famam.* Matth. XXVII, 64. καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ. ibid. XXVIII, 13.

13. interdum omittitur, v. c. Matth. XVI, 7. ubi ante ὅτι ἄρτους κ. τ. λ. subaudiendum est, τοῦτο εἶπεν ἡμῖν. Luc. V, 14. ante ἀλλὰ ἀπελθών. Act. XVII, 3. XXIII, 24. ante κτήνη supple εἶπε.

14. pleonastice ponitur, maxime in iis locis, ubi cum verbo ἀποκρίνεσθαι conjungitur, quanquam tunc non incommode per *hunc in modum, ita,* reddi potest, v. c. Matth. XXI, 24. Luc. XIV, 3. 5. coll. Genes. XXIII, 10. 14. XXVII, 37. Exod. IV, 1. Deut. XXI, 7. Conf. *Olearium* de *Stilo N. T.* p. 12. ed. *Schwarzii.*

Ἔραστος, ου, ὁ, *Erastus,* nomen viri proprium Græcum, significans *amabilem,* retracto accentu pro ἐραστὸς, ab ἐράω *amo.* Act. XIX, 22. Rom. XVI, 23. 2 Tim. IV, 20.

Ἐργάζομαι, fut. άσομαι, 1. proprie: *opus rusticum facio, agrum colo, agriculturam exerceo,* i. q. γεωργέω. Matth. XXI, 28. σήμερον ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου operam fac hodie in vinea mea. *Thucyd.* II, 72. coll. III, 50. *Xenoph. Œconom.* VI, 11. *Ælian. V. H.* IX, 5. Genes. II, 5. Conf. *Schwarz. Comment. Crit. Gr. Ling.* p. 564. *Græv. ad Hesiod.* c. 9. p. 45. et *Markland.* ad *Maxim. Tyr.* p. 707.

2. *manu laboro, opus manuum tracto, victus acquirendi causa opera mercenaria fungor.* Luc. XIII, 14. ἓξ ἡμέραι εἰσὶν ἐν αἷς δεῖ ἐργάζεσθαι per sex dies licet opus facere. Act. XVIII, 3. 1 Cor. IV, 12. IX, 6. ἢ μόνον ἐγὼ κ. τ. λ. nobisne unice non concessum est a labore manuum, victus parandi causa, abstinere? 1 Thess. II, 9. IV, 11. ubi ταῖς χερσὶν additur. Hinc ὁ ἐργαζόμενος i. q. ἐργάτης *mercenarius, qui operam alteri locat sub mercedis conditione.* Rom. IV, 4. τῷ δὲ ἐργαζομένῳ κ. τ. λ. mercenario datur merces non beneficii, sed debiti nomine.

3. *laboro, occupor quocunque negotio.* 2 Thess. III, 10. ὅτι εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι μηδὲ ἐσθιέτω si quis non vult laborare, non comedat. Formula proverbialis apud Judæos, de qua bene exposuit *Vorstius* de *Adagiis N. T.* c. 10. ibid. v. 11. 12. *Xenoph. Mem.* II, 7. 12.

4. *negotior et negotiando quæstum mihi facere studeo*, i. q. πραγματεύομαι. Matth. XXV. 16. εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς, coll. Luc. XIX, 13. Alex. τὸ סָחַר *negotiatio*, Prov. XXXI, 18. reddunt ἐργάζεσθαι, reliqui interpretes ἐμπορία. Exempla e profanis habet *Fesselius Advers. Sac.* IV. c. 3. §. 11. Huc etiam referendus est locus Apoc. XVIII, 17. ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται. Formula ἐργάζεσθαι τὴν θάλασσαν proprie est: *sulcare mare, navigare per mare*, metaphora desumta ab agricolis, qui sulcos ducunt; sed deinde in universum de *iis* usurpatur, *qui rem marinam exercent, quæstum faciunt navigatione et in mari negotiantur et mercaturam exercent*. Hinc apud *Alciphr.* Epp. I, 13. θαλαττουργὸς *piscator*. Conf. *Raphel.* in *Annott. Polyb.* p. 720. *Alberti* in *Obss. Philol.* p. 495. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 830. *Wakefield* in *Silva Critica* P. III. p. 189. seq. et *P. Wesseling. Obss. Var.* I. p. 53. *Aristot. Problem.* Sect. 38. Probl. 2. τοὺς τὴν θάλατταν ἐργαζομένους, *Arrian. Exped.* VII, 19. 8.

5. per metonymiam: *lucror, acquiro, comparo mihi aliquid*, vel negotiando, vel opera manuaria, vel alio quocunque modo. Ephes. IV, 28. ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς ἰδίαις χερσὶν victum sibi comparet arte, seu opera manuaria. Joh. VI, 27. ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην non tam cibum periturum vobis comparate. *Hesych.* et *Phavor.* εἰργάσατο· ἐποίησεν, ἐπράξατο. *Herodot.* I, 24. *Ælian. H. A.* X, 50. *Aristoph. Equit.* 835. *Hesiod. Opera et Dies.* v. 43. βίον ἐργάζεσθαι. Conf. *Grævii Lectt. Hesiodd.* cap. 2. p. 8. *Salmas.* de *Fœn. Trapez.* p. 480. *Valckenar.* ad *Herod.* VIII. p. 631. Ita etiam עָשָׂה Genes. XXXI, 1. ubi Onkelosus קְנָא, Ezech. XXVIII, 4. Hinc ἔργον *pecuniæ usuram* notat, ut docuit *Salmasius* de *Usuris* p. 29.

6. ἐργάζομαί τι *studiosus sum circa aliquid, operor, occupatus sum in aliqua re, operor, facio, exerceo*, i. q. ποιέω. Matth. VII, 23. ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν improbitatis studiosi, Hebr. פּוֹעֲלֵי אָוֶן Ps. XIV, 4. XXXVI, 11. Matth. XXVI, 10. ἔργον γὰρ καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμὲ insigni beneficio me affecit. Joh. V, 17. ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται κἀγὼ ἐργάζομαι uti Deus semper operatur, ita et ego muneri meo semper et omni ex parte satisfacio. Act. X, 35. 1 Cor. IX, 13. οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι qui sacra faciunt, sacerdotes et Levitæ. Joh. VI, 28. ut ea faciamus, quæ Deo placent. Rom. XIII, 10. Sirac. XXIV, 35. οἱ ἐργαζόμενοι ἐν ἐμοὶ qui mihi operam dant. ibid. XXX, 13. ἔργασαι ἐν αὐτῷ operam da ei instituendo et educando. *Antiphon* Orat. XIV. p. 133. ἀνηκέστερον ἔργον ἐργάζεσθαι. *Lysias* Orat. *Areopag. Apol.* p. 65. ed. *Taylor. Plutarch. Publicola* p. 100.

7. *miraculum facio, patro, edo*. Joh. VI, 30. τί ἐργάζῃ; i. q. in antecedentibus τὶ ποιεῖς σημεῖον; ibid. IX, 4.

8. ἐργάζεσθαι, si opponitur τῷ πιστεύειν, significat: *præstare facta lege Mosaica præscripta*. Rom. IV, 5.

ἘΡΓΑΣΙΑ, ας, ἡ, 1. proprie, ut *opus* (*Ovid. Fast.* III. 779. *Seneca Ep.* 86.) *cultura agrorum*, ab ἐργάζομαι. *Theophr.* de *Causis Plantar.* III, c. 17. et 20. *Xenoph. Œcon.* V, 14. Vid. *Bos. Obss. Critt.* p. 6.

2. *opificium, artificium, quod quæstus et panis lucrandi causa exercetur*. Act. XIX, 25. ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστι ex hoc opificio nos quæstum nostrum facere. *Theophr. Char.* c. 6. *Aristotel. Ethic.* IV, 3.

3. per metonymiam: *lucrum, quæstus ex opificio, negotiatione, mercatura, aut quacunque opera proveniens*, plane ut Syriacum ܥܒܕܐ quod *negotiationem, mercaturam, quæstum* et *lucrum* notat. Act. XVI, 16. ἥτις ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε τοῖς κυρίοις αὐτῆς quæ divinando quæstum multum afferebat dominis suis. ibid. v. 19. et XIX, 24. παρείχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην. *Xenoph. Mem.* III,

10. 1. *Artemidor. Oneir.* I, 2. II, 3. μεγάλας ἐργασίας καὶ μισθοὺς λήψονται. Vid. *Abresch. Lect. Aristænet.* p. 122. seq. et *Schweighæuser.* ad *Polyb.* IV, 50. 3.

4. *studium, labor, opera, diligentia, quæ alicui rei impenditur.* Luc. XII, 58. δὸς ἐργασίαν, est Latinum: *da operam*, uti *Vulgatus* h. l. recte interpretatus est, h. e. omnem impende diligentiam. *Hermogenes* de *Invent.* III, 5. et 7. ἐργασίαν τῷ ἐπιχειρήματι διδούς. Male autem hanc formulam explicavit *Salmasius* de *Fœnore Trapezit.* p. 478. per *usuram debiti dare.* Conf. *Olearium* de *Stilo N. T.* p. 374. cum notis *Schwarzii*, qui Latinismum in hac formula agnoscit.

5. *actio, operatio, patratio, commissio.* Ephes. IV, 19. εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης ita, ut summæ impuritatis scelera patrent. In hac significatione frequenter apud *Æschinem* occurrit Dial. II, c. 36. πρὸς ἐργασίας πραγμάτων μοχθηρῶν.

ἘΡΓΑ΄ΤΗΣ, ου, ὁ, 1. *operarius, qui duriores peragendo labores victum quærit*, maxime *is, qui opus rusticum facit et terram colit*, quemadmodum ἔργον, ut Latinum *opus*, proprie de *re rustica et operibus rusticis* dicitur, quia agricultura prima hominum cura primumque negotium fuit. Cf. *Klotz.* ad *Tyrtæum* p. 119. ed. Altenb. et *Wolfium* ad *Libanii* Ep. XLVIII. p. 136. Matth. XX, 1. μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. ibid. v. 2. et 8. Conf. *Græv. Lectt. Hesiodd.* c. 10. p. 50.

2. *omnis, qui operam præstat mercede conductus in ullo aliquo genere, mercenarius.* Matth. X, 10. ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν dignus est, qui operam præstat, victu. Luc. X, 7. Jacob. V, 4. Sirac. XIX, 1. ἐργάτης μέθυσος οὐ πλουτισθήσεται. *Hesych.* ἐργάται· οἱ παῤ ἡμῖν ἐργαστικοὶ παρὰ Ἀττικοῖς, τοὺς παῤ ἡμῖν ἐργάτας ἐκεῖνοι μισθωτούς. Adde Alex. Jerem. XXXIV, 14. ἐργαταί σοι ἓξ ἔτη.

3. *opifex, artifex.* Act. XIX, 25. τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας qui in ejusmodi rebus erant operarii, seu opifices.

4. *studiosus alicujus rei, deditus, qui versatur in re aliqua.* Luc. XIII, 27. οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας improbi. 1 Macc. III, 6. οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας. *Xenoph. Mem.* II, 1. 27. καλῶν καὶ σεμνῶν ἐργάτης.

5. κατ' ἐξοχὴν *doctor religionis*, et speciatim: *religionis Christianæ.* Matth. IX, 37. ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι multi sunt discendi cupidi, pauci vero idonei doctores. ibid. v. 38. Luc. X, 2. 2 Cor. XI, 13. ἐργάται δόλιοι doctores dolosi. Phil. III, 2. βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας cavete vobis a falsis doctoribus. 2 Tim. II, 15.

ΈΡΓΟΝ, ου, τὸ, 1. *opus omne, quod est ab aliquo effectum, productum et procreatum quocunque modo.* Hebr. I, 10. ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοὶ cœlorum orbes tu condidisti. ib. II, 7. κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου dominum eum constituisti omnium rerum a te creatarum. ibid. IV, 4. et 10. Philipp. I, 6. ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν qui inchoavit in vobis præclarum opus, nempe emendationem per religionem Christianam. 1 Cor. XV, 58. ἔργον Κυρίου religio Christiana vocatur. Rom. XIV, 20. ἔργον Θεοῦ propagatio religionis Christianæ. Inprimis autem eleganter ἔργον τινὸς εἶναι *is* dicitur, *qui est alicujus beneficii, qui omnia, quæ habet, alteri debet. Seneca* Ep. 34. *Philo Legat.* ad *Caium* p. 1000. ἐμὸν ἐστὶ τοῦ Μάκρωνος ἔργον Γάϊος. Hinc lucem fœneratur locus 1 Cor. IX, 1. ubi Corinthii ἔργον Pauli vocantur, quia eos imbuerat doctrinæ Christianæ cognitione. Conf. *Scaliger.* ad *Manil.* I, 772.

2. *ædificium.* 1 Cor. III, 13. ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται quale quisque ædificium superstruxerit, eventus docebit. ibid. v. 14. et 15. coll. v. 12. Non plane inusitatam esse hanc significationem, clare docent loco 3 Esdr. VI, 11. οἰκοδομεῖτε τὸν οἶκον τοῦτον καὶ τὰ ἔργα ταῦτα θεμελιοῦτε. ib. VII, 3. εὐοδα ἐγένετο τὰ ἱερὰ ἔργα et bene successit exstructio templi. *Sueton. Domit.* 5. plurima et amplissima *opera*

incendio absumta restituit, in queis et Capitolium. *Vellei. Patero.* II, 130. quanta suo suorumque nomine exstruxit *opera?* ubi vid. *Boeclerus.*

3. in universum *singuli hominis motus et actiones, maxime externæ, quibus vim suam exserit, vitæ instituta et mores, facta* et *omnis ejus vivendi ratio,* τὰ ἔργα τοῦ ἀνθρώπου dicuntur. Sunt autem actiones hominum vel bonæ, rectæ et honestæ ac legibus divinis convenientes, vel pravæ et perversæ. Illæ vocantur ἔργα ἀγαθά, (quibus tamen interdum restrictiori significatione *beneficia, quæ eroganter in pauperes et in miseros conferuntur.* Act. IX, 36. 2 Cor. IX, 8. æque ac formula ἔργα καλὰ Matth. XXVI, 10. 1 Tim. VI, 18. indicantur.) Ephes. II, 10. Coloss. I, 10. τὰ καλὰ ἔργα, Tit. II, 14. et ἔργα τοῦ Θεοῦ facta, quæ Deo placent. Joh. VI, 28. 29. Hæ vero vocantur τὰ ἔργα τὰ πονηρὰ, Joh. III, 19. Coloss. I, 21. νεκρὰ, Hebr. VI, 1. IX, 14. τοῦ σκότους, Rom. XIII, 12. τῆς σαρκὸς, Galat. V, 19. et τὰ ἄκαρπα, Ephes. V, 11. de quibus singulis suo loco vide. Interdum vero de actionibus humanis in universum tam bonis, quam malis adhibetur. Galat. VI, 4. τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος diligenter quisque omnem vitam suam examinet. Rom. II, 6. 1 Petr. I, 17. Apoc. XX, 12. 13. ἔργα τοῦ νόμου *facta legi Mosaicæ et maxime rituali ejus parti consentanea.* Rom. III, 20. 28. IV, 2. 6. Galat. II, 16.

4. metonymice: *ipse homo, qui bene vel male agit et operatur.* Ita sumitur Rom. XIII, 3. ubi magistratus dicuntur φόβος, οὐ τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν non metuendi iis, qui bene agunt, sed iis, qui male agunt et operantur.

5. *scelus, flagitium,* et speciatim: *incestus, turpis concubitus.* Luc. XI, 48. 1 Cor. V, 2. ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας qui hoc facinus (scil. incestum) patravit. Ita *opus, Ovid. Amor.* II. El. X. v. 35. et דָּבָר Genes. XIX, 8. Judd. XIX, 24. Conf. *Hemsterhus.* ad *Aristoph. Plut.* p. 217. et *Wolf. Curæ Phil.* T. II. p. 628. Adde *Eurip. Phœn.* v. 1081. ubi ἔργον est *cædes,* et *Xen. Apol.* 25. ἔργον θανάτου ἄξιον. Id. *Cyrop.* VII, 3. 6. ἔργον τῆς γυναικὸς quæ se interfecerat.

6. *miraculum,* ut Hebr. מַעֲשֶׂה Ps. CVII, 24. Matth. XI, 2. τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ miracula a Christo patrata. Luc. XXIV, 19. δυνατὸς ἐν ἔργῳ insignis facultate miracula patrandi. Joh. V, 36. τὰ γὰρ ἔργα ἃ ἔδωκέ μοι ὁ πατὴρ miracula quorum patrandorum mihi pater facultatem concessit. ibid. IX, 3. ut majestas divina per eum innotescat, et v. 4. oportet me miracula edere, quæ in mandatis divinis habeo, seu, quorum facultatem Deus mihi dedit. Hebr. III, 9. Etiam apud Græcos ἔργον haud raro *opus difficile* vocatur, teste *Hesychio*: ἔργον· δυσχερὲς, δύσκολον.

7. *cœptum, inceptum, conatus.* Act. V, 38. si cœptum aut consilium eorum est humanum.

8. *meritum, quod opus sequitur.* Rom. XI, 6. ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐστὶν ἔργον, ubi ἔργον opponitur τῷ χάριτι. Sed ipsa verba sunt admodum suspecta. Hinc

9. *fructus, lucrum, præmium, merces laboris et factorum,* plane ut Hebr. פָּעַל, Jerem. XXII, 13. et פְּעֻלָּה, Ies. XL, 10. LXII, 11. Apoc. XIV, 13. τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν. Cf. *Kypke Obss. Sacr.* T. II. p. 419.

10. *munus, negotium alicui demandatum, res, in qua tractanda versatur alicujus studium,* quemadmodum etiam apud Græcos, *quidquid assidue aliquis facit,* id ejus ἔργον dicitur. Marc. XIII, 34. Joh. IV, 34. καὶ τελειώσω αὐτοῦ ἔργον et muneri mihi a Deo demandato satisfaciam. ibid. XVII, 4. τὸ ἔργον ἐτελείωσα ὃ δέδωκάς μοι officio, quod mihi injunxeras, satisfeci. 1 Cor. XV, 58. ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου in negotio, a Christo vobis injuncto et demandato. *Xenoph. Cyrop.* I, 2. 13. Confer *Irmisch.* ad *Herodian.* I, c. 10. 2. Hinc κατ' ἐξοχὴν *munus tradendi religio-*

nem Christianam, munus apostolicum, et *ipsa prædicatio doctrinæ Christianæ*, in N. T. dicitur ἔργον Κυρίου, 1 Cor. XVI, 10. ἔργον Χριστοῦ, Phil. II, 30. et simpliciter ἔργον. Act. XV, 38. καὶ μὴ συνελθόντα αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον neque cum iis ad propagandam religionem Christianam iter fecisset. Philipp. I, 22. τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου utilitatem afferret muneri meo. 1 Thess. V, 13.

11. *studium*. 1 Thess. I, 3. τοῦ ἔργου τῆς πίστεως studium religionis Christianæ cognoscendæ et exercendæ. 2 Thess. I, 11. Hebr. VI, 10. τοῦ ἔργου ὑμῶν καὶ τῆς ἀγάπης studii vestri in exercenda benevolentia erga alios. Conf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 1206.

12. *molestiam omnem ac miseriam hujus vitæ* complectitur. Hebr. IV, 10. κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ exantlatis feliciter molestiis hujus vitæ, quietem agit.

13. *res*. Jacob. I, 4. ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, i. q. ἔργον τέλειον ἔστω, sit res perfecta et omnibus numeris absoluta. *Xenoph. Cyrop.* VI, I, 5.

14. *verbum, sermo*. Apoc. II, 26. ὁ τηρῶν ἄχρι τέλους τὰ ἔργα μου, ubi ἔργα poni pro λόγους, jam *Grotius* monuit. Huc etiam *L. Twelsius* in Vindiciis Apocalypseos retulit locum Joh. XIV, 10. coll. VIII, 28.

15. interdum aliis substantivis additum πλεονάζει et periphrasin additi substantivi facit. Sic v. c. Rom. II, 15. τὸ ἔργον νόμου est simpliciter νόμος *lex*, coll. v. 14. Sed fortasse etiam ἔργον h. l. rectius per *præscriptum, opere exprimendum*, redditur. Ephes. IV, 12. ἔργον διακονίας, pro διακονία. Sic apud Græcos τὰ ἔργα μάχης pro *pugna*, et *Phædr.* IV. Fab. 7. "si qua res esset cibi." Conf. *Vechneri Hellenolexiam* II, c. 8. et *Spanhem.* ad *Aristoph. Plut.* v. 895.

16. interdum tamen etiam omittitur, v. c. Rom. II, 14. τὰ τοῦ νόμου, scil. ἔργα.

ΈΡΕΘΊΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie: *flabello ignem accendo*. *Suid.* ἐρεθίζειν· τὸ τῇ ῥιπίδι τὸ πῦρ ἀνάπτειν.

2. metaphorice: *lacesso, provoco, excito, irrito*, et quidem in utramque partem. In bonam partem pro *incitare, impellere* legitur 2 Cor. IX, 2. ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε τοὺς πλείονας vestrum studium plures ad beneficentiam erga pauperes provocavit. *Suid.* ἐρεθίζειν· παρορμᾷν ἐπὶ τι καὶ παραθήγειν. In deteriorem partem, ut sit i. q. παροργίζειν *ad iram et indignationem aliquem provocare, sive verbis, sive factis*, legitur Coloss. III, 21. μὴ ἐρεθίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν nolite durius tractando liberos vestros ad iram provocare. *Xen. de Venat.* X, 14. 15. et 27. *Polyb.* I, 40. 6. *Homer. Iliad.* δ'. 5. Deut. XXI, 22. *Hesych.* ἐρέθιζε· παρόξυνε. — ἐρεθίζει· παροξύνει, νηρύεται, λυπεῖ, μηρύεται. — ἐρεθίζει· ἀδολεσχεῖ, χλευάζει, σκώπτει, διαμάχεται. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 199.

ΈΡΕΙΔΩ, fut. είσω, *figo, infigo, firmiter fulcio*. Legitur in N. T. semel Act. XXVII, 41. ἡ πρῷρα ἐρείσασα ἔμεινεν ἀσάλευτος ac prora quidem infixa manebat immobilis. *Hesych.* ἐρεῖσαι· ἐπερεῖσαι, ἐπιστηρίξαι. *Polyb.* II, 33. 3. III, 46. 1. *Plutarch.* T. IX. *Opp.* p. 50. ed. *Reiske.*

ΈΡΕΥΓΩ et ΈΡΕΥΓΟΜΑΙ, fut. εὐξομαι, 1. proprie: *eructo*, et de *fonte scaturiente et aquas copiose emittente* dicitur Levit. XI, 10. ἀπὸ πάντων, ὧν ἐρεύγεται τὰ ὕδατα. *Plutarch.* T. VI. *Opp.* p. 60. et T. X. p. 646. ed. *Reiske. Pindar. Pyth.* I, 40. ἐρεύγονται πηγαί. *Hesych.* ἐρεύγετο· ἔζρυεν. Deinde per metaphoram, desumtam a fontis scaturigine, plane ut Hebr. הַבִּיעַ Ps. LXXVIII, 2. cui respondet ἐρεύγεσθαι. ibid. XIX, 2.

2. significat, *dicere, eloqui, palam proloqui, pleno ore proferre*. Sic semel legitur in N. T. Matth. XIII, 35. ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου palam proferam abscondita a mundo condito. Ps. CXLV, 7. μνήμην τοῦ πλήθους τῆς χρηστότητός σου ἐρεύξονται,

sec. cod. Alex. nam in Vatic. legitur ἐξερεύξονται.

ΕΡΕΥΝΆΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. *indago, investigo, scrutor, inquiro*, interdum etiam *aliquid cum magna animi attentione quæro*, metaphora desumta a fossoribus metallorum, qui intimas terræ cavernas perscrutantur. Per se enim, ut recte monuit *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 146. hæc vox nullam emphasin habet, et quamcunque inquisitionem, sive remissiorem illam, sive accuratiorem, significat, id quod præter locum *Joseph. A. J.* II, 6. 7. omnia illa loca satis superque docent, ubi verbo ἐρευνᾶν additur μετὰ πάσης ἀκριβείας, ἀκριβῶς, seu ἀκριβέστερον. Joh. V, 39. ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς vos legitis quidem litteras sacras, et ad h. l. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 1210. ibid. VII, 52. ἐρεύνησον consule diligenter et excute historiæ Judaicæ monumenta, 1 Petr. I, 11.

2. *cognosco, scio certissime.* Rom. VIII, 27. ὁ ἐρευνῶν τὰς καρδίας Deus, qui exactissime cognoscit intimos animi recessus. Apoc. II, 23. ὁ ἐρευνῶν νεφροὺς καὶ καρδίας. 1 Cor. II, 10. ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ penetrat et perspicit omnia consilia divina. Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 1211.

ΕΡΈΩ, ῶ, fut. ἐρῶ, perf. εἴρηκα, 1. proprie: *dico, ore enuntio, pronuntio.* Marc. XI, 29. Joh. IV, 18. 1 Cor. XIV, 23. Formula τί ἐροῦμεν; est formula transeundi, i. q. τί οὖν; *quid ergo? quid sequitur? quid colligi potest exinde?* Rom. VI, 1. VII, 7. IX, 14. 30. Formula ἐρεῖν κακῶς *maledicere, mala alicui imprecari.* Luc. XII, 10. Act. XXIII, 5. respondet Hebr. אָרַר Exod. XXII, 28.

2. *objicio, oppono.* Luc. IV, 23. ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν in me vertetis hoc adagium. Rom. IX, 19. ἐρεῖς οὖν μοι objicies mihi.

3. *prædico.* Matth. II, 15. ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ἀπὸ τοῦ Κυρίου ut eventus constaret oraculo divino. Act. II. 16. XIII, 40. Rom. IV, 18.

4. *jubeo, mando, præscribo.* Matth. XIII, 30. ἐρῶ τοῖς θερισταῖς mandabo messoribus. Luc. II, 24. κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίου ex præscripto legis divinæ. Joh. XII, 50. *Xenoph. Cyrop.* IV, 5. 17. et VII, 1. 5.

5. *interrogo, quæstionem propono.* Matth. XXI, 25. ἐρεῖ ἡμῖν, διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ; Marc. XI, 31. Luc. XX, 5. 1 Cor. XV, 35.

6. *promitto, polliceor.* Hebr. XIII, 5. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, οὐ μὴ σὲ ἀνῶ.

7. *voco, nomino, appello.* Joh. XV, 15. ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους ego vos appellavi amicos et tanquam tales tractavi.

8. *denuntio.* Act. VIII, 24. ut mihi nihil eorum eveniat, ὧν εἰρήκατε, quæ mihi denunciastis.

9. *explico, aperio, detego.* Apoc. XVII, 7. ἐγώ σοι ἐρῶ τὸ μυστήριον τῆς γυναικός.

10. *respondeo.* Luc. XIII, 27. 2 Cor. XII, 9. Apoc. VII, 14. *Xenoph. Cyrop.* III, 1. 5.

ΕΡΗΜΊΑ, ας, ἡ, i. q. ἡ ἔρημος, sc. χώρα, et notat *locum aliquem* vel *tractum terræ*, non tam *incultum et horridum*, quam *minus habitabilem, solitudinem, locum vacuum quidem ab hominibus, pascuis tamen et agris abundantem et arboribus obsitum*, ab ἔρημος, quod vide. Matth. XV, 33. Marc. VIII, 4. 2 Cor. XI, 26. ἐρημίαι et πόλεις sibi invicem opponuntur, ut apud *Josephum A. J.* II, 3. s. 1. Hebr. XI, 38. ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebr. חָרְבָּה *desolatio*, Ezech. XXXV, 4. et ibid. v. 9. τῷ שְׁמָמָה idem. *Xenoph. Hist. Gr.* V, 4. 41. *Anab.* II, 5. 2. *Etym. M.* ἐρημία, ἡ τῶν ἐνοικούντων μονωθεῖσα χώρα.

ΕΡΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. *desertus, desolatus, vastus, devastatus.* Act. I, 20. γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος fiat domicilium ejus desertum. ibid. VIII, 26. αὕτη ἔστι ἔρημος ad Gazam jam desertam. Conf. supra ad Γάζα. Matth. XXIII, 38. (coll. *Julian. Orat.* VII, p. 425.) Luc. XIII, 35. Nehem. II, 17. Ἱερουσαλὴμ ἔρημος.

2. *solitarius, non habitatus, incolis*

destitutus, interdum etiam *parum habitatus*. Matth. XIV, 13. 15. coll. Luc. IX, 10. 12. Marc. VI, 31. 32. 35. *Xenoph. Cyrop.* III, 2. 1. *Anab.* I, 5. 4.

3. *sterilis, infœcundus*. Galat. IV, 27. ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου nam mulier sterilis hucusque jam fœcunda mater erit. Ita שׁוֹמֵמָה Ies. LIV, 1.

Hinc substantivum

ΕΡΗΜΟΣ, ου, ἡ, sc. χώρα, seu γῆ, quod

1. in universum notat, *locum*, seu *terræ tractum, nec oppidis, nec vicis, nec incolis adeo celebrem et frequentem, sed pascuis abundantem*, et respondet Hebraico מִדְבָּר a דָּבַר *agere pecudes in pascua*. Jos. XV, 61. *Suid.* ἡ ἔρημος κυρίως ἡ μονωθεῖσα τῶν ἐνοικούντων γῆ. Luc. XV, 4. Act. VII, 30. Conf. *Theod. Hasæus* in *Bibl. Brem.* Class. I. p. 122. seq.

2. speciatim ita dicitur *longior ille tractus tribus Juda, adjacens lacui Asphaltidi ad occasum*, et mox simpliciter ἡ ἔρημος, Marc. I, 4. Joh. I, 23. mox ἡ ἔρημος τῆς Ἰουδαίας, Matth. III, 1. et Hebraice מִדְבַּר יְהוּדָה Judd. I, 16. vocatur. Conf. *Relandi Palæstinam* p. 375.

3. *longior ille tractus terræ, per quem Israëlitæ per quadraginta annos post exitum ex Ægypto iter faciebant Mose duce*. Act. VII, 36. 1 Cor. X, 5. Hebr. III, 17.

4. *solitudo, secessus*. Luc. I, 80. καὶ ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις, h. e. intra domus paternæ fines se continuit, non prodiit in publicum. Conf. *A. Rechenbergii* D. de voce ἔρημος in Ej. *Exercitatt. in N. T.* p. 185. et *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΕΡΗΜΟΩ, ῶ, fut. ώσω, *vasto, devasto, desertum reddo, in solitudinem redigo, depopulor*, ab ἔρημος. *Dionys. Halic. Ant.* XI. p. 686. *Thucyd.* V, 4. τὴν πόλιν ἐκλιπόντες καὶ ἐρημώσαντες. Passivum ἐρημόομαι, οῦμαι, *desolor, devastor*, et ex adjuncto: *dilabor, pereo, intereo, spolior, privor, exhaurior*. Matth. XII, 25. πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, ἐρημοῦται, h. e. dilabetur, non poterit persistere. Luc. XI, 17. Apoc. XVII, 16. ἠρημωμένην ποιήσουσιν αὐτὴν καὶ γυμνήν exutam eam reddent et spoliatam. ibid. XVIII, 17. ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος perierunt tantæ divitiæ. ibid. v. 19. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. XXI, 4. καταπλημμὸς καὶ ὕβρις ἐρημώσουσι πλοῦτον. *Xenoph. Ages.* I, 20. et *Anab.* I, 3. 6.

ΕΡΗΜΩΣΙΣ, εως, ἡ, *vastatio, desolatio*, ab eodem. Ter tantum legitur in N. T. Matth. XXIV, 15. Marc. XIII, 14. et Luc. XXI, 20. In prioribus locis occurrit formula βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, de qua supra ad vocem βδέλυγμα exposui.

ΕΡΙΖΩ, fut. ίσω, 1. *litigo, certo, contendo, rixor*, ab ἔρις *lis, rixa*. Adhiberi quoque bono sensu de iis, qui cum familiaribus contendunt ac disputant, docet locus *Æliani V. H.* II, 21. *Hesych.* et *Suid.* ἐρίσαντες· φιλονεικήσαντες. Sirac. VIII, 2. μὴ ἔριζε μετὰ ἀνθρώπου πλουσίου. ibid. XI, 9. *Ammonius* in v. ζηλῶσαι· ζηλοῦν μέν ἐστι τὸ σὺν ἐπιθυμίᾳ μιμεῖσθαι, ἐρίζειν δὲ τὸ μετὰ μάχης φιλονεικεῖν. Jam, quia litigantes et rixantes vociferantur fere et strepitum edunt, hinc factum est, ut ἐρίζειν ex adjuncto etiam significaret

2. *clamorem tollo, strepitum edo*. Sic semel legitur in N. T. Matth. XII, 19. οὐκ ἐρίσει οὐδὲ κραυγάσει, ubi *Æthiops: non strepitum edet neque clamabit*. In Hebraico Ies. XLII, 2. unde hæc verba desumta sunt, legitur לֹא יִצְעַק, Alex. οὐ κεκράξεται.

ΕΡΙΘΕΙΑ, είας, ἡ, et ΕΡΙΘΕΙΑ, ας, ἡ, 1. *contentio, rixa, altercatio*, ab ἐριθεύω *litigo, contendo*. *Hesych.* ἐρίθεια· ἡ διὰ λόγων φιλονεικία. Idem tradit *Suidas*. *Phavor.* addit: ὁ ζῆλος, ἡ καταλαλιὰ ἢ καπηλογία. 2 Cor. XII, 20. Galat. V, 20. Jacob. III, 16. *Aristoteles* de *Republ.* V, 2. et 3.

2. *litium amor et rixandi studium*. Philipp. I, 16. οἱ δὲ ἐξ ἐριθείας opponitur τῷ ἐξ ἀγάπης. ibid. v. 17. II, 3. Jacob. III, 14. εἰ ἔχετε ἐρίθειαν ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν.

3. *inobedientia, rebellio*, i. q. ἀπείθεια. Rom. II, 8. τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας inobedientibus vero et rebellibus erga Deum.

Ἔ**ΡΙΟΝ**, ου, τὸ, *lana*, sine dubio ab εἴρω *necto*. Bis legitur in N. T. Hebr. IX, 19. Apoc. I, 14. Alex. pro צֶמֶר Deut. XXII, 11. Judd. VI, 37. etc. Alias dicitur quoque εἶρος, εος, τὸ, ab eodem verbo. Apud *Xenophontem* (v. c. *Cyrop.* V, 2. 7. *Memor.* II, 9. 4.) semper fere pluralis legitur.

Ἔ**ΡΙΣ**, ιδος, ἡ, 1. *contentio, lis, rixa, altercatio*, et apud exteros Scriptores *Eris, rixarum Dea*. Rom. XIII, 13. μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ non jurgiis nec æmulationi, sc. indulgeamus. 1 Cor. I, 11. III, 3. In plurali ἔρεις pro ἔριδες, 2 Cor. XII, 20. Galat. V, 20. 1 Tim. VI, 4. Tit. III, 9. *Hesiod. Scut. Herc.* v. 148. *Oper. et Dies* v. 28. *Xenoph. Cyrop.* II, 3. 6.

2. *litium amor, rixandi studium*. Rom. I, 29. μεστοὺς ἔριδος plenos jurgiis. Phil. I, 15. διὰ φθόνον καὶ ἔριν ut occasionem habeant mecum litigandi et rixandi, i. q. ἐξ ἐριθείας, v. 16. Accusativus ἔριν vero positus est pro ἔριδα. — *Hesych.* ἔριδι· φιλονεικίᾳ. *Suid.* ἔρις· ἡ διὰ λόγων ἐπίψογος φιλονεικία παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ, ἐκ τοῦ εἴρω, τὸ λέγω.

Ἐ**ΡΙΦΙΟΝ**, ίου, τὸ, et

Ἔ**ΡΙΦΟΣ**, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *hœdus, hœdulus, capella, fœtus capræ recens*, ut non solum ex *Hesychio*, ἔριφος· ὁ μικρὸς αἴξ ὁ ἐν τῷ ἔαρι φαινόμενος, ἤγουν ὁ πρώϊμος, sed etiam ex *Pollucis Onom.* I, 12. sect. 250. apparet. Luc. XV, 29. Cf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 511.

2. metaphorice *hœdi* dicuntur *impii et scelesti* Matth. XXV, 32. et 33. sine dubio ob petulantiam et libidinem vitæque immunditiem. Cf. Ezech. XXXIV, 16. 17.

Ἑ**ΡΜΑ**Η͂**Σ**, ᾶ, ὁ, *Hermas*. Est nomen proprium viri origine Græcum, Dorice pro Ἑρμῆς *Hermes*. Rom. XVI, 14. *Grotius* hoc nomen contractum vult ex Ἑρμόδωρος. *Origenes* aliique veterum putarunt, hunc fuisse Hermam, auctorem illius libri, cui titulus *Pastor*. Sed cum hic liber multa in se contineat absurda et a religione Christiana aliena, verum vidisse mihi non videntur.

Ἑ**ΡΜΗΝΕΙ**Ά, ας, ἡ, 1. *interpretatio, explicatio*, ab ἑρμηνεὺς *interpres*.

2. *facultas interpretandi et explicandi*. 1 Cor. XII, 10. facultas interpretandi lingua vernacula et repetendi dicta ab aliis aliena et peregrina lingua, ἑρμηνεία γλωσσῶν dicitur. ibid. XIV, 26. facultatem interpretandi litteras sacras, τὴν προφητείαν alias dictam, ἑρμηνείαν Paulus vocat. Sæpius non legitur in N. T.

Ἑ**ΡΜΗΝΕΥ**Ω, fut. εύσω, 1. *interpretor, explico, expono*, ab eodem. *Xenoph. Mem.* I, c. 2. §. 52.

2. speciatim: *ex lingua peregrina vel idiomate ignoto transfero et lingua communi exprimo, verto in linguam vernaculam*. Joh. I, 39. 43. Κηφᾶς ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος. ibid. IX, 7. Hebr. VII, 2. Alexandrini posuerunt Ezr. IV, 7. pro Chald. תַּרְגֵּם, quod *exponere, interpretari unam linguam in aliam* significat. *Hesych.* ἑρμηνεύοντες· φράζοντες.

Ἑ**ΡΜΗ**Η͂**Σ**, οῦ, ὁ, contractum ex Ἑ**ΡΜΕ**Ά**Σ**, ου, ὁ, *Hermes*. Nomen viri Græcum, significans

1. *Mercurium*, gentium Deum commentitium, filium Jovis et Maiæ, qui eloquentiæ et mercaturæ præesse credebatur, et nuntius ac legatus reliquorum Deorum habebatur, ita dictum ἀπὸ τοῦ εἴρειν *dicere, nuntiare*. Hoc nomine insigniebatur Paulus Act. XIV, 12. ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου. Conf. *Hesiod. Theogon.* v. 938. et *Opp. et Dies* v. 77—85.

2. ita dicitur vir Christianus. Romæ versans, cujus Paulus mentionem facit Rom. XVI, 14.

Ἑ**ΡΜΟΓΕ**́**ΝΗΣ**, εος, ους, ὁ, *Hermogenes*. Nomen proprium viri, qui tantum 2 Tim. I, 15. commemoratur et proprie *eum* significat, *qui ex Mercurio genus ducit*, ex Ἑρμῆς *Mercurius* et γένος *genus*.

Ἑ**ΡΠΕΤΟ**Ὸ**Ν**, οῦ, τὸ, proprie quidem *reptile* significat, ab ἕρπειν *repere, ser-*

pere, sed deinde de *quovis animali, quod pedibus incedit* (*Xenoph. Mem.* I, 4. 11.) usurpatur, ut bene docuit *Grævius* ad *Callimach. Hymn. in Jovem* v. 13. *Hesych.* ἑρπετά· τὰ ἄποδα παρὰ τὸ εἷς τὴν ἕραν πεπτωκέναι. καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀλόγων ζώων καὶ ἄνθρωποι. γήϊνα γὰρ καὶ ἐπίγεια πάντα. Idem *Schol.* ad *Homer. Odyss.* δ'. v. 419. Æque late verbum ἕρπειν apud optimos Græcos patet, quod in universum *ire, incedere* significat, v. c. apud *Theocrit.* I, 105. *Æschin. Socr.* Dial. III, 10. *Eurip. Phœn.* v. 41. Conf. *Casaubonum* ad *Athenæum* I, 22. p. 64. et *Villoisonium* ad *Apollon. Sophist. Lex. Homer.* T. I. p. 364. Legitur in N. T. Act. X, 12. XI, 6. Rom. I, 23. Jacob. III, 7. Cæterum observandum, ἑρπετὸν proprie adjectivum esse, sed frequenter, subaudita voce θηρίον, substantive adhiberi.

ΕΡΥΘΡΟ'Σ, ά, όν, *ruber, rubicundus*, ab ἔρευθος, *rubor, ruber color*. Bis occurrit in N. T. Act. VII, 36. et Hebr. XI, 29. ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα mare rubrum, (sic dictum, ut quibusdam videtur, *ab arena et fundo rubro*) seu Oceanus Indicus, Arabiam Persidemque alluens, qui in duos dividitur sinus. Is, qui ab Oriente est, Persicus appellatur, cui ex adverso est sinus Arabicus. *Plinius H.N.* VI, 23. et 24. Hebraice יַם סוּף vocatur Exod. X, 19. XIII, 18. a copia algarum illic crescentium. In N. T. mare rubrum per synecdochen de superiore illa sinus Arabici parte dicitur, per quam Israëlitæ ex Ægypto in Arabiæ littus profecti sunt. Conf. *H. Relandi* D. de *mari rubro* in Ej. *Diss. Miscell.* P. I. p. 59. et *Hill.* ad *Dionys. Orbis descript.* p. 30. seq.

'ΕΡΧΟΜΑΙ, fut. ἐλεύσομαι, aor. 2. ἦλυθον, per syncopen ἦλθον, perf. ἐλήλυθα, 1. proprie: *venio*, id est *advenio*. Matth. II, 2. καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ et huc venimus eum salutandi causa. ibid. III, 7. VII, 15. VIII, 9. XXV, 6. 10. Marc. XI, 13. ἦλθεν propius accessit. Joh. I, 40. 47. ἔρχου καὶ ἴδε. Apoc. VI, 1. ἔρχου καὶ βλέπε propius accede et attende. (Est hæc solemnis animi intentionem excitantium formula: Ezech. VIII, 9. בֹּא וּרְאֵה, etiam Thalmudistis admodum familiaris תָּא חֲזִי *Bereschit Rabba* sect. 45. *Zohar* in *Levit.* col. 116.) Apoc. VI, 3. 5. 7. etc. Sic proprie differt a πορεύομαι, quod *ire, se in viam dare* significat, ut clarissime docet locus *Arriani* Diss. Epictet. I, 25. λέγει μοι πορεύου—πορεύομαι· ἔρχου, ἔρχομαι. Sequente εἰς, i. q. εἰσέρχομαι *intro*. Matth. II, 11. VIII, 14. coll. Luc. IV, 38.

2. *proficiscor, eo*, (*Hesiod. Theogon.* v. 272.) *me in viam do, tendo*. Matth. XV, 29. Luc. II, 16. ἦλθον σπεύσαντες celeriter profecti sunt. ibid. XI, 44. XV, 20. Joh. VI, 17. ἤρχοντο cursum navigii dirigebant. ib. III, 22. ἦλθε continuabat iter. Act. XXVIII, 14. καὶ οὕτως εἰς τὴν 'Ρώμην ἤλθομεν postea Romam contendimus. *Xenoph. Anab.* II, 2. 5. et VII, 8. 12.

3. *abeo, discedo*, i. q. ἀπέρχομαι, quo verbo etiam explicatur a *Schol. Homeri* ad Il. α'. 281. et *Eurip.* Hecub. v. 286. *Hesych.* ἐλθοῦσα· ἀπελθοῦσα. —ἔρχομαι· ἀπέρχομαι. Matth. XIV, 12. XVIII, 31. Sic etiam Alexandrini בּוֹא per ἀπέρχεσθαι reddiderunt 1 Sam. XXV, 5.

4. *redeo, revertor*. Matth. II, 21. καὶ ἦλθεν εἰς γῆν 'Ισραὴλ et rediit in terram Israëliticam. Marc. IX, 14. reversus ad discipulos. Luc. XII, 37. ubi cum ἀναλύειν permutatur, coll. v. 36. Joh. IX, 7. καὶ ἦλθε βλέπων et domum rediit videns. ibid. XIV, 18. ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς redibo ad vos, pro ἐπαναλεύσομαι. Hinc ἔρχομαι κατ' ἐξοχὴν in N. T. de *reditu Christi ad judicium extremum* usurpatur Act. I, 11. 1 Cor. IV, 5. XI, 26. Eodem sensu πορεύομαι usurpatur, ut infra docebitur, et Hebraicum בּוֹא, quod Alex. mox per ἐπιστρέφειν, Genes. VIII, 11. mox per ἐπανήκειν, Prov. VII, 20. reddiderunt.

5. *prodeo*. 1 Cor. XV, 35. ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται (pro ἐλεύσονται) ἐκ τῶν

μνημείων; quonam corpore induti prodibunt e sepulcris? coll. Joh. V, 29.

6. *navigio vehor, trajicio*, etiam *appello*. Marc. V, 1. καὶ ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης κ. τ. λ. et trajicientes lacum appulerunt ad agrum Gadarenorum, coll. Luc. VIII, 26. καὶ κατέπλευσαν κ. τ. λ. Joh. VI, 17. et 23. Ita בּוֹא usurpatur Jon. I, 3. ubi Alex. πλεῦσαι habent. *Philostr.* Heroic. c. 1. s. 3. ὑπὲρ τὸν ὠκεανὸν ἐλθεῖν.

7. *afferor, inferor*. Marc. IV, 21. μήτι ὁ λύχνος ἔρχεται; num lucerna infertur in cubiculum, seu *affertur*? ubi librarii vitiose καίεται et ἅπτεται posuerunt, ignorantes nempe hanc rariorem significationem verbi ἔρχεσθαι. Ita Hebraicum בּוֹא usurpatur 2 Regg. XXII, 37. Jerem. XXVII, 8. *Liban.* Epist. 358. ἡ δὲ (sc. ἐπιστολὴ) ἔρχεται affertur autem illa epistola. *Aristoph. Concion.* v. 27. ὁρῶ τόνδε λύχνον προσιόντα. *Heliodor.* VIII, p. 395. *Venire* pro *afferri* Latinis usurpari, locus *Cic.* ad Famil. XI, 24. " dum tibi litteræ meæ *veniant*," clare docet.

8. *irruo, ingruo, cum vehementia feror, inopinato et cum impetu venio*, i. q. κατέρχομαι. Matth. VII, 25. καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ ruebant fluvii exundantes. Ita בּוֹא de fluminum ruentium vi et impetu Ies. LIX, 19. legitur. Luc. XII, 39. ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται qua hora fur irrupturus esset. ibid. XVII, 27. καὶ ἦλθεν ὁ κατακλυσμός. Joh. X, 12. λύκον ἐρχόμενον conspecto lupo, irruente in gregem. ib. XIV, 30. Vid. *Abresch.* Dilucidd. Thucyd. p. 443.

9. *mittor, munus legationis obeo*. Matth. V, 17. IX, 13. X, 34. 35. Joh. III, 2. ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος te esse a Deo missum doctorem. Act. IX, 21. καὶ ὧδε εἰς τοῦτο ἐληλύθει, h. e. huc ideo missus est, ut jam recte transtulit *Syrus*. *Xenoph. Hist. Græc.* II, 3. 9. *Anab.* II, 1. 6.

10. *decido, delabor, demittor*. Act. XI, 5. καὶ ἦλθεν ἄχρις ἐμοῦ, pro κατέβη. Hebr. VI, 7. τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετὸν qui irrigatur pluvia, sæpius in eam decidente: ubi ἐρχόμενον est i. q. βρέχοντα. Apoc. XI, 6.

11. *nascor, exorior, in lucem edor*, i. q. ἔρχομαι εἰς τὸν κόσμον. Joh. VII, 41. μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται; num e Galilæa Messias exoriturus est? ibid. v. 42. coll. v. 52. ubi cum ἐγείρεσθαι permutatur. ibid. XII, 27. ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην sed ideo homo factus sum, ut nempe subirem hæc mala. Galat. III, 19. ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα.

12. a) *orior, existo, fio*, de *rebus*. Matth. XVIII, 7. ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα non aliter fieri potest, quam ut offensæ exoriantur. Act. VII, 11. ἦλθε δὲ λιμὸς exorta est fames. 2 Thess. II, 3. ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον nisi præcesserit defectio a religione Christiana. Apoc. III, 10. 12. b) *sum*, i. q. εἰμί, cujus rarioris usus exempla nonnulla attulit *Abreschius Animadv.* ad *Æschylum* p. 302. Huc a nonnullis refertur locus Matth. XI, 18. ἦλθε γὰρ κ. τ. λ.

13. *adsum, immineo*, de *tempore*. Galat. IV, 4. ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου decursu temporis a Deo destinati. Luc. XXII, 7.

14. *evenio, accido, contingo alicui*, in utramque partem. Joh. XVIII, 4. quum Jesus sciret πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν omnia, quæ ipsi eventura essent. *Eurip.* Phœn. v. 946. ἐμοὶ τόδ' ἦλθε καὶ τέκνῳ κακόν. ibid. 94. Idem Orestes v. 1010. Matth. X, 13. ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν contingat illis felicitas, quam apprecati estis, coll. Deut. XXVIII, 2. 15. Act. XIX, 6. Eodem modo *venire*, *Cic.* Nat. Deor. III, 14. Verr. IV, 17. Rom. III, 8. ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθὰ quia bonum exinde evenire solet, coll. Jer. XVII, 6.

15. *futurus sum, insto, insequor*. Luc. V, 35. ἐλεύσονται ἡμέραι futurum est. Joh. V, 25. ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἔστιν futurum est tempus et jam quodammodo adest. Act. XIII, 44. τῷ δὲ ἐρχομένῳ σαββάτῳ insequente vero sabbato. 1 Thess. I, 10. ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης a futuris pœnis. Ita

בּוֹא Amos VIII, 11. IX, 13. Ὁ αἰὼν ὁ ἐρχόμενος est *vita futura*. Marc. X, 30. Ὁ ἐρχόμενος, הַבָּא, ex usu loquendi Judæorum *Messias* promissus et prædictus ille V. T. oraculis vocatur Matth. XI, 3. Luc. VII, 19. 20.

16. *manifestor, annuntior, innotesco, ad aures alicujus pervenio.* Marc. IX, 7. καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης et vox audita est e nube. Joh. XII, 28. ἦλθεν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ audita est cœlitus vox. Bene *Syrus* h. l. ܐܬܐ pro ἦλθε posuit. Rom. VII, 9. ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς cognitis singulis legis præceptis. Galat. III, 23. πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν ante promulgationem religionis Christianæ. ibid. v. 25. *Thucyd.* VIII, 96. ὡς ἦλθε τὰ περὶ τὴν Εὐβοίαν γεγενημένα cum rerum ad Eubœam gestarum nuntius allatus esset: ubi conf. *Duker.*

17. sequente εἰς, *progredior, pergo ad aliquid.* 2 Cor. XII, 1. ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας progrediar tamen ad visa. *Cic.* Verr. IV, 1. "*Venio* nunc ad" etc.

18. cum præpositione εἰς constructum: *pervenio ad aliquid*, in utramque partem, *nanciscor, consequor*, etiam *obnoxius sum alicui rei.* Joh. V, 24. εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται non obnoxius erit infelicitati æternæ. 1 Tim. II, 4. καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν ut ad veræ religionis Christianæ cognitionem adducantur. 2 Tim. III, 7. *Eurip.* Phœn. v. 205. πόθου εἰς τέρψιν ἦλθες desiderii compos factus es.

19. aliis verbis additum interdum abundare videtur, v. c. Matth. II, 23. καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν. ibid. IX, 10. XI, 18. Ephes. II, 17. *Eurip.* Hecuba v. 725. τί μέλλεις παῖδα σὴν κρύπτειν τάφῳ ἐλθοῦσ'; *Sophocl.* Antigon. v. 1223. ὁρᾷ νῦν τάδ' ἐλθών. Zach. I, 21. τί οὗτοι ἔρχονται ποιῆσαι; II, 10. Apud Græcos Scriptores ἐλθὼν, aliis verbis additum, interdum per *statim, e vestigio*, vertendum est; conf. *D'Orville* ad *Chariton.* p. 379.

20. Interdum omittitur, v. c. Matth. XXVII, 25. τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, sc. ἐλθέτω, coll. Matth. XXIII, 35. in nobis et liberis nostris vindicetur ejus cædes. Thren. IV, 13. Ezech. XXXIII, 5.

21. Formulas loquendi singulas quæ ad notiones universas referri commode non possunt, istas potissimum teneto: α) ἔρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον est formula Judaica, בּוֹא בָּעוֹלָם, et notat: *nasci.* Joh. I, 9. ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, quæ verba non cum ἄνθρωπον, sed cum φῶς construenda sunt. ibid. III, 19. VI, 14. IX, 39. etc. β) ἔρχεσθαι εἰς τι, pro: *fieri, evadere*, etiam *inservire alicui.* Marc. V, 26. εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα in deterius progressa, deterior facta. Act. XIX, 27. εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν in contemptum abire. Sic *in contemtionem venire, Cæs.* B. G. III, 17. Phil. I, 12. ἔρχεσθαι εἰς προκοπὴν εὐαγγελίου servire incremento et propagationi evangelii. Formula ἔρχεσθαι εἰς ἑαυτὸν significat: *ad se reverti, ad sanam mentem redire.* Luc. XV, 17. εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθὼν quum autem ad se rediisset; alii reddunt: quum autem res suas mature perpenderet, seu, ad conditionem suam attenderet. *Syrus:* ܘܟܕ ܐܬܐ ܠܗܘ ܠܒܗ et cum venisset ad animum seu mentem suam. *Diod. Sic.* XIII, 95. τοῖς λογισμοῖς εἰς ἑαυτοὺς ἐρχόμεναι, ubi vide *Wesseling.* γ) ἔρχεσθαι ἐπί τινα *animo hostili aliquem adoriri et invadere*, et inprimis de *iis* dicitur, *qui alicui bellum inferunt.* Luc. XIV, 31. *Joseph.* A. J. XIV, c. 11. ἐπὶ Ναζαταίους ἔρχεται. Sic *venire adversus aliquem* (vide *Staveren* ad *Cornel. Nep.* XIV, 4. 5.) et, licet rarius, *venire ad aliquem.* Conf. *Burmann.* ad *Phædr.* I. fab. 21. 5. Ἔρχεσθαι ἐπί τι *alicujus rei causa venire.* Matth. III, 7. δ) ἔρχεσθαι ὀπίσω τινὸς proprie est: *post aliquem venire, sequi aliquem*, et ex adjuncto: *tempore posteriorem esse.* Matth. III, 11. ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος qui post me munus adit, seu, meo muneri succedit. Joh. I, 15. post me surgit doctor, qui prior me fuit: sed deinde metaphorice etiam notat: *alicujus sectatorem, dis-*

cipulum esse, seu *fieri, a partibus alicujus stare.* Matth. XVI, 24. εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν si quis velit meam religionem sectari. Luc. IX, 23. Simili modo הָלַךְ sequente אֵת aut אַחֲרֵי, usurpatur 2 Sam. XVI, 17. XVII, 9. Prov. I, 11. ε) ἔρχεσθαι πρός τινα notat: *adire aliquem, expetendæ alicujus rei causa.* Matth. III, 14. porro: *alicujus doctrinam amplecti, se alicujus disciplinæ et institutioni tradere.* Luc. VI, 47. Joh. V, 40. VI, 35. ubi cum πιστεύειν εἴς τινα permutatur.—Joh. XIV, 23. Deus et Christus dicuntur *venire ad homines*, qua formula arctissima conjunctio, quæ est inter Deum, Christum verosque utriusque cultores et benevolentia significatur, quæ se idoneis documentis declarat. Ἔρχεσθαι πρὸς Θεὸν etc. *pervenire ad felicitatem æternam.* Joh. XIV, 6.

22. Per ellipsin autem deficere putatur. Marc. VII, 4. post ἀπὸ ἀγορᾶς, sicut post ἀπὸ νεκρῶν apud *Theophrast. Char.* c. XVI. Reliqua nexus orationis facile quemque docebit. *Phavor.* ἔρχομαι· ἥκω, ἀφίκομαι, εἰμί, πορεύομαι, βαίνω, βαδίζω, οἴχομαι, παραγίνομαι, ἀφικνοῦμαι κ. τ. λ.

ΕΡΩΤΆΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. *interrogo, propono quæstionem*, sive ad me instruendum, aut alium, sive ad eliciendam confessionem,—*interrogando scrutor et percontor.* Joh. XVI, 5. 23. ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν habebitis idoneam et perfectam scientiam. ib. v. 30. καὶ οὐ χρείαν ἔχεις ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ, h. e. tam aperte et sine involucris orationis loqueris, ut nobis ne opus quidem sit te interrogare. ibid. VIII, 7. Luc. XX, 3. *Plutarch.* de *puer. educ.* VII, 16. Respondet Hebraico חָקַר Deut. XIII, 4. 2 Macc. XVII, 2. *Thomas Mag.* ἐρωτῶ· τὸ ἀπόκρισιν ζητῶ τινα.

2. *oro, rogo, postulo, peto*, et tribuitur vel *supplicantibus et submisse aliquid ab altero expetentibus*, v. c. *stipem*, Act. III, 3. *pacem*, Luc. XIV, 32. *sanationem*, Joh. IV, 47. vel *intercedentibus pro aliis*, Matth. XV, 23. Luc. IV, 38. VII, 3. XVI, 27. vel *invitantibus*, v. c. *ad cœnam*, Luc. VII, 36. XI, 37. vel *blande adhortantibus*, 1 Thess. IV, 1. V, 12. 2 Thess. II, 1. 2 Joh. v. 5. vel denique *Deum precibus adeuntibus*, Joh. XIV, 10. XVII, 9. 20. Eodem modo Hebraicum שָׁאַל, cui ἐρωτάω frequenter in vers. Alex. respondet, v. c. Judd. IV, 20. XIII, 6. 18. Jos. IV, 6. 21. præter *interrogandi* et *orandi rogandique* notionem ab Alexandrinis interdum etiam per αἰτεῖν redditur Exod. III, 21. 1 Sam. I, 17. Ps. XXXV, 11. CXXII, 6. Conf. maxime de hujus verbi varia structura in N. T. *Stephani* Thesaur. Gr. Ling. T. I. p. 1094. et *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΕΣΘΗ̃Σ, ῆτος, ἡ, *vestis, vestimentum quodcunque, ab* ἕω *induo.* Jac. II, 2. ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ in veste splendida, ἐν ἐσθῆτι ῥυπαρᾷ veste sordida, seu tenui. Luc. XXIII, 11. Act. I, 10. X, 30. XII, 21. 3 Esdr. VIII, 73. *Thom. M.* p. 370. ἐσθὴς εὕρηται παρὰ λογογράφοις καὶ ἔσθημα. τὸ δὲ ἔσθησις παρὰ ποιηταῖς καί τισι τῶν ῥητόρων. ἰστέον δὲ, ὅτι ἐσθὴς καὶ στολὴ διαφέρει. τὴν μὲν ἐσθῆτα ἐπὶ τῶν ἁπλῶς ἐνδυμάτων τάττεσθαι, τὴν δὲ στολὴν ἐπὶ τῶν διαφόρων σχημάτων τῶν ἐσθήτων. *Etym. M.* ἐσθής· τὸ ἱμάτιον. Confer *Schol. Sophocl. ad Electr.* 271.

ΕΣΘΗΣΙΣ, εως, ἡ, *vestis, vestimentum*, ab eodem. Semel legitur in N. T. Luc. XXIV, 4. de vestibus, instar fulguris albicantibus, quibus induti angeli mulieribus resurrectionis Christi testes apparuerunt. *Aquila* hac voce usus est Ies. XXIII, 18. pro מְכַסֶּה. Conf. supra ad ἐσθής.

ΕΣΘΊΩ, fut. ίσω, 1. proprie: *edo, comedo*, et hominibus æque ac brutis tribuitur. Matth. XII, 1. ἤρξαντο τίλλειν στάχυας καὶ ἐσθίειν. ibid. XV, 27. καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει etc. ib. XXVI, 21. καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν cum fere comedissent, seu vergente ad finem cœna. Marc. I. 6. καὶ ἐσθίων et cibus ejus erat.

Syr. bene: ܐܟܘܠ ܘܫܬܐ ܘܡܫܬܝ, Formula, ἄρτον ἐσθίειν, significat simpliciter: *edere, prandere, cœnare.* Matth. XV, 2. ὅταν ἄρτον ἐσθίουσι quando cibum capiunt. Marc. VII, 2. Exempla hujus Hebraismi dedit *Vorstius* de Hebraismis N. T. c. 37. p. 695. seq. Ἐσθίειν καὶ πίνειν est; *convivari, epulari, cœnare.* Matth. XXIV, 49. Marc. II, 16. Luc. V, 30. 33. XII, 45. 1 Cor. XI, 22. Videtur hæc formula expressa esse ad Hebr. אָכַל וְשָׁתוֹת 2 Sam. XI, 11. 1 Regg. I, 25. IV, 20. Ruth. III, 7. Interdum tamen ἐσθίειν καὶ πίνειν significat: *cibis delicatioribus uti, interesse splendidis conviviis, voluptuariam et securam vitam agere.* Matth. XI, 18. μήτε ἐσθίων μήτε πίνων parco et modico victu, severiori vitæ assuetus, utebatur. (coll. Luc. VII, 33.) ibid. v. 19. ἐσθίων καὶ πίνων interdum non abstinebat a conviviis tempestivis. Luc. XVII, 27. 28. ubi significat: *vitæ hujus voluptates sectari.* — De sacramentali manducatione, ut vulgo vocatur, usurpatur ἐσθίειν 1 Cor. XI, 29. — ὁ ἐσθίων Rom. XIV, 6. est: *qui omnia promiscue edit, nulla legis Mosaicæ ratione habita.*

2. metaphorice usurpatur Luc. XXII, 30. ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ut mecum futuræ et æternæ felicitatis participes fiatis.

3. *consumo, perdo, vasto, absumo.* Hebr. X, 27. ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους qui consumturus est omnes adversarios religionis Christianæ. Ita אָכַל Deut. XXXII, 22. metaphorice de igne usurpatur, sicut ἐσθίειν apud *Maximum Tyrium* Diss. XXXVIII, et Lat. *vorare* apud *Cornelium Severum* in *Ætna* v. 617.

ΕΣΛΙ, ὁ, *Esli.* Nomen proprium ἄκλιτον origine Hebraicum. Luc. III, 25.

ΕΣΟΠΤΡΟΝ, ου, τὸ, 1. *speculum,* sive *metallicum,* sive *vitreum,* seu *corpus, quod radios reflectit sicque imaginem repræsentat,* i. q. κάτοπτον, qua voce ab *Hesychio* et *Suida* explicatur. (ab ἐσόπτομαι *inspicio.*) Jacob. I, 23. κατανοεῖν ἐν ἐσόπτρῳ contemplari in speculo. Sapient. VII, 26. Sirac. XII, 13. *Plutarch.* T. VI. Opp. p. 528. ed. *Reiske.* *Anacreon Od.* XI, 2. et XX, 5.

2. *instrumentum,* seu *corpus pellucidum, quod lumen aliquo immittit, sive transmittit,* quod Latini *specular* vel *speculare* vocabant, ita dictum, quod ex lapide speculari fiebat, ut recte docuit *L. Bos.* in Exercitt. Philol. p. 147. Hinc explica locum 1 Cor. XIII, 12. βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου nos in præsenti videmus tanquam per lapidem specularem, h. e. obscure, (nam fenestræ, quam veteres e lapide speculari conficiebant, pellucidæ quidem erant, sed tamen obscuriores nostris vitreis) nostra cognitio est imperfecta. *Plinius. H. N.* XXXIV, c. 18. veluti per lapidem specularem intuentibus. Judæos eodem modo locutione רָאָה בְּאַסְפַּקְלַרְיָא *videre per speculare,* de cognitione manca et imperfecta usos esse, docuit *Schoettgenius* in *Hor. Hebr.* ad h. l. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 156. seq. Bene exposuit de hac formula *Wolfius* in Curis Philol. T. II. p. 508. et *Buxtorf.* in Lexico Talmud. p. 171. quibus addendus est *Joh. Floderus* in Diss. de ῥήσει Paulina: βλέπειν δι' ἐσόπτρου. Upsal. 1764. 4. et *J. Oldermanni* D. de Specularibus veterum. Helmst. 1719. 4.

ΕΣΠΕΡΑ, ας, ἡ, *vespera,* a masculino ἕσπερος *vesper, hesperus,* stella Veneris, quæ post occasum solis apparet. Luc. XXIV, 29. πρὸς ἐσπέραν ἐστὶ vesperascit jam dies. Act. IV, 3. ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη. ibid. XXVIII, 23. ἀπὸ πρωΐ ἕως ἑσπέρας a matutino tempore usque ad vesperam. Sæpius non legitur in N. T. *Xenoph. Cyrop.* III, 2. 12. *Hist. Gr.* VI, 5. 17.

ΕΣΡΩΜ, ὁ, *Esrom.* Nomen viri indeclinabile Hebraicum. Matth. I, 3. Luc. III, 33.

ΕΣΧΑΤΟΣ, η, ον, 1. *ultimus, postremus, extremus,* sive *loco,* sive *tempore.* Luc. XIII, 30. οἱ ἔσχατοι ἔσον-

ται πρῶτοι, καί εἰσι πρῶτοι οἳ ἔσονται ἔσχατοι formula, qua Jesus aliquoties in orationibus suis ad populum usus est, cujus sensus, ut e serie orationis apparet, hic est: spes vestra ac exspectatio in vita futura frustrabitur; qui se longe remotos a felicitate æterna jam arbitrantur, eam consequentur; qui contra jam proximi ei sibi videntur, excludentur ab ea. Ἐσχάται ἡμέραι et ἔσχατον τῶν ἡμερῶν, (utrumque enim legitur in N. T. pariter ac in versione Alex. ad exprimendam formulam אַחֲרִית הַיָּמִים, Genes. XLIX, 1. Ies. II, 2. et אַחֲרֵי־כֵן Joël. III, 1.) *omne tempus futurum*, sive *remotum*, sive *imminens*, (2 Tim. III, 1. Jac. V, 3. 2 Petr. III, 3.) significat, ut adeo e serie orationis tantum definiendum sit, quodnam definitum tempus in singulis locis intelligendum sit. Sic v. c. *dies et tempora Messiæ, tempus œconomiæ Christianæ* dicuntur Act. II, 17. ἐσχάται ἡμέραι, Hebr. I, 1. ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, 1 Petr. I, 20. οἱ ἔσχατοι χρόνοι, sine dubio ex usu loquendi Judæorum, qui idem tempus יְמִים אַחֲרוֹנִים appellare solebant. Ex eodem loquendi usu *dies plane ultimi mundi* et *tempus judicii extremi* vocantur ἡ ἐσχάτη ἡμέρα, Joh. VI, 39. 40. 44. 54. XI, 24. et καιρὸς ἔσχατος, 1 Petr. I, 5.

2. *infimæ sortis homo, qui est vilissimæ conditionis*, etiam *qui se modeste et submisse gerit tanquam infimum et vilissimum*. Marc. IX, 35. εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος primum locum inter vos obtinebit, qui se maxime submissum et modestum geret. Joh. VIII, 9. ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων et assessores synedrii et reliqua turba, seu, ab honoratioribus ad vilioris conditionis homines. 1 Cor. IV, 9. ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν permisit Deus, ut nos Apostoli essemus maxime viles, abjecti et pro nihilo habiti, quales sunt ii, quos judex morti jam adjudicavit. Eodem sensu *homines postremi* legitur apud *Ciceronem* pro Roscio c. 47. *Gellium N. A.* XV, 12.

3. Neutrum τὸ ἔσχατον καὶ τὰ ἔσχατα substantive sumitur, designans *ultimum* sive *loco* sive *tempore*, *extremitatem*, *statum et conditionem posteriorem*, *extremum*, *remotum*. Sic v. c. Act. I, 8. et XIII, 47. ἔσχατον τῆς γῆς *loca maxime remota*, *gentes remotissimas* significat; de qua formula expressa ad Hebraicum קְצֵה הָאָרֶץ Ies. XLVIII, 20. XLIX, 6. LXII, 11. exposuit *Vorstius* in Phil. Sacr. p. 455. ed. *Fischeri*, contra quem disputavit *Vitringa* c. 5. et *J. C. Schwarz.* in *Monumentis Ingeniorum* T. III. p. 291. Nam non solum formula τὰ ἔσχατα τῆς γῆς in eadem significatione legitur apud *Herodot.* III, 25. *Themist.* XVI, p. 207. A. Sed etiam apud Latinos *ultimus* et *extremus* pro maxime remoto ponitur, v. c. *Cic. N. D.* I, 42. *Horat.* I. Od. XXXV, 29. *Curtium* IV, 9. 5. Matth. XII, 45. καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χειρότερα τῶν πρώτων posterior hæc hominis illius conditio deterior est priore. Luc. XI, 26. 2 Petr. II, 20. coll. Job. VIII, 7. et Thren. I, 9.

4. adverbialiter ponitur Marc. XII, 6. 22. ἐσχάτη πάντων ἀπέθανε ἡ γυνὴ post omnes, seu, ultimum omnium mortua est etiam mulier. 1 Cor. XV, 8. ἔσχατον *postremo*, *ad extremum*. Deut. XXXI, 29. ἔσχατον τοῦ θανάτου μου. et v. 29. ἔσχατον τῆς τελευτῆς. *Hesych.* ἔσχατον· ἐσώτατον, πρῶτον, τελευταῖον, ὕστερον, ὕστατον. Apud Græcos ἔσχατον interdum latius patere et *quidquid in suo genere summum est* significare, *Suidas* auctor est: ἔσχατα· κακὰ μεγάλα.—ἐσχάτη· ἀδικία ἄκρα τε καὶ τελεία. Vide *Lexicon Xenophonteum* s. h. v. Hinc ἔσχατον, in deteriorem partem sumtum, etiam significare potest *maxime periculosum*, quam notionem haud paucos interpretes subjecisse video huic voci in loco 1 Joh. II, 18. παιδία, ἐσχάτη ὥρα ἐστι tempus maxime periculosum reipublicæ Christianæ adest.

Sed idem sensus elicitur ex altera illa magis communi explicatione: *jam adest tempus illud prædictum.* Cæterum conf. quæ de hac voce scripsit *Schwarzius* in *Comment. Ling. Gr.* p. 587.

ἘΣΧΑΤΩΣ. Adverbium, *extreme, in extremum, pessime, periculosissime,* etiam *summopere, ita ut nihil supra.* (*Xenoph. Anab.* II, 6. 1.) ab ἔσχατος *ultimus.* Formula, quæ semel tantum in N. T. Marc. V, 23. legitur, ἐσχάτως ἔχειν, significat: *animam agere, morti proximum esse, in summo vitæ discrimine versari.* Græci simili modo dicunt ἐν ἐσχάτοις εἶναι, seu ἐσχάτως διακεῖσθαι, etiam ἐπιθανατίως ἔχειν. (*Ælian. V. H.* XIII, 27.) Latini *in ultimis esse, in extremis esse.* cf. *Fischer.* Prolus. XXXI. de *Vitiis Lexicorum N. T.* p. 18. et *Schwarz. Comment. Crit. Ling. Gr.* p. 589. Pauci tamen observarunt, quod tamen huc maxime pertinet, τὰ ἔσχατα in libris apocryphis V. T. *diem mortis,* ἡμέραν τελευτῆς significare, v. c. Sirac. I, 13. II, 3. Adde Prov. V, 11. et *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XVIII, 48.

ἜΣΩ. Adverbium loci, et quidem significat:

1. *intra, intro,* in locum. Marc. XV, 16. ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς abduxerunt eum intra aulam, pro ἔσω εἰς τὴν αὐλὴν, coll. XIV, 54. Matth. XXVI, 58. καὶ εἰσελθὼν ἔσω. Respondet in hac significatione Hebraico לְפָנִימָה 2 Paral. XXIX, 16. et 18.

2. *intus,* in loco. Joh. XX, 26. ἔσω εἶναι intus, domi esse, pro ἐν οἴκῳ εἶναι, et opponitur τῷ ἐκτὸς εἶναι. ubi vid. *Wetstenius.* Act. V, 23. ἔσω, pro ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ.

3. præmisso articulo, adjectivi vice est, aut nominascit ex usu loquendi Alexandrinorum. 1 Regg. VI, 15. τὸ ἔσω τοῦ οἴκου. Ὁ ἔσω ἄνθρωπος *animus hominis* dicitur in N. T. v. c. Rom. VII, 22. Ephes. III, 16. Conf. supra sub ἄνθρωπος. Οἱ ἔσω in universum dicuntur, *qui sunt ex societate aliqua et ad cœtum aliquem pertinent;* speciatim vero in N. T. *Christianorum cœtui adscripti.* 1 Cor. V, 12. οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε; nonne vos in vita communi de iis tantum, qui ad societatem vestram pertinent, indicare soletis? *Hesychius:* ἔσω, ἐντὸς, ἔνδον.

ἜΣΩΘΕΝ. Adverbium loci, ab ἔσω *intra, intus, intro,* est

1. proprie ratione terminationis θεν, *intrinsecus, ab interioribus partibus,* von innen heraus *from within,* Marc. VII, 23. ἔσωθεν intrinsecus, nempe ex animo ἐκ τῆς καρδίας, ut v. 21. explicatur. Luc. XI, 7. Alexandrini posuerunt pro מִבַּיִת Genes. VI, 14. Levit. XIV, 41. et pro מִפָּנִימָה 1 Regg. VI, 19. 2 Paral. III, 4. *Xenoph. Anab.* I, 4. 4.

2. *intus, intra, in loco,* vel proprie, vel metaphorice. Matth. VII, 15. ἔσωθεν quod ad animum attinet. ibid. XXIII, 25. 27. 28. 2 Cor. VII, 5. Apoc. IV, 8. V, 1. Alex. pro בַּיִתָה *intus,* Exod. XXVIII, 26.

3. cum articulo vel sumitur adjective, *interior, internus,* vel substantive, *internum, interius, pars interior.* 2 Cor. IV, 16. ὁ ἔσωθεν ἄνθρωπος animus tamen recreatur. Luc. XI, 39. τὸ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας animus vester scatet rapina et iniquitate. ibid. v. 40. Ezech. XLII, 15.

ἘΣΩΤΕΡΟΣ, α, ον, *interior, internus, intimus.* Comparativus ab ἔσω. Bis tantum legitur in N. T. Act. XVI, 24. ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν conjecit eos in interiorem carcerem. Hebr. VI, 19. εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, scil. μέρος, in eam partem templi, quæ est post velamen, h. e. sanctum sanctorum, quod etiam Hebraice vocatur הַקֹּדֶשׁ מִבַּיִת לַפָּרֹכֶת Levit. XVI, 2. et ib. v. 15. simpliciter מִבַּיִת לַפָּרֹכֶת. Adde Num. XVIII, 7. Exod. XXVI, 33.

ἙΤΑΙΡΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *sodalis, socius, qui diu cum aliquo eadem vitæ consuetudine vixit.* Marc. XI, 16. καὶ προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν

et sibi invicem acclamantibus. *Xenoph. Anab.* VII, 3. 15. *Hist. Gr.* V, 4. 25. *Ammonius:* ἑταῖροι δὲ ἰδίως οἱ καὶ τῇ ἡλικίᾳ παραπλησίως ἔχοντες, καὶ ἐν συνηθείᾳ πολὺν χρόνον γεγονότες. *Hesych.* ἑταῖρον· συνεργόν. *Etym. M.* βοηθὸς, συναύτης.

2. *amicus*, non tam sensu proprio, sed eo, quo solemus in vita communi *ignotos* hoc vocabulo compellare. Matth. XX, 13. Ibi paterfamilias unum mercenariorum conductorum ita alloquitur: ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε amice, non tibi injuriam facio. ubi vid. *Wetstenius.* ibid. XXII, 12. *Xenoph. Mem.* II, 6. 15. *Cyrop.* VIII, 4. 15. *Hesych.* et *Etym. M.* ἑταῖρος· φίλος.

3. *discipulus.* Matth. XXVI, 50. Etiam discipulos sic compellasse magistros apud Græcos, (vid. *Jamblich. Vit. Pythag.* c. 30. p. 155. *Lucian. Fugitiv.* p. 791. *Suidas* v. ἑταῖρε, ὁ Πλάτων, ait, καὶ οἱ ἄλλοι φιλόσοφοι τοὺς γνησίους ἐραστὰς τῶν λόγων ἑταίρους ἐκάλουν.) multis docuit *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* III, 2. et *Menagius* ad *Diog. Laërt.* III, s. 81. Hinc ἑταιρεία est *discipulorum caterva* apud *Philostrat. Vit. Apollon.* VIII, c. 27. p. 395. Etiam Rabbini discipulos חֲבֵרִים appellare consueverunt. Conf. *Maii Obss. Sacr.* Lib. I. p. 16. seq.

ἙΤΕΡΟΓΛΩΣΣΟΣ, ου, ὁ, *qui diversæ linguæ est, qui lingua peregrina utitur, barbarus*, ex ἕτερος *alter, diversus*, et γλῶσσα *lingua.* Ps. CXIV, 1. לַעַז, Alex. βάρβαρος. *Aquila:* ἑτερόγλωσσος. *Onosander* 26. *Polybius* XXIV, 9. 5. Semel legitur in N. T. 1 Cor. XIV, 21. ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ per diversæ linguæ homines et linguis barbaris loquar huic populo. Sed fortasse ἑτερογλώσσοις est neutrum, positum pro substantivo abstracti, pro ἑτέραις γλώσσαις, ego linguis peregrinis ad eos verba faciam, quemadmodum καλλίπαις, *cui pulchri et bene nati sunt filii*, etiam pro *prole pulchra et proba* ponitur apud Græcos, et καλλίχορος *pulchrum chorum* significat.

ἙΤΕΡΟΔΙΔΑΣΚΑΛΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *diversam a priori et novam doctrinam trado.* Speciatim: *doctrinam trado et introducere studeo alienam a vera et pura religione Christiana, ab apostolis tradita*, ex ἕτερος et διδάσκω *doceo.* 1 Tim. I, 3. παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν admonere quosdam, ne alienam doctrinam inveherent. ibid. VI, 3. ἑτεροδιδασκαλεῖν per μὴ προσέρχεσθαι ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ explicatur. Sæpius non legitur in N. T.

ἙΤΕΡΟΖΥΓΈΩ, ῶ, fut. ήσω. Verbum, quod semel tantum occurrit in loco 2 Cor. VI, 14. μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες τοῖς ἀπίστοις. Omnes vero consentiunt in sensu horum verborum ita constituendo: *ne redeatis ad paganismum, ne imitemini Paganorum mores;* sed in modo hunc sensum reperiundi et confirmandi admodum dissentiunt. Alii, inter quos *Wetstenius, Theophylactum* ex parte secutus, eminet, quia ζυγὸς non solum *jugum, per quod jumenta conjunguntur*, sed etiam *jugum libræ* significat, et σταθμὸς ἑτερόζυγος Græcis *lanx* dicitur, *cujus jugum inclinat in alteram partem*, (*Phocyl. Sent.* 13.) ἑτεροζυγεῖν proprie notare dicunt *inclinare se in alteram partem*, ut adeo commode ad *propensionem voluntatis* transferri possit. Aliis vero ἑτεροζυγεῖν proprie est: *eodem jugo junctum et copulatum esse, alteram jugi partem trahere*, et deinde, metaphora ducta a jumentis, quæ per jugum conjunguntur, *arctissime cum aliquo conjunctum esse, societatem cum aliquo colere, similem cum ipso doctrinam sectando et similes mores induendo.* Ita *Vetus: nolite jugum ducere cum infidelibus. Schwarzius*, in *Comment. Crit. Ling. Gr.* p. 591. cum *Theodoreto* faciens, metaphoram ductam existimat a jugo boum equorumve in diversa tendentium et alteram jugi partem diverse trahentium, ut ἑτεροζυγεῖν sit: *dissidiis studere, contentiones serere;* quam vero explicationem admodum coactam et argutam

omnis orationis series respuit. Mihi ita videtur. Vox ἑτεροζυγεῖν opposita est vocibus ὁμοζυγεῖν et συζυγεῖν, quæ partim de *animalibus paribus*, *idem jugum subeuntibus*, partim de *militibus* usurpantur, *qui in acie in una linea*, seu *serie inter se conjuncti sunt*, ut observavit *Kypkius* in *Obss. Sacr.* T. II. p. 254. et in universum significant *societatem inire cum paribus*. Ἑτερόζυγος e contrario de *animalibus disparibus*, *diversi generis et sexus*, *eodem jugo junctis*, usurpatur, v. c. Levit. XIX, 19. *Hesych.* ἑτεροζύγιον· οἱ μὴ συζυγοῦντες. Hinc ἑτεροζυγεῖν metaphorice est: *associare se impuribus*, *societatem inire et communionem habere cum aliis*, *qui sunt nobis dissimiles et inferiores*, *certe esse debent*, nullo plane respectu habito indolis et conditionis aliorum. Bene itaque et eleganter usus est hac voce Paulus in loco laudato, et verba, μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες τοῖς ἀπίστοις, reddenda sunt: nolite societatem inire cum Paganis, vobis plane imparibus, eorumque mores imitari, et ita consortio, vobis indigno, uti.

Ἕτερος, α, ον, 1. ut Latinum *alter*, (*Horat.* IV, *Od.* X, 6. quoties te speculo videris alterum, h. e. dissimilem, mutatum ab eo, qui antea fueras.) *diversus*, *differens*, *dissimilis*, i. q. ἄλλος. Luc. IX, 29. ἐγένετο τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον immutabatur facies ejus, i. q. ἠλλοιώθη. Conf. varr. lect. Rom. VII, 23. 1 Cor. XV, 40. Galat. I, 6. *Aristot. Rhet.* II. τὸ γὰρ δεινὸν ἕτερον τοῦ ἐλεεινοῦ quod horribile est, differt a miserabili; et *Ethic.* X, ὁ φίλος ἕτερος ὢν τοῦ κόλακος. Hinc interdum ἕτερος

2. dicitur, *qui non est consors ecclesiæ nostræ et religioni nostræ addictus*, ein fremder Religions-Verwandter *of a different religion*. Rom. II, 1.

3. *alienigena*, *ex alia familia et tribu oriundus*; unde Alexandrini recte posuerunt Exod. XXX, 9. pro זָר, quod Num. XVIII, 4. 7. per ἀλλογενής verterunt. Hebr. VII, 16. ἱερεὺς ἕτερος sacerdos, qui est ex alia tribu oriundus, non Levitica. Huc etiam recte retulit *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 193. locum Act. VII, 18. βασιλεὺς ἕτερος rex ortus ex alia familia, ob locum *Josephi A. J.* II, 9. 1.

4. *alius*, i. q. ἄλλος. Matth. VIII, 21. XI, 3. coll. Luc. VII, 19. Matth. XII, 45. XV, 30. Ἕτεροι *reliqui*. Matth. XVI, 14. Cf. *Schrader.* ad *Musæum* p. 151.

5. *alter*, maxime si præcessit εἷς. Matth. VI, 24. Luc. V, 7. VII, 41. XVII, 34. 35. XVIII, 10. *Xenoph. Anab.* IV, 7. 17.

6. *secundus*. Luc. XIV, 19. coll. v. 18. XVI, 7. coll. v. 5. Act. XX, 15. τῇ δὲ ἑτέρᾳ, sc. ἡμέρᾳ, secunda die. ibid. XXVII, 3. *Xenoph. Cyrop.* II, 3. 10. et IV, 6. 5.

7. *tertius*. Luc. XIV, 20. XIX. 20. coll. v. 16. et 18. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 430.

8. *peregrinus*. Act. II. 4. καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις et incipiebant loqui peregrinis linguis, quas non didicerant, i. q. καιναῖς γλώσσαις. Marc. XVI, 17. 1 Cor. XIV, 21. καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις. *Hesych.* ἕτερον· ἄλλον ἢ ἀλλοῖον, ἢ ἓν τῶν δυοῖν, ἢ ἀριστερὸν, νέον, δεύτερον.

Ἑτέρως. Adverbium, *aliter diverse*. Legitur semel in N. T. Phil. III, 15. εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε si quid aliter sentitis.

Ἔτι. Adverbium temporis, significans

1. *adhuc*, *etiamnum*, et futurum æque ac præteritum et præsens respicit tempus. Matth. XII, 46. τι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος. ibid. XVII, 5. XXVII, 63. ἔτι ζῶν. 2 Thess. II, 5. ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς. Joh. IV, 35. ἔτι τετράμηνόν ἐστι adhuc quatuor menses sunt et messis venit. Act. II, 26. Æque late adverbium temporis continuativum עוֹד apud Hebræos patet, quod etiam interdum de futuro tempore dicitur, v. c. Jerem. XXVIII, 3. Jon. III, 4. Conf. *Glassii Philol. Sacr.* p. 378. ed. *Dathii*.

2. *amplius*, *præterea*, *insuper*. Matth.

V, 13. εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι nullum præterea usum habet. ibid. XVIII, 16. Marc. V, 35. Luc. XIV, 22. 26. XVIII, 22. ἔτι ἓν σοι λείπει. *Xenoph. Cyrop.* IV, 2. 12. *Apolog.* 6. et 33.

3. *in posterum, posthac.* Luc. XVI, 2. οὐ γὰρ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν posthac œconomi munere fungi non poteris. Joh. VII, 33. XII, 35. *Xenoph. Cyrop.* V, 2. 15. *Anab.* IV, 5. 14.

4. *jam.* Luc. I, 15. ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς jam inde a tenera ætate.

5. *immo etiam.* Hebr. XI, 36.

6. comparativis additur, uti Germanicum: noch *yet, still*, et Latinum *etiam*, Philipp. I, 9. ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον. Hebr. VII, 15. περισσότερον ἔτι. 1 Joh. III, 20. *Æschin.* Dial. II, 3. 37.

7. interdum redundat. Gal. I, 10. εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον. *Sophocl. Trachin.* v. 258. δουλώσειν ἔτι. *Schol.* πλεονάζει τὸ ἔτι.

8. subintelligendum esse ante εἰσί Matth. II, 18. contendit *Palairetus* in *Obss.* ad h. l.

ΕΤΟΙΜΑΖΩ, fut. άσω, 1. proprie est: *præparo, apparo, paro, facio, ut aliquid in promtu sit*, respondet Germanicis: in Bereitſchaft halten, zurüſten, zuſchicken, zubereiten *to hold in readiness, to prepare, to put in a state of preparation for.* Sic v. c. in N. T. de apparatione cœnæ aut agni paschalis dicitur Matth. XXVI, 17. 19. de militibus, qui parantur, Act. XXIII, 23. de paratione loci, Joh. XIV, 2. 3. Matth. XXII, 4. Luc. XVII, 8. XXIV, 1. ἃ ἡτοίμασαν, h. e. quæ præparanda curaverant; ne nempe contradicat Lucas Marco XVI, 1. Conf. *Abreschii Dilucidd. Thucyd.* p. 531.—*Homer. Iliad.* τ'. 197. κάπρον ἑτοιμασάτω ταμέειν Διΐ τ' ἠελίῳ τε. De formulis ἑτοιμάζειν ὁδὸν et ξενίαν vide sub ὁδὸς et ξενία. Luc. I, 17. XII, 47.

2. *colligo.* Luc. XII, 20. ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; quæ collegisti, non tibi usum sui præstabunt.

3. etiam simpliciter positum significat: *instruo convivium, paro cœnam.* Marc. XIV, 15. ἐκεῖ ἑτοιμάσατε ἡμῖν, coll. Matth. XXVI, 17. et 19. Eodem modo הָכִין usurpatur Genes. XLIII, 16. ubi conf. vers. Vulgatam.

4. *destino.* Matth. XX, 23. ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ἀπὸ τοῦ πατρός μου nisi quibus hæc dignitas a patre destinata fuerit. Luc. II, 31. ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν quem destinasti omnibus hominibus. Hebr. XI, 16. ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν destinavit ipsis sedem in cœlo. Genes. XXIV, 14. ταύτην (sc. παρθένον) ἡτοίμασας τῷ παιδί σου τῷ Ἰσαάκ. ibid. v. 44. Tob. VI, 18.

ΕΤΟΙΜΑΣΙΑ, ας, ἡ, *præparatio*, (*Joseph. A. J.* X, 1. 2.) *promptitudo, alacritas*, ab ἑτοιμάζω. Legitur semel in N. T. Ephes. VI, 15. ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης instar pedum armaturæ sit vobis doctrina salutaris, animo vestro semper obversans, quæ vobis semper in promtu sit; ut ἐν ἑτοιμασίᾳ κ. τ. λ. positum sit pro ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τῆς εἰρήνης ἑτοίμῳ ὑμῖν. Hæc mea est qualiscunque de hoc loco obscuro sententia. Meliorem ignoro. Certe nullo modo admittenda videtur eorum sententia, qui ἑτοιμασίαν τοῦ εὐαγγελίου de *constantia in religione Christiana* interpretantur, ob loca Dan. XI, 7. 20. 21. Ezr. II, 68. III, 3. ubi ἑτοιμασία in vers. Alex. de basi et fundamento ædium solemnis vox est. Nam si vel conceditur, voci ἑτοιμασία æque ac Hebraicis מָכוֹן et כֵּן propriam significationem esse *firmitatis*, et hæc pariter ac alia ejusdem originis vocabula ad *constantiam ac firmitatem animi* commode transferri posse, tamen hæc observatio a loco nostro aliena manet, in quo Paulus de *ipsis adminiculis constantiæ in religione Christiana, quæ a Deo suppeditantur*, verba facit, inter quæ ipsa constantia in religione referri nullo modo potest. Nec potest quidem commode constantia ἑτοιμασία dici ex usu loquendi Alexandrinorum, nam Ps. CXII, 7. ubi de constantia animi sermo est, Alexandrini posuerunt ἑτοίμη καρδία, ut adeo etiam Paulo ἑτοιμασία τῆς καρδίας ἐν τῷ εὐ. κ. τ. λ. ex hac ratione scribendum

fuisset. Magis se fortasse nonnullis probaret eorum opinio, qui verba ἑτοιμασίαν τοῦ εὐαγγελίου religionem ipsam, certam illam et fundamento, cui firmiter insistere possis, similem, interpretantur.

ΕΤΟΙΜΟΣ, η, ον, et ΕΤΟΙ΄ΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. *paratus ad aliquid agendum, omnibus necessariis instructus, alacer, promptus*, et de rebus æque ac personis usurpatur. Matth. XXII, 8. γάμος ἕτοιμός ἐστι convivium paratum, seu instructum est. Luc. XXII, 33. μετὰ σοῦ ἕτοιμός εἰμι καὶ εἰς φυλακὴν καὶ εἰς θάνατον πορεύεσθαι paratus sum tecum captivitatem non solum, sed etiam mortem subire. Marc. XIV, 15. ἀνώγεον ἕτοιμον cœnaculum bene instructum. Act. XXIII, 15. ἕτοιμί ἐσμεν τοῦ ἀνελεῖν αὐτὸν eum interficere paravimus nos. Formula ἐν ἑτοίμῳ ἔχειν *paratum esse*, i. q. ἑτοίμως ἔχειν, legitur 2 Cor. X, 6. *Dionys. Hal. Ant.* VIII, 17. IX, 35. *Polybius* p. 569. *Philo Leg. ad Cai.* p. 584. 30. —2 Cor. X, 16. εἰς τὰ ἕτοιμα quæ ab aliis præparata, seu effecta sunt. *Grotio* εἰς τὰ ἕτοιμα positum esse videtur pro ἑτοίμως. Cf. etiam *Wetstenii N. T.* T. II. p. 205.

2. *destinatus*. 1 Petr. I. 5. εἰς σωτηρίαν ἑτοίμην ἀποκαλυφθῆναι ad felicitatem, destinatam nobis a Deo et instar pretiosissimi thesauri in cœlis repositam, quæ nobis aliquando continget. *Hesych.* ἕτοιμος· εὔτροπος, εὐτρεπισμένος. Conf. et *Phavorinum*.

ΕΤΟΙ΄ΜΩΣ, *parate, prompte, alacriter*. Adverbium ad ἕτοιμος *promptus, paratus*. Ἑτοίμως ἔχειν *promptum et paratum esse, habere sibi aliquid propositum, futurum esse*. Ter tantum legitur in N. T. Act. XXI, 13. ἀποθανεῖν εἰς Ἰερουσαλὴμ ἑτοίμως ἔχω prompto animo me Hierosolymis occidi patiar. 2 Cor. XII, 14. ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς decrevi ad vos venire. 1 Petr. IV, 5. τῷ ἑτοίμως ἔχοντι κρῖναι, pro τῷ μέλλοντι κρῖναι, qui olim judicium exercebit. *Syrus* hoc exprimit per ﻣﺪﻳﻢ qui *futurus* est. Conf. *Schaaf. Lex. Syr.* p. 442. Dan. III, 15. νῦν οὖν εἰ ἔχετε ἑτοίμως. *Ælian. V. H.* IV, 13. *Polyb.* III, 13. 2. *Joseph. A. J.* XII, 4. 2. XIII, 1. 1.

ΕΤΟΣ, εος, ους, τὸ, 1. proprie: *illud temporis spatium*, quod vulgo *annum solarem* appellare solemus et Græci ἐνιαυτὸν vocant, qua voce et *Hesychius* interpretatur. Luc. II, 41. κατ' ἔτος quotannis. ibid. XIII, 16. ἔτη δέκα καὶ ὀκτώ. Rom. XV, 23. ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν a multis annis. Galat. II, 1. δι' ἐτῶν, sc. τινῶν, post aliquot annos. 1 Tim. V, 9. ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα infra annos sexaginta nata.

2. τὰ ἔτεα, contracte ἔτη, *anni, vita, quævis duratio*. Hebr. I, 12. καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι et vitæ, seu durationis tuæ, nullus est finis. Ita שְׁנוֹת Proverb. V, 9. ubi Alexandrini βίον verterunt. Ies. XXXVIII, 10. et 15.

3. omittitur interdum, v. c. Luc. XIII, 9. εἰς τὸ μέλλον, sc. ἔτος, futuro anno eum exscindas.

ΕΥ̓, *bene, feliciter, euge, belle, recte*. Adverbium, quod extra compositionem sæpe adhibetur tanquam particula laudantis et applaudentis vel approbantis. In compositis vero nunc felicitatem, nunc facilitatem denotat, ab ἐὺς *bonus*. Matth. XXV, 21. 23. εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ recte egisti, seu, bene tibi sit, o bone et fidelis! (*Ammonius*: εὖ τὸ ὀρθῶς σημαίνει. *Eu*, pro *bene, recte*, legitur apud *Horat.* de *Arte Poët.* 328.) Luc. XIX, 17. pro εὖ in quibusdam codicibus εὖγε reperitur. Εὖ ποιεῖν τινὰ *beneficiis aliquem afficere*. Marc. XIV, 7. Εὖ πράσσειν *felicem, beatum esse*. Act. XV, 29. εὖ πράξετε felices eritis, non: *recte agetis*; hoc enim si Græci indicare volunt, ponunt εὖ, seu καλῶς ποιεῖν, ut recte observavit *Krebs.* in *Obss. Flav.* p. 229. Ephes. VI, 2. ἵνα εὖ σοι γένηται ut bene tibi sit. Deut. IV, 40. Formula εὖ ἔσται omittitur interdum, v. c. Luc. XIII, 9. post verba κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν. *Xenoph. Cyrop.* IV, 5. 5. *Homer. Iliad.* I, 135. seq. et ad h. l. *Eustath.* 1 Sam. XII, 14. *Hesych.* εὖ· καλῶς, ἰσχυρῶς.

ΕΥ̓Α, ας, ἡ, *Eva*, nomen proprium uxoris Adami, communis omnium hominum matris, quæ ita appellata fuit, teste Mose, Genes. III, 20. כִּי הִוא הָיְתָה אֵם כָּל־חָי eo quod fuerit mater omnium viventium. Hebraice est חַוָּה a radice חָיָה *vixit*. 2 Cor. XI, 3. 1 Tim. II, 13.

ΕΥ̓ΑΓΓΕΛἸΖΩ, fut. *ίσω*, et medium ΕΥ̓ΑΓΓΕΛἸΖΟΜΑΙ, fut. *ίσομαι*, 1. proprie: *lætum nuntium affero, læta et felicia annuntio*, ex εὖ *bene, feliciter*, et ἀγγέλλω *nuntio*. Luc. I, 19. καὶ εὐαγγελίσασθαί σοι ταῦτα. 1 Thess. III, 6. εὐαγγελισαμένου ἡμῖν τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν. *Theophr. Char.* XVII, 5. πρὸς τὸν εὐαγγελιζόμενον ὅτι υἱός σοι γέγονεν. *Aristoph. Equit.* 640. *Joseph. A. J.* XX, 7. 2. Conf. *Jensii Fercul. Litter.* p. 1. et *Schwarz. Comment. Ling. Gr.* p. 595. Respondet in hac significatione verbo בָּשַׂר in versione Alex. v. c. Jerem. XX, 15. 1 Sam. XXXI, 9. 2 Sam. I, 20. XVIII, 19. 20. Hinc

2. speciatim: *doctrinam Christianam, salutarem illam ac omni solatio plenissimam, aliis trado.* Ita tribuitur Christo, Luc. IV, 18. εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς. ibid. XX, 1. et Christi discipulis et apostolis. Luc. IX, 6. Act. VIII, 25. πολλὰς δὲ κώμας Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσαντο multorum vicorum Samaritanorum incolas doctrina Christiana imbuerunt. ibid. v. 40. etc. Passivum εὐαγγελίζομαι mihi doctrina Christiana traditur. Matth. XI, 5. πτωχοὶ εὐαγγελίζονται. 1 Petr. IV, 6.

3. *annuntio, doceo, instituo, trado aliquid, revelo*, tam *ore*, quam *scriptis*. In hoc sensu bis tantum activum posuerunt Scriptores N. T. cum alias semper fere medium adhibuerint. Apoc. X, 7. ὡς εὐηγγέλισε τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις τοῖς προφήταις. ibid. XIV, 6. εὐαγγελίσαι τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς. Luc. III, 18. πολλὰ μὲν——εὐηγγελίζοντο τὸν λαὸν alia multa populum admonuit instituitque. Luc. IV, 43. εὐαγγελίσασθαι με δεῖ τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. ibid. VIII, 1. Act. V, 42. VIII, 12. etc.

4. *jubeo, curo aliquid tradi alteri et annuntiari*. Ephes. II, 17. εὐηγγελίσατο εἰρήνην κ. τ. λ. curavitque, ut doctrina Christiana concordiæ auctor traderetur Judæis ac Paganis. Act. X, 36. εὐαγγελλιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

5. εὐαγγελίζεσθαι *is* dicitur, *cui aliquid promittitur*. Hebr. IV, 2. καὶ γὰρ ἐσμὲν εὐηγγελισμένοι ad nos enim pertinet illa promissio pariter ac ad illos. ibid. v. 6. καὶ οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες. Cæterum construitur hæc vox plerumque cum dativo, interdum tamen etiam cum accusativo et præpositionibus εἰς, ἐν, πρός. Damnavit structuram cum accusativo temere *Thom. M.* p. 379. ut multis docuit *Abreschius* in *Miscell. Obss.* Vol. X. T. II. p. 213. Vide et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 674.

ΕΥ̓ΑΓΓΈΛΙΟΝ, *ίου*, τὸ, 1. proprie est vi etymologiæ et ex frequenti apud Scriptores Atticos, (*Lucian. Asino* 26. *Appian. B. C.* IV, 968.) maxime Aristophanem, usu, *quodcunque lætum ac faustum nuntium*, (ex εὖ et ἀγγελία *annuntiatio*) interdum etiam *præmium, quod lætum nuntium afferentibus datur. Suid.* τὰ κάλλιστα διαγγέλλον. *Etym. M.* τὸ ἀγαθὰς ἀγγελίας δωρούμενον. *Homer. Iliad.* ξ'. v. 150. εὐαγγέλιον δέ μοι ἔστω. *Eustath.* ὑπὲρ ἀγαθῆς ἀγγελίας δῶρον. Conf. *Ez. Spanhem.* in *Aristoph. Plut.* v. 764. Apud *Xenoph. Hist. Gr.* I, 6. 27. εὐαγγέλια θύειν notat: *sacra facere eucharistica ob nuntium lætum.* Adde 2 Sam. XVIII, 20. 27. Conf. *Jensii Ferc. Litter.* p. 2. seq.

2. speciatim ita dicitur *omnis doctrina divina*, inprimis vero *doctrina Christiana*, quæ interdum quidem vocatur εὐαγγέλιον Θεοῦ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, Rom. I, 1. et 3. aut εὐαγγέλιον τοῦ υἱοῦ Θεοῦ, ibid. 9. τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, Matth. IV, 23. IX, 35. XXIV, 14. Marc. I, 14. haud raro tamen simpliciter τὸ εὐαγγέλιον dicitur, v. c. Marc. XIII, 10.

XVI, 15. et ὁ λόγος τοῦ εὐαγγελίου, Act. XV, 7.

3. *prædicatio et institutio in religione Christiana, munus tradendi religionem Christianam.* Rom. II, 16. X, 16. XVI, 25. κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα. 1 Cor. IV, 15. IX, 14. ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν victum capere ex docendo evangelio. Galat. II, 7. 14. etc.

4. metonymice designat *singulas religionis Christianæ partes*, v. c. *historiam evangelicam de vita, factis et fatis J. C.* Matth. XXVI, 13. Marc. XIV, 9. Ita capitur quoque in inscriptionibus Matthæi, Marci, Lucæ et Johannis pro *libro de dictis, factis et fatis J. C. per evangelistas conscripto.* Interdum *promissiones* significat, *quas offert religio Christiana, bona et præmia per religionem Christianam hominibus promissa.* 1 Cor. IX, 23. ἵνα συγκοινωνὸς τοῦ εὐαγγελίου γένωμαι ut particeps fiam bonorum, in religione Christiana hominibus oblatorum et promissorum. Potest tamen εὐαγγέλιον h. l. etiam *effectum, fructum et præmium muneris tradendi religionem Christianam*, per metonymiam significare, coll. 2 Sam. IV, 10. Priorem explicationem *Syrus* et *Chrysostomus* in *Homil.* ad h. l. tuentur.— In aliis locis de *singulis dogmatibus religionis Christianæ* usurpatur, v. c. 1 Cor. XV, 1. ubi caput religionis Christianæ de resurrectione Christi et futura resurrectione hominum significat.

5. *professio religionis Christianæ.* Marc. VIII, 35. X, 29. 2 Tim. I, 8. Philem. v. 13.

6. *quælibet doctrina*, etiam *falsa* et *erronea.* Galat. I, 6. εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον ad doctrinam a vera religione Christiana plane alienam.—*Phavor.* εὐαγγέλιόν ἐστι κήρυγμα τῆς νέας σωτηρίας, ἢ λόγος περιέχων ἀγαθοῦ παρουσίαν κ. τ. λ.

ΕΥ̓ΑΓΓΕΛΙΣΤἨΣ, οῦ, ὁ, 1. *doctor religionis Christianæ.* Act. XXI, 8. ubi est i. q. διδάσκαλος, seu διάκονος εὐαγγελίου. 2 Tim. IV, 5.

2. Temporibus apostolorum speciatim evangelistæ dicebantur doctores Christiani et apostolorum adjutores, qui, nulli ecclesiæ particulariter præpositi, ad varios Christianorum cœtus mittebantur et ab alio ad alium migrantes non tam prima doctrinæ rudimenta tradebant, quam institutionem apostolorum continuare solebant, ut diserte tradit *Eusebius* in *Hist. Eccles.* V, c. 9. Ephes. IV, 11. ad quem locum *Theodoretus:* ἐκεῖνοι περιιόντες ἐκήρυττον. Cessavit subsequentibus sæculis officium istud, nomen tamen retentum quatuor historiæ evangelicæ scriptoribus tributum fuit. Conf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 1234. et *Steph. Middelboe* D. de Evangelistis Ecclesiæ Apostolicæ. Hafn. 1779. 4.

ΕΥ̓ΑΡΕΣΤΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *placeo, admodum gratus sum*, ex εὖ *bene* et ἀρεστὸς *placitus, gratus.* Εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ *vitam suam Deo probare, Deo placere ob pietatem et integritatem vitæ.* Hebr. XI, 6. χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι, sc. τῷ Θεῷ, quod additur v. 5. μεμαρτύρηται εὐηρεστηκέναι τῷ Θεῷ laudatur ejus pietas et integritas vitæ. Consequens enim h. l. positum est pro antecedente: ita se gessisse, ut Deo placeret. Genes. V, 22. 24. XVII, 1. εὐαρεστήσεις ἐναντίον ἐμοῦ, καὶ γίνου ἄμεμπτος. Ps. XXVI, 3. Sirac. XLIV, 16. Medium εὐαρεστέομαι, οῦμαι, *delector, lætor aliqua re*, proprie: *hilariter affectus sum, placide me habeo.* Hebr. XIII, 16. τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεὸς nam hæc sunt sacrificia, quibus Deus maxime delectatur. Sæpius non legitur in N. T. *Diod. Sic.* XVII, 113. XX, 80. *Philo de Abrah.* p. 365. 20.

ΕΥ̓ΑΡΕΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *acceptus, valde gratus, bene placens.* (ex iisdem.) 2 Cor. V, 9. εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι ut ei semper placeamus vitamque nostram probemus. Ephes. V, 10. Phil. IV, 18. etc. Sapient. IV, 10. *Hesych.* εὐάρεστον· πάνυ ἀρέσκοντα. Neutrum τὸ εὐάρεστον, Rom. XII, 2. simpliciter ita ponitur, ut *omne, quod est honestum et legibus di-*

vinis consentaneum, significet, coll. Hebr. XIII, 21. et Sap. IX, 10.

ΕΥ̓ΑΡΈΣΤΩΣ. Adverbium, *ad placitum, grate, ita, ut placeamus.* (ab iisdem.) Semel legitur in N. T. Hebr. XII, 28. λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ colamus Deum eo, quo postulat, modo.

ΕΥ̓ΒΟΥΛΟΣ, ου, ὁ, *Eubulus*, nomen proprium viri Græcum, qui commemoratur 2 Tim. IV, 21. conflatum ex εὖ *bene, recte*, et βουλὴ *consilium*, ut adeo proprie *virum prudentem*, seu *consultum qui bene consulit*, significet, φρόνιμον, συνετὸν, interprete *Hesychio*. *Eurip. Rhes.* v. 105. *Julian. Or.* I. p. 19. ed. *Spanhem.* εὔξουλος φύσει, unde εὐξουλία *prudentia, consiliorum sollertia*. *Eurip. Phœn.* v. 728.

ΕΥ̓ΓΕΝἨΣ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, 1. proprie: *nobilis ratione generis et stemmatis, nobili genere ortus, illustri loco natus*, et ex adjuncto: *vir magnus et potens, princeps, dives*. Luc. XIX, 12. ἄνθρωπός τις εὐγενὴς quidam princeps, seu potens. Sic sumitur Job. I, 3. ubi τῷ בְּדֹלֵל in vers. Alex. εὐγενὴς respondet. 1 Cor. I, 26. οὐ πολλοὶ δυνατοὶ, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς, sc. ἐκλήθησαν, non multi potentes et genere nobiles religionem Christianam amplexi sunt. *Xenoph. Hist. Gr.* IV, 1, 4. *Eurip. Phœn.* v. 455. *Hesych.* εὐγενής· ἐλεύθερος τῷ γένει. *Schol. Sophocl. ad Electr.* 25. εὐγενής· ἀπὸ ἀγαθοῦ γένους. Εὐγενεῖς· ὧν ἡ πατρὶς περιφανὴς καὶ τὸ γενος. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 2. 3. Vol. I. p. 786.

2. ad animum transfertur et notat *eum, qui est generosus et nobilis animo, ingenuus*, i. q. γενναῖος. Sic legitur in N. T. Act. XVII, 11. ubi Beroenses dicuntur εὐγενέστεροι, h. e. nobiliores animo et liberaliores Thessalonicensibus. *Chrysost.* et *Theophyl.* ἐπιεικέστεροι. *Cic.* ad *Att.* XIII, 21. *Eurip. Phœn.* v. 1650. 2 Macc. X, 13. *Joseph. A. J.* XII, 7. ψυχὰς εὐγενεῖς. Cf. etiam *Phavorini Glossarium* sub εὐγενεῖς. Non recte itaque se habet distinctio *Aristotelis Rhet.* II, c. 15. ἐστὶ δὲ εὐγενὲς μὲν, κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετὴν· γενναῖον δὲ, κατὰ τὸ μὴ ἐξίστασθαι ἐκ τῆς φύσεως.

ΕΥ̓ΔΙΑ, ας, ἡ, *serena tempestas, serenitas cœli, aëris serenitas et tranquillitas*, etiam secundum *Pollucem* i. q. γαλήνη *maris tranquillitas et ponti malacia*, ex εὖ et Δία, accusativo nominis Ζεὺς *Jupiter*, et metonymice *cœlum* vel *aër*. *Phavor.* εὐδίαν καὶ εὔδιον τὴν τοῦ ἀέρος ἠρεμίαν ἢ ἀξροχίαν ἢ αἰθρίαν. *Suid.* ἡ ἄνευ ἀνέμων ἡμέρα. Semel legitur in N. T. Matth. XVI, 2. εὐδία, sc. ἔσται αὔριον, cras serena erit tempestas, ubi χειμῶνι opponitur, ut apud *Theophr. de signis tempestatis ac serenitatis* p. 123. et 128. Sirac. III, 15. *Ælian. V. H.* IX, 18. *Polyb.* I, 60. *Xenoph. Cyrop.* VI, 1. 11. Conf. de hac voce *Foësii Œconom. Hipp.* p. 151. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 428. Adjectivum εὔδιος legitur apud *Xenoph. Hist. Gr.* I, 6. 28. εὔδιος ἄνεμος.

ΕΥ̓ΔΟΚΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *in bona existimatione sum apud aliquem, bona fama utor, probor*. Sed in hac significatione tantum apud exteros Scriptores legitur. In N. T. significat

2. *bene sentio, benevolo et propenso sum erga aliquem animo, et hoc animo aliquid volo, cupio, vel decerno*. Luc. XII, 32. Rom. XV, 26, 27. Galat. I, 15. Coloss. I, 19. 1 Thess. II, 8.

3. *delector, oblector, probo, in aliqua re acquiesco*. 2 Cor. XII, 10. διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις ego lætor his calamitatibus et animo tranquillo eas perfero. Hebr. X, 6. 8. Matth. III, 17. ἐν ᾧ εὐδόκησα quo mirifice delector, coll. 2 Sam. XXII, 20. Malach. II, 17. 2 Thess. II, 12. εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ sed potius doctrinæ spuriæ assentiuntur. *Polyb.* II, 38. XVII, 33.

4. *cupio, opto*, et sequente μᾶλλον, *malo*. 2 Cor. V, 8. εὐδοκοῦμεν μᾶλλον malo. Sirac. XXV, 18. 1 Macc. VI, 23. *Hesych.* εὐδόκησαν· ἐβούλοντο, ἠθέλησαν, ἠγάπησαν. *Suid.* εὐδοκεῖν· συγκα-

τατίθεσθαι. *Phavor.* εὐδόκησα καὶ τὸ ἐθέλησα καὶ τὸ ἀναπαύομαι καὶ τὸ ἀρέσκομαι.

ΕΥ̓ΔΟΚΊΑ, ας, ἡ, *benevolentia, amor, propensa et benigna erga aliquem voluntas.* Luc. II, 14. ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία insignem hominibus demonstravit favorem. Ephes. I, 5. κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ pro sua erga homines benigna voluntate. ibid. v. 9. Phil. I, 15. δι' εὐδοκίαν amore Pauli et religionis Christianæ ducti, i. q. ἐξ ἀγάπης, v. 17. ib. II, 13. Matth. XI, 26. Luc. X, 21.

2. *desiderium animi.* Rom. X, 1. ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας equidem ex animo opto. *Theodoret.* per ἐπιθυμίαν explicat. *Theophyl.* ἡ σφοδρὰ ἐπιθυμία.

3. *beneplacitum, oblectatio, delectatio.* 2 Thess. I, 11. εὐδοκία ἀγαθωσύνης virtutem, qua Deus delectatur: nisi interpretari malis: *omne virtutis studium. Etym. inedit.* εὐδοκία· συνήθεια, βούλησις ἢ βούλημα, γνώμη, προαίρεσις, ἐπιθυμία. *Phavor.* εὐδοκία· τὸ ἐπ' ἀγαθοποιΐᾳ τοῦ Θεοῦ θέλημα παρὰ τὸ καλῶς δεδόχθαι. Idem: εὐδοκίαν· τὴν ἐπ' εὐεργεσίᾳ βούλησιν ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ καλεῖν. *Suid.* εὐδοκία· τὸ ἀγαθὸν θέλημα τοῦ Θεοῦ, subjungens verba ex Ps. V, 12. et Ephes. I, 5. *Etym. M.* ἡ ἀρίστη καὶ καλλίστη τοῦ Θεοῦ ἑκούσιος θέλησις.

ΕΥ̓ΕΡΓΕΣΊΑ, ας, ἡ, *beneficentia, beneficium,* ex εὖ *bene* et ἔργον *opus.* Act. IV, 9. εὐεργεσία ἀνθρώπου ἀσθενοῦς beneficium in ægrotum collatum. (*Hesiod. Theogon.* 503. *Herodian.* III, 6. 6. VI, 9. 1. *Thucyd.* I, 138.) 1 Tim. VI, 2. τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι et sunt in eos benefici, beneficentiæ se addicunt. Sed alii εὐεργεσίαν h. l. de *fida opera, fideli operæ præstatione* interpretantur, ut ipsa verba ad servos referantur, qui opus suum strenue et bene faciunt. Sæpius non occurrit in N. T. Legitur vero 2 Macc. VI, 13. μεγάλης εὐεργεσίας σημεῖον. Sap. XVI, 24. In priori loco *beneficentiam,* in posteriori *ipsa beneficia* (*Thucyd.* I, c. 41. IV, 11.) significat. Confer *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΕΥ̓ΕΡΓΕΤΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *benefacio, beneficiis afficio,* et in universum de *iis* dicitur, *qui bene merentur de aliis, inprimis de universis civitatibus.* Conf. *Spanhem.* de *Usu et Præstantia Numism.* VII, 539. Legitur semel in N. T. Act. X, 38. de Jesu ὃς διῆλθε εὐεργετῶν. Ps. XIII, 6. Sap. III, 5. XI, 5. 13. *Xenoph. Cyr.* VIII, 2. 6. *Ages.* 9. 7.

ΕΥ̓ΕΡΓΈΤΗΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *benefactor, beneficus, ἀγαθοῦργος, ἀγαθοποιὸς, Hesychio* interprete. *Aristot. Polit.* III, c. 10. ad εὐεργετέω *benefacio.*

2. erat cognomen perquam honorificum, quo ornabantur omnes, qui bello vel pace de republica optime meriti essent, reges maxime, (v. c. *Ptolemæus Euergetes*) et imperatores. Respondet Latinæ formulæ *Pater Patriæ.* Sic apud *Philonem Legat.* p. 549. *Caius* dicitur σωτὴρ καὶ εὐεργέτης, ad quem locum *Mangeius* docuit, populum Romanum passim ita appellatum esse. *Æschin.* Dial. I, 12. *Polyb.* V, 9. IX, 30. Ipsum nomen, seu titulus euergetæ, εὐεργεσία dicitur a *Xenoph. Hist. Gr.* I, 1. 17. Cf. *Spanhem.* de *Usu et Præst. Numism.* Diss. VII. *Valent. Hist. Ptolem.* p. 44. Interpp. ad *Thucyd.* I, 129. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XI, 26. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 804. Semel legitur in N. T. Luc. XXII, 25. καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες εὐεργέται καλοῦνται et qui potestatem exercent, honorifico titulo patrum patriæ ornantur.

ΕΥ̓ΘΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. proprie: *bene* vel *apte positus,* seu *dispositus,* ex εὖ et θετὸς *positus,* quod est a τίθημι *pono.*

2. *aptus, idoneus.* Luc. IX, 62. οὐκ εὔθετός ἐστι εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν non aptus est meæ disciplinæ. Luc. XIV, 34. οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν ἐστι non fimo accommodatum est. Sic εὔθετος τόπος *opportunus locus.* (*Diod. Sic.* II, 57. *Dioscor.* II, 65.) πεδίον

εὔθετον *planities apta*, καιρὸς εὔθετος, Psalm. XXXII, 6. ἡμέρα εὔθετος, Hist. Sus. v. 15.

3. *utilis, bene placens.* Hebr. VI, 7. τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς καὶ γεωργεῖται profert fruges, utiles iis, a quibus colitur, ubi vid. *Wetstenius.* Pertinet ad. h. l. glossa in *Alberti Gloss. N. T.* p. 173. εὔθετον· εὐάρεστον, εὐδόκιμον.

ΕΥ'ΘΕ'ΩΣ. Adverbium temporis, ab εὐθύς. 1. *statim, continuo, illico.* Luc. V, 13. εὐθέως ἡ λέπρα ἀπῆλθεν. Matth. VIII, 3. XXI, 2. etc.

2. *celeriter, propediem, proxime, brevi tempore.* Matth. XIII, 5. καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε et celeriter quidem surrexerunt. ibid. XXIV, 29. εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων. 3 Joh. v. 14. ἐλπίζω δὲ εὐθέως ἰδεῖν σε spero autem me propediem visurum te. Act. XII, 10. Apoc. IV, 2. In vers. Alex. respondet Hebraico פִּתְאֹם Job. V, 3. coll. Ies. XLVIII, 3. Cf. *Glassii Philol. Sac.* p. 376. seq. ed. *Dathii.*

ΕΥ'ΘΥΔΡΟΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *rectum cursum teneo, recto cursu utor, vel venio*, ab εὐθὺς *rectus*, et δρόμος *cursus*, quod est a præt. med. δέδρομα, verbi τρέχω *curro*, unde εὐθύδρομος *recta currens.* Conf. *Gataker.* ad *M. Antonin.* p. 104.

2. *recto cursu navigo, secundo vento navigo*, i. q. εὐθυπλοέω, quod legitur apud *Arrianum* de Venatione c. 25. §. 8. Bis legitur in N. T. Act. XVI, 11. εὐθυδρομήσαμεν εἰς Σαμοθράκην, *Vulgatus: recto cursu venimus Samothraciam.* ibid. XXI, 1. εὐθυδρομήσαντες ἤλθομεν τὴν Κῶν recto cursu navis utentes venimus ad Con.

ΕΥ'ΘΥΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, et medium ΕΥ'ΘΥΜΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1. *bono sum animo, lætor, animum recipio*, ab εὔθυμος, quod vide. Act. XXVII, 22. παραινῶ ὑμᾶς εὐθυμεῖν jubeo vos bono et forti animo esse. ibid. v. 25. In vers. Alex. hæc vox non legitur. Participio εὐθυμῶν *Symmachus* usus est pro Hebraico טוֹב לֵב Prov. XV, 15. Eodem sensu εὐθυμεῖσθαι legitur apud *Xenoph.* Hist. Gr. VII, 4. 36. ἐδειπνοποιοῦντο καὶ εὐθυμοῦντο. *Aristot. Rhet.* II, 2.

2. *felix sum, prospero et læto rerum statu utor*, per metonymiam effectus pro causa. Jacob. V, 13. εὐθυμεῖ τις, ψαλλέτω qui lætiore utitur fortuna, carminibus divinam celebret benignitatem, non opponitur τῷ κακοπαθεῖ. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΥ'ΘΥΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *qui est bono, hilari et forti animo, qui animum recepit*, ab εὖ *bene* et θυμὸς *animus.* Semel legitur in N. T. Act. XXVII, 36. εὔθυμοι δὲ γενόμενοι πάντες cum vero animum recepissent cæteri omnes, scil. qui præter Paulum in nave erant. *Hesych.* εὔθυμον· ἁπλοῦν, εὔνουν, εὐμενῆ, (*Schol. Homer.* ad Odyss. ξ'. 63.) καλῶς διακείμενον. — εὔθυμος· καλόψυχος, εὔψυχος. *Xenoph. Cyrop.* III, 1. 29. *Hist. Gr.* IV, 3. 1. *Ages.* 8. 2.

ΕΥ'ΘΥΜΟ'ΤΕΡΟΝ. Neutrum comparativi adjectivi εὔθυμος adverbialiter usurpatum *hilarius, lætius, alacriore animo, confidentius.* Semel legitur in N. T. Act. XXIV, 10. εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι eo confidentius, seu majore cum libertate animi, pro defensione mei dicam. *Xenoph. Cyrop.* II, 3. 5. *Mem.* IV, 8. 3.

ΕΥ'ΘΥ'ΝΩ, fut. υνῶ. 1. proprie: *complano, rectum facio*, ab εὐθὺς *rectus.* Joh. I, 23. εὐθύνατε τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου complanate viam Domini, h. e. præparate animos hominum ad doctrinam Christianam amplectendam. Formula desumta videtur ab Orientis regibus, qui, iter facturi, præmitterent apparitores, qui vias complanarent et pararent et hiatus obstruerent. Sirac. II, 6. XXXVII, 19. XLIX, 10. Conf. *Jensii* Ferculum Litterarium p. 8.

2. *guberno, dirigo*, unde ὁ εὐθύνων Jacob. III, 4. *rectorem, gubernatorem navis*, den Steurmann *the Steersman*, significat. *Eurip.* Hecub. 39. Interdum etiam de *auriga* et *gubernatore* apud Græcos usurpatur: etiam de *pastore*, gregem agente, v. c. apud

Xenoph. Cyrop. I, 1. 2. Conf. *Valckenar.* ad *Eurip.* Hippolyt. v. 1226. p. 296. *Spanhem.* ad *Callim.* Hymn. in Jovem v. 83. *Hesychius*: εὐθῦναι· ἐξετάσαι, διορθῶσαι. — εὐθύνει· διοικεῖ, ἐλέγχει, ζημιοῖ, κυβερνᾷ. *Thom. M.* p. 384. εὐθύνω· καὶ τὸ εὐθὲς ποιῶ, ὅ καὶ ἀπευθύνω λέγεται. *Phavor.* εὐθύνω· τὸ κατ' εὐθεῖαν ἄγω καὶ κυβερνῶ.

ΕΥ'ΘΥ'Σ, εῖα, ὺ, 1. proprie: *rectus, planus, non obliquus.* Respondet Hebraico יָשָׁר et opponitur τῷ σκολιὸς *pravus, curvus. Hesych.* εὐθύ· ὀρθόν. *Jul. Pollucis Onom.* IV, s. 160. p. 444. ed. *Hemsterh.* Matth. III, 3. εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ complanate vias ejus. Conf. supra ad ε. θύνω dicta. Marc. I, 3. Luc. III, 4. 5. καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν. Act. IX, 11. ubi platea Damasci, κατ' ἐξοχὴν εὐθεῖα vocata, commemoratur, quæ recta patebat, nec curva et inflexa erat et cujus utrinque ædes æqualiter a se invicem distabant. Talis etiam Athenis fuit. *Pausanias* Attic. c. 49. Interdum tamen metaphorice usurpatur et tunc

2. *verum, quod vere tale est, quale esse debet,* εὐθὲς indicat. Act. XIII, 10. τὰς ὁδοὺς Κυρίου εὐθείας metaphorice pro *consiliis divinis veram felicitatem humanam spectantibus.* 2 Petr. II, 15. εὐθεῖα ὁδὸς vera religio Christiana ad summam felicitatem ducens, i. q. ὁδὸς δικαιοσύνης, v. 21. *Thom. M.* p. 383. εὐθές· τὸ ἀληθὲς, παρὰ μόνῃ τῇ θείᾳ γραφῇ εὕρηται. Hinc εὐθὺς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ sensu morali *sincerus, integer* dicitur, *qui talem se præstat, qualem Deus postulat.* Ps. XCIV, 15. Job. I, 1. ubi Alex. δίκαιος verterunt Heb. יָשָׁר 2 Regg. X, 15. Act. VIII, 21. ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ alienus es a sensibus animi, qui Deo placent. Conf. *Vorstii* Philol. Sac. p. 54. ed. *Fischeri.*

ΕΥ'ΘΥ'Σ. Adverbium, pro quo etiam apud Græcos εὐθὺ interdum scribitur, hoc tantum discrimine, ut εὐθὺ sequente consonante scribatur, εὐθὺς sequente vocali. *Suidas*: εὐθὺς ἀντὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ, παραυτίκα, et paulo post: εὐθὺς καὶ εὐθέως· ἀμφότερα Ἑλληνικά· τὸ δὲ εὐθὺ διαφέρει τούτων. οὐ γὰρ τὸ παραχρῆμα σημαίνει, ἀλλὰ τὸ ἕως καὶ εἰς οἷον. Eandem differentiam inter εὐθὺς et εὐθὺ observavit *Phavorinus.* Verum non perpetua est. Nam *Hesychius* εὐθὺ παραχρῆμα exponit. Conf. *Reitz.* ad *Luciani* Amores c. 42. T. II. Opp. p. 444. Significat

1. proprie: *recte, non oblique. Suidas*: εὐθὺς· ἐξ εὐθείας καὶ ἀσκόπως.

2. *statim, illico, protinus, confestim,* i. q. εὐθέως. Matth. III, 16. XIII, 20. 21. Joh. XIX, 34. XXI, 3.

3. *mox, paulo post.* Marc. I, 12. 28. Joh. XIII, 23. *Hesych.* εὐθύ· ἐγγὺς, παραχρῆμα, εἰς εὐθεῖαν.

ΕΥ'ΘΥ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, 1. proprie: *rectitudo,* ab εὐθὺς *rectus.*

2. metaphorice: *æquitas, justitia.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. I, 8. ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου sceptrum rectitudinis est sceptrum regni tui, h. e. justissima est administratio imperii tui. Ita מִישׁוֹר, quod proprie *planitiem* significat, usurpatur Ps. LXVII, 4. Cantic. I, 4.

ΕΥ'ΚΑΙΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *opportunitatem habeo, otium est mihi, vacat mihi hoc vel illud agere,* ab εὔκαιρος, quod vide. Marc. VI, 31. καὶ οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν ne quidem cibum capiendi otium ipsis erat. 1 Cor. XVI, 12. ἐλεύσεται δὲ ὅταν εὐκαιρήσῃ venturus tamen est, cum tempus opportunum habuerit. *Polyb.* XX, 9. 4.

2. ut Latinum *vaco, otium alicui rei do, studeo, proclivis sum ad aliquid.* Act. XVII, 21. εἰς οὐδὲν ἕτερον ηὐκαίρουν nulli rei tantopere studebant, ad nullam aliam rem magis facti erant, quam ad res novas audiendas. Sæpius non legitur in N. T. *Fischerus* in Prol. XXXI. de Vitiis Lexicorum N. T. p 9. verbum εὐκαιρεῖν novum et a Macedonibus fictum haberi monuit, ductus auctoritate Grammaticorum veterum, hanc vocem damnantium, v. c. *Mœridis*: εὐκαιρεῖν· οὐδεὶς εἴρηκε τῶν παλαιῶν, Ἕλληνες δέ· et *Thomæ M.* p. 829.

σχολὴν ἄγω καὶ εὖ σχολῆς ἔχω, οὐ σχολάζω, τὸ δὲ εὐκαιρεῖν πάντη ἀδόκιμον. *Etym. M.* τὸ εὐκαιρεῖν βάρβαρον. Aliquoties vero hac voce usus est *Polybius*, ut docuit *Stoeberus* ad *Thom. M.* l. l. Confer etiam *Wetstenii N. T.* T. I. p. 581.

ΕΥ̓ΚΑΙΡΊΑ, ας, ἡ, *opportunitas, tempestivum tempus, commoda occasio aliquid agendi.* (ab eodem themate.) Bis legitur in N. T. de Juda proditore, ὃς ἐζήτει εὐκαιρίαν τοῦ παραδοῦναι Ἰησοῦν ἄτερ ὄχλου qui quærebat commodam occasionem tradendi Jesum sine tumultu. Matth. XXVI, 16. Luc. XXII, 6. Respondet in versione Alex. Hebr. עֵת Ps. IX, 9. X, 1. CXLV, 15. et in vers. *Symmachi* eidem Eccles. IX, 12. 1 Macc. XI, 42. ἐὰν εὐκαιρίας τύχω. *Cic. de Offic.* I, 40. III, 14. *Polyb.* II, 13. 2. et XVI, 29, 3.

ΕΥ̓ΚΑΙΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *tempestivus, opportunus, commodus*, ex εὖ et καιρὸς *temporis opportunitas.* Hebr. IV, 16. εὔκαιρον βοήθειαν opportunum, speratum auxilium, quod tempore suo fertur. Ps. CIV, 27. לָתֵת אָכְלָם בְּעִתּוֹ Alex. δοῦναι τὴν τροφὴν εὔκαιρον. 2 Macc. XIV, 29. XV, 20. Semel præterea legitur in N. T. Marc. VI, 21. ubi ἡμέρα εὔκαιρος secundum *Hammondum* est dies festivus et solemnis, quo abstinetur a laboribus, ut tempus hilaritati detur, quem Hebræi יוֹם טוֹב appellare solent; (*Gloss. Vett.* εὔκαιρος· ἡ σχολάζουσα.) secundum alios autem *dies opportunus*, ut *Beza*, *Vulgatum* secutus, vertit. *Herodian.* V, 8. καιρὸν εὔκαιρον. *Ælian.* V. H. XIII, 26.

ΕΥ̓ΚΑΙΡΩΣ. Adverbium, *opportune, tempestive, opportunitate oblata, commoda occasione* vel *tempore*, i. q. ἐπικαίρως in vers. *Symmachi* Ps. IX, 9. ab εὔκαιρος, quod vide. Bis tantum legitur in N. T. Marc. VI, 21. καὶ ἐζήτει πῶς εὐκαίρως αὐτὸν παραδῷ, coll. Matth. XXVI, 16. 2 Tim. IV, 2. ἐπίστηθι εὐκαίρως ἀκαίρως insta sive tempestive sive intempestive, h. e. omni tempore. *Chrysost.* Homil. IX. T. IV. p. 371. ἀεί σοι καιρὸς ἔστω μὴ ἐν εἰρήνῃ, μὴ ἐν ἀδείᾳ μόνον, κἂν ἐν τοῖς κινδύνοις, κἂν ἐν δεσμωτηρίῳ ᾖς, κἂν μέλλῃς ἐξιέναι πρὸς θάνατον. Sirac. XVIII, 22. *Demosthen.* p. 1414. ed. *Reiske.* *Xenoph. Ages.* 8, 3. *Polyb.* I, 42, 6.

ΕΥ̓ΚΟΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *facilis, tolerabilis*, et de *omni* dicitur, *quod sine ullo negotio fit, certe fieri potest*, ex εὖ et κόπος *labor.* In N. T. tantum comparativus εὐκοπώτερος, α, ον, *facilior, tolerabilior* legitur. Matth. IX, 5. τί γάρ ἐστιν εὐκοπώτερον; quid enim est facilius? Matth. XIX, 24. Marc. II, 9. Luc. V, 23. Marc. X, 25. Luc. XVI, 17. XVIII, 25. Sæpius non legitur in N. T. *Pollux* IX. extr. *Polyb.* XVIII, 1, 2.

ΕΥ̓ΛΆΒΕΙΑ, ας, ἡ, 1. proprie: *circumspectio, cautio, qua quis utitur ad res capiendas, quæ porriguntur*, ab εὐλαβὴς, quod vide.

2. *cautio et circumspectio, qua quis utitur ad res aggrediendas, ad quodvis negotium peragendum. Aristoph. Aves* v. 376. p. 394. ed. Küsteri, ἡ γὰρ εὐλάβεια σώζει πάντα. *Dionys. Hal. Ant.* V, p. 286. et 306. VI, p. 365. Confer etiam *Jul. Pollucis Onom.* III, s. 136. 173. p. 337. ed. *Hemsterhus.*

3. *anxius metus, timor.* Hebr. V. 7. ubi Christus εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, h. e. liberatus tandem esse dicitur a sollicitudine animi, coll. Matth. XXVI, 37. Alii vero non omnino incommode vertunt: *ob suam erga Deum pietatem.* Alexandrini usi sunt hac voce Jos. XXII, 24. pro דְּאָגָה, quod Ezech. XII, 18. per θλῖψις reddiderunt. *Polyb.* III, 103. τὴν τοῦ προεστῶτος εὐλάβειαν. *Libanius* D. IV. p. 265. A. μεστός ἐστιν εὐλαβείας καὶ δέους. *Joseph. B. J.* XI, 6. 9. Conf. *Krebs. Obss. Flav.* p. 312.

4. *reverentia, religiosus timor, verecundia, religio, pietas erga Deum.* Hebr. XII, 28. ubi Deum colere jubemur μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας cum reverentia et religione. Sæpius non legitur in N. T. Conf. de hac voce *Steph. le Moyne* ad Varia Sac. p. 393. seq.

ΕΥ̓ΛΑΒΈΟΜΑΙ, οῦμαι, 1. proprie de *iis* usurpatur, *qui vasa vitrea aut alia fragilia tangunt magna cum circumspectione*, interdum etiam de *ipsis vasis, quæ facile capi et prehendi possunt*, dicitur, ab εὐλαβής. Cf. *Carpzov.* Exercitt. Philonn. ad Hebr. V, 7. et *Is. Casaub.* ad *Aristoph. Equit.* v. 253. Hinc

2. *caute ago et in aliquo negotio versor. Aristoph. Equit.* v. 253. p. 186. ed. *Küsteri* εὐλαβοῦ, *μὴ ἐκφύγῃ σε.*

3. *timeo, metuo, vereor, revereor*, et ex adjuncto: *vito, fugio, declino aliquid.* Bis legitur in N. T. Act. XXIII, 10. εὐλαβηθεὶς ὁ χιλίαρχος, *μὴ διασπασθῇ* Παῦλος *ἀπ' αὐτῶν* veritus tribunus, ne Paulus ab ipsis discerperetur. 1 Macc. III, 30. XII, 42. Hebr. XI, 7. εὐλαβηθεὶς *κατεσκεύασε κιβωτὸν* metu futuri diluvii adductus (vel: reveritus divinum monitum, vel: ut evitaret futurum diluvium) præparavit arcam. *Xenoph. Mem.* III, c. 6. 8. et c. 9. §. 4. *Plato.* §. 39. *ἀλλὰ πρῶτον* εὐλαβηθῶμεν *τὸ πάθος μὴ πάθωμεν. Aristoph. Lysistr.* v. 1217. p. 576. ed. *Küsteri ἀλλ'* εὐλαβεῖσθαι *τὴν κύνα.* Prov. XXX, 5. ὑπερασπίζει δὲ αὐτὸς τῶν εὐλαβουμένων αὐτὸν qui illum reverentur. Deut. II, 4. 1 Sam. XVIII, 29. *Hesych.* εὐλαβεῖσθαι· *φυλάττεσθαι*, φοβεῖσθαι. Idem *Thom. M.* p. 388.

ΕΥ̓ΛΑΒῊΣ, ῆος, οῦς, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, 1. proprie, si de *rebus* dicitur, notat *id, quod facilem sui ansam præbet et commode prehendi ac tractari potest*, et opponitur τῷ δύσληπτος. *Suid.* ὁ εἰς λαβὴν ἐπιτήδειος. Reperitur hac prima et rarissima notione apud *Lucianum* T. I. p. 114. ed. *Græv.* Si de *personis* vero usurpatur, *eum* proprie significat, *qui bene ac caute aliquid capit et prehendit*, ab εὖ et λαβὴ *ansa, capulus*, quod a λαμβάνω *capio.* Lege *Is. Casaubonum* ad *Aristoph. Equit.* v. 253. Quoniam autem, qui bene tenent, seu potius capiunt, id quod porrigitur, caute rem tractant, factum est, ut

2. metaphorice et per synecdochen: *cautus, sollicitus et circumspectus in rebus agendis et negotiis tractandis, qui considerate agit*, nuncuparetur. *Suid.* ὁ εὖ τῶν πραγμάτων ἐπιλαμβανόμενος, ὁ *μὴ προχείρως τι ποιῶν.* Idem tradit *Etym. M.* Hinc

3. *κατ' ἐξοχὴν homo pius, integer vitæ ac religiosus*, qui caute et circumspecte circa ea versatur, quæ ad verum cultum Dei spectant. Luc. II, 25. *ἀνὴρ δίκαιος καὶ* εὐλαβής, ubi in quibusdam codicibus εὐσεβής loco εὐλαβής e glossemate legitur ut recte judicavit *Jensius* in Ferculo litterario p. 37. Micha VII, 2. Alex. *ἀπόλωλεν* εὐλαβὴς (חָסִיד) *ἀπὸ τῆς γῆς.* Confer *Wetstenii N. T.* T. I. p. 664.

4. *proselytus*, qui, relicta profana avita religione, ad Judæorum sacra ita transierat, ut Deum Israëlis verum, æternum et unicum summum numen esse agnosceret, præter ejus vero cultum, posthabitis Judaicis legibus ac institutis, nil nisi Noachica præcepta admitteret. Vocabatur ejusmodi proselytus גֵּר שַׁעַר *proselytus portæ*, isque diversus erat a *proselyto justitiæ*, qui גֵּר צֶדֶק nuncupari solebat, quique totam religionem Judaicam amplectebatur, omnesque ritus ac præcepta Mosaica observabat, (Confer *Sal. Deylingii Obss. SS.* P. II. p. 463. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 504.) qui in aliis locis ὁ φοβούμενος τὸν Θεὸν, Act. X, 2. XIII, 16. 26. et σεβόμενος τὸν Θεὸν, ib. XIII, 43. 50. XVI, 14. XVII, 4. XVIII, 7. vocatur. Sic legitur Act. II, 5. VIII, 2. Sæpius non reperitur in N. T.

ΕΥ̓ΛΟΓΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *benedico, bene precor, bona et felicia alicui apprecor, ex* εὖ et λόγος *sermo.* Matth. V, 44. εὐλογεῖτε *τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς* prospera quævis apprecamini iis, qui vobis male precantur. Luc. VI, 28. Rom. XII, 14. εὐλογεῖτε *τοὺς διώκοντας ὑμᾶς*, εὐλογεῖτε *καὶ μὴ καταρᾶσθε.*

2. speciatim de benedictionibus propheticis usurpatur et significat: *vi divina, divinitus afflatus, divino spiritu tactus alicui futura bona prædico.* Hebr. XI, 20. *πίστει περὶ μελλόντων* εὐ-

λόγησεν Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἡσαῦ. ibid. v. 21. ἕκαστον τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ εὐλόγησε. Ita בָּרַךְ Gen. XXVII, 23. 25. XLVIII, 9. Deut. XXXIII, 1.

3. *amo, diligo aliquem*, et ex adjuncto: *beneficiis afficio, bona in aliquem confero, felicem reddo, amorem et benevolentiam factis alicui demonstro.* Matth. XXV, 34. δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου adeste vos, quibus Deus summam felicitatem destinavit, seu, cari, dilecti Deo. Luc. I, 42. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ felicissima mulierum. Act. III, 26. εὐλογοῦντα ὑμᾶς vos felices reddentes. Galat. III, 8. 9. εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη. Ephes. I, 3. Hebr. VI, 14. etc. Ita בָּרַךְ usurpatur Ps. V, 12. XXXVII, 26. Ies. LXV, 23. בְּרוּכֵי יְהוָה, LXI, 9. Genes. XXVI, 29. Adde Sirac. I, 13. sec. cod. Alex. et *Suiceri Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1246.

4. *gratulor.* Luc. II, 34. καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς et gratulatus est ipsis talem filium. Hebr. VII, 1. καὶ εὐλογήσας αὐτὸν et ipsi gratulatus est victoriam.

5. *laudo, celebro.* Matth. XXI, 9. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου laudandus, qui venit jussu Domini. Marc. XI, 9. Luc. II, 28. καὶ εὐλόγησε τὸν Θεὸν et celebravit Deum his verbis. Jacob. III, 9. ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν lingua, qua Deus a nobis laudatur. Ita בָּרַךְ Judd. V, 2. 9. εὐλογεῖτε Κύριον. Ps. CXLV, 21. εὐλογείτω πᾶσα σὰρξ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον. Sirac. XXXIX, 14. εὐλογήσατε τὸν Κύριον ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. 2 Macc. III, 30. *Polyb.* I, 14. XII, 3. Alia exempla e Græcis dedit *Alberti* ad Gloss. N. T. p. 121. *Hesych.* εὐλογείτω· ἐπαινείτω. Idem: εὐλόγησεν· ὕμνησεν.

6. *gratias ago*, i. q. εὐχαριστέω. Luc. IX, 16. εὐλόγησεν αὐτοὺς gratias Deo egit pro panibus. Matth. XIV, 19. XXVI, 26. εὐλογήσας, in aliis codicibus εὐχαριστήσας e glossemate aut e loco parallelo. Marc. XIV, 23. coll. v. 22. et Luc. XXII, 17. 19. Luc. XXIV, 51. ἐν τῷ εὐλογεῖν cum modo benedixisset. 1 Cor. X, 16. ὃν εὐλογοῦμεν quem manibus tenentes, seu pro quo Deo gratias agimus, coll. *Justin. Mart.* Apol. I, 86. ed. Grab. et *Constitutt. Apost.* VII, c. 26. ib. XIV, 16. 1 Sam. IX, 13. בָּרַךְ הַזֶּבַח Deo gratias agere pro sacrificio.

7. *honeste et honorifice de aliquo loquor, honestam alicujus apud alios mentionem facio*, et opponitur τῷ λοιδορέω. 1 Cor. IV, 12. λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν. 1 Petr. III, 9. Copiose de variis hujus vocis significationibus egit *Vorstius* Philol. Sacr. cap. VI, p. 204. seq. cap. XVIII; p. 404.

ΕΥ̓ΛΟΓΗΤὈΣ, οῦ, ὁ, ἡ, ὸν, τὸ, 1. proprie: *benedictus, cui aliquis bene precatus est*, a 3 pers. præt. pass. εὐλόγηται, verbi εὐλογέω *benedico.*

2. ut Hebraicum בָּרוּךְ *laudatus* vel *laudandus, laudibus celebrandus, venerandus*, etiam, *cui gratiæ agendæ sunt.* Ita semper in N. T. vel Deo vel Christo tribuitur laudando et celebrando ob majestatem pariter ac beneficia innumera. Luc. I, 68. εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Rom. I, 25. IX, 5. 2 Cor. I, 3. XI, 31. Ephes. I, 3. εὐλογητὸς ὁ Θεὸς gratiæ agendæ sunt a nobis Deo O. M. 1 Petr. I, 3. Hinc in N. T. ὁ εὐλογητὸς nude positum, etiamsi vocabulum Θεὸς non sit adjectum, est nomen *Dei O. M.* ex usu loquendi Judæorum, qui Deum vel בָּרוּךְ vel חֲקָדוֹשׁ בָּרוּךְ vocare solebant. Marc. XIV, 61. σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ, ubi in aliis codd. Θεοῦ τοῦ εὐλογητοῦ, in aliis vero Θεοῦ τοῦ ζῶντος legitur.

ΕΥ̓ΛΟΓΊΑ, ας, ἡ, 1. proprie: *benedictio, qua aliis bene precamur, apprecatio bonorum*, et opponitur ei ἡ κατάρα, ab εὐλογέω *bene alicui precor.* Jacob. III, 10. ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα ex eodem ore prodit apprecatio bonorum et maledictio.

2. *benedictio prophetica.* Hebr. XII, 17. de Esauo θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐ-

λογίαν. Vide supra ad εὐλογέω de hac significatione dicta.

3. *laus, celebratio, laudatio*, i. q. ἔπαινος. Apoc. V, 12. 13. ubi cum vocabulis τιμὴ et δόξα permutatur. ibid. VII, 12. Sirac. III, 9. Eodem sensu εὐλογία etiam sumitur apud *Thucyd.* II, c. 42.

4. in deteriorem partem: *blandiloquentia, assentatio, laudes quasi vane et affectate in alterum collatæ.* Rom. XVI, 18. καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας κ. τ. λ. oratione blanda et benevola homines seducere student. *Theophyl.* ad h. l. εὐλογίας, τουτέστι κολακείας, ὅταν τὰ μὲν ῥήματα φιλίας ᾖ, ἡ δὲ διάνοια δόλου γέμουσα.

5. *gratiarum actio*, i. q. εὐχαριστία. 1 Cor. X, 16. ποτήριον τῆς εὐλογίας calix eucharisticus, pro quo Deo et Christo gratias agere solemus. Alii sensu eodem *vinum consecratum in poculo*, nam consecratio fit precibus ad Deum fusis et gratiarum actionibus. Conf. *Ernesti* Opuscula Theologica p. 20. seq. Videtur autem Paulus hac formula respexisse ex parte ad usum loquendi Judæorum, quos calicem in cœna paschali adhibitum כּוֹס הַבְּרָכָה appellasse, post alios *H. Relandus* monuit in Antiquitt. Hebr. p. 427. et Christum ritus quosdam Judaicos in institutione sacræ cœnæ retinere voluisse, satis constat. Ex hac vero appellatione sine dubio factum est, ut sacra cœna εὐλογία a veteribus vocaretur, ut docuit *Suicerus* in *Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1249. seq.

6. *bonum, quod in aliquem confertur, omnis generis, tam corporale, quam spirituale, temporale et æternum, eleemosyna, beneficium, munus.* 2 Cor. IX, 5. προκαταρτίσωσι τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν ut præparent munus illud a vobis promissum. Ephes. I, 3. ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ qui omnis generis beneficiis, seu summis beneficiis, nos ornavit. Galat. I, 14. ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ felicitas Abrahamo promissa. Ita בְּרָכָה Gen. XXXIII, 11. Judd. I, 15. 1 Sam. XXV, 27. *Phavor.* εὐλογία· πληθυσμὸς ἀγαθῶν, ἐξ ἑκουσιότητος διδόμενος.

7. *fertilitas*, si de *agro* sermo est. Hebr. VI, 7. γῆ — μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ager a Deo fœcundatus, Deus auget ejus fertilitatem. Ager fertilis apud Hebræos *ager benedictus* vocatur Gen. XXVII, 27.

8. *abundantia, copia.* 2 Cor. IX, 5. οὕτως ὡς εὐλογίαν καὶ μὴ ὡς πλεονεξίαν modo illud munus a vobis promissum sit largum et copiosum etc. ib. v. 6. ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει seminans largiter, largiter et metet; ubi ἐπ' εὐλογίαις opponitur τῷ φειδομένως. Ita בְּרָכָה Prov. XI, 25. Ezech. XXXIV, 26. גִּשְׁמֵי בְּרָכָה.

ΕΥ̓ΜΕΤΑ΄ΔΟΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *facilis ad impertiendum, qui libenter et copiose aliquid dat et largitur*, cui opponitur δυσμετάδοτος *qui difficulter et non libenter aliis impertitur*, ex εὖ et μεταδίδωμι *impertior.* Reperitur semel in N. T. 1 Tim. VI, 18. εὐμεταδότους εἶναι ut sint liberales et benefici. *Plutarch.* T. IX. p. 190. ed. *Reiske.* εὐμετάθετος πρὸς ἔλεον. *M. Antonin.* III, 14. τὸ εὐμετάδοτον καὶ εὐποιητικόν. et *Polyb.* XV, 6. 8. e conjectura *Schweighæuseri.*

ΕΥ̓ΝΙ΄ΚΗ, ης, ἡ. *Eunice.* Nomen proprium matris Timothei, origine Græcum, conflatum ex εὖ et νίκη *victoria*, et notat *bene vincentem.* Semel legitur in N. T. 2 Tim. I, 5. ubi pro Εὐνίκη quidam codices habent Εὐνείκη.

ΕΥ̓ΝΟΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, *benevolus* vel *bene affectus sum, bene alicui cupio, faveo, amico in aliquem sum animo*, ex εὖ et νοέω, quod a νοῦς *mens.* Semel legitur in N. T. Matth. V, 25. ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου, h. e. transige cum adversario, confice cum eo negotium conditione aliqua, coll. Luc. XII, 58. In versione Alex. non reperitur. Legitur tantum in versione *quinta* Genes. XXXIV, 15. *Polyb.* III, 12. μηδέποτε Ῥωμαίοις εὐνοήσειν. *Demosth.* c. *Aristocr.* p. 454. Confer *Wetstenii N. T.* T. I. p. 300. *Pha-*

vor. εὐνοουμένη· εἰρηνεύουσα καλῶς διακειμένη. Καὶ ἐν εὐαγγελίῳ· ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου. ἢ καταδέχου μᾶλλον ἀδικεῖσθαι. ἢ οὕτως δίκασον τῇ δίκῃ, ὡσανεὶ τὴν ἐκείνου τάξιν ἔχων.

ΕΥ̓ΝΟΙΑ, ας, ἡ, 1. *benevolentia, amicitia*, ab εὔνους *benevolus*. *Polyb.* XXX, 1. 6. *Hesych.* et *Suid.* εὔνοια· φιλία.

2. *animus ad exhibenda quævis officia promptus*, speciatim *fides in administrandis negotiis*, i. q. πίστις. Ephes. VI, 7. μετ' εὐνοίας δουλεύοντες summa cum fidelitate servientes. *Lucian.* in Bis accusat. p. 321. ἀνδράποδον εὔνουν καὶ πιστόν. *Aristoph.* Plut. v. 25. *Artemid.* III, 54. Conf. *Elsner.* Obss. Sacr. T. II, p. 228. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 258. et *Raphel.* Annotatt. *Xenoph.* p. 261. seq.

3. *debitum conjugale, officium maritale, debita jura tori*, ut loquitur *Ovid.* Heroid. Ep. XXI, v. 139. 1 Cor. VII, 3. ubi conjuges jubentur sibi invicem τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν (al. leg. τὴν ὀφειλὴν) ἀποδιδόναι debitum conjugale præstare. Eodem modo φιλότης usurpatur apud *Hesiod.* Theogon. v. 125. 306. etc. et χαρίζεσθαι æque ac χάρις apud Græcos (v. c. *Aristoph. Equit.* 514. *Eccles.* v. 625.) haud raro de mulieribus adhibetur, obsequium concubitus præstantibus, teste *Scholiasta* ad *Pindar. Pyth.* Od. II, B. 4. Conf. *H. Maii* Obss. Sacr. T. I. p. 104. *Palairet.* p. 300. et *Loesner.* Obss. Philon. p. 279. *Thom. M.* εὔνοια· καὶ ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος πρὸς τὸν μείζονα, καὶ ἀπὸ τοῦ μείζονος πρὸς ἐλάττονα.

ΕΥ̓ΝΟΥΧἸΖΩ, fut. ίσω, *castro, eviro, eunuchum facio*, ab εὐνοῦχος, quod vide. Matth. XIX, 12. εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων qui exsecti sunt ab hominibus. Ibidem occurrit quoque formula εὐνουχίζειν ἑαυτὸν, quæ non significat: *se ipsum castrare*, ut quibusdam visum est; sed metaphorice notat: *plane renuntiare matrimonio, stimulos libidinis frangere.*

ΕΥ̓ΝΟΥ̃ΧΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *eunuchus, spado, exsectus*, cui ante pubertatem membra virilia exsecta sunt, nec solum testes, sed et coles ipse, secundum *Hippocratem* Aphorism. VI, 28. Conf. *Eustath.* ad *Homer.* Iliad. ι'. 44. p. 1256. ed. Rom. *Etym. M.* et *Phavor.* Matth. XIX, 12. εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων sunt eunuchi ab hominibus exsecti. Ab his vero, quos Judæi סָרִיסִים אָדָם vocare solent, distinguuntur εὐνοῦχοι οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω eunuchi nati, Hebr. סָרִיסִים חַמָּה, et εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν qui stimulos amoris ita frangere didicerunt, ut usu Veneris omni abstineant, et totos se religioni Christianæ consecrarunt. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 449. Jam quia apud Veteres eunuchi non solum in gynæceis adhibebantur fœminarum custodes, sed etiam gravissimis in oriente muneribus præficiebantur, hinc factum est, ut εὐνοῦχος et muneris nomen esset, et dignitatis, et

2. *gynæcei præfectum, ministrum cubiculi, cubicularium* significaret, qualis recte putatur fuisse eunuchus reginæ Candaces qui Act. VIII, 27. 34. 36. 38. et 39. commemoratur. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 506. et *Lexicon Xenophonteum* s. h. v. Cæterum recte auctor *Etym. M.* nomen εὐνοῦχος (de quo eleganter exposuit *Fischerus* Prolus. XXI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 8. seq.) originem ducere præcipit a nomine εὐνὴ *cubile, lectus*, et ἔχειν, cui in hoc nomine æque ac in πολιοῦχος *urbis et reipublicæ custos*, notio *curandi* et *custodiendi* subjecta est; ut adeo proprie dicatur, qui lectum observat, lecti custos, h. e. gynæceo præfectus.

ΕΥ̓ΟΔἸΑ, ας, ἡ. Est nomen proprium mulieris, Philipp. IV, 2. origine Græcum, ex εὖ et ὁδὸς *via*, ut idem sit ac εὐοδουμένη *prospere agens.*

ΕΥ̓ΟΔὈΩ, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *iter prosperum concedo vel præbeo, aliquem in via recta duco*, (Genes XXVI, 48.) et εὐοδόομαι, οῦμαι, pros-

pero itinere utor, prosperum iter mihi datur, ab εὔοδος *pervius, iter expeditum habens*. Hinc εὐοδία *via facilis, iter prosperum*, ἡ καλὴ ὁδός, teste *Suida*. 3 Esdr. VIII, 7. 51.

2. metaphorice: *felicem aliquem reddo et fortunatum, efficio, ut aliquis prospero rerum successu utatur*, (Gen. XXIV, 12. Judd. XV, 18.) et εὐοδόομαι, οὦμαι, *prospere ago, prospera fortuna utor, felix sum et fortunatus*. Prov. XVII, 8. *Herodot.* VI, 73. ὡς εὐωδώθη τὸ πρῆγμα cum sibi res bene cessisset. 2 Macc. X, 7. Conf. *Glassii* Philol. Sac. p. 1189. ed. *Dathii*, et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 20. Hinc εὐοδία *prosper rerum successus*, εὐπραξία, interprete *Hesychio*. Sirac. X, 5. Rom. I, 10. εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ut contingat mihi tandem aliquando esse tam felici. 3 Joh. v. 2. περὶ πάντων εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν.

3. εὐοδόομαι *habeo opportunitatem et commoditatem agendi aliquid*. 1 Cor. XVI, 2. θησαυρίζων ὅ τι ἂν εὐοδῶται ut fert cujusque res familiaris, als es nach ſeinen Glücks-Umſtanden thun kann *according as his fortune will permit*, i. q. καθὼς ηὐπορεῖτό τις, Act. IX, 29. aut καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις. 2 Cor. VIII, 12. *Alberti* Gloss. Gr. 137. ad h. l. respiciens, εὐοδῶται· προθύμως εἰς τὸ παρέχειν. *Hesych.* εὐοδώσει· κατευθυνεῖ. — εὐοδώθη· ἡτοιμάσθη.

ΕΥ̓ΠΆΡΕΔΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, vide sub ΕΥ̓ΠΡΌΣΕΔΡΟΣ.

ΕΥ̓ΠΕΙΘἨΣ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, 1. *obsequiosus, moriger, qui facile idoneis rationibus persuaderi, corrigi et emendari se sinit*, ex εὖ et πείθω *persuadeo*. *Polyb.* I, 68. 3. *Xenoph.* Mem. III, 4. 8. τοὺς ἀρχομένους κατηκόους καὶ εὐπειθεῖς ἑαυτοῖς παρασκευάζειν. *Hesych.* εὐπειθεῖς· πειθινούς.

2. *qui alios morigeros et tractabiles reddit ac efficit*. Sic semel legitur in N. T. Jacob. III, 17. ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία εὐπειθὴς sapientia cœlestis homines obsequiosos reddit. *Vulgatus: suadibilis*. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 673.

ΕΥ̓ΠΕΡΊΣΤΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *circumstans, cingens*, et ex adjuncto: *circumveniens, decipiens*, metaphora desumta a venatoribus, belluam circumvenientibus, vel hostibus, hostem circumdantibus. *Herodot.* I, 43. (ex εὖ et περίστημι *circumsto, cingo, circumdo*.) *Theophr.* Char. c. 6. Hinc descendit περίστασις. Verba autem περίστασιν ποιεῖν Græci usurpant de spectatoribus, qui circumsistunt aliquem et circulos faciunt circa aliquem, spectandi causa. Conf. *Salmasius* de Fœnore Trapezit. p. 252. In N. T. semel legitur Hebr. XII, 1. τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν peccatum, quod facile nos cingit, h. e. pellicit et decipit, blandimenta peccati, τὴν εὐκόλως περιϊσταμένην ἡμᾶς, interprete *Chrysostomo*, cujus interpretationis rationes idoneas dedit *Elsnerus* in Obss. Sacr. T. II. p. 733. Alii εὐπερίστατον ἁμαρτίαν interpretantur *peccatum, quo facile aliquis potest in turbas, molestias, curas et miserias conjici*. Ita *Kypke* in Obss. Sacr. T. II. p. 406. præeunte *Theophylacto*: δι' ἣν εὐκόλως τις εἰς περιστάσεις (h. e. teste *Hesychio*, θλίψεις, μερίμνας, ἀνάγκας) ἐμπίπτει. Alii contra *Hesychii* auctoritatem sequuntur, qui εὐπερίστατον, εὔκολον, εὐχερῆ interpretatur, ut opponatur τῷ ἀπερίστατον *difficile effectu, quod non habe* περιστάσεις, *nullam opportunitatem, nulla adjumenta*. *Suidas* et ex eo *Phavorinus*: εὐπερίστατον· μωρὸν, ταχέως περιτρεπόμενον. καὶ ὁ Ἀπόστολος· καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν. Conf. *Ernesti* ad *Hesych.* Glossas Sacras in hac voce, et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 433.

ΕΥ̓ΠΟΙἸΑ, ας, ἡ, *beneficentia, qua inopia aliorum sublevatur*, ab εὐποιὸς *beneficus*, quod est ab εὖ et ποιέω *facio*. Semel legitur in N. T. Hebr. XIII, 16. τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε studete beneficentiæ erga alios. Laudatur hæc vox rarior, quæ ne quidem in Versionibus Græcis V. T. reperitur, a *Polluce* Lib. V. s. 140. qui eam non admodum probari scribit; occurrit tamen apud *Alciphr.*

I, Ep. 10. ubi vide *Berglerum*. *Diog. Laërt.* X, 10. *Porphyr. de Abstin.* II, 12. Alia exempla reperies apud *Reitzium* ad *Luciani* Imagines c. 21. T. II. Opp. p. 479. et *Wetstenium N. T.* T. II. p. 444. *Suid.* εὐποΐα· ἐλεημοσύνη.

ΕΥ̓ΠΟΡΈΩ, ῶ, et ΕΥ̓ΠΟΡΈΟΜΑΙ, οῦμαι, *abundo, abundo divitiis, habeo unde commode vivam, est mihi facultas, suppetit mihi*, ab εὔπορος *pervius, facilis, dives*. Semel legitur in N. T. Act. XI, 29. καθὼς ηὐπορεῖτό τις quilibet pro modo facultatum suarum, pro sua quisque facultate. *Polyb.* V, 43. *Xen.* Cyrop. I, 6. 10. Mem. II, 7. 4. Alia exempla suppeditat *Elsnerus* Obss. Sacr. T. I. p. 409. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 824.

ΕΥ̓ΠΟΡΊΑ, ας, ἡ, 1. proprie: *progressus expeditus, cursus facilis*, ex εὖ et πόρος *transitus*.

2. *ratio facilis, facultas*.

3. *copia bonorum, facultates, divitiæ, opes*, (*Xenoph. Cyrop.* III, 3. 6. *Hist. Græc.* IV, 8. 28.) etiam *quæstus, acquisitio divitiarum*. Semel legitur in N. T. Act. XIX, 25. ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστι nostis, ex hoc opificio magnum ad nos lucrum redundare, seu, vitam nostram abunde instrui. *Vulgatus: acquisitio*, recte, nam *Juvenalis*, stilo JCtorum Romanorum utens, cum de quæstu et opum collectione loquitur, sæpe hac voce usus est, v. c. Sat. XIV, 115. 125. 222. Pro חַיִל usus est hac voce *Aquila* Judd. VI, 12. Job. V, 5. *Phavor.* εὔπορος· πλούσιος, εὐχρήματος, πολυχρήματος, εὖ πράττων εἰς χρημάτων λόγον.

ΕΥ̓ΠΡΈΠΕΙΑ, ας, ἡ, *decor spectabilis et eximius, pulchritudo, decus*, ab εὐπρεπὴς *valde decorus, decore eximius*. Semel legitur in N. T. Jacob. I, 11. καὶ ἡ εὐπρέπεια τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἀπώλετο et decora seu *formosa* ejus species periit. *Polyb.* I, 4. 8. Ps. L, 2. Jer. XXIII, 9. Ita et εὐπρεπὴς *formosus* apud *Xenoph.* Anab. IV, 1. 11. *Hesych.* εὐπρέπεια· εὐμορφία. *Thom. M.* εὐπρεπὴς, καὶ ἀστεῖος τὴν ὄψιν, κάλλιον λέγειν ἢ ὡραῖος· τὸ δὲ εὔμορφος κοινόν. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 661.

ΕΥ̓ΠΡΌΣΔΕΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *acceptus, gratus, qui bene placet*, ex εὖ et προσδέχομαι *suscipio, probo*. Rom. XV, 16. ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος ut gentiles Deo offerantur tanquam sacrificium gratum. ibid. v. 31. 2 Cor. VIII, 12. 1 Petr. II, 5. *Plutarch.* T. IX. p. 196. ed. *Reiske*.

2. *lætus, faustus, salutaris*. 2 Cor. VI, 2. ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος jam est illud tempus salutare, ἡμέρα σωτηρίας, ut in sequentibus vocatur. Sæpius non occurrit in N. T.

ΕΥ̓ΠΡΌΣΕΔΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *admodum assiduus, qui semper assidet alicui rei*, v. c. opificio, litteris, et ex adjuncto: *qui semper in aliqua re laborat*, ex εὖ et πρόσεδρος *assessor, assidue occupatus, studiosus alicujus rei*, unde προσεδρία *assiduitas*. 3 Macc. IV, 15. Semel legitur in N. T. 1 Cor. VII, 35. πρὸς τὸ εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ suasi hoc, ut indefessam assiduitatem in colendo Deo præstare possitis. In haud paucis vero codicibus εὐπάρεδρον loco εὐπρόσεδρον legitur. Εὐπάρεδρος autem proprie dicitur, *qui constanter assidet*, deinde, *qui assiduus est in aliquo negotio*, (*Hesych.* et *Suid.* εὐπάρεδρον· καλῶς παραμένον καὶ διηνεκῶς) ex εὖ et πάρεδρος *qui assessor*, item, *qui est cum altero in pari honore*, unde v. c. Dii πάρεδροι vocabantur, qui in eodem templo colebantur, v. c. Juno et Minerva, seu Apollo et Jupiter. Utraque lectio æque commodum sensum fundit, ut, quænam præferenda sit, equidem dijudicare non audeam. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 130.

ΕΥ̓ΠΡΟΣΩΠΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *speciosus appareo, decorus sum et specie bonus, formosus sum*, ab εὐπρόσωπος *formosus, venustus*, (*Xen. Mem.* I, 3. 10. *Suidas*: εὐπρόσωπος· εὔμορφος.) quod est ex εὖ et πρόσωπον *facies, species, forma*.

2. metaphorice: *me specie mea commendo, aliis placere studeo*, et maxime

de assentatoribus dicitur, qui aliorum benevolentiam captant. Sic semel legitur in N. T. Galat. VI, 12. ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι qui Judæis placere student. *Chrysostomus* ad h. l. per εὐδοκιμεῖν interpretatur. Hinc argumenta εὐπρόσωπα apud rhetoricos vocantur argumenta popularia et plausibilia. Conf. *Elsner.* Obss. Sacr. T. II. p. 200. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 236.

ΕΥ̓ΡἸΣΚΩ, fut. ήσω, præt. εὕρηκα, aor. 2. εὗρον, part. εὑρὼν, aor. 1. med. εὑράμην, partic. εὑράμενος. 1. *invenio, reperio,* sive quærendo, sive casu fortuito, sive res aut persona amissa fuerit, sive non. Matth. XVIII, 13. καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτὸ, coll. v. 12. Luc. II, 45. 46. XV, 4—9. Matth. II, 8. 11. Act. VII, 11. Luc. IV, 17.

2. *offendo, occurro alicui ex improviso, forte incido in aliquem,* seu *aliquid.* Matth. XVIII, 28. εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ offendit aliquem commilitonum suorum. ibid. XX, 6. XXII, 9. 10. XXVII. 32. Joh. I, 46. V, 14. μετὰ ταῦτα εὑρίσκει αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ etc. Ita מָצָא Genes. XXXVII, 15. Num. XV, 32. 1 Regg. XIII, 22. Conf. *Bocharti Hieroz.* P. I, L. II, c. 21. qui plura hujus Hebraismi exempla collegit. Adde Luc. IV, 17. εὗρε τὸν τόπον, οὗ ἦν γεγραμμένον incidit in locum, ubi scriptum erat.

3. metaphorice: *experior, comperio, cognosco, intelligo, sentio.* Matth. I, 18. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα *inventa* seu *deprehensa est* certis signis gravida. *Parthenius Nicæensis* c. 35. p. 400. εὑρέθη ἔγκυος. Rom. VII, 21. εὑρίσκω τὸν νόμον experior legem, coll. v. 22. ubi cum βλέπω permutatur. Philipp. III, 9. ἵνα εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ, sc. Χριστῷ, ut verus Christianus esse reperiar. 1 Petr. II, 22. οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Apoc. XIV, 5. Ita מָצָא Eccles. VII, 26. seq. Conf. *Schwarz.* ad *Olearium* de Stilo N. T. p. 85. Huc etiam pertinet formula εὑρίσκειν τὸν Θεὸν *cognoscere Deum, ad verum Dei cultum ejusque favorem pervenire.* Act. XVII, 27. Rom. X, 20. εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν copiam veræ religionis cognoscendæ hominibus feci, olim ab ea alienis. Cf. *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1264.

4. vox judicialis: *convinco aliquem diligenter examinando, capitalis criminis aliquem reum facio.* Matth. XXVI, 60. καὶ οὐχ εὗρον nihil criminis capitalis exquisiverunt. Luc. XXIII, 2. τοῦτον εὕρομεν causa ejus cognita deprehendimus eum. ibid. XIX, 48. Act. IV, 21. μηδὲν εὑρίσκοντες nullum crimen exquirere poterant. Interdum additur αἰτίαν θανάτου, Act. XIII, 28. αἴτιον, Luc. XXIII, 4. et 14. κακὸν, Act. XXIII, 9.

5. *de pretio rerum venditarum in summam redacto* εὑρίσκειν usurpatur Act. XIX, 19. καὶ συνεψήφισαν τὰς τιμὰς αὐτῶν καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε quorum pretio computato reperta sunt denariorum quinquaginta millia. Conf. *Raphel.* Obss. Xenoph. p. 175.

6. *acquiro, paro, comparo aliis aliquid.* Hebr. IX, 12. αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος æternæ felicitatis causa et auctor factus est. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 416.

7. *nanciscor, impetro, consequor, obtineo,* plane ut apud Latinos *invenire* pro *adipisci et labore suo aliquid consequi ponitur.* Conf. *Græc.* ad *Justin.* XII, 8. Luc. I, 30. εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ habes Deum tibi benignum et propitium. Respondet Hebraicæ formulæ מָצָא חֵן Genes. XIX, 19. Interdum χάρις Θεοῦ omittitur, ut εὑρίσκειν, nude positum, sit: *consequi, reportare favorem Dei et præmia.* Rom. IV, 1. Luc. XI, 9. ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε rogate Deum et accipietis. Joh. XII, 14. εὑρὼν ὁ Ἰησοῦς ὀνάριον nactus Jesus asellum Act. VII, 46. *Ælian.* V. H. III, 17. *Dion. Hal.* V, 49. VII, 37. *Pindar. Isthm.* I. 60. *Pyth.* IX, 197. Conf. *Budæi* Comment. L. Gr. p. 161. Eodem modo usurpatur מָצָא

Job. XXXIII, 24. Prov. III, 13. Ies. LVIII, 3. Hos. XII, 8.

8. *habeo.* Act. VII, 11. καὶ οὐχ εὕρισκον χορτάσματα οἱ πατέρες ἡμῶν nec habebant majores nostri, quo vescerentur. Apoc. XVIII, 14. ἀπώλετο ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ εὑρήσεις αὐτά. Levit. V, 11. ἐὰν δὲ μὴ εὑρίσκῃ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ζεῦγος τρυγόνων. ibid. XII, 8.

9. *valeo, possum.* Rom. VII, 18. τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν οὐχ εὑρίσκω facere id, quod bonum et honestum esse intelligo, non valeo.

10. *servo, conservo, salvo.* Matth. X, 39. XVI, 25. permutatur cum verbo σώζειν, Marc. VIII, 35. Luc. IX, 24.

11. εὑρίσκομαι *sum, existo*, i. q. εἰμὶ, et haud raro abundat. Luc. XVII, 18. οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες; nullusne ex illis rediit? Rom. VII, 10. εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον lex, quæ mihi felicitatis causa data est, pœnas mihi contraxit. Act. VIII, 40. Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον Philippus vero Asdodi erat. Galat. II, 17. Factum hoc est sine dubio ad imitationem Hebraici נִמְצָא Genes. II, 20. Exod. XXXV, 23. Malach. II, 6. ubi permutatur cum הָיָה, cui εὑρίσκεσθαι etiam respondet in vers. Alex. 1 Sam. XXVI, 18. Sirac. XX, 3. Formula οὐχ εὑρίσκεσθαι significat: *non amplius inter vivos*, seu *his in terris esse.* Hebr. XI, 5. καὶ οὐχ εὑρίσκετο, Hebr. וְאֵינֶנּוּ Gen. V, 24.— *Phavor.* εὑρίσκειν· τὸ ἐπιτυγχάνειν, τὸ ἐξετάζειν καὶ ἐρεύνῃ καταλαμβάνειν.

ΕΥ̓ΡΟΚΛὙΔΩΝ, ωνος, ὁ. De hac voce, quæ multum exercuit interpretum ingenia, præter conjecturas certi nihil dici potest. Omnium tamen maxime probabilis est eorum sententia, qui hac voce *eurum, fluctus vehementissimos excitantem et cientem*, indicare existimant, ut composita sit ex εὖρος *eurus*, ventus, ab oriente flans, et fere ingentem maris commotionem et fluctuationem excitans, et κλύδων *fluctus.* Nuspiam quidem hoc vocabulum in Scriptoribus Græcis occurrit, sed hoc nos non moratur; nam nullum habemus antiquum scriptorem, qui rem nauticam persecutus sit; et nomina ventorum apud veteres in primis infrequentia esse, jam conquestus est *A. Gellius* Noctt. Attic. II, 22. Conf. *Etym. M.* sub τυφὼν, et *Toupius* in Emendatt. ad *Suidam* P. III, p. 239. *Vulgatus* reddit: *euroaquilo*, Act. XXVII, 14. tunc εὐρακύλων, seu εὐροακύλων legendum esset; quam lectionem qui ex auctoritate *Vulgati*, *Æthiopis* et *Codicis Alex.* præoptant, non novum esse, vocabula Græcæ originis cum Latinis coalescere, exemplis vocabulorum *Euronotus*, *Anticato*, *Bictinium* demonstrant. Alii e conjectura legunt εὐρυκλύδων *ventus late fluctuans, longe lateque fluctus ciens.* Confer *Wetstenii N. T.* T. II, p. 641.

ΕΥ̓ΡΥ̓ΧΩΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *amplus, spatiosus, longe lateque patens et se extendens, amplum spatium occupans*, ex εὐρὺς *latus* et χώρα *regio.* Legitur semel in N. T. Matth. VII, 13. πλατεῖα ἡ πύλη καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ampla est porta et spatiosa est via. Cum πλατὺς permutatur etiam haud raro in Versionibus Græcis. 1 Chron. IV, 40. Ps. CIV, 25. Ies. XXXIII, 21. Hinc εὐρυχωρία *planities* apud *Xenoph.* Cyrop. IV, 1. 8. Scribitur etiam εὐρύχορος, de qua varietate conf. *Alberti* ad *Hesych.* T. I. p. 1528. *Hesych.* εὐρύχωρον· μεγάλως πολύχωρον.

ΕΥ̓ΣΈΒΕΙΑ, ας, ἡ, 1. *pietas, reverentia, quæ Deo præstatur, cultus divinus et quidem internus*, ab εὐσεβὴς, quod vide. Act. III, 12. ἢ εὐσεβείᾳ, h. e. precibus nostris a Deo ob pietatem nostram exauditis, coll. Joh. IX, 31. 1 Tim. II, 2. ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ, ubi tamen universa pietatis officia et exercitia tam erga Deum, quam erga alios complecti videtur. (Conf. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 1. 9. *Ages.* 3, 5. ib. IV, 7. 8. VI, 3. ἡ κατ᾽ εὐσέβειαν διδασκαλία doctrina ad veram pietatem ducens. v. 6. et 11. 2 Tim. III, 5. Tit. I, 1. 2 Petr. I, 3. 6. 7. III, 11. ἐν εὐσεβείαις, pro ἐν εὐσεβείᾳ, seu

ἀναστροφῇ ἁγίᾳ. In vers. Alex. respondet Hebraico יִרְאָה Prov. I, 7. Ies. XI, 12. XXXIII, 6.

2. *ipsa religio Christiana, quæ pietatem non solum commendat, sed etiam promovet*, τὸ μυστήριον τῆς εὐσεβείας, ut vocatur 1 Tim. III, 16. Sic legitur in N. T. 1 Tim. VI, 5. νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν existimantibus, religionem Christianam quæstui suo servire debere.

ΕΥ᾽ΣΕΒΕ᾽Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *religiose colo, pius sum in Deum*, ab eodem. Act. XVII, 23. ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε quem igitur vobis ignotum cultu religioso prosequimini. *Xenoph. Hist. Gr.* I, 7. 10.

2. *pietatem exerceo erga aliquem, officia pietatis et humanitatis aliis hominibus præsto.* 1 Tim. V, 4. μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν discant prius in suam familiam pietatem exercere, ut eam omni modo sublevent et tueantur. Sæpius non legitur in N. T. *Æschin.* Dial. III, 2. καί μοι ἵνα καὶ τοῦτο εὐσεβηθῇ, h. e. ut recte *Fischerus* interpretatus est: et ut etiam hæc pietas a me præstetur parenti. ibid. §. 10. pietas in matrem εὐσέβεια dicitur. *Phavor.* εὐσέβεια ἐστὶ δικαιοσύνη περὶ Θεὸν, δύναμις θεραπευτικὴ Θεοῦ, ἑκούσιος ὑπόληψις ὀρθὴ τῆς περὶ Θεοῦ τιμῆς.

ΕΥ᾽ΣΕΒΗ᾽Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, *pius, religiosus, qui Deum pie et rite colit*, ab εὖ *bene, recte*, et σέβω *colo, veneror.* Act. X, 2. 7. XXII, 12. ἀνὴρ εὐσεβὴς κατὰ τὸν νόμον vir Deum sancte colens secundum legem Mosaicam. 2 Petr. II, 9. Sæpius non occurrit in N. T. *Xenoph. Mem.* IV, 6. 2. Cyrop. VIII, 1. 9.

ΕΥ᾽ΣΕΒΩ᾽Σ. Adverbium, *pie, religiose, sincero pietatis studio et exercitio*, ab εὐσεβής. Bis tantum legitur in N. T. 2 Tim. III, 12. πάντες δὲ οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ hæc enim est communis omnium verorum Christianorum sors, ut affligantur. Tit. II, 12. σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς. *Xenoph. Mem.* II. 2. 13. et IV, 3. 16.

ΕΥ᾽ΣΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. proprie: *insignis, bene signatus*, et opponitur τῷ ἄσημος. ex εὖ et σῆμα *signum, nota.*

2. *clarus, perspicuus, bene significans*; e contrario ἄσημος *non distinctus, non perspicuus, obscurus.* (*Plutarch. de ser. num. vind.* p. 564. B. φωνὰς ἀσήμους. *Diod. Sic.* I, 8.) Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. XIV, 9. εὔσημον λόγον sermonem, qui est audientibus perspicuus, cujus sensus a quolibet facile intelligi potest. *Porphyr. de abstin.* III, 4. *Sext. Empir. adv. Arithm.* 18. Cf. *Raphelii* Observatt. Herodot. et Polyb. ad h. l. *Hesych.* εὔσημον· εὔδηλον, φανερόν.

ΕΥ᾽ΣΠΛΑΓΧΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. proprie: *qui robustis est et firmis visceribus*, ex εὖ et σπλάγχνα *viscera.* Conf. *Foësii* Œcon. Hippocr. p. 154.

2. metaphorice: *vir animosus, animo forti præditus*, quem Græci εὐκάρδιον, ἀνδρεῖον vocare solent, quibus vocabulis exposuit *Scholiastes Sophoclis ad Ajac. Flagell.* v. 472. In hac vero significatione apud Græcos tantum Scriptores occurrit, ut docuit *Vorstius* in Philol. Sacr. c. II. p. 38. ed. *Fischeri.* In N. T. vero εὔσπλαγχνος

3. dicitur *misericors, qui facile ad misericordiam movetur, benignus, facilis in injuriis alteri condonandis*, nam σπλάγχνα etiam *misericordiam* notat, ut infra docebitur. Bis vero legitur in N. T. Ephes. IV, 32. γίνεσθε εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς. 1 Petr. III, 8. *Orat. Manass.* v. 6. Κύριος ὕψιστος, εὔσπλαγχνος, μακρόθυμος. *Hesych.* εὔσπλαγχνον· εὔηκλον. Ita enim legendum est loco impressi εὔηλον.

ΕΥ᾽ΣΧΗΜΟ᾽ΝΩΣ, *decenter, honeste, composite, decore.* Adverbium ab εὐσχήμων, quod vide. Ter legitur in N. T. Rom. XIII, 13. εὐσχημόνως περιπατήσωμεν agamus vitam honestam et Christianam. 1 Cor. XIV, 40. εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν. 1 Thess. IV, 12.

ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω. *Xenoph. Cyrop.* I, 3. 7. et *Memor.* III, 12. 4. *Hesych.* εὐσχημόνως· εὐλαβῶς. *Phavorinus* addit σεμνῶς.

ΕΥ'ΣΧΗΜΟΣΥ'ΝΗ, ης, ἡ, 1. *decor*, h. e. *mores bene compositi*, der Anstand im Betragen, der Wohlstand *propriety of conduct, comely behaviour, ab* εὐσχήμων. *Xenoph. Cyrop.* V, 1. 2. *Polyb.* X, 18. 7.

2. ut Latinum *decor, ornatus externus.* Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. XII, 23. τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν εὐσχημοσύνην περισσοτέραν ἔχει membra corporis, quæ vulgo indecora et vilia habentur, eo magis ab hominibus exornari et excoli solent, i. q. in superioribus τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν.

ΕΥ'ΣΧΗ'ΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. proprie et vi originis est: *forma eleganti et speciosa præditus, bonum habitum præ se ferens, qui honestatem sequitur et vitium cavet in motu et gestu corporis*, ex εὖ *bene* et σχῆμα *gestus, habitus, forma.* Alex. Prov. XI, 25. *Xenoph.* de *Re Equestri* I, §. 17. *Hesych.* εὐσχήμονες· εὖ σχήματα ἐν ὀρχήσει ποιοῦντες.

2. metaphorice: *decorus, bene compositus, decens, qui honestatem sequitur et decorum in omnibus suis actionibus et legibus obtemperat.* 1 Cor. VII, 35. πρὸς τὸ εὔσχημον suadeo hoc ob decorum, ut semper honestati studere possitis. ibid. XII, 24. τὰ δὲ εὐσχήμονα ἡμῶν membra corporis nostri, in quibus species honesta est, quæ non tegere opus est, v. c. facies, manus. Sirac. XXVI, 25. θυγάτηρ εὐσχήμων. *Etym. M.* εὐσχήμων· ὁ κόσμιος καὶ πειθόμενος τοῖς νόμοις. Cf. *Schwarzii Comment. Gr. Ling.* p. 610. et ejusdem Notas ad *Olearium* de *Stilo N. T.* p. 283.

3. *in honore et dignitate constitutus, dives, potens.* Marc. XV, 43. εὐσχήμων βουλευτὴς, coll. Matth. XXVII, 57. ubi πλούσιος vocatur. *Syrus* habet ܡܫܘܪܐ *honorabilis.* Act. XIII, 50. γυναῖκας τὰς εὐσχήμονας mulieres honestas. ib. XVII, 12. *Phrynichus* p. 146. εὐσχήμων· τοῦτο μὲν οἱ ἀμαθεῖς ἐπὶ τοῦ πλουσίου καὶ ἐν ἀξιώματι ὄντος τάττουσιν, οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐπὶ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ συμμέτρου. *Suid.* et *Phavor.* εὐσχήμων· —οὐχ ὁ πολλὰ κεκτημένος καὶ πλούσιος, ἀλλ' ὁ κόσμιος καὶ πειθόμενος τοῖς νόμοις καὶ συνιστῶν. Conf. tamen *Georgii Hierocrit.* P. I. p. 123. *Salmasium* de *Lingua Hellenistica* p. 100. et *Funus Linguæ Hellen.* p. 152.

ΕΥ'ΤΟ'ΝΩΣ, *intense, valde, acriter, vehementer, magna cum contentione, intentis viribus, intento clamore.* Adverbium ab εὔτονος *firmus, robustus, validus*, (*Hippocr. Aphor.* III, 17. εὔτονα τὰ σώματα. 2 Macc. XII, 23. Conf. *Foësii Œcon. Hippocr.* p. 155.) quod est ab εὖ et τείνω *tendo.* Bis legitur in N. T. Luc. XXIII, 10. εὐτόνως (in aliis codicibus legitur ἐντόνως, quod idem notat) κατηγοροῦντες αὐτοῦ graviter, seu, intento clamore eum accusantes. Act. XVIII, 28. εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ magna contentione virium, seu potenter, Judæos redarguebat publice. *Syrus* h. l. habet ܬܩܝܦܐܝܬ *fortiter. Hesych.* εὐτόνως· ἰσχυρῶς, ἐλαφρῶς. Jos. VI, 8. וְתָקְעוּ בַּשּׁוֹפָרוֹת, Alex. καὶ σημαινέτωσαν εὐτόνως. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 812. et *Xenoph. Hier.* 9, 6.

ΕΥ'ΤΡΑΠΕΛΙ'Α, ας, ἡ, 1. proprie: bono sensu, *urbanitas et elegantia morum orationisque concinnitas* dicitur, *quæ hominibus, quorum consuetudine utimur et ad quorum arbitrium nos accommodamus, grata est et jucunda, comitas, humanitas, festivi joci, lepor*, ab εὐτράπελος *lepidus, facetus, urbanus, qui sua verba, mores et actiones ad aliorum arbitrium facile accommodare et quasi bene vertere novit*, ex εὖ *bene* et τρέπω *verto. Aristoph. Vesp.* v. 467. λόγος εὐτράπελος est interprete *Schol.* ἀπολογία πιθανὴ καὶ εὖ τετραμμένη. *Cic.* ad *Div.* VII, 32. "εὐτραπελία litterarum fecit, ut intelligerem, tuas esse." *Thucyd.* II, c. 41. μετὰ χαρίτων μάλιστ' ἂν εὐτραπέλως.

Thom. M. sub σκῶμμα: εὐτράπελον· τὸ μετὰ σεμνότητος χαριέντως λεγόμενον. Conf. *Foës. Œconom. Hippocr.* p. 155. et *Vavassor.* de *Ludicra Dictione* p. 282. ed. Lips. Jam, cum, qui urbanitatem sectantur moresque, actiones et dicta ad aliorum arbitrium accommodant, facile ad *scurrilitatem* et *dicacitatem* delabantur, hinc fit, ut

2. in malam accipiatur partem et *scurrilitatem* et *dicacitatem* significet. *Hesychius* et *Etym. M.* εὐτραπελία· κουφότης, μωρολογία, αἰσχρολογία, ἀπαιδευσία. Sic semel legitur in N. T. Ephes. V, 4. καὶ μωρολογία ἢ εὐτραπελία et omnis obscœna dicacitas et in dicendo scurrilitas, nugæ scurriles; ubi tamen differt εὐτραπελία a μωρολογία sic, ut in hac sit plus rusticitatis, in illa vero ingenii et acuminis aliquid. *Aristot. Mor.* I, 31. Idem *Eudem.* III, 6. *Isocr. in Areop.* p. 290. εὐτραπέλους per σκώπτειν δυναμένους et βωμολόχους explicat. *Ælian. V. H.* V, 13. Cf. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XX, 63. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 253. *Bibl. Brem.* Class. V. p. 57. *F. Frischii* Comm. phil. de εὐτραπελίᾳ veterum non omnibus probata, ad Ephes. V, 4. in *Misc. Lips. Nov.* Vol. IX. p. 199. et *Gronov.* de *Sestert.* p. 318. seq.

ΕΥ̓ΤΥΧΟΣ, ου, ὁ, *Eutychus.* Nomen proprium adolescentis, a Paulo in vitam revocati, Act. XX, 9. origine Græcum, q. d. *felix, fortunatus*, ex εὖ et τύχη *fortuna.*

ΕΥ̓ΦΗΜΊΑ, ας, ἡ, *bona fama et prospera, existimatio secunda, honorifica appellatio, laus*, ab εὔφημος, quod vide. Tantum legitur in N. T. 2 Cor. VI, 8. διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας sive bene de me judicent, sive male loquantur, sive laudibus me exornent, sive conviciis proscindant. Eodem sensu legitur apud *Ælian. V. H.* III. 47. ἡ εὐφημία, ἡ καλοῦσα αὐτὸν χρηστὸν, οὐδὲν ὠφέλησεν. Apud *Herodian.* I, 7. 11. de faustis acclamationibus, quibus aliquis excipitur, usurpatur et Ps. XLII, 5. CXXVI, 2. pro Hebr. רִנָּה in *Symmachi* fragmentis extat. *Phavor.* εὐφημίαν· σιωπὴν, εὐλογίαν.

ΕΥ̓ΦΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. proprie: *bene ominatus.* Vocabulum, quod proprie in sacris gentilium adhibebatur, in quibus λόγος εὔφημος *sermo bene ominatus* dicebatur, *quo in sacris uti licebat.* Quemadmodum enim Romani in sacris turbam *favere linguis* jubebant, ita et Græci sacra et quosvis conatus λόγοις εὐφήμοις adjuvari opinabantur. Descendit ab εὐφημέω, quod etiam proprie est verbum sacrorum et notat: *linguis favere*, h. e. vel *tacere*, vel *abstinere verbis male ominatis*, et *uti verbis faustis et bene ominatis.* Sed quia εὐφημεῖν in universum est *benedicere*, καλὰ λαλεῖν, interpretibus *Hesychio* et *Suida*, et speciatim de *iis* dicitur, *qui aliis bene precantur*, (*Demosthen.* p. 800. l. 13. ed. *Reiske*: εὐφημεῖν ἐξὸν καὶ ἅπαντας ἅπασι πάντα τἀγαθὰ εὔχεσθαι) *gratulantur, alios, inprimis vero Deum, laudant, et celebrant*, (1 Macc. V, 64. *Symmach.* Ps. XXXII, 11. XXXIII, 1. *Suidas* et *Hesych.* εὐφημεῖ· ἐπαινεῖ) hinc factum est, ut εὔφημον

2. etiam in universum *omne* significaret, *quo animum benevolum, amicum et gratum aliis significamus*, atque adeo εὔφημα Philipp. IV, 8. λόγοι εὔφημοι, *sermones, quibus et aliis bene precamur, et bonam de iis existimationem significamus Deoque pium et gratum animum declaramus*, ut adeo hoc modo εὔφημα differant ab ἔπαινος, quod significat *laudabilia, quæ bonam famam pariunt*, quod contra *Grotium* jam docuit Ven. *Storr.* in *Diss. Exeget. in Ep. ad Philipp.* p. 45. *Thom. M.* εὐφημία· οὐ μόνον ὁ ἔπαινος, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν λόγων καλλιεῤῥημοσύνη, ἤγουν τὸ καλοὺς καὶ πρέποντας λόγους λέγειν. —— ὡσαύτως καὶ εὐφημῶ οὐ μόνον τὸ ἐπαινῶ, ἀλλὰ καὶ τὸ καλὰ καὶ πρέποντα λέγω, ubi vide interpretes.

ΕΥ̓ΦΟΡΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *fructus uberrimos fero, summa fertilitate gaudeo, fertilis sum et ferax*, ab εὔφορος, quod est ex εὖ et φορέω *gesto, fero.* Luc. XII, 16. ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα divitis cujusdam ager uberem frugum genuerat proventum.

Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* εὐφορῶν· καλῶς φέρων. Hinc substantivum εὐφορία *fertilitatem, fructuum ubertatem* notat apud *Ælian. V. H.* II, 17. *Philo de Vit. Mos.* III. T. II. p. 162. 21. *Pollux* I, 51. εὐφορία — εὐετηρία, εὐθηνία· εὐκαρπία, πολυκαρπία. *Hesych.* εὐφορία· εὐθηνία, καλὸς ἐνιαυτός. Eandem significationem habet adjectivum εὔφορος apud *Herodian.* I, 6. 3.

ΕΥ᾽ΦΡΑΙ᾽ΝΩ, fut. ανῶ, 1. in activo: *exhilaro, delecto, oblecto, lætitia affício* vel *perfundo aliquem.* 2 Cor. II, 2. τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με; quis est, qui exhilaret me? *Ælian. V. H.* I, 32. *Herodian.* II, 3. 19. *Eurip. Alc.* 788. Ps. CIV, 15.

2. Medium εὐφραίνομαι *me exhilaro*, h. e. *lætor, delector aliqua re, hilaris fio, læto sum animo.* Luc. XV, 23. εὐφρανθῶμεν hilaritati nos dabimus. ib. v. 32. Act. II, 26. εὐφράνθη ἡ καρδία μου. ib. VII, 41. εὐφραίνοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν delectantes se manuum ipsorum opere. Rom. XV, 10. Apoc. XII, 12. XVIII, 20.

3. *lætitiam testor, in jubila erumpo*, Galat. IV, 27. εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, coll. Ies. LIV, 1. רַנִּי עֲקָרָה.

4. speciatim de *iis* dicitur, *qui vitam mollem et luxuriosam agunt, magnifice epulantur et laute convivantur. Gloss.* εὐφραίνομαι· *epulor, lætor.* εὐφρασία· *epulatio.* Arab. نعم, et *hilarem esse* et *epulari* notat. Luc. XII, 19. εὐφραίνου *vive*, h. e. vitam mollem age. *Vulgatus* vertit per *epulari.* ibid. XV, 24. 29. ἵνα μετὰ τῶν φίλων μου εὐφρανθῶ, ubi in Cod. Cantabr. e glossemate ἀριστήσω legitur. ibid. XVI, 19. εὐφραινόμενος καθ᾽ ἡμέραν λαμπρῶς epulabatur quotidie splendide. Apoc. XI, 10. *Xen. Cyrop.* I, 5. 7. et VII, 5. 17. Ita שָׂמַח Deut. XIV, 26. XXVII, 7. ubi *Vulgatus* vertit: *epulari*, Alex. per εὐφραίνεσθαι. Cf. *El. Palairet. Obss. Crit.* p. 196. et *Fischeri* Prolus. XXV. de *Vitiis Lexicorum N. T.* p. 19. seq.

ΕΥ᾽ΦΡΑ᾽ΤΗΣ, ου, ὁ, *Euphrates.* Nomen magni et celeberrimi fluvii, qui, in Armenia majori in monte (quem incolæ illius regionis *Mingol* vocant) ortus, per Assyriam, Syriam, Mesopotamiam et urbem Babylonem fluit in mare Persicum. Nunc ab accolis *Frat* et a Turcis *Maratsou* appellatur. Nomen accepit non ab εὐφραίνω, ut *Ambrosio* placebat, qui ita dictum existimabat ideo, quod fluvius, hic amœnitate sua delectet, sed ab Hebraico פְּרָת (Hebraice enim פְּרָת dicitur Genes. II, 14. ubi inter fluvios paradisi numeratur) *crevit, auctus fuit:* illius enim aquæ valde crescunt ex colliquatione nivium in montibus Armeniæ, et terram circumjacentem fœcundam reddunt, teste *Cicerone* de *Nat. D.* II, c. 52. ita scribente: "Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi novos agros invehit." Fuit hic fluvius ingens olim per multorum seculorum intervallum limes imperii Romani, unde bis commemoratur Apoc. IX, 14. XVI, 12.

ΕΥ᾽ΦΡΟΣΥ᾽ΝΗ, ης, ἡ, 1. proprie: *lætitia, hilaritas, oblectatio*, ab εὔφρων *lætus, cujus mens est hilaris*, ex εὖ *bene* et φρὴν *mens. Hesych.* εὐθυμία. Judith. XII, 13. πιεῖν μεθ᾽ ἡμῶν εἰς εὐφροσύνην οἶνον. Sirac. XXXIV, 31. *Xenoph. Cyrop.* III, 3. 6. et *Agesil.* 9. 4.

2. *ipsa lætitiæ et gaudii materia, quæcunque tandem sit.* Sic bis legitur in N. T. Act. II, 28. felicitas illa, ad quam Christus, exantlata morte, beneficio Dei pervenit, εὐφροσύνη vocatur, et ibid. XIV, 17. ita dicuntur *commoda hujus vitæ omnis generis, quibus homines maxime delectantur*, v. c. cibi et potus. Eodem modo εὐφροσύνη Sirac. XXXVII, 4. *felicem rerum statum* significat, et τῷ καιρῷ θλίψεως opponitur, et Esther. IX, 19. Hebr. מִשְׁתֶּה in vers. Alex. respondet, coll. Sirac. XIII, 11. Conf. *Spicilegium meum II. Lexici Bieliani* p. 81.

ΕΥ᾽ΧΑΡΙΣΤΕ᾽Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *gratias ago*, seu *persolvo, cum gratiarum actione celebro*, ex εὖ et χάρις *gratia.* Luc. XVII, 16. 2 Cor. I, 11. διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν per multos etiam gratiarum actione celebretur

pro nobis. Ignota plane est hæc significatio probis antiquisque Scriptoribus Græcis, apud nos *gratificari* χαρίζεσθαι significat. Damnarunt ideo plerique veterum grammaticorum hanc vocem (v. c. *Thom. M.* et *Phrynichus* p. 8. εὐχαριστεῖν οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἶπεν, ἀλλὰ χάριν εἰδέναι) et *Salmasius* in libro de *Lingua Hellen.* p. 98. eam inter idioticas referre, illorum maxime auctoritate ductus, non dubitavit. Vide *Fischeri Animadvv.* ad *Welleri Grammat. Gr.* p. 8. et *Alberti Obss. in N. T.* p. 8. Reperitur tamen hæc vox in eodem sensu apud *Polyb.* (IV, 72. *Exc. Leg.* III. p. 1092. VIII. p. 1104.) *Demosthenem* (*pro Corona* p. 326.) *Diod. Sic.* (XVI, 11. XX. p. 430. ubi vid. *Wesseling.*) et *Josephum* teste *Raphelio* et *Krebsio* in *Obss. Flav.* p. 272. quibus adde notata a *Wetstenio N. T.* T. I. p. 426. et *J. C. Schwarzio* in *Monumentis Ingeniorum* T. III. p. 300.

2. *preces testando animo grato erga Deum fundo, colo Deum grato animo ob beneficia collata.* Joh. VI, 11. ubi de precibus cœnatoriis dicitur. ib. v. 23. Matth. XV, 36. XXVI, 27. Joh. XI, 41.

ΕΥ̓ΧΑΡΙΣΤΊΑ, ας, ἡ, 1. *gratiarum actio pro acceptis beneficiis, quæ Deo vel aliis hominibus præstatur, grati animi significatio,* ab εὐχαριστέω. Act. XXIV, 3. ἀποδεχόμεθα μετὰ πάσης εὐχαριστίας agnoscimus cum omni gratiarum actione. 1 Tim. IV, 3. 4. μετ' εὐχαριστίας cum oratione pia gratiarumque Deo agendarum sensu plena. 2 Cor. IX, 12. Apoc. VII, 12. *Polyb.* VIII, 14. 8.

2. *urbanitas et jucunditas in sermone temperata et honesta, gratia et honestas orationis,* et opponitur τῇ μωρολογίᾳ, αἰσχρότητι, et εὐτραπελίᾳ. Ephes. V, 4. Apud *Xenoph. Cyrop.* II, c. 2. 1. εὐχάριστοι λόγοι sunt *lepidi et faceti sermones,* ut recte docuit *Morus* ad h. l.

ΕΥ̓ΧΆΡΙΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. proprie: *gratus, beneficiorum memor,* ab εὖχαρις *gratus, gratiosus, lepidus,* vel ex inusitato χαριστὸς, quod est a præt. pass. κεχάρισται, verbi χαρίζομαι *gratificor. Xenoph. Cyrop.* VIII, 3. 19. Conf. *Pierson* ad *Herodian.* p. 441.

2. *qui urbanis est moribus, blandus, comis, placens et placere studens,* i. q. εὐχάριτος, seu εὔχαρις, quemadmodum e contrario apud Græcos ἀχάριστον æque ac ἀχάριτον *omne, quod est ingratum et injucundum,* significat. v. c. *Homer. Odyss.* Θ′. 236. υ′. 392. Prov. XI, 16. γυνὴ εὐχάριστος, Hebr. אֵשֶׁת חֵן *mulier gratiosa.* Sic, ut mihi quidem videtur, legitur etiam Coloss. III, 15. καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε blandi et comes invicem estote. Alii vertunt: *benefici et liberales estote,* quo sensu est apud *Diod. Sic.* XVIII, 28. ubi vid. *Wesseling. Joseph. A. J.* XVI, 6. 2. Alii reddunt: *grati et accepti estote Deo.* Alii denique, præeunte *Syro: gratias agite Deo,* seu *Christo*; nam propter originis vim varia significare potest.

ΕΥ̓ΧῊ, ῆς, ἡ, 1. *precatio, oratio, preces,* i. q. προσευχὴ, ab εὔχομαι, quod vide. Jacob. V, 15. καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα et preces cum fiducia conjunctæ sanabunt ægrotantem. *Æschin. Socr.* Dial. III, 10. *Xenoph Sympos.* 8. 5. Legitur etiam apud Alex. Job. XVI, 17. Prov. XV, 8. 29. pro Hebr. תְּפִלָּה *precatio.*

2. *votum omne, quo quis vult et promittit aliquid præstare Deo, sancta et religiosa promissio Deo facta. Xenoph. Mem.* II, 2. 10. ubi εὐχὰς ἀποδιδόναι significat: *vota solvere. Thomas M.* in voce εὔχομαι: εὐχὴ ἡ ἐν ἱκετηρίαις ὑπόσχεσις. Speciatim in N. T. *votum Nasiræatus temporarium* significat, *quo Judæi ob liberationem, inprimis a morbo quodam graviore, aut alio periculo, se obstringebant per aliquod tempus vino abstinere, comam alere, nec accedere ad cadaver, et quam plurimas alias observare ceremonias, a Mose* (Num. VI.) *præscriptas, antequam victimas solemnes Deo cæderent.* Tale *votum temporarium* qui conci-

piebat, *Nasiræus dierum* vocabatur; qui vero *votum perpetuum* fecerat, *Nasiræus sæculi* dicebatur. De utroque votorum apud Judæos genere copiose exposuit *Ravanelli* in *Bibliotheca S.* T. II. p. 352. seq. et 1514. seq. Hinc εὐχὴ in vers. Alex. toties respondet Hebr. נֶדֶר, Num. VI, 2. 21. et נָזִיר ibid. v. 4. 7. 8. 9. 12. 13. 18. etc. Act. XVIII, 18. εἶχε γὰρ εὐχὴν erat enim Nasiræus, seu voto Nasiræatus obstrictus tenebatur; ubi vid. *Wetstenius.* ibid. XXI, 23. εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν voto obnoxii erant. Sæpius in N. T. non legitur.

ΕΥ"ΧΟΜΑΙ, fut. ξομαι, 1. *oro, precor*, ab εὐχή. Jacob. V, 16. εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων et preces pro vobis invicem ad Deum fundite; ubi Codex Alex. προσεύχεσθε habet. In vers. Alex. respondet Hebr. הִתְפַּלֵּל Num. XI, 2. Deut. IX, 20. 26. Job. XLII, 8. 10. Eandem significationem etiam habet apud Scriptores exteros, ubi mox cum πρὸς construitur, v. c. *Xenoph. Mem.* I, 3. 2. εὔχετο δὲ πρὸς τοὺς θεούς. ibid. IV, 2. 36. mox cum dativo. *Demosthen.* de *Corona* cap. 1. τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις.

2. *opto.* Act. XXVI, 29. εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ optarim utique a Deo. (εὔχεσθαι τῷ Θεῷ proprie apud Græcos notat: *vota facere Deo, vovere Deo. Xenoph. Mem.* II, 2. 10.) ibid. XXVII, 29. ηὔχοντο ἡμέραν γενέσθαι optabant, ut fieret dies. Rom. IX, 3. 2 Cor. XIII, 7. 3 Joh. v. 2. *Æschin.* Dial. III, 6. ἐγὼ δὲ εὐξαίμην ἂν τὰ κοινὰ ταῦτα εἰδέναι. Jer. XLII, 22. ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ὑμεῖς εὔχεσθε εἰσελθεῖν, ubi Hebr. הֻפַּץ respondet. ibid. XXII, 27. ἣν αὐτοὶ εὔχονται ταῖς ψυχαῖς. Catalogum variarum notionum hujus vocis dedit *Phavorinus* et *Thom. M.* p. 395.

ΕΥ"ΧΡΗΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *utilis, perutilis, alterius usibus accommodus*, et non solum de rebus, sed etiam de personis usurpatur, ubi εὔχρηστος eum significat, *qui facilem et idoneum ad negotium quoddam exsequendum sese præstat* ab εὖ et χρηστὸς *utilis.* 2 Tim. II, 21. σκεῦος εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ vas accommodum usibus domini. ibid. IV, 11. ἐστὶ γάρ μοι εὔχρηστος εἰς διακονίαν est enim mihi perutilis ad ministerium. Philem. v. 11. τόν ποτέ σοι ἄχρηστον, νυνὶ δὲ σοὶ καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον. Sæpius non legitur in N. T. Prov. XXXI, 13. ἐποίησεν εὔχρηστον ταῖς χερσὶν αὐτῆς. *Xenoph. Cyrop.* V, 3. 16. *Memor.* III, 8. 5. *Hesych.* εὔχρηστος· χρήσιμος.

ΕΥ'ΨΥΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *forti magnoque animo sum*, et proprie dicitur de *eo, qui non est pusillo, sed bono animo*, ex εὖ et ψυχὴ *anima*, unde εὔψυχος *animosus, generosus. Joseph. A. J.* V, 1. 29. Alex. Prov. XXX, 31. Eodem modo εὐψύχως sumitur 2 Macc. VII, 20.

2. *hilari et læto sum animo, exhilaror.* Sic semel legitur in N. T. Phil. II, 19. ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν ut rebus vestris cognitis lætari possim.

ΕΥ'ΩΔΙ'Α, ας, ἡ, 1. proprie: *bonus, gratus et suavis odor, suavitas odoris, suaveolentia*, nostrum: Wohlgeruch *sweetness of smell*, ab εὐώδης *bene olens, bene fragrans. Hesych.* εὐωδία· εὐοσμία. *Herodian.* I, 12. 3. εὐωδίᾳ τῆς τῶν δαφνῶν ἀποφορᾶς, ubi vid. *Irmischius. Xenoph. Sympos.* II, 3.

2. metaphorice: *res quævis suavis, grata, jucunda et accepta.* 2 Cor. II, 15. Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν nos sumus illi, per quos Deus religionem præstantissimam Christianam tanquam suavem odorem spargit et propagat. Alii minus commode: nostrum munus apostolicum Deo gratum et acceptum est. Ephes. V, 2. θυσίᾳ τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας sacrificium Deo gratum et acceptum, i. q. θυσία δεκτὴ καὶ εὐάρεστος τῷ Θεῷ. Origo hujus formulæ loquendi repetenda est ex opinione communi omnium gentium, qua Deum, aura fumi, de victima concremata assurgentis, naribus captata, mirifice delectari arbitrabantur. Phil. IV, 18. ὀσμὴν εὐωδίας rem bene olentem, bene-

ficium Deo gratum et acceptum. Respondet Hebr. formulæ רֵיחַ נִיחוֹחַ Levit. I, 9. 13. 17. II, 2. VI, 14.

ΕΥ᾽Ω᾽ΝΥΜΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, sinister, qui est in latere sinistro*, proprie *fausti ominis et nominis*, ex εὖ et ὄνυμα, Æol. pro ὄνομα *nomen*. Nam apud Græcos et Romanos (secundum *A. Gellium N. A.* V, 12. et *Cic.* de *Div.* II, 35.) læva auspicia magis prospera habebantur. Vide *Viger.* de *Idiot. Ling. Gr.* p. 70. Ed. Glasg. 1813. *Barthium* ad *Statii Thebaid.* Lib. III. p. 807. seq. et *Hudson.* ad *Thucyd.* I, 126. Matth. XX, 21. ἐξ εὐωνύμων a sinistris. Act. XXI, 3. καταλιπόντες αὐτὴν εὐώνυμον cum relinqueremus eam ad sinistram. Apoc. X, 2. *Xenoph.* de *Rep. Laced.* 11, 9. In versione Alex. respondet Hebraico שְׂמֹאל *sinistra manus, pars*, vel *latus sinistrum*, Exod. XIV, 22. 29. Num. XX, 17. Cant. II, 6. et שְׂמֹאלִי 2 Regg. XI, 11. Confer *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΈΦΑ᾽ΛΛΟΜΑΙ, *insilio, irruo in aliquem*, ex ἐπὶ et ἄλλομαι *salio*. Semel legitur in N. T. Act. XIX, 16. καὶ ἐφαλλόμενος ἐπ᾽ αὐτοὺς ἄνθρωπος et insiliebat in eos homo. (*Plutarch.* T. VI. p. 526. ed. *Reiske.*) *Hesychius*, hunc locum fortasse respiciens: ἐφαλλόμενος· πηδήσας.

ΈΦΑ᾽ΠΑΞ, 1. *semel*. Adverbium actus iterationem negans, respondens nostro: einmal für allemal *once for all*, et simul perfectionis notionem includit. Rom. VI, 10. de Christo τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανε ἐφάπαξ semel ac perfecte morte sua expiavit peccata humana, Hebr. VII, 27. ἐφάπαξ opponitur τῷ καθ᾽ ἡμέραν quovis die expiatorio, seu, quotannis. ibid. IX, 12. X, 10.

2. *simul, uno eodemque tempore et loco*. 1 Cor. XV, 6. ubi Christus post suam resurrectionem a mortuis visus esse dicitur quingentis Christianis ἐφάπαξ simul, uno eodemque tempore et loco. Sæpius non legitur in N. T.

ΈΦΕΣΙ᾽ΝΟΣ, *ίνη, ῖνον, Ephesinus*, ab Ἔφεσος, quod vide. Legitur semel in N. T. Apoc. II, 1 τῷ ἀγγέλῳ τῆς Ἐφεσίνης (in aliis codicibus τῆς ἐν Ἐφέσῳ) ἐκκλησίας.

ΈΦΕ᾽ΣΙΟΣ, *ία, ιον, Ephesus, Epheso oriundus*, aut *qui Epheso advenit*, ab eodem. Act. XIX, 28. 34. 35. XXI, 29. Τρόφιμον τὸν Ἐφέσιον Trophimum, qui Epheso advenerat cum Paulo.

Ἔ᾽ΦΕΣΟΣ, *ου, ἡ, Ephesus*, Asiæ minoris urbs maritima, celeberrima metropolis Ioniæ, (πόλις Ἰωνίας ἐπιφανεστάτη, uti *Stephanus* eam vocat. *Herodoto* I, c. 142. *Lydiæ* urbs est; nam *Lydia* olim fuit, quæ a colonis vocata fuit *Ionia*.) sita ad mare Icarium, non procul a Caystro, fluvio Lydiæ, inter Smyrnam et Miletum, exstructa et condita secundum *Strabonem* ab Androcho Codro A. M. 2900. secundum *Justinum* II. c. 4. ab Amazonibus. Olim variis nominibus appellata fuit, nempe *Alope*, Trojanorum tempore, deinde *Ortygia et Morge*, teste *Plinio H. N.* V, 29. etiam *Samornion* et *Ptelea*. Hodie a Turcis *Tigena* vocatur. Splendorem ei dedit haud exiguum ornatissimum Dianæ templum, ducentis viginti annis a tota Asia factum, teste *Plinio H. N.* XXXVI, 14. et *Livio* I, c. 45. et inter mundi miracula a veteribus relatum, ob quod Ἀρτέμιδος νεωκόρος a Græcis dicebatur. Act. XIX, 35. Cæterum fuisse Ephesios admodum superstitiosos et magicis artibus assuetos, præter locum Act. XIX, 19. formula proverbialis γράμματα Ἐφέσια clarissime docet, qua *notæ* et *formulæ magicæ* significabantur, *quibus ad averruncandos morbos, dæmones* etc. *uti solebant, formulæ incantationum*, ἐπῳδαί τινες δυσπαρακολούθητοι, interprete *Suida*, de quibus lege *Küster.* ad *Suidam* T. I. p. 919. *J. C. Ortlob.* D. philol. de Ephesiorum libris curiosis combustis. Lips. 1708. 4. et *Th. Galæum* ad *Jamblichum* p. 290. In universum lectu digna de hac urbe habet *Wesseling.* ad *M. Antonin. Itiner.* p. 659. *Gude de ecclesiæ Ephesinæ statu imprimis*

ævo Apostolico (Lips. 1732. 8.) et *F. Stosch.* Syntagma D. de nominibus urbium Asiæ p. 6. seq.

ΕΦΕΥΡΕΤΗ΄Σ, οῦ, ὁ, *qui aliquid effingit et excogitat, inventor*, i. q. εὑρετὴς, 2 Macc. VII, 31. ab ἐφευρίσκω, quod proprie de *eo* dicitur, *qui fingit, quæ non sunt*, ut docet *Schol. Sophocl.* ad *Ajac. Flag.* v. 1074. εὑρίσκει τις τὸ ὂν, ἐφευρίσκει τις τὸ μὴ ὄν. Semel legitur in N. T. Rom. I, 30. ἐφευρετὰς κακῶν, h. e. malorum opifices, scelerum inventores, (*Virgil. Æn.* II, 161.) *facinorum repertores* (*Tacit. A.* IV, 11. 71.) οἱ ἐπὶ τοῖς παλαιοῖς κακοῖς ἕτερα καινοτομοῦντες κακὰ, interprete *Suida*, i. q. κακότεχνοι. Sap. I, 4. coll. Prov. XVI, 27. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 29.

ΕΦΗΜΕΡΙ΄Α, ας, ἡ, 1. proprie: *ministerium diurnum, functio, quæ unum diem durat*, ἡ τῆς ἡμέρας λειτουργία, interprete *Hesychio*, ab ἐφήμερος, quod vide. *Polyb.* XXII, 10, 6. ἐφημερεύειν ἐπὶ τῶν ἔργων interdiu stationem habere ad opera.

2. *omne ministerium, ad stata tempora restrictum*, nam ἡμέρα de *quovis tempore* in N. T. usurpatur.

3. *ipsa sacerdotum classis, qui in hebdomadas singulas munere sacerdotali fungebantur.* Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 645. Scilicet Davides omnes, e sacerdotali genere oriundos, in viginti quatuor familias, seu classes, distribuerat, quæ certis hebdomadum vicibus sacerdotii munus obibant, 1 Paral. XXIV, 4. et quas non solum Salomo, (2 Paral. VIII, 14.) sed etiam Nehemias (Nehem. XIII, 30.) confirmaverat. Insignis hanc in rem locus est apud *Joseph. A. J.* VII, 15. 7. ubi ita de Davide: διεμέρισε δ' αὐτοὺς κατὰ πατριὰς, (hinc *Suidas* ἐφημερία per πατριὰν interpretatus est) καὶ χωρίσας ἐκ τῆς φυλῆς τοὺς ἱερεῖς, εὗρε τούτων εἴκοσι τέσσαρας πατριὰς, καὶ ἐκ μὲν τῆς Ἐλεαζάρου οἰκίας ἑκκαίδεκα, ἐκ δὲ τῆς Ἰθαμάρου ὀκτώ. διέταξε δὲ μίαν πατριὰν διακονεῖσθαι τῷ Θεῷ ἐπὶ ἡμέρας ὀκτώ. Quælibet harum classium præfectum habebat, qui *princeps liturgiæ* aut *ephemeriæ* vocabatur. Post exilium Babylonicum diversitatis aliquid fuisse quoad capita ephemeriarum, *Lightfootus* tradit in *Hor. Hebr. et Talmud.* ad Luc. I, 5. 8. Sæpius in N. T. non legitur.

ΕΦΗ΄ΜΕΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, idem quod ἐφημέριος, 1. proprie: *diem unum durans, diurnus, vivens in unum diem*, ex ἐπὶ et ἡμέρα. Usurpatur inprimis de animalculis, quæ uno die cursum vitæ conficiunt, tradente *Eustathio* ad *Homer. Od. φ'.* v. 85. et *Hesych.* ἐφήμερον ζῶον οὕτω καλούμενον, ὅπερ ζῇ μίαν ἡμέραν. Febres diariæ ἐφήμεροι πυρετοὶ dicuntur, observante *Foësio Œcon. Hippocr.* p. 155. Cf. *Valckenar.* ad *Eurip. Phœn.* v. 1515. et *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 1. 7.

2. *quotidianus.* Sic semel legitur in N. T. Jacob. II, 15. λειπόμενοι τῆς ἐφημέρου τροφῆς destituti victu quotidiano, seu ad vitam sustentandam necessario, i. q. ἄρτου ἐπιουσίου. *Aristides* T. II. p. 398. τῆς ἐφημέρου τροφῆς. *Dionys. Halic. Ant.* VIII, 41. *Sueton. Nero* 37. diurnum victum. Vid. *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* IV, 35. p. 122. et 271.

ΕΦΙΚΝΕ΄ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ἵξομαι, *attingo, pertingo, pervenio*, ex ἐπὶ et ἱκνέομαι *venio.* Legitur bis in N. T. 2 Cor. X, 13. ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν ut ad vos progressus sim, seu pervenerim, scil. doctrina mea et institutione. ibid. v. 14. ὡς μὴ ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς quasi ad vos usque non pervenerim. *Alberti Gloss. N. T.* p. 144. μὴ ἐφικνούμενοι· μὴ καταλαμβανόμενοι, seu, ut fortasse ex *Hesychio* rescribendum est, μὴ καταλαμβάνοντες. *Hesych.* ἐφικνούμενος· νοῶν, φθάνων, ἐγγίζων, παραγενόμενος, ἢ γνούς. Cf. *Reiske* Index *Demosthenis* s. h. v. p. 391. et *Lexicon Xenophonteum* Vol. II, p. 431.

ΕΦΙ΄ΣΤΗΜΙ, fut. ἐπιστήσω, et ΕΦΙ΄ΣΤΑΜΑΙ, 1. proprie et quidem in præsenti: *sisto et colloco juxta, admoveo, appono, adhibeo*, ex ἐπὶ et ἵστημι *statuo.* *Xenoph. Cyrop.* IV, 2. 10.

2. *me admoveo*, h. e. *accedo*, et speciatim de *iis* usurpatur, *qui præter*

spem et inopinato superveniunt, et repente alterum opprimunt, quod nostri dicunt: einem unvermuthet über den Hals kommen *to attack one unexpectedly.* Luc. II, 38. ἐπιστᾶσα forte accedens. ibid. X, 40. ἐπιστᾶσα accedens. ibid. XX, 1. ἐπέστησαν οἱ ἀρχιερεῖς repente, tanquam ex insidiis prosilientes, oppresserunt eum pontifices. Eodem sensu sumitur Act. IV, 1. XXIII, 27. ἐπιστὰς σὺν τῷ στρατεύματι ego superveni cum militibus. 1 Thess. V, 3. αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος. *Joseph. A. J.* XI, 7. 1. et II, 11. 1. ἐπιστάντων δὲ ποιμένων καὶ ἀπελαυνόντων τὰς παρθένους. Conf. *Hemsterhus.* ad *Lucian.* T. I. p. 67.

3. *impetum facio, adorior, invado.* Act. VI, 12. καὶ ἐπιστάντες συνήρπασαν αὐτὸν et eum adorti rapuerunt eum. ibid. XVII, 5. ἐπιστάντες τῇ οἰκίᾳ Ἰάσονος impetu in ædes Jasonis facto. Jerem. XXI, 2. βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐφέστηκεν ἐφ' ἡμᾶς. ubi Hebr. נִלְחָם *oppugnavit* respondet. *Suid.* ἐπίστηθι· ἐπενέχθητι, ἐπιτίθητι.

4. uti *adstare* (apud *Virg. Æn.* IV, 702.) *appareo subito et ex improviso,* de apparitionibus Dei et angelorum. *Herodot.* III, c. 141. οἱ δόξαιεν τῇ ὄψει ἐπιστάντα τὸν Θεὸν θαρσύνειν visi sibi Deum apparentem et animum addere. ibid. V, 56. *Dion. Hal.* VII, 67. *Anacr. Od.* III, 31. cf. *Elsner.* T. I. p. 469. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 661. Luc. II, 9. ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη αὐτοῖς angelus Domini apparuit ipsis. ibid. XXIV, 4. Act. XII, 7. XXIII, 11. ἐπιστὰς αὐτῷ ὁ Κύριος.

5. *adsto, prope sto.* Act. XI, 11. ἐπέστησαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν foribus ædium mearum adstabant. ib. XXII, 20. καὶ αὐτὸς ἤμην ἑφεστὼς ego quoque adstabam. Luc. IV, 39. καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς et adstitit juxta illam. Genes. XXIV, 43. 1 Sam. XXII, 17. *Libanius Or.* X. p. 266. A. *Philostrat. Vit. Soph.* 1, c. 25. s. 4. ἐπιστάντος δὲ αὐτῷ τοῦ Ἀσκληπιοῦ.

6. *immineo, insto, impendeo,* de tempore. 2 Tim. IV, 6. ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε tempus mortis meæ imminet. *Demosthen.* p. 287. 5. ed. *Reiske:* τὸν ἐφεστηκότα τῇ πόλει κίνδυνον.

7. *urgeo, vexo,* i. q. ἐπίκειμαι. Act. XXVIII, 2. διὰ τὸν ὑετὸν τὸν ἐφεστῶτα ob imbrem, qui nos urgebat et vexabat, coll. XXVII, 20. *Polyb.* p. 1053. διὰ τὸν ἐφεστῶτα ζόφον.

8. *persto in negotio et opere, omnes vires, omnes nervos intendo, ut præfixum consequar finem.* 2 Tim. IV, 2. ἐπίστηθι satisfacias muneri tuo.

9. interdum pleonastice poni videtur, v. c. Act. XXII, 13. ἐπιστὰς εἶπέ μοι me ita allocutus est.

Ἐφραΐμ, ὁ, *Ephraim,* 1. est nomen viri, filii secundi Josephi, Hebr. אֶפְרַיִם, i. e. *fructifer, crescens,* cujus denominationis rationem dedit ipse Josephus, pater, Genes. XLI, 52. כִּי הִפְרַנִי אֱלֹהִים.

2. est nomen oppidi, quod in monte fertilissimo tribus Ephraim ejusdem nominis situm erat et duobus milliaribus tantum Hierosolyma distabat ad desertum versus Hierichuntem, hinc ab *Epiphanio Hær.* Lib. I. πόλις τῆς ἐρήμου appellatum. Joh. XI, 54. *Alberti Gloss. Gr.* p. 55. Ἐφραΐμ· ηὐξημένος, ἢ καρποφορήσας. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 920.

Ἐφφαθά, *hephata,* i. e. *aperitor,* seu, *te ipsum aperi.* Verbum Syriacum vel Hebraicum, quod aliis est imperativus Ithpeel אֶפְתַּח, per syncopen pro אִתְפַּתַּח, aliis vero imperativus in Niphal הִפָּתַח esse videtur, a radice פָּתַח aperuit. Semel legitur in N. T. Marc. VII, 34. ubi Christus jubet cœcum, ut oculorum suorum usum recipiat, his verbis ἐφφαθά, ὅ ἐστι, διανοίχθητι, qua ipsa voce etiam in *Alberti Gloss. N. T.* p. 31. explicatum reperitur. Conf. *Vorstii Philol. S.* c. 37. p. 699. ed. *Fischeri, Laur. Fabricii* reliquias Syras p. 303. et *Th. Crenii* Analect. Philol. Crit. Hist.

Ἔχθρα, ας, ἡ, 1. *inimicitia, odium, simultas,* ab ἔχθος *odium.* Luc. XXIII,

12. προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτοὺς inter quos antea fuerat simultas. 3 Esdr. V, 74. ἐν ἔχθρᾳ ἦσαν αὐτοῖς. Galat. V, 20. *Thucyd.* II, 68. *Xenoph. Hist. Græc.* III, 5. 8.

2. ἔχθρα εἰς Θεὸν, seu τοῦ Θεοῦ, in N. T. *id* dicitur, *quod Deo valde displicet et homines privat favore divino.* Rom. VIII, 7. τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεὸν, coll. v. 8. οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. Jacob. IV, 4.

3. per metonymiam: *causa inimicitiæ et discordiæ, id, quod inimicitiam efficit et alit.* Ephes. II, 16. ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ causam discordiæ Judæos inter et Gentiles lege Mosaica morte sua sustulit, coll. v. 15. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΧΘΡΟΣ, ὰ, ὸν, 1. *inimicus, hostis, adversarius, omnis, qui alteri adversatur quacunque ratione*, ab eodem. Matth. V, 43. 44. X, 36. Luc. VI, 27. 35. Rom. XII, 20. In N. T. speciatim ἐχθροὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ commemorantur, Matth. XXII, 44. 1 Cor. XV, 25. 26. Hebr. I, 13. etc. quo communi nomine venit, (ut verbis Ven. *Mori* in Diss. de Notionibus Universis in Theologia p. 14. utar) *quidquid impedit, certe impedire valet cognitionem, conditionem,* (πίστιν et ἔργα καλὰ) *spem, possessionemque felicitatis universæ, ad quam adducere nos Christus e consilio patris sui debuit atque voluit.* Huc vero Christi et Apostolorum ætate pertinebant *omnes falsi doctores*, maxime *Judaismi inter Christianos acerrimi defensores*, (1 Joh. II, 18. Galat. V, 2. 8.) *homines flagitiosi*, (1 Joh. III, 6—12.) *infesti Christiano nomini inter Judæos pariter ac gentiles, et Christi sectatores summo odio persequentes et vexantes, Satanas* (Matth. XIII, 39. et in apocalypsi passim,) denique *mors.* (1 Cor. XV, 26.)

2. *invisus, quem alii oderunt.* Hinc ἐχθρὸς, vel nude positum, vel addita voce Θεοῦ, significat *impium, scelestum, qui caret favore divino.* Rom. V, 10. coll. v. 8. Coloss. I, 21. *Demosthen.* de *Corona* p. 321. ed. Basil. 1572. Fol. καὶ θεοῖς ἐχθροῖς ἀνθρώπων. ibid. p. 317. τῶν ἀδίκων τούτων ἀνθρώπων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν. *Ælian. V. H.* II, 23. *Sophocl. Œdip. Tyr.* v. 1349. Eodem modo apud Hos. IX, 7. מַשְׂטֵמָה *inimicitia, peccatum*, seu *vitiositatem* notat.

ΕΧΙΔΝΑ, ης, ἡ, 1. *vipera fœmina, serpens veneni præsentissimi et nocentissimi*, ab ἔχις *anguis, vipera mas.* Act. XXVIII, 3.

2. metaphorice symbolum est *hominis impii, ingrati et perniciosi.* Matth. III, 7. γεννήματα ἐχιδνῶν *anguigenæ.* (*Ovid. Met.* III, 531.) h. e. posteri parentum impiorum et ingratorum erga Deum; nam vipera in omnibus linguis imago est hominis, qui lædit eum, a quo est beneficiis affectus. (*Eurip. Ione* v. 1262. οἵαν ἔχιδναν τὴν δ' ἔφυσας. *Æschyl. Choëphor.* v. 928. Conf. etiam *Rechenbergii Exercitatt. in N. T.* p. 164.) ibid. XII, 34. XXIII, 33. coll. v. 32. Luc. III, 7. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΧΩ, fut. ἕξω vel σχήσω, perf. ἔσχηκα, aor. 2. ἔσχον, 1. *habeo, possideo, est mihi, útor aliqua re.* Matth. III, 4. εἶχε τὸ ἔνδυμα vestimento utebatur. ib. v. 9. πατέρα ἔχομεν Ἀβραὰμ ab Abrahamo genus nostrum deducimus. ib. XII, 11. XIII, 9. 44. XVIII, 9. Marc. X, 22. 23.

2. *instructus et præditus sum*, si de rebus, ad animum pertinentibus et sensibus non subjectis, sermo est. Matth. VII, 29. ὡς ἐξουσίαν ἔχων tanquam vir, summa auctoritate præditus. ibid. IX, 6. XIII, 9. ὁ ἔχων ὦτα qui est intelligendi facultate instructus, et v. 12. ὃ ἔχει facultates quas habet. ib. v. 20. ἐὰν ἔχητε πίστιν. Act. XXIV, 16. Huc etiam pertinet locus Apoc. II, 6. ἀλλὰ τοῦτο ἔχεις sed hoc præclarum in te est.

3. *accipio, habeo mihi aliquid concessum.* Matth. V, 46. τίνα μισθὸν ἔχετε; quodnam præmium reportabitis? ibid. VI, 1. μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν. ibid. XXVII, 65. ἔχετε κουστωδίαν concessi sint vobis custodes. Esther. I, 11. τὸ μὲν ἀργύριον ἔχε. *Eurip. Phœn.* v. 873.

4. *obtineo, acquiro, adipiscor, consequor.* Matth. XIX, 16. ἵνα ἔχω (in aliis κληρονομήσω) ζωὴν αἰώνιον ut consequar felicitatem æternam, coll. Marc. X, 17. ibid. v. 21. καὶ ἕξεις θησαυρὸν et comparabis tibi thesaurum. Joh. V, 24. ἔχει ζωὴν αἰώνιον obtinebit aliquando felicitatem æternam. ibid. v. 39. 40. XX, 31. Rom. V, 2. τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν κ. τ. λ. copiam nacti sumus utendi hoc beneficio divino. Phil. III, 9. In versione Alex. Amos VI, 13. ἔχειν Hebraico לָקַח respondet. *Hesiod. Opp. et Dies* v. 126. καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον. *Apollod.* III, 14. 1. Conf. *Alberti Obss. Philol.* p. 293.

5. i. q. παρέχω *præbeo, affero.* 1 Joh. IV, 18. ὁ φόβος κόλασιν ἔχει timor servilis cruciatum affert. Huc etiam commode referri potest locus Rom. I, 13. ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ ut ex me utilitas ad vos redundet. *Herodot.* V, c. 101. p. 428. ed. *Wesseling.* οὐκ ἔχοντος ἐξήλυσιν ἐκ τοῦ ἄστεως nec præbente regressum ex urbe. *Thucyd.* II. c. 61. ubi Schol. ἔχει ἤδη· παρέχει. *Homer. Iliad.* π'. v. 794. Conf. *Abresch. Dilucidd. Thucyd.* p. 272. *Viger. Idiot. Ling. Gr.* p. 95. et 205. Edit. Glasg. 1813. et *Kypke Obss. Sacr.* T. II. p. 150.

6. *complector, contineo.* Hebr. IX, 4. de sancto sanctorum χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον in quo erat aureum thuribulum. ibid. στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα. Apoc. XXI, 11.

7. omisso ἐμαυτὸν, *utor aliqua conditione, me habeo, affectus sum, fortuna aliqua utor,* et maxime de *constitutione et valetudine tam bona, quam adversa,* dicitur. Matth. IV, 24. πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας omnes male se habentes. ibid. VIII, 16. IX, 12. Marc. I, 34. κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις. ibid. XVI, 18. καλῶς ἕξουσιν melius se habebunt. Joh. IV, 52. κομψότερον ἔσχε melius se habebat. Marc. V, 33. ἐσχάτως ἔχει in extremo vitæ periculo versatur. Marc. III, 10. Act. XXIV, 23. XXVIII, 9.

8. *occupo aliquid et occupatum teneo,* maxime si de animo sermo est. Marc. XVI, 8. εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος tenebat animum earum et occupabat summa obstupefactio. *Hesiod. Theog.* v. 588. θαῦμα δ' ἔχ' ἀθανάτους τε θεούς. Interdum in hac significatione passive sumitur, v. c. Matth. XI, 18. δαιμόνιον ἔχει a dæmone agitatur, seu occupatus tenetur. Certe ἔχεσθαι apud Græcos de *eo* usurpatur, *qui correptus est et tenetur morbis,* v. c. apud *Lucian.* T. III. p. 48. ed. *Reitz.* πυρετῷ ἐχόμενοι.

9. *æstimo, reputo, habeo, censeo, in pretio et dignitate habeo.* Matth. XIV, 5. XXI, 26. 46. ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον eum ut vatem reverebantur. Marc. XI, 32. Act. XX, 24. οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ non vitam meam tanti facio. Philipp. II, 29. ἐντίμους ἔχετε. *Diog. Laërt. Vita Solonis* p. 40. ed. Colon. 1615. 8. καλοκαγαθίαν ὅρκου πιστότερον ἔχε. *Theogn.* in *Sentent.* p. 190. σὺ δὲ ἔσχες τοῦτο μάταιον. *Hesych.* ἔχει· ἀξιοῖ.

10. *utor aliqua re.* Matth. XIII, 12. ὅστις δὲ οὐκ ἔχει qui vero non utitur. ibid. ὅστις ἔχει qui utitur acceptis.

11. *possum, valeo,* i. q. δύναμαι. Marc. XIV, 8. ὃ ἔσχεν αὕτη pro viribus, pro facultate sua: nisi malis, quod tamen eodem rediret, ποιεῖν supplere e sequentibus. Luc. XIV, 14. Joh. VIII, 6. ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ ut accusandi eum materiam haberent. Luc. VII, 42. μὴ ἐχόντων αὐτῶν ἀποδοῦναι cum neuter solvendo esset. Luc. XII, 4. coll. Matth. X, 28. Act. IV, 14. οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν. Hebr. VI, 13. Prov. III, 27. *Xenoph. Mem.* I, 2. 41. ἔχοις ἄν με διδάξαι τί ἐστι νόμος. *Eurip. Phœn.* 427. et 543. *Ælian. V. H.* II, 23. *Herod.* VIII, 3. 21. Ita *habere* apud Latinos, v. c. *Cic.* ad *Fam.* I, 5. *Tertull. Apologet.* c. 37. *Gellium* XVII, 20. Conf. *Heusinger.* ad *Vechneri Hellenol.* p. 409. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 374.

12. uti Latinum *habere* pro *esse,* sich

verhalten *to be, to be in a state.* Act. XII, 15. illa vero affirmabat, οὕτως ἔχειν rem ita se habere, seu vere ita esse. Act. VII, 1. εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει; num res est ita? num vere se ita habet? ibid. XVII, 11. εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως an vere res se ita haberet, h. e. an verus consensus esset oraculorum V. T. et fatorum et factorum J. C. Huc etiam referunt nonnulli locum Act. XXIV, 25. τὸ νῦν ἔχον ut nunc se res habet. Sed exempla, quæ *Kypke Obss. Sacr.* T. II. p. 124. ad hanc versionem defendendam protulit, aliena sunt ab hoc loco, in quo ἔχον plane abundat, et τὸ νῦν ἔχον, pro τὸ νῦν positum, *in præsenti*, vor jetzt *for the moment*, significat. Cf. *Reitz.* ad *Lucian. Asin.* c. 20. T. II. Opp. p. 588. et 780. et *Viger.* p. 245.

13. si de tempore dicitur, *ago, transigo, versor, immoror, natus sum.* Joh. VIII, 57. πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις tu nondum annos natus es quinquaginta. ibid. V, 5. τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἔχων ἐν ἀσθενείᾳ per triginta et octo annos morbo correptus. ibid. v. 6. ὅτι πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει eum jam multum temporis egisse in morbo. ibid. XI, 17. quatuor jam dies transegerat in sepulchro. *Alciphr.* III, Ep. 20. τρίτην ταύτην ἡμέραν ἔχων ἐν ἄστει. Cf. *Reitz.* ad *Lucian.* T. II. Opp. p. 847. *Barnes.* ad *Eurip. Helen.* v. 75. et 333.

14. *disto*, i. q. ἀπέχω. Act. I, 12. σαββάτου ἔχον ὁδὸν sabbati via distantem. Conf. *Kypke Obss. Sacr.* T. II. p. 7.

15. omisso χρήματα, (Luc. XVIII, 24.) seu οὐσίας, *dives sum, abundo*, et e contrario οὐκ ἔχω *inops sum, destituor.* Ex hac notione vulgo explicatur locus Matth. XIII, 12. ὅστις γὰρ ἔχει κ. τ. λ. ut sententiam vitæ communis contineat hoc modo: dives facillimo negotio res suas augere potest, pauper vero haud raro sua amittit. (Formula οὐκ ἔχειν h. l. eodem modo usurpatur, ut *nil habere* apud *Juvenalem Sat.* III, 208. *Nil habuit Codrus—et tamen illud perdidit infelix nil.*) 2 Cor. VIII, 11. ἐκ τοῦ ἔχειν pro facultatibus vestris. ibid. v. 12. Nehem. VIII, 10. Idem usus loquendi apud Græcos (*Arrian. Exped. Alex.* II, 1. p. 61. *Æschin.* Dial. II, 10. *Eurip. Alcest.* 58. *Aristoph. Plut.* 596.) et Latinos (*Virg. Georg.* II, 499. *Cic.* ad *Famil.* VII, 29.) Scriptores obtinet. Conf. *Valckenar.* ad *Herodot.* VI, c. 22. *Markland.* ad *Lysiam* p. 576. *Küsterum* ad *Aristoph. Plut.* 596. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 400. et *Grævium* ad *Cic.* Epp. ad *Div.* VII, 29.

16. *sustineo.* 2 Cor. I, 9. ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν damnationem mortis sustinuimus. Phil. I, 30. τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες idem certamen sustinentes. Coloss. II, 1.

17. i. q. κατέχω, *conservo, retineo.* 1 Tim. I, 19. ἔχων πίστιν constans mane in vera religione tuenda et tradenda. ibid. III, 4. τέκνα ἔχοντα liberos suos assuefaciens obedientiæ et honestatis studio. ibid. v. 9. ἔχοντας τὸ μυστήριον constantes maneant in religione Christiana. Apoc. VI, 9. ἣν εἶχον, quam, nempe doctrinam, nec inter ipsa adeo supplicia missam fecerunt: nisi supplere malis μαρτυρῆσαι, quam profitebantur.

18. *scio, cognitum habeo.* Act. XXV, 26. οὐκ ἔχω quod domino scribam, ignoro. Joh. XIV, 21. ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου qui tenet præcepta mea. *Ælian. V. H.* II, 10. καὶ οὐκ εἶχον Ἀθηναῖοι et nesciebant Athenienses. *Cæsar B. G.* III, 3. non habebant, quomodo se defenderent. Conf. *Abresch.* ad *Æschyl.* p. 478.

19. *credo, agnosco, profiteor*, et opponitur τῷ ἀρνοῦμαι. 1 Joh. II, 23. πᾶς ὁ ἀρνούμενος τὸν υἱὸν, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει. Conf. *Syrum* et Joh. V, 38. Hoc sensu quoque Latinorum *habere* nonnunquam occurrere notum est.

20. significat *consuetudinem matrimonialem, conversationem conjugalem eamque tum licitam, tum illicitam.* Matth. XIV, 4. οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτὴν, sc. γυναῖκα, nefas tibi est, hanc in matrimonio habere. Ita *habere* apud *Sueton. August.* c. 63. Matth. XXII,

28. Marc. VI, 18. 1 Cor. V, 1. ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν aliquem rem habere cum noverca sua. ib. VII, 2. Deut. XXVIII, 30. γυναῖκα λήψῃ καὶ ἀνὴρ ἕτερος ἕξει αὐτήν. 2 Paral. XI, 21. Cf. *Valckenar.* ad *Herodot.* IX, 76. p. 726. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 410. et 578. et *Fesselii Adverss. Sacr.* Lib. II, c. 20. *Hesych.* ἔχετο· ἐγαμεῖτο.—ἔχεν· ἐγεγαμήκει. Alio sensu formula ἔχειν ἄνδρα Galat. IV, 27. de muliere fœcunda dicitur, quæ multos liberos habet.

21. ἔχομαι, sequente genitivo, *adhæreo alicui, conjunctus sum, vicinus, proximus sum, sequor, particeps sum*, et in universum de *iis* dicitur, *quæ quocunque modo cum altero sunt conjuncta.* Marc. I, 38. εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις in vicos finitimos. Luc. XIII, 33. σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ, sc. ἡμέρᾳ, quod additur Act. XXI, 26. hodie et cras et die sequente. Act. XIII, 44. τῷ δὲ ἐχομένῳ σαββάτῳ proximo sabbato. 1 Macc. IV, 28. ἐχομένῳ ἐνιαυτῷ. Num. XXII, 5. 11. ἐγκάθηται ἐχόμενός μου. Judd. IV, 11. *Herodot.* IV, c. 176. et 178. *Thucyd.* II, 96. ὄρος ἐχόμενον Ῥοδόπης. *Hesych.* ἔχεται· ἔπεται.—ἐχόμενα· πλησίον, ἐγγυτάτω.—ἐχόμενος· ἐγγίζων. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 557. et T. II. p. 405. et *Abresch. Annotatt. in Ep. ad Hebr.* p. 416. Hinc τὰ ἐχόμενα *constantia, perseverantia in aliqua re.* Hebr. VI, 9. πεπείσμεθα τὰ ἐχόμενα τῆς σωτηρίας persuasi sumus, vos constantes fore in religione Christiana. Alii reddunt: *quæ cum salute conjuncta sunt.* Alii vero: *de salute vestra*, ut ἐχόμενα plane abundet. Conf. *Hemsterhus.* ad *Aristoph. Plut.* p. 472. et *Wesseling.* ad *Herodot.* I. c. 120. p. 60.

22. Verbum ἔχω, constructum cum aliqua præpositionum cum suo casu, reddendum per illud verbum, ad cujus significationem expressum nomen proxime accedit. Hujus observationis, a *Vigero* de *Idiotismis Ling. Gr.* p. 203. Edit. Glasg. 1813. et ab *Heisenio* in *Novis Hypothesibus ad Ep. Jacobi.* p. 762. seq. multis exemplis confirmatæ, et iisdem verbis prolatæ, hæc tantum exempla in libris N. T. notare mihi licuit: Rom. I, 28. ubi ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει Θεὸν, pro ἐπιγινώσκειν Θεὸν, Deum cognoscere et recte colere, Jacob. II, 1. ubi ἔχειν ἐν προσωποληψίαις nihil aliud est, quam προσωπολημπτεῖν v. 9. 1 Tim. III, 4. ἔχειν ἐν ὑποταγῇ, pro ὑποτάσσειν, positum est, plane ut apud *Thucyd.* II, c. 18. legitur ἔχω σε ἐν ὀργῇ *succenseo tibi*, et *in spe habere* pro *sperare* dixit *Sallust. B. C.* 31.

23. ἔχειν τι ἐν τινὶ *potestatem in aliquem habere et exercere.* Joh. XIV, 30. καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδὲν sed in me vim suam exserere non poterit, me vincere mihique nocere non valebit.

24. ἔχειν τι κατὰ τινὸς *habere, quod de aliquo conqueraris, causam indignandi et querendi de altero habere.* Matth. V, 23. si in templo memineris, te alteri esse invisum. Marc. XI, 25. Apoc. II, 4.

25. ἔχειν πρὸς τινὰ, sc. αἴτιον, *causæ aliquid habere adversus aliquem.* Act. XXIV, 19. εἴ τι ἔχοιεν πρός με si quid contra me proferre possent. Sed ἔχω πρὸς τινὰ significat etiam: *habeo, unde causam meam defendam et tuear adversus aliquem.* 2 Cor. V, 12. ἵνα ἔχητε πρὸς τοὺς κ. τ. λ. ut habeatis, quod opponatis iis, seu, ut possitis me defendere et causam meam tueri contra eos etc.

26. ἔχω ὑπ' ἐμαυτὸν *præfectus sum, præsum.* Matth. VIII, 9. ἔχω ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας parent mihi milites.

27. ἔχειν ἐν γαστρὶ, sc. ἔμβρυον, *uterum gestare, gravidam esse*, pro quo Græci etiam simpliciter ἔχειν ponere solent. Cf. *Foësii Œcon. Hipp.* p. 157. Matth. I, 18. 23. XXIV, 19. Luc. XXI, 23. Exod. XXI, 22.

28. ἔχειν μεθ' ἑαυτοῦ *secum adducere, afferre.* Matth. XV, 30.—etiam *præsentem videre, versari cum aliquo.* Matth. XXVI, 11. Marc. II, 19. XIV, 7.

29. interdum omittitur. 2 Cor. VIII, 15. ὁ τὸ πολὺ, sc. ἔχων, qui multum, h. e. ultra mensuram præscriptam

collegerat; ὁ τὸ ὀλίγον, qui ne mensuram quidem justam habebat. Exod. XVI, 18. Reliqua sparsim in hoc ipso libro observata reperiuntur, v. c. ἔχω χρείαν, vide sub χρεία, ἑτοίμως ἔχω sub ἑτοίμως etc.

ΕΩΣ, *usque dum, donec, usque ad*, et in universum indicat *terminum ad quem*. Speciatim est

1. adverbium temporis et conjungitur cum nominibus genitivi casus. Si infinitivis præmittitur, interveniente articulo τοῦ, illos in tempus finitum resolvit. Adverbiis autem si jungitur, facit, ut nominum naturam induant. Matth. I, 17. ἕως Δαβίδ usque ad Davidem. ib. II, 15. ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου. Act. VIII, 40. ἕως τοῦ ἐλθεῖν εἰς Καισαρείαν usque dum veniret in Cæsaream. 1 Cor. IV, 13. ἕως ἄρτι ad hoc usque tempus. 1 Joh. II, 9.

2. adverbium loci. Matth. XI, 23. ἕως τοῦ οὐρανοῦ, ἕως ᾅδου. ibid. XXIV, 31. Luc. II, 15. etc. Luc. XXIV, 50. ἕως εἰς Βηθανίαν ad Bethaniam. *Ælian. V. H.* XII, 22. ἕως εἰς τὰ γόνατα. Cum adverbiis ἕως ὧδε, huc usque. Luc. XXIII, 5. Matth. XXVII, 51. Act. XXI, 5.

3. Adverbium numeri. Matth. XVIII, 21. ἕως ἑπτάκις usque ad septies. ibid. XXII, 26. ἕως τῶν ἑπτὰ usque ad septem.

4. *donec, usque dum.* Matth. II, 9. ἕως ἐλθὼν ἔστη.

5. Nota: particulæ ἕως et עַד non semper intervallum interjectum notant, ita, ut spatium aut tempus ulterius excludant, sed haud raro ita referuntur ad tempus præcedens, ut de sequente non affirmetur contrarium. Matth. I, 25. Josephus non usus est Maria uxore sua, ἕως οὗ ἔτεκε κ. τ. λ. sed nec postea, ut admodum probabile est. ibid. XXII, 44. XXVIII, 20. Ita עַד 2 Sam. VI, 23.

Alia exempla habet *Noldius* in *Concordantiis Partic. Hebr.*

ΕΩΣ ΑΝ, *donec*. Construitur cum subjunctivo. Matth. II, 13. ἕως ἂν εἴπω σοι usque dum nova tibi mandata dederim. ibid. V, 18. 26. X, 11. Marc. IX, 1.—*sed*, i. q. ἀλλά. Matth. XII, 20. coll. Ies. XLII, 3. ubi ἀλλὰ Alexandrini habent. Act. II, 35. 1 Cor. II, 5.

ΕΩΣ ΟΥ, scil. χρόνου, ἐν ᾧ, respondet Hebr. עַד כִּי Genes. XXVI, 13. *usque ad id tempus, quo*, i. e. *usque dum, donec*, et quidem tum vel conjunctivum adsciscit, vel indicativum. Matth. XVII, 9. XVIII, 30. 34. Luc. XIII, 21.—*interim dum*. Matth. XIV, 22. ἕως οὗ ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους dum interim turbam dimitteret. ibid. XXVI, 36. ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ dum abeo illuc precandi causa. *Dionys. Halic.* VIII, 64. *Aristoph.* Equit. v. 111.

ΕΩΣ ΟΤΟΥ, *dum adhuc, quamdiu*, Hebr. עַד־אֲשֶׁר 1 Sam. XXX, 4. Matth. V, 25. ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ dum adhuc cum illo in via es.—*donec, usque dum*. Luc. XV, 8. XXII, 16. 18. Joh. IX, 18.

ΕΩΣ ΠΟΤΕ, *quousque? quamdiu?* Matth. XVII, 17. Marc. IX, 19. Joh. X, 24. Etiam simplex ἕως haud raro *quamdiu* notat apud Græcos, v. c. *Polyb.* IV, 3. ἕως Ἀντίγονος ἔζη quamdiu vixit Antigonus.

Z

ΖΑΒΟΥΛΩΝ, ὁ, *Sabulon*. 1. Nomen proprium decimi filii Jacobi, et sexti ex *Lea* nati. Hebr. dicitur זְבוּלֻן, a radice זָבַל *habitavit, cohabitavit*, notans *cohabitationem*, quo nomine mater, cum in hoc suo filio egregium Dei donum sibi collatum agnosceret, eum boni ominis causa insignivit, prout ipsa hoc declarat Genes. XXX, 20. יִזְבְּלֵנִי אִישִׁי, h. e. ex eo mihi mariti stabilem cohabitationem promitto.

2. per metonymiam *posteros Sabulonis* significat, *ipsam adeo tribum, quam incolebant Sabulonis posteri in Palæstina*, quæ inter Issacharis regionem, Aseris et Nephthali interjecta erat. Matth. IV, 13. ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ, et v. 15. γῆ Ζαβουλών. Apoc. VII, 8. Sæpius non legitur in N. T. *Alb.* Gloss. Gr. N. T. p. 223. κατοικητήριον.

ΖΑΚΧΑΙ῎ΟΣ, ου, ὁ, *Zacchæus*. Nomen proprium portitorum, seu operarum magistri, vel Syriacum ܙܟܝ *purus, justus*, a radice ܙܟܐ *mundavit, justificavit*, vel Hebraicum, a זָכַךְ seu זָכָה *purus, mundus fuit*. *Alberti* Gloss. Gr. p. 8. Ζαχχαῖος· δίκαιος. Luc. XIX, 2. 5. 8. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 784.

ΖΑΡΑ῾, ὁ. Nomen viri indeclinabile, qui fuit filius Judæ ex Thamare susceptus. Hebraice vocatur זֶרַח, i. e. *ortus*, a זָרַח *ortus est*. Memoratur in Genealogia Christi Matth. I, 3.

ΖΑΡΟΥ῎Χ. Vide ΣΑΡΟΥ῎Χ.

ΖΑΧΑΡΙ῎ΑΣ, ου, ὁ, *Sacharias*. Nomen viri originis Hebraicæ ex זָכַר *meminit, recordatus fuit*, et יָהּ nomine divino, (*Alb.* Gloss. Gr. p. 7. Ζαχαρίας· μνήμη Κυρίου) ideo ei fortasse a parentibus inditum, ut semper Dei et præceptorum divinorum memor viveret. Duo vero hujus nominis in N. T. libris occurrunt. Unus fuit *sacerdos* et *pater Johannis baptistæ*. Luc. I, 5. 12. 13. 18. 21. 40. 59. 67. III, 2. Alter vero fuit *filius Barachiæ, occisi in templo*, Matth. XXIII, 35. Luc. XI, 51. qui quibus temporibus vixerit, variæ sunt eruditorum sententiæ. Alii enim intelligunt Zachariam, filium Joiadæ, summi sacerdotis, qui ob reprehensa populi Judaici peccata jussu regis Joasi in atrio templi lapidatus fuit. 2 Paral. XXIV, 20—22. Ne vero nomen patris Joiadæ aliquem offendat, observat *Grotius*, multos Hebræorum quondam fuisse binomines. Alii, repugnante historia, intelligunt *Sachariam, prophetam*, filium Berechi, filii Hiddonis. Sach. I, 1. Novam denique viam ingressus est *Krebsius* in *Obss. Flav.* p. 51. qui putat, hic intelligendum esse Sachariam, Baruchi filium, paulo ante excidium Hierosolymitanum in medio templo a zelotis nefarie interfectum, teste *Josepho* de B. J. IV, 5. 4. Cui opinioni ne obstaret, quod Christus Matth. XXIII, 35. non de re futura, sed præterita loquatur, verba ὃν ἐφονεύσατε reddenda essent: *quem occideritis*, aoristo pro futuro posito, ex usu loquendi Græcorum, a *Casaubono* ad *Polybium* p. 222. edit. *Gronov.* jam observato. Equidem sententiam, primo loco positam, majori veri specie sese commendare arbitror. Confer *Maur. Castens* D. histor. crit. de *Zacharia Barachiæ filio* Lips. 1720. 4. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 490.

ΖΑ῎Ω, ῶ, ζῇς, ζῇ, imperf. ἔζων, ἔζως, fut. ζήσομαι, aor. 1. ἔζησα, perf. ἔζηκα, part. ζῶν, ζῶντος inf. ζῆν, 1, *vivo*, præsertim de *vita hominum præsente*. Matth. XXII, 32. οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. ibid. XXVII, 63. ἔτι ζῶν cum esset in vivis. Infinitivus τὸ ζῆν pro substantivo ζωὴ *vita* ponitur Phil. I, 21. ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστὸς omnem vitam meam impendo propagationi religionis Christianæ. ibid. v. 22. εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ κ. τ. λ. si magnam utilitatem ex vita mea Christianorum cœtus percipiat. Hebr. II, 15. διὰ παντὸς τοῦ ζῆν per omnem vitam. 2 Macc. III, 31. 33. VII, 22. Conf. *Palairet.* Obss. Critt. p. 446. Ζῶντες καὶ νεκροὶ *omnes omnino homines, universum genus humanum*. Act. X, 42. κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν judex omnium hominum. 2 Tim. IV, 1. coll. 1 Thess. IV, 14—17.

2. *vitam conservo, in vita conservor, alor, sustentor, victum capio, liberor e periculis vitæ*. Matth. IV, 4. οὐκ ἐπ᾽ ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος non pane solum alitur homo. Marc. V, 23. ὅπως σωθῇ καὶ ζήσεται. Act. XVII, 28.

ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν per eum conservatur vita nostra. ibid. XXII, 22. XXVIII, 4. 1 Cor. IX, 14. ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν ex opera, quam posuerunt in prædicanda doctrina Christiana, victum capere. 2 Cor. VI, 9. ὡς ἀποθνήσκοντες καὶ ἰδοὺ ζῶμεν etsi quotidie in periculis mortis versamur, tamen repente eripimur. Ibid XIII, 4. ubi opponitur τῷ ἀσθενεῖν calamitatibus premi. Jacob. IV, 15. *Ælian. V. H.* II, 36. Ita חָיָה Exod. I, 16. Num. IV, 19. XIV, 38. Jos. VI, 17.

3. *in vitam redeo, revivisco, vitam recipio.* Matth. IX, 18. Marc. XVI, 11. Luc. XXIV, 5. τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; coll. v. c. ἠγέρθη, et v. 23. Joh. V, 25. XI, 25. κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται etiamsi mortuus fuerit, aliquando in vitam redibit. Act. I, 3. Apoc. II, 8. ὁ ἐγένετο νεκρὸς καὶ ἔζησεν. ibid. XX, 4. 5.

4. per metonymiam: *sanitatem recupero, convalesco.* Joh. IV, 50. ὁ υἱός σου ζῇ filius tuus sanitati restitutus est. ib. v. 51. et 53. coll. v. 52. Simili modo Hebræi suum חָיָה usurpant. Ies. XXXVIII, 9. וַיְחִי מֵחָלְיוֹ Alex. καὶ ἀνέστη ἐκ τῆς μαλακίας αὐτοῦ. 2 Regg. XX, 7. וְיִחִי, Alex. καὶ ὑγιάσει. 2 Regg. I, 2. *Artemid.* IV, 5.

5. *perennis sum,* per metaphoram. Joh. IV, 11. ὕδωρ ζῶν aqua fontalis et perennis, et opponitur stagnis. ibid. VII, 38. Genes. XXVI, 19. Levit. XIV, 5. ubi ὕδωρ ζῶν a Josepho explicatur per πηγαῖον καὶ ἀένναον ὕδωρ. *Martial. Epigr.* II, 90. fons vivus. Eodem modo et nos lebendig *living* omne dicimus, quod similitudinem tantum corporis viventis habet, v. c. ein lebendiger Zaun *a living-hedge.* Sic etiam 1 Petr. II, 5. λίθοι ζῶντες sunt lapides naturales, non artificiales, cujusmodi sunt saxa, quæ suo modo vivunt. Hinc *viva saxa* dixit *Virgil. Æn.* I, 171. ubi vid. *Servius,* et *Ovid.* Ep. VI. *Heroid.* v. 88.

6. *felix sum et prospero rerum statu utor;* speciatim: *fruor felicitate Christianorum et in hac vita* (quæ est in favore divino efficacissimo et immunitate a poenis peccatorum) *et in futura.* Luc. X, 28. τοῦτο ποίει καὶ ζήσῃ, coll. v. 25. Joh. VI, 51. ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα semper felix erit. ibid. v. 57. sicut misit me Deus omnis felicitatis auctor, cui et ego omnem felicitatem meam debeo, ita, qui me edit, per me felicissimus evadet. Joh. XIV, 19. ὅτι ἐγὼ ζῶ καὶ ὑμεῖς ζήσεσθε participes eritis aliquando felicitatis, qua ego post mortem apud Deum fruar. Rom. I, 17. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται verus Christianus ob suum religionis studium felicitate Christianorum beabitur. ibid. VI, 10. ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ vitam nunc agit apud Deum beatam. ibid. VIII, 13. 1 Thess. III, 8. V, 10.

7. i. q. ζωοποιέω, *vitam do,* seu *reddo, felicem reddo, ad veram felicitatem duco.* Joh. VI, 51. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν ego doctrina mea homines ad veram felicitatem duco, coll. v. 48. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. ib. v. 57. ὁ ζῶν πατὴρ Deus omnis felicitatis auctor. Act. VII, 38. λόγια ζῶντα doctrina salutaris, i. q. λόγος ζωῆς. Hebr. X, 20. ὁδὸς ζῶσα via ad felicitatem ducens. 1 Petr. I, 3. Ps. CXIX, 50. ὅτι τὸ λόγιόν σου ἔζησέ με.

8. *vere talis sum, qualem me profiteor et qualis esse debeo, nomine meo dignus sum.* Joh. XI, 26. πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ et omnis verus meus cultor non in æternum morietur. Act. VII, 38. λόγια ζῶντα, h. e. ut etiam non incommode reddi potest, *vera oracula divina.* *Sophocl.* Œdip. Tyr. v. 489. μαντεῖα ζῶντα, *Schol.* ἰσχύοντα τῇ ἀληθείᾳ. Rom. XII, 1. θυσία ζῶσα victima vera et nomine suo digna. Hinc non solum ζῆν interdum *veracem et ratum esse et certum eventum habere* Significat, Hebr. IV, 12. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ certissimæ sunt comminationes divinæ: sed etiam Deus in tot N. T. locis ὁ ζῶν vocatur, *quatenus verax est et exsequitur pœnas, quas minatus est,* Hebr. X, 31. *quatenus verus et unus est, qui*

neminem sibi parem, neminem superiorem habet, Matth. XVI, 16. Hebr. XII, 22. ad imitationem Hebr. אֵל חַי Jos. III, 10. 1 Sam. XVII, 26. 36. Ps. XLII, 2. cui מֵתִים mortui, h. e. deastri, opponuntur. Ps. CVI, 28. Adde 1 Thess. I, 9. Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ — *quatenus denique veracissimus est et spes in eo posita neminem fallit.* 1 Tim. IV, 10. VI, 17.

9. Formulæ ζῆν ἐν τινὶ, ζῆν τινὶ et ζῆν κατὰ τὶ non solum de *iis* usurpantur, *qui aliquid cum voluptate, frequenter et summo cum studio tractant*, sed etiam de *iis, qui se ad alicujus arbitrium, præcepta et vitam accommodant*, et in universum significant: *vitam alicui consecrare.* Rom. VI, 2. πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ, sc. ἁμαρτίᾳ ἧ ἀπεθάνομεν; quomodo vitiositati iterum dediti simus, cui renuntiavimus? ibid. XIV, 7. 8. οὐδεὶς γὰρ ὑμῶν ἑαυτῷ ζῇ κ. τ. λ. sensus: nemo pro arbitrio vivere et mori potest, vita nostra Christo est consecranda. 2 Cor. V, 15. Gal. II, 19. 20. ὃ δὲ νῦν ζῶ κ. τ. λ. quod attinet ad vitam meam in his terris, tota occupata est in religionis Christianæ studio. Coloss. II, 20. ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ quasi adhuc obstricti essetis religioni Mos. Rom. VIII, 12. 13. κατὰ σάρκα ζῆν vitiositati in omnibus octionibus suis obtemperare, et opponitur τῷ πνεύματι ζῆν Gal. V, 25. Sic apud Latinos *vivere alicui* apud *Terent.* Eun. I, 1. 28. *Ælian.* V. H. III, 13. ζῆν ἐν οἴνῳ. *Alciphr.* Ep. I, 37. δεῖ γὰρ αὐτὸν ἢ ἐμοὶ ζῆν, ἢ τεθνάναι Θεττάλῃ. Sic etiam ζῆν τῇ πόλει olim dicebantur, qui facultatibus et bonis suis uterentur ad salutem civitatis. Vid. *Polluc.* III, c. 6. Sed interdum ζῆν ἐν τινι etiam *is* in N. T. dicitur, *ad cujus præcepta et vitam nos accommodamus*, v. c. Galat. II, 20. ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστὸς Christus per me agit: et ζῆν τινὶ partim *is* dicitur, *qui vitam suam alicujus beneficio debet*, Luc. XX, 38. πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν omnes enim vitam habent beneficio divino; partim, *qui aliqua re animatur*, quod nostri dicunt: belebt, beleelt werden *lively, animated.* Galat. V, 25. εἰ ζῶμεν πνεύματι si animamur doctrina Christiana, animis nostris semper observante. Hinc ζῆν, absolute positum,

10. significat: *vivere honeste, et digne Deo ejusque præceptis*, et ζῶν speciatim dicitur *homo emendatus et prorsus immutatus per religionem Christianam*, et opponitur τῷ νεκρῷ. Rom. VI, 13. Apoc. III, 1. Immo Deus ipse ὁ ζῶν dicitur Hebr. IX, 14. quatenus est sanctissimum numen et pietatem ab hominibus postulat.

11. ζῶ ἐγὼ inservit formulæ jurandi; *per me juro, ita ego vivam.* Rom. XIV, 11. ubi Hebraico בִּי נִשְׁבַּעְתִּי Ies. XLV, 23. respondet. Num. XIV, 21. 28. Jer. XII, 24. Ezech. V, 11.

ΖΕΒΕΔΑΙ῎ΟΣ, ου, ὁ, *Sebedæus.* Nomen viri Hebraicum זַבְדִּי aut זִבְדִּי, quod in Scriptis Judæorum sæpius occurrit et *munificum, liberalem* significat, a radice זָבַד *dotavit, donavit*, unde זֵבֶד *dos, donum.* Fuit hic maritus Salomes, pater Johannis et Jacobi, apostolorum, (Matth. IV, 21. X. 2.) qui ideo in N. T. κατ' ἐξοχὴν οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου vocantur Matth. XX, 20. XXVI, 37. XXVII, 56. etc.

ΖΕΣΤΟ῏Σ, ἡ, ὸν, 1. proprie: *fervidus*, a ζέω *ferveo.*

2. metaphorice: *summo alicujus rei studio flagrans.* Apoc. III, 15. 16. οὔτε ζεστὸς nec morum probitate eminens. Sæpius non legitur in N. T. Conf. infra sub ζέω, *Wetstenii N. T.* T. II. p. 763. et *Vechneri Hellenolexiam* lib. II. c. 4. p. 458.

ΖΕΥ῀ΓΟΣ, εος, ους, τὸ, 1. proprie: *jugum, instrumentum, quo boves conjunguntur et alligantur ad trahendum aratrum aut vehiculum*, i. q. ζυγὸς, a ζευγνύω, vel ζεύγνυμι, *jungo, conjungo, copulo.* *Ælian.* V. H. IX, 29. *Xenoph.* Mem. I, 1. 9.

2. *par eorum, quæ aliquo modo sibi conveniunt.* Sic bis legitur in N. T. Luc. II, 24. ζεῦγος τρυγόνων par turturum, Hebr. שְׁתֵּי תֹרִים Lev. V, 11.

Alex. ζεῦγος τρυγόνων. Luc. XIV, 19. ζεῦγος βοῶν par boum, qui jugo conjunguntur, Hebr. אֶת צֶמֶד הַבָּקָר 1 Regg. XIX, 21. Alex. τὸ ζεῦγος βοῶν. *Herodot.* III, 76. Apud Græcos, ut apud Latinos *par*, latius interdum patet. Sic v. c. ζεῦγος φίλιον de *duobus amicis* apud *Eurip.* Hercul. Fur. v. 1403. de conjugibus apud *Xenoph. Œcon.* 7. 18. et apud *Cic.* Philipp. XI, 2. *jugum impiorum* de Dolabella et M. Antonio occurrit. *Hesych.* ζεῦγος· πᾶν τὸ ἐζευγμένον, καὶ ὄχημα, καὶ ἐπὶ τριῶν καὶ τεσσάρων ἔπασσον. Vide *Valckenar.* ad *Eurip.* Phœn. v. 331. *Dorvill. ad Charit.* p. 469. et *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΖΕΥΚΤΗΡΙ΄Α, ίας, ἡ, *vinculum, quo aliquid cum altero jungitur, junctura*, ab eodem verbo. Semel legitur in N. T. Act. XXVII, 40. τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων vincula gubernaculorum. *Eurip. Helen.* 1552.

ΖΕΥ΄Σ, ὁ, genit. Διὸς, dat. Διΐ, acc. Δία, ad differentiam præpos. διὰ, vocat. Ζεῦ, *Jupiter.* Nomen proprium Dei fictitii inter gentiles, cæterorum Deorum regis et patris, ita sine dubio vocati ἀπὸ τοῦ ζῆν, vel, quod vitæ auctor a gentilibus haberetur, (conf. *Menag.* ad *Diog. Laërt.* p. 45.) vel secundum *Lactantium* I, c. 11. quod primus ex liberis Saturni maribus vixerit. Act. XIV, 12.

2. *statua Jovis atque imago.* Act. XIV, 13. ὁ ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως sacerdos Jovis, cui statua atque templum erecta erant ante urbem.

ΖΕ΄Ω, fut. ήσω, 1. proprie: *ferveo*, de fervore, ignis vi excitato, *bullio*, per onomatopœiam, quia liquor bulliens sonum format similem huic verbo sibilanti ζέω. Job. XXXII, 19. *Plutarch.* T. VI. p. 505. ed. *Reiske. Phavor.* ζέω· τὸ βράζω, καὶ λέγεται οὐ μόνον ἐπὶ ὑδάτων, ἀλλὰ καὶ τοῦ θυμοῦ. εἴρηται δὲ κατὰ μίμησιν τοῦ κατὰ τὴν θερμασίαν τῶν ὑδάτων ἤχου.

2. metaphorice: *summo alicujus rei studio flagro, plenus ardore sum, promtus sum animo.* Act. XVIII, 25. ζέων πνεύματι flagrans studio doctrinæ divinæ ulterius propagandæ. Rom. XII, 11. ζέοντες τῷ πνεύματι animo fervente negotia vestra peragite. *Alberti* Gloss. N. T. p. 108. τῷ πνεύματι ζέοντες· ἕτοιμοι πρὸς τὴν πνευματικὴν ἐργασίαν. Conf. *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1296. *Philo de Vita Mosis* III. T. II. p. 178. 13. *Dionys. Halic. Ant.* p. 2246. ed. *Reiske.*

ΖΗΛΕΥ΄Ω, fut. εύσω, i. q. ζηλόω. Legitur tantum in nonnullis codd. Apoc. III, 19. Vide infra sub ζηλόω.

ΖΗ΄ΛΟΣ, ου, ὁ, l. proprie: *fervor*, a ζέω *ferveo*, et λίαν *valde*, teste *Etym. M.* ζῆλος· παρὰ τὸ ζέω καὶ λίαν γίνεται ζῆλος καὶ ζῆλος. Hinc metaphorice ad omnes omnino vehementiores animi affectus transfertur, et speciatim in N. T. notat

2. *invidiam. Etym. M.* ὁ φθόνος. Act. XIII, 45. ἐπλήσθησαν ζήλου invidia ducti. Rom. XIII, 13. μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ. 1 Cor. III, 3. 2 Cor. XII, 20. ζῆλοι pro ζῆλος, plane ut Galat. V, 20. Jac. III, 14. 16. ζῆλος καὶ ἐρίθεια.

3. *ira, indignatio vehemens.* Act. V, 17. ἐπλήσθησαν ζήλου ira commovebantur. ibid. XIII, 45. admodum irascebantur. Joh. II, 17. ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου indignatio ob templum tuum violatum. Hebr. X, 27. πυρὸς ζῆλος ira ardentissima, seu pœna acerrima. Sic קִנְאָה Zach. VIII, 2.

4. *ardens et intensum studium*, tam in bonam, quam in malam partem. *Suid.* ἀγαθοῦ τινὸς ἐπιθυμία χωρὶς φθόνου τινὸς ἐγγινομένη τῇ ψυχῇ. Rom. X, 2. ζῆλος Θεοῦ studium in defendenda vera religione Mosaica. 2 Cor. VII, 7. τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ studium vestrum voluntati meæ satisfaciendi. ibid. IX, 2. ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος vestrum sustentandi pauperes Christianos studium. Philipp. III, 6. κατὰ ζῆλον studio defendendæ religionis Mosaicæ abreptus. Coloss. IV, 13. ὅτι ἔχει πολὺν ζῆλον ὑπὲρ ὑμῶν me enim testem habet magni studii vestris commodis inserviendi. 1 Macc. II, 58. coll. v. 54. ζῆλος νόμου fervor pro lege seu in lege tuen-

da. Ita quoque קִנְאָה Ps. LXIX, 9. sumitur.

5. *amor.* 2 Cor. XI, 2. *ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλῳ* amore vere divino vos complector.

ΖΗΛΟ΄Ω, ῶ, fut. *ώσω*, 1. proprie: *ferveo*, a *ζῆλος*, quod vide. Deinde, uti in universum *omnem fervorem et æstum* animi significat, ita speciatim notat

2. *odio et invidia concitor adversus aliquem.* Act. VII, 9. *ζηλώσαντες* per invidiam. ib. XVII, 5. *ζηλώσαντες δὲ*, si lectio sana est. 1 Cor. XIII, 4. *ἡ ἀγάπη οὐ ζηλοῖ* benevolus erga alios odio et invidia se concitari non patitur. Genes. XXXVII, 11. Ps. LXXIII, 3. *Hesych. ζηλοῖ· φθονεῖ, ἐρίζει, μισεῖ.* Idem: *ἐζήλωσεν· ἐφθόνησεν.*

3. *ambio, expeto, quæro, appeto*, i. q. *ζητέω*. 1 Cor. XII, 31. *ζηλοῦτε τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα* ambite et precibus vobis a Deo expetite dona præstantiora. ibid. XIV, 1. 39. Jacob. IV, 2. *φονεύετε καὶ ζηλοῦτε* flagrantissimo studio appetitis. *Eurip.* Hecub. v. 255. *ζηλοῦτε τιμάς.*

4. *sector aliquem, alicujus partes sequor.* Galat. IV, 17. *ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε* ut ipsos doctores sectemini.

5. sequente accusativo personæ: *capto alicujus benevolentiam.* Gal. IV, 17. *ζηλοῦσιν ὑμᾶς* ideo vestram benevolentiam captant, seu ad suas partes pertrahere student. Alii reddunt: *male invident vobis*; alii vero: *laudant vos, felices vos prædicant*, quo sensu *ζηλοῦν* legitur apud *Xenoph.* Hist. Gr. VI, 5. 38. *Isocr.* Evag. c. 8. *Suid. ζηλῶ· μακαρίζω.*

6. *amo, amore et benevolentia complector.* 2 Cor. XI, 2. *ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς ζήλῳ Θεοῦ* amore vere divino vos complector.

7. *studiosus sum.* Apoc. III, 19. *ζήλωσον οὖν καὶ μετανόησον* stude virtuti et emenda vitam tuam, aut, summo cum studio mentem ac ingenium muta; ut sit positum pro *μετὰ ζήλου μετανόησον.* (In nonnullis codd. pro *ζήλωσον* legitur *ζήλευε*, quod idem notat. Vide *Simplicium in Epictet.* p. 131. *οὐδεὶς τῶν τὸ ἀγαθὸν τὸ ἀνθρώπινον ζητούντων φθονεῖ ἢ ζηλεύει ποτέ.*) *Theophr.* Char. Proœm. 4. *τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων.* Hinc pass. *ζηλόομαι incitor, impellor, studiosus reddor.* Galat. IV, 18. *καλὸν τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ πάντοτε* utinam vos ad virtutis studium semper incitari pateremini.

ΖΗΛΩΤΗ΄Σ, οῦ, ὁ, 1. in universum: *qui studiosus est alicujus rei consequendæ et conservandæ, qui alicui rei fervide studet et incumbit*, in utramque partem, a *ζηλόω*. Act. XXI, 20. *καὶ πάντες ζηλωταὶ νόμου ὑπάρχουσι* et omnes acerrimi adhuc defensores legis Mosaicæ sunt. Eundem sensum formula *ζηλωτὴς Θεοῦ* habet, quæ ibid. XXII, 3. legitur. 1 Cor. XIV, 12. *ζηλωταί ἐστε πνευμάτων* cum tam studiose appetatis dona extraordinaria Sp. S. Galat. I, 14. Tit. II, 14. *ζηλωτὴν καλῶν ἔργων* et veræ virtutis Christianæ studiosum. 2 Macc. IV, 2. *ζηλωτὴν τῶν νόμων. Polyb.* X, 25. 2. *Plutarch.* T. VI. p. 20. ed. *Reiske.*

2. Fuit cognomen Simonis apostoli, Luc. VI, 15. Act. I, 13. qui ante conversionem ad religionem Christianam zelotarum societati adscriptus erat. Antiquitus vero *Ζηλωταὶ* vocabantur quidem Judæi, qui summo Dei religionisque patriæ amore et defendendæ studio tenebantur et flagrabant, qualis fuit *Pinehasus*, cujus historia legitur Num. XXV, 7. sed deinde hoc nomine insigniebantur quoque homines privati inter Judæos, societate quadam inter se conjuncti, qui tempore maxime Maccabæorum et Christi apostolorumque ætate omnia atrociora facta, inprimis ea, quibus templi, numinis, seu gentis sanctitas violari credebatur, illico puniebant, nulla judicii forensis ratione habita, zelo, uti jactabant, divino correpti, quo nomine ab ipsis turpissima facta patrata fuisse latronum more, testis est *Josephus* de B. J. IV, 6. 3. VII, 8. 1. p. 423. ed. *Havercamp.* Talis olim etiam fuerat Simon apostolus.

ΖΗΜΙ΄Α, ας, ἡ, 1. proprie: *pœna, mulcta*, et apud Græcos tam de mulcta pecuniaria, quam de pœna capitis dicitur, ut idoneis exemplis comprobavit *Ez. Spanhem.* ad *Aristoph.* Plut. V. 1125. Adde *Ælian.* V. H. IV, 14. *Polyæn.* p. 459.

2. *omne detrimentum et damnum, quod aliquis patitur, jactura*, item *res noxia, id, quod alicui detrimentum affert.* Act XXVII, 10. 21. κερδῆσαι τὴν ζημίαν ταύτην evitare hanc, quam passi sumus, jacturam. Phil. III, 7. ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν hæc fugienda, his renunciandum esse ob Christum existimo. ib. v. 8. ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι immo vero renuntio omnibus omnino commodis terrenis. Nam quod pro damno habeo, hoc fugio et aversor. *Xenoph.* de Vectig. IV, 5. ζημίαν λογίζεσθαι. Apud *Aristotelem* de Moribus c. 7. τῷ κέρδει opponitur. *Joseph.* A. J. IV, 8. 29. Conf. *Markland.* ad *Lysiam* Orat. VII, p. 548. *Suid.* ζημία· στέρησις.

ΖΗΜΙΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *mulcto, mulctam pecuniariam irrogo, vel pœnam capitis*, a ζημία. De mulcta pecuniaria legitur apud *Ælian. V. H.* VI, c. 3. ubi vid. *Perizonius.*

2. *damnum et detrimentum affero, damno afficio, lædo.* Ζημιόομαι, οῦμαι, *jacturam facio, detrimentum patior*, et opponitur τῷ κερδαίνειν. Matth. XVI, 26. τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ non sine detrimento felicitatis animi sui. *Herodot.* VII, 39. τὴν ψυχὴν ζημιώσεαι. Marc. VIII, 36. Luc. IX, 25. 1 Cor. III, 15. ζημιωθήσεται detrimentum patietur. 2 Cor. VII, 9. ἵνα ἐν μηδενὶ ζημιωθῆτε ἐξ ἡμῶν, ut proinde nihil plane veri incommodi vobis a me acciderit. Phil. III, 8. δι' ὃν καὶ τὰ πάντα ἐζημιώθην propter quem omnium commodorum hujus vitæ jacturam feci. Sæpius non legitur in N. T. *Ælian.* V. H. III, 23. ζημιοῖ ἑαυτὸν κακῶς τοσαύτας ἡμέρας. *Herodot.* VII, c. 39. Prov. XIX, 19. κακόφρων ἀνὴρ πολλὰ ζημιωθήσεται.

ΖΗΝΑ΄Σ, ᾶ, ὁ, *Zenas.* Nomen proprium viri Græcum, (*Libanius Ep.* 206. παρὰ τοῦ Ζηνὸς a Jove) qui, olim legem Mosaicam professus, postea insignis doctor religionis Christianæ fuit. Tit. III, 13. *Grotius* vult Ζηνᾶς contracte dici pro *Zenodoro.*

ΖΗΤΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *quæro rem deperditam et amissam*, vel sensu proprio, vel metaphorico. Matth. XVIII, 12. ζητεῖ τὸ πλανώμενον quærit errantem. Luc. II, 48. 49. coll. v. 44. ubi cum ἀναζητέω permutatur. ibid. XV, 8. καὶ ζητεῖ ἐπιμελῶς ἕως ὅτου εὕρῃ. ibid. XIX, 10. ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός.

2. *omni studio contendo ad aliquid faciendum, promovendum, accipiendum et obtinendum, quod amissum non fuit, studeo, operam do, curo, ut aliquid fieri possit.* Matth. VI, 33. ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ studete intrare in regnum Dei. 1 Macc. II, 29. ζητοῦντες τὴν δικαιοσύνην. Ps. XXXIV, 14. Joh. VII, 18. τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ suæ gloriæ tantum studet. Act. XVI, 10. ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν iter in Macedoniam paravimus. Act. XVII, 27. ζητεῖν τὸν Θεὸν ut studerent homines cognitioni veri et unius Dei. Ζητεῖν etiam apud exteros Scriptores metaphorice ponitur pro *investigare, cupere, cognoscere*, v. c. *Xenoph.* Mem. I, 15. οἱ τὰ θεῖα ζητοῦντες, et ita etiam passim in N. T. legitur, v. c. Rom. X, 20.—1 Cor. X, 24. μηδεὶς τὰ ἑαυτοῦ ζητείτω non tam suæ, quam et aliorum utilitati et commodis prospicere debet. Philipp. II, 21.

3. *anxie et nimium aliquid quæro et consequi studeo*, i. q. μεριμνάω. Luc. XII, 29. μὴ ζητεῖτε τί φάγητε ἢ τί πίητε, collato loco parallelo Matth. VI, 31. μὴ οὖν μεριμνήσητε κ. τ. λ.

4. *cupio, opto, volo aliquid, desiderio alicujus rei feror.* Matth. XII, 47. ζητοῦντές σοι λαλῆσαι cupiunt tecum colloqui, coll. Luc. VIII, 20. ἰδεῖν σε θέλοντες. De empturientibus, qui aliquid certo pretio parare cupiunt, legitur Matth. XIII, 45. ib. XXI, 46. ζητοῦντες αὐτὸν κρατῆσαι lubentissime ei manum injecissent. Luc. XIII, 24.

πολλοὶ ζητήσουσιν εἰσελθεῖν multi optabunt intrare. Joh. IV, 23. Deus vult a suis integerrimo animo coli. ib. VIII, 21. ζητήσετέ με frustra me desiderabitis, vergebens werdet ihr mich zurückwünschen *in vain shall ye wish for my return*. Ita בָּקַשׁ 1 Chron. XXI, 3. quod Alex. θέλειν reddiderunt. Esther. III, 6. *Aristoph.* Plut. v. 573. *Hesych.* ζητεῖν· βούλεσθαι, Ἀττικοί.

5. *requiro, postulo.* Marc. VIII, 11. ζητοῦντες παρ' αὐτῷ σημεῖον postulantes ab eo miraculum, i. q. ἐπιζητέω v. 12. Luc. XI, 16. XII, 48. πολὺ ζητηθήσεται παρ' αὐτῷ ab eo multa repetentur. Joh. VIII, 50. ego non puniam vos, justum mihi honorem denegantes, sed Deus vindicaturus est. 1 Cor. I, 22. IV, 2. Exempla e Græcis Scriptoribus habet *Schwarzius* ad *Olearium* de Stilo N. T. p. 374. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 112.

6. *rogo, precibus efflagito.* Luc. XI, 9. ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε. Sic בָּקַשׁ usurpatur Esther. IV, 8. VII, 7. Dan. II, 18. et דָּרַשׁ centies occurrit in V. T.

7. *disputo, colloquor de re aliqua*, et ex adjuncto: *delibero, consulto.* Joh. IV, 27. τί ζητεῖς; de qua re disputas cum ea? ibid. XVI, 19. περὶ τούτου ζητεῖτε μετ' ἀλλήλων de hoc disputatis invicem. Hinc apud veteres disputandi pruritu abrepti ζητητικοὶ vocabantur. Vid. *Diog. Laërt.* IX, s. 69. Marc. XI, 18. ἐζήτουν πῶς αὐτὸν ἀπολέσουσιν consultabant, qua ratione eum interficerent. Luc. XXII, 2.

8. *opus habeo, opus mihi est.* Act. XIII, 11. ἐζήτει χειραγωγοὺς ut ei necessitas imponeretur duci ab aliis.

9. *quæro insidiose et hostiliter insidior.* Matth. II, 13. μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον τοῦ ἀπολέσαι αὐτό. ibid. v. 20. ζητεῖν τὴν ψυχὴν τινὸς vitæ alicujus insidias struere, tempus et occasionem alicujus interficiendi quærere; ad imitationem Hebr. formulæ בִּקֵּשׁ אֶת נֶפֶשׁ פְּלוֹנִי 1 Regg. XIX, 10. Joh. VII, 11. coll. v. 19. Rom. XI, 3. Adde Exod. II, 15. IV, 19. 1 Sam. XIX, 2. 2 Sam. IV, 8. XVI, 11.

10. ζητέομαι *sum.* Hebr. VIII, 7. οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος posterior illa non locum habuisset.

ΖΗ'ΤΗΜΑ, τος, τὸ, *quæstio*, et partim de *ipsa disputatione et disceptatione*, partim vero de *re controversa, de qua disputatur et disceptatur, de disputationis argumento* usurpatur, in qua posteriori significatione tantum in N. T. legitur. Act. XV, 2. περὶ τοῦ ζητήματος τούτου, *Vulgatus: super hac quæstione.* ibid. XVIII, 15. εἰ δὲ ζήτημά ἐστι quia vero quæstio est. XXIII, 29. ζητήματα τοῦ νόμου quæstiones legis. ibid. XXV, 19. XXVI, 3. Sæpius non legitur in N. T. *Phavor.* ζήτημα· λόγος ἀνθρώπων καὶ διάλεξις ἐπὶ πράγματος.

ΖΗ'ΤΗΣΙΣ, εως, ἡ, 1. *disputatio, disceptatio*, et ex adjuncto: *altercatio, rixa, contentio*, quæ ex disputatione oriri solet, i. q. συζήτησις, cum qua voce permutatur in codicibus. Act. XV, 2. Joh. III, 25. ἐγένετο ζήτησις orta est disputatio inter discipulos Johannis et quosdam Judæos. (*Herodot.* V, 21. ζήτησις τῶν ἀνδρῶν τουτέων μεγάλη ἐκ τῶν Περσέων ἐγένετο. ib. II, 54. ζήτησιν μεγάλην ἀπὸ σφέων γενέσθαι.) 1 Tim. I, 4. αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι quæ rixis potius locum et occasionem dant, coll. 2 Tim. II, 23.

2. i. q. ζήτημα, *quæstio*, seu *ipsa res controversa, de qua disputatur.* Act. XXV, 20. ἀπορούμενος εἰς τὴν περὶ τούτων ζήτησιν cum hanc omnem quæstionem dijudicare non valerem, coll. v. 19. 1 Tim. VI, 4. ζητήσεις quæstiones subtiles et inanes, quæ Tit. III, 9. μωραὶ ζητήσεις vocantur. Sæpius non legitur in N. T. Proprie ζήτησις *actionem quærendi, investigationem* notat, v. c. apud *Thucyd.* I, c. 20. ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας. VIII, 57. τῆς τροφῆς ζητήσει.

ΖΙΖΑ'ΝΙΟΝ, ου, τὸ, *zizanium* vel *zizania*, non *quodlibet lolium, quod in frumento nascitur*, significat, quæ fuit quorundam sententia, (*Suid.* Ζιζάνιον· ἡ ἐν τῷ σίτῳ αἶρα) sed *genus*

cujusdam plantæ, in Palæstina notissimum, cujus semen tritico non absimile erat et planta ex eo enascens eandem viriditatem et culmum cum tritico habebat, sed fructum nullum aut certe non bonum proferebat, triticum secundarium, Afterweitzen *the after-wheat.* Aliis est genus frumenti, in quod aliquando siligo, hordeum, et triticum adeo vitio soli potissimum degenerare solet. Conf. *Plin. H. N.* XVIII, 17. *Talmudici* nominant זוֹנִין, (quam dicunt esse vocem Arabicam. Certe Arabicum زوان et زُوان *lolium* est, vel *zizanium*,) quod speciem tantum tritici refert. Cf. *Buxtorf.* Lex. Talmud. s. h. v. Etymologia hujus vocis est incerta. *Etym. M.* ζιζάνιον· τὸ ἄνευ σπορᾶς συμπαραφυόμενον τῷ σίτῳ, παρὰ τὸ σῖτος καὶ τὸ σίνω, τὸ βλάπτω, τὸ βλάπτον τὸν σῖτον. Idem fere tradit *Phavorinus* et *Alberti* Gloss. Gr. p. 189. Legitur tantum apud Matthæum in plurali. XIII, 25. 26. 27. 29. 30. 36. 38. 40. ubi metaphorice ita dicuntur impii, qui aliquando in vita futura a piis separabuntur. *Syrus* vertit ܙܝܙܢܐ.

ΖΟΡΟΒΑ'ΒΕΛ, ὁ, *Sorobabel.* Nomen proprium indeclinabile viri Hebraicum זְרֻבָּבֶל a rad. זָרָה *dispersit*, et בָּבֶל *Babylon*, quasi qui tempore exilii Babylonici natus est. Fuit princeps sacerdotum, qui una cum Josua de exilio Babylonico redux factus, Jehovæ altare exstruxit. Ezr. II, 2. Matth. I, 12. 13. Luc. III, 27.

ΖΟ'ΦΟΣ, ου, ὁ, 1. *caligo, tenebræ. Polyb.* XVIII, 3. 7. *Plutarch.* T. VI. p. 176. ed. *Reiske. Hesych.* ζόφος· σκότος, ἀχλὺς, ὁμίχλη, δυσμή.

2. per metonymiam: *carcer tenebricosus, tartarus,* et ex adjuncto: *miserrima conditio, supplicia in tartaro olim sustinenda.* 2 Petr. II, 4. σειραῖς ζόφου ταρταρώσας, pro ὑπὸ ζόφον, (coll. Ep. Jud. v. 6.) seu ἐν ζόφῳ, coll. Sapient. XVII, 17. 18. 19. 21. ad vincula, quibus in Tartaro coërcerentur, eos damnavit. (Fortasse ipsæ tenebræ hic spectantur tanquam vincula, quo sensu *Apuleius tenebras arctissimas* dixit. Vide *Hoelzlin.* ad *Apollon. Rhod.* l. I. v. 218.) Jud. v. 6. δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. Ibid. v. 13. οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται quibus supplicia in tartaro sustinenda certissime imminent. Sæpius non legitur in N. T. *Etym. M.* ζόφος σημαίνει δύο· τὸν ἐν ᾅδῃ τόπον, οἷον ὁμιχλώδη, καὶ τὸν εἰς δύσιν. *Homerus* Il. θ'. v. 13. in eleganti descriptione tartari et *Hymn.* in Merc. 256. Il. ο'. v. 191. eum vocat τάρταρον ἠερόεντα, ζόφον ἠερόεντα et ζόφον αἰνόμορον καὶ ἀμήχανον. *Hesych.* ζόφον· ἠερόεντα τὸν Ἅδου τόπον ὁμιχλώδη. Conf. *Virg. Æn.* VI, 134. et 577. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 704. et 734.

ΖΥΓΟ'Σ, ου, ὁ, 1. proprie: *jugum, instrumentum, quale jumentorum cervicibus imponitur,* pro quo etiam τὸ ζυγὸν legitur apud *Homer.* Iliad. δ'. 706. a ζεύγνυμι *jungo. Ammonius:* ζυγὸς ἀρσενικῶς ἐπὶ τῶν βοῶν. *Ælian. V. H.* V, 14. de bove ὑπὸ ζυγὸν πονήσας σὺν ἀρότρῳ. 1 Sam. VI, 7. In N. T. tantum metaphorice occurrit et

2. *omne, quod est molestum et durum,* significat. Alex. Thren. III, 27. *Pindar. Pyth.* B. 172. *Sophocl. Ajax Flag.* 956. Speciatim vero ita dicitur

3. ut *jugum,* (*Florus* IV, 12. 1. *Horat.* II. Sat. VII, 91.) *imperium, cui aliquis subjectus est, servitus, status et conditio servilis.* 1 Tim. VI, 1. οἱ ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι servi, qui sunt sub imperio herili. Conf. Levit. XXVI, 13. Ies. IX, 4. *Polyb.* IV, 82. 2. ὑπὸ τὸν ζυγὸν ἄγειν τοὺς Ἀχαιούς. *Plutarch.* T. III, p. 44. ed. *Reiske.*

4. *lex, præscripta duriora et severiora,* et speciatim *lex Mosaica ceremonialis,* quam ipsi Judæi עוֹל הַתּוֹרָה vocare solebant. Act. XV,

10. Gal. V, 1. ζυγὸς δουλείας *jugum servile*, (Cic. Phil. I, 2.) seu *jugum servitutis*. (*Justin.* VI, 9. 7.)

5. *quælibet præcepta, lèges et præscripta religionis ab hominibus observanda*, sine notione molestiæ, *ob vim obstringentem, quam habent*. Matth. XI, 29. ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς recipite mea præcepta, meam doctrinam; nam sequitur: καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ. ibid. v. 30. ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς mea enim doctrina est suavis. Eodem modo Jeremias usus est hac voce de *præceptis divinis*, V, 4. 5. Thren. III, 27. et Siracides de *præceptis veræ sapientiæ divinæ*, VI, 24. 25. LI, 26. Adde *Symmach.* ad Hos. VII, 16. et *Lucianum Fugitiv.* p. 789. ac *Plutarch.* T. VI. p. 42. ed. *Reiske.* ubi de præceptis philosophiæ adhibetur. Pertinet huc glossa *Suidæ*: ζυγός· ὁ νόμος παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ. καὶ ὁ Χριστός· ἄρατε τὸν ζυγόν μου.—Καὶ ζυγὸν τὴν τοῦ νόμου βαρύτητα φησὶν ὁ Δαβίδ.

6. denotat *scapum*, seu *transversam libræ partem, ex qua utrimque lances pendent*, den Wagbalken *the beam of a balance*, ob similitudinem ejus cum jugo; deinde vero, per synecdochen partis, *libram, stateram, trutinam*. Apoc. VI, 5. *Ælian. V. H.* X, 6. In vers. Alex. haud raro ponitur pro פֶּלֶס Ies. XL, 12. et מֹאזְנַיִם Levit. XIX, 36. Hos. XII, 7. Conf. interpp. ad *Thom. M.* p. 410. *Etym. M.* ζυγὸς εἴρηται καὶ τὸ λεγόμενον ἀπὸ τῶν ποιητῶν τάλαντον ἢ τρυτάνη.

ΖΎΜΗ, ης, ἡ, 1. proprie: *fermentum*, seu *farina subacta, quæ acorem contraxit*. Secundum *Etym. M.* est a ζέω *ferveo*, quia massam fervere facit. *Phavor*, ζύμη· τὸ λεγόμενον προζύμιον. φύραμα δὲ τὸ μεμιγμένον ἄλευρον. *Hesych.* male: ζύμη· φύραμα. Cf. interpp. ad *Thom. M.* sub φύραμα p. 903. Matth. XIII, 33. Luc. XIII, 21. 1 Cor. V, 6. μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ exiguum fermentum totam massam fermentat. Formula, ut videtur, proverbialis, quæ eleganter h. l. de homine scelesto usurpatur, qui facile totum cœtum corrumpere poterat. Galat. V, 9. Hinc

2. metaphorice *omne* significat, *quod vim habet alios corrumpendi et pervertendi*, sive *doctrinam, erroribus pestiferis plenam et contaminatam*, sive *vitam impiam*. Matth. XVI, 6. ὁρᾶτε καὶ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, coll. v. 11. et 12. ubi verbis ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν Φαρισαίων explicatur. Marc. VIII, 15. βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ τῆς ζύμης Ἡρῴδου. Luc. XII, 1. ζύμης τῶν Φαρισαίων ἥτις ἐστὶν ὑπόκρισις. 1 Cor. V, 7. τὴν παλαιὰν ζύμην removete a vobis illum hominem scelestum et incestuosum. ibid. v. 8. ἐν ζύμῃ παλαιᾷ — ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας. Gal. V, 9. μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ a parvis initiis res magnæ crescunt, h. e. in loco præsenti: studium vestrum, accommodandi vos voluntati doctorum judaizantium, quod vobis nunc leve nec periculosum videtur, facillime vos plane a religione Christiana avertere potest. Sæpius non legitur in N. T.

ΖΥΜΌΩ, ῶ, fut. ώσω, *fermento, farinam aqua subactam acidam reddo*, a ζύμη, quod vide. Matth. XIII, 33. ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον, sc. ἄλευρον, donec sit totum fermentatum. Luc. XIII, 21. 1 Cor. V, 6. Galat. V, 9. Respondet Hebr. חָמַץ Exod. XII, 34. 39. Levit. VI, 17.

ΖΩΓΡΈΩ, ῶ, fut. ήσω, proprie: *vivum capio*, q. d. τὸν ζῶντα ἀγρέω vel ζωὸν ἀγρεύω, et apud Græcos non solum de *animalibus vivis, venatione captis*, sed et de *hominibus* usurpatur, *qui vivi in bello capiuntur et ad servitutem abripiuntur*, a ζωὸς *vivus* et ἀγρέω, vel ἀγρεύω, *venor*. *Thucyd.* II, c. 5. III, 66. *Polyæn.* p. 659. πολλοὶ μὲν ἀνηρέθησαν, οἱ δὲ ζωγρηθέντες ἐάλωσαν. *Joseph. A. J.* XIII, 6. 2. 2 Paral. XXV, 12. *Hesych.* ζωγρεῖ· ζῶντα λαμβάνει. ζωγρεῖται· ζῶν βιάζεται, λαμβάνεται. — ἐζώγρουν· ζῶντας συνέλαμβανον. Apud Græcos interdum ζωγρεῖν etiam significat *vitam servare alicui, in vivis*

relinquere. Vide *Polyb.* XVI, 33. 5. In N. T. metaphorice usurpatur, et quidem bis tantum. Luc. V, 10. de Petro ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν, h. e. ab hoc tempore multos adduces ad religionem et felicitatem Christianam, ex usu loquendi Judæorum, de quo bene exposuit *Schoettgen.* in Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 270. Idem quoque sine dubio voluit *Syrus*, vertens: ܙܒܢ ܠܗ ܘܢܚܐ *piscaberis* s. *capies ad vitam.* 2 Tim. II, 26. ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ (sc. τοῦ διαβόλου) εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα quibus antea ita capti et irretiti tenebantur, ut se totos ad ejus voluntatem conformarent; imagine desumta a bello captis, qui coguntur esse mancipia; ut adeo ζωγρεῖσθαι metaphorice significet: *imperio alicujus subesse.* Conf. de hac voce in universum *Fesselii* Adversaria Sacra T. I. p. 436. et *Munthe* Obss. e *Diod. Sic.* p. 145.

ΖΩΗ, ῆς, ἡ, 1. *vita*, præsertim *vita, quam homines his in terris agunt*, a ζάω *vivo.* Luc. XVI, 25. Act. VIII, 33. ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ non amplius his in terris vivit. ibid. XVII, 25. αὐτὸς διδοὺς πᾶσιν ζωὴν καὶ πνοὴν ipse cunctis vitam et spiritum tribuit. Rom. VIII, 38. οὔτε θάνατος, οὔτε ζωή, etc.

2. *conservatio in vita, liberatio e periculis mortis*, quemadmodum e contrario θάνατος, ut infra videbimus, *mortis periculum* haud raro significat. 2 Cor. IV, 11. ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ φανερωθῇ ἐν τῷ θνητῷ σώματι ut etiam corpus nostrum mortale beneficio Christi periculis mortis eripiatur, et ita simile reddatur corpori Christi, in vitam revocati. ibid. v. 12. ἡ ζωὴ ἐν ὑμῖν ἐνεργεῖται vobis prodest liberatio e periculis mortis. Vide supra sub ζάω.

3. *facultas*, seu *potestas, homines in vitam revocandi*, ἐξουσία τῆς ζωῆς. Joh. V, 26. ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ κ. τ. λ. h. e. coll. v. 21. et jubente omni orationis serie, quemadmodum Deus vim et facultatem habet mortuos excitandi, ita eandem Messiæ quoque concessit.

4. *corpus immortale illud et præstantius, quo aliquando instruemur.* 2 Cor. V, 4. ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς ut paulatim absumatur corpus mortale ab immortali.

5. *perennitas, perpetuitas.* Apoc. XXII, 1. ποταμὸν ὕδατος ζωῆς fluvium aquæ perennis.

6. *vis agendi*, die Wirksamkeit, Thätigkeit *energy, activity.* Rom. VIII, 10. τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην animus omni vi studet sanctitati; ubi opponitur τῷ σώματι νεκρῷ δι' ἁμαρτίαν.

7. *vivendi ratio.* Rom. VI, 4. ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν melius et convenienter præceptis religionis Christianæ nobis vivendum erit. Ephes. IV, 18. ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ alieni a vita, quæ Deo placet.

8. *omne genus felicitatis*, ex usu loquendi Hebraico; quemadmodum e contrario θάνατος *omnis generis miseria* dicitur. Speciatim vero in N. T. ζωὴ vocatur α) ut *vita* (quæ et Latinis, v. c. *Ovid. Pont.* IV, 6. 3. de *vita beata et felici* dicitur), *felix ac tranquilla hujus vitæ conditio, vera felicitas humana his in terris.* Luc. XII, 15. οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν non enim felicitas humana divitiarum abundantia paratur. 1 Petr. III, 10. ὁ γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾷν qui bene beateque vivere cupit in hac terra. β) *felicitas hominum futura in cœlis*, quæ nunc dicitur ζωὴ absolute, Matth. VII, 14. XVIII, 8. 9. XIX, 17. coll. v. 16. Coloss. III, 3. καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ et nondum satis cognitam habetis futuram vestram felicitatem cum Christo apud Deum. Joh. V, 24. 29. εἰς ἀνάστασιν ζωῆς ad felicitatem æternam, quæ resurrectionem mortuorum sequetur. 2 Macc. VII, 14. ἀνάστασις εἰς ζωήν. Chaldæus Ps. XXI, 5. Hebr. חַיִּים explicatur per עָלְמָא —, nunc ἡ ζωὴ μέλλουσα, qu opponitur τῇ ζωῇ τῇ νῦν, 1 Tim. IV, 8.—nunc,

et maxime frequenter, ἡ ζωὴ αἰώνιος, Matth. XIX, 16. τί ποιήσω ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον; quid mihi faciendum est, ut consequar felicitatem æternam? coll. Dan. XII, 2. יְקִיצוּ לְחַיֵּי עוֹלָם. Joh. III, 15. 16. 36. Gal. VI, 8. 1 Tim. I, 16. VI, 12. 19. Tit. I, 2. III, 7. γ) *felicitas hominum Christiana in hac pariter ac futura vita.* Act. V, 20. πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης omnem doctrinam Christianam salutiferam, die ganze Christliche Glückseligkeitslehre *the whole Christian doctrine of salvation.* Rom. XI, 15. ζωὴ ἐκ νεκρῶν summa felicitas.

9. *causa, origo, fons, auctor felicitatis Christianorum in hac pariter ac futura vita.* Act. XI, 18. τὴν μετάνοιαν εἰς ζωὴν transitum ad religionem Christianam salutarem. ibid. XIII, 46. καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς nec admittere vultis doctrinam Christianam salutarem. Hinc Christus toties in N. T. κατ' ἐξοχὴν ἡ ζωὴ vocatur. Joh. I, 4. ubi vid. *Wetstenius.* XI, 25. Rom. VIII, 6. τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος ζωὴ καὶ εἰρήνη sensus animi emendati per religionem Christianam summam felicitatem afferunt. Coloss. III, 4. *Hesych.* ζωή· ἡ πρὸς τὸ ζῆν χορηγία (*Homer.* Odyss. ξ. 96. *Suid.* ζωήν· τὴν κτῆσιν, τὴν οὐσίαν) ἢ χρόνος τοῦ εἶναι.

ΖΩ'ΝΗ, ης, ἡ, *zona, cingulum, quo vestes diffluentes et laxiores, quibus orientales utebantur, colligabantur et constringebantur, et quo non solum viri, sed etiam mulieres utebantur,* a ζωννύω *cingo.* Matth. III, 4. καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ accinctus cingulo pelliceo. (quo uti solebant prophetæ. 2 Regg. I, 8. Confer *Wetstenii N. T.* T. I. p. 257.) Marc. I, 6. Act. XXI, 11. Apoc. I, 13. περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν. ibid. XV, 6. περιεζωσμένοι περὶ τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς. Hinc sæpius apud *Homerum* commemoratur γυνὴ εὔζωνος, v. c. Iliad. IX, 586. et 663. ubi vid. *Eustathius.*

2. *zona numaria, cingulum duplicatum, margine consutum, et cavum loculi usum præstans.* Hoc aptius erat ad multos numos portandos, quam marsupium, quia numi, in cinguli cavitate circa totum corpus distributi, pondere suo non tantum premebant. Hinc aurum et argentum in zonis notat majorem ejus metalli copiam. Matth. X, 9. μὴ κτήσησθε χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν. Marc. VI, 8. Cæterum ejusmodi zonas, in quibus pecunia recondebatur, non solum usitatissimas fuisse apud Hebræos, (ut docuit ante *Braunium* de Vestitu Sacerdotum Hebr. II, c. 2. p. 482. *Buxtorfius* in *Lexico Talmud.* f. 1753.) sed etiam apud Græcos et Latinos, patet ex *Æliani V. H.* fragmentis sub ζώνη (τὴν ζώνην τοῦ χρυσίου) *Plutarcho* in *Demetrio* p. 913. (χρυσοῦς τετρακοσίους ὑπεζωσμένος.) nec non *Gellii* N. A. XV, 12. zonas, quas plenas argenti extuli. *Plauto Mercat.* V, 1. 84. ubi vid. *Lambin. Sueton. Vitell.* c. 16. *Phavor.* ζώνη· ἡ τοῦ ἀνδρὸς, ζώνιον δὲ τὸ τῆς γυναικὸς, κ. τ. λ. Vide *J. G. Ungeri tr.* de cingulis eorumque vario apud veteres usu, in Ej. *Analectis antiquario-sacris* p. 1—280. et *Wetstenii N. T.* T. 1. p. 369.

ΖΩΝΝΥ'Ω vel ΖΩ'ΝΝΥΜΙ, fut. ζώσω, *cingo,* ab inusitato ζώω. Joh. XXI, 18. ἐζώννυες σεαυτὸν te ipsum cingebas. ibid. καὶ ἄλλος ζώσει σε et alius te cinget. Sæpius non occurrit in N. T. In vers. Alex. respondet Hebraicis חָגַר, Exod. XXIX, 9. Judd. XVIII, 11. et אָסַר Nehem. IV, 18. Job. XXXVIII, 3. Adde *Symmachi* fragmenta ad Ps. LXXVI, 10.

ΖΩΟΓΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *vivum fœtum pario et enitor.* (a ζωὸν *vivum, animal,* et γόνος *generatio.* Unde ζωογόνος *vivipara. Symmach.* Genes. III, 20.) *Plutarch.* T. VII. p. 923. ed. *Reiske. Diod. Sic.* I, 88.

2. *conservo in vita, vivum servo, conservo.* Luc. XVII, 33. καὶ ὃς ἐὰν ἀπολέσει αὐτὴν, ζωογονήσει (al. σώσει, al. ζωοποιήσει) αὐτὴν et qui vitam perdide-

rit mei causa, conservabit illam. Act. VII, 19. εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι ne vivi servarentur. Sæpius non legitur in N. T. Respondet in hac significatione Hebraico חָיָה et הֶחֱיָה, (quod ut ܐܚܝܐ apud *Syros* non solum *vivificare*, ζωοποιεῖν, sed etiam *vitam conservare* notat, Genes. VI, 19.) v. c. Judd. VIII, 19. ubi opponitur τῷ הָרַג *occidit*, et 1 Regg. XX, 31. ubi cum נֶפֶשׁ construitur, ut in loco Lucæ cum ψυχή. Adde Exod. I, 17. 18. 22. 1 Sam. II, 6. XXVII, 9. 11. Conf. *Schwarz.* Comment. Crit. Ling. Gr. p. 639. seq. *Fesselii* Advers. Sacr. V, c. 5. p. 438. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 778. et *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1310.

ΖΩΟΝ, ου, τὸ, *animal, res creata omnis vita prædita*, et speciatim *bestia fera*, a ζάω *vivo*. Alexandrini usi sunt Psalm. LXVIII, 10. Ezech. X, 20. pro חַיָּה. Hebr. XIII, 11. 2 Petr. II, 12. Jud. v. 10. Apoc. IV, 9. 10. etc. Vide *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΖΩΟΠΟΙΕΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *vivifico, vitam largior*, ex ζωὸς *vivus* et ποιέω *facio*.

2. *progermino, fœcundo*. 1 Cor. XV, 36. ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ semina in terram sparsa nonnisi putrefacta revirescunt. Eodem modo verbum *viviscere* de semine usurpavit *Plinius H. N.* XVII, 10.

3. *in vitam revoco, vitam amissam restituo*. Joh. V, 21. οὓς θέλει ζωοποιεῖ. Rom. VIII, 11. ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ἡμῶν. 1 Cor. XV, 22. 1 Tim. VI, 13. per Deum futurum hominum judicem te obtestor.

4. metaphorice: *vires idoneas alicui largior et suppedito*. Joh. VI, 63. τὸ πνεῦμά ἐστι ζωοποιοῦν vis divina est, quæ homini vires largitur, ut possit amplecti meam religionem salutiferam.

5. *felicem reddo, salutem affero, felicitatem promitto et offero*, et dicitur speciatim de salute Christiana. 2 Cor. III, 6. τὸ πνεῦμα ζωοποιεῖ religio Christiana e contrario summam felicitatem hominibus offert. Gal. III, 21. εἰ γὰρ ἐδόθη νόμος ὁ δυνάμενος ζωοποιῆσαι si lex Mosaica hominem felicem reddere, h. e. perfecte expiare valeret. Job. XXXVI, 6.

Η.

Ἤ. Conjunctio variæ significationis,

1. disjunctiva, *aut, vel*. Matth. V, 17. 18. Marc. VII, 11. Joh. IV, 27, Interdum bis ponitur ἢ — ἢ *aut — aut*. Matth. XII, 33. Luc. XVI, 13. Interdum sæpius repetitur. 1 Cor. V, 10. 11. XIV, 6.

2. conjunctio distributiva et enumerativa, *aut*. Matth. VII, 9. ἢ τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος; aut quis est ex vobis homo? ib. XVI, 26. ἢ τί δώσει ἄνθρωπος; XX, 15. XXVI, 53. Eodem modo vernaculum, oder *or*, in vita communi haud raro usurpatur.

3. *quam*, post comparativos expressos. Matth. XI, 22. ἀνεκτότερον ἔσται ἢ ὑμῖν mitius supplicium manebit, quam vos. ibid. v. 24. XIX, 24. εὐκοπώτερον ἢ, — et post μᾶλλον, Act. V, 29. πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις obediendum est Deo magis, quam hominibus. 1 Tim. I, 4. 2 Tim. III, 4. *Xenoph.* Cyrop. III, 2. 8. *Aristoph.* Acharn. 1077.

4. *magis quam*, pro μᾶλλον ἢ, cujus ellipseos exempla collegit *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XI, 11. Sic legitur in N. T. Luc. XVIII, 14. κατέβη οὗτος (μᾶλλον) δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος descendit iste in domum suam magis justificatus, quam ille, h. e. hic Deo probatus domum discessit, seu veniam peccatorum consequutus est, ille non item. Nam Hebræi solent pro negativo adverbio quandoque particulam comparativam ponere. Conf. *Glassii* Philol. Sacr. p. 414. seq. ed. *Dathii*, et *Wetstenii*

N. T. T. I. p. 781. Matth. XVIII, 8. (μᾶλλον) καλόν σοι ἐστὶ ἢ. Luc. XVII, 2. Genes. XXXVIII, 6. δεδικαίωται Θαμὰρ ἢ ἐγὼ, ubi in Hebraico est מִן. Ps. CXVIII, 8. Tob. III, 6. διότι λυσιτελὲς ἀποθανεῖν ἢ ζῆν.

5. conjunctio causalis, *nam, enim.* Matth. XII, 29. ἢ πῶς δύναται; pro πῶς γὰρ δύναται;

6. adverbium interrogativum *num? an? numquid? annon?* 1 Cor. XIV, 36. ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος Θεοῦ ἐξῆλθεν; num a vobis propagata est doctrina Christiana? ibid. IX, 6. ἢ μόνος ἐγώ; an solus ego? Rom. II, 4. *Xenoph. Symp.* 4. 52. et *Cyrop.* I, 3. 15.

7. *nisi.* Joh. XIII, 10. οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι ei non opus est, ut lavetur, nisi pedibus; ubi in codd. haud paucis εἰ μὴ e glossemate legitur. Act. XXIV, 21. ἢ περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς. *Xenoph. Cyrop.* VII, 5. 16.

8. conjungendi vim habet, significans *et.* 1 Cor. XI, 27. ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου quicunque ederit panem hunc et calicem Domini biberit, coll. v. 26. et 28. Observanda maxime est hæc particulæ disjunctivæ notio contra Pontificios, qui hoc loco ad commendandam communionem sub una specie abutuntur. Conf. *Glassii Philol. Sac.* p. 524. seq. et *Varias Lectiones* ad locum Pauli in editione Griesbachiana N. T. collectas. Ephes. V, 3. ἢ πλεονεξία, pro καὶ πλεονεξία. Act. I, 7. χρόνους ἢ καιρούς. Conf. *El. Palairet.* in *Obss. Philol.* p. 269.

9. *potius*, ut sit particula correctiva. Luc. XII, 51. ἀλλ' ἢ διαμερισμόν sed potius dissidium.

10. omittitur interdum, v. c. post πρίν, Marc. XIV, 72. et ante ἵνα ἀκούσω, 3 Joh. v. 4. et ante ἵνα τίς, Joh. XX, 13. coll. Luc. XVII, 2. 1 Cor. IX, 15.

Ἢ ΚΑΙ, *aut*, Luc. XI, 11, 12. *aut etiam*, Rom. II, 15. *an etiam?* Luc. XII, 41. Rom. IV, 9.

Ἢ ΜΗΝ, *certo, profecto*, i. q. ὄντως, particula affirmantis, promittentis et jurantis. Hebr. VI, 14. ἢ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε profecto summis te ornabo beneficiis. Sæpius non legitur in N. T. Respondet Hebr. כִּי Genes. XXII, 17. et אִם Num. XIV, 23. 35. Judd. XV, 7. *Aristoph. Plut.* v. 608. *Polyb.* VI, 19. 56. XI, 28. *Xenoph. Anab.* II, 3. 13. VI, I. 21. *Suid.* ἢ μήν· ὄντως δή. *Hesych.* ἦ· εἶπεν ἀληθῶς, ὄντως. Cf. *Fulleri Miscell. SS.* I, 2. p. 11.

Ἢ ΠΕΡ, *quam.* Semel legitur in comparatione Joh. XII, 43. ἠγάπησαν μᾶλλον ἢπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, ubi hæc comparandi particula negandi vim habere videtur. Cf. supra sub ἤ.

Ἤ ΤΟΙ, *aut, sive*, particula disjunctiva, quæ tantum legitur Rom. VI, 16. ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον ἢ ὑπακοῆς.

Ἡ ΓΕΜΩΝ, όνος, ὁ, 1. proprie: *viæ dux*, ab ἡγέομαι *duco*. *Xenoph. Anab.* IV, 2. 1. *Hesych.* ἡγεμὼν, ὁδηγός. *Suid.* ὁ τῆς ὁδοῦ ἡγούμενος. Confer *Valckenar.* ad *Herodot.* V, 14.

2. *dux exercitus. Thom. M.* sub βασιλεύς· ὁ τάξεως στρατιωτικῆς ἡγούμενος. Ita legitur apud *Xenoph. Cyrop.* V, 3. 16. et *Homer. Iliad.* ο'. v. 517.

3. *omnis* dicitur, *penes quem summa rerum est, sive in sacris, sive civilibus, princeps, qui aliis præest*, et speciatim ἡγεμόνες dicebantur *legati Cæsaris, qui nomine et auctoritate Cæsarum in provincias mittebantur.* Scilicet *libera republica* regionum, extra Italiam in ditionem populi Romani redactarum (quas, vulgo *provincias Romanas*, Græci vel ἐπαρχίας vel ἡγεμονίας appellant) duo genera erant. Aliæ *consulares*, cæteris fere majores, in quibus etiam exercitus alebantur: aliæ *prætoriæ*. In *has* quotannis cum imperio mittebantur *proprætores*, ἀντιστράτηγοι, in *illas* vero *proconsules*, ἀνθύπατοι, qui tamen communem habebant jurisdictionem, ut nempe jus dicerent in conventibus et summum imperium exercerent. Proconsulibus etiam rei militaris in provinciis cura erat permissa, qua potestate carebant proprætores. Augustus im-

mutata reipublicæ Romanæ forma, etiam veterem rationem provinciarum Romanarum ita mutavit, ut aliæ essent *senatoriæ*, aliæ *Cæsareæ*; quarum hæ consularibus, illæ autem prætoriis responderent. Qui in provincias senatorias mittebantur et potestatem habebant, potestati proprætorum veterum parem, *proconsules*, ἀνθύπατοι dicebantur. Duplicis autem generis ii erant, qui mittebantur in *Cæsarum provincias*. Qui enim toti provinciæ regendæ præficiebantur, *legati Cæsaris*, πρεσβευταί, etiam *proprætores* et ἡγεμόνες appellabantur; qui vero reditus Cæsaris curabant in provinciis, ii *procuratores*, ἐπίτροποι et διοικηταὶ dicti sunt. Cf. *Fischeri* Prolus. XVIII. de *Vitiis Lexicorum N. T.* p. 17. seq. et *Krebs. Obss. Flav.* p. 61. quibus hanc observationem me debere gratus profiteor. Interdum tamen in N. T. æque ac *Josephi* libris *procuratores Cæsaris*, v. c. *Pilatus* (*Tacit. Ann.* XV, c. 54.) Matth. XXVII, 2. *Joseph. A. J.* XVIII, 3. 1. *Felix*, Act. XXIII, 24. ἡγεμόνες dicuntur, ut adeo ἡγεμόνες in N. T. libris *omnes præsides et procuratores in provinciis* appellentur. Matth. X, 18. XXVII, 2. 11. 1 Petr. II, 14. Hinc ἡγεμὼν

4. in universum dicitur *præcipuus, insignis, qui præcipua aliqua dignitate et auctoritate inter suos floret.* Matth. II, 6. ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα inter præcipuas civitates Juda. *Joseph. A. J.* XI, 4. 4. οἱ τῶν πατρίων ἡγεμόνες. *Xenoph. Anab.* VI, 1. 18.

ΗΓΕΜΟΝΕΎΩ, fut. εύσω, 1. proprie: *dux viæ sum.* (ab eodem.)

2. *impero, regno, præsum*, et de omni, inprimis autem paullo majori, potestate, adhibetur; speciatim vero de legatis Cæsaris *utriusque generis*, qui nomine et auctoritate Cæsarum in provincias Romanas mittebantur. Luc. II, 2. ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. ibid. III, 1. ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* ἡγεμονεύεσθαι· ἄρχεσθαι. *Xenoph. Agesil.* I, 3.

ΗΓΕΜΟΝΊΑ, ας, ἡ, *imperium, præsidium, administratio alicujus regionis cum summa potestate*, et speciatim: *ipsum imperium imperatorum Romanorum.* Tantum legitur in N. T. Luc. III, 1. ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος anno decimo quinto imperii Tiberii Cæsaris. Sic apud *Joseph. A. J.* XVIII, 6. 9. imperatores Romani ἡγεμόνες vocantur, ubi iis etiam ἡγεμονία tribuitur. Conf. *Kypke Obss. Sacr.* T. I. p. 222. *Phavor.* ἡγεμονία· προστασία, βασιλεία, δεσποτία.

ΗΓΈΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι,

1. proprie: *duco, dux sum viæ*, seu *itineris, præcedo, præeo.* Sic v. c. de *pastoribus*, qui agmen ducunt, legitur apud *Theophr. Char.* XIII, 2. de *belli ducibus Homer. Iliad.* ε'. 487. *Xenoph. Cyrop.* IV, 2. 3. Exod. XIII, 21. ὁ δὲ Θεὸς ἡγεῖτο αὐτῶν. *Suid.* ἡγούμενος· προηγούμενος.

2. *dux, princeps, præfectus sum*, et maxime de *iis* usurpatur, *penes quos summa rerum est*, sive *in sacris*, sive *in civilibus.* Act. VII, 10. κατέστησεν αὐτὸν ἡγούμενον ἐπ' Αἰγύπτου καὶ ὅλου τὸν οἶκον αὐτοῦ. *Xenoph. Mem.* III, 2. 4. *Polyb.* I, 25. et 45. Matth. II, 6. ἡγούμενος Christus vocatur, h. e. rex et dominus ecclesiæ Christianæ. *Syrus* ܡܠܦܢ. De *doctoribus, ecclesiæ Christianæ præfectis*, legitur Hebr. XIII, 7. μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν redite in memoriam doctorum vestrorum: ubi explicationis causa additur: οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. ibid. v. 17. πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν. ib. v. 24. Hinc factum est verbum ecclesiasticum. Conf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 1315. *Suid.* ἡγοῦμαί σου· ἄρχω σου. Deut. I, 15. Esther. V, 11.

3. *præcipua dignitate et auctoritate floreo, princeps et præcipuus sum in aliqua re.* Luc. XXII, 26. ὁ ἡγούμενος ὡς ὁ διακονῶν princeps inter vos se gerat tam modeste, ut ministrum. Act. XIV, 12. ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ἡγούμενος τοῦ λόγου cui summa erat facundia dicendique peritia. ib. XV, 22. ἄνδρας ἡγου-

μένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς viros primarios, facile principes inter reliquos Christianos.

4. *censeo, judico, arbitror, existimo, habeo, puto.* Phil. II, 3. ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν sed modeste alios quisque se superiores ducat. ibid. III, 8. ἡγοῦμαι ζημίαν damnum esse arbitror. Jacob. I, 2. πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε summo gaudio vobis ducite. 2 Petr. I, 13. II, 13. III, 9. 15. *Eurip. Phœn.* v. 563. *Æschin.* Dial. III, 6. Job. XIX, 11. *Hesych.* ἡγεῖσθαι· δοκεῖν. ἡγοῦμαι· νομίζω, ὑπολαμβάνω, λογίζομαι.

5. *honorem alicui habeo, honore aliquem prosequor.* 1 Thess. V, 13. ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ et summo honore et amore eos prosequimini. — *Hesych.* ἡγοῦμαι· προκρίνομαι.

ΗΔΕΩΣ, 1. proprie: *suaviter.* Adverbium ab ἡδὺς *suavis, jucundus, dulcis. Hesych.* γλυκέως.

2. *lubenter.* Marc. VI, 20. XII, 37. ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε non sine voluptate sermones ejus audiebat. 2 Cor. XI, 19. Sæpius non legitur in N. T. 2 Macc. II, 27. ἡδέως τὴν κακοπάθειαν ὑποίσομεν. ibid. VI, 30. XI, 26. *Ælian. V. H.* VIII, 12. ἡδέως ἤκουε αὐτοῦ. *Hesych.* εὐθύμως, ἢ καταθύμιον. Vide *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΗΔΗ, *jam, nunc.* Adverbium temporis. Matth. III, 10. ἤδη δὲ καὶ immo jam, seu, quin, immo etiam. ibid. V, 28. XIV, 15. Rom. I, 10. ἤδη ποτὲ tandem aliquando. *Dionys. Hal. Ant.* VII, 32. 51. XI, 31. 41. *Libanius* Ep. 1083.

ΗΔΙΣΤΑ, *lubentissime, suavissime.* Adverbium ab ἥδιστος, quod est superlativus ab ἡδὺς *suavis, jucundus.* In comparativo, ἧδιον, legitur 2 Cor. XII, 9. 15. ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω. *Xenoph. Mem.* II, 7. 10.

ΗΔΟΝΗ, ης, ἡ, 1. proprie: *jucunditas, suavitas,* ab ἡδὺς *suavis, jucundus.*

2. per metonymiam: *voluptas, delectatio, oblectatio et recreatio licita tam animi, quam corporis.* Prov. XVII, 1.

3. in deteriorem partem: *cupiditas prava et perversa, concupiscentia, libidinosum et pravum desiderium. Hesych.* ἡ ἐπιθυμία. Luc. VIII, 14. Tit. III, 3. δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις. Jacob. IV, 1. 3. 2 Petr. II, 13. *Xenoph. Mem.* I, 2. 23. Sæpius non legitur in N. T.

ΗΔΥΟΣΜΟΝ, ου, τὸ, *mentha hortensis.* Genus herbæ minoris odoriferæ, (a *Dioscoride* III, 41. et 48. ἀρτυματῶδες, ab *Oppiano Halieut.* III, 88. μίνθη εὐώδης, et ab *Ovidio Met.* X, 729. *olens* vocatur. Adde *Theophr.* de *Causis Plantarum* VI, 22.) qua Judæi pavimentum ædium et synagogarum conspergere solebant, ex ἡδὺς *suavis,* et ὀσμὴ *odor.* Aliæs μίνθη dicitur, a *Minthe,* Cocyti filia. *Strabo* VIII, p. 529. *Plin. H. N.* XIX, 8. XXIX, c. 7. Judæis vocatur מִינְתָּא· cf. *Buxtorf. Lex. Talmud.* p. 1228. Legitur in N. T. Matth. XXIII, 23. ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον decumatis mentham. Luc. XI, 42. Sæpius non occurrit in N. T. Masculinum habet *Hesych. Etym. M.* et *Phavor.* ἡδύοσμος· ὁ ἀρωματίτης κάλαμος. *Thom. M. Eclog.* p. 617. μίνθη· οὐχ ἡδύοσμον. *Schol. Aristoph. Ran.* v. 1107. Conf. etiam *Ol. Celsii Hierobotan.* T. I. p. 543. seq.

ΗΘΟΣ, εος, τὸ, 1. proprie: *consueta sedes, domicilium.* Conf. *Irmisch. Excurs.* ad *Herodian.* I, 2. 6. p. 795. et *Kœnium* ad *Gregor.* de *Dialectis* p. 206.

2. *mos, consuetudo, indoles, ingenium, morum proprietas.* Plur. ἤθεα, contracte ἤθη, τὰ, *mores. Hesych.* ἦθος· γνώριμος τρόπος, ἀναστροφή. Semel legitur in N. T. 1 Cor. XV, 33. φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί corrumpunt bonos mores sermones pravi. Est, ut certe plerisque videtur, versus iambicus senarius ex *Menandro* p. 248. in Sententiis Comicorum Græcorum, ab *H. Stephano* (anno 1559.) editis, et p. 78. collectionis

Clerici: ubi *Stephani* et *Clerici* notas inspice. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 170. Adde *Xenoph. Œcon.* 15. 12.

ΗΚΩ, fut. ἥξω, 1. *venio, accedo*, ita, ut motum localem significet. Matth. VIII, 11. XXIV, 50. Interdum tamen non apud profanos solum, sed sacros quoque auctores, *temporis præteriti* notione adhibetur, ut sit: *veni, accessi, adsum* v. c. Marc. VIII, 3. τινὲς γὰρ αὐτῶν μακρόθεν ἥκουσι, in aliis codd. ἥκασι legitur. Luc. XV, 27. ὁ ἀδελφός σου ἥκει. Joh. IV, 47. ὅτι Ἰησοῦς ἥκει ἐκ τῆς Ἰουδαίας Jesum ex Judæa venisse. Act. XXVIII, 23. *Joseph. A. J.* II, 3. 10. βασιλεὺς δὲ ἀκούσας ἥκοντας πρὸς Ἰώσηπον τοὺς ἀδελφούς. *Xenoph. Anab.* II, 5. 2. IV, 7. 1. et 2.

2. *in mundum venio, nascor*. Hebr. X, 7. et 9. ἰδοὺ ἥκω ideo equidem natus sum. Joh. VIII, 42. ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἥκω ego a Deo missus sum in has terras. 1 Joh. V, 20. Interdum tamen etiam de secundo Christi adventu ad judicium adhibetur. Hebr. X, 37. Apoc. II, 25.

3. metaphorice: *adsum, immineo, insto, futurus sum*. Matth. XXIV, 14. καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος ac tum finis instabit. Luc. XIX, 43. ἥξουσιν ἡμέραι ἐπὶ σὲ imminet enim tibi tempus. Joh. II, 4.

4. *evenio, accido, obvenio*. Matth. XXIII, 36. ὅτι ἥξει ταῦτα πάντα ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην hæc omnia evenient huic nationi. Apoc. XVIII, 8.

5. ἥκειν πρός τινα *alicujus sectatorem fieri, alicujus doctrinam amplecti*. Joh. VI, 37. πρὸς ἐμὲ ἥξει, i. q. ἔρχεται πρός με. v. 35.

6. interdum abundat, v. c. Luc. XIII, 35. ἕως ἂν ἥξει, ὅτι εἴπητε donec dicatis: nisi malimus statuere, post ἥξει omissum esse substantivum καιρὸς, et vertere: donec tempus adfuerit, quo me vērum Messiam salutetis. Sed *Syrus* vertit: ܥܕ ܕܬܐܡܪܘ *donec dicatis*. *Hesych.* ἥκει· ἔρχεται ἢ ἦλθεν. *Thom. M.* ἥκω· καὶ ἀντὶ τοῦ ἔρχομαι καὶ ἀντὶ τοῦ ἦλθον, ubi conf. interpretes. Omnium optime de vera hujus vocis potestate exposuit *Dawesius* in *Miscell. Critt.* p. 351.

ΗΛΙ, *Eli*. Vox Hebraica אֵלִי *Deus mi*, ab אֵל *Deus*, et suffixo primæ personæ י, ex אֲנִי *ego*. Legitur in N. T. Matth. XXVII, 46.

ΗΛΕΙ, ὁ, *Eli*. Nomen viri Hebraicum ἄκλιτον. Fuit pater Josephi, mariti Mariæ virginis. Commemoratur in N. T. Luc. III, 23.

ΗΛΙΑΣ, ου, ὁ, *Elias*. Est nomen proprium prophetæ, qui alias Thisbites dictus erat, ex inquilinis Gileadis. 1 Regg. XVII, 1. Hebraice sonat אֵלִיָּהוּ, item אֶלְיָדָה *Alberti Gloss. Gr.* p. 8. Ἡλίου· Θεός μου αὐτὸς, ubi vid. *Albertus*. Matth. XVII, 12. Marc. IX, 13. Luc. I, 17. Malach. IV, 5. Conf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 1317. seq.

ΗΛΙΚΙΑ, ας, ἡ, 1. *statura*, die Leibesgröße *the size of the body*, ab ἡλίκος *quantus*. *Glossæ*: ἡλικία· τὸ μῆκος. *Hesych.* ἡλικία· μέγεθος σώματος, μέτρον τι. Matth. VI, 27. τίς δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα; quis potest vel minimum addere staturæ suæ? Luc. II, 52. XII, 25. προέκοπτε ἡλικίᾳ. Sed plurimi interpretes malunt intelligere omnia hæc loca de *ætate*, quam de *statura*, ut priorum locorum sensus sit: *quis potest efficere, ut ætati et vitæ suæ accedat spatium vel brevissimum?* posterior vero reddatur: *adolevit puer*. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 334. Luc. XIX, 3. ὅτι τῇ ἡλικίᾳ μικρὸς ἦν erat enim statura exilis. Ab *Aristotele* de *Plantis* I, c. 4. φυτρὸς plantæ stipes dicitur ὅμοιος τῇ ἡλικίᾳ ἀνθρώπου.

2. *totius vitæ decursus, annorum spatiis circumscriptus, ætas*, et speciatim: *ætas matura, adulta, virilis, vigor ætatis*. Joh. IX, 21. 23. ἡλικίαν ἔχει habet ætatem justam, quæ scilicet ex legibus Judæorum requirebatur ad edendum testimonium. Ephes. IV, 13. εἰς μέτρον ἡλικίας ad ætatem virilem. (*Lucian. Imag.* 7. *Philostrat.*

Vit. Soph. I, p. 543.) Hebr. XI, 11. παρὰ καιρὸν ἡλικίας jam ætate provecta. *Æschin. Socr.* Dial. I, 12. II, 13. *Arrian.* de *Venat.* V, 1. *Plutarch.* de *Educ. Puer.* VII, 1. IX, 16. XV, 1. Conf. *L. Bos.* ad *Lucian.* Opp. T. II. p. 154. et *Vorstii Philol. S.* p. 108. ed. *Fischeri.*

ΗΛΙΚΟΣ, *ίκη, ον, quantus, quam magnus*, et tam interrogative, quam indefinite usurpatur. Bis autem tantum in N. T. occurrit. Coloss. II, 1. ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν quantum certamen pro vobis sustineam. Jacob. III, 5. ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει; exiguus ignis quantam materiam accendit? *Hesych.* ἡλίκον· ποταπὸν, μέγα, ὁποῖον. Idem: ἡλίκην· μεγάλην, τηλικαύτην.

ΗΛΙΟΣ, ου, ὁ, 1. *sol.* Marc. XIII, 24. ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται sol obtenebrabitur. ibid. I, 32. ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος quum occideret sol. ibid. IV, 6. ἡλίου ἀνατείλαντος sole exorto. Apoc. VIII, 12. τὸ τρίτον τοῦ ἡλίου tertia pars solis. ibid. XVI, 12. ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ab ortu solis. Cum solis splendore comparatur splendor faciei Christi, cum transformaretur. Matth. XVII, 2. etiam præstantior status, quo beati in vita futura fruentur. Matth. XIII, 43. 1 Cor. XV, 41.

2. *lux* vel *splendor solis, radius solaris.* Act. XIII, 11. μὴ βλέπων τὸν ἥλιον, h. e. cœcus, facultate videndi privatus. *Ælian. V. H.* XIII, 1. *Hesych.* ἥλιος· ὁ Θεὸς καὶ τὸ ἄστρον καὶ ἡ αὐγὴ καὶ τόπος, ἐξ οὗ καὶ ὁ ἥλιος ἀνατέλλει.

ΗΛΟΣ, ου, ὁ, *clavus.* De clavis, quibus damnati ad crucem figebantur apud veteres, legitur semel tantum in N. T. Joh. XX, 25. ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τόπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τόπον τῶν ἥλων nisi videro in manibus ejus vestigium clavorum et immisero digitum meum in vestigium clavorum. Hinc προσηλοῦσθαι *ad crucem figi, in crucem agi* denotat. Ceterum, quam late hæc vox pateat apud Græcos, vel ex ipso *Hesychio* intelligi potest: ἥλους· λόγχας, καρφία, κέντρα. Conf. etiam *Bielii Thesaur. Philol.* s. h. v.

ΗΜΕΡΑ, ας, ἡ, 1. proprie: *dies*, quatenus nocti opponitur et alias dicitur *artificialis dies.* Matth. IV, 2. νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα. ibid. XII, 40. XX, 6. 12. τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα. Marc. II, 1. δι' ἡμερῶν, sc. τινῶν, post aliquot dies, seu intercedentibus aliquot diebus. Joh. XI, 9. οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας; Item spatium 24 horarum, noctem cum die comprehendens, quod νυχθήμερον et *diem naturalem* vocant. Matth. VI, 34. XV, 32. XVII, 1. XX, 19. Act. XXVIII, 7. 12. 14. 17. Sed hic observandæ sunt formulæ quædam, quæ Scriptoribus N. T. propriæ videntur, v. c. α) τὴν ἡμέραν, pro καθ' ἡμέραν, seu καθ' ἡμέραν ἑκάστην, *in diem, in singulos dies*, für jeden Tag *for each day.* Matth. XX, 2. συμφωνήσας ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν pactus est cum iis denarium in diem, seu dies singulos. 2 Petr. II, 13. τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν luxum quotidianum. β) ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ singulis diebus, quotidie. 2 Cor. IV, 16. Ad imitationem Hebraicæ formulæ יוֹם יוֹם Psalm. LXVIII, 19. יוֹם וְיוֹם Esther. III, 4. Conf. *Vorstii Philol. Sac.* p. 307. ed. *Fischeri.* γ) ἡμέραν ἐξ ἡμέρας *in diem, a die*, i. e. *quotidie.* 2 Petr. II, 8. (*Eurip. Rhes.* 446. Sic quoque κ' εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος dixit *Theocrit. Idyll.* II, 15.) Eodem vero modo uti ἡμέραν in hac formula pro εἰς ἡμέραν positum reperitur, ita יוֹם pro מִיּוֹם legitur in formula, in sacris litteris admodum frequente, דְּבַר־יוֹם בְּיוֹמוֹ, qua *quod quotidie alicui datur* vel *dandum est*, significatur. Exod. V, 13. Dan. I, 5, Adde Jer. LII, 34. ubi in versione Alex. plena formula ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν legitur. δ) ὅλην τὴν ἡμέραν *quotidie.* Rom. VIII, 36. ἕνεκα σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν propter te quotidie in mortis periculo versamur; ubi Hebraicæ formulæ כָּל הַיּוֹם Ps. XLIV, 22. respondet. ε) καθ' ἡμέραν, scil. πᾶσαν,

(Act. XVII, 17.) vel ἑκάστην, (Hebr. XIII, 13.) *singulis diebus, quovis die, quotidie,* interdum etiam *sæpe.* Luc. XVI, 19. Marc. XIV, 49. καθ' ἡμέραν ἤμην πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, h. e. sæpius vos docui in templo: nisi ἡμέραν de *ipso sabbati die* accipere malis. De formula καθ' ἡμέραν lectu digna habent interpretes ad *Thomam M.* p. 631. ζ) ἡμέρας καὶ νυκτὸς *assidue, sæpe.* Luc. XVIII, 7. βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς qui eum diurnis nocturnisque, h. e. assiduis precibus adeunt. 1 Tim. V, 5. Luc. XXI, 37. *Thom. M.* p. 630. νυκτὸς καὶ ἡμέρας Ἀττικοὶ λέγουσιν. η) ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ *simul, inopinato.* Apoc. XVIII, 8. διὰ τοῦτο ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς propterea simul et tanquam uno agmine irruent in eam hæc mala. Alibi dicitur: μιᾷ ὥρᾳ, v. c. ib. v. 10. 16. 19. Ies. XLVII, 9. רֶגַע בְּיוֹם אֶחָד. Vide et *Eurip. Herc. Fur.* v. 508. et *Ali ben Abi Taleb* Carm. IV, 6.

2. *lux diei.* Luc. IV, 42. γενομένης δὲ ἡμέρας orto sole. ibid. VI, 13. XXII, 66. Act. XII, 18. Apoc. VIII, 12. καὶ ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς nec lumen diurnum nisi tertiam luminis sui partem haberet.

3. κατ' ἐξοχὴν *dies piacularis Judæorum.* Hebr. VII, 27. καθ' ἡμέραν quolibet expiationis die. ibid. X, 11. Etiam a Judæis *diem illum expiationis,* qui quotannis magna cum religione a Judæis agebatur, κατ' ἐξοχὴν יוֹמָא dictum esse, docuit *Lakemacher Obss. Philol.* P. I. p. 166.

4. *sabbatum,* etiam *festum,* i. q. ἑορτή. Act. II, 1. τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς, pro τὴν ἑορτὴν τῆς Πεντηκοστῆς, coll. Luc. II, 41. Marc. XIV, 49. Galat. IV, 10. ἡμέρας παρατηρεῖσθε.

5. *omne tempus in genere,* sive *longius,* sive *brevius,* sive *futurum,* sive *præsens,* i. q. χρόνος, seu καιρός. Luc. II, 1. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις per id tempus, seu *illis diebus,* qua formula in eadem significatione usi sunt *Virgil. Æn.* II, 340. et *Liv.* XXVIII, 15. Luc. II, 6. ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι adest tempus. ib. XVII, 22. ἐλεύσονται ἡμέραι futurum est. ib. XIX, 42. ἐν ἡμέρᾳ σου ταύτῃ hoc saltem tuo tempore. 1 Cor. III, 13. ἡ ἡμέρα δηλώσει, formula proverbialis, ut videtur, respondens Latinæ: *futurum tempus docebit, suo tempore apparebit,* qualis illa Græcorum: χρόνος πάντα εἰς φῶς φέρει. Eodem modo etiam apud Hebræos usurpatur יוֹמָם 1 Regg. II, 1. 11. Jerem. XXX, 3. Conf. *Vorstii Philol. Sac.* p. 106. et *Pfochenii Diatribe* Sect. 51. Huc etiam pertinet formula: ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, quæ indicat non solum, aliquid accidisse *illo ipso tempore,* de quo in singulis locis sermo est, sed etiam *ante menses et ante annos adeo plures,* v. c. Matth. III, 1. Marc. I, 9. VIII, 1. XIII, 24. et innumeris aliis in locis, ut docte observavit *Krebs.* in *Obss. Flav.* p. 6. Δι' ἡμερῶν, sc. τινῶν διαγενομένων, seu διελθουσῶν, post dies aliquot interjectos, post aliquod tempus. Marc. II, 1. πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν haud ita pridem. Act. V, 36. XXI, 38. opponitur formulæ ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων. Act. XV, 7.

6. *tempus vitæ et officii alicujus* in N. T. haud raro ἡμέρα τινὸς dicitur. De *tempore vitæ, quod quis in his terris peragit,* legitur hæc formula Luc. XVII, 26. ἐν ταῖς ἡμέραις Νῶε — ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου Noachi ætate — temporibus filii hominis. ib. v. 28. Matth. XXIII, 30. εἰ ἤμεθα ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν si majorum nostrorum ætate vixissemus. Joh. IX, 4. ἕως ἡμέρα ἐστὶν quamdiu hæc vita mea durat, coll. v. 5. Luc. XVII, 22. ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἰδεῖν aliquando vel uno die mecum his in terris vivere et conversari desiderabitis. Joh. VIII, 56. de Abrahamo ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν optabat æqualis meus esse. Alii reddunt: optabat videre *diem meum natalem,* (conf. *Menag.* ad *Diog. Laërt.* IV, 41. *Hesych.* ἡμέρα· τὰ γενέθλια.) sensu eodem. Huc etiam refero formulam, quæ legitur Luc. I, 7. καὶ ἀμφότεροι προβεβη-

κότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν et ambo provectæ ætatis erant, seu, senilem ætatem attigerant, et est locutio mere Hebraica, cujus exempla leguntur Genes. XVII, 11. XXIV, 1. Jos. XXIII, 1. Luc. I, 18, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς. ibid. II, 36. αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς. Cf. *Vorstii Philol. Sac.* p. 110. seq. — De *tempore officii* legitur Matth. XI, 12. ἀπὸ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου Βαπτιστοῦ a tempore quo Johannes Baptista munus suum auspicabatur. Hebr. VII, 3. μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων de quo nec constat, a quo acceperit sacerdotium; ubi αἱ ἡμέραι *tempus* significant, *quo quis fungitur munere sacerdotali*, quod Luc. I, 23. ἡμέραι τῆς λειτουργίας vocatur. Hinc formula ἐν ταῖς ἡμέραις, de rege aut imperatore adhibita, fere semper reddenda est: *sub imperio, regnante, et imperante*, v. c. Matth. II, 1. ἐν ἡμέραις Ἡρώδου βασιλέως. Luc. I, 5. Cf. Genes. XIV, 1. בִּימֵי, Alex. ἐν τῇ βασιλείᾳ. Ies. I, 1.

7. *tempus calamitosum, acerbum et triste*, v. c. Matth. XXIV, 22. ubi de obsidione et excidio Hierosolymitano sermo est. Hebr. V, 7. ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ tempore illo, quo cruciatus et calamitates his in terris perferebat. Hebr. X, 25. ὅσῳ βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν quo magis gravissimas calamitates vobis instare colligere facile potestis. Ita יוֹם ponitur Ps. CXIX, 84.

8. *tempus, quo per religionem Christianam perfectior religionis cognitio et virtus est propagata.* Rom. XIII, 12. ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν nocte ignorantiæ et impietatis profligata, dies lucis religionis Christianæ illucescit. Cf. infra sub νὺξ et σκότος. 1 Thess. V, 5. υἱοὶ ἡμέρας homines religionis Christianæ scientia satis imbuti et emendati. Judæos tempora Messiæ *diem κατ' ἐξοχὴν* vocasse, docuit *Schoettgenius* in *Hor. Hebr. et Talmud.* p. 571.

9. *judicium* s. *opinio hominis.* Rarissima formula est ἡ ἀνθρωπίνη ἡμέρα, quæ 1 Cor. IV, 3. occurrit, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας, quam ab *Hieronymo* in Ep. ad *Alliasiam* inter Cilicismos Pauli relatam verterem: an vestro judicio, vel judicio et opinione ullius hominis prober, consentiente *Syro:* ܐܘ ܡܢ ܟܠ ܒܪ ܐܢܫ *aut ab ullo homine.* Cf. *Glassii Philol. Sacr.* p. 878. ed. *Dathii* et *C. Schoettgenii* Diss. de ἀνθρωπίνῃ ἡμέρᾳ, Lips. 1712. 4.

10. ἡμέρα, vel nude positum, vel additis substantivis Κυρίου, Ἰησοῦ Χριστοῦ, seu τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου in universum *tempus* significat, *quo Christus insigni quodam et peculiari modo vim et virtutem suam divinam exserit et declarat*, quod quale sit in singulis locis intelligendum, e serie orationis tantum definiendum est. Sic v. c. usurpatur α) *de vita, quam Christus his in terris peregit et docendis et emendandis hominibus, iisque ad veram felicitatem adducendis totam impendit.* Luc. XVII, 22. Joh. VIII, 56. de quibus locis jam supra exposui. β) *tempus, quo Christus longe lateque propagabat per apostolos doctrinam suam salutarem.* Act. II, 20. γ) *tempus excidii Judaici*, seu *destructionis Hierosolymorum et reipublicæ Judaicæ*, quo Christus insignia majestatis suæ divinæ exhibuit documenta. Luc. XVII, 24. 26. et 30. coll. Matth. XXIV, 9.— 28. *Coran. Sur.* XXV. δ) *tempus illud futurum, quo Christus rediturus est judex hominum.* 1 Cor. I, 8. V, 5. 2 Cor. I, 14. Philipp. I, 6. 10. 1 Thess. V, 2. 2 Thess. II, 2. Idem tempus, quo Christus olim judex omnium hominum comparebit, vocatur etiam in N. T. ἡμέρα ἐκείνη, Matth. VII, 22. ἡ ἐσχάτη ἡμέρα, Joh. VI, 39. 40. 44. 54. ἡμέρα κρίσεως, Matth. X, 15. μεγάλη ἡμέρα, Jud. v. 6. Cf. *C. F. Schmid.* Diss. de *Die Christi Formulisque similibus.* Viteb. 1777. 4.

11. interdum subauditur. Matth. XXVI, 17. τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων, sc. ἡμέρᾳ, coll. Marc. XIV, 12. Luc. VII,

11. post ἐν τῇ ἑξῆς, coll. IX, 37. Act. XIX, 38. post ἀγοραῖοι, et v. 40. post σήμερον. Jer. LII, 12. Conf. *Viger.* de *Idiot. Ling. Gr.* p. 34. Edit. Glasg. 1813.

ΗΜΕΤΕΡΟΣ, έρα, ερον, *noster*, ab ἡμεῖς. 2 Tim. IV, 15. ἀνθέστηκε τοῖς ἡμετέροις λόγοις impedire conatus est doctrinam a nobis traditam. Tit. III, 14. οἱ ἡμέτεροι qui unam vobiscum religionem profitentur. Sic et nos: die unsrigen, pro unsre religions-Verwandten, *ours*, pro *persons of our religious persuasion*, dicere solemus.

Ἦ ΜΗΝ, vide sub ἦ.

ΗΜΙΘΑΝΗΣ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, *seminex, semimortuus, semivivus*, i. q. ἡμιθνητος apud *Polyb.* XIV, 5. 7. ex ἥμισυς *dimidius* et θανὴς, ab aor. 2. ἔθανον, verbi θνήσκω *morior*. Legitur semel in N. T. Luc. X, 30. ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα. *Vulgat. abierunt semivivo relicto. Dion. Halic. Ant.* p. 1258. et 1728. ed. *Reiske*. Apud *Aristoph. Nub.* v. 504. ἡμιθνὴς legitur, elisa littera α. *Phavor.* ἡμιθνὴς μὲν λέγεται ὁ ψυχαγαγῶν καὶ ἥδη τὸ ἥμισυ θανών. Idem tradit *Tzetzes* in *Lycophr.* v. 511.

ΗΜΙΣΥΣ, fœm. ἡμίσεια, neutrum ἥμισυ *dimidius*. Adjectivum ex ἥμι *semi* et ἴσος *æqualis*, (quasi *utraque pars sibi æqualis est*) quod genitivum singularis in ους et neutrum plurale εα in η contrahit: conf. *Fischer.* Prolus. XXX. de *Vitiis Lexicorum N. T.* p. 10. seq. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 580. Marc. VI, 23. ὅ ἐάν μοι αἰτήσῃς δώσω σοι ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου dabo tibi, quidquid petieris, usque ad dimidium regni mei. Formula usitata regibus, qua significabant, se paratos esse ad satisfaciendum iis, qui vel maxima quævis postularint. Esther. V, 3. עַד־חֲצִי הַמַּלְכוּת. Luc. XIX, 8. τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μου dimidiam omnium facultatum mearum partem. Apoc. XI, 9. ἡμέρας τρεῖς καὶ ἥμισυ, sc. μέρος, tres dies et dimidium. ibid. v. 11. XII, 14. Sæpius non legitur in N. T. Cf. *Thom. M. Eclog.* p. 420. seq. ed. *Bernard.*

ΗΜΙΩΡΙΟΝ, ου, τὸ, *semihora, horæ dimidium*, ex ἥμισυς *dimidius* et ὥρα *hora*. Proprie adjectivum est ab ἡμιώριος *semihoram durans, semihorarius*, ad formam ἀνώριος, παναώριος, ἐφώριος, μινυώριος, προώριος, ut subintelligatur μέρος χρόνου pars temporis, vel διάστημα spatium, ut in aliis. Legitur semel in N. T. Apoc. VIII, 1. ἐγένετο σιγὴ ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς ἡμιώριον. Similis vox est ἡμιωβόλιον, h. e. τὸ ἥμισυ τοῦ ὀβολοῦ interprete *Phavor.*

ΗΝΙΚΑ. Adverbium temporis, *quum, quando*. Adhibetur extra interrogationem, sed πηνίκα in interrogatione. Bis legitur in N. T. 2 Cor. III, 15. 16.

Ἤπερ, vide sub ἦ.

ΗΠΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *clemens, benignus, placidus, lenis, mitis*. Proprie de parentibus usurpatur, qui lenes sunt et benigni erga liberos. Sic v. c. legitur apud *Homer. Odyss.* β'. v. 47. πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν. *Herodian.* II, 4. 1. Deinde vero ad omnes alios transfertur, qui sunt lenes et benigni, lubenterque de jure suo cedunt, ut pareant aliis. Sic autem bis legitur in N. T. 1 Thess. II, 7. ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι sed gessimus nos benignos et lenes. 2 Tim. II, 24. ubi ἤπιον εἶναι opponitur τῷ μάχεσθαι *Demosthen.* p. 1464. 22. ed. *Reiske. Pausanias Eliac.* II, 18. *Herodot.* III, 89. Apud Græcos interdum ad alias res transfertur, v. c. ad medicamenta, quæ φάρμακα ἤπια vocantur, quum sine excitatione dolorum morbos molliunt ac depellunt. *Hesych.* ἤπια· πρᾶα, προσηνῆ, μαλθακὰ, ἥμερα, χρηστά. Hinc substantivum ἠπιότης *lenitas, humanitas*, πρᾳότης, ut ab *Hesychio* explicatur, quod, a *Bielio* omissum, occurrit in Addit. Esther. XIII, 2. ἐπιεικέστερον δὲ καὶ μετὰ ἠπιότητος ἀεὶ διεξάγων.

ΗΡ, *Er*. Nomen proprium viri Hebraicum, (עֵר a radice עוּר *evigilare*) quod *vigilem* notat. Legitur in N. T. tantum Luc. III, 28.

ΗΡΕΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *tranquillus, quietus, mitis, placidus*, i. q. ἥμε-

ρος, et de rebus æque ac personis adhibetur. In N. T. semel legitur 1 Tim. II, 2. ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ut vitam tranquillam et quietam agamus. Hinc ἠρεμίζειν est: *vitam agere quietam*, apud *Xenoph.* de *Rep. Laced.* I, 3. *Hesych.* ἤρεμον· ἥσυχον, πρᾷον, ἥμερον. *Alberti Gloss. Gr. N. T.* p. 156. ἤρεμον· πρᾳΰν ἐν εἰρήνῃ.

ἘΗΡΩ΄ΔΗΣ, ου, ὁ, *Herodes.* Nomen proprium quorundam regum Judæorum temporibus Christi et apostolorum, qui a Romanis imperatoribus regium nacti sunt titulum. Memorantur autem in N. T. tres hujus nominis. *Primus* est *Herodes Magnus*, Ascalonita, ex stirpe Idumæa, Antipatro patre natus, et rex Judææ a senatu Romano ad petitionem *Antonii* declaratus, per annos septem et triginta regnavit. (*Joseph. A. J.* XIV, 13. 1. c. 17. s. 4.) Sub ejus imperio Johannes baptista et Christus nati sunt. Rex creabatur A. M. 3910. Mortuus est anno 3948. anno Christi 2. A Magis delusus, infantes Bethlehemiticos trucidari jussit Matth. II, 1. 3. etc. Cf. *Macrobii Saturnal.* II, c. 4. p. 270. Contra mores patrios non solum ludos quinquennales instituit Cæsari, (*Joseph. A. J.* XVI, 5. s. 1.) sed etiam theatra Hierosolymis ædificavit (XV, 8. 1.) et ludos Olympios introduxit. (XVI, 5. 3.) Laudatur quidem a *Josepho* ob bella feliciter gesta, templi Hierosolymitani exornationem, et varia oppida condita, sed idem eum crudelissimum atque injustissimum fuisse ingenue fatetur. Eo mortuo regnum inter superstites ejus tres filios (nam *Alexandrum* atque *Aristobulum* filios æque ac *Mariamnem* uxorem et multos alios ipse e medio sustulerat) ab *Augusto* ita dividebatur, ut *Archelaus* Judæam, Idumæam et Samariam sub *Ethnarchæ* nomine acciperet, *Antipas* vero Galilææ et Perææ atque *Philippus* Batanææ, Trachonitidi et Auranitidi sub nomine *Tetrarcharum* præessent. *Alter* est *Herodes Antipas*, *Herodis M.* filius ex Marthace, conjuge gentis Samaritanæ, tetrarcha Galilææ, vir admodum scelestus. Non solum enim interfecit Johannem baptistam, Matth. XIV, 4. sed etiam dimisit Aretam conjugem et assumsit sibi Herodiadem, fratris uxorem, eo adhuc vivente. (*Joseph A. J.* XVIII, 5. 1.) Romam profectus est, ut regiam dignitatem ab imperatore peteret, et denique a Caligula in Galliam relegabatur. (XVIII, 7. 2.) Addictus fuisse videtur doctrinæ Sadducæorum, ut apparet e loco Marc. VIII, 15. coll. Matth. XVI, 6. *Tertius* est *Herodes Agrippa*, *primus*, seu *major* dictus, nepos *Herodis M.* filius *Aristobuli.* Matrem habuit Berenicem, conjugem Cypron. Jacobum, fratrem Johannis, interemit et Petrum in vincula conjecit. Act. XII, 1. 4. Paulo post vero Cæsareæ misere vitam finiit. Act. XII. *Euseb. H. E.* XII, 10. *Josephus*, qui res ejus descripsit *A. J.* XVIII, c. 1—9. nusquam eum Herodem appellavit. Fuit autem hic *Agrippa* pater *Agrippæ II.* seu minoris, cujus Act. XXV, et XXVI. mentio fit. De familia et genealogia Herodiadum extat erudita et accurata Diatribe *Chr. Noldii* de Vita et Gestis Herodum, seu Historia Idumæa ad calcem Opp. Fl. Josephi, ed. *Havercamp.* T. II. p. 333. Adde *Sal. Deyling.* Obss. Sacr. P. II. n. 26. p. 247. seq. *J. G. Altmanni* Exc. Phil. de gente Herodum, qui præsertim in N. T. commemorantur, Bern. 1750. 4. et *Cellarii* Vindicias Fl. Josephi, s. historia Herodum contra Harduinum in ej. *Diss. Academ.* p. 207.

ἘΗΡΩΔΙΑΝΟΙ΄, ῶν, οἱ, *Herodiani*, h. e. *aulici et ministri regis Herodis.* Commemorantur Matth. XXII, 16. Marc. III, 6. XII, 13. ubi *Syrus* habet ܕܒܝܬ ܗܪܘܕܘܣ, h. e. *domesticos Herodis*, et *interpr. Hebræus Evang. Matthei* עַבְוֹדֵי הוֹרוֹדוֹס *servos Herodis*, quemadmodum et *Lutherus* in vers. Germ. Herodis Diener *Herod's servants.* Sed multa de Herodianis reperiuntur sententiarum divortia. Conf.

Stolberg. Exercitationes L. Gr. p. 419. *Sam. Petiti* Var. Lectt. c. 18. *Joh. Steuchii* D. de Herodianis, quorum mentio fit apud Matth. XVII. Marc. III. et XII. Lund. 1706. 4. *Joh. Floderi* D. de Herodianis, Upsal. 1764. 4. et *Chr. Fr. Schmidii* Epistolam de Herodianis, Lips. 1764. 4.

ἩΡΩΔΙΑ῾Σ, άδος, ἡ, *Herodias*. Est nomen proprium concubinæ *Herodis Antipæ, tetrarchæ*. Non fuit filia *Aretæ*, regis Arabum, ut *Hieronymus* ad Matth. c. XIV. opinatus est, sed filia *Aristobuli*, qui filius fuit *Herodis M.* et frater *Philippi* et *Herodis Antipæ, Agrippæ majoris* soror. Act. XII, 2. Nupta fuerat *Philippo*, cui vivo per incestas nuptias detracta est a fratre *Herode Antipa*. Matth. XIV, 3. *Joseph. A. J.* XVIII, 5. 4. *Euseb. H. E.* I, 13. A *Caligula* cum *Herode Antipa* Lugdunum Gallorum in exilium missa est. Atque hæc est illa, quæ Johannis baptistæ interficiendi Herodi primum subministravit consilium.

ἩΡΩΔΙ῎ΩΝ, ωνος, ὁ, *Herodion*. Nomen proprium viri Græcum, qui Rom. XVI, 11. vocatur cognatus Pauli.

Ἡ῾ΣΑΙ῎ΑΣ, ου, ὁ, *Iesaias*. Nomen proprium prophetæ Judæorum celeberrimi, Hebr. יְשַׁעְיָהוּ, conflatum ex יֶשַׁע *salus, auxilium*, et יָהּ nomine divino, ut idem sit, ac *Dominus est salus et auxilium*. Matth. III, 3. IV, 14. VIII, 17. XIII, 14. XV, 7.

2. *liber oraculorum Iesaiæ*. Act. VIII, 28. καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν et legebat librum prophetæ Iesaiæ. ibid. v. 30.

Ἦ῾ΣΑΥ῝, ὁ, *Esauus*. Nomen viri Hebraicum ἄκλιτον, Hebr. עֵשָׂו. Fuit autem primogenitus Isaaci filius, Hebr. XI, 20. XII, 16. Totus erat crinibus tectus, h. e. hirsutus, unde nomen suum accepisse videtur, nam عشى, cui Hebraicum עָשָׂה respondet, *tegere* notat. Conf. Syllogen Diss. *Schultens.* et *Schroeder.* P. I, p. 531. Eandem ob causam alias etiam שָׂעִיר *pilosus*, אֱדוֹם *rufus* a pilorum rubicundo colore dictus est. Per metonymiam causæ Ἡσαῦ etiam *Esaui posteros* significat Rom. IX, 13. Conf. *Wetstenii N. T.* II. p. 437.

Ἡ῾ΣΥΧΑ῎ΖΩ, fut άσω, 1. proprie: *quiesco, subsisto in itinere, non progredior* (*Xenoph. Anab.* V, 4. 8.) *otiosus sum, abstineo a laboribus et negotiis*, ab ἥσυχος *quietus*. Luc. XXIII, 56. καὶ τὸ μὲν σάββατον ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐντολήν sed per sabbatum ex lege ab omni opere cessabant. Hinc

2. *vitam ago placidam, quietam et modestam*. 1 Thess. IV, 11. καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν.

3. *sileo, taceo*. Luc. XIV, 4. οἱ δὲ ἡσύχασαν illi vero nullum dedere responsum, coll. v. 6. Eodem sensu non solum ἡσυχάζειν legitur in vers. Alex. Ies. VII, 4. Nehem. V, 8. et apud Græcos exteros, v. c. *Appian. B. Syr.* p. 149. *Eurip. Medea* 80. *Diog. Laërt.* VIII, c. 1. de discipulis Pythagoræ πενταετίαν ἡσύχαζον, (cf. *Elsner. Obss. Sacr.* T. I. p. 242. *Boisii Collat.* p. 235.) sed etiam παύεσθαι apud Græcos haud raro legitur.

4. *acquiesco*, ita, ut non amplius contradicam aut dissuadeam. Act. XI, 18. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα ἡσύχασαν his dictis acquieverunt, coll. v. 2. et 3. ib. XXI, 14. μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ, ἡσυχάσαμεν cum nullo modo persuaderi posset, nos quidem acquievimus. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo ἡσυχίαν ἔχειν aliquoties apud *Demosthenem* Philipp. I. legitur.

Ἡ῾ΣΥΧΙ῎Α, ας, ἡ, 1. proprie: *quies corporis, cessatio ab omni labore et opere*. Prov. VII, 9. ἡνίκα ἂν ἡσυχία νυκτερινὴ καὶ γνοφώδης.

2. *tranquillitas, vita quieta et modesta*. Ita capitur 2 Thess. III, 12. ubi Paulus jubet Thessalonicenses μετὰ ἡσυχίας ἐργάζεσθαι, h. e. ita res suas agere, ut nullum strepitum edant nec aliis se immisceant rebus; ubi opponitur sedulitati ambitiosæ, tumultibus excitandis aptæ.

3. *silentium*. Act. XXII, 2. παρέσχον ἡσυχίαν præstiterunt, seu præbue-

runt silentium, h. e. silebant. E contrario ἡσυχίαν παρέχεσθαι *silentium injungere*, apud Alex. Job. XXXIV, 29. Pro ἡσυχίαν παρέχειν alias ponitur ἡσυχίαν ἄγειν. *Xenoph. Hist. Græca* II, 3. 23. Conf. *Spanhem.* ad *Aristoph. Ran.* v. 324. ubi de silentio in mysteriis gentilium sermo est, et *Wesseling.* ad *Herodot.* I, 86. 1 Tim. II, 11. γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω, coll. 1 Cor. XIV, 34. ibid. v. 12. εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ, pro σιγᾷν. Sæpius non legitur in N. T. *Lysias Orat.* XI, c. 18. οἱ μὲν αὐτοῦ μένοντες ἡσυχίαν ἦγον. *Herodian.* I, 13. 4. *Musæus* 104. *Ammonius:* ἡσυχία· ὁτὲ μὲν σιωπὴν σημαίνει, ὁτὲ δὲ τὴν ἐπιείκειαν. *Hesych.* ἡσυχία· γαλήνη, ἠρεμία.

Ἥσυχιος, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *quietus, tranquillus.* Bis legitur in N. T. 1 Tim. II, 2. ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ut vitam tranquillam et quietam agamus; ubi βίος ἡσύχιος ad tranquillitatem et pacem publicam transfertur, qua civis ab aliorum violentia tutus præstatur, de qua etiam ἡσυχάζειν in vers. Alex. Judd. III, 11. adhibetur. 1 Petr. III, 4. ἡσύχιον πνεῦμα, h. e. tranquillitas animi, alieni ab omnibus pravis cupiditatibus, mulieribus commendatur.

Ἦτοι, vide sub ἤ.

Ἡττάομαι, vel Ἡσσάομαι, ῶμαι, 1. proprie: *vincor, superor, inferior discedo*, ab ἥσσων vel ἧττων *minor, inferior.* Comparat. ex μικρός. Dicitur vero proprie de *iis, qui in bello ac prælio victi et superati sunt*, 2 Macc. X, 24. ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. *Ælian. V. H.* IV, 8. ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων. *Suid.* ἡττηθεὶς ἀπῆλθεν· ἀντὶ τοῦ ἧττον ἔχων ἢ νικηθεὶς ἀπῆλθεν: vel de *collusoribus, qui vincuntur, Æschin.* Dial. II. c. 10. δύναιτ' ἂν τοὺς ἀντιπαίζοντας ποιεῖν ἡττᾶσθαι: vel denique de *iis, qui causa cadunt in judicio et condemnantur. Xenoph. Mem.* IV, 4. 17. ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἡττῶτο. *Pollux* VIII, 73. ἐπὶ — — τοῦ καταδικασθέντος, — ἡττήθη. 2 Petr. II, 19. ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται a quo enim aliquis vincitur, ejus servus est. Sententia vitæ communis, qua a Petro eleganter demonstratur, fœdissima et miserrima servitute teneri eum, qui peccatis indulget.

2. ἡττᾶσθαι eleganter de *iis* usurpatur, *qui cupiditatibus pravis indulgent et vitiositati serviunt.* 2 Petr. II, 20. τοῖς μιάσμασι τοῦ κόσμου πάλιν ἐμπλακέντες ἡττῶνται, pro ἐμπλέκονται καὶ ἡττῶνται, vitiis, quibus olim renunciarunt, iterum indulgentes et servientes. *Xenoph. Apol. Socr.* 19. ἢ ἄλλης πονηρᾶς ἡδονῆς ἡσσημένον. Idem *Cyrop.* VIII, 8. 7. ἥττων τοῦ οἴνου *vino deditus. Ælian. V. H.* X, 9. ἥττων γαστρὸς *vorax.* Conf. *Abresch. Dilucidd. Thucyd.* p. 570.

3. *deterior sum.* 2 Cor. XII, 13. τί γάρ ἐστιν, ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας; quid enim est, in quo fueritis inferiores cæteris Christianorum cœtibus? Sæpius non legitur in N. T. Eodem sensu activum ἡττάω legitur apud *Polyb.* XV, 4. πάντας ἥττησε ταῖς ψυχαῖς. Apud eundem Excerpt. Legat. 104. extr. ἡττάω de *iis* etiam dicitur, *qui alios ad silentium redigunt*, ἥττησαν τοὺς ἀντιλέγοντας.

Ἧττημα, τος, τὸ, 1. proprie: *diminutio*, (qua voce *Vulgatus* utitur Rom. XI, 12.) *defectus, clades*, ab ἡττάομαι, quod vide.

2. *condemnatio*, sensu judiciali, i. q. κατάκριμα. Rom. XI, 12. ubi *Syrus* ܚܛܝܬܐ reddit, quam ipsam vocem ibid. VIII, 1. pro κατάκριμα posuit.

3. *deterior status et conditio*, i. q. ἐλάττωμα, der Verfall *the accident.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. VI, 7. ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ὑμῖν ἐστιν jam vero in universum hæc est deterior conditio vestra, seu, jam hoc omnino vobis est vitio vertendum. Sæpius non occurrit in N. T.

Ἧττων, vel Ἥσσων, ονος, ὁ, ἡ, *minor, inferior, deterior.* Neutrum ἧττον vel ἧσσον adverbialiter ponitur.

1. *minus.* 2 Cor. XII, 15. ἧττον ἀγαπῶμαι minus diligor.

2. *damnum.* 1 Cor. XI, 17. εἰς τὸ ἧττον in deterius convenitis, h. e. ita, ut deteriores fiatis et faciatis majores ad

vitia et peccata progressus. Sæpius non legitur in N. T.

ΗΧΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *sonum edo, sono, resono, sonorus sum*, ab ἦχος *sonus*. 1 Cor. XIII, 1. γέγονα χαλκὸς ἠχῶν essem similis æri resonanti.

2. *strepitum edo, fragore resono*. Luc. XXI, 25. ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου maris fluctibus commotis, vehementem sonum edentibus. *Homer. Iliad.* I, 157. Sæpius non occurrit in N. T. Hebr. הָמָה Jer. L, 42. *Hesych.* ἠχεῖ· φωνεῖ, ψοφεῖ. Idem: ἤχησεν· ἐψόφησεν.

ΗΧΟΣ, ου, ὁ, 1. *sonitus, sonus quicunque*, et differt ab ἠχώ, quod *sonum repercussum* notat. Sap. XVII, 19. unde Latinis est nomen *Echo*. Sic v. c. de tonitru legitur Act. II, 2. καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος repente autem exortus est de cœlo sonitus, seu, auditum est tonitru. Hebr. XII, 19. σάλπιγγος ἤχῳ tubæ sono. *Plutarch. Sympos.* VIII. p. 722. B.

2. metaphorice: *fama, rumor*. Luc. IV, 37. καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου, *Vulgatus: et divulgabatur fama de illo* etc. coll. Marc. I, 28. *Thom. M.* ἠχὴ καὶ ἠχώ, οὐκ ἦχος: quem iterum turpiter lapsum esse, ex *Ælian. V. H.* IV, 17. XII, 57. et aliis locis docuere ad h. l. interpretes. Rectius, ut videtur, *Moschopulus* scripsit: ἠχὴ ποιητικόν· ἦχος κοινόν. ἠχὼ δὲ τὸ τῆς κραυγῆς ἀντίφθεγμα καὶ ὄνομα θεᾶς.

Θ

ΘΑΔΔΑΙΟΣ, ου, ὁ, *Thaddæus*. Cognomen apostoli Judæ, qui etiam *Lebbæus* dicitur, fuitque frater germanus Simonis Cananitæ, et Jacobi minoris frater uterinus. Matth. X, 3. Marc. III, 18. Origo vocis admodum incerta est. Cf. *Lud. de Dieu Critica Sacra* p. 335. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 366.

ΘΑ΄ΛΑΣΣΑ, Attice ΘΑ΄ΛΑΤΤΑ, ης, ἡ, 1. *mare*. Marc. IX, 42. Luc. XXI, 25. Matth. VIII, 26. ἡ θάλασσα fluctus marini, coll. Luc. VIII, 24. ubi ὁ κλύδων τοῦ ὕδατος dicitur. Formula περιάγειν τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν *terram et mare circumire*, quæ Matth. XXIII, 15. legitur, et Latino *terra et mari* (*Plaut. Prolog. in Pœnul.* v. 104. *Ammian. Marcell.* XXII, 12.) respondet, est proverbialis et de *iis* adhibetur, *qui multo et magno studio aliquid faciunt ideoque longinqua itinera suscipiunt. Arrian. Diss. Epictet.* III, 26. p. 346. de *Exped. Alex.* VII, 2. p. 275. *Athenæus* VII, c. 5. p. 278. Conf. *El. Palairet. Obss. Phil. Critt.* p. 72. et *Kypke Obss. Sac.* T. I. p. 114. Θάλασσαν ἐργάζεσθαι est idem, quod *Justinus* XLIII, 3. *mare exercere* dixit. Utraque enim formula de *iis* adhibetur, *qui ex mari et navigatione victum suum quærunt et vel mercaturæ vel piscandi causa mare oberrant*. Apoc. XVIII, 17. *Hesiod. Theog.* v. 440. Cf. *Wesseling. Obss.* I, 15.

2. κατ' ἐξοχὴν *mare rubrum*, seu *superior illa sinus Arabici pars, per quam Israëlitæ ex Ægypto in Arabiæ littus profecti sunt*, quæ vulgo ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα dicitur Act. VII, 36. Hebr. XI, 29. Sic autem bis in N. T. legitur. 1 Cor. X, 1. καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον et omnes majores nostri, Mose duce, mare rubrum transierunt. ibid. v. 2. et omnes professi sunt se sectatores Mosis, nubem ducem per mare rubrum sequentes. Cf. Amos VIII, 12. Micha VII, 12.

3. *lacus*, i. q. λίμνη, (lacus enim propter magnitudinem speciem maris refert) et speciatim *lacus Tiberiadis*, quæ etiam θάλασσα τῆς Γαλιλαίας, etiam θάλασσα τῆς Τιβεριάδος nominatur, Joh. VI, 1. dicitur, et de quo ipsi Judæi vocem יָם frequenter usurpant, eumque inter septem maria Israëlis reputant. Vid. *Midrasch:*

Tillim fol. 4. 1. *Gemara Bava Kama* fol. 81. 2. Matth. VIII, 24. coll. Luc. VIII, 22. Matth. XIII, 1. Joh. VI, 16. Sic *Pausanias* V, 7. lacum Asphaltidem vocat Θάλασσαν νεκράν. *Aristot. Meteor.* I, 13. ὑπὸ τὸν Καύκασον λίμνη, ἣν καλοῦσιν οἱ ἐκεῖ Θάλατταν. E contrario λίμνη pro Θάλασσα ponitur, teste *Hesychio*: λίμνη· ἡ Θάλασσα καὶ ὁ ὠκεανός. Æque late patet Hebraicum יָם, quod de *omni collectione aquarum* Dan. XI, 45. Ezech. XXXII, 2. dicitur.

4. metaphorice: *omne, quod speciem maris refert*, v. c. Apoc. IV, 6. XV, 2. Θάλασσα ὑαλίνη mare vitreum, h. e. labrum ingens, aqua plenum, quod speciem maris referebat, quale fuit *mare æneum* in tabernaculo et templo Judæorum, aut secundum alios pavimentum, tesselis, ad instar vitri crystallini pellucidis, stratum, de quo vide pluribus *C. B. Michaëlis* D. qua naturalia quædam et artificiosa Codicis S. ex Alcorano illustrantur. §. 14. Exod. XXX, 18. 1 Regg. VII, 23. 2 Paral. IV, 2. *Gloss. MS.* in libr. 3 Regg. Θάλασσα χαλκῆ· ὁ νιπτὴρ, εἰς ὃν ἔπλυνον τὰς χεῖρας οἱ ἱερεῖς εἰσιόντες εἰς τὸ ἱερόν.

ΘΑ΄ΛΠΩ, fut. ψω, 1. *calefacio, foveo*, (unde Θάλπος *calor, æstus. Æschin.* Dial. III, 7. 11. 20.) et est proprie animalium, pullis vel ovis incubantium eoque calorem iis impertientium, v. c. Deut. XXII, 6. καὶ ἡ μήτηρ Θάλπῃ ἐπὶ τῶν νοσσῶν ἢ ἐπὶ τῶν ὠῶν. Deinde 1 Regg. I, 2. et 4. ubi cum Θερμαίνειν permutatur, de puella, Davidem, præ senio frigescentem, calefaciente, adhibetur. Hinc

2. metaphorice, ut Latinum *fovere*, in universum notat: *curam sollicitam alicujus gerere, aliquem omni modo tueri et defendere.* Sic v. c. de omni nutriendi, fovendi et educandi cura eleganter usurpatur, quam matres aut nutrices infantibus adhibent. 1 Thess. II, 7. ὡς ἂν τροφὸς Θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα. Ad omnem curam corporis vero, seu potius ad providam curam, qua Christus suos tuetur, et quam maritus uxori suæ adhibere tenetur, transfertur Ephes. V, 29. ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ Θάλπει αὐτὴν καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς τὴν ἐκκλησίαν, sc. Θάλπει. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* Θάλπω· Θερμαίνω.

ΘΑ΄ΜΑΡ, ἡ, *Thamar.* Nomen mulieris ἄκλιτον. Hebraice תָּמָר, significans *palmam.* Fuit hæc uxor Her, primogeniti Judæ, Genes. XXXVIII, 6. cum qua ipse Judas, inscius, quod nurus sua esset, post mortem filii congressus est et ex ea gemellos genuit, Pharesum et Serachum, Matth. I, 3. Cf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 226.

ΘΑΜΒΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *obstupefacio, stupore percello.* Θαμβέομαι, οῦμαι, *expavesco, obstupesco, admiratione rapior et percellor, attonitus sum*, a Θάμβος, quod vide. Marc. I, 27. καὶ ἐθαμβήθησαν πάντες et omnes stupefacti. ib. X, 24. 32. Conf. *Theod.* Ps. LII, 6. Sap. XVII, 3.

2. Θαμβέω, intransitive usurpatum, *obstupefio, stupore et admiratione percellor.* Act. IX, 6. τρέμων δὲ καὶ Θαμβῶν εἶπε. *Homer. Od.* α΄. 323. Θάμβησεν κατὰ θυμόν. *Iliad.* θ΄. 77. οἱ δὲ ἰδόντες Θάμβησαν.—*Hesych.* ἐθάμβη· ἐξεπλάγη, ἐθαμβήθη.—ἐθάμβησεν· ἐθαυμάσθη, ἐξεπλάγη.—Θαμβεῖ· ἐκπλήττει.

ΘΑ΄ΜΒΟΣ, ου, ὁ, uti verbum Θαμβέω, generatim quidem de *omni vehementiore animi commotione* dicitur, *qua quis quasi extra se rapitur*, v. c. terrore, metu, speciatim vero de *attonita*, seu *summa admiratione, qua animus percellitur*, usurpatur. Luc. IV, 36. V, 9. Act. III, 10. *Homer. Il.* δ΄. 79. et ψ΄. 815. *Hesych.* Θάμβος· Θαῦμα, ἔκπληξις. Idem tradit *Phavorinus.*

ΘΑΝΑ΄ΣΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, etiam ΘΑΝΑ΄ΣΙΜΟΣ, ίμη, ον, *lethalis, mortifer*, interdum idem, quod κινδυνώδης *periculosus, perniciosus*, ut docuit *Foësius* in Œcon. Hippocr. p. 163. a Θάνατος *mors.* Semel legitur in N. T. Marc. XVI, 18. κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν etsi lethale quid biberint: ubi non

opus videtur cum *Kypkio* substantivum φάρμακον supplere. *Diod. Sic.* I. c. 87. ἀσπίδες θανάσιμα δάκνουσαι lethiferi aspidum morsus. *Athenæus* II, p. 61. B. III, p. 83. E. Conf. *Abresch.* ad *Æschylum* p. 380. *Phavor.* θανάσιμον φάρμακον· τὸ θάνατον ἐμποιοῦν.

ΘΑΝΑΤΗΦΌΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1. *mortifer, lethifer, exitialis*, idem quod θανάσιμος, ex θάνατος *mors* et φέρω *fero*. Num. XVIII, 22. Job. XXXIII, 23.

2. metaphorice: *admodum noxius et perniciosus, gravissimum damnum inferens*. Legitur semel in N. T. Jacob. III, 8. ubi lingua dicitur μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου plena veneno mortifero, quo gravissimæ noxæ indicantur, quæ linguæ abusu hominibus inferuntur. Male hanc vocem pro poëtica habuit *Er. Schmidius;* nam usus ea est aliquoties *Josephus* de Macc. c. 8. et 15. θανατηφόρον ἀπείθειαν. *Herodian.* III, 12. 7. IV, 12. 14. *Lucian. Hermotim.* 62. *Anthol.* II, 24. 1. *Xenoph. Hist. Gr.* II, 3. 17.

ΘΆΝΑΤΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *mors naturalis,* quam vocant, *quæ est in separatione animi a corpore, nulla vi externa effecta*, a θνήσκω *morior*. Luc. II, 26. μὴ ἰδεῖν θάνατον se non esse moriturum. Joh. XI, 4. αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον hic morbus non est lethalis, ubi πρὸς θάνατον positum est pro θανάσιμος, seu ἐπὶ θανάτῳ, ut Græci dicunt, v. c. *Ælian.* V. H. VIII, 14. Adde 2 Regg. XX, 1. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 7. 3. *Ages.* X, 3.

2. *mors violenta, supplicium mortis*, βίαιος θάνατος, ut *Xenophon* in Hierone (IV, 3.) loquitur. Matth. X, 21. παραδώσει ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον frater fratrem ad mortem prodet. ibid. XV, 4. et Marc. VII, 10. ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω, h. e. morte mulctetur violenta. Phil. II, 8. μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Apoc. II, 23. Exod. XXI, 17. *Xenoph.* Apol. Socrat. 32. τῶν δὲ θανάτων τοῦ ῥᾴστου ἔτυχεν. *Ælian.* V. H. I, 30. ἄγεσθαι ἐπὶ θανάτῳ duci ad supplicium mortis. Huc etiam pertinent omnia N. T. loca, in quibus ὁ θάνατος Ἰησοῦ Χριστοῦ *mors Jesu violenta et expiatoria in cruce* commemoratur; qua formula tamen haud raro *totum ejus opus mediatorium*, ut vocant, indicatur, e quo fructus uberrimi ad genus humanum redundarunt. Coloss. I, 22. Hebr. II, 9. 14. IX, 15. etc.

3. per metonymiam: *quodvis gravius malum et periculum mortis.* 2 Cor. I, 10. ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ὑμᾶς qui etiam ex illo tanto mortis periculo nos liberavit, coll. v. 8. et 9. *Vulgatus: periculo.* ib. IV, 11. εἰς θάνατον παραδιδόμεθα mortis periculo expositi sumus. ib. v. 12. XI, 23. ἐν θανάτοις πολλάκις, sc. ἦν, eram in variis mortis periculis præsentissimis. *Pindar.* Pyth. Od. III, v. 470. ἄνδ' ἐκ θανάτου κομίσσαι. Conf. *El. Palairet.* Observv. Critt. p. 418. Huc pertinet etiam formula ἕως θανάτου, quæ proprie quidem significat, *vel cum summo vitæ periculo*, Sirac. IV, 33. *Ælian.* V. H. XII, 38.—deinde vero pro λίαν, σφόδρα, *valde, vehementer*, ponitur Matth. XXVI, 38. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου valde tristis sum. Jon. IV, 9. הֵיטֵב חָרָה לִי עַד־מָוֶת· Alex. σφόδρα λελύπημαι ἕως θανάτου. Judd. XVI, 16. καὶ ὠλιγοψύχησεν εἰς θάνατον. Ps. LXXXVIII, 6. *Lucillius Epigr.* 19. μισῶν —— ἕως θανάτου. *Cebes in tabula* c. 18. κακοποιοῦντα μέχρι θανάτου. Formula ἄχρι θανάτου legitur Apoc. XII, 11. οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου non dilexerunt vitam suam usque ad mortem, h. e. adeo non dilexerunt vitam suam, ut periculis mortis se exponere haud dubitarent. Similis locus est Judd. V, 18. Sabulon populus חֵרֵף נַפְשׁוֹ לָמוּת·

4. *pestis, morbus pestiferus.* Apoc. II, 23. ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ (pro διὰ θανάτου) peste necabo. (coll. LXX. Jerem. XLIII, 11. Ezech. XXXIII, 27.) Ib. VI, 8. καὶ ἐν λιμῷ καὶ ἐν θανάτῳ. ib. XVIII, 8. In vers. Alex. pro

דֶּבֶר *pestis* legitur Exod. V, 3. IX, 3. Deut. XXVIII, 21. cui etiam in vers. Chald. מוֹתָא respondet Deut. l. l. Jerem. XIV, 12. XXI, 6. 7. Causa in eo est, quia pestilentia Hebraice etiam מָוֶת vocatur Jerem. XVIII, 21. Conf. *Fischeri* Prolus. XVI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 6. seq.

5. *omnis miseria et infelicitas, maxime quæ est vitiositatis et peccatorum pœna in hac pariter ac in futura vita.* 1 Joh. III, 14. μεταβεβήκαμεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν, ubi θάνατος miseram Judæorum et Paganorum conditionem ante conversionem ad religionem Christianam significat. Rom. VII, 24. σῶμα τοῦ θανάτου τούτου corpus vitiositati et peccatis obnoxium. Joh. V, 24. μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν e miserrimo statu in felicissimum transiit. Rom. I, 32. ἄξιοι θανάτου εἰσίν digni gravissimis pœnis divinis. ib. V, 12. 17. 21. Joh. VIII, 51. 2 Cor. III, 7. ἡ διακονία τοῦ θανάτου munus tradendæ religionis Mosaicæ, quæ pœnas minabatur. ibid. VII, 10. Jacob. V, 20. 1 Joh. V, 16. 17. ἁμαρτία πρὸς θάνατον delictum, quod inevitabilis pœna sequatur, sine venia vindicandum. Miserrima vitiosorum conditio post mortem in N. T. dicitur ὁ θάνατος ὁ δεύτερος. Apoc. II, 11. XX, 6. 14. XXI, 8. Conf. etiam Gen. II, 17. Exod. X, 17. *Targum Hieros.* in Deut. XXXIII, 6. vivat Ruben in hoc sæculo nec moriatur morte secunda, qua moriuntur impii in mundo futuro. *Targum* in Ps. XLIX, 11. quoniam videbit sapientes improbos, qui moriuntur morte secunda et adjudicantur Gehennæ. Vide *Wetstenium* ad Apoc. II, 11.

6. *causa et auctor infelicitatis et miseriæ*, per metonymiam. Rom. VII, 13. τὸ οὖν ἀγαθὸν ἐμοὶ γέγονε θάνατος lex Mosaica, egregia illa, præclara et salutifera, causa facta est miseriæ meæ, i. q. in sequentibus γέγονε κατεργαζόμενον θάνατον. ib. VIII, 6. τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς θάνατος, sc. ἐστί, seu θάνατον κατεργάζεται.

7. interdum omittitur, v. c. Joh. XVIII, 31. κατὰ τὸν νόμον κρίνατε αὐτὸν, sc. θανάτου, ut plene legitur apud *Ælian. V. H.* XIII, 42. nam κρίνειν h. l. de capitali judicio intelligendum esse, patet ex Judæorum responsione: ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα.

ΘΑΝΑΤΌΩ, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *aliquem vita privo et interficio*, etiam *capitis damno, morti adjudico et trado*, (*Plutarch. Themist.* p. 124. B. *Polybius* Leg. 46.) a θάνατος. Matth. X, 21. θανατώσουσιν αὐτούς pro παραδώσουσιν αὐτοὺς εἰς θάνατον curabunt eos morte mulctandos, seu: sua opera (nempe testimoniis perhibendis) efficient, ut morti addicantur. ib. XXVI, 59. XXVII, 1. Marc. XIII, 12. XIV, 55. Luc. XXI, 16. καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν et quosdam e vobis occident. 1 Petr. III, 18. θανατωθεὶς ——ζωοποιηθείς. *Xenoph. Anab.* II, 6. 2. *Suidas*: ἐθανατώθη· ὡς ἔνοχος θανάτου ἐκρίθη.

2. metaphorice: *graviter affligo, omnis generis malis excrucio, in mortis periculum induco.* Θανατόομαι, οῦμαι, *in mortis periculo versor, prosternor malis et calamitatibus succumbo.* Rom. VIII, 36. ἕνεκα σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν propter te in perpetuo mortis periculo versamur, coll. Ps. XLIV, 22. 2 Cor. VI, 9. ὡς παιδευόμενοι καὶ μὴ θανατούμενοι quanquam premimur malis et calamitatibus, non tamen iis succumbimus. Similis locus est Ps. CXVIII, 17.

3. *cohibeo, vi agendi privo, ita infirmo, ut nihil valeat atque noceat.* Rom. VIII, 13. εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε quodsi per religionem Christianam vim vitiositatis represseritis. Simili modo in *Sententiis Arabicis* ad calcem *Gramm. Arab. Erpenii* ed. *Schultensii* p. 283. n. 28. legitur: العبادة تعبتا الشهوة religio occidit concupiscentiam.

4. *ex alicujus potestate libero, in libertatem assero et vindico.* Rom. VII, 4. καὶ ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ soluti et liberi estis ab obligatione le-

gis Mosaicæ. Vide infra sub νεκρὸς et νεκρόω dicta.

ΘΑ'ΠΤΩ, fut. άψω, aor. 2. pass. ἐτάφην, *sepelio, humo, sepulcro infero,* et, ut Latinum *sepelio,* latissime patet, et notat *omnes modos, quibus corpus mortui tollitur et transfertur ex oculis et conspectu viventium in locum, ubi putrescat et consumatur,* ut recte observavit *Cuperus* Observatt. I, 7. p. 44. seq. et *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* T. I. p. 223. Sic v. c. apud *Ælianum H. A.* X, 22. πυρὶ θάπτειν, et *V. H.* IV, 1. ἐν βύρσαις θάπτειν νεκροὺς occurrit. Interdum etiam ex usu versionis Alexandrinæ significat: *aromatibus corpus defuncti condire,* et omnino *corpus ad sepulturam componere,* ut sit idem, quod ἐνταφιάζειν. Conf. Genes. L, 26. ubi in vers. Alex. pro Hebr. וַיַּחֲנְטוּ אֹתוֹ et aromatibus condiverunt eum, legitur καὶ ἔθαψαν αὐτόν. Matth. VIII, 21. καὶ θάψαι τὸν πατέρα μου et necessaria ad funus patris mei procurare. Eodem sensu v. 22. et XIV, 12. Luc. IX, 59. 60. XVI, 22. καὶ ἐτάφη et sepeliebatur magnifice, seu, et apparatissimo efferebatur funere. Conf. *Zornii* Bibl. Exeget. I, p. 23. Act. II, 29. V, 6. 9. 10. 1 Cor. XV, 4. Sæpius non legitur in N. T.

ΘΑ'ΡΑ, ὁ, *Thara.* Nomen viri ἄκλιτον, Hebraice תֶּרַח, forte a Syriaco ܬܪܚ *exspectavit.* Fuit filius Nachoris et pater Abrahami. Commemoratur semel in N. T. Luc. III, 34.

ΘΑΡ'Ρ'Ε'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *confido, fiduciam habeo, confidenter ago, bono sum animo,* a θάῤῥος *confidentia, audacia.* 2 Cor. V, 6. θαῤῥοῦντες οὖν πάντοτε semper igitur bono animo sumus. ib. v. 8. Hebr. XIII, 6. ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν adeo, ut nos confidente animo dicamus. Prov. I, 21. θαῤῥοῦσα λέγει.. *Xenoph. Hist. Gr.* II, 4. 6.

2. *confidere possum, confido alicui, fido.* Zutrauen haben *to have confidence.* 2 Cor. VII, 16. χαίρω ὅτι ἐν παντὶ θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν, coll. v. 15. Apud Græcos, v. c. *Xenophontem* (*Cyrop.* V, 5. 13.) in hac significatione cum accusativo construitur.

3. θαῤῥῶ εἴς τινα *nimia animi fiducia utor, superbio,* et ex adjuncto: *insolenter me gero erga aliquem, aliquem aspere et duriter tracto.* 2 Cor. X, 1. ἀπὼν δὲ θαῤῥῶ εἰς ὑμᾶς absens vero me insolentius erga vos gero, ut scilicet adversarii mei criminantur. *Chrysost.* φυσῶμαι, κομπάζω, κατεξανίσταμαι ὑμῶν. 2 Cor. X, 2. τὸ μὴ παρὼν θαῤῥῆσαι ne præsens severitate uti cogar. *Phavor.* θαῤῥῶ· ἐλπίζω, προσδοκῶ, πιστεύω, πέποιθα, ἢ ἀντὶ τοῦ θάῤῥος ἔχω—καὶ ἀντὶ τοῦ θαῤῥαλέως ποιῶ.—λέγεται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ τολμῶ, κ. τ. λ. Cf. etiam *Duker.* ad *Thucyd.* V. c. 3. et interpp. ad *Thom. M.* p. 434. qui male formam θαῤῥεῖν et θάῤῥος Atticis propriam, sed θαρσεῖν et θάρσος iisdem inusitatam fuisse observavit.

ΘΑΡΣΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *confido, fiduciam habeo, bono sum animo, me colligo, animum sumo,* a θάρσος *fiducia.* Legitur in N. T. tantum in imperativo θάρσει, pro quo et θάῤῥει scribitur (*Ælian. V. H.* XII, 1.) *ne formida, bono sis animo,* Hebr. אַל תִּירָא vel אַל־תִּירְאִי Genes. XXXV, 17. Exod. XX, 20. Joël. II, 22. Matth. IX, 2. 22. XIV, 27. Marc. VI, 50. X, 49. Luc. VIII, 48. Joh. XVI, 33. Act. XXIII, 11. Sæpius non legitur in N. T. Ipsa vox θαρσέω pro בָּטַח legitur in vers. Alex. Prov. XXXI, 11. *Thucyd.* III, 25. ἐθάρσουν. Schol. ἐλάμβανον θάῤῥος. Vide *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΘΑ'ΡΣΟΣ, εος, τὸ, *fiducia,* et ita differt a θράσος, quo *audacia* et *temeritas* significatur. *Ammonius:* θράσος μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἄλογος ὁρμὴ, θάρσος δὲ ἔλλογος ὁρμὴ, ad quem locum *Ammon.* demonstravit, innumeris in locis has voces confusas esse in libris veterum auctorum. Conf. etiam *Abresch.* ad *Æschylum* Lib. III, p. 175. In N. T. semel tantum legitur Act. XXVIII, 15. ἔλαβε θάρσος animum cepit. Job. XVII, 9. καθαρὸς δὲ χεῖρας ἀναλάβοι θάρσος. 1 Macc. IV, 35.

Xenoph. Hieron. X, 5. *Hesych.* Θάρσος· ἀνδρεία, δυναστεία. *Lex. Cyrilli MS.* Θάρσος· τὸ εὔλογον παράστημα τῆς ψυχῆς, Θράσος δὲ τοὐναντίον. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 6. 15. p. 211.

ΘΑΥ̃ΜΑ, τος, τὸ, non solum *miraculum, rem miram* (*Xenoph. Anab.* VI, 3. 14.) significat, sed etiam *ipsam admirationem et mirationem.* Sic semel legitur in N. T. Apoc. XVII, 6. καὶ ἐθαύμασα Θαῦμα μέγα et miratus sum mirationem magnam, h. e. vehementer miratus sum, ex Hebraismo, de quo multis exposuit *Vorstius* in Philol. Sacr. c. 35. Conf. Alex. Job. XVII. 8. Θαῦμα ἔσχεν, Hebr. יִשֹּׁם־זֹאת ibid. XVIII, 20. *Xenoph. Ages.* II, 27. et V, 4. *Thucyd.* VIII, 14. καὶ οἱ μὲν πολλοὶ ἐν Θαύματι ἦσαν καὶ ἐκπλήξει. *Hesych.* Θαῦμα· ἔκπληξις, ξένισμα. Idem: Θαύματα, ἃ οἱ Θαυματοποιοὶ ἐπιδείκνυνται. Vide *Ruhnkenium* ad *Timæi Lex. Platon.* s. h. v. et *Casaub.* ad *Athenæum* p. 22.

ΘΑΥΜΆΖΩ, fut. άσω, p. τεθαύμακα, 1. *admiror*, Luc. IV, 22. ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος admirabantur gratiam sermonis ejus. Matth. XXII, 22. ἀκούσαντες ἐθαύμασαν etc. *Xenoph.* de Rep. Laced. I, 2.

2. *miror, non intelligo modum et naturam rei, admiror rem ignotam, insolitam et inopinatam.* Sic v. c. de miraculis Christi usurpatur, quibus turba adstupebat. Matth. VIII, 27. IX, 8. 33. XV, 31. XXI, 20. Marc. VI, 51. Luc. VIII, 25. XI, 14. de præpropera morte Christi, Matth. XXVII, 14. Marc. XV, 44. et de miraculis per apostolos editis. Act. III, 12. *Xenoph.* de Rep. Laced. I, 1.

3. *laudo, celebro.* (*Ammonius* et *Suid.* Θαυμάζω· αἰτιατικῇ δὲ τὸ ἐπαινῶ.) Θαυμάζομαι *laudibus celebror, efficio, ut ab aliis lauder, laudem et gloriam mihi paro.* Matth. VIII, 10. ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐθαύμασε Jesus hæc audiens laudabat fidem centurionis his verbis, ad circumstantes directis. 2 Thess. I, 10. Θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύσασιν ut celebretur ab omnibus veris Christianis, quorum felicitatis auctor erit; ubi cum ἐνδοξασθῆναι permutatur.

4. per metonymiam: *colo, veneror, revereor, honore afficio;* (Sirac. VII, 29. Θαύμαζε τοὺς ἱερεῖς, coll. v. 31. δόξασον ἱερέα. *Xenoph. Cyrop.* V, 2. 5.) et in partem deteriorem: *nimium suspicio, colo et veneror.* Obtinet hæc notio in formula: Θαυμάζειν πρόσωπον, *personam acceptare, personarum respectum habere,* quæ de *iis* usurpatur, *qui, quis aliquid dicat et faciat, non vero quid sit, quod aliquis dicat aut faciat, vident, et omnia gratiæ et ambitioni dant, omnia externa specie metiuntur,* i. q. πρόσωπον λαμβάνειν. Jud. v. 16. Θαυμάζοντες πρόσωπα ὠφελείας χάριν lucri causa personarum respectum habentes. Eodem sensu hæc formula legitur Deut. X, 17. 2 Paral. XIX, 7. Job. XXXII, 22. XXXIV, 19. Conf. *Elsner.* Obss. Sacr. T. II. p. 430. seq. *Valckenar.* ad *Eurip. Hippolyt.* 105. *Abresch.* Auct. Dilucidd. Thucyd. p. 306. et *Palairet.* Obss. Philol. p. 519. Hinc Θαυμαστὸς *venerabilis, suscipiendus, colendus.* Sirac. XXII, 23. 3 Esdr. IV, 29.

5. *indignor, ægre fero aliquid.* Marc. VI, 6. καὶ ἐθαύμαζε διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν et ægre ferebat incredulitatem eorum. Joh. V, 28. μὴ Θαυμάζετε τοῦτο nolite ægre ferre hoc a me dictum. ib. VII, 21. ἓν ἔργον ἐποίησα, καὶ πάντες Θαυμάζετε διὰ τοῦτο unum miraculum a me Sabbato patratum est, quod omnes indignamini, coll. v. 23. ubi pro Θαυμάζειν ponitur χολᾶν. Gal. I, 6. Conf. *Abresch.* Dilucidd. Thucyd. p. 306. Apud Latinos *admirari* quandoque adhibetur pro *obstupere cum quadam invidia ad alicujus felicitatem.* Vide *Burmann.* ad *Propert.* p. 338.—Verbum Θαυμάζειν vel simpliciter ponitur, v. c. Matth. VIII, 10. IX, 8. vel jungitur cum accusativo, Luc. VII, 9. Act. VII, 31. *Ælian.* V. H. II, c. 14. καὶ ἐθαύμαζε τὸ δένδρον. vel cum ἐπί, Marc.

XII, 17. Luc. IV, 22. Eccles. V, 7. Job. XLI, 1. Ies. XIV, 6. *Polyb.* Exc. Legat. 28. Θαυμάζων ἐπὶ τῷ μηδένα ἀπαντᾶσθαι. vel cum περὶ et genitivo, Luc. II, 18. et accusativo, Luc. VII, 9. Act. VII, 31. vel cum διὰ et accusativo, Apoc. XVII, 7. διατί ἐθαύμασας. Marc. VI, 6. *Ælian. V. H.* XII, 6. XIV, 36. vel cum ὅτι, Joh. III, 7. IV, 27. vel cum εἰ, Marc. XV, 44.

ΘΑΥΜΑ'ΣΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *mirandus, mirabilis, admirabilis, admiratione dignus*, i. q. Θαυμαστὸς, quo ipso vocabulo ab *Hesychio* et *Mœride* (Θαυμάσιον Ἀττικῶς, Θαυμαστὸν Ἑλληνικῶς) explicatur, a Θαυμάζω *admiror*. Neutrum τὸ Θαυμάσιον substantive sumitur, et *omne factum illustre et insigne*, et speciatim *miraculum* notat. Sic semel legitur in N. T. Matth. XXI, 15. de miraculis a Christo editis, et spectatores in summam rapientibus admirationem, ἰδόντες τὰ Θαυμάσια, ἃ ἐποίησε. Ps. LXXVII, 15. ὁ ποιῶν Θαυμάσια, Hebr. עֹשֵׂה פֶלֶא, Ps. CVII, 24. καὶ τὰ Θαυμάσια αὐτοῦ ἐν τῷ βυθῷ, Hebr. נִפְלְאֹתָיו בַּמְּצוּלָה. Sirac. XLIII, 25. τὰ παράδοξα καὶ Θαυμάσια ἔργα. ibid. XLVIII, 14. ubi τὰ Θαυμάσια ἔργα cum voce τέρατα permutantur; e quibus locis simul apparet, vocem ἔργα supplendam esse, cum Θαυμάσια simpliciter positum reperiamus. Cf. *Æschin. Socr.* Dial. I, 4. *Xenoph. Anab.* II, 3. 9.

ΘΑΥΜΑΣΤΟ'Σ, ἡ, ὸν, *admiratione dignus, mirabilis, admirabilis, admirationem excitans*, i. q. Θαυμάσιος, et ex adjuncto: *novus, inopinatus, insolitus*, a Θαυμάζω. Matth. XXI, 42. καὶ ἐστὶ Θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν et mirum est in oculis nostris; ubi fœminimum Θαυμαστὴ positum est pro neutro Θαυμαστὸν ex usu loquendi non solum Hebræorum, qui neutro genere carent, sed etiam Græcorum. Sic v. c. *Homerus Odyss.* XXII, 411. οὐχ ὁσίη dixit pro οὐχ ὅσιον. Conf. *Vorstii* Philol. Sacr. cap. XI, p. 282. ed. *Fischeri*. Marc. XII, 11. Joh. IX, 30. Θαυμαστὸν ἐστι mirum hoc est; nostrum: das ist doch sonderbar *that is indeed wonderful*. 2 Cor. XI, 14. καὶ οὐ Θαυμαστὸν neque hoc mirum, seu nihil novi et inusitati est. (*Thucyd.* I, 76. *Aristoph. Plut.* 99. *Liban. Ep.* 121.) 1 Petr. II, 9. Θαυμαστὸν φῶς summa et præstantissima felicitas. Apoc. XV, 1. μέγα καὶ Θαυμαστόν. ib. v. 3.

ΘΕΑ', ᾶς, ἡ, *Dea*, a Θεὸς *Deus*. Differt accentu Θεὰ a Θέα *spectaculum*, quod est a Θεάομαι *specto*. In N. T. dicitur de Diana tantum. Act. XIX, 27. 35. 37. ubi loco τὴν Θεὰν haud pauci codices τὴν Θεὸν habent, probante *Millio* et *Wetstenio*. Haud raro autem Θεὸς de *dea* adhibitum legitur apud Græcos, v. c. *Homer. Il.* α'. 515. *Ælian.* V. H. I, 15. XII, 11. Vide *Eustathium* in Il. σ'. p. 573. 35. Sic et apud *Ciceronem* de *Invent.* II, 31. Diana Deus dicitur. Conf. Id. *Tusc.* I, 47. Virg. *Æneid.* II, 632. VII, 498. *Eurip.* Phœn. v. 701. et 705.

ΘΕΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. άσομαι, 1. *fixis ac intentis oculis aspicio et intueor ad rem aliquam considerandam et dijudicandam, cum voluptate video, cum admiratione aspicio*. Verbum olim proprium de ludis publicis, ad quos spectandos confluebat multitudo. Conf. *Lucian.* in Nigrin. T. I, p. 28. ed. *Græv.* Matth. XI, 7. τί ἐξήλθετε Θεάσασθαι; ad quodnam spectaculum convenistis? ibid. VI, 1. πρὸς τὸ Θεαθῆναι αὐτοῖς ostentationis causa. ibid. XXII, 11. XXIII, 5. Joh. I, 14. IV, 35. 1 Joh. I, 1. IV, 14. *Xenoph.* Œcon. XX, 18. Memor. II, 1. 22.

2. *video* simpliciter, vel *cerno oculis*. Marc. XVI, 11. 14. τοῖς Θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον. Luc. V, 27. Joh. VI, 5. ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ Θεασάμενος. ib. VIII, 10.

3. *inviso, colloquor*. Rom. XV, 24. ἐλπίζω διαπορευόμενος Θεάσασθαι ὑμᾶς spero enim, in transitu me vos visurum.

ΘΕΑΤΡΙ΄ΖΩ, fut. *ίσω*, 1. proprie: *expono aliquid spectaculo, in theatrum omnibus spectandum produco*, et dicitur v. c. de histrionibus, qui fabulas in theatro risui exponebant. a Θεάτρον, quod vide.

2. *palam, in conspectu plurium aliquid facio.*

3. *palam supplicia et pœnas ab aliquo sumo, publicæ ignominiæ expono*, i. q. παραδειγματίζω, quod vide infra. Sic legitur semel in N. T. Hebr. X, 33. ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι opprobriis et afflictionibus publice expositi.

ΘΕ΄ΑΤΡΟΝ, ου, τὸ, 1. proprie: *theatrum*, h. e. *locus, in quo diebus festis ludi et spectacula exhibebantur*, a θεάομαι *specto, intueor.* Jam, quia in Græcis urbibus theatris curiarum vice utebantur et in iis vel orationes habebant, vel consultabant de rebus gravioribus, et causas disceptabant, vel denique leges ferebantur, bella decernebantur et pax constituebatur, (conf. *D'Orville* ad *Charit.* III, 4. p. 374. seq. ed. Lips. *Tacit.* Hist. II, 80. *Justin.* XXII, 2. *Cic.* pro Flacco c. 7. *Joseph. A. J.* XVII, 6. 3. *B. J.* VII, 3. 3.) factum est, ut θέατρον.

2. speciatim *locum publicum* significaret, *in quo præsente populo judicium exercebatur et quo populus, maxime turbata civitate, confluebat, de rebus gravioribus disceptaturus*, interdum etiam *ipsam hominum concionem, in theatro congregatam.* Act. XIX, 29. ὥρμησαν δὲ ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ θέατρον omnes irruerunt in theatrum. ibid. v. 31. μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον ne se daret in theatrum, h. e. ne se exponeret multitudini ferocienti, coll. v. 30. βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον. *Longin.* de Sublim. s. 14. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 585. In theatris Græcorum exhibebantur etiam homines, ludibrio et ignominiæ aliorum exponendi et objiciendi, et non solum apud veteres supplicio afficiendi, majoris ignominiæ causa, in theatrum deducebantur, sed etiam homines morte plectendi in theatro cum feris depugnare (θηριομαχεῖν), oculos plebis pascendi causa, cogebantur; (Conf. *Philon.* c. Flacc. p. 329. s. 977. *Sueton.* Aug. c. 45. *Joseph.* B. J. VI, 9. 2.) hinc θέατρον, quod per metonymiam, plane ut nostrum: Schauspiel *a play*, haud raro *omne spectaculum, id quod aliis spectandum vel etiam irridendum exhibetur*, significat, (*Diog. Laërt.* VII, 1. *Æschin. Socr.* Dial. III, 20. ubi fabulæ, quæ aguntur in theatris, θέατρα ποιητῶν vocantur) in N. T. speciatim

3. metaphorice dicitur *ipse homo, qui ignominioso supplicio afficitur et omnium ludibrio, tanquam in theatro aliquo, exponitur*, ὁ θεατριζόμενος. Hoc sensu accipiendum in verbis Pauli 1 Cor. IV, 9. ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, h. e. summam ignominiam, gravissima supplicia perpessi sumus, seu publicæ contumeliæ exponimur. Conf. *Krebs.* ad Decreta Rom. pro Judæis p. 421. seq. Ej. Obss. Flav. p. 237. et 289. *Hesych.* θέατρον· θέαμα ἢ σύναγμα.

ΘΕΙ῀ΟΝ, ου, τὸ, 1. proprie: *fulmen, κεραύνιον πῦρ*, quasi *divinus ignis*, a Θεὸς *Deus.* Apud veteres loca, a fulmine tacta, θεῖα vocabantur et hominum usibus exemta erant. Luc. XVII, 29. ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ. Apoc. IX, 17. 18. Jam, quia fulmen odorem ac vim sulfuream habet, et sulfur apud veteres ad religiosas lustrationes adhibebatur, teste *Plinio* H. N. XXX, c. 14. *Alex. ab Alex.* D. 5. c. 27. inde θεῖον

2. notionem *sulfuris* accepisse videtur, quæ reperitur Apoc. XIV, 10. XIX, 20. XX, 10. XXI, 8. *Ælian.* V. H. XIII, 16. θείου ὄζει sulfureum spirat odorem. Alex. pro Hebr. גָּפְרִית Genes. XIX, 24. Psalm. XI, 6. Ies. XXX, 33. XXXIV, 9. *Hesych.* θεῖον· θεάφιον. Conf. etiam *Phavorin.* sub θέειον et θεῖον.

ΘΕΙ῀ΟΣ, θεία, θεῖον, *divinus, ad Deum pertinens, a Deo originem suam repetens, excellens, præstans, insignis,*

a Θεὸς *Deus*. 2 Petr. I, 3. τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ divinæ potentiæ ejus. ibid. v. 4. τῆς θείας κοινωνοὶ φύσεως divinæ participes naturæ. Hinc τὸ θεῖον substantive *divinitas, numen divinum*. Act. XVII, 29. τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον numen divinum effingi posse. Ita θεῖον de ipso Deo usurpatum legitur apud Auctorem *Philopatridis* c. 29. *Lucian. de sacrif.* c. 1. *pro imaginib.* c. 13. 17. et 28. Vide *Raphelii Annotatt. Herodot.* ad h. l. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 571. Sæpius non legitur in N. T. Cf. *Fischeri* Index in *Æschin. Socr.* s. h. v. *Hesych.* Θεῖον· τὸ ἐκ θεοῦ ἀφιγμένον. *Suid.* Θαυμαστόν.

ΘΕΙΟ΄ΤΗΣ, τητος, ἡ, *deitas, divinitas, divina majestas*, i. q. θειότης, ab eodem them. Semel legitur in N. T. Rom. I, 20. ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. Sapient. XVIII, 9.

ΘΕΙΩ΄ΔΗΣ, εος, ὁ, ἡ, ες, τὸ, *sulfureus*, a θεῖον, τὸ, *sulfur*. Legitur semel in N. T. Apoc. IX, 17.

ΘΕ΄ΛΗΜΑ, τος, τὸ, 1. ut Latinum *voluntas*, non tam *facultatem naturæ intelligentis appetendi aut aversandi aliquid* significat, quam per metonymiam *ipsum voluntatis actum, desiderium, decretum, propositum*, et speciatim *animi inductionem benevolam*, i. q. εὐδοκία· e θέλω *volo*. Ephes. I, 11. κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ ex decreto voluntatis suæ beniguæ. ibid. v. 5. et 9. Galat. I, 4. Hebr. X, 10. ubi θέλημα Θεοῦ κατ' ἐξοχὴν æternum Dei consilium et decretum de restitutione generis humani per Christum significat. 1 Cor. I, 1. 2 Cor. I, 1. διὰ θελήματος Θεοῦ quæ fuit divina benignitas. 1 Cor. XVI, 12. de proposito hominis dicitur.

2. *objectum voluntatis, illud ipsum, quod quis vult et postulat*. Act. XIII, 22. ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου qui omnia mandata mea exsequetur. Hebr. X, 10. ubi θέλημα obedientiam Christi notat, quam Deus postulabat. 2 Paral. IX, 12. ἔδωκε τῇ βασιλίσσῃ τὰ θελήματα, ἃ ἤτησεν. In hac vero significatione θέλημα speciatim de *Deo* usurpatur, *vel* respectu ad *filium J. C.* ut *omne munus et officium, Christo his in terris a Deo demandatum*, significet, adeoque idem sit, quod ἔργον Θεοῦ, cum qua formula permutatur Joh. IV, 34. V, 30. Matth. XXVI, 42. Luc. XXII, 42. *vel* relate ad *homines*, ita, ut *omnia præcepta et officia, hominibus a Deo præscripta*, complectatur. Matth. VII, 21. ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου qui præcepta divina exprimit vita factisque. ibid. XII, 50. coll. Luc. VIII, 21. Ephes. VI. 6. 1 Thess. IV, 3, V, 18. Act. XXII, 14. Hebr. X. 36. 1 Joh. II, 17. Rom. XII, 12.

3. malo sensu: *libido, desiderium cupiditatum pravarum*. Luc. XXIII, 25. τὸν δὲ Ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν Jesum vero eorum libidini tradidit. Ephes. II, 3. θελήματα τῆς σαρκὸς dicitur.

4. *permissio*. Rom. I, 10. ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ Deo permittente. ib. XV, 32.

5. *instinctus naturalis ad procreandam sobolem*. Joh. I, 13. θέλημα σαρκὸς et θέλημα ἀνδρὸς vocatur.

ΘΕ΄ΛΗΣΙΣ, εως, ἡ, *voluntas, benigna voluntas*, i. q. θέλημα, (ab eodem). Legitur semel in N. T. Hebr. II, 4. κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν a Deo pro benignitate sua nobis concessa. Sap. XVI, 25. *Pollux* V, 165. βούλησις· ἐπιθυμία, ὄρεξις, ἔρως. ἡ δὲ θέλησις ἰδιωτικόν.

ΘΕ΄ΛΩ, fut. θελήσω, 1. *volo, decerno*, et generatim *omnem propensionem voluntatis in aliquid* significat. Ita *hominibus* tribuitur, Matth. I, 19. V, 40. XXVII, 34. 2 Cor. VIII, 10. qui non modo superiore anno consilium cepistis. ibid. v. 11. — et *Deo*, 1 Tim. II, 4. Rom. IX, 22. De *prava libidine* legitur Matth. XVII, 12. pro lubitu male eum tractarunt. Interdum deficit ἵνα post θέλω, v. c. Matth. XX, 32. τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν pro ἵνα ποιήσω ὑμῖν: quid vultis, ut vobis faciam? ib. XXVI, 17. XXVII, 17. additur vero Matth. VII. 12. Marc. IX, 30. X, 35. Luc. VI, 31.

Joh. XVII, 24. Infinitivus τὸ θέλειν substantive sumitur Phil. II, 13. ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν τὸ θέλειν Deus excitat in vobis voluntatem emendandi vitam per religionem Christianam. Conf. *El. Palairet.* Obss. Philol. p. 364.

2. sequente ἤ significat *malle*, ita, ut subintelligatur τὸ μᾶλλον. 1 Cor. XIV, 19. ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους - - - ἤ μυρίους λόγους. Similis locus est apud *Homer.* Iliad. α'. v. 117. βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι (μᾶλλον) ἢ ἀπολέσθαι.

3. *delector aliqua re, gratum et acceptum habeo.* Matth. IX, 13. XII, 7. ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν pietate magis, quam sacrificiis delector. ibid. XXVII, 43. εἰ θέλει αὐτὸν si bene illi cupit. *Syrus:* ܗܘ ܒܥܐ ܠ *si delectatur illo.* Marc. XII, 38. Hebr. X, 5. θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας victimis et sacrificiis non delectaris, coll. Ps. XL, 6. et 8. ubi Hebr. חָפַץ legitur. Hebr. X. 8. θέλειν cum voce εὐδοκεῖν permutatur. Hinc frequenter in versione Alex. θέλειν Hebraico חָפַץ respondet, v. c. Psalm. XVIII, 19. 2 Sam. XV, 26. 1 Chron. XXVIII, 4. Ps. CXLVII, 10.

4. per synecdochen: *cupio, desidero, opto.* Matth. XII, 38. θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν cupimus a te aliquod prodigium edi. ibid. XIX, 17. 21. Joh. XII, 21. XV, 7. ὃ ἐὰν θέλητε, αἰτήσεσθε. 1 Cor. VII, 7. θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν optarem quidem omnes homines cœlibes manere. ib. XIV, 5. Luc. XXIII, 8. 2 Cor. XI, 12. θέλων ζωὴν optans, seu concupiscens vitam, coll. Ps. XXXIV, 12. XL, 14. οἱ θέλοντές μοι κακά. ibid. LXVIII, 30. τὰ ἔθνη τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα. Malach. III, 1. ὁ ἄγγελος διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε.

5. *peto, rogo, precor, voluntatem verbis declaro.* Matth. XV, 28. γενηθήτω σοι ὡς θέλεις, pro ἠθέλησας, eveniat tibi, quod petiisti, coll. v. 25. ib. XX, 21. coll. v. 20. XXVII, 15. Marc. VI, 25. X, 35. θέλομεν ἵνα ὃ ἐὰν αἰτήσωμεν, ποιήσῃς ἡμῖν. Joh. XVII, 24. πάτερ, θέλω precor jam, pater.

6. *studeo, operam do, studiosus sum, conor.* Matth. XVI, 25. ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι. ibid. XXIII, 37. Marc. VIII, 35. X, 43. 44. Luc. IX, 24. XXIII, 20. Hinc θεληταὶ νόμου 1 Macc. IV, 42. *studiosi legis Mosaicæ* dicuntur. Conf. *Markland.* ad *Lysiam* p. 579.

7. *affecto studium alicujus rei*, et ex adjuncto: *jacto me.* Coloss. II, 18. θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων affectans humilitatem et pietatem insignem. 1 Tim. I, 7. θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι jactant se legis doctores. Cf. supra ad vocem ἐθελοθρησκεία a me dicta, et *Tittmann.* de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 120. seq.

8. *lubenter et cupide aliquid facio.* Joh. VI, 21. ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον, h. e. cupide (ἐθελήμως) eum receperunt in navem, coll. Matth. XIV, 32. Marc. VI, 51. ut recte explicavit *Glassius* in Philol. Sacr. p. 276. ed. *Dathii.* Hinc θέλων est i. q. ἑκὼν *voluntarius, qui lubenter et cupide aliquid facit;* et adverbialiter: *ultro, sponte. Æschyl.* Choëph. v. 791. θέλων ἀμείψει lubens retribuet. Vide *Abresch.* in *Æschyl.* II, 14. p. 334. *Lysias* Orat. XVIII, c. 2. τοὺς ἐλέγχους ἤδη θέλοντες ἀποδέχεσθε. *Hesiod.* Opp. et Dies v. 355. 2 Petr. III, 5. λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας fugit hoc ipsos volentes, seu, volentes nesciunt. (Alii etiam non incommode reddunt: *fugit eos, qui sic statuunt.*) Eodem modo τὸ *volens* usurpavit *Horat.* III, Od. 30. v. 14.

9. *jubeo*, si de hero aut domino dicatur; etiam *permitto, veniam do, consentio.* Matth. XIII, 28. θέλεις οὖν; permittisne igitur? Act. IX, 6. Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; Domine, quid me facere jubes? Matth. XVII, 4. εἰ θέλεις si tibi ita placet. 1 Cor. IV, 19. Jacob. IV, 15.

10. *audeo.* Luc. XVIII, 13. οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν

ἐπᾶραι ne oculos quidem attollere audebat. *Xenoph. Anab.* III, 2. 10.

11. *possum*, i. q. δύναμαι. Matth. II, 18. καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι nec consolationem ullam admisit. Joh. VII, 1. οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν nec poterat in Judæa degere; ubi *Chrysost.* et *Cyrillus* habent: οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν. *Aristoph.* Aves v. 582. οὐκ ἐθελήσει μὰ Δί non poterit per Jovem; ubi *Schol.* οὐκ ἐθελήσει· ἀντὶ τοῦ οὐ δυνήσεται. *Hesych.* Θέλειν· δύνασθαι.

12. etiam *rebus inanimatis* tribuitur et tunc vel est idem, quod μέλλω, et futurum tempus indicat, vel notionem *fortuiti* includit. Act. II, 12. τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; quem exitum hæc omnia habebunt? Alii reddunt: *istud tandem quid est?* seu, *quid hoc rei est?* ut nempe Θέλειν h. l. æque ac βούλεσθαι apud Græcos plane abundet. Conf. *Ælian. V. H.* III, 20. et *Reiske* Animadvv. ad Auctores Gr. Vol. IV. p. 694. Joh. III, 8. τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει, πνεῖ, ventus, qua fors fert, flat.

13. Θέλω sæpissime otiosum est, neque orationi quicquam addit. Sic legitur in N. T. Matth. XXII, 3. καὶ οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν. ib. XXIII, 4. Joh. V, 35. ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι. Conf. supra sub ἀγαλλιάομαι. ibid. VII, 17. 2 Tim. III, 12. *Eurip.* Orest. v. 921. qui censuit Orestem, filium Agamemnonis, coronandum, ὃς ἠθέλησε τιμωρεῖν πατρί, quod ultus sit patrem. *Aristotel. Polit.* V, 10. βούλεται δ' ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ, h. e. ἐστὶ φύλαξ. Etiam apud Latinos *velle*, aliis verbis præmissum, abundat. *Ovid.* Heroid. Ep. XXI, v. 139. " si tibi conjugium *volui* promittere nostrum," pro: si tibi promisi conjugium. Cf. *Gataker.* ad *M. Antonin.* X, 8. p. 356. et *Palairet.* Obss. Philol. p. 85. et 273.

14. interdum reticetur et subintelligi debet, ut oratio fiat clarior et intellectu facilior. Matth. V, 34. μὴ ὀμόσαι ὅλως, sc. θέλετε, ne jurare omnino velitis. Sic *Sophocl.* Ajax Flag. v. 1068. *Schol.* μὴ συγκομίζειν· μὴ θέλε συγκομίζειν. Act. XXIII, 24. Conf. *Eustath.* ad *Hom.* Iliad. α'. 322.

ΘΕΜΕ΄ΛΙΟΣ, ου, ὁ, et ΘΕΜΕ΄ΛΙΟΝ, ου, τὸ, (conf. *Wetstenii N. T.* T. II, p. 110.)

1. proprie: *basis, fundamentum*, seu *ima ædificii pars, cui tota ejus superstructa est moles*, a prima sing. perf. pass. τέθειμαι *positus sum*, verbi τίθημι *pono*. Luc. VI, 48. 49. XIV, 29. Act. XVI, 26. ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου ita, ut concuteretur fundamentum carceris. In versione Alex. respondet Hebraico מוֹסְדוֹת Deut. XXXII, 22. Prov. VIII, 29. מַסָּד, 1 Regg. VII, 9. et יְסוֹד, Thren. IV, 11. Ezech. XIII, 14. XXX, 4. *Xenoph. Hist. Gr.* V, 2. 5. Apud Græcos Scriptores haud raro adjective sumitur, v. c. in formulis θεμέλιος λίθος, θεμέλιον στρῶμα. *Pollux* Onom. VII, c. 27. οἱ κατώρυχες δὲ λίθοι, οὓς Ὅμηρος κατωρυχίας λέγει, οἱ τοῖς θεμελίοις ἐντιθέμενοι· καὶ θεμελίους δὲ λίθους αὐτοὺς ὠνόμαζον. Hinc explicari commode possunt loca Apoc. XXI, 14. 19.

2. metaphorice: *firmitas, stabilitas, soliditas*. Hebr. XI, 10. τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν sedem fixam, urbem stabilem et firmam, h. e. cœlum.

3. *divitiæ certæ, perennes, nec fluxæ*, nam θεμέλιον *omne* notat, *quod certum est nec facile perit*. 1 Tim. VI, 19. ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον colligentes sibi thesaurum magnum in futuros usus. Eodem sensu usurpatur vox θέμα Tob. IV, 9. ubi de eleemosynis sermo est: θέμα γὰρ ἀγαθὸν θησαυρίζεις σεαυτῷ εἰς ἡμέραν ἀνάγκης. Conf. *L. Bos.* Exercitt. Ling. Gr. p. 229. et *Wakefield Silvam Critic.* P. I. p. 20. *S. Petitus* in Var. Lectt. c. 15. θεμέλιον de *pignore, quod apud alium deponatur*, accipit.

4. *ipsum ædificium et habitaculum, quod fundamento innititur et superstruitur*. Sirac. I, 15. III, 11. ad imitationem hebr. יְסוֹדָה Ps. LXXXVII, 1. Hinc metaphorice θεμέλιος τοῦ Θεοῦ *religio Christiana* dicitur, *quæ est a*

Deo certissimis argumentis comprobata. 2 Tim. II, 19. ὁ μέν τοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ θεοῦ ἕστηκεν sed tamen vera et inconcussa manet religio Christiana instar ædificii firmi et bene fundati, cui hæc est inscriptio. Olim vero ædes singulas inscriptiones habuisse, quibus ab aliis distinguerentur, demonstravit *Warnekros*, Entwurf der hebräischen Alterthümer p. 16. In versione Alex. θεμέλιον haud raro Hebraico אַרְמוֹן *palatium, arx* respondet, v. c. Jer. VI, 5. Ies. XXV, 2. Hos. VIII, 14. Amos I, 4. 7. 10. 12. 14.

5. metaphorice: *prima præcepta, initia, elementa alicujus doctrinæ*, et speciatim: *prima institutio in religione Christiana, prima ejus rudimenta.* Rom. XV, 20. ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ ne continuanda mihi sit ab aliis jam cœpta institutio in doctrina Christiana. 1 Cor. III, 10. θεμέλιον τέθεικα. ib. v. 11. θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸ κείμενον nemo potest alia elementa religionis Christianæ tradere, quam, quæ a me tradita sunt. ib. v. 12. Ephes. II, 20. Hebr. VI, 1. μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι nec iterum repetentes elementa doctrinæ Christianæ.

ΘΕΜΕΛΙΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *fundo, fundamentum jacio ac pono*, a θεμέλιος, seu θεμέλιον *fundamentum.* De fundamentis ædificiorum usurpatur Matth. VII, 25. τεθεμελίωτο ἐπὶ τὴν πέτραν fundata enim fuerat super petram; ubi τεθεμελίωτο per dialectum Ionicam est pro ἐτεθεμελίωτο, augmento abjecto. Conf. *Fischeri* Anim. ad Grammat. Gr. *Welleri* p. 185. et *Wesselingium* ad *Diod. Sic.* XVIII, p. 278. Luc. VI, 48. Respondet Hebraico יָסַד Jos. VI, 26. 1 Regg. VII, 10. etc. *Xenoph. Cyrop.* VII, 5. 6.

2. *ædifico, exstruo*, Hebr. בָּנָה Esdr. VII, 9. etiam, si *Deo* tribuitur, *creo*, sed ita, ut simul notionem *firmitatis* et *diuturnitatis* habeat adjunctam. Hebr. I, 10. σὺ κατ' ἀρχὰς τὴν γῆν ἐθεμελίωσας tu olim terram creasti, coll. Ps. CII, 25.

3. metaphorice: *firmo, stabilio, confirmo, certum vel durabile aliquid reddo.* θεμελιόομαι, οῦμαι, *stabilis et bene firmatus sum, constans sum*, imagine desumta ab ædibus, fundamento saxeo superstructis. Ephes. III, 18. ἐν ἀγάπῃ τεθεμελιωμένοι ut constantes sitis in benevolentia erga alios. Coloss. I, 23. τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι. 1 Petr. V, 10. Sæpius non legitur in N. T. *Diod. Sic.* XV, 1. ἡγεμονία τεθεμελιωμένη imperium bene fundatum et stabile, ubi videndus *Wesselingius.*

ΘΕΟΔΙ'ΔΑΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *a Deo edoctus, divinitus institutus*, ex θεὸς *Deus* et διδακτὸς, (quod proprie quidem *id* significat, *quod disci et doceri potest*, et de rebus æque ac hominibus usurpatur; deinde vero idem notat quod δεδιδαγμένος *qui doctus jam est*, ut multis docuit *Vorstius* in Phil. Sacr. c. 18. p. 409. ed. *Fischer.*) quasi διδακτὸς ἢ δεδιδαγμένος ὑπὸ θεοῦ. Eadem compositionis forma est etiam in vocabulis αὐτοδίδακτος pro ὑφ' ἑαυτοῦ διδακτὸς, *Homer.* Odyss. ί. v. 347. πατροπαράδοτος pro ὑπὸ πατρῶν παραδεδομένος, 1 Petr. I, 18. θεομίσητος et θεοδώρητος. In N. T. speciatim θεοδίδακτος *is* dicitur, *qui satis institutus est in doctrina Christiana.* 1 Thess. IV, 9. αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε jam satis religione Christiana edocti estis de officio vestro vos invicem amandi.

ΘΕΟ'ΛΟΓΟΣ, ου, ὁ, *Theologus. Theologi* nomen apud gentiles *omnibus* tribuebatur, *qui de diis eorumque natura et historia, omninoque rebus divinis*, v. c. *ritibus sacris, oraculis et similibus, docte et subtiliter dicere, disputare et scribere poterant*, v. c. *Pherecydi Syro*, (*Joseph.* contra Apion. I, c. 2.) *Homero* et *Hesiodo*, θεογονίας auctoribus, (*Herodot.* II, c. 53.) et *Epimenidi.* (*Sext. Empir.* Matth 9. c. 29. et ibi *Fabric.*) Idem fere hujus vocabuli usus fuit apud veteris ecclesiæ doctores, qui, ut *omnes rerum divinarum consultos*, v. c. *Scriptores V. et N. T.* ita κατ' ἐξοχὴν *defen-*

sores divinitatis Christi θεολόγους appellabant, ut bene docuit *Suicer.* in *Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1359. seq. Peculiariter vero a patribus θεόλογος dictus est *Johannes apostolus* et *evangelista* (qui etiam ita appellatur in inscriptione *Apocalypseos:* sed titulum istum non ab ipso Johanne, sed ab aliena manu appositum esse, jam inter omnes constat. Conf. *Wolfii* Curas Philol. T. IV. p. 369.) ob defensam divinitatem Christi, et *Gregorius Nazianzenus*, qui adversus Arianos divinitatem Christi propugnavit. *Wetstenius N. T.* T. II. p. 747. videtur eorum opinioni accedere, qui Johannem ob librum oraculorum divinorum, quem edidit, θεόλογος dictum esse statuunt. Certe laudat locum *Luciani Alex.* 19. ubi θεόλογος dicitur, qui 22. προφήτης vocatur. Adde etiam *Plutarch.* Tom. III. p. 157. ed. *Reiske.*

ΘΕΟΜΑΧΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *cum Deo pugno*, seu *Deum oppugno* gigantum more, ex Θεὸς et μάχομαι *pugno.*

2. *aliquid, divinæ voluntati adversum, molior.* Tantum legitur in N. T. Act. XXIII, 9. ubi verba, μὴ θεομαχῶμεν, si genuina sunt, ita vertenda erunt: *nostrum non est, limitare vim et virtutem divinam.* De iis qui natura invita aliquid agere volunt legitur apud *Xenoph. Œcon.* XVI, 3. Cæterum verbum θεομαχεῖν, de quo bene egit *Bucherus* in Thesauro Theol. Phil. T. II. p. 432. frequenter etiam in aliorum scriptis reperitur, v, c. *Philostrat.* IV, 15. *Arrian.* Diss. Epictet. III, c. 26. 2 Macc. VII, 19. *Eurip.* Iphig. in Aul. v. 1409.

ΘΕΟΜΑ΄ΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. proprie: *cum Deo* vel *adversus Deum pugnans, Deum oppugnans*, ex eodem. Hoc sensu, ut videtur, reperitur in *Symmachi* reliquiis Job. XXVI, 5. et Prov. XXI, 16. ubi Hebraico רְפָאִים *gigantes* ita respondet, ut appareat, *Symmachum* respexisse ad ea, quæ de gigantibus, adversus deos bella gerentibus, in fabulis memorantur.

2. *qui Deo ejusque voluntati refragatur et resistere conatur, res, a Deo institutas, impugnans.* Sic semel legitur in N. T. Act. V, 39. μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε verendum est, ne Deus vos tanquam rebelles puniat. Conf. de hac voce *Spanhemium* ad *Callim.* Hymn. in Apoll. v. 25. et *Clericum* ad *Menandrum* in Eunuch. v. 3.

ΘΕΟ΄ΠΝΕΥΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *afflatu divino actus, divino quodam spiritu afflatus*, et partim de *hominibus* usurpatur, *quorum sensus et sermones ad vim divinam referendi sunt*, v. c. *poëtis, fatidicis, prophetis, auguribus*, qui etiam θεοδίδακτοι vocantur, partim de *ipsis rebus, notionibus, sermonibus, et scriptis, a Deo suggestis et divino instinctu natis*, ex Θεὸς et πνέω *spiro*, quod, ut Latinum *afflo*, de diis speciatim usurpatur, quorum vi homines interdum ita agi existimabantur, ut notiones rerum, antea ignotarum, insolito quodam modo conciperent atque mente vehementius concitata in sermones sublimiores et elegantiores erumperent. Conf. *Cic.* pro Archia c. 14. *Virgil.* Æn. III, 358. VI, 50. In N. T. semel legitur. 2 Tim. III, 16. πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος omnis scriptura divinitus inspirata, seu, quæ est originis divinæ. coll. 2 Petr. I, 21. *Syrus*: ܟܬܒ ܒܪܘܚܐ ܐܬܟܬܒ scriptura, quæ per spiritum scripta est. Conjunxit nempe actionem scribendi cum actione inspirandi. Apud *Plutarchum* T. IX. p. 583. ed. *Reiske* θεόπνευστοι ὄνειροι sunt *somnia a diis immissa.*

ΘΕΟ΄Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *Deus unus et verus, rerum omnium, quæ existunt, creator et rector*, ita dictus ex plerorumque sententia, a θέειν *currere*, quia Deus virtute sua infinita omnia percurrit. *Alb.* Gloss. Gr. p. 60. Θεόν· ἀπὸ τοῦ θέειν καὶ περιτρέχειν καὶ μηδαμῆ ἑστάναι, ἀλλὰ τὰ πάντα πληροῦν. Alias virorum doctorum de hujus vocabuli origine sententias collegit *Wolfius* in *Theophyl.* ad *Autolycum* I. p. 18. 1

Tim. II, 5. εἷς γὰρ Θεός. Joh. IV, 24. πνεῦμα ὁ Θεός. Marc. XV, 34. ὁ Θεός μου, ὁ Θεός μου Deus mi, Deus mi. Nominativus ponitur loco vocativi ex usu loquendi Atticorum. Sic Luc. XVIII, 11. 13. Joh. XX, 28. Act. IV, 24. Hebr. X, 7. 9. coll. Ps. XVI, 1. XXII, 1. *Aristoph.* Concion. v. 128. ὁ περιστίαρχος, ubi *Bisetus*: τοῦτο δὲ Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ, ὦ περιστιάρχε, ὥσπερ καὶ ἐν ἐκκλησ. ὁ παῖς, ἀντὶ τοῦ, ὦ παῖ. Cf. *Vechneri* Hellenolexia Lib. I. P. II. cap. 13. Marc. XI, 22. ἔχετε πίστιν Θεοῦ habete fidem in Deum. Luc. III, 38. τοῦ Ἀδὰμ τοῦ Θεοῦ, sc. υἱοῦ, Adami, filii Dei, h. e. a Deo creati. ibid. VI, 12. προσευχὴ Θεοῦ preces ad Deum fusæ. ib. IX, 20. τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ Christum Dei filium. Matth. XXII, 31. τὰ τοῦ Θεοῦ quæ Dei sunt et Deo debentur. Apoc. XV, 2. κιθάρα Θεοῦ cithara, Dei laudibus dicata. — Dativus τῷ Θεῷ *in honorem, ad gloriam Dei.* Rom. VI, 10. Galat. II, 19. ζῆν τῷ Θεῷ *se suamque vitam ad voluntatem et præcepta Dei accommodare.* 2 Cor. V, 13. Θεῷ religionis Christianæ promovendæ causa. ib. IX, 11. 12. — Θεὸν τινὸς εἶναι *alicujus numen tutelare esse.* Matth. XXII, 32. ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραάμ ego sum ille Deus, quem Abrahamus coluit et propitium expertus est. Luc. I, 68. Act. XIII, 17. 2 Cor. VI, 16. ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαὸς et ego ero ipsis numen tutelare, ipsi vero populus erunt meæ tutelæ commissus. Hebr. XI, 16. Apoc. XXI, 3.

2. per metonymiam: *ipsa religio, a Deo hominibus tradita.* Act. XXII, 3. ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ acerrimus legis Mosaicæ defensor. Rom. X, 2. Hebr. III, 12. ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος ut a vera religione Christiana deficiat. Et sic in aliis locis sæpissime. Eodem modo Χριστὸς pro *religione Christiana* haud raro ponitur, ut infra docebitur.

3. *qui numinis loco habetur.* Hinc in N. T. tribuitur *diis gentilium commentitiis*, seu *idolis.* Act. VII, 40. ποίησον ἡμῖν θεοὺς finge nobis deos, h. e. *simulacra deorum.* Simili modo apud *Pindar.* Olymp. VII, 56. Θεὸς templum Apollinis et *Charit.* IV, 4. Ἀφροδίτη, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν significat. Act. VII, 43. τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥέμφαν. ib. XIV, 11. οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς dii, assumta hominum specie, descenderunt ad nos. Galat. IV, 8. Act. XXVIII, 6. ἔλεγον θεὸν αὐτὸν εἶναι habebant eum naturam augustiorem et præstantiorem humana. ibid. XVII, 18. θεοὶ ξένοι dii peregrini. In vers. Alex. ponitur pro הָאֱלִילִים Ies. XIX, 3. — Tribuitur etiam *Diabolo*, quem colunt et imitantur impii, unde etiam in aliis locis ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου vocatur, v. c. 2 Cor. IV, 4. ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου. Vide supra sub αἰών. Sic vocatur Satanas ab ipsis quoque Judæis, ut docuit *Schoettgenius* Hor. Hebr. T. I. p. 688. Catachrestice etiam *venter* Deus hominum vocatur, Phil. III, 19. quoniam, qui gulæ indulgent, et cuticulam tantum curant, de Deo raro vel plane non cogitant. Vide quæ ad h. l. scripsit *J. H. Maius* in *Obss. SS.* Lib. I. p. 34.

4. metaphorice: *qui jussu, mandato et auctoritate Dei agit et vicem Dei in his terris gerit.* Sic v. c. *magistratus et judices* sub nomine θεῶν veniunt, Joh. X, 34. 35. coll. Ps. LXXXII, 6. Exod. XXII, 28. Ps. XCVII, 9. etiam *angeli et omnino principes.* 1 Cor. VIII, 5. Exod. VII, 1. *Suid.* Θεούς· τοὺς τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντας. Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς καὶ θεοὺς οὐ κακολογήσεις, κ. τ. λ. Confer *Clerici Art. Crit.* P. II. S. I, c. 3.

5. aliis vocabulis, maxime adjectivis, additur ad exprimendum gradum superlativum rei, de qua sermo est, et summam rei alicujus præstantiam et perfectionem indicandam. Act. VII, 20. ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ erat puer admodum venustus et formosus. 2 Cor. X, 4. ὅπλα δυνατὰ Θεῷ arma potentissima et fortissima. Rom. I, 16. δύνα-

μις Θεοῦ ἐστιν vim insignem et vere divinam exserit. 1 Cor. I, 18. 1 Thess. IV, 16. σάλπιγξ Θεοῦ, quæ Matth. XXIV, 31. σάλπιγξ φωνῆς μεγάλης vocatur. Eodem modo voces יָהּ אֵל, et יְהוָה aliis vocabulis additæ, haud raro *summam rei præstantiam et perfectionem* indicant, v. c. Gen. XXIII, 6. נְשִׂיא אֱלֹהִים *summus princeps.* Ps. XXXVI, 7. הָרְרֵי־אֵל *montes altissimi.* Ps. LXXX, 10. אַרְזֵי־אֵל *cedri altissimæ.* Cant. VIII, 6. שַׁלְהֶבֶתְיָהּ *flamma ardentissima.* Ies. XXVIII, 2. חָזָק וְאַמִּיץ לַאדֹנָי *admodum robusta et valida.* Jon. III, 3. et ad h. l. *Kimchi. Eurip.* Orest. v. 1172. ῥώμην Θεοῦ τιν' ἔσχεν robur quoddam Dei, h. e. maximum, habuit. Conf. *Vorstii* Phil. Sacr. p. 388. *Fesselii Adversaria SS.* I, c. 6. et *Storrii Obss.* ad *Syntax.* et *Analog. Hebr.* p. 258. Similiter Arabes loqui, exempla a *Schultensio* in notis ad *Haririi Consess.* IV, n. 76. p. 37. allata docent.

6. interdum reticetur. Coloss. I, 19. ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε (ὁ Θεὸς) πᾶν τὸ πλήρωμα (Θεοῦ) κατοικῆσαι Deus enim pro benignitate sua voluit, ut Christus esset dominus omnis ecclesiæ, coll. II, 9.

ΘΕΟΣΈΒΕΙΑ, ας, ἡ, *Dei cultus, religio, pietas, qua Deus colitur*, a Θεοσεβής. Semel legitur in N. T. 1 Tim. II, 10. γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις Θεοσέβειαν mulieribus, quæ pietatem profitentur. In versione Alex. respondet Hebr. יִרְאַת אֱלֹהִים seu אֲדֹנָי Gen. XX, 11. Job. XXVIII, 28. Adde Baruch. V, 3. Sirac. I, 24. *Xenoph. Anab.* II, 6. 13.

ΘΕΟΣΕΒΉΣ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, ές, τὸ, *pius, verus Dei cultor* vel *cultrix, religiosus*, ex Θεὸς et σέβω *colo.* Joh. IX, 31. ἀλλ' ἐάν τις Θεοσεβὴς ᾖ sed si quis pius est. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini posuerunt pro יְרֵא אֱלֹהִים Exod. XVIII, 21. Job. I, 1. 8. II, 3. Judith. XI, 17. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 1. 9. *Memor.* I, 4. 16.

ΘΕΟΣΤΥΓΉΣ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, ές, τὸ, *Deo odiosus, invisus*, ex Θεὸς et στυγέω *odio prosequor.* Semel legitur in N. T. Rom. I, 30. ubi tamen hæc vox duplici ratione explicari potest. Si Θεοστυγεῖς cum circumflexo ad syllabam ultimam legitur, est significationis passivæ et significat *Deo exosos*, (*Vulgat. Deo odibilis. Hesych.* Θεοστυγεῖς· μισούμενοι ἀπὸ Θεοῦ. *Alberti Gloss. N. T.* p. 92. Θεοστυγεῖς· παρὰ Θεοῦ μεμισημένοι, ubi videndus *Alberti.* Sic Helena Diis invisa vocatur Θεοστυγὴς ab *Eurip. Troad.* v. 1213.) Sin Θεοστύγεις legitur, acuto in penult. significat: *qui infesto in Deum sunt animo, Dei osores, Deo inimicos*, et ita præter *Suidam* (Θεοστυγεῖς· Θεομίσητοι, οἱ ὑπὸ Θεοῦ μισούμενοι καὶ οἱ Θεὸν μισοῦντες. παρὰ δὲ τῷ ἀποστόλῳ Θεοστυγεῖς, οὐχὶ οἱ ὑπὸ Θεοῦ μισούμενοι, ἀλλ' οἱ μισοῦντες τὸν Θεόν.) *Theodoretus* et *Œcumenius* explicarunt. *Pollux Onom.* I, 21. ἄθεος· ἀσεβὴς, Θεομισὴς, ὁ δὲ Θεοστυγὴς τραγικόν. Cf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 28.

ΘΕΌΤΗΣ, ητος, ἡ, proprie: *divinitas*, h. e. *omnis virtus divina, quæ in universi creatore et statore est*, in quo sensu a plerisque hæc vox sumitur Coloss. II, 9. ubi verba ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος σωματικῶς vulgo ita redduntur: in eo enim omnis summa divinitatis inest corporaliter. (*Lucian. Icaromen.* c. 9. τοῖς δὲ τὰ δεύτερα καὶ τρίτα ἔνεμον τῆς Θεότητος.) Sed aliis Θεότης est i. q. Θεὸς (qua ratione etiam nos sæpe vocabulum Gottheit *Godhead* usurpamus) hoc sensu: a Christo enim comprehenditur omnis cœtus Dei, ut sit quasi ejus corpus, coll. I, 19. et Ephes. III, 19.

ΘΕΌΦΙΛΟΣ, ου, ὁ, *Theophilus.* Nomen proprium (frequens Christi ætate. Conf. *Fabricii Bibl. Gr.* IV, c. 1. p. 94.) viri, cui Lucas Evangelium suum et Acta Apostolorum inscripsit. Luc. I, 3. Act. I, 1. ex Θεὸς *Deus* et φιλέω *amo*, notans *amicum*

Dei vel *a Deo amatum*, φίλον Θεοῦ, seu Θεῷ φίλον. Nomen κράτιστε, quod ei Lucas I, 3. imposuit, innuere videtur, eum fuisse virum in eximia dignitate constitutum et primatem aliquem, Christianæ addictum religioni, nam Act. XXIII, 26. XXIV, 3. XXVI, 25. a Paulo tribuitur prætoribus Romanis, *Felici* ac *Festo*, et Luc. I, 3. institutus dicitur in doctrina Christiana. Volunt quidam, v. c. *Buxtorfius* in *Catalectis* c. 140. nomen Θεοφίλου non proprium esse, sed appellativum et a Luca omnibus omnino Christianis attributum esse, quemadmodum patres Græci in allocutionibus suis adhibuerunt vocem φιλόχρηστοι: sed tunc pluralis, Θεόφιλοι, non singularis, ponendus fuisset, ut reliqua nunc silentio præteream, quæ hanc opinionem maxime improbabilem reddere valent. Bene de hoc Lucæ Theophilo expositum est in *Bibl. Brem.* Cl. IV. Fasc. IV. p. 757. seq. et a *Petro Horreo* in Miscell. Crit. (Leovard. 1738. 8.) Lib. I, c. 3—5.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ, ας, ἡ, 1. proprie: *apparitio, ministerium, quod servi domino præstant*, a Θεράπων *minister, famulus*. *Xenoph. Cyrop.* V, 5. 10. *Diod. Sic.* II, c. 20.

2. ut Latinum *famulitium* et *servitium*, (*Cic. pro Cœlio* c. 33. *Tacit. Ann.* XII, 17. *Sallust.* de *B. C.* XXIV, 4.) *servi, ministri, totum famulorum agmen*, οἱ Θεράποντες, abstracto posito pro concreto. Matth. XXIV, 45. ὃν κατέστησεν ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς Θεραπείας (in aliis legitur οἰκετίας, in aliis οἰκίας) αὐτοῦ quem præfecit herus famulitio suo. Luc. XII, 42. *Dionys. Hal. Ant.* I, 83. *Herodot.* I, 199. V, 10. *Herodian.* VII, 1. 10. *Pollux* III, 75. τὸ δὲ πλῆθος τῶν οἰκετῶν Θεραπεία. Eodem modo non solum Hebr. עֲבָדָה Job. I, 3. usurpatur, sed etiam Alexandrini ipsa voce Θεραπεία usi sunt Genes. XLV, 16. pro Hebr. עֲבָדִים et *Plutarch.* de *Capiend. ex In. Util.* p. 92. σατραπεία pro σατράπης posuit. Conf. *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* II, c. 2. et *Abresch. Dilucidd. Thucyd.* p. 598.

3. *sanatio, medela.* Luc. IX, 11. καὶ τοὺς χρείαν ἔχοντας Θεραπείας ἴατο ægrotosque inter eos sanavit. *Xenoph.* de *Re Equestri* IV, c. 2. τὸ στόμα ὑπερεμοῦν δεῖται Θεραπείας. Apoc. XXII, 2. ubi tamen metaphorice sumi videtur de *sanatione animi* et *remedio pravitatis.*—*Thom. M.* p. 439. Θεραπεία· καὶ ἡ δουλεία καὶ τῶν Θεραπόντων ἄθροισμα. *Phavor.* Θεραπεία· ἡ ἴασις, ἀπὸ τοῦ Θεραπεύω, καὶ Θεραπευτὴς παραγόμενον. Θεραπεία καὶ ἡ διακονία, ἀφ' οὗ λέγεται καὶ Θεράπων. καὶ Θεραπεία ἡ ὑπουργία καὶ ὑπηρεσία, καὶ τὸ πλῆθος τῶν Θεραπόντων.

ΘΕΡΑΠΕΎΩ, fut. εύσω, 1. proprie: *ministerium præsto servile, famulor, servio*, a Θεράπων *servus, famulus*. *Diod. Sic.* II, 20.

2. *quodcunque officium alicui præsto, curam alicujus gero.* 3. Esdr. I, 3. Θεραπεύετε τὸ ἔθνος αὐτοῦ Ἰσραήλ. *Xenoph.* de *Vectig.* IV, 42. *Mem.* I, 4. 10. Æque late patet vox Θεραπεία, quæ apud *Æschin. Socr.* Dial. II, 28. 41. de *omni cura corporis* adhibetur.

3. *colo, veneror, cultum religiosum exhibeo*, et speciatim de *cultu Dei externo* adhibetur, (de quo etiam vocabulum Θεραπεία adhibitum legitur a *Diod. Sic.* I, 21.) v. c. Act. XVII, 25. οὐδὲ ἀπὸ χειρῶν ἀνθρώπων Θεραπεύεται nec ministerio manuum, h. e. eo, quod manibus paratur, colitur. *Xenoph. Mem.* II, 1. 28. Θεραπευτέον τοὺς Θεούς. Idem de *Mag. Equit.* VII, 1. IX, 9. Ies. LIV, 17. ἐστὶ κληρονομία τοῖς Θεραπεύουσι Κύριον, Hebr. עַבְדֵי יְהוָה. Apud Alexandrinos interdum de *omni cultu et veneratione* adhibetur, *quo alios homines prosequimur*, v. c. Prov. XIX, 6. XXIX, 7. coll. *Philostrat. Vit. Apoll.* VI, c. 31.

4. *sano, medeor.* Matth. XII, 15. ἐθεράπευσεν. ibid. XIV, 14. Luc. IV, 23. ἰατρὲ, Θεράπευσον σεαυτὸν præsta te talem, qualem te profiteris. ibid. V, 15. καὶ Θεραπεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν. Apoc. XIII, 12. οὗ

ἐθεραπεύθη ἡ πληγὴ cujus sanata erat plaga. Sapient. XVI, 12. οὔτε μάλαγμα ἐθεράπευσεν αὐτούς. *Xenoph. Œcon.* VII, 37. Θεραπεύειν τὸν κάμνοντα. *Phavor.* Θεραπεύω· τὸ δουλεύω. οἷον οὐκ ἐᾷ τὸν δεσπότην Θεραπεύειν. καὶ Θεραπεύω· τὸ τιμῶ· ἀγαθὸν Θεραπεύεις σοφιστήν. καὶ Θεραπεύω τοὺς Θεούς. καὶ Θεραπεύω· τὸ ἰῶμαι. ὡς τὸ, σώματος μὲν ἀῤῥωστίαν Θεραπεύει τέχνη.

ΘΕΡΑ΄ΠΩΝ, οντος, ὁ, *minister, famulus, servus*, et fœmin. Θεράπαινα, ης, ἡ, *famula, ancilla*. Sumitur quidem hoc vocabulum generaliter pro *quolibet ministro ac servo*. (*Hesych.* Θεράπων· οἰκέτης, δοῦλος, ἀκόλουθος. *Suid.* Θεράποντες· δοῦλοι, ὑπηρέται.) interdum tamen speciatim de *ministro, œconomo, cui cura rei familiaris apud veteres commissa erat, de regum adeo ministris, consiliariis*, omninoque omnibus, *quorum cura et fide in administrandis negotiis utimur*, adhibetur. Exod. V, 21. VII, 10. 20. καὶ ἐναντίον τῶν Θεραπόντων Φαραώ. ibid. XIV, 31. Μωϋσῇ τῷ Θεράποντι Θεοῦ. Semel legitur in N. T. Hebr. III, 5. Μωσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὡς Θεράπων, coll. Num. XII, 7. *Etym. M.* Θεράποντας· οὐχ' ὥσπερ οἱ νεώτεροι δούλους, ἀλλὰ πάντας τοὺς Θεραπευτικῶς ἔχοντας. *Hom. Iliad.* τ'. 78. *Eustath.* in Od. α'. p. 219. 19. Confer *Lexicon Xenophont.* s. h. v.

ΘΕΡΙ΄ΖΩ, fut. *ίσω*, 1. proprie: *messem facio, meto, demeto et colligo fruges*, etiam *æstatem*, seu *messis tempus in aliquo loco transigo*, a Θέρος, *æstas, messis*. *Hesych.* Θερίζει· ἐνδιατρίβει τῷ Θέρει, καὶ ἀλοᾷ. *Ammonius:* Θερίζειν· διατρίβειν τὴν τοῦ Θέρους ὥραν. *Xenoph. Œcon.* V, 9. *Thom. M.* p. 440. Θερίζω· καὶ ἐνθερίζω, ἀμεταβάτως τὸ Θέρος που διάγω, (*Ælian. V. H.* X, 6. Θερίζοντα μὲν ἐν Σούσοις, χειμάζοντα δ' ἐν Ἐκβατάνοις) Θερίζω δὲ μεταβατικῶς, τὸ λήϊον τέμνω, v. c. *Aristoph. Aves* v. 506. *Plut.* v. 515. In N. T. tantum in notione *demetendi ac colligendi fruges* reperitur. Matth. VI, 26. XXV, 24. 26. Θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας metens, ubi non seminasti, seu, falces in aliorum messem immittis; formula proverbialis, in *lucri studiosos* adhibita, qui alienorum fructum laborum intercipiunt. Simile proverbium legitur apud *Aristoph. Equit.* 391. τ' ἀλλότριον ἀμῶν Θέρος, ubi videndus *Casaubonus*. Luc. XII, 24. XIX, 21. 22. Joh. IV, 37. ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ Θερίζων alii serunt, alii metunt: de qua formula proverbiali conf. *Vorstii Diatribe* de *Adagiis N. T.* p. 821. seq. ed. *Fischeri*. Jacob. V, 4.

2. metaphorice: *operam meam impendo, laboro in aliqua re*. Joh. IV, 36. ὁ Θερίζων μισθὸν λαμβάνει qui laborat in instituendis hominibus, mercedem accipiet. ibid. ἵνα καὶ ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ Θερίζων ut etiam omnis, qui mecum in tradenda et propaganda religione Christiana ullo aliquo modo laborat, in meæ felicitatis societatem veniat.

3. metaphorice: *fructum laboris percipio, mercedem reporto*. Joh. IV, 38. ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς Θερίζειν, ὃ οὐχ' ὑμεῖς κεκοπιάκατε ego misi vos, ut perciperetis fructus, nullo labore vestro partos, seu, ad finem perduceretis inchoata ab aliis. 1 Cor. IX, 11. εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ Θερίσομεν si nos mercedem a vobis flagitare vellemus. 2 Cor. IX, 6. φειδομένως καὶ Θερίσει parum a Deo recipiet—ἐπ' εὐλογίαις καὶ Θερίσει magna ejus erunt præmia. Galat. VI, 7. ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ Θερίσει ut sementem feceris, ita et metes, h. e. justam factorum suorum remunerationem accipient aliquando homines. *Callim. Hymn. in Cerer.* v. 138. ubi videndus *Spanhem.* Galat. VI, 8. ἐκ τῆς σαρκὸς Θερίσει φθορὰν pœnas hujus vitiositatis Deo dabit in futura vita. ib. ἐκ τοῦ πνεύματος Θερίσει ζωὴν αἰώνιον præmii loco accipiet felicitatem æternam. ib. v. 9. Eadem metaphora usi sunt Scriptores V. T. Job. IV, 8. Prov. XXII, 8. Hos. VIII, 7. X, 13. et Græci auctores, v. c. *Stobæus Serm.* X. et *Æschyl. Pers.* v. 822. seq.

4. metaphorice: *pœnis afficio impios, quorum vitiositas maturitatem quasi nacta est, reseco insanabilia ge-*

neris humani membra. Apoc. XIV, 15. 16. coll. v. 19. Hos. VI, 11. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 811.

ΘΕΡΙΣΜΟ῾Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *messis*, h. e. *actio metendi, opus rusticum, demetendi fruges maturas*, a θερίζω, *meto*. Matth. XIII, 30. ἐν καιρῷ τοῦ θερισμοῦ. Joh. IV, 35. λευκαί εἰσιν πρὸς θερισμὸν jam ad messem flavescunt. *Xenoph. Œcon.* 18, 3.

2. per metonymiam: *messis tempus*. Joh. IV, 35. καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται instat tempus metendi. ibid. v. 39. Matth. XIII, 30. μέχρι τοῦ θερισμοῦ— καὶ ἐν καιρῷ τοῦ θερισμοῦ. Marc. IV, 29.

3. per metonymiam: *fruges maturæ, quæ demetuntur*, ut θέρος apud *Demosthen.* p. 1253. 15. ed. *Reiske* et קָצִיר Ies. XVIII, 5. Apoc. XIV, 15. ὅτι ἐξηράνθη ὁ θερισμὸς τῆς γῆς, ubi tamen per θερισμὸν τῆς γῆς metaphorice *impii* intelligendi sunt, qui ob vitiositatis maturitatem a Deo pœnis afficiendi et tanquam insanabilia humani generis membra resecandi sunt. Vide supra sub θερίζω.

4. metaphorice: *res, quæ opus vel negotium aliquod postulat.* Matth. IX, 37. ὁ θερισμὸς πολὺς larga messis est, h. e. multi sunt, qui discere cupiunt. ibid. v. 38. δέηθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ rogate Deum, a quo unice salus ecclesiæ, h. e. propagatio religionis Christianæ, pendet, ut idoneos doctores religionis, vere divinæ, ad suos emittat. Luc. X, 2. Cf. *Schoettgenii Hor. Hebr.* T. I. p. 95.

ΘΕΡΙΣΤΗ῾Σ, οῦ, ὁ, *messor*, a θερίζω. *Xenoph. Hier.* 6, 10. Matth. XIII, 30. 39. ubi metaphorice hac voce designantur angeli, qui instar messorum tempore judicii homines congregabunt et bonos a malis separabunt. Sæpius non legitur in N. T. Hist. Drac. v. 40.

ΘΕΡΜΑΙ῾ΝΩ, fut. θερμανῶ, *calefacio*, a θέρω, *calefacio*. *Arrian. Epictet.* III, 22. *Plutarch.* de *Virtute et Vitio* p. 100. Passivum θερμαίνομαι, *calefio, excandesco. Herodian.* VIII, 4. 27. ὧν (ὅπλων) ὁ σίδηρος ἐθερμαίνετο. Medium θερμαίνομαι significatione reciproca, *me calefacio*, vel *ad ignem*, Marc. XIV, 54. 67. Joh. XVIII, 18. 25. vel *per vestes*, ut significet: *vestiri, vestibus removere injuriam tempestatis.* Jacob. II, 16. θερμαίνεσθε καὶ χορτάζεσθε opto, ut vobis sint vestes et alimenta, coll. Job. XXXI, 20. Hagg. I, 6.

ΘΕ῾ΡΜΗ, ης, ἡ, *calor, æstus*, a θερμὸς, *calidus*. Legitur in N. T. tantum Act. XXVIII, 3. ἐκ τῆς θέρμης calore excitata. Alexandrini usi sunt hac voce pro חֹם, Job. VI, 17. חַמָּה, Ps. XIX, 6. etiam pro ipso verbo חָמַם Eccles. IV, 11. Sirac. XXXVIII, 34.

ΘΕ῾ΡΟΣ, εος, τό. Apud Græcos quidem Scriptores (v. c. *Xenoph. Hist. Gr.* II, 1. 1. *Æschin.* Dial. III, 17.) et in versione Alex. (Prov. VI, 8. XXVI, 1. XXX, 25. ubi Hebraico קַיִץ respondet, et Jer. VIII, 20. ubi pro קָצִיר *messis* ponitur) *æstatem et messis tempus* significat, a θέρω, *calefacio*, quod eo tempore omnia magis caleant; sed in N. T. latius patere et *veris tempus* simul notare videtur, v. c. Matth. XXIV, 32. γινώσκετε, ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος veris tempus adesse, intelligitis. Marc. XIII, 28. Luc. XXI, 30. Causa ex Hebræorum lingua peti potest, in qua non reperiuntur singula vocabula, quibus ver et auctumnus indicatur; unde Judæi dividebant annum in duas partes, קַיִץ *ver* et *æstatem* et חֹרֶף *auctumnum* et *hiemem*. Conf. *Bochart. Hieroz.* P. II. libr. 4. c. 21. p. 593.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕῦ῾Σ, έος, ὁ, *Thessalonicensis, Thessalonica oriundus* vel *Thessalonicæ incola*, a Θεσσαλονίκη, quod vide. Act. XX, 4. XXVII, 2. 1 Thess. I, 1. 2 Thess. I, 1.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙ῾ΚΗ, ης, ἡ, *Thessalonica*, civitas Macedoniæ celeberrima et metropolis, præsidis Romani sedes, condita a Philippo, Amyntæ filio.

A meridie habet mare, in cujus sinu condita fuit, a septentrione et ortu *Chabrim* fluvium, ab occasu fluvium *Echedorum*. Olim dicta erat *Halia*, *Emathia*, etiam *Therma*, (conf. *Schol.* ad *Thucyd.* I. c. 61.) nomine tamen postea, sive a *Cassandro*, in honorem uxoris Thessalonicæ, Philippi filiæ, secundum *Strabonem*, (lib. 7.) *Tzetzem* et *Zonaram*, sive secundum *Stephanum Byzantinum* a Philippo in memoriam victæ gentis Thessalicæ in Thessalonicen mutato. Incolas habuit præter Græcos et Romanos etiam multos Judæos, in synagoga sacra sua obeundi libertate donatos. Aliquando Venetis paruit, nunc vero Turcis, et *Salonichi* vocatur. Act. XVII, 1. 11. 13. Philipp. IV, 16. 2 Tim. IV, 10. *Etym. M.* πόλις Μακεδονίας, ἥτις Ἁλία ἐκαλεῖτο, Κασάνδρου κτίσμα, ἢ ὅτι Φίλιππος ἐκεῖ Θετταλοὺς νικήσας εὔτως ἐκάλεσεν, ἢ ὅτι Φίλιππος θεασάμενος κόρην εὐπρεπῆ ἔγημε, καὶ τεκοῦσα τῇ εἰκοστῇ ἡμέρᾳ τῆς λοχείας τέθνηκεν. ἀναλαβὼν οὖν ὁ Φίλιππος τὸ παιδίον ἔδωκε Νίκῃ τρέφειν, καὶ ἐκάλεσε Θεσσαλονίκην κ. τ. λ.

ΘΕΥΔΑ῀Σ, ᾶ, ὁ, *Theudas*. Nomen impostoris, qui se prophetam aut Messiam venditabat, teste Luca Act. V, 36. et sub imperio Augusti post Christi nativitatem vixit secundum *Origenem* contra Celsum Lib. I. cap. 11. p. 44. diversus sine dubio, si chronologiæ ratio habenda est, a mago illo Theuda, cujus mentio fit apud *Joseph. A. J.* XX, 5. 11. et *Euseb. H. E.* II, cap. 11. qui exortus et extinctus est, *Cuspio Fado* Judæam administrante, post mortem Agrippæ. Cf. *Casaub. Exerc. Antibar.* p. 175. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 488. *Basnage Hist. des Juifs* VII, c. 12. §. 7. et *Lardner.* Lib. II. de *Fide Hist. Evangel.* c. 2. Cæterum nomen *Theudas* Græcis æque ac Romanis in usu fuit. Vide *Cic.* ad *Fam.* VI, 10. et *Menagium* ad *Diog. Laërt.* IX, c. 116.

ΘΕΩΡΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *video, conspicio*, vel *cerno oculis*, sive absolute et simpliciter, sive *intente, cum admiratione, voluptate, timore* aut *stupore aliquid video.* Joh. XIV, 19. καὶ ὁ κόσμος με οὐκ ἔτι θεωρεῖ· ὑμεῖς δὲ θεωρεῖτέ με Judæi me non amplius videbunt, ego vero vobis me conspiciendum præbebo, seu, præsentiæ meæ efficacissima, certissima documenta dabo. Act. IX, 7. μηδένα θεωροῦντες neminem videntes. Matth. XXVII, 55. Act. XXV, 24. θεωρεῖτε τοῦτον. Marc. V, 15. καὶ θεωροῦσι et cum admiratione vident. Luc. XXI, 6. ταῦτα ἃ θεωρεῖτε hæc omnia, quæ admirabundi intuemini. Apoc. XI, 12. ἐθεώρησαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν et cum timore ac stupore viderunt eos inimici eorum. Act. VII, 56. θεωρῶ cum voluptate conspicio. Sirac. XLII, 22. ὡς πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐπιθυμητὰ, καὶ ἕως σπινθῆρος ἐστὶ θεωρῆσαι. *Polyb.* V, 18. θεωροῦντες ἐκ τῆς πόλεως παράγουσαν τὴν δύναμιν. ib. VIII, 18. τοῦ πράγματος ὑπὸ τὴν ὄψιν θεωρουμένου. Conf. *Glassii Philol. S.* p. 215. ed. *Dathii.*

2. *sentio quocunque modo, sensu percipio aliquo, vel omnibus*, et ex adjuncto: *experior, usu cognosco, particeps fio.* Sic v. c. *audire* notat Marc. V, 38. θεωρεῖ θόρυβον καὶ κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλὰ, quemadmodum etiam רָאָה pro שָׁמַע Jer. XXXIII, 24. et *videre* pro *audire* ponitur apud *Terent. Eun.* II, 3. 84. Joh. VIII, 51. θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα nunquam morietur; Hebr. לֹא יִרְאֶה־מָּוֶת Ps. LXXXIX, 49. Cf. *Vorstii Philol. S.* p. 716. Joh. XVII, 24. ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν ἣν ἔδωκάς μοι ut participes fiant dignitatis et felicitatis, quam mihi post mortem destinasti, coll. c. XIV, 3. et Ps. XXVII, 4. τοῦ θεωρεῖν με τερπνότητα Κυρίου. 1 Joh. III, 17.

3. *attente considero, probe perpendo animo.* Hebr. VII, 4. θεωρεῖτε δὲ πηλίκος οὗτος considerate vero, quantus hic fuerit. *Demosthen.* p. 19. 23. ed. *Reisk.* θεωρῶν καὶ σκοπῶν εὑρίσκω.

4. metaphorice: *cognosco, ex certis*

indiciis, documentis intelligo, cognitum et perspectum habeo, i. q. γινώσκω, cum quo permutatur Joh. XIV, 17. ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ, οὐδὲ γινώσκει αὐτὸ quia præstantiam ejus atque vim non perspiciunt atque cognoscunt. Joh. IV, 19. θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σὺ jam intelligo, te prophetam esse. ibid. XII, 19. 45. *Polyb.* VI, 3.

5. *prævideo.* Act. XXVII, 10. θεωρῶ, ὅτι μετὰ ὕβρεως κ. τ. λ.—*Phavor.* Θεωρῶ· τὸ θεῖα ὁρῶ καὶ τὸ σκέπτομαι. Ὁρῶ μὲν ἐπὶ σώματος, θεωρῶ δὲ ἐπὶ ψυχῆς.

ΘΕΩΡΙ΄Α, ας, ἡ, ut Latinum *spectaculum*, de *omnibus rebus* dicitur, *quæ palam fiunt et prostant, ut conspiciantur ab omnibus*, a θεωρέω, *video.* Semel legitur in N. T. Luc. XXIII, 48. οἱ συμπαραγενόμενοι ὄχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην qui convenerant ad hoc spectaculum, nempe publicum supplicium Christi. *Xenoph. Hier.* I, 12. *Hesych.* θεωρία· ὄψις, θέα. *Thom. M.* θεωρία—ἡ πράγματός τινος κατανόησις—θεωρία δὲ καὶ ἡ ἐν τῷ θεάτρῳ θέα.

ΘΗ΄ΚΗ, ης, ἡ, in universum est *conditorium*, et *omne, ubi aliquid reponitur*, a τίθημι *pono, repono.* Sic v. c. apud Græcos *arcam, cellam*, (*Xenoph. Œcon.* 8, 17.) *loculum et bustum* (*Sophocl. Electr.* v. 899.) etiam *vaginam* notat. Joh. XVIII, 11. βάλε τὴν μάχαιράν σου εἰς τὴ θήκην reconde gladium tuum in vagina. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* Θῆκαι· σοροί. *Pollux* III, 102. *Abresch. Dilucidd. Thucyd.* II, 52.

ΘΗΛΑ΄ΖΩ, fut. άσω, 1. *lacto, lac præbeo infantibus, mammam* seu *papillam sugendam præbeo*, a θηλή, ῆς, ἡ, *papilla, mamma, lac continens*, μαστὸς ὁ γαλουχῶν, interprete *Suida.* Matth. XXIV, 19. οὐαὶ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις væ gravidis et lactantibus. Marc. XIII, 17. Luc. XXIII, 29. καὶ μαστοὶ οἳ οὐκ ἐθήλασαν et ubera mammarum non lactantia, uti *Lucretius* canit. ibid. XXI, 23. In vers. Alex. respondet Hebraico הֵינִיק Genes. XXI, 7. *Ælian. H. A.* X, 8. XIV, 18. et *V. H.* XIII, 1.

2. intransitive: *lacteo, lac sugo.* Matth. XXI, 16. ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων ex infantium adeo et lactentium ore, coll. Ps. VIII, 3. Luc. XI, 27. καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας beata ubera, quæ suxisti. Thren. II, 20. νήπια θηλάζοντα μαστούς. Job. III, 12. ἱνατί δὲ μαστοὺς ἐθήλασα; *Plutarch. Romulo* p. 20. D. *Thom. M.* et *Moschopulus:* θηλάζει τὸ θῆλυ μεταβατικῶς ἂ ἔτεκε, καὶ θηλάζουσι τὰ τεχθέντα ἀμεταβάτως. *Suid.* θηλάζειν· ἐνεργητικῶς ἡμεῖς ἀντιλαμβανόμεθα τοῦ ῥήματος ἐπὶ τῶν παιδίων τῶν θηλαζόντων. Λυσίας δὲ παθητικῶς κέχρηται ἐπὶ γυναικὸς παρεχούσης γάλα. Conf. *Grævium* ad *Lucian. Solœc.* T. II. p. 734. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 463.

ΘΗ΄ΛΕΙΑ, ας, ἡ, *fœmina, fœmella*, sexus nomen, tam in brutis, (Judd. V, 10. Job. I, 3. 14. Amos VI, 12. *Xenoph. Mem.* II, 1. 4.) quam in hominibus. (*Xenoph. de rep. Laced.* I, 4.) respondens Hebr. נְקֵבָה Levit. IV, 28. XV, 33. etc. a θηλή, *mamma*, quod mammas lactiferas habeat. Proprie est fœmininum adjectivi θῆλυς *fœmineus, ad fœminas pertinens*, (*Xenoph. de rep. Laced.* III, 5. 2 Macc. VII, 21.) quod tamen etiam est generis communis, et in neutro habet θῆλυ, de quo mox dicendi locus erit. Rom. I, 26. 27. Sæpius non legitur in N. T.

ΘΗ΄ΛΥ, εος, τὸ, idem quod θήλεια *fœmina*, et usurpatur tam de hominibus, quam de brutis. Est neutrum a θῆλυς, εως, ὁ, ἡ, vel θῆλυς, εῖα, υ, *fœmineus*, et subauditur τὸ γένος *genus.* Alexandrini adhibuerunt pro נְקֵבָה Genes. I, 27. V, 2. VI, 19. pro אִשָּׁה Genes. VII, 2. et pro בַּת *filia*, Exod. I, 16. 22. In N. T. ter tantum legitur. Matth. XIX, 4. ἄρσεν καὶ θῆλυ masculum et fœminam. Marc. X, 6. Galat. III, 28. Cf. interpretes ad *Thom. M.* p. 448.

ΘΗ΄ΡΑ, ας, ἡ, 1. proprie: *venatio,*

captura, a Θήρ, Θηρὸς, ὁ, *fera*, *bellua*. *Xenoph. Cyrop.* I, 4. 5. *Hesych.* Θήρα· κυνηγίαι, ἄγρα.

2. *omne instrumentum omnisque machinatio, qua animalia aut vi aut dolo capiuntur*, speciatim *laqueus*, *rete*, *quod bestiis tenditur*, *decipula*, idem quod Θήρατρον, *Ælian. V. H.* I, 1. et Θηρατικὸν, *Xenoph. Mem.* II, 6. 33. In versione Alex. Hebraico רֶשֶׁת respondet. Ps. XXXV, 8. Legitur in N. T. tantum Rom. XI, 9. γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς Θήραν, ubi metaphorice *id, quod perniciem affert*, notat. Verba ipsa sumpta sunt ex Ps. LXIX, 22. ubi tamen in contextu Hebraico nullum vocabulum est, quod Græco Θήρα respondeat, nec in versione Alexandrina ullum reperitur.

ΘΗΡΕΎΩ, fut. εύσω, 1. proprie: *venor*, *feras capio*, ab eodem, idem quod Θηράω, *Ælian. V. H.* XIII, 1.

2. metaphorice: *artificio quodam et sollertia quæro*, *capto*, *sector*, *aucupor*, *peto*, et *comparo*, *concilio mihi aliquid*. Interdum etiam in malam partem usurpatur, ut sit: *insidiose observo et quæro*, *insidior*. Semel legitur in N. T. Luc. XI, 54. καὶ ζητοῦντες Θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ venantes aliquid ex ore ejus; ubi sermo est de Pharisæis et legis peritis, insidiose observantibus et aucupantibus dicta et sermones Christi, ut aliquid elicerent et haberent, cujus eum accusarent, si minus considerate aliquid diceret. Etiam apud Græcos Scriptores Θηρεύειν metaphorice de *iis* usurpatur, *qui aliquid captant*, *consectantur*, *petunt et quærunt*. *Xenoph. Cyrop.* II, 4. 8. VIII, 2. 1. *Mem.* II, 6. 8. de *iis*, *qui curiosius aliquid exquirunt et acrius investigant*. *Plato* de *Leg.* Lib. I. Vol. VIII. p. 10. ed. Bipont. Conf. *Spicilegium meum II. Lexici Bieliani* p. 89. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 733. et *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 3. 5.

ΘΗΡΙΟΜΑΧΈΩ, fut. ήσω, *cum belluis depugno*, *cum feris pugno*, ex Θηρίον, *fera*, *bellua* et μάχομαι *pugno*. Verbum proprium de iis, qui in ludis amphitheatralibus cum bestiis pugnaturi committebantur, et *bestiarii* vocabantur, et a *Capitolino* et *Julio Firmico arenarii*, eo quod in arena contra bestias pugnabant. Græci Θηριομάχους nominant. Damnabantur vero ad bestias nequissimi servi, hostes infensissimi et homines perniciosi ob crimina gravissima. *M. Antonin.* X, §. 8. Interdum tamen generosi adolescentes cum bestia certamen inierunt, ut de Ephesiis et Atheniensibus testatur *Artemidor.* Ὀνειροκριτ. Lib. I. c. 9. *Sueton. Tit.* c. 7. In N. T. tantum legitur 1 Cor. XV, 32. εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ cum exempli gratia Ephesi concertandum mihi fuit cum bestiis. Quanquam enim de hac Pauli cum bestiis pugna, Ephesi inita, nec in Actis Apostolorum, nec alibi quidquam relatum legitur, et ideo *Grotius* et alii (v. c. *Deyling. Obss. SS.* P. I. p. 342.) verba Pauli metaphorice de concertatione Pauli cum hominibus impiis et ferocibus (qui sæpe ob animum efferatum et mores ferinos cum bestiis comparantur, cf. *J. H. Maii Obss. SS.* Lib. I. p. 78. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 169. et *Glassii Philol. S.* p. 1131. seq.) explicare malunt, tamen ob disertam loci commemorationem, ubi hæc Θηριομαχία facta est, et quia nec in aliis locis defuerunt hostes acerrimi, qui se apostolo opponerent, nec inusitatum fuit, ut, qui Christi nomen profitebantur, a tyrannis bestiis objicerentur, ut ex *Vopisci Aureliano* et *Actis Martyrum* liquet, locum Pauli cum *Chrysostomo* et *Ambrosio*, præeunte versione Syriaca, (in qua hæc verba leguntur: ܐܠܐ ܟܣܥܢܐ ܚܝܬ ܐܢܐ projectus sum feris Ephesi) de concertatione, proprie sic dicta, Pauli apostoli cum bestiis in theatro Ephesino explicandum esse arbitrer.

ΘΗΡΊΟΝ, ου, τὸ, 1. *fera*, *bellua*, *bestia omnis generis*, *quæ in desertis agit et sylvis*, a Θήρ, ὸς, ὁ, *fera*. Marc.

I, 13. καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων loca inculta et vasta peragrabat. Act. X, 12. XI, 6. et in Apocalypsi aliquoties.

2. speciatim: *animalia, quæ morsu nocent*, unde κατ' ἐξοχὴν *serpens, bestia venenata* ita dicitur. Act. XXVIII, 4. 5. coll. v. 3. ubi ἔχιδνα vocatur. *Theocrit.* XXIV, 54. *Æschin.* Dial. III, 21. Apud *Plutarchum* in lib. *de capienda ex host. utilit.* p. 86. Creta dicitur χώρα ἄθηρος h. e. regio feris noxiis et venenatis carens, quod et verum esse docet *Meursius* in *Creta* c. 8. *Suid.* θηρία· καὶ τὰ δάκετα, ἔχιες, φαλάγγια, ὄφις. Conf. *Bochart. Hierozoic.* T. II. Lib. III. c. 2. et *P. Petitus* ad *Aretæum* de *Cur. Morb.* I. c. 4. p. 122. Hinc θηριακὸν φάρμακον remedium adversus venenum medicis Græcis dicitur, quod vulgo etiam θηριακὴ, sc. ἀντίδοτος, vocatur.

3. metaphorice: *homo, feris similis, ferinis moribus imbutus, sævus, crudelis.* Ita Cretenses Tit. I, 12. κακὰ θηρία *malæ bestiæ* vocantur, h. e. homines, ferinam indolem habentes, sanguinem sitientes et suis tantum intenti commodis. *Achill. Tat.* VI, p. 387. *Arrian. Epictet.* II. c. 9. Conf. *Is. Casaub.* ad *Aristoph. Equit.* v. 273. et in *Athenæum* I, 16. p. 49. Vide etiam *Th. Crenii Animadv. Philol. et Hist.* P. XII. p. 149. seq. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 371. Eodem modo θὴρ metaphorice de *homine fero* usurpatur apud *Eurip. Phœn.* v. 1315. Θηρίον, quod in Apocalypsi aliquoties commemoratur, (v. c. cap. XIII. et XIV.) designare modo Antichristum cum ejus regno, modo imperium Romanum vulgo creditur.

ΘΗΣΑΥΡΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie: *thesaurum comparo, opes et divitias colligo et recondo in futurum usum*, a θησαυρὸς *thesaurus.* Luc. XII, 21. οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ hæc sors erit ejus, qui divitias corradit, se ipso tantum fretus. 2 Cor. XII, 14. Jacob. V, 3. ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις nimis sero divitias vobis collegistis. Ps. XXXIX, 6. θησαυρίζει καὶ οὐ γινώσκει, τίνι συνάξει αὐτά.

2. *colligo, congero, paro, comparo.* Matth. VI, 19. μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς non tam curam ac laborem in terrenis divitiis colligendis et acquirendis adhibete. ibid. v. 20. θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ comparate vobis bona æterna et cœlestia. Micha VI, 10. 2 Regg. XX, 17. Prov. II, 7. καὶ θησαυρίζει σωτηρίαν. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 2. 12. De formicis usurpatur apud *Ælian. V. H.* I, 12. *Hesych.* θησαυρίσασαν· συνάξασαν.

3. uti Hebraicum אָצַר, (quod non tantum de *opibus* usurpatur, sed etiam de quavis re alia, v. c. Amos III, 10. הָאֹצְרִים חָמָס וְשֹׁד.) *cumulo, augeo*, et de *cujuscunque rei copia, etiam ingratæ et noxiæ*, dicitur. Rom. II, 5. θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν in dies majore pœna te dignum reddis. Prov. I, 18. θησαυρίζουσιν ἑαυτοῖς κακά. Deut. XXXII, 34. 35. *Eurip. Ion.* v. 932. *Diod. Sic.* Lib. XX. c. 36. p. 751. ὀρῶν τεθησαυρισμένον κατ' αὐτοῦ τὸν φθόνον. *Philo in Flaccum* p. 990. C. διά τινας ὑπερβολὰς ἀνηκέστων κακῶν, ἃ κατ' ἐμοῦ θησαυριζόμενος. Apud eundem Lib. II. *Leg. Alleg.* p. 80. κακῶν θησαυροὶ aliquoties commemorantur. *Plautus Mercat.* Act. I. Sc. II. v. 52. Vide *Vechneri Hellenolexiam* lib. II. c. 6. p. 503. 1 Cor. XVI, 2. θησαυρίζων ὅ τι ἂν εὐοδῶται et augeat illam pecuniam, prouti ipsi opportunum fuerit.

4. *repono, reservo, asservo in futuros usus.* 2 Petr. III, 7. ubi cœli et terra dicuntur τεθησαυρισμένοι πυρὶ, h. e. repositi et asservati, ut aliquando igne destruantur. Sæpius non legitur in N. T.

ΘΗΣΑΥΡΟ΄Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie, uti *thesaurus*, (apud *Virgil. Georg.* IV, 228. *Curt.* V, 2. *Senec.* Ep. 115.) *receptaculum thesauri, loculus, cista, arca, vel aliud vasculum, in quo opes et res pretiosæ in futuros usus reponuntur et asservantur*, i. q. γαζοφυλάκιον (1 Macc. III, 28. 29.) et ἀποθήκη. (Cf. Alex. Ezech. XXVIII, 13.) Ita capitur Matth. II, 11. ubi magi dicuntur aperuisse τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν

thesauros suos, h. e. vasa, quæ continebant res pretiosas. ibid. XIII, 52. ubi sermo est de patrefamilias, atque adeo Θησαυρὸς cellam conditoriam, promptuarium, ein Vorraths-Gebaude oder Kammer *a store-house or store-room*, significat: conf. *Virgil. Georg.* IV, 228. Ita Hebr. אוֹצָר Deut. XXVIII, 12. Jos. VI, 19. 2 Regg. XX, 13. *Herodot.* II. c. 121. et 150. *Herodian.* II, 6. 11. III, 13. 9. *Joseph. A. J.* IX, 8. 2. *Hesych.* Θησαυρός· εἰς ἀγαλμάτων καὶ χρημάτων ἢ ἱερῶν ἀπόθεσιν οἶκος.

2. *thesaurus*, h. e. *copia opum, bonorum et rerum pretiosarum*, speciatim *auri, argenti et vestium, quatenus recondi solent et reponi futurum usum.* Matth. VI, 19. *μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς* non tam colligere et comparare vobis studete opes terrenas.

3. ut Latinum *thesaurus*, de *qualibet re pretiosa et cara*, de *omni copia et multitudine bonorum omnis generis et rerum præstantissimarum et ad corpus hancque vitam, et ad animum vitamque futuram pertinentium.* Sic v. c. bona æterna ac cœlestia præmia, quæ homines manent in futura vita, θησαυρὸς ἐν οὐρανῷ vocantur Matth. VI, 20. XIX, 21. Marc. X, 21. Luc. XII, 33. *θησαυρὸς ἀνέκλειπτος ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* ib. XVIII, 22. — Hebr. XI, 26. *μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν* præferebat omnibus commodis, quibus in aula Pharaonis frui poterat. 2 Cor. IV, 7. scientia religionis Christianæ θησαυρὸς vocatur. Coloss. II, 3. *οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως* thesauri omnis sapientiæ ac cognitionis. *Julian. Or.* IV. p. 245. *σοφίας ἀνοίξας θησαυρούς. Xenoph. Cyrop.* VIII, 2. 10. *Mem.* I, 6. 14. IV, 2. 9.

4. metaphorice: *animus, quia animus est velut receptaculum cogitationum et sensuum*, sive *bonorum*, sive *malorum.* Matth. XII, 35. *ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ, (τῆς καρδίας*, quod e glossemate additur) *ἐκβάλλει τὰ ἀγαθὰ* bonus homo e bono animo nonnisi bona profert. ibid. *ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ*, coll. Luc. VI, 45. Spectant ad h. l. verba apud *Phavor.* Θησαυρός ἐστιν ἀγαθὸς τῆς ἐν Χριστῷ φρονήσεως ἀρετὴ, πρὸς δόξαν Θεοῦ, θησαυρὸς πονηρὸς ἐστιν, ἐξ οὗ προφέρει κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν ἐνθυμήσεις καὶ λόγους πονηρούς.

ΘΙΓΩ vel alias ΘΙΓΓΆΝΩ, fut. θίξω, 1. proprie: *tango, contrecto.* Coloss. II, 21. *μηδὲ θίγῃς* noli attingere impurum. Hebr. XII, 20. *κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους.* Construitur enim more verborum sensuum cum genitivo. *Xenoph. Cyrop.* I, 3. 5. *Hesych.* Θίγειν· ψαῦσαι, ἅψασθαι, ἅπτεσθαι.

2. *lædo, interficio.* Hebr. XI, 28. *ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα θίγῃ αὐτῶν* ne angelus ille, mortis minister, primogenitos hominum et jumentorum interficeret, coll. Exod. XII, 21. 22. 23.

ΘΛΊΒΩ, fut. *ίψω*, 1. proprie: *premo*, et speciatim de *pressione* dicitur, *quæ est ex nimia frequentia et multitudine populi.* Marc. III, 9. *ἵνα μὴ θλίβωσιν αὐτὸν* ne nimis eum premerent et urgerent. Ita *ἀποθλίβω* usurpatur Luc. VIII, 45.

2. *comprimo, constringo, coarcto, angustum reddo*, nam, quæ premuntur, coarctantur. Sic in N. T. de via usurpatur. Matth. VII, 14. ubi *τεθλιμμένη ὁδὸς* (דֶּרֶךְ צָרָה seu *στενόχωρος*) opponitur *τῇ ὁδῷ εὐρυχώρῳ* atque adeo viam arctam et angustam notat.

3. metaphorice: *affligo, calamitatibus afficio, persequor.* 2 Thess. I, 6. *ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν* pœnas sumere ab affligentibus et persequentibus vos. *Θλίβομαι affligor, calamitatibus afficior, maxime ob religionem Christianam*, nam, qui affliguntur calamitatibus, ita quasi coarctantur, ut, quo se vertant, ignorent. 2 Cor. I, 6. *εἴτε δὲ θλιβόμεθα* sive enim affligamur ob religionem Christianam, coll. v. 5. *περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς.* ibid. IV, 8. *ἐν παντὶ θλιβόμενοι* semper et ubique premimur

miseriis. ibid. VII, 5. 1 Thess. III, 4. 2 Thess. I, 7. 1 Tim. V, 10. Θλιβομένοις pauperibus atque egenis. Conf. *Pearson.* Notas ad *Ignatii Epistolas* p. 17. Hebr. XI, 37. ὑστερούμενοι, Θλιβόμενοι, κακουχούμενοι. Ies. XLIX, 26. XIX, 20. Ps. CVI, 42. etc. *Diod. Sic.* XII, c. 66. οἱ Μεγαρεῖς ἐθλίβοντο τῷ πολέμῳ. Idem XX, c. 31. Θλιβομένους τῇ σιτοδείᾳ. *Lucian. Nigrin.* 13. — *Hesych.* Θλίβει· ὠθεῖ, πιέζει. Idem: Θλίβεται· πατεῖται. τοῦτο δὲ ἐπὶ σταφυλῆς. λέγεται γὰρ καὶ ὅτε τις ὀλιγωρεῖ, πιέζεται. Idem tradit *Lex. Cyrilli MS. Brem.*

ΘΛΙΨΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *pressio, compressio,* quæ est ex rerum coarctatione, ex Θλίβω *premo, comprimo* et *constringo. Hesych.* Θλίψις· στένωσις.

2. metaphorice: *oppressio, afflictio, calamitas, qua alterum afficio,* etiam *ærumna, miseria omnis generis, qua premor, maxime ob religionem Christianam.* Act. XI, 19. ἀπὸ τῆς Θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ persecutione exorta post Stephani mortem. 2 Thess. I, 6. ἀνταποδοῦναι τοῖς Θλίβουσιν ὑμᾶς Θλῖψιν pœnas sumere ab affligentibus et persequentibus vos. Rom. V, 3. ἐν ταῖς Θλίψεσιν in omnibus malis ob professionem religionis Christianæ, quæ Coloss. I, 24. Θλίψεις τοῦ Χριστοῦ vocantur. Joh. XVI, 33. ἐν τῷ κόσμῳ Θλῖψιν ἔχετε multæ vobis ab adversariis religionis meæ perferendæ erunt calamitates. 2 Cor. I, 8. Apoc. I, 9. Θλῖψις Χριστοῦ afflictiones ob Christum subeundæ. De variis afflictionibus conjugum usurpatur 1 Cor. VII. 28. de afflictionibus viduarum et orphanorum Jacob. I, 27.

3. *egestas, penuria, paupertas, tenuitas.* 2 Cor. VIII, 13. οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ Θλῖψις nolo autem, ut alii abundent, vos vero ad paupertatem redigamini. Phil. IV, 14. συγκοινωνήσαντές μου τῇ Θλίψει quod mihi, paupertate presso, succurristis.

4. *dolor parturientium,* alias ὠδὶν dictus. Joh. XVI, 21. οὐκ ἔτι μνημονεύει τῆς Θλίψεως jam non meminit dolorum partus: *Vulgatus: pressuræ,* non omnino male transtulit.

5. *pœna peccatorum, afflictio impiorum et in hac et in futura vita.* Rom. II, 9. Θλῖψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν. Θλῖψις et στενοχωρία haud raro conjunguntur in Scriptoribus Græcis, v. c. *Artemidor.* I, 68. 82. II, 42. 55.

6. Θλῖψις καρδίας *mœror, tristitia,* i. q. apud nos Beklemmung des Herzens *anguish of heart.* 2 Cor. II, 4. ἐκ γὰρ πολλῆς Θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν non sine multo mœroris et tristitiæ sensu vobis scripsi. *Hesych.* Θλῖψις· λύπη.

ΘΝΗΣΚΩ, fut. Θανοῦμαι, præt. τέθνηκα, 1. proprie: *morior,* a fut. 1. Θνήσω, verbi inusitati Θνάω, a quo etiam tempora formantur, inserto κ ante ω. Luc. VIII, 49. τέθνηκεν ἡ Θυγάτηρ σου mortua est filia tua. Joh. XII, 1. Λάζαρος ὁ τεθνηκὼς Lazarus, qui fuerat mortuus. Infinitiv. perf. τεθνάναι et contracte τεθνᾶναι legitur Act. XIV, 19. Alex. pro מוּת, Genes. L, 15. Exod. IV, 19.

2. metaphorice de *eo* usurpatur, *qui non amplius numerari et referri inter homines potest, qui officio suo non fungitur, inutilis, ineptus.* 1 Tim. V, 6. ubi de vidua luxuriosa dicitur ζῶσα τέθνηκε, non potest in catalogum verarum et honestarum viduarum referri. Simili modo τεθνηκὼς in libris apocryphis dicitur, *qui est pravis studiis sepultus, invalidus ad recte agendum,* v. c. Baruch. III, 4. ubi τεθνηκότες sunt iidem, qui in sequentibus ἁμαρτάνοντες dicuntur.

ΘΝΗΤΟΣ, ἡ, ὸν, 1. proprie: *mortalis, morti obnoxius, fragilis et caducus,* a Θνήσκω, *morior.* Hinc τὸ Θνητὸν, scil. σῶμα, κατ' ἐξοχὴν in N. T. dicitur *corpus humanum mortale, fragile et caducum, quo in præsenti utimur.* 1 Cor. XV, 53. καὶ τὸ Θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν et hoc corpus mortale permutari cum immortali. ibid. v. 54. 2 Cor. V, 4. Alex. Θνητὸς posuerunt pro אָדָם, Genes. II, 7. pro

חַי, Job. XXX, 23. Ies. LI, 12. *τίς οὖσα ἐφοβήθης ἀπὸ ἀνθρώπου θνητοῦ; Xenoph. Cyrop.* VIII, 7. 3. *Sympos.* 8. 29. *Æschin. Socr.* Dial. III, 5. et 17. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 51.

2. *mortuus*, i. q. *νεκρός*. Rom. VIII, 11. *ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν* et vestra corpora mortua in vitam revocabit.

3. metaphorice: *qui alicujus rei curam et studium abjecit*, et speciatim: *qui prava studia reliquit*, quasi *θνητὸς* seu *νεκρὸς τῇ ἁμαρτίᾳ*. Rom. VI, 12. *ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι* in corpore vestro, quod mortuum esse debet peccato, coll. v. 11.

4. *periculo mortis expositus et obnoxius*, quemadmodum *θάνατος ipsum periculum mortis* haud raro significat. 2 Cor. IV, 11. *ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν* in nobis, qui quotidie in periculis mortis versamur, coll. v. 10. et 12. — *Phavor. θνητός· φθαρτός.* Idem: *θνητόν· οὐ πᾶν τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ τὸ ζῶον πνοὴν ἔχον χωρισθῆναι δυναμένην.*

ΘΟΡΥΒΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. *tumultuor, perturbo, turbas excito*, et speciatim de *iis* dicitur, *qui alios ad tumultum et seditionem commovent et concitant*, a *θόρυβος tumultus, turba*. Act. XVII, 5. *καὶ ὀχλοποιήσαντες ἐθορύβουν τὴν πόλιν* et turba facta concitaverunt civitatem. *Julian. Panegyr.* cap. 1. *Plutarch. Cic.* p. 868. F. Cf. de hac significatione *Dresigium* de *Verbis Mediis N. T.* p. 287. seq.

2. metaphorice de animo: *perturbo, aliquem sollicitum et timidum reddo. θορυβέομαι, οῦμαι, turbor, commoveor animo*. Act. XX, 10. *μὴ θορυβεῖσθε* nolite turbari. *Thucyd.* VI, 11. VIII, 96. et 50. *Arrian. Epictet.* IV, 8.

3. *θορυβέομαι lamentor, nænias cano*. Marc. V, 39. *τί θορυβεῖσθε καὶ κλαίετε*; quid lamentamini et ploratis? Matth. IX, 23. per *ὄχλος θορυβούμενος* sunt sine dubio *præficæ* intelligendæ, h. e. mulieres, mercede conductæ, ut aliquo mortuo nænias ad tibiæ modos canerent, flerent, capillos scinderent, clamarent modumque plangendi darent aliis, quæ Hebraice מְקוֹנְנוֹת Jer. IX, 16. vocantur: cf. *Bartholin.* de *Tibiis Veterum* c. 15. p. 274. Sæpius non legitur in N. T.

ΘΌΡΥΒΟΣ, *ου, ὁ*, 1. proprie: *strepitus, qualis est in magna hominum turba, quæ clamat*, et ex adjuncto: *tumultus, seditio*. Matth. XXVI, 5. *ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ* ne tumultus exoriatur in populo. ibid. XXVII, 24. Marc. XIV, 2. Act. XX, 1. *μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον* sedato tumultu. ib. XXI, 34. XXIV, 18. *ἄνευ θορύβου* sine strepitu ullo. Alex. pro מְהוּמָה *strepitus, tumultuatio*. Ezech. VII, 7. et pro תְּרוּעָה *clamor, vociferatio*. Jer. XLIX, 2. *Plutarch. Cæs.* p. 711. B.

2. Marc. V, 38. *καὶ θεωρεῖ θόρυβον*, ubi *θόρυβος* vel *ipsam turbam hominum, quæ strepitum edit*, significat, ut sit idem, quod *ὄχλος θορυβούμενος*, Matth. IX, 23. vel *querulas voces* notat, *lamentationes, cantum næniarum, quem præficæ ad modos tibiarum canere solebant*. Conf. *Joh. Nicolai* de *Luctu Græcorum* cap. 9. §. 4. p. 114. et *Geier.* de *Luctu Hebræorum* cap. 5. §. 16. et 19. Certe in vers. Alex. *θόρυβος* Prov. XXIII, 29. Hebr. אֲבוֹי, (*eheu!* vox lamentantis) respondet.

ΘΡΑΎΩ, fut. *θραύσω*, 1. proprie: *frango, confringo, ferio, quatio*. Alexandrini posuerunt pro רָצַץ *fregit, contrivit*. Exod. XV, 6. et pro רָצַע idem, Deut. XXVIII, 33. Ies. XLII, 4. *Xenoph. de venat.* VI, 1.

2. metaphorice: *dolore, miseria* et *calamitate afficio aliquem*, unde *θραύομαι* metaphorice vel est: *timido et consternato animo sum, tristis* et *anxius sum, doleo*, vel *malis* et *calamitatibus premor* et *afficior*. Duplicem adeo admittunt explicationem verba Lucæ IV, 18. *ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει*, quæ ab aliis explicantur sic: *ut solatio erigam animos, ob peccata*, vel *ob alias graviores ærumnas contristatos, timidos* et *consternatos;* ab aliis

vero, quorum sententia ob locum Ies. LVIII, 6. mihi maxime probabilis videtur, vertuntur: *ad vindicandos calamitosos.* Deut. XX, 3. μὴ φοβεῖσθε μηδὲ θραύεσθε. 1 Sam. XX, 34. ἐθραύσθη ἐπὶ τὸν Δαβίδ. Deut. XXVIII, 33. ἔσῃ ἀδικούμενος καὶ τεθραυσμένος. *Hesych.* τεθραυσμένος· πεπληγμένος. Idem: ἔθραυσεν· ἔπαυσεν. — θραύει· συντρίζει. — θραύσει· ἀμήσει, ἀπολεῖ. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἔθραυσεν· κατέβαλεν, ὤλεκεν. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 680. et *Schweighæuseri Lexicon Polybianum* s. h. v.

ΘΡΕ΄ΜΜΑ, τος, τὸ, 1. proprie: *alumnus, omnis, qui alitur,* pro θράμμα, a præt. pass. τέθραμμαι, verbi τρέφω *alo, nutrio.* Sic v. c. Νείλου θρέμμα *Nili alumnus, Ælian. V. H.* I, 3. De liberis interdum dici, auctor est *Hesych.* θρέμματα per τέκνα explicans.

2. speciatim θρέμματα, *pecora,* notat *animalia, quæ ab hominibus aluntur,* βοσκήματα, πρόβατα, ut *Hesych.* interpretatur. *Ælian. V. H.* XII, 56. *Maxim. Tyr.* Diss. XXIII. p. 270. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 860. In N. T. tantum extat Joh. IV, 12. ubi tamen haud pauci non *pecora,* sed *domesticos, famulitium* intelligunt. Conf. *Kypke* ad h. l. et *Maii Obss. Sacr.* Lib. IV. p. 7. seq. qui provocat partim ad *Jamblichum* de *Mysteriis* Sect. IV. c. 1. p. 105. ubi homines θεῶν γεννήματα καὶ θρέμματα καὶ παιδεύματα vocantur, partim ad *Marmor Oxoniense* Num. 79. et *Inscriptionem Smyrnensem,* quam illustravit *Tob. Gutberlethus* p. 113. seq. *Opuscul.* ubi θρέμματα ab ἀπελευθέροις, τέκνοις et ἐκγόνοις ita distinguuntur, ut servos intelligendos esse dubio careat.

ΘΡΗΝΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, *lamentor, dolorem voce querula ac tristi oratione testor, lessum facio, nœniam cano,* a θρῆνος *lamentum, luctus.* Matth. XI, 17. ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε lessum fecimus, neque nobiscum planxistis. Nos diceremus; wir haben Begrabniss gespielt, und ihr wolltet nicht mit klagen *we have acted a funeral part, and ye would not lament with us.* Luc. VII, 32. XXIII, 27. αἳ καὶ ἐκόπτοντο καὶ ἐθρήνουν αὐτὸν quæ plangebant eumque lamentabantur. Joh. XVI, 20. ὅτι κλαύσετε καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς coll. Joël. I, 5. Sæpius non legitur in N. T. In vers. Alex. respondet Hebr. קוֹנֵן, 2 Sam. I, 17. III, 33. unde מְקוֹנְנוֹת *præficæ,* Jerem. IX, 16. Alex. θρηνοῦσαι — נָהָה *lamentum edidit,* Joël. II, 4. Ezech. XXXII, 18. — הֵילִיל *ejulavit, ululavit,* Jer. LI, 8. Micha I, 8. et aliis similibus verbis. *Æsop. Fab.* 122. *Homer. Iliad.* ω΄. 720. seq. *Hesych.* θρηνεῖ· πενθεῖ, ὀλολύζει, ὀλοφύρεται.

ΘΡΗ΄ΝΟΣ, ου, ὁ, et θρῆνος, εος, ους, τὸ, *lamentatio, lamentum, cantus lugubris,* cum quis dolorem et tristitiam non tam lacrymis aut planctibus, quam potius querula voce et tristi oratione testatur, et ita differt a κλαυθμὸς et κοπετός. Semel legitur in N. T. Matth. II, 18. θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς. Alexandrini pro קִינָה *lamentatio,* 2 Sam. I, 17. Jerem. VII, 29. et נְהִי *lamentum.* Jerem. IX, 17. Amos V, 16. posuerunt. *Josephus* A. J. VII, 1. 6. ἐπιταφίους συγγραφάμενος θρήνους. *Hesych.* θρῆνος· γόος. Quomodo apud Græcos θρῆνος ab ἐπικήδειον differat, docuit præter *Etymol. M.* s. h. v. *Eustathius* ad Odyss. λ΄. p. 1673. 46.

ΘΡΗΣΚΕΙ΄Α, ας, ἡ, *religio, cultus religiosus, sive vero Deo exhibitus, sive idololatricus, sive externus, sive internus, pietas erga Deum,* a θρησκεύω *colo, veneror,* quod est a θρῆσκος *religiosus.* Act. XXVI, 5. de religione Judaica, et speciatim ea religionis Judaicæ parte usurpatur, quæ in externis erat. Coloss. II, 18. θρησκεία τῶν ἀγγέλων summa religio, i. q. ἐθελοθρησκεία. Jacob. I, 26. τούτου μάταιος ἡ θρησκεία is temere se jactat cultorem Dei. ibid. v. 27. *Herodian.* V, 7. 3. Sæpius non legitur in N. T. Conf. de hac voce *Elsnerum* in Obss. Sacr. Vol. II, p. 263. qui docuit, hanc vocem apud Græcos haud raro

otiam de *superstitioso cultu divino et fictis ceremoniis* usurpari. *Gloss. Vett.* Θρησκεία· *superstitio, ceremoniæ. Suid.* Θρησκεία· ἡ λατρεία.

ΘΡΗΣΚΟΣ, ου, ὁ, *religiosus, cultor Dei*, qui etiam Θρησκευτὴς dicitur, etiam, *qui observandis signis externis sanctitatis putat, se satisfacere religioni, superstitiosus.* Semel legitur, in N. T. Jacob. I, 26. εἴ τις δοκεῖ θρῆσκος εἶναι ἐν ὑμῖν quicunque vestrum ad veri cultoris Dei nomen adspirans. *Hesych.* Θρῆσκος· εὐσεβὴς, δεισιδαίμων, ἑτερόδοξος, h. e. *qui falsas opiniones habet de religione.* Idem: Θρίσκος· (quod idem est ac Θρῆσκος) περιττὸς δεισιδαίμων. Conf. *Tittmanni* Tr. de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 120. seq.

ΘΡΙΑΜΒΕΥΩ, fut. εύσω, 1. *triumphum ago, triumpho de aliquo, aliquem in triumpho captivum circumduco*, et ex adjuncto: *vinco, mihi subjicio*, a Θρίαμβος *triumphus.* Construitur cum accusativo personæ. Coloss. II, 15. θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ triumphum de iis agens per mortem suam, seu morte sua in cruce cruenta omnes hostes suos devicit. *Plutarch. Romul.* p. 38. D. *Coriolan.* p. 231. A. *Phavorinus* ex *Hesychio* et *Suida:* Θριαμβεύσας· δημοσιεύσας, πομπεύσας.

2. *triumphare facio, victoriam largior.* Simili modo αὐταρκεῖν non solum *sufficienter habere*, sed etiam *satis bonorum suppeditare*, significat. Deut. XXXII, 9. κληρονομεῖν est *hæreditatem assignare*, Jos. XVII, 14. et ζῆν *vivificare* notat Ps. CXIX, 50. Hinc θριαμβεύειν metaphorice significat: *efficere, ut aliquis omnes difficultates feliciter superet.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. II, 14. τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ Deo autem gratias ago et decerno, qui nobis semper felices successus dat in propaganda religione Christiana. A vero plane aberravit *Kypkius* in Obss. Sacr. T. II. p. 243. qui reddit θριαμβεύοντι ὑμᾶς: triumphanti propter nos, ut ante ἡμᾶς omissum sit διά. Æque aliena ab h. l. est glossa *Phavorini*, ex *Œcumenio* ad h. l. scribentis: θριαμβεύοντι· φανεροῦντι, καταδηλον ποιοῦντι, ad quam vide notas *Ernesti* in Glossis Sacris *Suidæ* p. 61.

ΘΡΙΞ, τριχὸς, ἡ, 1. *pilus*, h. e. *tenuia filamenta, quibus natura vestivit animalia.* Hinc

2. *pellis pilosa animalium*, et interdum *ipsa vestis, quæ ex pellibus pilosis animalium confecta est.* Matth. III, 4. αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου ipse autem Johannes indutus erat vestimento ex pelle cameli, pro more prophetarum. Confer *Wetstenii N. T.* T. I. p. 257. et 2 Regg. I, 8. Marc. I, 6. ἦν δὲ Ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας (in aliis codd. δέρρην) καμήλου. *Syrus* bene: Ipse autem Johannes ⟨ܘܗܘ ܝܘܚܢܢ ܠܒܫ ܥܠ ܦܓܪܗ ܫܥܪ ܓܡܠܐ⟩ inductus erat vestimento pili camelorum.

3. *capillus*, seu *pilus, capitis crinis.* Matth. V, 36. οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι non potes vel unum crinem nigrum albumve reddere, h. e. nihil vales; tu non es dominus capitis tui. Formula proverbialis, ut videtur. Luc. VII, 38. καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε et pedes ejus capillis suis abstergebat, honoris scilicet, animique modesti ac submissi testandi gratia, coll. Joh. XI, 2. et *Apuleii Metam.* l. VI. Vide etiam *F. Stosch. Archeol. Œconom. N. T.* p. 11. seq. Luc. VII, 44. Joh. XII, 3. 1 Petr. III, 3. Apoc. I, 14. IX, 8. ὡς τρίχας γυναικῶν ut comam mulierum, nempe densiorem et promissiorem.

4. metaphorice: pro *re quavis minuta et nullius pretii.* *Aristoph.* Ran. v. 627. ἢ "κλεψα τῶν σῶν ἄξιόν τι καὶ τριχός. Matth. X, 30. ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ἠριθμημέναι εἰσὶν vestros capillos in numero habet Deus, h. e. Deus summam vestrum et diligentissimam curam habet. Luc. XII, 7. XXI, 18. καὶ θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς οὐ μὴ ἀπόληται et capillus ex capite

vestro non peribit, h. e. nihil mali ac damni sentietis, seu, Deus ab omni parte vos tuebitur. Act. XXVII, 34. οὐδενὸς ὑμῶν θριξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται, sc. εἰς τὴν γῆν, ne capillus quidem ullius vestrum in terram cadet, h. e. ne minimum quidem damnum vobis accidet, seu, in vivis manebitis. Eodem modo Hebræi, cum *aliquem de salute et vita securum esse* volunt, dicunt: *capillum ex capite ejus non casurum in terram*, v. c. 1 Sam. XIV, 45. אִם יִפֹּל מִשַּׂעֲרַת רֹאשׁוֹ אַרְצָה. 2 Sam. XIV, 11. 1 Regg. I, 52. ut his et aliis exemplis demonstravit *Vorstius* in Diatr. de Adagiis N. T. c. 6.

ΘΡΟΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *turbo, tumultuando clamo, acclamo;* θροέομαι, οῦμαι, *turbor, turbulentis clamoribus perturbor, strepitu percellor ac perterrefio*, a θρόος *clamor tumultuantium*, quod est a præt. med. τέθροα, verbi θρέω, vel potius θρέομαι, *tumultuando clamo. Eustathius* in Il. δ΄. p. 377. 7. τοῦ δὲ θρόος προϋπόκειται ῥῆμα τὸ θρέω, ἤγουν σὺν θορύβῳ βοῶ ἢ λαλῶ. οἷον· πάθεα θρεομένης, καὶ θρεομένη σαυτῇ κακά.

2. θροέομαι *animo perturbor, perterrefio, animum despondeo.* Matth. XXIV, 6. ὁρᾶτε, μὴ θροεῖσθε videte, ne animum despondeatis, coll. Luc. XXI, 9. μὴ πτοηθῆτε. Marc. XIII, 7. 2 Thess. II, 2. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini utuntur τῷ θροεῖσθαι pro Hebraico דָּמָה Cant. V, 4. quod *Theodotion* Jerem. IV, 19. per ταράσσεσθαι reddidit. *Alberti* Gloss. Gr. p. 149. θροεῖσθαι· θορυβεῖσθαι.

ΘΡΟ΄ΜΒΟΣ, ου, ὁ, *omnis gutta major, concreta et viscida.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XXII, 44. ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν et sudor ejus ut guttæ sanguineæ defluebat, h. e. non pro more lente stillabat, sed erumpebat quasi sanguis, et guttis grandibus ora humectabat. Similis locus est apud *Eurip. Hecub.* v. 243. In scriptis medicorum Græcorum admodum frequenter vox θρόμβος de *gutta spissi et coagulati sanguinis, et de sanguine coagulato* in universum usurpatur, v. c. *Dioscorid.* I, c. 102. *Hesych.* θρόμβος· αἷμα παχὺ πεπηγὸς ὡς βουνοί. Conf. *Foësii* Œcon. Hippocr. p. 167. Usurpatur tamen etiam de *guttis alius cujusvis massæ*, v. c. de grumis arborum, *Dioscorid.* I, 68. de guttis bituminis apud *Herodot.* I, c. 279. Confer *Wetstenii N. T.* T. I. p. 939. Hinc substantivum θρόμβωσις *coagulatio* apud *Dioscor.* II. c. 21. γάλακτος θρόμβωσις.

ΘΡΟ΄ΝΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *thronus*, h. e. *solium*, seu *sella augustior cum subsellio*, seu *suppedaneo, quæ tribuitur, ut aliis hominibus primariis*, v. c. *judicibus, ita maxime regibus*, a præt. med. τέθροα, verbi θράω *sedeo*, ut auctor est *Athenæus* Lib. V. p. 192. ed. *Casaub.* ὁ θρόνος μόνον ἐλευθέριός ἐστι καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ, ὅπερ θρῆνυν καλοῦντες, ἐντεῦθεν ὠνόμασαν θρόνον τοῦ θρήσασθαι χάριν, ὅπερ ἐπὶ τοῦ καθέζεσθαι τάσσουσιν. *Pollux* IV, 19. 2. Apoc. IV, 2—6. etc.

2. *domicilium, in quo rex habitat*, seu *regia ejus.* Hoc sensu cœlum θρόνος τοῦ Θεοῦ vocatur Matth. V, 34. XXIII, 22. Act. VII, 49. Apoc. XXII, 3. ex usu loquendi Judæorum Ies. LXVI, 1. quemadmodum etiam *Sophocles* in Antigone cœlum vocat Διὸς θρόνους. *Theocrit. Idyll.* VII, 93. Huc etiam pertinet locus Apoc. II, 13. ubi θρόνος τοῦ Σατανᾶ civitatem notat, ubi regnat vitiositas et idololatria.

3. per metonymiam signi pro signato: *imperium regium, summa majestas, dignitas, potentia et auctoritas, ad quam aliquis evectus est.* In hac vero metaphorica significatione in N. T. tribuitur *Deo, tanquam summo regi atque judici*, et *Christo, futuro hominum judici et omnium Domino*, in omnibus locis, ubi uterque sedere legitur in throno majestatis, καθίζειν ἐν τῷ θρόνῳ τῆς δόξης, seu μεγαλωσύνης. Matth. XIX, 28. XXV, 31. Hebr. VIII, 1. XII, 2. Apoc. I, 4. III,

21. etc. Καθίζειν ἐπὶ θρόνους *summo honore, insigni auctoritate et felicitate frui.* Matth. XIX, 28. Luc. XXII, 30. Luc. I, 32. καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ et concedet ei Dominus Deus regnum Davidis parentis sui. ibid. v. 52. καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων imperio deturbat principes. Act. II, 30. Hebr. I, 8. ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος imperium tuum, o Deus, est æternum. Ita כִּסֵּא Ps. XLV, 6. ibid. LXXXIX, 45. ἐσμίκρυνας τὰς ἡμέρας τοῦ θρόνου αὐτοῦ. Conf. *El. Palairet.* Obss. Philol. p. 151.

4. *is, qui throno utitur, rex, insigni dignitate et majestate præditus.* Coloss. I, 16. θρόνοι *reges celsissimi*, aut secundum alios, *angeli.* Hebr. IV, 16. προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος animo, fiducia pleno, Deum benignum adeamus; nam θρόνος τῆς χάριτος h. l. pro ipso Deo benigno ponitur, quia a Judæis fingebatur in throno, vel operculo arcæ fœderis, sedens. *Suid.* θρόνος· φησὶν ἡ γραφή· κεκάθικεν ἐπὶ θρόνου Δαβὶδ τὸ σπέρμα Ἰεχονίου. θρόνον δηλονότι τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα λέγων. καὶ θρόνοι ἀνομίας· οἱ ἄδικοι κριταί. *Phavor.* θρόνοι· δυνάμεις ἅγιαι, ἀχώριστοι Θεοῦ.

ΘΥΑ΄ΤΕΙΡΑ, ων, τὰ, *Thyatira.* Urbs Lydiæ vel Mysiæ parum celebris ad Lycum fluvium, *Pelopia* et *Euhippa* olim dicta, (teste *Plinio* H. N. V, 29.) colonia Græcorum Macedonum inter Sardes et Pergamum sita. Ex hac urbe Lydia, purpurarum venditrix, oriunda fuit. Act. XVI, 14. et ibidem una fuit ex septem ecclesiis Asiæ, in Apocalypsi Johannis, I, 11. II, 18. memoratis. A Turcis hodie vocatur *Akhizar*, seu *Akhissar.* Conf. *Wesseling.* ad *Antonin.* Itiner. p. 336. et *Büschingii Asiam* ed. 2. p. 77. Extat etiam peculiaris *F. Stosch.* D. histor. de Ecclesiæ Thyatirensis tempore Johannis Apostoli existentia (Francf. ad Viadr. 1739. 8.) recusa in Ej. *Syntagm. Diss. VII. de totidem nominibus urbium Asiæ in Apocalypsi* p. 73. seq.

ΘΥΓΑ΄ΤΗΡ, τέρος, per syncopen τρὸς, ἡ, 1. proprie: *filia.* Matth. IX, 18. X, 35. 37. XV, 22. Act. VII, 21. etc.

2. per synecdochen denotat *eam, quæ ex posteris alicujus ortum trahit, progeniem, unam ex posteris.* Pluralis θυγατέρες *familia, posteri.* Luc. I, 5. ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρὼν ex familia Aaronis. ibid. XIII, 16. θυγατέρα Ἀβραὰμ quæ ab Abrahamo originem ducit. Act. II, 17. Conf. *Vorstii* Philol. Sacr. cap. 24. p. 504. ed. *Fischeri.*

3. *incola urbis*, sive sexus ratio habeatur, sive non. Matth. XXI, 5. εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιὼν dicite incolis Hierosolymorum. Joh. XII, 15. ubi Σιὼν æque ac in priori loco, ipsam urbem Hierosolymam significat, et θυγατέρες ejus incolas notat, sine ullo sexus respectu. Sexus tamen respectus habetur in loco Luc. XXIII, 28. θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ cives Hierosolymitanæ, coll. v. 27. Eodem modo Hebræi eos, qui religionem aut urbem aliquam incolunt, ejus בַּת, filiam, appellant. Sic v. c. Ps. CXXXVII, 8. בַּת־בָּבֶל Babylonii, Jer. XLVI, 24. בַּת־מִצְרַיִם Ægyptii, Thren. II, 2. Ies. XLVII, 1. LXII, 11. Conf. *Vorstii* Philol. Sacr. cap. 24. p. 500. seq.

4. θύγατερ, ut Hebraicum בַּת, est vox amice compellantis, declarantisque fœminæ, quamvis alienæ, amorem et benevolentiam. Matth. IX, 22. Marc. V, 34.

ΘΥΓΑ΄ΤΡΙΟΝ, ίου, τὸ, *filiola, filia*, diminutivum a θυγάτηρ *filia.* Marc. V, 23. VII, 25. Sæpius non legitur in N. T. *Athenæus* XIII. p. 581. C.

ΘΥ΄ΕΛΛΑ, ης, ἡ, *procella, turbo, magna ac turbulenta tempestas*, a θύω *impetuose ruo*, et ἄελλα *procella, turbo*, (*Hesiod. Theog.* 874. καχῇ θύουσιν ἀέλλῃ.) eo, quod impetu fertur. Legitur semel in N. T. Hebr. XII, 18. καὶ θυέλλῃ, coll. Exod. XIX, 16. In vers. Alex. Hebraico עֲרָפֶל respondet

Deut. IV, 11. et V, 22. (19.) *Aristoteles* de Mundo c. 4. Θύελλα δὲ πνεῦμα βίαιον, καὶ ἄφνω προσαλλόμενον. *Homer. Odyss.* V, 317. *Ammonius* sub voce ἄελλα· Θύελλα δὲ ἄελλα Θύουσα καὶ ὁρμῶσα. . *Hesych.* Θύελλα· ἀνέμου συστροφὴ, ἢ ὁρμὴ ἢ καταιγὶς—Θύελλαι· τῶν ἀνέμων καταιγιδώδεις πνοαὶ καὶ συστροφαί. *Alb.* Gloss. Gr. p. 185. Θύελλα· λαίλαψ, ἄνεμος κυκλούμενος.

ΘΥΪ̈ΝΟΣ, η, ον, *thyinus, qui est ex thya confectus, citreus*, a Θύος, seu Θύα, *citrus, peculiaris Cyrenaicæ et Hammoniacæ Libyes arbor odorifera, quæ suffitui adhibebatur, quam etiam a veteribus magni æstimatam, et exinde ædificia templorum vetustissimorum constructa fuisse, Theophrastus auctor est*, teste *Plinio* H. N. XIII, 16. Semel commemoratur in N. T. Apoc. XVIII, 12. καὶ πᾶν ξύλον Θύϊνον et omne lignum citreum. Lectu digna de hac voce habet *Salmasius* ad *Solinum* cap. 46. p. 667. et in *Homon. Hyl. Iatr.* c. 67. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* V, c. 46. p. 667. *Celsius Hierobot.* T. II. p. 22. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 828.

ΘΥΜΊΑΜΑ, ατος, τὸ, 1. proprie: *odoramentum, quod suffitur, suffimentum ex aromatibus incensum, thus*, a Θυμιάω *suffitum facio, suffio.* Apoc. V, 8. φιάλας χρυσᾶς, γεμούσας Θυμιαμάτων phialas aureas, plenas suffimentis. ibid. VIII, 3. 4. καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν Θυμιαμάτων. ibid. XVIII, 13. Conf. vers. Alex. Exod. XXV, 16. ubi Hebraico בְּשָׂמִים respondet, et Genes. XXXVII, 25. XLIII, 11. ubi pro Hebraico נְכֹאת *aromata* ponitur. *Plutarch.* T. V. p. 139. ed. *Reiske* et T. VI. p. 358. *Herodian.* I, 12. 4. Θυμιάμασί τε καὶ ἀρώμασι, ad quem locum bene monuit *Irmischius*, utramque vocem ita differre, ut ἀρώματα sint *odores, res bene olentes*, v. c. herbæ, plantæ, flores, fructus, ligna, grana etiam, interdum confecta inde olea et unguenta, Θυμιάματα vero sint *odores iidem, quatenus incenduntur ac cremantur.*

2. per metonymiam: *ipsa suffitum faciendi actio.* Luc. I, 16. τῇ ὥρᾳ τοῦ Θυμιάματος hora matutina, qua thus adolebatur. Conf. Exod. XXX, 7. ib. v. 9. τοῦ Θυσιαστηρίου τοῦ Θυμιάματος altaris, in quo suffitus fiebat, quod Hebraice vocabatur מִזְבַּח מִקְטַר קְטֹרֶת Exod. XXX, 1. et de quo confer *Wetstenium N. T.* T. I. p. 647.

ΘΥΜΙΑΤΉΡΙΟΝ, ίου, τὸ, universum *omne* notat, *in quo sunt* Θυμιάματα, aut *in quo fit suffitio*; nam omnia verba, in ήριον desinentia, de loco quovis dicuntur, quo quid est aut fit. Hinc interdum *altare suffitionis* notat apud *Josephum* A. J. III, 6. 8. et *Philonem* de Vita Mosis p. 668. ed. Paris. Sed in N. T. libris, ubi semel Hebr. IX, 4. legitur, Θυμιατήριον non *altare suffitus* notat, quod in Sancto stetisse e Lucæ I, 11. constat, sed *thuribulum* et *acerram* significat; nam non solum Paulus adytis tabernaculi attribuit Θυμιατήριον, sed etiam idem nomen Græcum, pro Hebraico מִקְטֶרֶת in vers. Alex. positum reperitur 2 Chron. XXVI, 19. Ezech. VIII, 11. Adde *Ælian.* V. H. XII, 51. *Demosthen.* p. 617. 3. ed. *Reiske. Thucyd.* VI, 45. ubi Θυμιατήριον etiam *vas* notat, *in quo thura adolentur.* Conf. *Ludov. de Dieu* Crit. Sacr. p. 744.

ΘΥΜΙΆΩ, ῶ, fut. άσω, *suffitum facio, suffio, odoramenta incendo*, a Θύω, quod idem significat. Conf. *Schol. Aristoph.* Plut. v. 137. et *Casaub.* ad *Athen.* II, 939. Legitur in N. T. tantum in infinitivo Luc. I, 9. ἔλαχε τοῦ Θυμιάσαι, scil. μέρος, partes suffiendi sorte accepit. Alexandrini pro קִטֵּר *adolevit, suffitum fecit*, Exod. XXX, 7. 8. XL, 27. Ies. LXV, 3. 7. et pro nomine קְטֹרֶת *suffitus*, Exod. XL, 5. adhibuerunt.

ΘΥΜΟΜΑΧΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *infenso animo bellum meditor*, vel *gero*, ex Θυμὸς *ira* et μάχομαι *pugno. Dionys. Hal. Ant.* V, 11.

2. *infenso in aliquem sum animo, iratus sum*, q. d. ἐν Θυμῷ μάχομαι, seu *a-*

nimo bello, ut de *Hannibale Cornelius Nepos.* cap. 1. loquitur. Construitur cum dativo et legitur in N. T. semel Act. XII, 20. ἦν δὲ θυμομαχῶν Τυρίοις erat infenso animo in Tyrios. *Polyb.* Exc. Leg. 69. T. II. ed. *Ernesti* p. 680. θυμομαχοῦντες ἐπὶ τοις γεγονόσι. *Diod. Sic.* XVII, 33. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 528. et *Schweighæuseri Lexic. Polyb.* s. h. v.

ΘΥΜΟ΄Σ, ου, ὁ, 1. proprie: *animus, mens*, seu, *ea facultas animi, quæ appetit bona, et mala aversatur.* Ita in exterorum Scriptorum libris frequenter legitur, v. c. *Hesiod. Opp. et D.* v. 13. διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν in diversa autem animum distrahunt. *Hesych.* θυμός· ψυχὴ, προαίρεσις, ἐπιθυμία. 2 Macc. VII, 3. Hinc

2. per metonymiam: *quilibet vehementior animi affectus*, et speciatim *animi excandescentia et vehementia, iracundia, ira nascens et modo existens*, et ita differt ab ὀργὴ, quod *cupiditatem ulciscendi iramque inveteratam* significat, quanquam hæc differentia non est perpetua. Vide *Scholiasten Aristoph. ad Ran.* v. 868. *Diogen. Laërt.* Zen. S. 113. et *Menagii* Comment. p. 303. *Cic.* Tusc. Quæst. IV, 9. Ita vero tribuitur *Deo* in N. T. quatenus impios pœnis afficit, Apoc. XIV, 10. ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ. ibid. v. 19. XV, 1. 7. XIX, 15. *Satanæ*, qui ira immani et nocendi cupidine in homines fertur, Apoc. XII, 12. et *hominibus*, qui ira injusta æstuant in alios, Luc. IV, 28. ἐπλήσθησαν πάντες θυμοῦ omnes vehementer irati. Act. XIX, 28. γενόμενοι πλήρεις θυμοῦ. 2 Cor. XII, 20. θυμοὶ *iræ*, ut Latinum *animi*. Galat. V, 20. Ephes. IV, 31. Coloss. III, 8. Hebr. XI, 27. *Xenoph.* de Re Equestri IX, 2. Genes. XLIX, 6. Dan. III, 19. *Hesych.* θυμός· ὀργή. *Suid.* sub θυμὸς ὀργῆς· ὁ μὲν γὰρ θυμὸς ὀξὺς καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ ὀργὴ βραδυτέρα μὲν, μονιμωτέρα δέ. — Θυμὸς καὶ ὀργὴ *summa ira.* Apoc. XVI, 19. XIX, 15. coll. Exod. XXXII, 11. Deut. XXIX, 23. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 31.

3. per metonymiam causæ pro effectu: *pœna.* Rom. II, 8. θυμὸς καὶ ὀργὴ pœna gravissima.

4. catachrestice: *venenum*, ex usu linguæ hellenisticæ. Apoc. XIV, 8. ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ ex vino venenato, seu philtro. ibid. XVI, 19. XVIII, 3. Hebraicum חֵמָה non solum *excandescentiam*, sed etiam *venenum* notat Job. VI, 4. Deut. XXXII, 24. Alex. μετὰ θυμοῦ συρόντων ἐπὶ τῆς γῆς, et v. 33. θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν. In eadem versione θυμὸς Hebraico רֹאשׁ *venenum* respondet. Deut. XXXII, 33. θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος. Job. XX, 16. Amos VI, 12. Adde Sapient. XVI, 5.

ΘΥΜΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, *ad iram provoco, irrito, facio, ut aliquis excandescat*, a θυμὸς *ira.* Θυμόομαι, οῦμαι, *excandesco, animo graviter irascor*, legitur semel in N. T. Matth. II, 16. ἐθυμώθη λίαν excanduit vehementer. Alexandrini pro חָרָה Genes. XXX, 2. Ies. V, 25. *Xenoph. Cyrop.* V, 5. 5. et *Anabas.* II, 5. 2.

ΘΥ΄ΡΑ, ας, ἡ, 1. *ostium, janua in domo, per quam datur ingressus*, et proprie differt a πύλη, quod de *portis urbium* usurpatur, v. c. apud *Thucyd.* II, 4. Sed sæpe promiscue ponuntur non solum apud Alexandrinos, sed etiam apud exteros Scriptt. v. c. *Sophoclem* in Œdip. Tyrann. v. 1268. *Hesych.* πύλαι· θύραι. Matth. VI, 6. Marc. I, 33. Luc. XIII, 25. Joh. XX, 26. τῶν θυρῶν κεκλεισμένων. Usurpatur hic pluralis sensu singulari, perinde, ut Latinorum *fores.* Luc. XI, 7. ἤδη ἡ θύρα κέκλεισται jam serum noctis est. Τὸ seu τὰ πρὸς τὴν θύραν, scil. χωρία s. μέρη, *quæ sunt ante januam*, h. e. *vestibulum*, seu locus ante januam domus vacuus, per quem a via aditus accessusque ad ædes est, ut verbis utar *Gellii* N. A. XVI, 16. i. q. τὸ πρόθυρον Genes. XIX, 6. *Homer.* Odyss. α΄. v. 103. et τὰ πρόπυλα, *Axioch.* 19. Marc. II, 2. ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν ut nec vestibulum caperet omnes.

2. metaphorice: *aditus ad rem aliquam, facultas alicujus rei, occasio,* ut *janua* apud *Cic.* de Orator. I, c. 47. *Ovid.* Amor. III, Eleg. 12. v. 11. et *fores* apud *Cic.* XIII, Ep. 10. "amicitiæ *fores* aperiuntur." Act. XIV, 27. ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι θύραν πίστεως, ubi θύρα πίστεως aditum ad fidem Christianam, seu, facultatem transeundi ad religionem Christianam notat. 1 Cor. XVI, 9. θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη occasio sese mihi offert insignis multos adducendi ad religionem Christianam. Eodem sensu hæc vox legitur 2 Cor. II, 12. Coloss. IV, 3. ubi θύρα τοῦ λόγου est occasio et facultas tradendæ religionis Christianæ. Apoc. III, 8. ἔδωκα ἐνώπιόν σου θύραν ἀνεῳγμένην aditus ad me tibi patet. Sic פֶּתַח Hos. II, 17. *Symmach.* εἰς θύραν ἐλπίδος. *Plutarch. Symposiac.* II. Quæst. III. p. 636. θύρας ἐπὶ σεαυτὸν ἀνοίξας. *Lucian.* T. II. p. 720. ed. *Reitz.* Conf. etiam *Wesseling.* Obss. I, 21. et *Schultensium* ad *Harir. Consess.* III, p. 180.

3. *is, qui aditum et facultatem ad aliquam rem dat.* Hinc hoc nomine Christus se ipsum designat Joh. X, 7. et 9. ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων ego sum janua, quæ ducit ad ovile, h. e. per meam doctrinam tantum fieri aliquis potest civis cœtus divini.

4. Formulæ ἐπὶ θύραις εἶναι et πρὸ θυρῶν ἑστάναι significant: *propinquum esse, imminere, adesse, brevi futurum esse, instare,* ut Latinorum *in limine adesse* (*Virgil.* Æn. VIII, v. 656.) et de rebus æque ac personis et tempore adhibetur. Matth. XXIV, 33. γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις intelligite, præ foribus adesse, seu instare hoc tempus. Marc. XIII, 29. Eodem modo formula ἐγγὺς πρὸ θυρῶν ἐστιν apud Græcos de *iis, quæ instant et brevi futura sunt,* usurpatur, v. c. *Aristoph.* Plut. v. 767. Jac. V, 9. ἰδοὺ ὁ κριτὴς πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκεν, h. e. ἐγγύς ἐστι, seu πάρεστι, judex subito aderit nec morabitur. Longe alio sensu de Christo Apoc. III, 20. dicitur ἕστηκα ἐπὶ τῆς θύρας καὶ κρούω sto ante ostium et pulso, h. e. admitti cupio ad familiaritatem, seu summo homines emendandi et felices reddendi desiderio teneor. Et paulo post: ἐάν τις ἀνοίξῃ τὴν θύραν, h. e. si quis salutaria monita mea admittat.

5. interdum omittitur, v. c. Luc. XIII, 25. post verba ἀνοίξον ἡμῖν.

ΘΥΡΕΟΣ, οῦ, ὁ, 1. *scutum forma majori eaque oblonga,* (unde *Josephus* A. J. VIII, 7. §. 2. scuta Romanorum vocat θυρεοὺς ἐπιμήκεις.) *quod totum fere corpus tegebat, et corpori muniendo pariter ac hostium telis repellendis accommodatum erat,* ita dictum a θύρα *janua,* quia januæ similitudinem referebat. Differt ab ἀσπὶς *clypeus, forma orbiculari ac paulo breviori,* de qua vocum differentia *Wesselingius* ad *Diod. Sic.* T. II. p. 501. conferendus est. Vide etiam *Alberti* Obss. Philol. in N. T. p. 374. *Lipsium* de *Militia Romana* l. III, p. 166. et *Elsner.* Obss. Sacr. T. II. p. 231. qui non solum θυρεὸς esse nomen probæ notæ multis exemplis docuerunt, sed etiam differentiam inter θυρεὸν et ἀσπίδα supra notatam non esse perpetuam, recte observarunt, variisque exemplis (v. c. *Polybii* VI, 21. *Dionys. Halic. Ant.* p. 160.) probarunt, quibus adde *Ez. Spanhemium* ad *Juliani Orat.* p. 241. et *Turnebi Adverss. SS.* l. II, c. 27.

2. metaphorice: *omne, quod impetus hostiles repellere et irritos reddere valet.* Sic semel legitur in N. T. Ephes. VI, 16. ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως fiducia in Deo ejusque potentissimo auxilio sit vobis clypei instar, seu, efficiat, ut calamitates, etiam gravissimæ, vobis nocere nulla ratione possint.

ΘΥΡΙΣ, ίδος, ἡ, 1. proprie: *ostiolum.* Diminutivum a θύρα *janua.*

2. *fenestra,* h. e. *quævis apertura minor in muro, locus patens in pariete. Hesych.* θυρίς· ὀπὴ μικρά. Bis tantum legitur in N. T. Act. XX, 9. καθήμενος ἐπὶ τῆς θυρίδος sedens ad fe-

nestram. 2 Macc. III, 19. *Polyb.* XII, 25. 3. *Palæph.* de Incredib. cap. 13. 2 Cor. XI, 33. καὶ διὰ θυρίδος ἐχαλάσθην et per aperturam muri demissus sum. In versione Alex. respondet Hebraico חַלּוֹן Jos. II, 15. 18. Judd. V, 28. 2 Sam. VI, 16. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 210.

ΘΥΡΩΡΟ῞Σ, οῦ, ὁ, *januæ custos, janitor, ostiarius*, ex θύρα *janua* et ὦρα *cura*, unde οὖρος *custos*. Marc. XIII, 34. Joh. X, 3. Alexandrini pro שֹׁעֵר 2 Regg. VII, 10. Adde Ezech. XLIV, 11. et *Xenoph. Cyrop.* VII, 5, 23. *Hist. Græc.* VII, 1. 26. Ἡ θυρωρὸς *janitrix, ostiaria*. Nam mos erat Hebræis, etiam fœminis uti janitricibus. 2 Sam. IV, 6. Joh. XVIII, 16. 17. *Suid.* Θυρωρός· ὁ φύλαξ τῆς θύρας. λέγεται καὶ θηλυκῶς. Cæterum observandum est, veteribus janitores servos fuisse, vel ancillas, quæ ad intrantes et exeuntes attenderent, et januas domorum interdiu noctuque clausas fuisse. Vide *Pignorium* de Servis p. 443.

ΘΥΣΙ΄Α, ας, ἡ, 1. proprie : *mactatio pecudis ad esum vel ad sacrificationem, sacrificii oblatio*, a θύω *macto, sacrificia offero*.

2. metonymice : *ipsa victima, hostia, quæ mactatur in honorem Dei, sacrificium cruentum*, et respondet Hebraico זֶבַח Genes. XXXI, 54. Levit. III, 1. 3. 6. 9. Matth. IX, 13. Marc. IX, 49. πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται et omnis victima sale condienda est. Heb. V, 1. VIII, 3. IX, 9. δῶρα καὶ θυσίας. ibid. VII, 27. θυσίας sacrificia expiatoria, seu victimas piaculares. Eodem sensu legitur ibidem X, 1. 11. Act. VII, 41. de sacrificiis usurpatur, quæ vitulo aureo offerebantur.

3. si τῷ ὁλοκαύτωμα opponitur, significat *victimam, cujus pars tantum aræ imposita adolebatur, reliqua autem pars sacerdotibus et convivio sacro cedebat*. Marc. XII, 33. πλειόν ἐστι πάντων τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσιῶν præstantius est omnibus holocaustis et victimis.

4. *carnes victimarum residuæ, quarum pars assignata erat sacerdotibus, altera autem convivio cedebat*. 1 Cor. X, 18. οὐχὶ οἱ ἐσθίοντες τὰς θυσίας; nonne, qui carnes residuas victimarum edunt? Deut. XVIII, 1. Hos. VIII, 13.

5. metaphorice : *omnis res, Deo devota et consecrata, quidquid in Dei honorem præstatur et suscipitur*. Sic v. c. corpus Christi, quo acerbissimos cruciatus et infame crucis supplicium, humanæ salutis causa ex decreto Dei pertulit, θυσία vocatur a Paulo Hebr. X, 12. coll. Ephes. V, 2. Rom. XII, 1. παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν ut corporibus vestris verum Deo cultum præstetis. Phil. IV, 18. beneficium, in alios collatum, pietatis erga Deum declarandæ causa, θυσία δεκτὴ vocatur, coll. Hebr. XIII, 16. Phil. II, 17. ubi θυσία vel prædicationem doctrinæ Christianæ, vel ipsos homines significat, qui per religionem Christianam Deo grati et accepti redduntur, coll. Rom. XV, 16. 1 Petr. II, 5. πνευματικὰς θυσίας sacrificia, quæ animo quasi offeruntur h. e. pia animi sensa et actiones, legibus divinis consentaneas. Vide *Schoettgenium* in Horis Hebr. et Talmud. in h. l. *Phavor.* θυσία πνευματικὴ ἐστιν συνειδὸς καθαρὸν ἐπὶ τὴν κατάστασιν τοῦ νοῦ, ὡς ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον κείμενον.

6. interdum omittitur, v. c. Luc. II, 22. post παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, observante *Palaireto* in Obss. Phil. Crit. p. 159. Eadem ellipsis reperitur Sirac. XXXIII, 1. θυσιάζων σωτηρίου, scil. θυσίαν. ibid. v. 2. θυσιάζων αἰνέσεως, sc. θυσίαν.

ΘΥΣΙΑΣΤΗ΄ΡΙΟΝ, ου, τὸ, 1. *altare, locus, in quo sacrificia et oblationes fiunt*, a θυσιάζω *sacrifico ;* speciatim : *ara holocaustorum*, Heb. מִזְבֵּחַ Gen. VIII, 20. XII, 7. 8. XIII, 14. 18. etc. Matth. V, 23. ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον quodsi offeras munus tuum in altari. Luc. I, 11. τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος altaris suffitus. 1 Cor. IX, 13. οἱ τῷ

θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες sacerdotes, qui quotidie ad aram versantur et ministeria funguntur. Luc. XI, 51. μεταξὺ τοῦ θυσιαστηρίου inter altare holocaustorum; de quo vide *Wetstenium N. T.* T. I. p. 491. Hebr. VII, 13. ἀφ' ἧς οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ ex qua nullus ad altare accessit, seu munere sacerdotali functus est. Apoc. XI, 1. per θυσιαστήριον non intelligendum est altare holocaustorum, sed altare suffitus, quo sanctum (ναὸς) instructum erat.

2. per metonymiam: *victima piacularis, quæ in ara offertur.* 1 Cor. IX, 13. τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται accipiunt partem carnium residuarum victimarum, quæ offeruntur. Hebr. XIII, 10. ἔχομεν θυσιαστήριον habemus nos etiam victimam piacularem, nempe Christum.

3. *ipsum numen, quod religiose colitur victimis, in ara oblatis.* 1 Cor. X, 18. κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσὶ fatentur palam, se Deum colere, cujus est altare.

ΘΎΩ, fut. ύσω, 1. proprie: *odoramenta accendo, diis odores adoleo, suffio*, i. q. θυμιάω, unde θύωμα *odoramentum*. Cf. *Grævii* Lectiones Hesiodeas c. 8.

2. *macto pecudes, vel ad esum, vel ad sacrificandum, sacrifico, immolo.* Matth. XXII, 4. οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστὰ τεθυμένα tauri mei et altilia mea mactata sunt. Act. X, 13. θύσον καὶ φάγε macta et ede. Luc. XXII, 7. de mactatione agni paschalis adhibetur, coll. Deut. XVI, 2. 5. Act. XIV, 13. 18. τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς ne ipsis victimas immolaret. 1 Cor. X, 20.

3. *occido, trucido, interficio, violenter vita exuo.* Joh. X, 10.

ΘΩΜΑ̃Σ, ᾶ, ὁ, *Thomas.* Est nomen proprium unius ex duodecim Christi apostolis. Marc. III, 18. Hebr. תְּאוֹם, quod *geminum* significat, unde Græce dicitur Δίδυμος, Joh. XX, 24. Matth. X, 3. Luc. VI, 15. Joh. XI, 16. XIV, 5. XX, 24. 26. — 29. XXI, 2. Act. I, 13. *Hesychius, Phavorinus* et *Alb.* Gloss. Gr. p. 10. Θωμᾶς· ἄζυσσος (תְּהוֹם) ἢ δίδυμος (תְּאוֹם). Θωμᾶς tamen nudum fuisse cognomen Apostoli, proprium autem nomen Jacobus, cujus mentio fit 1 Cor. XV, 7. contendit *Heumanus* in notis German. ad l. l. et in *Miscell. Groning.* T. III. p. 301.

ΘΏΡΑΞ, ακος, ὁ, *thorax*, 1. proprie: *pectus*, seu pars corporis a collo usque ad umbilicum, ubi costæ desinunt, quæ etiam Latinis *thorax* dicitur. *Aristotel.* Hist. Anim. I, c. 7. Sic legitur in N. T. Apoc. IX, 9.

2. *lorica*, seu *ea armaturæ pars, quæ pectus tegit*, (*Pollux Onom.* I, 10. s. 134. p. 91. ed. *Hemsterhus. Dionys. Halic. Ant.* IV, 16. *Homer.* Iliad. γ'. v. 332.) et deinde *omne munimentum corporis*, πᾶν ἔρυμα τοῦ σώματος, ut verbis utar *Xenophontis* Cyrop. IV, 3. 3. Apoc. IX, 9. ὡς θώρακας σιδηροῦς. ibid. v. 17. θώρακας πυρινούς. Θώραξ duabus constabat partibus, quarum una tergum, altera pectus tegebat. Vide *Potteri* Archæol. Græc. Lib. 3. c. 4. et *Feithii* Antiq. Homer. Lib. IV, c. 8. Alexandrini hac voce usi sunt pro שִׁרְיָה Job. XLI, 17. (26.) et pro שִׁרְיוֹן, seu סִרְיוֹן 1 Sam. XVII, 5. 38. Ies. LIX, 17.

3. metaphorice: *quod instar loricæ militaris se habet*, seu, *quod impetus hostiles repellere et irritos reddere valet.* Sic legitur in N. T. Ephes. VI, 14. θώραξ δικαιοσύνης. 1 Thess. V, 8. θώραξ πίστεως. Sapient. V, 18. ἐνδύσεται θώρακα δικαιοσύνην. Vide supra sub θυρεός. *Hesych.* θώραξ· ὅπλον, πύργος, χιτὼν, στῆθος, σῶμα, λωρίκιον. *Gloss. MS. in Sap.* θώρακα· πολεμικὸν ἔνδυμα, ἀλυσιδωτόν. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* θώραξ· ὅπλον στήθους, σκεπαστήριον, λωρίκιον.

I

Ἰα'ειρος, ου, ὁ, *Jairus*. Est nomen viri Hebraicum יָאִיר, (Num. XXXII, 41. Deut. III, 14.) significans *eum, qui lucem dabit vel afferet*, a radice אוּר *lucidum esse, illuminari*. *Alberti* Gloss. Gr. p. 38. Ἰάϊρος· φωτισθείς. Fuit unus ex præfectis synagogæ, cujus filiam Christus e mortuis excitavit. Legitur in N. T. Marc. V, 22. Luc. VIII, 41.

Ἰακὼβ, ὁ, *Jacob*. 1. Est nomen proprium ἄκλιτον patriarchæ, filii natu secundi Isaaci, origine Hebraicum יַעֲקוֹב, h. e. *supplantator*, vel *plantam tenens*, a radice עָקַב *supplantavit*, vel *plantam pedis tenuit*. Fuit vero ita dictus, quod in ipso partu manu sua tenuerit calcem fratris sui prænascentis Esaui. Genes. XXV, 26. Matth. I, 2. VIII, 11. Joh. IV, 5. 6. 12. etc.

2. metaphorice notat *posteros Jacobi*, et est i. q. ὁ οἶκος Ἰακὼβ, Luc. I, 33. Rom. IX, 13. τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα Jacobum et ejus posteros majoribus beneficiis affeci. ibid. XI, 26. καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακὼβ et avertet impietatem a Jacobi posteris.

3. est nomen proprium patris Josephi, nutritoris Christi. Matth. I, 15. 16.

Ἰα'κωβος, ου, ὁ, *Jacobus*. (ab eodem.) Duo hoc nomine veniunt in N. T. Alter fuit filius Zebedæi, frater Johannis, evangelistæ et J. C. familiaris, qui (Matth. IV, 21. X, 2. coll. Marc. III, 17. Luc. VI, 14. et Act. I, 13.) in apostolorum numerum refertur, ab Herode, anno circiter post ascensum J. C. decimo, gladio interemtus, alias *major* dictus. Alter fuit filius Alphæi et Mariæ, ad differentiam prioris vulgo *minor* vocatus, qui etiam apostolis annumeratur, (Matth. X, 3. XXVII, 56. Marc. III, 18. XV, 40. Luc. VI, 15. Act. I, 13.) a Paulo (Galat. I, 19. coll. Matth. XIII, 55.) nominatus frater Domini, (h. e. cognatus, eo quod fuerit ejus consobrinus) auctor, ut videtur, Epistolæ Jacobi. Conf. *Pott*. Prolegomena ad Vol. I. Epistolarum Catholicarum, et *Gabler*. de *Jacobo*, Epistolæ, eidem adscriptæ, auctore. Altorf. 1787. 4.

Ἴαμα, τος, τὸ, *sanatio, medicamentum, medela*, etiam *restitutio sanitatis miraculosa*, ab ἰάομαι *sano*. Ter tantum legitur in N. T. 1 Cor. XII, 9. χαρίσματα ἰαμάτων dona sanationum, sc. miraculosarum, quarum exempla commemorantur Act. V, 25. XII, 9. XIX, 12. Præterea legitur ibid. v. 28. et 30. Alexandrini usi sunt hac voce pro רְפוּאָה Jerem. XLVI, 11. et pro מַרְפֵּא 2 Chron. XXXVI, 16. Jer. XXXIII, 6. pro quo etiam usi sunt eodem nomine *Symmachus* et *Theodotion* Prov. XVI, 24. et *Aquila* Eccles. X, 4. *Polyb*. VII, 14. 2. *Plutarch*. T. VIII, p. 31. ed. *Reiske*. *Hesych*. ἴαμα· θεραπεία.

Ἰαμβρη̃ς, οῦ, ὁ, *Jambres*. Nomen proprium magi cujusdam Ægyptiaci, qui una cum Janne liberationem populi Israëlitici impediebat, ac Mosis auctoritatem coram Pharaone præstigiis suis minuere conatus est. Exod. VII, 11. seq. 2 Tim. III, 8. Videtur hoc nomen originis Ægyptiacæ, non Hebraicæ esse, ut jam recte judicavit *Pfeiferus* in Dubiis Vexatis Cent. I. p. 253. qui bene contulit vocem ἀμβρῆς, quæ Ægyptiis, auctore *Horo*, Hieroglyph. 38. *librum sacrum* notat, cujus interpretes se profitebantur magi. *Vulgatus* hunc magum *Mambrem* appellat; quæ nominis mutatio etiam in Rabbinicis occurrit libris, unde etiam *Grotius* colligit, Græcum, quo usus fuit *Vulgatus* interpres, codicem loco Ἰαμβρῆς habuisse Μαμβρῆς. *Syrus* habet ܝܢܒܪܣ. Nomina ipsa utriusque magi, quæ nec in scriptis, a Mose exaratis, nec in aliis V. T. libris reperiuntur, vel ex majorum traditione, (*Theodoret*. ad h. l. scribit:

τὰ μέντοι τούτων ὀνόματα, οὐκ ἐκ τῆς θείας γραφῆς μεμάθηκεν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀγράφης τῶν Ἰουδαίων διδασκαλίας) vel ex aliis libris, quos longa temporum series nobis eripuit, hausisse Paulum, admodum verosimile est. Certe hæc nomina tum temporis non penitus latuisse, varia, quæ eorundem mentionem faciunt, scripta et Judæorum (Vide *Buxtorfii Lex. Talmud.* coll. 945. seq. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 362.) et gentilium (v. c. *Plinii*, *Apuleii*, et aliorum, quorum loca collegit *Grotius* de *Verit. Rel. Christ.* I, §. 16. p. 57. ed. Paris. 1650. Fol.) luculenter evincunt. Conf. *Targum Jonath.* ad Exod. VII, 11. *Numenium*, Philosophum pythagoræum, Lib. 3. περὶ τἀγαθοῦ (ita scribentem: τὰ δ' ἐξῆς Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς Αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς, ἄνδρες οὐδενὸς ἥττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι ἐπὶ Ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ Αἰγύπτου. Μουσαίῳ γοῦν τῷ Ἰουδαίων ἐξηγησαμένῳ ἀνδρὶ γενομένῳ θεῷ εὔξασθαι δυνατωτάτῳ, οἱ παραστῆναι ἀξιωθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ τῶν Αἰγυπτίων οὗτοι ησαν, τῶν δὲ συμφορῶν, ἃς ὁ Μουσαῖος ἐπῆγε τῇ Αἰγύπτῳ, τὰς νεανικωτάτας αὐτῶν ἐπιλύεσθαι ὤφθησαν δυνατοί.) et *Euseb.* Præp. Evang. Lib. IX. p. 241. Conf. etiam *Suiceri Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1430.

ΙΑΝΝΑ, ὁ, *Janna*. Nomen viri Hebraicum ab עָנָה *respondit*, item *afflixit*, *humiliavit*. Fuit pater Melchi Luc. III, 24. Sæpius non commemoratur in N. T.

ΙΑΝΝΗΣ, οῦ, ὁ, *Jannes*. Nomen proprium cujusdam magi Ægyptiorum, qui Mosi, miracula coram Pharaone edenti, cum Jambre restitit, Exod. VII, 11. 2 Tim. III, 8. quod aliis quidem originis Hebraicæ esse, et ab עָנָה *respondit* (ut significet, vel *ex libris sacris respondentem*, vel *obloquentem*, *obstrepentem*) derivandum videtur, ab aliis vero originis Ægyptiacæ esse judicatur, ex *goiane*, quæ vox *gratiosum* significat, ut quodammodo conveniat cum יוֹחָנָן. Certe in *Talmude* vocatur יוֹחָנָא. Vide *Lightfoot.* Cent. Chorograph. Matthæo præmissa c. 53. Conf. quæ ad vocem Ἰαμβρῆς a me notata sunt, et *Maii Obss. SS.* l. II, p. 42. seq.

ΙΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. ἀσομαι, 1. *medeor*, *sano*, *curo*, *valetudinem restituo*, sive *per medicamenta*, sive *vi miraculosa*. Luc. IX, 2. καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἀσθενοῦντας. ibid. XXII, 51. ἰάσατο αὐτὸν et aurem, gladio avulsam, pristinum in locum restituit. Act. IX, 34. ubi sermo est de paralytico, cui integritas nervorum et ligamentorum reficitur. ibid. XXVIII, 8. de febre et dysenteria afflicto.

2. passive: *sanor*, *valetudinem recupero*, *morbis et quocunque corporis vitio liberor*. Sic v. c. de claudis, quibus usus pedum redditur, usurpatur Act. III, 11. Marc. V, 29. ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος. ibid. VI, 17. καὶ ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν νόσων αὐτῶν.

3. metaphorice in genere significat: *juvo*, *malo aliquo libero*, et ad animum translatum: *efficio*, *ut aliquis redeat ad sanam mentem et veram pietatem*, *consolor*, *lætitia afficio*, *tranquillum et felicem reddo*, *maxime per remissionem peccatorum*. Hebr. XII, 13. ne pes claudicans luxetur, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον, sed potius restituatur, h. e. ut firmi maneatis in religione Christiana. Jacob. V, 16. ὅπως ἰαθῆτε ut vobis peccata remittantur. 1 Petr. II, 24. οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε cujus cruciatus, pro vobis exantlati, summam vobis pepererunt salutem. Matth. XIII, 15. καὶ ἰάσομαι αὐτούς, coll. Marc. IV, 12. καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα. Luc. IV, 18. ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν ut solatio et lætitia afficiam contritos corde. Eodem modo Hebraicum רָפָא de *remissione peccatorum* usurpatur Ies. VI, 10. ubi conferenda est versio Chaldaica; et ἴασις *remissionem peccatorum* notat Sirac. XXVIII, 3. Adde etiam vers. Alex. 2 Chron. VII, 14. 28. et Sirac. III, 30. Exempla significationis metaphoricæ verbi ἰάομαι e Scriptoribus Græcis (*Andocid. Orat.* II, p. 254. *Lucian. Gall.* p. 264. *Fugit.* p. 789.)

dedit *Schwarzius* in Comment. Crit. Ling. Gr. N. T. p. 685. et Latini *mederi Broukhusius* ad *Tibullum* p. 236.

ΙΑΡΕ᾽Δ, ὁ, *Jared.* Nomen proprium viri ἄκλιτον, Hebraice יֶרֶד, nonnullis idem quod *dominans, dominator*, a radice רָדָה *dominari*, aliis vero *descendens*, a יָרַד *descendit*. Semel commemoratur in N. T. Luc. III, 37.

ΙΑΣΙΣ, εως, ἡ, *sanatio, medicatio*, ab *ἰάομαι sano*. Ter tantum legitur in N. T. Luc. XIII, 32. *ἰάσεις ἐπιτελῶ sano, medeor*. De sanatione miraculosa legitur Act. IV, 22. 30. Alexandrini pro רְפָאוּת *sanatio*, Prov. III, 8. et מַרְפֵּא Prov. IV, 22. XV, 4. XVI, 24. *Plutarch.* T. VIII, *Opp.* p. 712. ed. *Reiske. Hesych.* ἴασις· θεραπεία.

ΙΑΣΠΙΣ, ιδος, ἡ, *jaspis*, gemma diversicolor, nam alia est purpurea, alia cærulea, alia viridis, (quæ, pretiosissima habita, a veteribus *Indica* et πολύγραμμος dicitur) alia æri similis, secundum *Plinium* H. N. XXXVII, 5. *Psellus* περὶ λίθων δυνάμεων· ἡ Ἴασπις φύσει χρυσταλλοειδὴς ὀλίγου ἐπιτεινομένη τὴν χροιάν, καὶ ἀρίστη μὲν ἡ πορφυροῦσα, δευτέρα δὲ ἡ φθεγματικωτέρα παράλευκος. ἔστι δέ τις καὶ ἀεροειδὴς ἀναστέλλει. Vide *Salmasium* ad *Epiphan. de XII. Gemmis* c. 6. p. 99. ad calcem tractatus M. *Hilleri* de *Gemmis XII. in pectorali pontificis Hebræorum* et *Braun.* de *Vestitu Sacerdot. Hebr.* II, c. 19. p. 586. In Apocalypsi, ubi quater occurrit, IV, 3. (ubi tamen *Eichhornius* in *Comment.* Vol. I. p. 157. intelligit Jaspidem rubram seu potius purpuream.) XXI, 11. 18. 19. hoc nomine *adamantem*, gemmarum præstantissimam, indicari, non temere judicarunt quidam viri docti, hac maxime ratione ducti, quod partim in gemmarum recensione cap. XXI, 18. 19. jaspis primo loco nominatus legitur, partim ibidem v. 11. epitheton χρυσταλλίζων huic gemmæ tribuitur. Accedit usus loquendi Alexandrinorum interpretum, qui Ezech. XXVIII, 13. quidem ἴασπις pro Hebraico יַשְׁפֵּה *jaspis* posuerunt, sed Exod. XXVIII, 18. eadem voce pro יַהֲלֹם *adamas*, et Ies. LIV, 12. pro בַּרְקַת *pyropus* usi sunt.

ΙΑ᾽ΣΩΝ, ονος, ὁ, *Jason*. Est nomen proprium viri Græcum ejusdem terminationis et significationis cum participio fut. 1. *ἰάσων sanaturus*, verbi *ἰάω sano, medeor*, pro quo nunc usitatum est *ἰάομαι*. Fuit hic Pauli cognatus ejusdemque hospes Berœæ Act. XVII, 5. 6. 7. 9. Rom. XVI, 21.

ΙΑΤΡΟ᾽Σ, οῦ, ὁ, *medicus*, qui per medicamenta medetur, corpori, ab *ἰάομαι sano, medeor*. Marc. V, 26. Luc. VIII, 43. *εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον* in medicos impenderat omnes facultates suas. Coloss. IV, 14. Luc. IV, 23. *ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτὸν* medice, cura te ipsum, h. e. præsta te talem, qualem te jactas, seu confirma miraculo, te esse Messiam. Bene de hac formula proverbiali egit *Vorstius* in Diatribe de Adagiis N. T. cap. V. p. 786. ed. *Fischeri*.

ΙΔΕ, *en! ecce!* i. q. *ἰδοὺ*, et proprie de rei præsentis exhibitione et demonstratione, v. c. Matth. XXV, 20. 22. 25. usurpatur. Adverbium ex imperativo aor. 2. verbi *εἶδω video*, factum, et fere est admirationis nota, v. c. Joh. I, 29. 36. *ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ* ecce agnum Dei! ibid. XI, 36. *ἴδε, πῶς ἐφίλει αὐτόν*. Adhibetur etiam in asseverationibus, Joh. XVI, 29. Galat. V, 2. in admonitionibus, ut sit idem quod *cogita ac perpende*, Joh. V, 14. Rom. II, 17. et in commiserationis excitatione, Joh. XIX, 5. *ἴδε ὁ ἄνθρωπος*, et v. 14. *ἴδε ὁ βασιλεὺς ὑμῶν*.

2. *exempli causa*. Sic Jacob. III, 3. ubi tamen in codicibus nonnullis frequentius *ἰδοὺ* male positum reperitur.

ΙΔΕ᾽Α, ας, ἡ, *aspectus, visus*, item *facies, forma, species*, et cum de rerum specie, tum de hominum forma dicitur, ab *εἶδω video*, ut contra *Thom. M.* recte ostendit *Alberti* in Obss. Philol. p. 163. Semel legitur in N. T. Matth. XXVIII, 3. *ἦν δὲ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ* et ejus facies fulguris ritu

splendebat, h. e. admodum nitebat. Conf. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* III, c. 51. T. I. p. 219. In versione Alex. respondet Hebraico מַרְאֶה Dan. I, 13. 15. Legitur præterea apud *Aristoph.* Plut. Act. II. Sc. 5. v. 122. *Pindar.* Olymp. Od. X. v. 1309. *Diod. Sic.* I, 12. p. 16. Deos hominibus apparuisse ἐν ἱερῶν ζώων μορφαῖς, ἔστι δ' ὅτε εἰς ἀνθρώπων ἰδέας, ἢ τινων ἄλλων μεταβάλλοντας. *Hesych.* ἰδέα· ἡ ὁμοιότης, μορφή, εἶδος.

Ἴδιος, ία, ιον, 1. *proprius, suus,* et de *omni, quod quis jure suum vocare potest, et ullo aliquo modo ad aliquem pertinet,* usurpatur. Joh. I, 11. εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον, inter *Judæos* (sc. τὰ ἴδια est h. l. *Judæa,* quam ob natales suam vocare poterat et ob dominium illius, sibi competens, coll. v. 10. τὰ ἴδια Χριστοῦ vocatur) doctoris provinciam accepit, sed *populares* ejus (Judæi) eum respuerunt. ibid. X, 12. οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια cujus non sunt oves propriæ. Act. IV, 32. τῷ ἴδιον opponitur κοινόν, cum pluribus commune. Τὰ ἴδια τινός, *animi alicujus indoles et natura.* Joh. VIII, 44. ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ pro suo ingenio agit, i. q. τὸ ψεῦδος αὐτῷ ἐστὶν οἰκεῖον. — Οἱ ἴδιοι τινός *familiares alicujus, amici et cognati,* (De *cognatis* adhibitum legitur apud *Valentem Anthol.* IV. Θανάτους δὲ ἰδίων ἢ ἀδελφῶν ἢ τέκνων θεωροῦσι. Confer *Salmasium* de *annis climactericis* p. 121.) *omnes, qui a partibus alicujus stant, sectatores.* Joh. XIII, 1. ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν κόσμῳ quo fuit per omnem vitam erga *discipulos* (*apostolos*) suos animo benevolo. ibid. XV, 19. τὸ ἴδιον (pro τοὺς ἰδίους) ἐφίλει ut suos et sui similes diligerent. Act. IV, 23. ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους ad Christianos Hierosolymitanos redierunt. ibid. XXIV, 23. et ad h. l. *Raphelii* Obss. e Polybio. 1 Tim. V, 8. εἰ δέ τις τῶν ἰδίων οὐ προνοεῖ si vero quis suorum curam habet nullam. — Τὰ ἴδια, scil. οἰκήματα, *ædes, domus, in qua quis habitat et versatur.* Joh. XVI, 32. ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια ut vos a me sejuncti domum revertamini. ib. XIX, 27. ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἔλαβεν ὁ μαθητὴς αὐτὴν εἰς τὰ ἴδια ab illo tempore eam recepit discipulus in domum suam. Act. XXI, 6. ἐκεῖνοι δὲ ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια illi vero domum reversi sunt. Esther. V, 10. וַיָּבוֹא אֶל־בֵּיתוֹ, Alex. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὰ ἴδια. ib. VI, 12. coll. 1 Regg. XXII, 17. 3 Esdr. V, 47. VI, 32. 3 Macc. VI, 27. *Ælian.* V. H, III, c. 24. ὅταν ὑποστρέφωσιν εἰς τὰ ἴδια, h. e. εἰς τὰ οἰκεῖα, ut loquitur *Herodot.* I, c. 109. Confer *Wetstenii N. T.* T. I. p. 838. Similis loquendi ratio reperitur Matth. IX, 1. ubi ἡ ἰδία πόλις oppidum dicitur, ubi quis præcipue domicilium ac sedem habet, coll. *Polyb.* X, 17. et 18.—Tit. I, 12. ἴδιος αὐτῶν προφήτης popularis ipsorum poëta. Intelligitur Epimenides, poëta Cretensis. Rom. VIII, 32. Joh. X, 3.

2. *peculiaris, specialis.* Matth. XXV, 15. ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν pro sua cujusque facultate. Act. II, 6. τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ sua lingua. ibid. v. 8. XXV, 19. 1 Cor. VII, 7. ἕκαστος τὸ ἴδιον χάρισμα ἔχει. ibid. XV, 23. 38. XII, 11. διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ distribuens singulis singulatim pro arbitrio. Hinc τὰ ἴδια in N. T. vocantur *officia, quæ alicui speciatim incumbunt,* vel omnino *ea, quæ sunt alicujus officii.* 1 Thess. IV, 11. πράσσειν τὰ ἴδια et agere, quæ sunt vestri officii, i. q. ἰδιοπραγεῖν, quod opponitur τῷ πολυπραγμονεῖν, et ab *Hesychio* per τὰ ἴδια πράσσειν, ἡσυχάζειν explicatur.

3. *privatus.* Huc refer formulam κατ' ἰδίαν, sc. χώραν, *in loco privato, privatim, seorsim.* Matth. XIV, 13. 23. XVII, 1. 19. XX, 17. XXIV, 3. Marc. IV, 34. VI, 31. 32. etc. Conf. 2 Macc. IV, 5. XIV, 21. *Dionys. Hal. Ant.* X, 65. *Polyb.* IV, 8. V, 83. et *Lamb. Bos. Ellips. Gr.* p. 241. Eandem significationem habet ἰδίᾳ, scil. χώρᾳ, vel μερίδι, *Xenoph. Mem.* I, 2. 63.

4. *destinatus.* Ita adhibetur de tempore, 1 Tim. II, 6. καιροῖς ἰδίοις tempore a Deo constituto. *Chrysost.* ad

h. l. τοῖς προσήκουσι. ib. VI, 15. Galat. VI, 9. de loco, Act. I, 25. πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον abiit in locum, sibi destinatum. sc. sepulchrum, h. e. mortuus et sepultus est. Cf. infra sub τόπος. et de ordine. 1 Cor. XV, 23. ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι.

ΙΔΙΩΤΗΣ, ου, ὁ, 1. *privatus, qui vitam privatam agit, nec fungitur munere publico, unus e vulgo, plebeius,* unde ἰδιωτεύειν *vitam privatam agere,* et ἰδιωτεία *vita privata,* ab ἴδιος *proprius, privatus.* Sic v. c. *Epictet.* c. 23. *Xenoph.* de *Rep. Laced.* X, 4. ἰδιώτην opponit τῷ ἄρχοντι, quemadmodum *Themistocles* Ep. II, τῷ στρατηγῷ, et *Polyb.* V, c. 60. ἰδιώτας *milites gregarios,* sejungit ab ἡγεμόσι *ducibus,* plane, ut apud *Xenoph. Cyrop.* II, 1. 10. VIII, 4. 13. et in aliis Scriptoribus Græcis ἰδιῶται opponuntur τοῖς πολιτευομένοις. Conf. *Georg.* in *Hierocrit. N. T.* P. I. p. 92. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 161. Vide etiam *Xenoph. Mem.* II, 6. 18. et *Demosthen.* de *Coron.* c. 14. *Hesych.* ἰδιώτας· πολίτας, ὁπλίτας. Hinc ex adjuncto

2. ἰδιώτης *rudem, illiteratum, rei alicujus imperitum* notat, quia homines ex vulgo fere indocti sunt et rerum imperiti. *Gloss.* ἰδιώτης· ὁ μὴ νοήμων. *Hesych.* ἰδιώτας· ἀπείρους. *Epictet.* c. 39. φιλοσόφου τάξιν ἔχων, ἢ ἰδιώτου. ibid. c. 71. *Xenoph.* de *Mag. Equit.* VIII, 1. ubi ὁ ἰδιώτης τῶν πολεμικῶν opponitur τῷ ἀσκητής. Idem in *Anab.* VI, 1. 21. Conf. *Hemsterhus.* ad *Lucian.* T. I. p. 484. *Irmisch. Excurs.* ad *Herodian.* I, 1. 3. p. 759. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 206. et *Krebs. Obss. Flav.* p. 196. Sic autem aliquoties legitur in N. T. Act. IV, 13. de apostolis, ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσιν καὶ ἰδιῶται eos homines illiteratos et indoctos esse. 1 Cor. XIV, 16. ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου qui est imperitus, seu linguam peregrinam non intelligit. Eodem sensu legitur ibid. v. 24. 2 Cor. XI, 6. εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει, ubi ἰδιώτης τῷ λόγῳ *is* dicitur, *qui minus eloquens ac subtilis est, popularibus et ad captum vulgi accommodatis formulis loquendi et argumentis utitur, non magnopere de ornamentis orationis et subtilitate argumentorum sollicitus.* Conf. quæ de Paulo Idiota monuit *Stosch Archæol. Œcon. N. T.* p. 186. seq. *Irenæus* in Præfat. libri contra Hæreses §. 3. monet amicum, ne exspectet λόγων τέχνην, οὔτε καλλωπισμὸν λέξεων, cum potius scribere velit ἁπλῶς καὶ ἀληθῶς καὶ ἰδιωτικῶς. Sæpius non legitur in N. T.

ΙΔΟΥ, *En! ecce!* Adverbium demonstrativum, quod accentu distinguitur ab ἴδου, quod est 2. sing. 2. a. imperat. med. verbi εἶδω *video,* cujus usus est

1. *in rei præsentis exhibitione et demonstratione.* Matth. XII, 2. 18. Luc. XXII, 38. Act. VIII, 36. Hebr. II, 13. Ita הִנֵּה Genes. XXIX, 2. et 25. XXXVII, 29.

2. *in mirandæ et novæ rei enarratione aut promissione.* Matth. I, 23. ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. ibid. XXI, 5. XXV, 6. Luc. I, 31. II, 34. Ita הִנֵּה Ies. VII, 14. Zach. IX, 9.

3. *in certitudinis rei asseveratione.* Galat. I, 20. ἰδοὺ ἐνώπιον Θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι. Jacob. V, 4. Jud. v. 14. Genes. I, 29. XII, 19. XXVIII, 15.

4. *in promptitudinis obsequendi declaratione.* Luc. I, 38. ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου en! me promptissimam exsequendi voluntatem divinam. Act. IX, 10. ἰδοὺ ἐγὼ Κύριε, Hebr. הִנֵּנִי, Ies. VI, 8. Hebr. X, 7. 9. Ps. XL, 7. Gen. XXXI, 11. 1 Sam. III, 4. 8.

5. *nota attentionis et admonitionis,* Matth. VII, 4. X, 16. etc.

6. Scriptores N. T. hac particula utuntur etiam tum, cum rem aliquam simpliciter narrant, ita, ut pleonastice posita sit, v. c. Matth. XX, 18. 30. Luc. VII, 12. unde *Syrus* hanc vocem fere semper in versione sua omisit. Conf. *Abresch. Annotatt. in Ep. ad Hebr.* p. 116. et *Gronov. ad Liv.* VII, 35.

7. *jam.* Luc. XIII, 16. ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη annos jam octodecim, seu,

ipsos octodecim annos. Deut. VIII, 4. זֶה אַרְבָּעִים שָׁנָה. Alex. *ἰδοὺ τεσσαράκοντα ἔτη.*

8. *derepente, subito, statim.* Matth. XXVII, 51, Act. I, 10. Alex. הִנֵּה per *εὐθὺς* reddiderunt Genes. XV, 4. XXIV, 15.

ΙΔΟΥΜΑΙ'Α, *ας, ἡ. Idumæa*, nomen regionis, trans Jordanem sitæ, ad meridiem Palæstinæ prope Arabiam Petræam, ab Esauo, seu Edomo, (cujus novi nominis ratio exposita est Genes. XXXV, 30.) et posteris ejus inhabitatæ. Jos. XV, 1. 21. XI, 17. XII, 7. Olim Idumæa a terra Israëlitica distincta erat, sed tandem facta est Judææ pars et provincia, a Davide primum subacta, post a Johanne Hyrcano recuperata. Conf. *Lightfoot. Chorographiam Marco præmissam* cap. 1. Semel legitur in N. T. Marc. III, 8. *καὶ ἀπὸ τῆς Ἰδουμαίας*, ubi sermo esse videtur de Judæis, istam Judææ partem incolentibus.

'ΙΔΡΩ'Σ, *ῶτος, ὁ, sudor*, ab *ἵδος, εος, τὸ*, idem) Hebr. זֵעָה, Genes. III, 19. unde *κάθιδρος lassus et fessus ad sudorem usque*, Jer. VIII, 6. Alex. Semel legitur in N. T. Luc. XXII, 44. *ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν* et ejus sudor similis erat guttis sanguineis ad terram defluentibus. 2 Macc. II, 27. *Artemid.* I, 66. *Philo ad Cai.* T. II. p. 582. 7. *Aristot. Probl.* II, 31.

'ΙΕΖΑΒΗ'Λ, *ἡ, Jesabel.* Nomen proprium *ἄκλιτον* fœminæ, admodum impiæ, reginæ, uxoris Achabi, (Sidoniorum regis filiæ, quæ introductæ in Israëlem nefandæ idololatriæ, gravis oppressionis, turpisque scortationis et incantationis (2 Regg. IX, 22.) rea, morte misera gravem pœnam luit 1 Regg. XXI, 23. 2 Regg. IX, 33—36.) quod Hebraice sonat אִיזֶבֶל, quasi in *insula habitans*, ex אִי *insula* et זָבַל *habitavit.* 1 Regg. XXI, 31. Occurrit in N. T. semel Apoc. II, 20. ubi tamen per antanaclasin mulierem significare videtur, quæ impia et turpia illius facta imitatur. Vide *Eichhornii Comment.* ad h. l. Vol. I. p. 113. *Jesabel* fuisse mulierem Christianam e secta Gnosticorum, docere conatus est *P. E. Jablonski* in D. de *Jezabele Thyatirenorum Pseudo-Prophetissa* ad Apoc. II, 20. Frf. ad Viadr. 1739. 4.

'ΙΕΡΑ'ΠΟΛΙΣ, *εως, ἡ, Hierapolis*, urbs Phrygiæ ad Mæandrum fluvium, non procul a Colossis et Laodicea sita, Latine: *sacra urbs*, ex *ἱερὸς sacer*, et *πόλις urbs.* De hac *Stephanus* scribit: *Ἱεράπολις μεταξὺ Φρυγίας καὶ Λυδίας πόλις, θερμῶν ὑδάτων πολλῶν πλήθουσα, ἀπὸ τοῦ ἱερὰ πολλὰ ἔχειν.* Cf. *Wesseling.* ad *Antonin. Itiner.* p. 337. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 296. et *Cellarii Notit. Orbis Antiq.* T. II. p. 153. Semel in N. T. commemoratur Coloss. IV, 13. *καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει.*

'ΙΕΡΑΤΕΙ'Α, *ας, ἡ,* 1. *sacerdotium, munus sacerdotis*, ab *ἱερὸς sacer.* Hebr. VII, 5. *τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες* sacerdotium nanciscentes. In eadem significatione respondet Hebraico כְּהֻנָּה in versione Alex. Exod. XXIX, 9. XL, 15. Jos. XVIII, 7.

2. *functio sacerdotalis, actio sacerdotalis.* Luc. I, 9. *κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι* ex more sorte illi obtigit officium muneris sacerdotalis suffitum adolendi. Eodem modo כְּהֻנָּה Num. III, 10. XVIII, 7. *Aristot. Polit.* VII. 8. Sæpius non legitur in N. T.

'ΙΕΡΑ'ΤΕΥΜΑ, *τος, τὸ,* 1. *sacerdotium, munus et dignitas sacerdotis*, ab *ἱερατεύω sacerdotio fungor.*

2. *homines, sacerdotio destinati, sacerdotum ordo* vel *cœtus*, tam in sensu proprio, quam metaphorico. Alex. pro כֹּהֵן *minister, sacerdos*, Exod. XIX, 6. In N. T. bis tantum legitur. 1 Petr. II, 5. ubi Christiani *ἱεράτευμα ἅγιον* vocantur, non tantum ob summam eorum dignitatem et præstantiam, sed etiam propter integri-

tatem et virtutis studium; nam sacerdotes, quorum summa erat apud Judæos auctoritas, non nisi integri scelerisque puri eligi solebant. Easdem ob causas ibid. v. 9. *βασίλειον ἱεράτευμα*, h. e. sacerdotes, regia dignitate instructi, appellantur, coll. Exod. XIX, 6. et *Tanchuma* Fol. 31. 3.

ΙΕΡΑΤΕΥΩ, fut. *εύσω*, *sacerdotis munere fungor*, *sum sacerdos*, ab *ἱερὸς sacer*. Semel legitur in N. T. Luc. I. 8. *ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν* cum fungeretur sacerdotio. Alexandrini posuerunt pro כִּהֵן *ministravit in sacris* et *politicis*. Exod. XXVIII, 1. 3. 4. 41. Num. III, 3. 4. *Synesius* Ep. 57. et 67.

ΙΕΡΕΜΙΑΣ, *ίου*, *ὁ*. *Jeremias*. Nomen Hebraicum prophetæ Judæorum celeberrimi, filii Helciæ, Jer. I, 1. Hebr. יִרְמְיָהוּ vel יִרְמְיָה ex רוּם *altum*, *elatum esse* et יָהּ nomine divino. Mentio ejus fit Matth. II, 17. XVI, 14. et XXVII, 9. In posteriore loco vaticinium de pretio venditionis J. C. ex Jeremiæ oraculis affertur, quod tamen non apud Jeremiam, sed apud Zachariam XI, 12. 13. legitur; de qua re diversæ sunt virorum doctorum sententiæ. *Euseb. Dem. Evang.* X, c. 5. vaticinium illud olim in Jeremia extitisse, sed a Judæis postea fraudulenter et impie sublatum fuisse arbitratur. *Hieronymus*, *Origenes* et *Euthymius* illud ex libro quodam Jeremiæ apocrypho desumtum fuisse putant. Alii persuasum sibi habent, librarios Ζριου in Ιριου mutasse. Sunt etiam, quibus ego accedere nullus dubito, qui Matthæum, absque nominis proprii adjectione *διὰ τοῦ προφήτου*, pro more suo scripsisse credunt, et nomen Jeremiæ proprium a librario quodam indocto textui insertum fuisse.

ΙΕΡΕΥΣ, *έος*, *ὁ*, 1. *sacerdos*, *qui sacrificia mactat* et *offert* et *omnino sacris operatur*, ab *ἱερὸς sacer*. Hinc in N. T. tribuitur cum sacerdotibus Deorum gentilium, Act. XIV, 13. tum sacerdotibus e gente Aaronis, Matth. VIII, 4. XII, 4. Marc. I, 44. Luc. I, 5. Joh. I, 19.

2. *κατ' ἐξοχήν*, *summus sacerdos Judæorum*, i. q. *ἀρχιερεύς*. Ita legitur Act. V, 24. coll. v. 27. *ὅ τε ἱερεὺς* summus sacerdos, ubi in codicibus haud paucis e glossemate *ἀρχιερεὺς* legitur, plane ut Marc. I, 44. Sic etiam כֹּהֵן in V. T. haud raro ponitur pro כֹּהֵן הַגָּדוֹל, Exod. XXXV, 19. 1 Regg. I, 8. Neque Latini ab hoc loquendi more abhorrent, apud quos sæpe *Pontificem* pro *Pontifice Maximo* poni, *Dukerus* docuit ad *Florum* I, 13. III, 21. Adde *Liv.* V, 41. Conf. *Spanhem.* Diss. XII. de *Usu et Præstantia Numismatum* p. 423. Huc pertinent etiam omnia illa loca, in quibus Christus *ἱερεὺς* dicitur, v. c. Hebr. V, 6. coll. VI, 20. VIII, 4. X, 11. qui Judæorum maxime causa per *ἀνθρωποπάθειαν* cum summo sacerdote Judæorum a Paulo comparatur, quatenus morti se tradidit e patris sui consilio, homines expiandi causa, et ita quasi se victimam piacularem pro hominibus Deo obtulit, quemadmodum summus sacerdos cum vitulorum et hircorum sanguine in sancta sanctorum quotannis ingredi solebat, ut expiaret populi Judaici peccata. Cf. *Morus* in *Epitome Theol. Christ.* p. 143. seq.

3. metaphorice *Christiani* ob summam pariter eorum dignitatem ac sanctitatem et vitæ integritatem *ἱερεῖς* in N. T. vocantur. Apoc. I, 6. V, 10. XX, 6. *ἔσονται ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ*. Cf. *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. p. 1442.

ΙΕΡΙΧΩ, *ἡ*, *Jericho*. Nomen proprium indeclinabile (Hebr. יְרִיחוֹ) civitatis Palæstinæ, sitæ in tribu Benjamin inter Hierosolymam (a qua urbe distabat CL. stadiis) et Jordanem fluvium, a quo XVI. stadiis distabat. Palmetis consitam, (unde *πόλις φοινίκων* dicitur, Deut. XXXIV, 3.) fontibus irriguam, balsami viridariis celebrem ejusque agrum admodum fer-

tilem fuisse, *Strabo* Lib. XVI. et *Plin. H. N.* V. c. 14. tradunt. Hæc urbs, a Josua devastata, Jos. VI, 27. sed ab Hiel e pulvere et ruderibus excitata, 1 Regg. XVI, 34. postea prophetarum scholis nobilitata. 2 Regg. II, 5. sub templo secundo urbs Judæorum post Hierosolymam præcipua fuit. Memoratur in N. T. Matth. XX, 29. Marc. X, 46. Luc. X, 30. XVIII, 35. XIX, 1. Hebr. XI, 30. *Stephan.* Ἱεριχοῦς (sic etiam scribitur a *Joseph. B. J.* I, 18. 5. ib. I, 6. 6. περὶ Ἱεριχοῦντα, ἔνθα τὸ τῆς Ἰουδαίας πιότατον, φοίνικά τε πάμπολυν καὶ βάλσαμον τρέφει) πόλις μεταξὺ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰορδάνου ποταμοῦ. ἡ γενικὴ Ἱεριχοῦντος. *Alberti Gloss. Gr.* p. 12. Ἱεριχώ· κατάβασις ἀγροῦ, ἢ ἐξορία, ἢ ὄσφρησις, (a רֵיחַ *odor*) ἢ σελήνη (a יָרֵחַ *luna*.)

ΙΕΡΟ᾽Ν, οῦ, τὸ, *templum, locus sacer, sacrarium*, (subintellige οἴκημα) ab ἱερὸς *sacer*, quod Deo ejusque cultui sacrum est et dicatum. Sic Act. XIX, 27. de fano Dianæ adhibetur. Speciatim vero in N. T. *de templo secundo Hierosolymitano* usurpatur, ubi simul observandum est, quod recte docuit *Kypke* in *Obss. Sacr.* T. I. p. 136. seq. nomina ἱερὸν et ναὸς in N. T. haud raro inter sese ita differre, ut hoc *ipsum templi ædificium*, quod ex προνάῳ, *sancto* et *sancto sanctorum* constabat, significetur, illo vero *exteriora templi ædificia* cum omnibus atriis et conclavibus indicentur: quæ tamen vocabulorum differentia haud raro etiam negligitur. Conf. *Dukerus* ad *Thucyd.* IV, 90. p. 291. et *Lakemach. Obss. Philol.* T. V. Obs. 6. Matth. IV, 5. τὸ ἱερὸν totum templum Hierosolymitanum una cum ædificiis, extrinsecus adjectis, significat, quo latiori sensu eo etiam usus est *Joseph. B. J.* I, 7. Matth. XXI, 12. 14. 15. *templi atrium gentium.* Sic etiam legitur apud Marc. XI, 11. 15. Matth. XXVII, 51. *sanctum sanctorum.* Luc. II, 46. *synagogam, quæ fuit in atrio templi, seu in conclavi, circa templum aptato.* Eodem sensu etiam occurrit Joh. VII, 28. Conf. *Schoettgen. Hor. Hebr.* T. I. p. 266. Act. XXI, 27. 29. 30. partem templi Hierosolymitani notat, quæ *Sanctum* vocatur. *Hesych.* ἱερόν· ἔνυγρον, ἀγαθὸν, μέγα, ὅσιον, καὶ ναός. Conf. partim, quæ infra ad ναὸς a me sunt scripta, partim quæ protulit *C. F. Fleischer.* in Diss. 4. de vera et genuina ἱεροῦ et ναοῦ significatione ex variis SS. locis. Hafn. 1732. 4.

ΙΕΡΟΠΡΕΠΗ᾽Σ, ές, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, *augustus, sanctitate religionis dignus, qui vel quod sanctum seu pium decet, hominibus Christianis et religiosis conveniens.* Compositum enim est ex ἱερὸς *sacer, sanctus*, et πρέπω *convenio, decorus sum.* Semel legitur in N. T. Tit. II, 3. ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς habitu, modestis et Christianis mulieribus conveniente. *Athenæus* VII. p. 289. E. *Philo* omn. prob. esse liberum T. II. p. 457. 10. *Joseph. A. J.* XI, 8. 5. *Xenoph. Symp.* 8, 40.

ΙΕΡΟ᾽Σ, ὰ, ὸν, *sacer, Deo dedicatus et devotus, sanctus, sacrosanctus.* Hinc in N. T. τὰ ἱερὰ *cultus Dei externus* et *leviticus*, et τὸ ἱερὸν *victima, sacrificium, quod Deo offertur.* 1 Cor. IX, 13. οἱ τὰ ἱερὰ (sc. χρήματα) ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν sacrorum curatores (sacerdotes et levitæ) carnium victimarum accipiunt partes. Conf. *Xenoph. Venat.* V, 25. et *Lysiam* p. 229. ubi τὰ ἱερὰ vasa dicuntur aliæque res sacræ, in templo repositæ. 2 Tim. III, 15. ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας quia a puero sacras literas nosti, ubi libri V. T. τὰ ἱερὰ γράμματα vocantur, partim, quia de vero Dei cultu exponunt et a Judæis summa religione colebantur, partim, quia in templo et synagogis asservari solebant. Sæpius non legitur in N. T. *Suid.* ἱερόν· ἅγιον, τῷ Θεῷ ἀνατιθέμενον, ἱερὸν γὰρ λέγουσι πᾶν τὸ ἀνατιθέμενον τοῖς Θεοῖς. Idem; ἱερὸς λέγεται καὶ εὐσεβής.

ΙΕΡΟΣΟ᾽ΛΥΜΑ, ης, ἡ, et neutrum plurale Ἱεροσόλυμα, ων, τὰ, (ut Ἄβδηρα, ων, Σόδομα et Γομόρρα) pro quo etiam Ἱερουσαλὴμ, ἡ, haud raro legitur, *Hierosolyma, æ, Hierosolyma, orum*, et

Jerusalem. Fuit hæc metropolis Palæstinæ, sita fere in medio hujus regionis, in confiniis tribuum Juda et Benjamin, ita, ut pars urbis ad hanc, pars ad alteram tribum pertineret, ut adeo commodus esset omnibus Israëlitis ad eam, tanquam religionis sedem, accessus. Erat urbs valde munita; sita enim et posita fuit in duobus collibus, quorum alter, excelsior, superiorem continens civitatem, *Sion* vocabatur, in quo etiam fuit aula regia, alter vero dicebatur *Acra.* Conf. *Cellarii Notit. Orb. Antiq.* T. II. p. 541. Olim *Salem* dicta est (Ps. LXXVI, 2. *Joseph. A. J.* I. c. 10. §. 2. τὴν μέν τοι Σόλυμα ὕστερον ἐκάλεσαν Ἱεροσόλυμα. ib. VII, 3. 2.) et Melchisedechi, principis Chananæorum, (a quo etiam condita esse fertur, teste *Josepho B. J.* VI, c. 10.) sedes habetur. Dicta etiam fuit *Jebus;* (Judd. XIX, 10. 12. Jos. XV, 8. XVII, 28.) erat enim Jebusæorum, gentis Chananææ, usque ad tempus post Josuæ mortem, quo Judæi urbem occuparunt, arce ejus a Davide expugnata. Postea nomen Hierosolymorum (Hebr. יְרוּשָׁלַיִם, quod alii ex יְרוּשָׁה *hæreditas* et שָׁלֵם *perfectus*, alii vero ex יִרְאוּ *videbunt* et שָׁלוֹם *pax* conflatum existimant. *Alb. Gloss. Gr. N. T.* p. 11. Ἱερουσαλήμ· ὅρασις εἰρήνης) nacta est, quod retinuit usque ad tempus *Ælii Adriani*, qui partem hujus urbis, per *Titum Vespasianum* vastatæ, exstruxit, unde *Ælia*, *Ælia Capitolina* dicta est. Hodie a Turcis vocatur *Cudsembarich* et *Coudscherif.* A Chaldæis quidem eversa fuit hæc urbs, quanquam propugnaculo gaudens robustissimo et ita munita, ut Jebusæi eam vel a cœcis et claudis defendi posse, Davidem ejusque copias ridentes, elati affirmarent; sed post exilium Babylonicum iterum exstructa, ædium structura et templi magnificentia celeberrima facta est. Matth. XX, 17. 18. Luc. IX, 51. Joh. XI, 55.

2. per metonymiam subjecti: *cives Hierosolymitani.* Matth. II, 3. καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ, sc. ἐταράχθη, et omnes Hierosolymitani cum eo conterrebantur. ibid. III, 5. ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα, coll. Marc. I, 5. οἱ Ἱεροσολυμῖται πάντες. ib. XXIII, 37. Ἱερουσαλήμ, Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας. Conf. *Glassii Philol. Sac.* p. 860. ed. *Dathii.* Jam quia Hierosolyma urbs Judææ primaria fuit, hinc

3. *universa Judæorum respublica, legibus Mosaicis instituta et gubernata,* Ἱερουσαλήμ vocatur a Paulo Galat. IV, 25. συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ comparari potest cum republica Judaica, qualis nunc est. Quum denique hæc urbs esset templo, cultu ac revelationibus divinis admodum insignis, exinde

4. ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ Galat. IV, 26. a Paulo dicitur *ecclesia* et *respublica Christiana* et *florentissimus rerum status in regno Messiæ.* Judæi enim felicitatem, in regno Messiæ exspectandam, describere solebant imaginibus, a florentissimo reipublicæ Judaicæ statu desumtis, ut fere urbem similem Hierosolymæ, templum splendidissimum et quæ sunt reliqua, sperasse videantur. Conf. *Wetsten.* ad h. l. et *Schoettgen.* Diss. de *Hierosolyma Cœlesti, annexa Horis Hebr.* I. p. 1205. Eadem respublica Christiana Hebr. XII, 22. Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιος vocatur, et Apoc. XXI, 2. Ἱερουσαλὴμ καινὴ et ibid. v. 10. ἡ ἁγία Ἱερουσαλήμ.

ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *Hierosolymitanus, Hierosolymorum civis* vel *incola*, ab Ἱεροσόλυμα, quod vide. Legitur in N. T. Marc. I, 5. Ἱεροσολυμῖται πάντες. Joh. VII, 25. ἔλεγον οὖν τινες ἐκ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν. Sæpius non occurrit in N. T.

ΙΕΡΟΣΥΛΕ'Ω, fut. ήσω, 1. *sacrilegium committo, templa compilo*, ab ἱερόσυλος, quod vide. *Demosthen. Opp.* p. 1318. I, 27. ed. *Reiske. Aristoph. Vesp.* 841. *Alberti Gloss. N. T.* p. 96. ἱεροσυλεῖς· κλέπτεις τὰ ἀναθήματα.

2. ex adjuncto: *profano, violo religionem.* Sic semel legitur in N. T. Rom. II, 22. ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς qui abominaris idola, ipse sacrilegium committis, h. e. tu veram illam religionem violas, ad quam alios ab idololatria revocare conaris.

ΙΕΡΟΣΥΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *sacrilegus, rerum sacrarum compilator ac deprædator, qui ne a sacris quidem manus abstinet,* ὁ τὰ ἱερὰ κλέπτων, interprete *Hesychio,* ex ἱερὸν *sacrum* et συλάω *spolio,* i. q. ὁ τῶν ἱερῶν συλητής. Semel legitur in N. T. Act. XIX, 37. οὔτε ἱεροσύλους. 2 Macc. IV, 42. *Aristoph. Plut.* 30. *Jamblich.* S. III, 31. *Xenoph. Hist. Gr.* I, 7. 10.

ΙΕΡΟΥΡΓΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *sacra facio, victimas macto et immolo, sacris operor, sacra facio,* i. q. θύω. Verbum sacrificiis proprium. *Herodian.* V, 3. 16. ibid. 5, 12. 15, 20. *Plutarch.* T. IV. p. 75. ed. *Reiske. Hesych.* ἱερουργεῖ· θύει, ἱερὰ ἐργάζεται.—Idem: ἱερουργοῦντα· προσφέροντα θυσίαν. Eodem sensu sumitur substantivum ἱερουργία apud *Ælian. V. H.* X, 21. XIII, 2.

2. *sacerdotis munere* et *dignitate instructus sum* et *fungor, minister Dei sum.* Sic in N. T. legitur tantum Rom. XV, 16. ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ sacerdotis munere fungens in tradenda religione Christiana. Cf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I. p. 1445.

ΙΕΡΟΥΣΑΛΉΜ. Vide Ἱεροσόλυμα.

ΙΕΡΩΣΎΝΗ, ης, ἡ, *sacerdotium, munus sacerdotale, functio sacerdotalis,* ab ἱερὸς *sacer.* Hebr. VII, 11. διὰ τῆς Λευιτικῆς ἱερωσύνης quodsi munere sacerdotali Levitico potuissent perfecte expiari homines. ibid. v. 12. 14. et 24. ubi Christo ἀπαράβατος ἱερωσύνη tribuitur, ob continuationem valoris sacrificii, morte pro hominibus oblati, seu æternam vim ejus mortis ob peccati veniam. Sæpius non legitur in N. T. Cf. Alex. 1. Chron. XXIX, 22. *Plutarch.* T. II. p. 401. et 408. T. V. p. 651. ed. *Reiske.*

ΙΕΣΣΑΊ, ὁ, *Jesse,* s. *Jessai,* s. *Isai.* Nomen proprium *patris Davidis,* Hebraice sonans יִשַׁי a radice יָשָׁה *fuit, extitit,* quasi *is, qui existit. Alberti Gloss. Gr.* p. 11. Ἰεσσαί· νήσου κάρπωμα. Matth. I, 5. 6. Luc. III, 32. Act. XIII, 22. εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί, scil. υἱὸν, inveni Davidem, Jessæ filium. Rom. XV, 12. ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί. Conf. infra sub ῥίζα. Sæpius non legitur in N. T.

ΙΕΦΘΆΕ, ὁ, *Jephta.* Est nomen proprium indeclinabile filii Gileadis ex meretrice, judicis Israëlis, origine Hebraicum, Hebraice sonans יִפְתַּח, a radice פָּתַח *aperuit.* Judd. XI, 1. Semel legitur in N. T. Hebr. XI, 32.

ΙΕΧΟΝΊΑΣ, ου, ὁ, *Jechonias.* Est nomen proprium filii regis Josiæ, natu secundi, regis Judæorum duodevicesimi et ab Rehabeamo sexti decimi, qui ab Alexandrinis Judæis Ἰωακίμ, 2 Regg. XXIII, 34. 1 Paral. III, 15. vel Ἰωακείμ, Jerem. XXII, 24. XXIV, 1. a *Josepho A. J.* X, 6. 7. Ἰωάκιμος appellabatur. Matth. I, 11. Ἰεχονίας alter, a Matthæo I, 12. commemoratus, fuit Joakimi, filii Josiæ, filius, quem *Joseph. A. J.* X, 8. Ἰωάχιμον, Alexandrini vero 1 Paral. III, 16. 2 Paral. XXXVI, 8. Ἰεχονίαν dixerunt. Conf. *Fischeri* Prolus. XVIII. de *Vitiis Lexicorum N. T.* p. 5. seq.

ΙΗΣΟΥ̃Σ, οῦ, ὁ, *Jesus.* 1. Nomen proprium viri Hebraicum, sonans יְהוֹשֻׁעַ, h. e. *servator* ab הוֹשִׁיעַ *servavit, salvavit*) pro quo *Syri,* qui non habent Patach genuba, ܝܫܘܥ dicunt. *Alb. Gloss. Gr.* p. 10. Ἰησοῦ· σωτῆρ, ἢ σώζεις, ἢ σώζων, et ibid. p. 199. e cod. *Coislin.* XXIV. τὸ Ἰησοῦς ὄνομα οὐκ ἔστιν ἑλληνικὸν, ἀλλὰ τῇ ἑβραίων φωνῇ οὕτω λέγεται· ἑρμηνεύεται γὰρ Ἰησοῦ ἡ σωτηρία. Conf. *Schultens. Origg. Hebr.* p. 18. In N. T. hoc nomen tributum legitur

1. *Josuæ,* populi Israëlitici duci, Mosis successori, qui Israëlitas in terram promissam duxit. Act. VII, 45. Hebr. IV, 8.

2. *Filio Dei Servatori nostro O. M.* Ratio nominis hujus, Christo inditi, non arbitrio humano, sed divino mandato, (Luc. I. 31.) desumta ab officio, extat Matth. I, 21. in verbis: *αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.* Act. X, 38. *Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ* quod attinet ad Jesum, qui est a Nazareth. 2 Cor. I, 19. Ἰησοῦς, ut Χριστὸς, de *religione Christiana*, de *doctrina de Jesu* usurpatur. Conf. varias lectiones Act. V, 41.

3. *Judæo cuidam*, ad religionem Christianam converso, qui nomen *Justi* sortitus est et Pauli adjutor fuit. Coloss. IV, 11. Conf. *J. H. a Seelen Meditatt. Exeg.* P. II. p. 413. seq.

ΙΚΑΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1. *sufficiens, justus, justæ magnitudinis, qui pertinet eo, quo debet*, nostrum. zureichend, hinlänglich, genung *sufficient, enough*, ex *ἱκνέομαι*, ut videtur, natum. Luc. XXII, 38. *ἱκανόν ἐστι* satis jam verborum, mittamus hoc; formula, respondens Hebraicæ דַּיְךָ *sufficit tibi*, et, ut recte observat *Luciani Scholiastes* aliquo loco, tum usurpatur, cum alter rem ineptam et absurdam protulit, quam tacere potius debuisset. 2 Cor. II, 6. *ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ἀπὸ πλειόνων* sufficiat ipsi pœna hæc, a plerisque imposita. *Symmachus* Prov. XXX, 8. *διάταξόν μοι δίαιταν ἱκανήν.* Alex. 2 Paralip. XXX, 3. *Simplic.* in *Epictet.* p. 142. *Lucian. Timon.* 10. *Hesych. ἱκανήν· ἀρκοῦσαν.*

2. *is, in quo sunt, quæ in eo esse debent, ut sit nomine suo dignus, qui facultate alicujus rei aut artis pollet, idoneus, aptus*, i. q. *δεινὸς* et *δυνατός.* 2 Cor. II, 16. *καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός*; sed quis aptus est et idoneus tali muneri (nempe apostolico)? ibid. III, 5. *οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν* non quo possemus. 2 Tim. II, 2. *οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι. Thucyd.* I, 73. *Arrian. Epictet.* IV, 4. *ποῖος θόρυβος πρὸς τοῦτο ἱκανός.* Conf. *Krebs. Obss. Flav.* p. 297.

3. *dignus*, i. q. *ἄξιος.* Matth. III, 11. *οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι* ut ne dignus quidem sim, qui ejus calceos portem, coll. Joh. I, 27. Matth. VIII, 8. 1 Cor. XV, 9. *ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος* qui me nomine apostoli plane indignum sentio. *Herodot.* VIII, 36. *Dion. Halic. Ant.* II, 65. *Aristænet.* II, 19.

4. *satis magnus, ingens, multus, copiosus*, i. q. *πολὺς, μέγας* et de tempore si usurpatur, idem est ac *longus.* Luc. VII, 11. *οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἱκανοὶ καὶ ὄχλος πολὺς*, et v. 12. *ὄχλος πόλεως ἱκανὸς, Vulgatus:* turba civitatis *multa.* ibid. VIII, 32. *χοίρων ἱκανῶν*, coll. Matth. VIII, 30. *χοίρων πολλῶν.* Marc. X, 46. Matth. XXVIII, 12. *ἀργύρια ἱκανὰ* magnam pecuniæ copiam. Sic sumitur etiam in versione Alex. Ezech. I, 24. ubi Hebraico רַב respondet. Conf. *Drusium* ad 1 Macc. XIII, 11. et *Xenoph. Cyrop.* II, 1. 8. *Anab.* IV, 8. 18.—Luc. VIII, 27. *ἐκ χρόνων ἱκανῶν* jam dudum. ib. XXIII, 8. *ἐξ ἱκανοῦ*, sc. *χρόνου*, jam dudum. Act. VIII, 11. *ἱκανῷ χρόνῳ* diutius, inde a longo tempore. ibid. IX. 23. *ὡς δὲ ἐπληροῦντο ἡμέραι ἱκαναὶ* multo autem tempore elapso. ib. XIV, 3. XXVII, 9.—Act. XX, 37. *ἱκανὸς δὲ ἐγένετο κλαυθμὸς πάντων* magnus vero, seu ingens fletus omnium exortus est. ibid. XXII, 6. *φῶς ἱκανὸν* fulmen admodum lucidum. *Polyb. Hist.* II, 12. *ἱκανὸς φόβος.* 3 Macc. I, 5. *ἱκανῶς — — παρεκάλει. Hesych. ἱκανήν· πολλήν.*

5. Formula forensis, *τὸ ἱκανὸν λαμβάνειν*, reddenda voce juris Romani, *satis accipere, satis dandum sibi curare*, opponitur formulæ *ἱκανὸν διδόναι*, quæ de *eo* dicitur, *qui satis dat in judicio*, h. e. prædes sistendo, aut pecuniam deponendo in judicio jurat et promittit, se aliquid facturum esse, et speciatim cavet, ut aliquis judicio sistatur, si opus sit. Sit legitur Act. XVII, 9. *καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν* cum fidejussores accepissent, da sie hinlängliche Caution geſtellt hatten *as they have found sufficient security: Syrus* bene: ܘܫܩܠ ܟܦܠ.

6. τὸ ἱκανὸν ποιεῖν *satisfacere alicui, præstare, quod poscitur, morem alicui gerere.* Marc. XV, 15. ὁ δὲ Πιλάτος βουλόμενος τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι. Pilatus, ut præstaret, quod a turba postulatum erat. *Syrus:* Pilatus vero voluit ... *facere voluntatem turbarum. Polyb. Exc. Leg.* p. 1325. *Diog. Laërt.* IV, 50.

ΙΚΑΝΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, *sufficientia, idoneitas, facultas alicujus rei,* ab ἱκανὸς, quod vide. Semel legitur in N. T. 2 Cor. III, 5. ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ facultas, partes ac personam apostoli agendi, a Deo est. *Hesych.* hunc locum sine dubio respiciens, et ex eo *Phavor.* ἱκανότης· δύναμις, ἰσχύς.

ΙΚΑΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *sufficientem reddo, idoneum, aptum facio, facultatem alicujus rei efficiendæ largior,* ab ἱκανός. 2 Cor. III, 6. ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης qui etiam nos idoneis facultatibus instruxit, ut esse possemus doctores religionis Christianæ. Coloss. I, 12. ἱκανώσαντι ὑμᾶς qui vos per religionem Christianam idoneos reddidit. Sæpius non legitur in N. T.

ΙΚΕΤΗΡΙ'Α, ας, ἡ, 1. proprie: *ramus olivæ, lana alba et vittis obvolutus et circumcinctus, quem supplices manu tenebant et ferebant, ut declararent, se implorare aliorum misericordiam,* ab ἱκέτης *supplex. Schol. Aristoph.* ad *Plut.* v. 383. ἱκετηρία ἐστὶ κλάδος ἐλαίας ἐρίῳ πεπλεγμένος. οἱ γὰρ ἱκετεύοντες ἐλαίας κατεῖχον κλάδον. Conf. *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* III, 26. et *Kuhnius* ad *Polluc. Onom.* VIII, c. 9. s. 96.

2. *ipsa oratio deprecatoria, preces supplices, quibus alicujus misericordiam imploramus et de avertenda pœna seu calamitate rogamus, supplicatio, deprecatio.* Sic semel tantum legitur in N. T. Hebr. V, 7. δεήσεις καὶ ἱκετηρίας per hendiadyn, supplices preces. Semel tantum Alexandrini usurparunt hoc nomen Job. XLI, 3. (XL, 27.) λαλήσει δέ σοι δεήσει, ἱκετηρίᾳ μαλακῶς. Legitur etiam 2 Macc. IX, 18. scripsit (Antiochus) epistolam, ἱκετηρίας τάξιν ἔχουσαν, stilo seu modo supplicationis scriptam. *Hesych.* ἱκετηρία· παράκλησις. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἱκετηρία· παράκλησις, ἱκεσία.

ΙΚΜΑ'Σ, άδος, ἡ, *humor, succus, vapor,* unde ἱκμάζω *humecto.* Semel legitur in N. T. Luc. VIII, 6. διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἱκμάδα idoneo humore, seu succo destituta. Jerem. XVII, 8. *Hesych.* ἱκμάδα· σταγόνα, ὑγρασίαν. Idem: ἱκμάς· ὑγρότης, ὑγρασία, ὑγρὰ σταγών. Conf. *Ottii Spicilegium* ex *Josepho* ad N. T. p. 149. *Plutarch.* T. VIII. *Opp.* p. 536. 738. et 788. ed. *Reiske.*

ΙΚΟ'ΝΙΟΝ, ίου, τὸ, *Iconium.* Nomen urbis celeberrimæ Asiæ minoris, quæ *Xenophontis* (*Anab.* Lib. I.) ætate ultima urbs Phrygiæ erat: *Strabonis* (Lib. XII.) autem ævo Lycaoniæ adscripta erat, (cf. *Ptolemæus* Tab. As. I. c. 6.) ætate *Ammiani Marcellini* (Lib. XIV.) ad Pisidiam pertinebat, regionum Lycaoniæ et Phrygiæ conterminam, a *Plinio* denique (*H. N.* V, 27.) in Cilicia collocatur. Pauli ætate ad Pisidiam pertinuisse videtur. Cf. Act. XIII, 51. XIV, 1. 19. 21. XVI, 2. 2 Tim. III, 11. Mentionem ejus facit *Cicero* ad *Appium* III. Ep. 5. Fuit teste *Plinio* et *Strabone* locis laudatis urbs bene condita, magna et frequens, et agro admodum felici. Differentia situs, supra commemorata, a diverso tempore, quo scriptores vixerunt, et a variis divisionibus regionum, per Romanos factis, orta videtur. Conf. *Cellarii Notitia Orb. Ant.* T. II. p. 201. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 541. et *Wesseling.* ad *Antonini Itinerarium* p. 674.

ΙΛΑΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, *hilaris, lætus, promptus ad aliquid faciendum, qui animo hilari et prompto aliquid facit.* Deducitur ab ἱλάω, quod *propitium esse* significat. Semel legitur in N. T. 2 Cor. IX, 7. ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεὸς is enim demum Deo placet, qui animo hilari nec invitus beneficia

distribuit. Alex. Prov. XXII, 8. ἄνδρα ἱλαρὸν καὶ δότην. Job. XXXIII, 26. εἰσελεύσεται προσώπῳ ἱλαρῷ. *Xenoph. Ages.* 8, 2. *Memor.* II, 7, 12. *Hesych.* ἱλαρός· περιχαρὴς τῇ ὄψει. *Suid.* εὔχαρις, ἀστεῖος, ἡδύς.

ΙΛΑΡΟ΄ΤΗΣ, ητος, ἡ, *hilaritas, promptitudo animi*, ab ἱλαρός. Rom. XII, 8. ὁ ἐλεῶν, ἱλαρότητι beneficentia cum hilaritate et promptitudine animi sit conjuncta. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro רָצוֹן *benevolentia* Prov. XVIII, 22. posuerunt. *Plutarch.* T. III. p. 614. ed. *Reiske.*

ΙΛΑ΄ΣΚΩ, ομαι, vel ΙΛΑ΄ΟΜΑΙ,

1. *placo, reconcilio, propitium reddo*, et ex adjuncto: *expio, remissionem peccatorum concilio*, ab ἱλάω et ἵλημι *propitius sum*. Hebr. II, 17. εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ ad expianda peccata generis humani. Respondet in vers. Alex. Hebr. כִּפֶּר, quod proprie est *tegere, e conspectu removere*, deinde vero *expiare, placare*. Ps. LXV, 3. LXXIX, 9. *Xenoph. Cyrop.* III, 3, 11. et *Œcon.* V, 20. Eandem significationem compositum ἐξιλάσκομαι habet Levit. V, 6. 10. 16.

2. Pass. *placor, propitius reddor, condono*. Luc. XVIII, 13. ἱλάσθητί (imp. aor. 1. pass.) μοι τῷ ἁμαρτωλῷ propitius esto mihi peccatori. Ps. LXXVIII, 38. ἱλάσκεται ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν. ibid. XXV, 11. ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου. Dan. IX, 19. Conf. *Ezech. Spanhem.* ad *Callimach. Hymn. in Cererem* v. 139.—*Hesych.* ἱλάσκεσθαι· ἐξελεοῦσθαι. *Phavor.* ἱλάσκω· τὸ ἐξευμενίζω. Id. ἱλάσθητι· ἵλεώς μοι γένοιο.

ΙΛΑΣΜΟ΄Σ, οῦ, ὁ, 1. *propitiatio, expiatio*, seu *actio, qua læsus et offensus placatur;* ab eodem. Alex. pro סְלִיחָה *condonatio, remissio*, Ps. CXXX, 4. Dan. IX, 9. et pro כִּפֻּרִים Num. V, 8. πλὴν τοῦ κριοῦ τοῦ ἱλασμοῦ, δι' οὗ ἐξιλάσεται. 2 Macc. III, 33. ποιουμένου δὲ τοῦ ἀρχιερέως τὸν ἱλασμόν. *Hesych.* ἱλασμός· εὐμένεια, συγχώρησις, διαλλαγὴ, καταλλαγή.

2. *id, quod vim expiandi habet, is, qui expiat, sacrificium pro peccatis expiandis oblatum, victima expiatoria.* Sic bis legitur in N. T. de Christo, misso a Deo has in terras, hoc consilio, ut humanæ salutis causa mortem subiret. 1 Joh. II, 2. καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν et ipse expiavit peccata nostra. ib. IV, 10. ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἱλασμὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Hinc in versione Alex. respondet Hebr. חַטָּאָה *sacrificium pro peccato*. Ezech. XLIV, 25. προσοίσουσιν ἱλασμὸν, et אָשְׁמָה *oblatio pro reatu*, Amos. VIII, 14.

ΙΛΑΣΤΗ΄ΡΙΟΣ, ία, ιον, *habens vim propitiandi et expiandi.* Adjectivum ab ἱλάσκομαι, unde neutrum, τὸ ἱλαστήριον, substantive sumtum, (ut σωτήριον, χαριστήριον)

1. omissa voce θῦμα, seu ἱερεῖον, *piaculum, sacrificium expiatorium et omne, quod vim expiandi et peccatorum remissionem conciliandi habet* significat. Hinc de Christo adhibetur Rom. III, 25. ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον quem Deus proposuit nobis expiatorem, seu victimam expiatoriam. Ita enim recte h. l. *Vulgato* duce interpretati sunt e veteribus *Chrysostomus, Theophylactus, Origenes* et e recentioribus *Erasmus. Clericus* et alii, quum plerique, *Theodoretum* et *Lutherum* secuti, de *opusculo arcæ fœderis* intellexerint. *Hesych.* ἱλαστήριον· καθάρσιον, θυσιαστήριον. *Joseph.* de Maccabæis §. 17.

2. subintellecta voce ἐπίθεμα, (quæ additur Exod. XXV, 17. et XXXVII, 6. secundum ed. Complut.) seu τῶμα (*Philo* de *Vita Mosis* Lib. III. p. 668.) *operculum arcæ fœderis*, seu *aurea tabula*, seu *lamina, quæ tegebat arcam fœderis*, ita vocata, quia solemni expiationi quotannis inserviebat, sanguinem juvenci, a summo sacerdote aspersum, excipiens. Conf. Levit. XVI, 13. 15. 16. ubi ἱλαστήριον in vers. Alex. Hebraico כַּפֹּרֶת respondet. Sic legitur Hebr. IX, 5. ὑπεράνω αὐτῆς χερουβὶμ τῆς δόξης κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον.

ΙΛΕΩΣ, ω, ὁ, ἡ, attice pro ἵλαος, ου, ὁ, ἡ,

1. *hilaris. Ælian. V. H.* II, 10. ἵλεως τῷ προσώπῳ. ibid. IX, 7. καὶ ἦν ἵλεως ἀεὶ τὴν διάνοιαν, καὶ λύπης ὑπεράνω πάσης. ibid. XIII, 26. XIV, 6. *M. Antonin. de rebus suis* II, 3. p. 40. ubi vid. *Gataker. Hesych.* ἵλεως· ἱλαρός.

2. *propitius, clemens, facilis, ad ignoscendum paratus*, ab *ἱλάω propitius sum. Hesych.* ἵλεως· εὐμενής. Hebr. VIII, 12. ὅτι ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν iniquitates eorum non puniam, sed condonabo eas. Sic Jer. XXXI, 34. XXXVI, 3. καὶ ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν, Hebr. כִּי אֶסְלַח לַעֲוֹנָם. Adde *Philostrat. Vit. Apollon.* I, 7. *Lucian. Toxari* p. 103. Vide et *Lexicon. Xenophont.* s. h. v.

3. ἵλεώς σοι est vox abominantis et dehortantis, Latine reddenda: *Deus meliora!* (*Cic. Cato* 14.) *absit hoc! Deus hoc avertat!* quod veteres Latini innuere voluerunt per: *præfiscini! Dî averruncent!* i. q. εὐφήμει εὖ ἔχε στόμα. Sic semel legitur in N. T. Matth. XVI, 22. ubi Petrus Christo, denuncianti discipulis mortem, sibi impendentem, respondisse dicitur ἵλεώς σοι, Κύριε, scil. ἴσθι, avertat a te hoc malum Deus! seu, nequaquam fiat! et verba οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο adjecta sunt velut interpretamentum. Convenit partim cum Chaldæorum חָס (vide præter versionem Syriacam ad Matth. l. l. in qua ܚܣ ܠܟ legitur, *Targum* Gen. XLIV, 7. Jos. XXII, 29. Job. XXXIV, 10. Esther. VI, 1. Cf. *N. Fulleri Miscell. SS.* II, 2. et *Buxtorf. Lex. Talm.* f. 722.) partim cum Hebræorum formula חָלִילָה, sequente particula ל, quam Alexandrini quidem multis in locis (v. c. 2 Sam. XXIII, 17. 1 Paral. XI, 19.) cum *Symmacho* (1 Sam. XX, 2. XXII, 15.) per ἵλεως reddiderunt; a *Symmacho* tamen (Job. XXXIV, 10.) per ἀπείη explicata legitur et ab Alexandrinis nunc verbis μὴ γένοιτο (Jos. XXII, 29. XXIV, 16.) expressa est, nunc simpliciter particulis οὐχί (Genes. XVIII, 25. *Symmach.*) et μηδαμῶς (1 Sam. XII, 23. XX, 2.) reddita invenitur. Eleganter pro more suo et erudite de hac formula egit *Fischerus* in libro *de Versionibus Græcis Librorum V. T. Litterarum Hebraicarum Magistris* p. 113. seq.

ΙΛΛΥΡΙΚΟΝ, οῦ, τὸ, *Illyricum*. Nomen regionis Europæ, latissimæ, sitæ inter Italiam, Germaniam, Macedoniam et Thraciam. Habet ab uno latere mare Adriaticum, ab altero Danubium. Distat ab Hierosolyma milliaribus Germanicis circiter 350. Dicta etiam est *Illyria* ab *Illyrio*, Cadmi filio. Nunc *Sclavonia* dicitur. Usque ad hanc regionem Paulus religionem Christianam propagavit. Rom. XV, 19. ubi videndus *Wetstenius*.

ΙΜΑΣ, άντος, ὁ, 1. *corrigia*, (*Cic. Divin.* II, 27.) *qua calceamenta veterum alligabantur*, quæ etiam σφυρωτὴρ dicitur (v. c. ab Alexandrinis Genes. XIV, 23. et ab Hebræis שְׂרוֹךְ, Ies. V, 27.) Marc. I, 7. Luc. III, 16. et Joh. I, 27. οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων cujus non sum dignus, qui solvam corrigiam calceamentorum, h. e. qui vilissimo apud eum ministerio fungar, seu, ego servus ejus vilissimus qui sim, indignum me habeo. Τὸ γὰρ ὑπόδημα λῦσαι τῆς ἐσχάτης διακονίας ἐστὶ inquit *Chrysost. Homil.* XVI. in Joh. p. 619. Conf. *Suicer. Thes. Eccles.* T. I, p. 1450. seq. *Menander. Fragm.* p. 40. ὑποδούμενος γὰρ δεξιᾶς τῆς ἐμβάδος τὸν ἱμάντα διέῤῥηξα. *Plutarch. Sympos.* IV, 2. p. 665. B. *Suid.* ἱμάς· σφαιρωτὴρ σανδαλίου. ζανίχιον, οἷον τὸ λώριον τοῦ ὑποδήματος.

2. *lorum* seu *scutica, qua aliquis cæditur, flagellum*. Sic legitur in N. T. Act. XXII, 25. ὡς δὲ προέτειναν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν, h. e. cum jam in eo essent, ut eum flagris cæderent; ubi tamen haud pauci vocem de ipsis vinculis, quibus adstringebatur verberandus, intelligunt. *Eurip. Androm.* 720. *Ar-*

temid. II, 53. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych. ἱμάντες· λῶροι,* (ita etiam explicat *Schol. Aristoph.* ad *Acharn.* v. 724.) *κάλοι ναυτικοί. Suid. λῶροι· δεσμοί.* Idem: *ἵμασεν· ἐμάστιξεν.*

ΙΜΑΤΙ'ΖΩ, fut. *ίσω, vestio, amicio,* ab *ἱμάτιον vestis.* In N. T. tantum legitur Marc. V, 15. et Luc. VIII, 35. partic. pass. *ἱματισμένος vestitus,* de dæmoniaco. *Suid. ἱματισμένος· ἱμάτια ἐνδεδυμένος.*

ΙΜΑ'ΤΙΟΝ, ου, τὸ, 1. *vestis, vestimentum.* Vocabulum generale, quod omnis generis vestimenta denotat, tam interiora, quam exteriora, v. c. Matth. IX, 16. XI, 8. *ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις* hominem, mollibus vestibus indutum. Haud raro tamen, et semper additum voci *χιτὼν*, significat *vestem superiorem*, seu *exteriorem*, quæ *χιτῶνι* superinduebatur, ergo aut *togam*, cum sermo est de Romanis, aut *pallium*, cum de Græcis et Hebræis usurpatur; Hebr. מְעִיל. Cf. Alex. Job. I, 20. Matth. V, 40. *Vulg. pallium.* ibid. IX, 20. 21. XIV, 36. XXI, 7. 8. *ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ* sacram sternebant palliis suis viam. Mos enim erat Hebræis, vestimentum substernere regi, quo ipso testabantur submissionem animi. 2 Regg. IX, 13. unde, et quia *ἑαυτῶν* additur, male nonnulli cogitarunt de *tapetibus*, seu *stragulis*, quæ etiam interdum *ἱμάτια* dicuntur, v. c. apud *Ælian. V. H.* VIII, 7. *Diod. Sic.* XIV, p. 228. Vide *D'Orville* ad *Chariton.* p. 248. Matth. XXIII, 5. *τῶν ἱματίων*, ubi pluralis pro singulari positus est, ut c. XXIV, 18. ubi *Syrus* et *Latinus* singulari numero vertunt etc. XXVII, 34. Conf. *Glassii Philol. Sacra.* p. 64. ed. *Dathii.* Matth. XXVI, 65. *τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ* tunc summus sacerdos dilacerabat pallium suum; quod usitatum erat priscis, dolorem et indignationem testaturis. Cf. *Diod. Sic.* I, 2. p. 65. *Herodian.* I, c. 3. s. 7. Marc. VI, 56. Luc. VIII, 44. De veste interiore in N. T. nunquam legitur.— Metaphorice: *vestis alba*, vel *non inquinata*, est symbolum *innocentiæ* et *sanctitatis.* Apoc. III, 18. IV, 4. ibid. III, 4. *οἱ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν* qui se non inquinarunt peccatorum sordibus.

2. interdum omittitur, v. c. Matth. XI, 8. *οἱ τὰ μαλακὰ* (scil. *ἱμάτια*) *φοροῦντες.* Joh. XX, 12. *δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς*, sc. *ἱματίοις, καθεζομένους.* Apoc. XVIII, 16. *Artemidor. Oneirocr.* II, 3. *ἐν λευκοῖς ἐκφέρεσθαι. Ælian. V. H.* XII, 32. *ἁλουργῆ* vestes purpureæ. *Homer. Odyss.* VI, 27. *καλὰ*, sc. *ἱμάτια.* Alia exempla *Bosius* in libro de Ellipsibus Gr. collegit.

ΙΜΑΤΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, æque late patet ac præcedens *ἱμάτιον*, et generatim *vestimentum quodcunque*, sive muliebre, sive virile, sive exterius, sive interius, sive candidum et pretiosum, sive vile et sordidum, significat; haud raro tamen *κατ' ἐξοχὴν* de *splendido aliquo vestimento* usurpatur, et ita differt ab *ἱμάτιον*, a quo descendit. *Suid. ἱματισμός· ἡ ἐσθής.* Alex. pro בֶּגֶד *vestimentum*, Genes. XXIV, 53. 1 Sam. XXVII, 9. שִׂמְלָה *indumentum.* Exod. XII, 35. et לְבוּשׁ Prov. XXVII, 26. posuerunt.— Ps. XLV, 14. *ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη.* Luc. VII, 25. *οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ ὑπάρχοντες* qui vestibus splendidis utuntur. Act. XX, 33. 1 Tim. II, 9. *ἱματισμῷ πολυτελεῖ.*

2. *pallium, vestis exterior* et *superior.* Luc. IX, 29. *καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων*, coll. Marc. IX, 3.

3. *tunica, vestis interior.* Matth. XXVII, 35. Joh. XIX, 24. coll. v. 23. Ita לְבוּשׁ, Ps. XXII, 22.

ΙΜΕΙ'ΡΩ et ΙΜΕΙ'ΡΟΜΑΙ. Hoc verbum, quod præeunte *Jul. Polluce* (*Onom.* V, 165.) *Stephanus* et *Grotius* æque ac adjectivum *ἵμειρος* vel *ἵμερος* poëticum esse statuunt, non solum sæpissime legitur apud *Herodot.* (III, 123. VII, 44.) ut docuit *Raphelius* in *Annotatt. in N. T.* ex *Herodoto* p. 558. sed etiam apud *Ælian.* (*H. A.* XIV, 25.) *Polybium.* I, 66.

8. IV, 74. 3.) et *Demosthenem Opp.* p. 422. l. 6. ed. *Reiske* χρήματα δ' ἱμείρουσιν ἔχειν reperitur. Adde quæ *Foësius* in *Œcon. Hipp.* p. 172. de hac voce habet. Est autem

1. *cupio, desidero, desiderio alicujus rei flagro, appeto*, ab ἵμερος *desiderium, cupiditas. Hesych.* ἱμείρεται· ἐπιθυμεῖ, ποθεῖ. Idem: ἱμείρει· ἐπιθυμεῖ, θέλει. *Eustath.* in *Iliad.* ξ'. p. 966. 8. Alexandrini usi sunt hoc verbo, quod more verborum affectuum cum genitivo construitur, pro חָמְדָה *inhiavit, concupivit*, Job. III, 21. et *Symmachus* Ps. LXIII, 2. pro Hebr. כָּמַהּ, quod idem significat.

2. *amo.* Sic semel tantum legitur in N. T. 1 Thess. II, 8. οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν ita amore vestrum compulsi cupiebamus impertiri vobis. Pro ἱμειρόμενοι nonnulli codices legunt ὁμειρόμενοι, quod verbum, quanquam Scriptoribus Græcis plane ignotum, tamen in textum recipere non dubitavit Cel. *Matthæi*, Theophylacti maxime auctoritate ductus. *Hesych.* ἱμείρεται· ἐρᾷ. — ἵμειρος· ἔρωτες. — ἵμεροι· ἐραστοὶ, ἀγαπητοί.

Ἵνα. Conjunctio causalis significans:

1. *ut*, τελικῶς, indicans *causam finalem*, vel *finem*. Ἵνα μὴ *ne*. Ita usurpatur Joh. XVI, 1. ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε hæc vero prædixi vobis, ne offenderemini. Matth. XIX, 13. Marc. I, 38. Luc. I, 4. etc. Construitur fere semper cum subjunctivo, interdum tamen etiam cum indicativo, v. c. 1 Cor. IV, 6. ἵνα μὴ φυσιοῦσθε. ibid. IX, 18. Apoc. XXII, 14. ἵνα ἔσται. Sed sic quoque apud exteros Scriptores v. c. *Homer. Iliad.* α'. 363. ἵνα εἴδομεν ἄμφω. Conf. *Markland.* ad *Lysiam* p. 435. *Abresch.* in *Obss. Miscell.* Vol. I. T. III, p. 14. *Valckenar. Diatr.* in *Eurip. Reliq.* p. 149. et *Hemsterhus.* ad *Lucian.* T. I. p. 267.

2. *ita ut, adeo ut*, positum *modaliter* et *conclusive*, i. q. ὥστε. Luc. IX, 45. ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό. Joh. V, 20. VI, 7. Rom. III, 19. ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ ut adeo nemo possit accusare Deum. 1 Cor. XIV, 13. ἵνα διερμηνεύῃ ita, ut simul interpretetur orationem suam. 2 Cor. VII, 9. Sic etiam apud *Homer. Od.* IX, v. 136. ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν.

3. εἰδικῶς, seu *explanative* et *specifice* usurpatur, notans: *dum, quod*, i. q. ὅτι. Joh. XVII, 3. αὕτη δέ ἐστιν ἡ ζωὴ αἰώνιος, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν hoc vero modo paratur felicitas æterna, quod scilicet amplectantur fide te, solum verum Deum. 1 Joh. III, 1. 23. αὕτη ἐστὶ ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ, ἵνα πιστεύσωμεν. Luc. I, 43. 1 Cor. IX, 18. ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ quod scilicet gratis trado religionem Christianam. Joh. XV, 8. *Sophocl. Ajax. Flag.* v. 316. μηδὲν μέγ' εἴπῃς. οὐχ ὁρᾷς, ἵν' εἶ κακοῦ. Conf. *Glassii Philol. S.* p. 545. ed. *Dathii.*

4. ἐκβατικῶς seu *eventualiter*, Latine reddenda: *ut, tunc, unde eveniet, ita futurum est*, etc. Ita vero in N. T. hanc particulam interdum usurpari, non semper τελικῶς aut αἰτιολογικῶς, jam sæculo IV. a nonnullis observatum est, docente *Chrysostomo Homil* LV. in Cap. IX. Joh. et *Joh. Damasceno* de *Fide Orthod.* IV, c. 20. 1 Petr. V, 6. submittatis vos Deo O. M. ἵνα ὑμᾶς ὑψώσει ἐν καιρῷ *ita futurum est*, ut vos suo tempore exaltet. Rom. XI. 31. ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι *quo eventurum est*, ut et ipsi misericordiam consequantur. Joh. IX, 2. 3. 39. 1 Cor. XI, 19. 1 Joh. II, 19. Luc. XI, 50. Sic etiam adhibetur in illis locis N. T. ubi prædictio prophetarum V. T. commemoratur, v. c. Matth. XXVII, 35. ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ita usu venit, ita impletum est prædictum a propheta. Non enim ideo prædictum erat, ut fieret. Joh. XV, 25. XVII, 12. XIX, 24. etc. Eodem modo non solum ὅπως in N. T. usurpatur, ut infra demonstrabitur, sed etiam לְמַעַן adhibetur in V. T.

v. c. Exod. XI, 9. Jerem. XXVII, 15. Amos II, 7.

5. *quia, quoniam*, i. q. ὅτι. Rom. III, 8. ποιήσωμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθὰ male agamus, quia bona inde proveniunt. Huc etiam referrem Marc. XI, 25. ἵνα καὶ πατὴρ quia etiam pater vester cœlestis. 2 Macc. VI, 24. ἵνα πολλοὶ τῶν νέων ὑπολαβόντες.

6. i. q. ὅτε seu ὅταν *cum, quando*, ut sit *adverbium temporis*. Joh. XVI, 2. ἔρχεται ὥρα, ἵνα κ. τ. λ. tempus erit cum, seu quo. ibid. v. 32. 3 Joh. v. 4. Joh. IV, 34. VI, 29. 1 Cor. IV, 3. VII, 29. 1 Joh. IV, 17. Ita ἵνα usurpatur quoque apud *Homer. Iliad.* ς'. v. 353. *Callim.* Hymn. in Dian. v. 12. Exempla Scriptorum huc pertinentia dedit *Glassius* l. l. p. 374. seq.

7. *conditionaliter* positum notat: *si*, i. q. εἰ. Matth. X, 25. ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ sufficit discipulo, si fiat talis, qualis est magister ejus. ibid. V, 29. 30. XVIII, 6. συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς, coll. Luc. XVII, 2. λυσιτελεῖ αὐτῷ, εἰ μύλος ὀνικὸς περίκειται. Joh. XI, 50. XV, 8. 13.

8. *imperative* sumitur Ephes. V, 33. ἡ δὲ γυνὴ, ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα uxor vero maritum reverenter tractet. 1 Tim. I, 3.

9. *rogandi* sensu, Marc. V, 23. ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας.

10. interdum *abundat*, Joh. XVIII, 28. ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα. ibid. III, 17. ἀλλ' ἵνα σωθῇ. Apoc. IX, 5. ἀλλ' ἵνα βασανισθῶσι. Est hæc loquendi ratio Johanni Evangelistæ propria.

11. haud raro etiam *omittitur*, v. c. Marc. I, 44. ὅρα (ἵνα) μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς, et ibid. XIV, 12. ante ἀπελθόντες.

12. Sæpe ante ἵνα et ἵνα μὴ inserenda sunt orationi aliqua verba, si sententiam plenam et commode explicatam velis. 2 Cor. X, 9. ἵνα μὴ δόξω, ubi supple: *sed id non faciam*, ne scilicet videar. Joh. I, 22. ante ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν supple: *dic nobis*, seu *libere responde*. Joh. VIII, 56. ἵνα ἴδῃ *spe fretus*, ut videret. ibid. IX, 3. ἀλλ' ἵνα sed cœcus natus est, ut; ubi tamen *ut* eventualiter sumendum est. ibid. v. 36. ἵνα πιστεύσω significa mihi, ut credam. ibid. XV, 25. ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ sed oderunt me, ut eventum haberet. 1 Joh. II. 19. ἀλλ' ἵνα sed non manserunt, ut. Apoc. IX, 20.

'INATI', seu divisim ἵνα τί ut Latinum *ut quid?* (*Martial.* III, 37. *Cic.* ad *Attic.* VII, 7.) *quare? quam ob rem? quo fine? quo jure?* Elliptica formula pro τί γέγονεν, ἵνα; quid est, quod? *Hesych.* ἵνα τί· διατί, εἰς τί. *Etym. M.* διατί. In versione Alexandrina respondet Hebraico לָמָּה, Genes. IV, 6. XII, 19. Exod. V, 4. מַדּוּעַ Job. III, 12. Jer. XIV, 19. et עַל־מָּה Num. XXII, 32. In N. T. interdum est *indignantis* et *expostulantis*, Matth. IX, 4. ἱνατί ἐνθυμεῖσθε πονηρά; Luc. XIII, 7. Act. VII, 26. ἵνα τί ἀδικεῖτε ἀλλήλους; interdum *dolentis*, Matth. XXVII, 46. ἱνατί με ἐγκατέλιπες; nonnunquam *juribus suis nitentis et confidentis*, 1 Cor. X, 29. *Aristoph. Nub.* 190. *Pace* 408. *Joseph. B. J.* VI, 24.

'ΙΟΠΠΗ, seu 'ΙΩΠΠΗ, ης, ἡ, *Joppe*. Civitas Palæstinæ est, sita in monte, ad mare magnum, seu Mediterraneum, contra extremitatem septentrionalem tribus Dan, (Alex. Jos. XIX, 14.) portu celeberrimo instructa, quam *Augustus Herodis* regno cum aliis urbibus adjunxit, teste *Josepho B. J.* I, 20. 3. *Pomp. Mela* I, c. 11. et *Strabone* l. XVI, T. II. p. 1100. ed. *Almeloveen*. Olim Hebraice יָפוֹ dicta est, quod est a יָפָה, *pulcrum esse*, ut adeo nomen habeat a pulcritudine et elegantia. 2 Paral. II, 16. Ezr. III, 7. Jon. I, 3. Nunc *Jaffa*, seu *Sappho* a barbaris appellatur. Nonnulli eam a Japheto ante diluvium conditam, et ab ipso sic dictam fuisse perhibent. Conf. *Bochart.* Phaleg. L. IV, c. 34. De fatis Joppensium sub Cestio exposuit *Josephus B. J.* II, 18. 10. Commemoratur in N. T. Act. IX, 36. 38. 42. 43. X, 5. 8. 23. 32. XI, 5. 13.

ΙΟΡΔΑ΄ΝΗΣ, ου, ὁ, *Jordanes*. Est nomen proprium fluvii Judææ, seu terræ Canaan, maximi et celeberrimi. Oritur ex Phiala lacu, ad radicem montis Antilibani, deinde CXX. stadia sub terra means, e spelunca Paneadis ad radicem montis Libani erumpit. Fluit inde in lacum Samochonitin, sed, e lacu exiens, fluit per Galilæam, et mare Galilææ secans, in lacum Asphaltitem, seu mare mortuum, tandem exit, Peræam a cætera Palæstina dividens. Contra naturam reliquorum fluviorum tempore messis exundare solebat. Genes. XIII, 10. Jos. III, 15. 1 Chron. XII, 14. 15. Conf. *Harmar* Beobachtungen uber den Orient T. II. p. 228. *Cellarii* Notitia Orb. Antiq. T. II, p. 478. et *Bachiene* Palæstinæ Descriptio Vol. I. p. I. §. 50—62. Hebraice vocatur יַרְדֵּן, quod in *Alb.* Gloss. Gr. p. 38. per *κατάβασις αὐτῶν* explicatur, ut sit a יָרַד *descendit*, quod etiam *Relando* in Palæstina Lib. I, cap. 43. placuit. Alii hoc nomen compositum esse putant ex יְאֹר *rivus, amnis, fluvius*, et דָּן *Dan*, lacu, seu voragine ad radices montis Libani. Sed rectius a יְאֹר et דָּן, quod in lingua Chaldaica est i. q. זֶה *ille, iste*, seu הוּא, quasi *ὁ ποταμὸς οὗτος*. Jam fluvium principem alicujus regionis omnes populi non nomine proprio, sed vocabulo communi *ποταμὸς* appellant. Conf. *Reland.* l. l. p. 271. Hunc fluvium transierunt Israëlitæ Jos. III, 13. et ibi Johannes baptista non solum baptizavit populum Judaicum, ad se venientem, sed etiam ipsum Jesum. Matth. III, 5. 6. 13. IV, 15. 25. XIX, 1. etc.

ΙΟ῏Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie et vi originis: *omne, quod mittitur*, vel *emittitur, missile, jaculum, sagitta*, ab *ἵημι mitto*. Thren. III, 13. Alex. *εἰσήγαγεν ἐν τοῖς νεφροῖς μου ἰοὺς φαρέτρας αὐτοῦ*, Hebr. בְּנֵי אַשְׁפָּתוֹ filius pharetræ ejus. *Homer. Il.* XV, 451. Jam quia veteres sagittas, ut vulnus magis lethiferum hostibus infligerent, veneno lethali tingere consueverunt, (conf. *Schlichteri* Decimas Sacras p. 110.) factum est, ut *ἰὸς*

2. etiam *venenum* (et quidem illud maxime, quod animalia venenosa sub lingua habere, et instar sagittæ et teli deinde in homines et alia animalia jaculari solent, unde etiam *ἰοβόλα θηρία* vocantur. Vide *Herodian.* III, 9. 10. et *Dioscorid.* lib. VII. passim.) significaret, quod metaphorice de *quavis re noxia et maximum damnum afferente* usurpatur. Sic Rom. III, 13. *ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν* venenum aspidum labia eorum tegit, seu, venenum quasi serpentes et aspides ejaculantur. *Aspidis venenum*, Hebraice חֲמַת עַכְשׁוּב Ps. CXL, 4. est maxime periculosum, teste *Æliano* Hist. Anim. II, c. 24. VI, 38. Jacob. III, 8. lingua dicitur *μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου*, h. e. insignia et irreparabilia damna affert. (*Lucian. Fugitiv.* 19. *Ælian. H. A.* V, 31. IX, 4.) Conf. *Pollux* Onom. VI, s. 125. et *D'Orville* ad *Charit.* II, 8. p. 323. ed. Lips.

3. *ærugo, rubigo, instar veneni metalla exedens et corrumpens, vitium metallorum, ab humore et situ contractum*, unde *ἰόω ærugine obduco*. Conf. *Dioscorid.* V, c. 47. et 48. Hoc sensu etiam usurpatur ab Alexandrinis Ezech. XXIV, 6. 11. 12. pro Hebr. חֶלְאָה *spuma, ærugo*. Epist. Jerem. v. 24. *ἐὰν μή τις ἐκμάξῃ τὸν ἰὸν*, sc. *τοῦ χρυσίου*. Jacob. V, 3. *καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν* (nempe *τοῦ χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου*) *εἰς τὸ μαρτύριον ὑμῖν ἔσται*. De auro etiam illud adhibet *Theognis* v. 451. *Phavor. ἰός· τὸ φάρμακον, ἐκ τοῦ ἰάω, ἰῶ, θεραπεύω. ἰὸς δὲ τὸ βέλος δασύνεται ἐκ τοῦ ἵημι, τὸ πέμπω. οὕτως εὗρον παρὰ τῷ* Τζέτζῃ. Idem: *ἰός· ὁ τοῦ σιδήρου*. De triplici hoc, quem vox *ἰὸς* admittit, significatu copiose egit *Jac. Duportus* ad *Theophr. Char.* c. X, p. 367. ed. *Petr. Needham.*

ΙΟΥΔΑΙ'Α, ας, ἡ, scil. γῆ, vel χώρα, quod additur Marc. I, 5. Joh. III, 22. *Judæa*, nomen regionis Asiæ majoris, quæ primitus dicta fuit *Chananæa*, a Chananæis, primis incolis, posteris Chanaanis, filii Chami, Genes. X, 15. item *Palæstina*, a Palæstinis, seu Philistinis, qui partem terræ hujus incoluerunt, deinde vero nomen *Judææ* accepit a Juda, quarto filio Jacobi, ex Lea uxore. Proprie quidem stricte sumitur, et regionem complectitur, quam duæ tribus, Juda et Benjamin, scisso in duas partes regno, incolebant, et distinguitur a Samaria, Galilæa et aliis regionibus. Haud raro tamen latius de omni Palæstina, seu de omnibus iis regionibus usurpatur, quæ ad duodecim tribus Israëlitarum pertinuerunt. Ps. LXXVI, 1. 2 Chron. IX, 11. Stricte sumta terminatur Judæa ab ortu, fluvio Jordane et Mari Mortuo, a meridie, Idumæa, ab occasu, mari Mediterraneo, et a septentrione, tribu Ephraim. Judææ vero, late sumtæ, termini sunt ab oriente, Arabia deserta et Ammonitarum ac Moabitarum regiones, a meridie, fluvius Ægypti et Beerschebah desertum, ab occidente, mare Mediterraneum, a septentrione, Sidoniorum regio et Damascena, ac Libanus vel potius Antilibanus mons. Legitur in N. T. Matth. II, 1. 5. 22. IV, 25. XIX, 1. XXIV, 16. etc. Act. II, 9. commemorantur *οἱ κατοικοῦντες τὴν* Ἰουδαίαν incolentes Judæam. Intelligendi autem videntur Judæi, per Nabuchodonosorum, Babyloniæ regem, in Chaldæam abducti, qui libertate, ipsis decreto Cyri facta, in patriam redeundi, uti noluerunt, sed in Chaldæa remanserunt. Matth. III, 5. *πᾶσα ἡ* Ἰουδαία omnes Judææ incolæ. Sic etiam *πόλις* pro *civibus et incolis urbis*, et Ἱεροσόλυμα pro *Hierosolymitanis* ibidem usurpatur.

ΙΟΥΔΑΙ'ΖΩ, fut. *ίσω*, *Judaizo*, h. e. *Judæorum ritus ac mores imitor, leges Mosaicas observo, cum Judæis facio*, ab Ἰουδαῖος *Judæus*. Verba enim Græcorum, in *ίζω* desinentia, similitudinem vel imitationem ejus rei notant, a qua derivantur, v. c. *δημοσθενίζειν*, *πλατωνίζειν*, *μακεδονίζειν*, *ἀττικίζειν*, et hinc derivata substantiva *μηδισμός*, (*Thucyd.* I, c. 95.) *ἀττικισμός*, (*Thucyd.* IV, 133.) *ἰουδαϊσμός* etc. Ipsa vox Ἰουδαΐζειν, quæ etiam apud *Joseph. A. J.* II, 17. 2. reperitur semel legitur in N. T. Galat. II, 14. *τί τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις* Ἰουδαΐζειν; cur gentiles cogis legem Mosaicam observare?

ΙΟΥΔΑΙ'ΚΟΣ, ἡ, ὸν, *Judaicus, a Judæis originem habens, inter Judæos receptus, ad Judæos pertinens*, ab Ἰουδαῖος, quod vide infra. Legitur in N. T. semel Tit. I, 14. *μὴ προσέχοντες* Ἰουδαϊκοῖς *μύθοις* non attendentes Judaicis fabulis.

ΙΟΥΔΑΙ'ΚΩΣ, *Judaice, more Judæorum*. Adverbium ab eodem themate, quod semel in N. T. legitur Galat. II, 14. *εἰ σὺ* Ἰουδαῖος *ὑπάρχων, ἐθνικῶς ζῇς, καὶ οὐκ* Ἰουδαϊκῶς si tu, qui Judæus es, gentilium more vivis nec accommodate moribus et ritibus Judæorum.

ΙΟΥΔΑΙ'ΟΣ, ου, ὁ, *Judæus*. Est nomen gentile, quod, proprie quidem et stricte sumtum, *hominem* significat, *ex tribu Juda oriundum*, aut, *qui est in numero civium regni Juda*; (2 Regg. XVI, 6.) late vero *omnem eum, qui post exilium Babylonicum in Judæam redux factus est, sive fuerit de tribu Juda, sive etiam de alia quadam tribu*. Dan. III, 8. Esther. III, 10. 2 Macc. IX, 17. Primitus omnes posteri Abrahami dicti sunt Israëlitæ, ab Israële, seu Jacobo, patriarcha, usque ad tempora Rehabeami, quibus, cum decem tribus ab eo deficerent et Jerobeamo adhærerent, decem tribus appellatæ sunt *domus Israël*, sed duæ tribus, Juda et Benjamin, *domus Juda*. Hebraicum vocabulum est יְהוּדִי *a Juda descendens*, a יְהוּדָה Juda, filio quarto Jacobi ex Lea. In N. T. libris Ἰουδαῖος

1. in universum dicitur *homo, e gente Israëlitica ortus et religioni Mosaicæ*

deditus, sive civis sit Judææ, sive extra patriam vivens. Matth. XXVIII, 15. καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον. Marc. VII, 3. Luc. VII, 3. Joh. XVIII, 35. Galat. III, 28. οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην. ibid. II, 14. Ἰουδαῖος natus Judæus, i. q. v. 15. ὁ φύσει Ἰουδαῖος. Et talis opponitur proselytis, et omnibus, a religione Judaica alienis, nec non Christianis. Act. II, 14. XIV, 1. XVI, 3. XVII, 17. Apoc. II, 9.

2. *Judæus proselytus.* Act. II, 5. ἦσαν δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι, ἄνδρες εὐλαβεῖς ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν, coll. v. 10. ubi προσήλυτοι vocantur, h. e. homines gentiles, religionem Judaicam amplexi.

3. *qui non tantum nomine est Judæus, sed re ipsa, qui vitam religioni Judaicæ convenientem agit.* Apoc. II, 9. τῶν λεγόντων Ἰουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς, καὶ οὐκ εἰσίν. ibid. III, 9. Hinc Rom. II, 29. a Paulo ὁ ἐν κρυπτῷ ὢν Ἰουδαῖος, h. e. Judæus, qui legem Mosaicam observat, opponitur τῷ ἐν φανερῷ Ἰουδαίῳ ὄντι, h. e. homini, qui externa tantum Judæi insignia habet.

4. *qui quondam Judæus fuit, olim religioni Mosaicæ addictus.* Act. XIX, 34. XXI, 39. XXII, 3. 12. Galat. II, 13. οἱ Ἰουδαῖοι Christiani e Judæis.

5. οἱ Ἰουδαῖοι dicuntur κατ' ἐξοχὴν *proceres gentis Judaicæ, Hierosolymæ maxime degentes, assessores Synedrii magni.* Joh. I, 19. ὅτε ἀπέστειλαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ λευίτας. ibid. V, 15. 16. seq. VII, 1. 11. 13. IX, 18. coll. v. 13. et 22. XVIII, 12. 14. Act. XXIII, 20. coll. v. 14.

ΙΟΥΔΑΪΚΟΣ, αία, αῖον, *Judæus, Judaicus.* Adjectivum ab eodem. Marc. I, 5. πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα. Joh. III, 22. Act. XVI, 1. γυναικὸς Ἰουδαίας πιστῆς. ibid. XXIV, 24. οὔσῃ Ἰουδαίᾳ.

ΙΟΥΔΑΪΣΜΟΣ, οῦ, ὁ, *Judaismus.*

1. *omnis status et conditio ejus, qui est gente et religione Judæus, adeoque legem Mosaicam observat et more Judaico vivit,* ab Ἰουδαΐζω, h. e. ζῶ Ἰουδαϊκῶς, Esther. VIII, 17. 2 Macc. II, 21. XIV, 38. 4 Macc. IV, 26. ἐξόμνυσθαι τὸν Ἰουδαϊσμόν.

2. *acre studium religionis Judaicæ defendendæ et propagandæ.* Galat. I, 13. ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ cum acerrimus legum Judaicarum defensor essem. ibid. v. 14. προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου studio Judaicæ doctrinæ defendendæ omnes mei æquales ordinis Pharisæorum inferiores me erant: sequitur: περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων. Sæpius non legitur in N. T. Conf. supra ad Ἰουδαΐζω a me dicta.

ΙΟΥΔΑΣ, ου, ὁ, *Judas.* Nomen proprium Hebraicum, (יְהוּדָה ab הוֹדָה *celebravit, laudavit*)

1. filii natu quarti patriarchæ Jacobi, ita dicti a celebratione, quod non solum mater ob partum ipsius Deum celebrarat, sed etiam fratres ejus eum celebraturi erant. Genes. XXIX, 35. XLIX, 8. Matth. I, 2. 3.—Metonymice *posteri Judæ* hoc nomine veniunt, et quidem post obitum Salomonis, tribuum scissura facta, *tribus Juda,* quæ cum tribu Benjamin in unum regnum, Judaicum κατ' ἐξοχὴν vocatum, coaluerat, hoc nomen sortita est, post reditum vero de exilio Babylonico omnibus Israëlitis commune fuit. Matth. II, 6. Hebr. VII, 14. VIII, 8. Apoc. V, 5. VII, 5. Eodem nomine etiam insigniti fuerunt.

2. duo ex majoribus Christi. Luc. III, 26. 30.

3. *Judas,* cognomine *Barsabas,* seu *Barnabas.* Act. XV, 22. Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Βαρσαβᾶν, al. Βαραβᾶν, æth. Βαρνάβαν.

4. *Judas Galilæus,* impostor inter Judæos, cujus mentio fit Act. V, 37. qui a *Josepho A. J.* XVIII, 1. 1. Ἰούδας ὁ Γαυλανίτης qui a Gaulone (insigni in Basanitide et Batanæa regionibus urbe) erat oriundus, a Luca vero l. l. (etiam a *Josepho A. J.* XVIII, 1. 6. XX, 5. 2. et *B. J.* II,

8. 1.) Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος vocatur, quia in Galilæa tumultus maxime excitaverat, aut, quia Galilæa locus educationis et habitationis fuit, sicuti *Apollonius* Argonauticôn scriptor, qui patria Ægyptius erat, *Rhodius* appellatur. Tempore census, a Quirinio (de quo confer supra sub ἀπογραφή) acti, Judæos ad rebellionem sollicitavit. Conf. *E. A. Schulzii* Exercitatt. de Juda Galilæo ejusque secta ad illustranda quædam N. T. loca. In Ej. *Exercitatt. Philolog. Fasciculo novo* p. 104.

5. *Judas*, proditor Jesu, qui ab urbe patria *Karioth* Ἰσκαριώτης cognominatur. De quo vide plura sub nomine Ἰσκαριώτης. Matth. X, 4.

6. *Judas*, apostolus, Alphæi et Mariæ filius, J. C. consobrinus, frater germanus Simonis Cananitæ et uterinus Jacobi minoris, auctor Epistolæ, quæ sub ejus nomine in librorum N. T. volumine fertur. Apostolorum annumeratur collegio Matth. X, 4. Duobus insignitus fuit cognominibus; nempe et *Lebbæus* et *Thaddæus* dictus est, ut adeo fuerit τριώνυμος, ut eum appellat *Hieronymus* Comment. ad Matth. X. Opp. T. IV. p. 37. Conf. *Eusebii* H. E. I, 13.

Ἰουλία, ας, ἡ, *Julia*. Nomen proprium mulieris Christianæ, forte Philologi uxoris, quæ commemoratur a Paulo Rom. XVI, 15. ἀσπάσασθε Φιλόλογον καὶ Ἰουλίαν. Secundum alios est nomen viri Ἰουλίας, ut Ἰουνίας.

Ἰούλιος, ου, ὁ, *Julius*. Nomen proprium viri, centurionis cohortis Augustæ, qui Paulum vinctum in Italiam deduxit. Act. XXVII, 1. ἑκατοντάρχῃ, ὀνόματι Ἰουλίῳ, σπείρης Σεβαστῆς. Græce *lanuginosus*, ab ἴουλος *lanugo*.

Ἰουνίας, α, ὁ, *Junias*. Nomen proprium viri pro *Junius*, seu *Junianus*. Fuit Judæo-Christianus, generis propinquitate et vinculorum societate cum Paulo conjunctus. Rom. XVI, 7. ἀσπάσασθε Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν τοὺς συγγενεῖς μου καὶ συναιχμαλώτους μου. Vulgo *Junia* scribitur, ut sit uxor aut soror Andronici.

Ἰοῦστος, ου, ὁ, *Justus*. Nomen proprium, seu cognomen potius, viri, Latinum origine,

1. *Josephi* cujusdam, qui et *Barsabas*, seu *Barnabas* vocabatur. Act. I, 23.

2. *Titi* cujusdam, proselyti, Corinthi versantis, cujus domus vicina erat synagogæ. Act. XVIII, 7. item

3. viri, nomen Jesu gerentis, qui commemoratur Coloss. IV, 11. Sæpius non occurrit in N. T. Fuisse vero hoc nomen nec Judæis incognitum, docuit *Schoettgenius* (ex Breschit Rabba sect. 6. fol. 7. 1. ubi occurrit יוסטו חברא *Justus, vir doctus.*) et *Hieronymus* in *Catalogo SS. Eccles.* c. 14. ubi vid. *Fabricius.*

Ἱππεύς, έος, ὁ, *eques*, ab ὁ ἵππος *equus*. Pluralis ἱππέες, εἷς, legitur in N. T. tantum Act. XXIII, 23. et 32.

Ἱππικός, ἡ, ὸν, *equestris, qui pertinet ad equitem*. Τὸ ἱππικόν, scil. πλῆθος, seu τάγμα, *equitatus, exercitus equester*, i. q. ἡ ἵππος, seu τὸ στράτευμα ἱππικόν. Occurrit in N. T. semel Apoc. IX, 16. καὶ ὁ ἀριθμὸς στρατευμάτων τοῦ ἱππικοῦ δύο μυριάδες μυριάδων, *Vulgatus: et numerus exercitus equestris vicies millies dena millia*, ubi pro ἱππικοῦ alii τοῦ ἵππου, alii τῶν ἵππων male legunt. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 1, 12. et IV, 3. 3.

Ἵππος, ου, ὁ, *equus*, sed Ἵππος, ἡ, *equitatus*. Jac. III, 3. Apoc. VI, 2. 4. 5. 8. IX, 7. 9. 17. XIV, 20. XVIII, 13. XIX, 11. 14. 18. 19. 21.

Ἶρις, ιδος, ιος, et εως, ἡ, *Iris*, h. e. *arcus cœlestis, variis coloribus imbutus, ex repercussione radiorum solis apparens in nube rorida et opaca, quæ soli opposita est*, ab εἴρω *nuntio, prædico*, nam poëtæ deorum nuntiam eam fingunt, aut, quod aliis pluviam, aliis vero serenitatem certo indicio significare videbatur. *Hesych.* ἶρις· ἡ ἐν οὐρανῷ ζώνη. *Phavor.* ἶρις· νέφους ὑγρότης κατ' ἔμπτωσιν ἡλίου πεποικιλμένου, οἷον τὸ τόξον.

2. *omne, quod iridis speciem refert.*

Sic in N. T. legitur Apoc. IV, 3. καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου ὅμοια ὁράσει σμαραγδίνῳ et iris erat circa thronum similis aspectui smaragdino. ibid. X, 1. καὶ ἶρις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς et iris in capite ejus. Sæpius non occurrit in N. T.

ΙΣΑΑ'Κ, ὁ. Nomen proprium patriarchæ, filii Abrahami ex Sara, Hebraicum indeclinabile, יִצְחָק *risus*, ex littera Jod, characteristica nominis proprii, et צָחַק *risit*. Ratio etymi habetur Genes. XXI, 6. coll. XVII, 17. XVIII, 12. Matth. I, 2. VIII, 11. XXII, 32. etc.

ΙΣΑ'ΓΓΕΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *angelis similis*, seu *par*, ἴσος ἀγγέλῳ, ut *Suidas* interpretatur, ex ἴσος *æqualis*, *similis*, et ἄγγελος *angelus*. Semel in N. T. legitur Luc. XX, 36. ἰσάγγελοι γάρ εἰσι homines, quibus beatitudo futura contingit, angelis similes erunt, maxime respectu ad immortalitatem et corporis naturam, quo in futura vita præditi erunt. *Hierocles* p. 40. *Philo* de *Abel et Cain* T. I. p. 164. 27.

ΙΣΑΣΧΑ'Ρ, ὁ, *Isaschar*, nomen viri Hebraicum, יִשָּׂשכָר i. e. *merces* vel *præmium est*, ex יֵשׁ *est*, et שָׂכָר *merces*, quod a שָׂכַר *mercede conduxit*, unde apud *Albertium* in Gloss. N. T. p. 223. e codice Coisliniano CXLIX, per μισθὸς exponitur. Insignitus hoc nomine est filius Jacobi ex Lea uxore, de quo legitur Genes. XXX, 18. ubi etiam ab ipsa *Lea* ratio denominationis hujus datur his verbis: נָתַן אֱלֹהִים שְׂכָרִי, h. e. Deus me præmio ornavit. In N. T. ubi semel occurrit, Apoc. VII, 7. de posteris Isaschar, seu tribu Isaschar adhibetur.

"ΙΣΗΜΙ, *scio*, *cognosco*, *novi*, i. q. ΕΙ"ΣΗΜΙ, ab εἰδέω *scio*. In plurali ἴσαμεν, et per syncopen ἴσμεν *scimus*, ἴστε *scitis*, *nostis*, per syncopen ἴστε, ἴσασι *sciunt*. Act. XXVI, 4. ἴσασι πάντες οἱ Ἰουδαῖοι norunt omnes Judæi. Hebr. XII, 17. ἴστε γὰρ nostis enim, seu, sciatis vero. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* ἴστε· γινώσκετε, οἴδατε. *Alb.* Gloss. Gr. N. T. p. 152. ἴστε· γνῶτε.

"ΙΣΘΙ, vide sub ΕΙ'ΜΙ'.

ΙΣΚΑΡΙΩ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *Iscariotes*. Cognomen Judæ, qui, in numerum Apostolorum cooptatus, (Matth. X, 4.) Christum turpissime prodidit Matth. XXVI, 47. et hujus facinoris pœnitentia ductus laqueo vitam finivit, ibid. XXVII, 15. et laqueo rupto præcepsque factus medius disruptus est, et effudit omnia viscera sua. Act. I, 18. Cognomen Ἰσκαριώτης, quo differentiæ causa insignitur a Scriptoribus N. T. incertæ originis est, et significationis. Nonnulli, et ut equidem opinor, recte eum ita dictum putant ab oppido קְרִיוֹת in tribu Juda, quæ occurrit Jos. XV, 25. Jerem. XLVIII, 41. et Amos II, 2. ut Ἰσκαριώτης sit i. q. אִישׁ קְרִיוֹת *Cariothensis*, cujus patria est urbs Carioth. Hæc sententia, quæ arrisit *Pfeifero* in Exot. N. T. p. 17. confirmatur codicum nonnullorum N. T. auctoritate, qui Joh. VI, 71. XII, 4. pro Ἰσκαριώτης habent ἀπὸ Καρυώτου. Codex Cantabrigiensis Matth. X, 4. et XXVI, 14. Σκαριώθης habet, et utroque loco *Syrus* ܣܟܪܝܘܬܐ scripsit. Sed alii eum ita appellatum volunt a tribu *Isaschar*, quod de illa tribu fuerit; alii a proditione sua, quod Christum, mercede conductus, prodiderit, a שָׂכָר *præmium*, *merces*; alii a שֶׁקֶר *mendacium*; alii aliunde. Sed omnia hæc incerta sunt. Confer *C. A. Heumanni* D. *de vero sensu nominis Iscariotes cognominis Judæ proditoris*, in *Miscell. Groning.* T. III. p. 598. et *J. Sauberti varias lectiones textus Gr. Ev. Matthæi* p. 253. seq. Legitur in N. T. Marc. III, 19. XIV, 10. Luc. VI, 16. XXII, 3. Joh. XIII, 2. XIV, 26. De morte Judæ proditoris, de qua etiam variæ extant opiniones, conferendi sunt præter *Jac. Gronov.* Exercitt. Acad. de Pernicie et Casu

Judæ. Lugd. Bat. 1683. et *Jac. Perizon.* Diss. de Morte Judæ et Verbo ἀπάγχεσθαι. Lugd. Bat. 1702. 8. Scriptores, a *Wolfio* in Curis Philol. in N. T. T. I. p. 390. et 1011. et *Kœchero* in Analectis Philologicis in 4 Evang. p. 489. laudati.

Ἴσος, vel Ἶσος, η, ον, 1. *æqualis, par*, scilicet *quantitate, numero, magnitudine*, etc. Ita dicitur de mercede Matth. XX, 12. ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας hos nobis pares fecisti. Luc. VI, 34. ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα ut paria recipiant; ubi sermo est de mutuo dato. De dimensionibus, qua longitudinem, latitudinem et altitudinem, usurpatur Apoc. XXI, 16. τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστι. Alex. Ezech. XL, 5. XLV, 11. De paritate numeri usurpatum legitur apud *Xenoph.* de Vectigal. IV, 30. de Venat. VI, 7.

2. *idem, æqualis et similis natura.* Joh. V, 18. ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ æqualem se faciens Deo. Act. XI, 17. τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκεν iisdem donis instruxit. *Vulgatus: eandem gratiam dedit:* Philipp. II, 6. οὐχ' ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ non rapinam duxit, Dei personam sustinere, seu æqualem natura et majestate Deo esse, i. q. ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν, ubi ἴσα non, ut quibusdam videtur, positum est pro κατ' ἴσα μέρη, seu, ἐν ἴσοις μέρεσι, h. e. ἴσως σὺν Θεῷ, sed pro accusativo masc. singularis ἴσον. Conf. Alex. Job. V, 14. X, 10. XV, 16. *Hippocrat.* Jurejurand. c. 1. p. 42. ὄμνυμι ἡγήσασθαι μὲν τὸν διδάξοντά με τὴν τέχνην ταύτην ἴσα (h. e. ἴσον) γενέτῃσιν ἐμοῖσιν. *Homer.* Odyss. ο'. 519. τὸν νῦν ἴσα θεῷ Ἰθακήσιοι εἰσορόωσι. *Ælian.* V. H. VIII, 38. Conf. *Glassii* Philol. Sacr. p. 65. ed. *Dathii.*

3. *consonans.* Marc. XIV, 56. καὶ ἴσαι αἱ μαρτυρίαι οὐκ ἦσαν sed testimonia eorum non consonantia erant, seu, ut etiam non incommode reddi posset: non erant satis sufficientia et idonea ad probationem ejus, quod quærebatur. ibid. v. 59. καὶ οὐδὲ οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυρία αὐτῶν. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* ἴσον· ὅμοιον.

Ἰσότης, ητος, ἡ, *æqualitas, æquabilitas, æqualis vicissitudo, justa proportio*, ab ἴσος *æqualis.* 2 Cor. VIII, 13. ἀλλ' ἐξ ἰσότητος sed, ut sit par conditio vestra, seu, ut fiat æqualitas, i. q. in sequenti v. 14. ὅπως γένηται ἰσότης. In utroque loco sermo est de eleemosynis, justa proportione a Christianis distribuendis. *Plutarch.* T. VI. p. 367. ed. *Reiske.*

2. *æquitas, id, quod æquitas postulat.* Coloss. IV, 1. οἱ κύριοι τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχετε vos heri, quod justum et æquum est, præstate servis. Ἄνισος *inæqualis*, pro *injusto* et *iniquo* legitur apud *Epictet. Enchir.* c. 31. et *Aristotel.* de *moribus* V, 5. Adde *Pollucis Onom.* V, §. 108. Vocabula ἴσον et δίκαιον etiam conjunxit *Demosthenes* Or. c. *Midiam* p. 336. ed. Lutet. et ἰσότητα ac δικαιοσύνην *Jamblichus* p. 129. Vide *Wakefield Silvam Criticam* P. III, p. 122. Sæpius non legitur in N. T.

Ἰσότιμος, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *æque pretiosus, ejusdem pretii et dignitatis*, ab ἴσος *par, æqualis*, et τιμὴ *pretium, dignitas.* Sic semel legitur in N. T. 2 Petr. I, 1. τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν qui nobiscum eandem præstantissimam religionem, nempe Christianam, profitentur. Ipsa vox, sed alio sensu, reperitur etiam apud *Josephum* A. J. XII, 3. 1. Vide et *Zeunium* ad *Xenoph. Hier.* 8, 10.

Ἰσόψυχος, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *unanimus* (*Valer. Flacc.* III, 571.) *eodem*, seu *pari animo præditus, qui idem sentit, cogitat et vult, quod alter*, ab ἴσος *par, æqualis*, et ψυχὴ *animus.* Semel legitur in N. T. Phil. II, 20. οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον neminem enim habeo, qui eodem, quo ego, modo in vos animatus esset. *Chrysostomus* recte: τοῦτ' ἔστιν ὁμοίως ἐμοὶ κηδόμενον ὑμῶν καὶ φροντίζοντα, ob verba, quæ statim sequuntur: ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει. Egregie etiam B. *Lutherus:* der sogar meines Sin-

nes sey *who are likewise of my mind.* Conf. *Heinsii* Exercitt. Sacr. ad h. l. Ps. LV, 14. *σὺ δὲ ἄνθρωπε ἰσόψυχε*, Hebr. וְאַתָּה אֱנוֹשׁ כְּעֶרְכִּי. *Schol. Eurip. Androm.* v. 419.

Ἰ'ΣΡΑΗ'Λ, ὁ, *Israël.* Hoc nomen proprium *ἄκλιτον* impositum fuit

1. *Jacobo*, patriarchæ, honoris causa, et in perpetuam memoriam pii ejus et fiducia pleni animi erga Deum. Nonnulli hoc nomen derivant ab אִישׁ *vir*, רָאָה *vidit*, et אֵל *Deus*, ut sit idem ac: *vir, qui vidit Deum.* Quæ derivatio non solum *Theophylacto*, (ad Luc. I, 54.) *Augustino* (de Civit. Dei I, 16. c. 39.) et *Chrysostomo* (Homil. LVIII. in Genes.) arrisit, sed etiam auctori *Alberti* Glossar. Gr. p. 31. scribenti: Ἰσραήλ· *ἀνὴρ βλέπων Θεὸν, ἢ νοῦς ὁρῶν Θεόν.* *Hieronymus* exposuit, ac si esset שַׂר אֵל *princeps Dei.* Sunt alii, qui a יִשַּׁר אֵל i. e. *rectus Dei* deducunt. Sed repugnat non solum scriptio, quia שׁ in יִשְׂרָאֵל punctum in cornu sinistro habet, in שַׂר vero et יִשַּׁר in cornu dextro; sed etiam locus Genes. XXXII, 28. 29. ubi ratio et origo nominis his verbis traditur: כִּי שָׂרִיתָ עִם־אֱלֹהִים, quia principem te gessisti coram Deo, ut adeo appareat, compositum esse ex אֵל *Deus* et שָׂרָה *se principem gessit, de principatu contendit, luctatus est.* Huc pertinet formula: *οἶκος* Ἰσραήλ, h. e. *omnes posteri Israëlis*, seu *Judæi.* Matth. X, 6. Act. VII, 42. Hebr. VIII, 8. 10. qui etiam *οἱ υἱοὶ* Ἰσραήλ, Act. VII, 37. 2 Cor. III, 7. 13. et *ὁ λαὸς* Ἰσραήλ, Act. VI, 10. XIII, 17. appellantur.

2 metonymice *omnibus posteris Jacobi*, patriarchæ, seu *Israëlitis* in Scriptura S. imponitur, et quidem antiquissimis temporibus duodecim tribubus, quæ totum regnum Judaicum constituebant usque ad tempora Jerobeami, ubi decem tribus tantum, quæ Jerobeamo adhærebant, nomen hoc retinuerunt. Post reditum vero de exilio Babylonico omnes Jacobi posteri non solum Judæi, sed etiam honoris causa Israëlitæ appellabantur. Ps. XXV, 22. Matth. II, 6. 20. 21. *εἰς γῆν* Ἰσραήλ in terram, quam populus Israëliticus incolebat. ibid. VIII, 10. *οὐδὲ ἐν τῷ* Ἰσραὴλ *τοσαύτην πίστιν εὗρον* neque inter Judæos omnes tantam fiduciam inveni. Marc. XV, 32. *ὁ Χριστὸς ὁ βασιλεὺς τοῦ* Ἰσραὴλ Christus rex Judæorum, coll. Matth. XXVII, 21. ubi *βασιλεὺς τῶν* Ἰουδαίων vocatur. 1 Cor. X, 18. Ἰσραὴλ *κατὰ σάρκα* Judæi, qui sunt per natales, quibus opponuntur Galat. VI, 16. Ἰσραὴλ *τοῦ Θεοῦ* veri et probi Israëlitæ, quos Deus amat, h. e. veri Christiani omnes, *ὁ* Ἰσραὴλ *κατὰ πνεῦμα.* Hinc factum est, ut

3. Ἰσραὴλ in N. T. *κατ' ἐξοχὴν* dicerentur *omnes veri Dei cultores, exemplum Jacobi imitantes, non solum inter Judæos, sed etiam inter Christianos,* ὁ Ἰσραὴλ *τοῦ Θεοῦ*, Galat. VI, 16. seu ὁ Ἰσραὴλ *κατὰ πνεῦμα.* Sic legitur in N. T. Rom. IX, 6. *οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ* Ἰσραὴλ non enim omnes Jacobi posteri sunt veri Israëlitæ, veri et Deo probati cultores Dei. ibid. XI, 26. Hebr. VIII, 8. 10.

Ἰ'ΣΡΑΗΛΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *Israëlita.* Nomen honoris, quo Judæi mirifice delectabantur, uti ex 2 Cor. XI, 22. Act. II, 22. III, 12. V, 35. XIII, 16. XXI, 28. satis constat. Notat autem *eum, qui a Jacobo patriarcha* (cui ab ipso Deo Israëlis nomen honorifice inditum erat, ut esset symbolum gratiæ divinæ) *originem suam repetit, unum e posteris Jacobi.* Hinc fere semper emphatice ponitur in N. T. et æque ac Ἰσραὴλ speciatim ad *omnes veros Dei cultores inter Judæos* transfertur. Sic v. c. Joh. I, 48. Christus de Nathanaële *ἴδε ἀληθῶς* Ἰσραηλίτης, *ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι* en! verum Israëlitam, virum integerrimum. Rom. IX, 4. coll. v. 6. XI, 1.

Ἱ'ΣΤΑ'Ω, ῶ, vel Ἱ'ΣΤΑ'ΝΩ, Ἵ'ΣΤΗΜΙ, fut. *στήσω*, præt. *ἕστηκα* etc. Verbum hoc, quod in tironum gratiam dictum esto, ut omnia ejus composi-

ta, (v. c. ἀνίστημι, ἀφίστημι etc.) pro diversitate temporum nunc significationem activam (scilicet in præsenti, imperf. aor. 1. et fut. 1.) nunc vero neutralem, seu intransitivam, (in perfecto, plusquamp. et aor. 2.) in una voce activa natura sua habet, ut adeo, quæ sit in singulis locis vera hujus vocis significatio, ex ipsa varia temporum ratione haud raro cognosci possit. Significat vero

1. transitive: *statuo, stare facio, colloco*, ita, ut et de rebus æque, ac de personis usurpetur, etiam *suadeo*, seu *jubeo, ut aliquis loco aliquo consistat, aliquo duco*. Matth. IV, 5. καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ et constituit eum in fastigio templi. ibid. XVIII, 2. ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν. Marc. IX, 36. Luc. IV, 9. IX, 47. Speciatim vero de *iis* usurpatur, *qui alios judicio sistunt*, aut *judicio sisti et adesse in jure jubent, ut causam suam defendant*. Act. IV, 7. coll. Joh. VIII, 3. Act. V, 27. ἀγαγόντες αὐτοὺς ἔστησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ, sc. ὁ στρατηγὸς σὺν τοῖς ὑπηρέταις. ibid. XXII, 30. *Herodian*. I, 14. 18. ἔστησε δὲ καὶ ἀνδριάντας αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν. *Ælian*. V. H. VI, 1.

2. per metaphoram de personis: *sisto, statuo, propono eligendos, commendo eligendi causa*, ich bringe in Vorschlag *I propose*. Act. I, 23. καὶ ἔστησαν δύο et duo obtulerunt eligendos, sc. ad munus apostolicum, coll. v. 24. et 25. Huc etiam referrem locum Act. VI, 6. οὓς ἔστησαν ἐνώπιον τῶν ἀποστόλων, ubi de diaconis sermo est.

3. *præstituo, constituo, certo definio*, nostrum: festsetzen *to affirm*. Act. XVII, 31. διότι ἔστησεν ἡμέραν ideo, quod diem constituit.

4. per synecdochen generis (ita, ut omissum sit ἐν ζυγῷ, vel σταθμῷ, quod additur Sirac. XXI, 25. (ἐν ζυγῷ σταθήσονται) et apud *Herodot*. II. c. 65. ἱστᾶσι σταθμῷ πρὸς ἀργύριον τὰς τρίχας) *pondero, exigo ad amussim, libro*, i. q. σταθμάω, quo ipso verbo aliquoties ab *Eustathio ad Homerum* (v. c. Il. ω', 232.) explicatur: nam, qui res ponderant, sive appendunt, lingulam bilancis sistunt, seu efficiunt, ut erecta stet. Hinc in vers. Alex. sæpe non solum Hebr. שָׁקַל (in quo deficit בַּפֶּלֶס et בְּמֹאזְנַיִם Job. XXXI, 6. et Ies. XL, 12.) *libravit, appendit, ponderavit*, 2 Sam. XIV, 26. Ezr. VIII, 25. 26. sed etiam Chald. תְּקַל, quod idem notat, respondet. Dan. V, 27. Jam, quia veteres, pecunia signata destituti, pecuniam non numerare, sed ponderare et appendere solebant, factum est, ut στῆσαι τὸ ἀργύριον significaret: *alicui dare pecuniam*, ad imitationem Hebr. שָׁקַל Genes. XXIII, 16. Num. VII, 26. 2 Sam. XVIII, 2. 1 Regg. XX, 39. Sic legitur in N. T. Matth. XXVI, 15. οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια et illi dederunt ipsi triginta argenteos siclos. Alii vertere malunt: *et illi promiserunt, se ipsi daturos triginta siclos argenteos. Vulgat. constituerunt. Syrus:* ܐܣܡܘ sed magis placet prior explicatio. Conf. *Reitzium* ad *Lucian*. Demon. c. 39. p. 388. T. II. et *Hutchinson*. ad *Xenoph*. Cyrop. VIII, p. 585. Hinc

5. metaphorice: *imputo, retribuo, rependo*, in utramque partem, sive hoc fiat beneficiis et præmiis, sive pœnis. Sic occurrit in N. T. Act. VII, 60. μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην noli ulcisci hoc scelus.

6. *stabilio, tueor, vim et auctoritatem addo, ratum facio, valorem reddo*. Rom. III, 31. ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν sed legem potius stabilimus, confirmamus et commendamus: ubi τῷ καταργεῖν opponitur, et idem est ac πληροῦν. Rom. X, 3. τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες στῆσαι et suam ad favorem Dei perveniendi rationem tueri volunt. Hebr. X, 9. ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ ut alterum illud stabiliat. Eodem modo passivum σταθῆναι in N. T. usurpatur, ut sit: *ratum fieri, verum comprobari*. Matth. XVIII, 16. ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα ut per duos tresve testes veritas rei comprobetur. 2 Cor.

XIII, 1. Deut. VIII, 18. Alex. ἵνα στήσῃ τὴν διαθήκην αὐτοῦ, Hebr. לְמַעַן הָקִים אֶת־בְּרִיתוֹ. ibid. IX, 5. 1 Sam. XV, 13. Ps. XXI, 11. 1 Macc. II, 27. ἱστῶν διαθήκην.

7. *firmam et certam animi persuasionem alicui largior.* Rom. XIV, 4. σταθήσεται δὲ, h. e. aliquando largietur ei Deus certam animi persuasionem, non semper incertus hærebit.

8. intransitive: *sto*, et quidem de statione locali. Matth. VI, 5. ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες. ibid. XII, 47. Act. I, 11. Apoc. VII, 11. καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι ἑστήκεσαν κύκλῳ τοῦ θρόνου et omnes angeli stabant in circuitu throni; ubi est ἑστήκεσαν attice pro ἐστήκεισαν. Vide *Fischeri* Anim. ad *Welleri* Gramm. Gr. p. 83. et 196. Matth. XII, 46. εἱστήκεισαν ἔξω, nam plusquamperfectum et ἑστήκειν et εἱστήκειν scribitur. Apoc. XII, 4. καὶ ὁ δράκων ἕστηκεν et draco erecto corpore adstitit. Fictionem hanc esse, ex draconum natura ductam, apparet e *Plinio* H. N. VIII, 3. et *Æliano* H. A. XXI, 4. Medium Ἵσταμαι eandem notionem habet. Act. V, 20. σταθέντες λαλεῖτε *summa cum fiducia* tradite. Apoc. XVIII, 15. ἀπὸ μακρόθεν στήσονται ab ea longe stabunt.

9. de personis: *subsisto, sisto gressum, consisto,* ich stehe stille *I stand still,* or *stop.* Matth. XX, 32. καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς tum Jesus sistens gradum. Marc. X, 49. Luc. VI, 17. VII, 14. οἱ δὲ βαστάζοντες ἔστησαν. Eodem modo medium ἵσταμαι Luc. XVIII, 40. σταθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς. De rebus: *inhibeor, sistor, desino, cesso.* Luc. VIII, 44. καὶ παραχρῆμα ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς et statim cohibitum est sanguinis profluvium. Act. VIII, 38. καὶ ἐκέλευσε στῆναι τὸ ἅρμα et jussit sisti currum. Conf. Alex. Genes. XXIX, 35. 2 Regg. XIII, 18.

10. *circumsto, prope adsto,* i. q. παρίστημι. Marc. XI, 5. καί τινες τῶν ἐκεῖ ἑστηκότων et quidam adstantium. Joh. III, 29. Eadem significatione participium σταθεὶς interdum usurpatur. Luc. XIX, 8. σταθεὶς δὲ Ζακχαῖος Zacchæus autem adstans. Act. XI, 13. ἄγγελον σταθέντα angelum sibi adstantem.

11. *surgo,* per metonymiam consequentis. Apoc. XI, 11. καὶ ἔστησαν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτῶν, coll. v. 8. et 9. Ita etiam σταθεὶς, Act. II, 14. σταθεὶς δὲ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα surrexit autem Petrus inter reliquos undecim. ibid. XXVII, 21.

12. *vivo, versor in aliquo loco.* Joh. I, 26. μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν inter vos autem versatur. ibid. VI, 22. ὁ ὄχλος ὁ ἑστηκὼς turba, quæ remanserat. Alex. pro שָׁכַן *commoratus fuit, habitavit,* Num. IX, 17. X, 12.

13. *sto coram judicibus, sistor judicibus causam defendendi causa.* Act. XXIV, 21. ἑστὼς ἐν αὐτοῖς, i. q. v. 20. ἑστὼς ἐπὶ τοῦ συνεδρίου. ibid. XXV, 10. ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἑστώς εἰμι. XXVI, 6. ἕστηκα κρινόμενος. Eodem modo medium, seu passivum ἵσταμαι usurpatur Marc. XIII, 9. καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων σταθήσεσθε, h. e. ἀχθήσεσθε, ut codices nonnulli e glossemate habent. Act. XVII, 22. σταθεὶς δὲ ὁ Παῦλος, coll. v. 19. XXV, 18.

14. *muneris et officii causa adsto, ministro, appareo, paratus sum ad ministerium, minister sum.* Hinc οἱ ἑστῶτες i. q. οἱ παρεστῶτες *ministri, apparitores.* Matth. XXVI, 73. coll. Marc. XIV, 70. Hebr. X, 11. conjungitur cum verbo λειτουργεῖν, (ut עָמַד cum שָׁרַת 2 Paral. V, 14.) quod *ministrare* significat, ἱερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν pontifex apparuit coram Deo. Apoc. VII, 9. VIII, 2. ἀγγέλους, οἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἑστήκασι angelos, Dei ministros. Ita עֲמֹד לִפְנֵי פָּלֹנִי 1 Regg. X, 8. et Genes. XLI, 46. Deut. I, 38. Zach. III, 7. Adde Dan. VII, 16. *Homer.* Odyss. χ'. v. 115. *Juvenal.* Sat. V, v. 63.

15. στῆναι interdum κατ' ἐξοχὴν de *navibus, portum tenentibus,* usurpatur. Luc. V, 2. καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην. *Homer.* Iliad. ί. v. 43. et 44. νῆες δέ τοι ἄγχι θαλάσσης ἑστᾶσ'. Conf. *Jensii* Fercul. Liter. p. 44.

16. de *exercitu, obsidione urbem cin-*

gente, usurpatur Matth. XXIV, 15. ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ. Vide quæ supra a me ad βδέλυγμα dicta sunt.

17. στῆναι *stare in campo victorem.* Ephes. VI, 13. καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι ut omnibus hostibus profligatis victores evadatis.

18. στῆναι πρός τινα, de militibus usurpatum, significat: *resistere alicui, impetus hostiles fortiter excipere.* Ephes. VI, 11. πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου ut possitis resistere fraudibus diaboli. ibid. v. 14. στῆτε οὖν resistite igitur. Exempla hujus usus loquendi e *Xenophonte* dedit *Raphelius* in Obss. Philol. in N. T. e Xenophonte p. 262.

19. σταθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ κριτοῦ *stare coram judice is* dicitur, *qui absolvitur et causa sua non cadit, intrepide vultum et sententiam judicis sustinet.* Hinc explica locum Luc. XXI, 36. καὶ σταθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου et subsistere coram filio hominis, h. e. et feliciter evadere pœnas, quas Christus judex Judæis infliget, coll. Ps. I, 5.

20. *constans sum, persevero, persto.* Joh. VIII, 44. καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ' ἕστηκεν defecit a pietate et virtutis studio, coll. Jud. v. 6. Rom. V, 2. ἐν ᾗ ἑστήκαμεν quam, scilicet religionem, constanter profitemur et observamus. 1 Cor. XV, 1. ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε in cujus professione etiam perstitistis hucusque. 2 Cor. I, 24. 1 Petr. V, 12. Ita עָמַד 2 Regg. XXIII, 3. καὶ ἔστη πᾶς ὁ λαὸς ἐν τῇ διαθήκῃ. Dan. XII, 13. Hinc ex adjuncto:

21. *firmus* seu *confirmatus sum in aliqua re*, et speciatim in N. T. de *iis* usurpatur, *qui satis confirmati sunt in religione Christiana, ita, ut non facile deficere ab ea possint.* 1 Cor. X, 12. ὁ δοκῶν ἑστᾶναι qui jam firmus est in religione Christiana.

22. ἵσταμαι *incolumis maneo, in statu meo conservor.* Act. XXVI, 22. ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ἕστηκα divino vero adjutus auxilio adhuc sum incolumis, coll. v. 21. Opponitur τῷ πίπτειν, *e statu pristino deturbari.*

23. *sustineo, perfero.* Apoc. VI, 17. καὶ τίς δύναται (δυνήσεται) σταθῆναι; et quis poterit diei ipsius sævos cruciatus sustinere? Hebr. מִי יָקוּם et מִי יַעֲמוֹד Nah. I, 6. Mal. III, 2.

ΙΣΤΟΡΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *iter suscipio visendi et inspiciendi causa, obeo urbes nobiles et loca celeberrima, ut res, visu dignas et maxime memorabiles, inspiciam et rerum utilium cognitionem et notiones mihi comparem*, quod Latini *visere* dicunt. *Tacit.* Annal. II, c. 60. Ipsa itinera, hoc consilio suscepta, ἱστορίαι vocabantur et enarratio rerum, quas aliquis ipse vidit et præsens cognovit, est *historia*, proprie sic dicta, eine Reiſebeſchreibung *an account of a journey. Schol. Sophocl.* ad Electr. v. 319. ἱστορεῖν· τὸ διέρχεσθαι τόπους παρὰ τοῖς κοινοῖς. *Thom. M.* ἱστορῶ· τὸ πολὺν τόπον διέρχομαι. Conf. *Abreschium* Lib. I. Anim. in *Æschyl.* c. 29. p. 207. et *Budæum* Comment. Ling. Gr. p. 1071. Hinc

2. *inquiro, percontor, investigo. Hesych.* ἱστορεῖ· ἐρωτᾷ, πύθεται, ἀνακρίνεται. Conf. interpp. ad *Thom. M.* p. 476.

3. *res memorabiles literis prodo et memoriæ trado. Ælian.* V. H. XII, 49. τοῖς ὑπὲρ τούτων ἱστοροῦσι πιστεύειν.

4. *video, coram cognosco.* Sic semel legitur in N. T. Galat. I, 18. ἱστορῆσαι Πέτρον Petrum coram cognoscendi causa. *Hesych.* ἱστορεῖ· ὁρᾷ. Descendit ab ἵστωρ *sciens, peritus*, quod est ab ἵσημι *scio*, unde ἱστορεῖν interdum etiam *cognitionem habere* significat, v. c. apud *Polyb.* III, 48. οὐχ' ἱστορήσαντες, h. e. ignari.

ΙΣΧΥΡΌΣ, ά, όν, 1. proprie: *robustus, validus, robore et viribus corporis valens*, ab ἰσχύς, quod vide. *Diog. Laërt.* I, s. 86. *Xenoph. Mem.* II, 6. 12. ubi ὁ ἀσθενὴς opponitur τῷ ἰσχυρῷ. Deinde vero latius patet ac de *personis* adhibitum significat

2. *omnem, qui robore, virtute ac viribus valet, sive sint corporis, sive animi, præstantem, potentem et fortem, honore ac admiratione dignum, auctoritate ac potentia excellentem, divitem,*

nobilem. Ita in N. T. tribuitur *Deo O. M.* qui infinita potentia pollet. Apoc. XVIII, 8. ὅτι ἰσχυρὸς Κύριος ὁ Θεὸς nam omnipotens est Deus Dominus. De *Christo* adhibetur ob summam ejus præstantiam et dignitatem, tum ratione personæ, tum ratione officii. Matth. III, 11. Marc. I, 7. Luc. III, 16. ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου venturus est me longe præstantior. Tribuitur etiam *angelis*, qui potentia ac viribus valent, et quidem tum bonis, tum malis. Apoc. V, 2. καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρόν. ib. XVIII, 21. De *hominibus* vero etiam aliquoties usurpatur in N. T. v. c. de *milite forti in bello.* Matth. XII, 29. Luc. XI, 21. qui Hebraice גִּבּוֹר חַיִל, 2 Chron. XXXII, 21. ab Alex. πολεμιστὴς δυνατὸς, coll. Jos. I, 14. et גִּבּוֹר simpliciter vocatur Jerem. XLVI, 5. coll. Apoc. XIX, 18. De *victoribus in bello et certamine* legitur Hebr. XI, 34. ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ victores in bello evaserunt. De *hominibus, satis confirmatis in religione Christiana.* 1 Joh. II, 14. ὅτι ἰσχυροί ἐστε. De *hominibus potentibus, divitibus, nobilibus doctrina et eruditione,* 1 Cor. I, 27. ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρὰ, pro τοὺς ἰσχυροὺς, ut potentes, nobiles pariter ac eruditos pudore afficeret, coll. v. 19. et 26. ubi σοφοὶ, συνετοὶ, σοφοὶ κατὰ σάρκα, δυνατοὶ, εὐγενεῖς vocantur. 1 Cor. IV, 10. ἰσχυρὸς opponitur τῷ ἀσθενὴς, h. e. vilis et contemtus. Est autem

3. etiam *rerum, quæ firmitate, robore ac præstantia valent,* et redditur nunc *firmus, bene munitus,* nunc *vehemens, gravis et magnus,* nunc *præstans.* 1 Cor. I, 25. ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ *præstantius* est omnibus sapientiæ humanæ inventis. Matth. XIV, 30. ἄνεμος ἰσχυρὸς ventus *vehemens.* Ita חָזָק, cui alias ἰσχυρὸς respondet in vers. Alex. v. c. Num. XIII, 18. XX, 20. De *vento* usurpatur Exod. X, 19. ubi Alex. ἄνεμος σφοδρός. Luc. XV, 14. λιμὸς ἰσχυρὸς *magna fames,* coll. Genes. XLI, 31. Hebr. V, 7. κραυγὴ ἰσχυρὰ magnus et vehemens clamor, h. e. ardentissimæ preces, coll. Dan. VI, 20. Apoc. XVIII, 10. ἡ πόλις ἡ ἰσχυρὰ urbs bene munita, quæ hostium insultus ridebat. Cf. *Aquil.* 1 Sam. VI, 18. ἐκ πόλεως ἰσχυρᾶς. *Symmach.* τετειχισμένης. Alex. Judd. IX, 51. et verss. vett. Jos. XIV, 12. *Thucyd.* IV, 9. οὐκ ἰσχυρὸν ἐτείχιζον. Apoc. XIX, 6. καὶ ὡς φωνὴν βροντῶν ἰσχυρῶν. Conf. *Foësii* Œconom. Hipp. p. 178.

4. *firmus, stabilis, certus, indubitatus,* i. q. βέβαιος. Hebr. VI, 18. ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν spem certissimam habeamus, i. q. τὴν βεβαίαν πίστιν. *Hesych.* ἰσχυρόν· βέβαιον.

5. *severus.* 2 Cor. X, 10. ἐπιστολαὶ ἰσχυραὶ litteræ severæ. Sic et apud *Xenoph.* Hist. Gr. I, 7. 10. ψήφισμά ἐστιν ἰσχυρότατον.

ΙΣΧΥΣ, ύος, ἡ, 1. proprie: *robur,* seu *vires corporis,* ab ἴς, ἰνὸς, ἡ, *robur,* et ἔχω *habeo.* Apoc. XVIII, 2. καὶ ἔκραξεν ἐν ἰσχύϊ et clamavit valide, vehementer, magna voce. *Theod.* Dan. III, 4. καὶ ὁ κήρυξ ἐβόα ἐν ἰσχύϊ. IV, 11. Chald. בְּחַיִל.

2. *vires animi, omnes facultates animi, quæ in aliquo insunt.* Marc. XII, 30. et 33. Luc. X, 27. amabis et sancte coles Deum ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου omnibus viribus et facultatibus animi. *Vulgatus:* ex tota virtute tua. Deut. VI, 5. בְּכָל־מְאֹדֶךָ. 2 Regg. XXIII, 25.

3. *præstantia, majestas,* et, de Deo si adhibetur, *summa Dei et infinita majestas et potentia, potentissimum Dei auxilium.* De præstantia et dignitate angelorum usurpatur 2 Petr. II, 11. ἄγγελοι ἰσχύϊ καὶ δυνάμει μείζονες ὄντες angeli vero majestate et dignitate præstantiores. De Deo occurrit Ephes. I, 19. κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος pro summa ejus et efficacissima potentia. ibid. VI, 10. ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ potentissimo Dei auxilio freti. Ita plane conjunguntur duo hæc vocabula Ies. XL,

26. Alex. ἐν κράτει ἰσχύος αὐτοῦ, Hebr. אַמִּיץ כֹּחַ, et Dan. IV, 27. Chald. בְּתֻקְפ חִסְנִי. *Theod.* ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος μου. — 2 Thess. I, 9. καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ remoti a summa Dei majestate, seu, a Deo ipso O. M.

4. *laus, celebratio*, i. q. αἶνος, τιμή. Sic sumendum videtur Apoc. V, 12. et VII, 12. ubi cum δόξα, τιμὴ, εὐλογία, et εὐχαριστία permutatur. Cf. infra sub κράτος. — *Phavor.* ἰσχύς· δύναμις. Male igitur inter utrumque vocabulum discrimen posuit *Ammonius*, scribens: δύναμις καὶ ἰσχὺς διαφέρει. - - - ἡ μὲν γὰρ δύναμις καὶ ἀπὸ ἐπιστήμης γίνεται καὶ μανίας καὶ θυμοῦ· ἡ δὲ ἰσχὺς ἀπὸ φύσεως καὶ εὐτροφίας τῶν σωμάτων.

ΙΣΧΎΩ, fut. ύσω, respondet Latino *valere*, et est

1. proprie: *robustus sum, robore corporis valeo, integris viribus sum*, et ex adjuncto: *valeo, sanitate corporis fruor*, i. q. ὑγιαίνω. In priore significatione legitur apud Alex. Jos. XIV, 11. Sirac. XXX, 14. ὑγιὴς καὶ ἰσχύων τῇ ἕξει; in posteriore vero apud Matthæum IX, 12. οὐ χρείαν ἔχουσι οἱ ἰσχύοντες τοῦ ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες non indigent sani medico, sed ægroti, coll. Luc. V, 31. ubi loco ἰσχύοντες positum est ὑγιαίνοντες. Ita חָזָק Ies. XXXIX, 1. Ezech. XXXIV, 16. Adde *Hippocr. Aphor.* Sect. 2. §. 8.

2. per metonymiam, ad imitationem Hebraici יָכֹל Ps. XIII, 4. Dan. VII, 21. *prævaleo, vinco, superior e prælio discedo.* Apoc. XII, 8. καὶ οὐκ ἴσχυσαν, sc. κατ' αὐτοῦ, pro καὶ οὐ κατίσχυσαν et non prævaluerunt contra illum h. e. devicti sunt, per λιτότητα. Conf. vers. Syriaca et Æthiop. et *Alberti* in *Periculo Critico* p. 41. *Glossæ: ἴσχυσα· prævalui. ἰσχύω· prævaleo.* Alio sensu sumenda videtur formula ἰσχύειν κατά τινος, quæ Act. XIX, 16. legitur, quam plerique quidem per *superare, subigere aliquem* interpretantur, sed ego reddere mallem *violenter tractare aliquem*, partim ob vocem κατακυριεύειν, a qua diserte distinguitur, partim ob verba sequentia: ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν κ. τ. λ. *Syrus:* ومعبلا إنبي *et dejecit eos.*

3. *possum, efficere ac præstare aliquid valeo.* Matth. VIII, 28. XXVI, 40. Marc. V, 4. Luc. XIII, 24. οὐκ ἰσχύσουσιν non poterunt. ibid. XIV, 6. καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα et non poterant ei ad hæc respondere. Joh. XXI, 6. οὐκ ἔτι αὐτὸ ἑλκῦσαι ἴσχυσαν non amplius illud trahere valebant. Phil. IV, 13. πάντα ἰσχύω omnes vicissitudines perferre omnemque conditionem subire valeo.

4. *auctoritate valeo, jure et auctoritate polleo, ratus sum.* Sic de testamento usurpatur Hebr. IX, 17. μὴ ἰσχύει, ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος non ratum est, seu valet, quamdiu vivit disponens. Simili modo ἰσχύειν de legibus usurpavit *Ælian. V. H.* II. c. 38. παρὰ Μιλησίοις τὸν νόμον τοῦτον ἰσχύειν. Huc etiam referrem locum Act. XIX, 20. κατὰ κράτος ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε καὶ ἴσχυεν sic maxime crevit, h. e. propagata est et invaluit, h. e. auctoritate crevit doctrina Christiana.

5. *calleo aliquam artem*, seu *disciplinam.* Luc. XVI, 3. σκάπτειν οὐκ ἰσχύω agriculturam non calleo.

6. *prosum, alicujus usus sum.* Matth. V, 13. εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι ad nihil valet amplius, nullius amplius virtutis est. Galat. V, 6. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει κ. τ. λ. in Christiana religione nec Judæi nec gentilis ratio habetur, coll. cap. VI, 15.

ΊΣΩΣ. Adverbium, quod 1. proprie significat: *æqualiter, æque, pariter;* ab ἴσος, de quo supra dictum est. Sic legitur apud *Demosthen.* p. 35. l. 26. ed. *Reiske:* ἴσως διοικεῖν.

2. *fortasse, probabiliter, ut credibile est*, i. q. τάχα, ut *Hesychius* interpretatus est, adverbium dubitandi. *Aristot. Rhet.* 2. ἀμφισβητοῦντες προστιθέασι ἀεὶ τὸ ἴσως καὶ τάχα. Hinc Alexandrini pro אוּלַי *forsitan*, posuerunt Genes. XXXII, 21. Jer. XXVI, 3.

Adde *Herodian.* IV, c. 14. s. 16. VI, 3. 6. *Ælian. V. H.* XI, 8. *Aristot. Rhet.* II, 13. et *Zeunium* ad *Viger.* de *Idiotismis Ling. Gr.* p. 366. Edit. Glasg. 1813.

3. *certo, vere, sine omni dubio.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XX, 13. ἴσως τοῦτον ἰδόντες ἐντραπήσονται hunc tamen reverebuntur, coll. Matth. XXI, 37. ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου. Alex. pro אַךְ *utique, profecto.* Jer. V, 4. Hac particula non in dubia tantum re, sed etiam certa usos fuisse Græcos, docuit præter alios *Munkerus* ad *Anton. Liberal. Metam.* c. 6. p. 46. Vide etiam *Glassii Philol. Sacr.* p. 426. ed. *Dathii.*

ΙΤΑΛΙΑ, ας, ἡ, *Italia*, subintellige γῆ, seu χώρα. Amplissima et fœcundissima regio Europæ, ita dicta ab Italo rege, circa Herculis demum tempora, quæ septentrionem versus Alpibus, mari Adriatico ortum versus circumcincta est; ab occasu et meridie mare Tyrrhenum et Ligustinum terminos habet. Commemoratur in N. T. Act. XVIII, 2. XXVII, 1. 6. Hebr. XIII, 24. Antiquis dicta est *Hesperia*, ab Hespero, fratre Atlantis, *Ausonia* ab Ausono, Ulyssis filio, et a Sabinorum rege, Œnotro, *Œnotria.*

ΙΤΑΛΙΚΟΣ, ἡ, ὸν, *Italicus, Latinus*, ab Ἰταλία. Semel in N. T. occurrit Act. X, 1. σπείρα Ἰταλικὴ cohors, seu legio secundum Bezam, quæ dicebatur *Italica*, cujus sæpe meminit *Tacitus* in Annalibus, ad quem *Lipsius* videndus est. Videtur hæc cohors eadem esse, quæ vulgo *milliaria cohors* dicebatur, et primum genus cohortium Romanarum erat. Constabat MCV. peditibus, equitibus loricatis CXLII. et signum habebat *aquilam*, quod præcipuum est imperii Romani insigne. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 516.

ΙΤΟΥΡΑΙΑ, ας, ἡ, *Ituræa*, subintellige γῆ, vel χώρα. Nomen cujusdam regionis trans Jordanem, ad aquilonem Palæstinæ, prope montem Hermonem. Secundum *Plinium H. N.* V. c. 23. est pars Cœlosyriæ et eadem fuisse videtur cum *Auranitide.* Vide *Hadr. Relandi Palæstin.* Lib. I, c. 22. p. 106. et *Cellar. Notit. Orb. Antiq.* Lib. III, c. 13. p. 528. Hanc Ituræam, detractam per Asmonæos novo regno Judaico, una cum Trachonitide habuit, tetrarchæ nomine, Philippus, filius Herodis M. Herodis Antipæ frater. Luc. III, 1. Olim, ut videtur, ipsissima Gessurorum vel Gessuræorum regio fuit. Deut. III, 14. Jos. XIII, 2. Ituræi sagittandi arte et latrociniis præstantes fuisse memorantur *Cic. Phil.* XIII, 8. Nomen unde habeat, incertum est. Nonnulli, inter quos est *Relandus*, l. l. hanc regionem sic dictam volunt a יְטוּר, Ismaëlis filio, 1 Chron. I, 31. Alii a voce Syriaca ܛܘܪܐ, טוּרָא vel טוּר *mons* derivant. Hinc *Alberti Gloss. Gr.* p. 38. Ἰτουρία· ὀρεινή.

ΙΧΘΥΔΙΟΝ, ου, τὸ, 1. proprie: *pisciculus, piscis parvus*, seu *parvus pisciculus*, ut loquitur *Cic. Nat. Deor.* II, 98. Est enim diminutivum ab ἰχθὺς *piscis. Athen.* VIII, p. 359. D. *Plutarch.* T. X. p. 138. ed. *Reiske.*

2. *piscis*, i. q. ἰχθὺς, nam multa verba apud Græcos habent quidem formam diminutivorum, non item vim ac potestatem, certe non semper et ubique, ut docuit Cel. *Fischerus* in Anim. ad *Welleri Gramm. Gr.* p. 133. Vide etiam infra sub ὠτίον. In N. T. bis tantum legitur. Matth. XV, 34. καὶ ὀλίγα ἰχθύδια, coll. v. 36. καὶ τοὺς ἰχθύας. Marc. VIII, 7.

ΙΧΘΥΣ, ύος, ὁ, *piscis omnis generis*, Hebr. דָּג, Genes. I, 26. 28. Matth. XVII, 27. καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον, et piscem, qui primus ascenderit, accipe. Luc. V, 6. ἰχθύων πλῆθος πολὺ piscium multitudo magna. Joh. XXI, 6. 8. 11.

ΙΧΝΟΣ, εος, τὸ, 1. proprie: *ima pedis pars, planta pedis*, quæ etiam Latinis *vestigium* dicitur. Cf. *Foësii Œcon. Hipp.* p. 178. Legitur in hac propria significatione etiam apud A-

lexandrinos Ps. XVIII, 36. ubi Hebraico קַרְסֹל respondet, et Ezech. XLIII, 7. Deut. XI, 24. pro Hebr. כַּף *planta*.

2. *vestigium, signum impressi pedis*, ein Fuſs-ſtapfen *a footstep*, ut Hebraicum עֲקֵב, quod proprie *plantam pedis*, deinde vero etiam *vestigium* notat. Ps. LXXVII, 19. *Hesych.* ἴχνος. ποδὸς τύπος. Idem tradit *Schol. Eurip.* ad *Hecub.* v. 1059. *Xenoph.* de *Venat.* III, 8. V, 7.

3. *vestigium quodcunque, nota, signum. Hesych.* ἴχνος· σημεῖον. Sic v. c. *Lucian.* T. I. Opp. p. 280. ed. *Reitz.* τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων, ubi videndus est *Tib. Hemsterhus.*

4. metaphorice: *exemplar, exemplum, ad imitandum propositum*, metaphora desumta a viæ ignaro, qui vestigia alterius premit, et ita viæ ducem sequitur, ne a recta via aberret et ad propositum tandem perveniat terminum. Sic ter tantum legitur in N. T. Rom. IV, 12. τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ qui exemplum fidei imitantur, quod reliquit Abrahamus, adhuc præputiatus. 2 Cor. XII, 18. οὐ τοις αὐτοῖς ἴχνεσι, sc. περιεπατήσαμεν; nonne eadem vestigia pressimus? 1 Petr. II, 21. ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ut vestigiis ejus insistatis, seu, eum imitemini. Conf. *Wetstenius* ad h. l. qui docuit, eodem sensu apud Græcos occurrere formulas: ἴχνεσι βαίνειν, εἰς ἴχνος ἰέναι et κατ' ἴχνος ἀκολουθεῖν.

ΙΩΑΘΑΜ, ὁ, *Joatham* vel *Jotham*. Nomen viri ἄκλιτον Hebraicum יוֹתָם, h. e. *consummatus, perfectus*, יָתַם *perfectus fuit*. Fuit filius *Usiæ*, seu *Asariæ*, regis Judæ. Legitur in N. T. Matth. I, 9. bis.

ΙΩΑΝΝΑ, ης, ἡ, *Johanna*, h. e. *gratiosa Deo*, vide Ἰωάννης. Est nomen proprium uxoris *Chusæ*, procuratoris Herodis, quæ Christum sequebatur. Commemoratur in N. T. Luc. VIII, 3. XXIV, 10.

ΙΩΑΝΝΑ̃Σ, ᾶ, ὁ, *Johannas*. Nomen viri Hebraicum, significans *gratiosum Deo*, ex חָנַן *gratiosus fuit*. Inter majores Christi numeratur Luc. III, 27.

ΙΩΆΝΝΗΣ, ου, ὁ, *Johannes*. Nomen proprium viri Hebraicum יוֹחָנָן (compositum ex חָנַן *gratiosus fuit*, et יְהוָה nomine divino, adeoque ex etymologia *hominem* notat, *qui amore et favore gaudet divino. Alberti Gloss. Gr.* p. 38. Ἰωάννης· ἐν ᾧ ἐστιν ἡ χάρις, ubi videndus *Alberti*.) quod Alexandrini per Ἰωαννὰν, 1 Chron. III, 24. Ἰωνὰν et Ἰωάνης, 2 Chron. XXVIII, 12. reddiderunt. Fuit autem nomen proprium

1. viri, qui fuit summus sacerdos Judæorum, seu e genere pontificio. Act. IV, 6. Ἰωάννην καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ, coll. 1 Chron. VII, 9. 10.

2. *apostoli et evangelistæ*, filii Sebedæi, fratris Jacobi, qui historiam de vita, factis et fatis J. C. evangelicam, tres epistolas et apocalypsin composuit. Matth. IV, 21. Marc. X, 35. Apoc. I, 1. 4.

3. socii itineris Pauli ac Barnabæ, alias cognomine Marci insigniti. Act. XII, 25. XIII, 5.

4. speciatim prodromus Messiæ, baptista, hoc nomine insignitus fuit. Matth. III, 1. XVII, 13. etc. de cujus carcere ac supplicio peculiarem Diss. scripsit *C. Cellarius*, quæ exstat in Ej. *Diss. Acad.* p. 373.

ΙὨΒ, ὁ, *Jobus*. Nomen proprium ἄκλιτον Hebraicum (אִיּוֹב, quod est vel a radice אָיַב *inimicum et osorem egit, inimicatus est*, ut sit i. q. *hostibus exosus, patiens inimicitiam*, vel a radice אָיַב *desideravit, cupidus fuit*) viri, cujus eximia in rebus adversis patientia laudatur Jacob. V, 11. et cujus fata in ipso libro Jobi narrantur. Fuerunt olim inter ipsos Judæos, negantes, hunc Jobum unquam in vivis fuisse, ejusque librum non ve-

ram historiam, sed fabulam meram, ad instituendum compositam, continere. Sed contrarium alii probant ex eo, quod Ezech. XIV, 14. 20. cum Noacho et Daniele et apud Jacobum l. l. cum Elia conjungitur, adeoque ex loco Genes. XXV, 6. coll. Job. I, 3. docere conantur, Jobum fuisse ex Abrahamo ejusque uxore Kethura oriundum. Patria ejus fuit Uz, regio Arabiæ desertæ, et vixisse creditur ante Mosen natum.

ἸΩΗ᾽Λ, ὁ, *Joël.* Nomen proprium prophetæ Judæorum, filii Pethuelis, Joël. I, 1. Hebraice sonat יוֹאֵל, quod est vel a יָאַל, rad. inusit. in Hiph. הוֹאִיל *voluit, acquievit*, vel dicitur pro יְהוָה אֵל. Legitur in N. T. Act. II, 16.

ἸΩΝΑ᾽Ν, ὁ, *Jonan.* Nomen viri ἄκλιτον, idem significans, quod Ἰωνᾶς, quod vide. Commemoratur in genealogia Christi Luc. III, 30.

ἸΩΝΑ῍Σ, ᾶ, ὁ, *Jonas.* Est nomen proprium *prophetæ V. T. filii Amithai*, Hebr. יוֹנָה. h. e. *columba*, (quæ et Syris ܝܘܢܐ dicitur) seu secundum *Hieronymum, dolens.* Vixit sub Jeroboamo, filio Joasi, rege Israëlis, et ejus patria erat Gath-Hepher. 2 Regg. XIV, 24. seq. Matth. XII, 39. 40. XVI, 4. Luc. XI, 29. 30. 32.

2. *patris Petri apostoli, piscatoris.* Matth. XVI, 17. Joh. I, 42. XXI, 15. Σίμων Ἰωνᾶ, sc. τοῦ Ἰωνᾶ υἱὲ, Simon, Jonæ fili. Multi statuunt, Ἰωνᾶ poni pro Ἰωαννᾶ, per syncopen, unde in quibusdam codicibus legitur Ἰωάννου. *Vulgata* etiam habet *Johannis.*

ἸΩΡΑ᾽Μ, ὁ, *Joram.* Nomen proprium filii Josaphati, regis Judæ. Matth. I, 8. 2 Regg. VIII, 16. Hebraice יְהוֹרָם dicitur, i. e. *Deus est excelsus*, ex יְהוָה et רָם *excelsus.* Cur Matthæus eum Usiæ patrem faciat, infra ad vocem Ὀζίας notatum invenies.

ἸΩΡΕΙ᾽Μ, ὁ, *Jorim.* Nomen viri ἄκλιτον. Origo et significatio hujus nominis dubia est et incerta. Forte ex יְהוָה et רוּם quasi *Jehova exaltans*, seu *exaltabit*: aut ex יְאֹרִים *rivi, fluvii.* Legitur Luc. III, 29. in genealogia Christi.

ἸΩΣΑΦΑ᾽Τ, ὁ, *Josaphat.* Nomen proprium regis Judæ, filii Asæ, admodum pii. Matth. I, 8. 1 Regg. XV, 24. Hebraice sonat יְהוֹשָׁפָט, h. e. *Jehova est judex*, seu *Jehova judicabit.*

ἸΩΣΗ῍Σ et Ἰωσῆ῍, vel Ἰωσῆ᾽, *Joses* vel *Jose.* Est nomen indeclinabile

1. viri, qui in genealogia Christi Luc. III, 29. commemoratur.

2. viri, qui frater, h. e. cognatus Christi appellatur Matth. XIII, 55. Marc. VI, 3. Ejus mater Maria erat. Matth. XXVII, 56. Marc. XV, 40. 47.

3. viri, qui ab apostolis cognominabatur *Barnabas*, Levita, natus in insula Cypro, qui fundum, quem habebat, vendidit et pecuniam tradidit apostolis. Act. IV, 36.

ἸΩΣΗ᾽Φ, ὁ, *Joseph.* Nomen viri Hebraicum ἄκλιτον יוֹסֵף, i. e. *recipiet*, a radice אָסַף, vel *addet*, a radice יָסַף *addidit.* Septem hujus nominis in N. T. occurrunt.

1. *Joseph, Jacobi filius undecimus ex Rahele, patriarcha.* Joh. IV, 5. Act. VII, 9. Ratio hujus nominis non obscure traditur Genes. XXX, 23. 24. ubi narratur, Rahelem precatam esse, ut Deus adhuc alium sibi *adderet* (יוֹסֵף) filium. *Alberti Gloss. Gr.* p. 11. Ἰωσήφ· προστιθῶν. Interdum idem nomen etiam per metonymiam de *posteris Josephi* adhibetur, v. c. Apoc. VII, 8. ἐκ φυλῆς Ἰωσήφ, h. e. e tribu Ephraim, coll. v. 6. Ps. LXXVIII, 67.

2. *Joseph, filius Jonan, pater Juda*, in genealogia Christi Luc. III, 30.

3. *Joseph, filius Juda, pater Semei*, ibid. v. 26.

4. *Joseph, filius Matathiæ.* ibid. v. 24.

5. *Joseph, maritus Mariæ virginis.* Matth. I, 18. cujus pater fuit *Jacob*, Matth. I, 16. seu *Heli*, Luc. III, 23. qui ibidem pater Christi vocatur, quia Christum nutriverat et educaverat.

6. *Joseph, Arimathæensis*, senator, seu consiliarius (βουλευτὴς) honestus Judæorum. Luc. XXIII, 50. qui a Pilato corpus Christi, morte affecti, sepeliendum petierat. Matth. XXVII, 57. 59.

7. *Joseph*, qui et *Barsabas*, cognominatus *Justus*, una cum Matthia ab ecclesia judicatur ad apostolatum idoneus, loco Judæ proditoris. Act. I, 23. *Euseb. H. E.* III, c. 33. de hoc Josepho ex *Papia* refert, quod, ubi venenum mortiferum ebibisset, nihil molestiæ et incommodi pertulerit.

ἸΩΣΙΆΣ, ου, ὁ, *Josias.* Nomen proprium Hebraicum יֹאשִׁיָּהוּ idem, quod *ignis domini*, ex אֵשׁ *ignis* et יְהוָה *Jova.* Fuit rex Israëliticus, filius Amon, qui inter Israëlitas verum Dei cultum restituit. 2 Chron. XXXV, 1. Matth. I, 10. 11.

Ἰῶτα, τὸ, *Iota.* Nomen litteræ Hebræorum omnium minimæ. Hinc proverbialiter de *quavis re minima et nullius plane momenti* usurpatur Matth. V, 18. de cujus loci vero sensu vide, quæ infra in κεραία dicuntur, et notata a *Wetstenio N. T.* T. I. p. 294.

K

Κᾀτώ. 1. *et ego, etiam ego*, per concretionem atticam pro καὶ ἐγώ. Matth. II, 8. X, 32. 33. XI, 28. 2 Cor. XI, 22. Sic κἀμοὶ *etiam mihi*, Luc. I, 3. Act. VIII, 19. 1 Cor. XV, 8. Et κἀμὲ *etiam me*, Joh. VII, 28. 1 Cor. XVI, 4. Alexandrini pro וַאֲנִי et וְאָנֹכִי, Gen. XLII, 37. 1 Sam. XII, 6. pro וְגַם אָנֹכִי, 1 Sam. I, 28. Jerem. XIII, 26. et pro וְגַם, Exod. III, 9. Judd. II, 3.

2. *itaque ego.* 1 Cor. II, 1.

3. *vicissim ego.* Matth. XVI, 18. κἀγὼ δέ σοι λέγω.

4. *sic etiam ego*, particula οὕτω deficiente. Joh. VI, 57. X, 15. XV, 9. XVII, 18. XX, 21.

ΚΑΘΆ. Adverbium. *Sicut, quemadmodum, prout, velut*, ex κατὰ et ἅ, *secundum quæ.* Semel legitur in N. T. Matth. XXVII, 10. καθὰ συνέταξέ μοι ὁ Κύριος secundum ea, quæ præcepit mihi Dominus. Frequenter hoc adverbium in vers. Alex. reperitur pro כַּאֲשֶׁר *quemadmodum, sicut.* Genes. VII, 9. 16. XVII, 23. XXI, 1. 4. et pro כְּ *secundum, juxta.* Genes. XIX, 8. Exod. XII, 35. XXXII, 28. In singulari est καθό. *Phrynich.* in *Eclog. Mœris* et *Moschopulus*: τῷ μὲν καθὰ οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται, τῷ δὲ καθὼς οὐδέποτε.

ΚΑΘΑΙΡΕΣΙΣ, εως, ἡ, 1. *destructio, eversio, subversio, demolitio*, a καθαιρέω, quod vide. Legitur in N. T. 2 Cor. X, 4. πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων ad destruenda castella, seu loca munitissima; ubi tamen καθαίρεσις æque ac ὀχυρώματα metaphorice sumendum et omnis locus de *impedimentis gravissimis, a Paulo feliciter removendis*, explicandus est. Vide infra sub ὀχύρωμα. *Xenoph. Hist. Gr.* II, 2. 6. καθαίρεσις τῶν τειχῶν. *Demosthen. Opp.* p. 755. 8. ed. *Reiske*: καθαίρεσις τῶν στεφάνων. *Hesych.* καθαίρεσις· κατάλυσις, καταστροφή.

2. ex adjuncto: *damnum, detrimentum, pernicies, exitium.* 2 Cor. X, 8. XIII, 10. εἰς οἰκοδομὴν καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ut vobis prosim, non, ut vobis noceam. Sæpius non legitur in N. T. 1 Macc. III, 43. ἀναστήσωμεν τὴν καθαίρεσιν τοῦ λαοῦ ἡμῶν reparabimus damnum, populo nostro illatum.

ΚΑΘΑΙΡΈΩ, ῶ, fut. 1. καθαιρήσω, aor. 2. καθεῖλον, particip. καθελών. 1.

aufero, demo, et speciatim: *deporto de loco superiore, aliquid ex alto detraho*, nostrum: abnehmen *to take away*, Latini *refigere* dicunt, etiam *detrahere*, (v. c. *Petron. Satyr.* c. 3. p. 515. et c. 12. p. 521.) ex κατὰ et αἱρέω *capio, apprehendo*, τ mutato in ϑ, ob sequentem aspiratam. Marc. XV, 36. εἰ ἔρχεται Ἠλίας καθελεῖν αὐτόν. ibid. v. 46. καὶ καθελὼν αὐτὸν et refixum de cruce. *Justin.* IX, 7. Act. XIII, 29. καθελόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου detractum de cruce. Luc. XXIII, 53. Alex. Jos. X, 27. καὶ καθεῖλον αὐτοὺς ἀπὸ ξύλων. ibid. VIII, 29. *Polyb.* I, 86. *Antonin. Lib.* fab. 13. ἢ τὸ σῶμα καθαιρήσει τὸ τῆς ἀδελφῆς. ubi vid. *Munkerus. Joseph. A. J.* VII, 9. 1. p. 233. et in *Vita sua* p. 38. Hinc in universum de omnibus usurpatur, quæ e sublimi detrahuntur, potestate sua dejiciuntur et in viliorem statum rediguntur; unde in N. T.

2. metaphorice, si de personis sermo est, *depellere, debellare* significat, v. c. Act. XIII, 19. καὶ καθελὼν ἔθνη ἑπτὰ ἐν γῇ Χαναὰν et depulsis septem nationibus Chananæis.

3. *destruo, demolior*. Luc. XII, 18. καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας demoliar horrea mea. Alex. Prov. XXI, 22. καὶ καθεῖλε τὸ ὀχύρωμα. 1 Macc. V, 65.

4. *deturbo, dejicio, potestate privo*, et speciatim de regibus et potentibus, regno et potestate exutis, usurpatur. Luc. I, 52. καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ ϑρόνων de thronis deturbat tyrannos, seu de regno et imperio dejicere solet. Conf. *Perizon.* ad *Ælian. V. H.* II. c. 25. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 654. Δαρεῖον καθεῖλεν Ἀλέξανδρος. *Herodian.* VIII, 3. s. 11.

5. *auctoritate et valore privo, efficio, ut aliquid pro nihilo ducatur*. Sic Act. XIX, 27. μέλλειν καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς futurum esse, ut majestas Dianæ minuatur et despiciatur: ubi καθαιρεῖσθαι est i. q. εἰς οὐδὲν λογισθῆναι in antecedentibus. *Syrus: et etiam ipsa Dea totius Asiæ, et quam omnes gentes adorant*, ܡܬܬܫܝܛܐ *despectui habebitur*. 2 Cor. X, 5. λογισμοὺς καθαιροῦντες ad refutandas falsas de me opiniones. ubi vid. *Wetstenius*. Sæpius non legitur in N. T. Simili modo καθαίρεσις legitur apud *Philonem* de *Confus. Ling.* Vol. III. p. 372. ed. *Pfeifer*. et ipsa vox καθαιρέω apud eundem de *Abrahamo* p. 380. ed. Paris.

ΚΑΘΑΙ'ΡΩ, fut. αρῶ, perf. κεκάθαρκα, part. pass. κεκαθαρμένος, 1. *mundo rem aliquam, a sordibus purgo, lustro*, a κατὰ et αἴρω *tollo*, quia purgando sordes tolluntur. Speciatim, ut Latinum *purgare*, quo recte usus est *Vulg.* Joh. XV, 2. (conf. *Salmas. Exerc. Plin.* p. 584.) de agricolis et vinitoribus usurpatur, cum inutiles ramos in vitibus arboribusque falce amputant, ne vel nimis luxurient, vel steriles facti exarescant, sed ut copiosiores fructus ferant. Sic legitur in N. T. Joh. XV, 2. καὶ πᾶν (sc. κλῆμα) τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτὸ, ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ et omnem palmitem, fructum ferentem, purgat, ut plures fructus ferat. *Phavor.* καθαίρω· ἁγνίζω, ἁγνεύω, σμήχω, ἀφοσιῶ.

2. metaphorice: *expio, a peccatis et pœnis peccatorum liberum efficio, quasi purgo peccatis et culpa*. Sic occurrit Hebr. X, 2. ἅπαξ κεκαθαρμένους perfecte expiatos, liberos a peccatis eorumque pœnis. Etiam apud Græcos hæc vox de *lustrationibus* et *expiationibus sacris* frequenter adhibetur, v. c. apud *Xenoph. Anab.* V, 7. 19. *Ælian. V. H.* III, 1. IV, 5. VIII, 5. Conf. *Raphelii Obss. in N. T.* ex *Herodoto* p. 628. Hinc καθαρμοὶ *lustrationes, expiationes*, de quibus erudite egit *Salmas*. Præf. ad *Cebetis Tabulam* p. 25. seq.

ΚΑΘΑ'ΠΕΡ, 1. *sicut, quemadmodum*. Conflatum est ex præpositione κατὰ et articulo composito ὅπερ. Rom. XII, 4. ubi pro καθάπερ nonnulli codices ὥσπερ habent. 1 Cor. XII, 12. καθάπερ γὰρ—οὕτω καί. 2 Cor. I, 14. III, 13. 18. VIII, 11. 1 Thess. III, 6. 12. IV, 5. Hebr. IV, 2. et V, 4. Alexand. pro כַּאֲשֶׁר *quemadmodum*,

sicut. Genes. XII, 4. Exod. V, 13. VII, 6. 10. 13.

2. *simili modo, pari ratione.* Rom. IV, 6. καθάπερ καὶ Δαβὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου pari ratione Davides felicem prædicat hominem. 1 Thess. II, 11.

. ΚΑΘΑ΄ΠΤΩ, fut. ἅψω, *attingo, contingo, annecto, appendo,* et neutraliter *annecto,* seu *appendo me, adhæreo, invado,* ex κατὰ et ἅπτω *tango.* Semel legitur in N. T. Act. XXVIII, 3. ἔχιδνα, ἐκ τῆς θέρμης ἐξελθοῦσα, καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ vipera, per calorem prorepens, invasit manum ejus, seu hæsit in manu ejus. *Vulgatus* per *invadere* reddidit. *Sophocles Trachin.* v. 1062. Copiose et erudite de hoc loco et vera ejus lectione egit *Suicer. Thes. Eccles.* T. II. p. 5. seq. *Hesych.* καθάπτεσθαι· λοιδορεῖσθαι, ὀνειδίζειν, πραῦνειν, ἐφάπτεσθαι, ἐγγίζειν. Conf. interpretes ad *Thom. M.* p. 480.

ΚΑΘΑΡΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, 1. *mundo, purgo, sordes amoveo, inquinamenta tollo, quæ adhærent vel insunt rei.* Matth. XXIII, 25. καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος externa calicum et patinarum purgatis. Marc. VII, 19. καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα ciborum purgamentum; ubi homines se expurgant ab omnibus cibis. Luc. XI, 39. Hinc metaphorice:

2. *sano, curo, a morbo libero,* et speciatim de *cura lepræ* usurpatur. In hac vero significatione sumitur Matth. VIII, 2. δύνασαί με καθαρίσαι potes me sanare a lepra, et v. 3. καθαρίσθητι mundus esto. ibid. X, 8. λεπροὺς καθαρίζετε. ib. XI, 5. Marc. I, 40. 41. 42. Luc. IV, 27. V, 12. etc.

3. *declaro aliquem* vel *aliquid purum, mundum, a sordibus purum.* Levit. XIII, 6. καθαριεῖ αὐτὸν ὁ ἱερεὺς mundum judicabit illum sacerdos. Jam quia, ut supra ad vocem ἀκάθαρτος observatum est, *impurum* apud Judæos non solum de rebus usurpabatur, quarum usus legibus Mosaicis interdictus erat, sed etiam de hominibus, a quorum familiaritate ac consuetudine per leges Judaicas abstinendum erat, hinc καθαρίζειν, de rebus usurpatum, significat: *declarare aliquid licitum nec interdictum;* de hominibus autem si legitur, est: *declarare aliquem dignum aliorum consortio et familiari consuetudine, nec amplius gentilem habendum esse.* Act. X, 15. ἃ (sc. βρώματα) ὁ Θεὸς ἐκαθάρισεν quæ ciborum genera Deus pura et licita declaravit. ibid. XV, 9. τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν religione Christiana, quam gentilibus tradi curavit, eos ad verum Dei populum pertinere palam declaravit. Judæi enim se καθαροὺς, h. e. verum Dei populum appellare solebant.

4. in universum: *libero, immunem reddo* et speciatim metaphorice: *emendo, a vitiis revoco, mente purum et incorruptum reddo,* et ex adjuncto: *expio, remissionem peccatorum concilio.* 2 Cor. VII, 1. καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος purgemus nos ab omni inquinatione corporis ac animi. Ephes. V, 26. καθαρίσας τῷ λούτρῳ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι emendans eos baptismo, quo doctrinæ Christianæ et ejus observationi obstringuntur. Tit. II, 14. Hebr. IX, 14. 1 Joh. I, 7. 9. Jacob. IV, 8. καθαρίζειν χεῖρας abstinere ab impie factis, emendare vitam. Hebr. IX, 22. 23. ubi de lustrationibus et expiationibus legalibus et ritualibus sermo est, quæ per sanguinem hircorum et vitulorum fiebant. Hinc in versione Alex. τῷ חִטָּה *expiavit,* Exod. XXIX, 36. Levit. VIII, 15. IX, 15. et כִּפֶּר, Exod. XXIX, 37. XXX, 10. respondet. Sirac. XXIII, 10. ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ μὴ καθαρισθῇ. ibid. XXXVIII, 10. ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας καθάρισον καρδίαν. Simili modo καθαίρειν apud *Cebetem* c. 15. occurrit.

ΚΑΘΑΡΙΣΜΟ΄Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *purgatio corporis externa, mundatio physica a sordibus et inquinamentis.* Joh. II, 6. κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, pro κατὰ τὸ ἔθος τοῦ καθαρισμοῦ τῶν Ἰουδαίων pro more Judæorum

lavandi recepto, sc. ante et post cibum captum.

2. *purificatio legalis et ceremonialis* ad imitationem Hebraici טָהֳרָה 1 Chron. XXIII, 28. Nehem. XII, 45. cui καθαρισμὸς in versione Alex. respondet. Luc. II, 22. *αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ*. Scilicet puerpera apud Judæos *immunda* habebatur et ex legibus Mosaicis sacrificio solemni purganda erat. Levit. XII.

3. *baptismus*. Joh. III, 25. *περὶ καθαρισμοῦ*, scil. an Christus jure suo baptizare possit, et an baptismus, ab eo institutus, præstantior sit Johannis baptismo, coll. v. 22. 23. et 26.

4. *cura, medela, sanatio*, speciatim *hominis leprosi*. Marc. I, 44. *καὶ πρόσενεγκε περὶ καθαρισμοῦ σου* et offer solemne sacrificium pro sanatione tua. Luc. V, 14. Ita טָהֳרָה Levit. XV, 13. usurpatur, quod ibid. XIV, 32. ipsum sacrificium, pro sanatione leprosi offerendum, notat. Hinc

5. metaphorice; *expiatio, remissio peccatorum, liberatio a peccatis eorumque pœnis*. Hebr. I, 3. *δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν* morte sua hominibus remissionem peccatorum conciliavit. Formula *καθαρισμὸν ποιεῖν* legitur eodem sensu in versione Alex. Joh. VII, 21. 2 Petr. I, 9.—Alex. כִּפֻּרִים expiationes Exod. XXIX, 36. XXX, 10. Adde Num. XIV, 18.

ΚΑ΄ΘΑΡΜΑ, *τος, τὸ*, 1. Latino *purgamentum* respondet adeoque et proprie significat partim *omne, quod ad purgandum et expurgandum adhibemus*, partim *sordes, quæ purgando auferuntur*, a *καθαίρω purgo*. Jam quia *καθαίρειν* etiam *expiare, lustrare* significat, hinc *κάθαρμα*

2. ut Latinum *purgamentum* apud *Petronium* cap. 134. ubi vid. interpretes, *piamentum* seu *omne* notat, *quo ad expiandum utimur*. Sic v. c. *καθάρματα victimæ* dicebantur, *quæ immolabantur ad expiandum populum*. (*Hesych. κάθαρμα· τὸ χοιρίδιον, ᾧ τὴν ἑστίαν ἐκάθαιρον ἐν ταῖς ἐκτροπίαις.*) Etiam *homines ignobiles et scelerati, qui publice alebantur et grassante peste aliove malo graviore immolabantur ad expiandum urbem aut civitatem Deorumque iram avertendam*. Conf. *L. Bos. Exercit. Philol. in N. T.* p. 125. seq. *Schol. Aristoph. Plut.* v. 454. et *Acharn.* v. 44. *Phavor. καθάρματα ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ τῇ καθάρσει λοιμοῦ τινὸς, ἢ τινὸς ἑτέρας νόσου θυόμενοι τοῖς θεοῖς. Τοῦτο δὲ τὸ ἔθος καὶ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἐπεκράτησε. Λέγεται δὲ καὶ καθαρισμός.* Idem: *καθάρματα· ἔτρεφόν τινας Ἀθηναῖοι λίαν ἀγενεῖς καὶ ἀχρήστους καὶ ἐν καιρῷ συμφορᾶς τινὸς ἐπελθούσης τῇ πόλει, λοιμοῦ λέγω, ἢ τοιούτου τινὸς, ἔθυον τούτους, ἕνεκα τοῦ καθαρθῆναι τοῦ μιάσματος, οὓς καὶ ἐπωνόμαζον καθάρματα.* Jam quia partim sordes abjicere et aversari solent omnes, partim homines piaculares viles erant et abjecti, hinc *κάθαρμα*

3. *omnis homo vilis et abjectus, ignobilis et contemtæ conditionis* dicitur. Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. IV, 13. *ὡς καθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν*, ubi tamen in nonnullis codicibus *περικαθάρματα* legitur. Latine verti potest *propudium*, quod vocabulum sæpe apud *Plautum* occurrit, v. c. Curc. I, 3. 34. " quid ais propudium ?" *Joseph. B. J.* IV, 4. 3. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 114.

ΚΑΘΑΡΟ΄Σ, ὰ, ὸν, 1. *purus, mundus, qui caret sordibus et inquinamentis, physice talibus*, a *καθαίρω*. Matth. XXVII, 59. *ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ* involvit linteo mundo. Apoc. XV, 6. *λίνον καθαρόν*. ibid. XIX, 8. 14. XXI, 18. *χρυσίον καθαρὸν* (coll. 2 Paralip. IV, 16.) *ὅμοιον ὑάλῳ καθαρῷ*. De ramis purgatis sumitur Joh. XV, 3. *ὑμεῖς καθαροί ἐστε* vos similes estis talibus palmitibus purgatis, coll. v. 2. Cf. supra sub *καθαίρω*.

2. *licitum, non interdictum legibus divinis*, maxime Mosaicis, præcipue, si de cibis ac nutrimentis sermo est. Rom. XIV, 20. *πάντα μὲν καθαρὰ* omnia ciborum genera per se licita sunt, ubi *τῷ κακὸν* opponitur. Tit. I, 15. *πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς*. Luc. XI, 41. *πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν* omnia

vestra grata erunt Deo et accepta. Matth. XXIII, 26.

3. *insons, innocens, in quem nulla culpa cadit.* Act. XVIII, 6. καθαρὸς ἐγὼ nullam mihi culpam tribuere potestis. ibid. XX, 26. καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων ab omnium pernicie insons sum. Hist. Sus. v. 46. καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος ταύτης. Constructio hujus vocabuli cum præpositione ἀπὸ Hebraica est, nam Græci addere ei genitivum sine præpositione solent. Genes. XXIV, 8. καθαρὸς ἔσῃ ἀπὸ τοῦ ὅρκου τούτου.

4. ut ἀμίαντος Hebr. VII, 26. *probus, integer vitæ, pius, qui se peccatorum sordibus non contaminavit.* Matth. V, 8. οἱ καθαροὶ καρδίᾳ integri corde, seu animo, i. q. καθαροκάρδιοι, ut a Græcis appellantur, quibus mens est pura et casta. Respondet Hebraicæ formulæ בַּר־לֵבָב, Ps. XXIV, 4. Conf. etiam Alexandrinos Genes. XX, 5. Job. XXXIII, 3. Joh. XIII, 10. ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες vos omnes, uno excepto, puri et integri estis, coll. v. 11. Tit. I, 15. τοῖς καθαροῖς opponuntur οἱ μεμιασμένοι καὶ ἄπιστοι. 1 Tim. III, 9. καθαρᾷ συνειδήσει animo nihil mali sibi conscio. 2 Tim. I, 3. Sic ipse *Xenoph. Cyrop.* VIII, 7. 3. p. 355. ed. *Mori:* καθαρὰ ἔργα recte facta appellat, in quibus nihil vitii aut reprehensionis est. *Phavor.* καθαρὸς τῇ καρδίᾳ ἐστὶν, ὁ μὴ λαμβανόμενος ἑαυτοῦ ἐπὶ ἐντολῆς Θεοῦ ἀθετήσει ἢ ἐλλείψει.

5. *perfectus, sincerus, non fucatus, verus, suo nomine dignus.* Jacob. I, 27. θρησκεία καθαρὰ verus Dei cultus. 1 Tim. I, 5. ἐκ καθαρᾶς καρδίας animo sincero et haud fucato. 2 Tim. II, 22. Malach. I, 11. *Pindar. Pyth.* Od. V. init. καθαρὰ ἀρετή. Apud. *Dion. Halic.* III. p. 522. anima καθαρὰ καὶ ἀμίαντος dicitur.

6. *quod vim habet purgandi.* Sic Hebr. X, 23. baptismus dicitur ὕδωρ καθαρὸν, sine dubio propter effectum, coll. Ephes. V, 26.

ΚΑΘΑΡΌΤΗΣ, ητος, ἡ, 1. *mundities, puritas,* eaque vel physica, vel ceremonialis et legalis, a καθαρὸς *purus.* Semel legitur in N. T. de puritate levitica Hebr. IX, 13. εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων — ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα si enim sanguis taurorum et hircorum — efficit munditiem corporis externam et legalem. Occurrit etiam in reliquiis *Symmachi* Ps. LXXXIX, 45. pro Hebr. טֹהַר. Adde *Xenoph. Mem.* II, 1. 22. In versione Alex. Ps. XVIII, 20. 24. vocabulum idem significans καθαριότης reperitur pro Hebr. בֹּר *puritas.*

ΚΑΘΕ΄ΔΡΑ, ἡ, 1. proprie in genere: *quæcunque sella, sedes, sedile, subsellium,* ea κατὰ et ἕδρα *sella,* quod est ab ἕζομαι *sedeo.* Sic v. c. de subselliis vendentium usurpatur. Matth. XXI, 12. καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστερὰς et sellas vendentium columbas, scil. evertit. Marc. XI, 15. *Xenoph.* de *Venat.* IV, 4. ἐπὶ τὰς καθέδρας τοῦ λαγώ. Speciatim ita dicitur

2. *subsellium,* seu *altior sella, in qua sedentes magistri Judæorum* (æque ac Sophistæ, Rhetores et Philosophi gentilium. Vide *Philostrat. Vit. Soph.* II, 2. *Juvenal. Sat.* VII, 203.) *legem populo interpretabantur, aut de religione disserebant, cathedra, suggestus docentium.* Hinc metonymice: *potestas docendi, munus et dignitas doctoris religionis.* Matth. XXIII, 2. ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκαθίσαν οἱ γραμματεῖς κ. τ. λ. h. e. successores Mosis in munere et dignitate doctoris religionis sunt legis periti, adeoque eodem jure et auctoritate pollent, quo Moses, ut vel e sequentibus apparet. Idem vocabulum, quod in libris apocryphis V. T. interdum *omnem conditionem hominis et statum florentem, auctoritatem et dignitatem* significat, v. c. Sirac. XII, 12. (conf. *Spicil. I. Lexici Bieliani* p. 63.) apud Scriptores Græcos ecclesiasticos sæpe de *dignitate* et *munere episcopi* usurpatur, ut me docuit *Suicer.* in *Thes. Eccles.* T. II. p. 9.

ΚΑΘΕ΄ΖΩ, ut simplex ἕζω, *sedere facio alterum.* Medium καθέζομαι *me sedere facio*, h. e. *sedeo*, ex κατὰ et ἕζομαι *sedeo.* Joh. IV, 6. καθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ sedebat ad fontem. ibid. XI, 20. Μαρία δὲ ἐν τῷ οἴκῳ ἐκαθέζετο Maria interea domi sedebat, ex more scil. lugentium. (Vide *Geierum* de *Hebræorum Luctu* c. 18. *Hesych.* καθέδραι· πένθους ἡμέραι ἐπὶ τετελευτηκόσι. Adde *Eurip. Iphig.* in *Aul.* v. 1175.) Inprimis usurpatur de doctoribus Judæorum, qui docentes sedere solebant. Matth. XXVI, 55. καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην διδάσκων quotidie inter vos sedebam docens. Luc. II, 46. De judicibus sedentibus Act. VI, 15. οἱ καθεζόμενοι ἐν τῷ συνεδρίῳ, coll. *Homer. Iliad.* σ΄. v. 420. seq. *Theocrit. Idyll.* XI, 17. καθεζόμενος ἐπὶ πέτρας ὑψηλᾶς. *Arrian. Exped. Alex.* VII, 24.

ΚΑΘΕΙ῀Σ, vel, ut potius rectius scribitur, καθ' εἷς *unusquisque sigillatim, alius post alium*, pro καθ' ἕνα, ut Græcus dicturus fuisset et reperitur adeo in N. T. 1 Cor. XIV, 31. Ephes. V, 33. Plerisque καθεῖς videtur vox hellenistica esse, quam ex καὶ εἶτα εἷς, seu εἷς καὶ εἶτα εἷς compositam judicavit *Blackwallus* in *Auct. Classicis S.* p. 424. ed. *Wollii.* In N. T. ter tantum legitur. Marc. XIV, 19. καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθεῖς et cœperunt interrogare eum unus post alium. Sed plurimi codices habent καθ' εἷς, ut etiam expressum est in editione *Griesbachiana.* Idem valet de reliquis duobus locis Joh. VIII, 9. ἐξήρχοντο εἷς καθεῖς, et Rom. XII, 5. ubi ὁ καθεῖς, seu ὁ καθ' εἷς positum est pro εἷς ἕκαστος *unusquisque, singuli.* Vide omnino de hac formula disputantem *Grævium* ad *Lucian. Solœc.* T. II. Opp. p. 755.

ΚΑΘΕΞΗ῀Σ, Adverbium, *ordine, continua serie.* Innuit autem ordinem, sive temporis, sive loci, ex κατὰ et ἑξῆς, ab ἑξὴ *ordo.* Luc. I, 3. καθεξῆς σοὶ γράψαι continua serie, seu temporis ratione habita, tibi scribere. *Syrus :* ܒܣܕܪܐ *ordine suo.* ibid. VIII, 1. ἐγένετο ἐν τῷ καθεξῆς, scil. ὄντι χρόνῳ, et factum est deinceps, paulo post. Act. III, 24. καὶ τῶν καθεξῆς, sc. ὄντων, et ordine sequentibus. ibid. XI, 4. ὁ Πέτρος ἐξετίθετο αὐτοῖς καθεξῆς et Petrus continua serie iis exposuit. ibid. XVIII, 23. διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν peragravit ordine Galatiam. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΘΕΥ΄ΔΩ. 1. *dormio*, de somno naturali, ex κατὰ et εὕδω dormio, præpositionis significatione neglecta. Matth. VIII, 24. XIII, 25. XXVI, 40. 43. Marc. IV, 27. καὶ καθεύδῃ καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν, h. e. et agit res suas ut homines vulgo solent, ib. XIV, 40. 41.

2. *mortuus sum*, per euphemismum et ob similitudinem quandam, quæ morti cum somno intercedit ad imitationem Hebraici יָשֵׁן, Dan. XII, 2. et שָׁכַב, Ps. LXXXVIII, 6. Matth. IX, 24. οὐ γὰρ ἀπέθανε τὸ κοράσιον, ἀλλὰ καθεύδει, ubi ἀποθνήσκειν a καθεύδειν ita differt, ut illud sit *mori, sine ulla spe reditus in hanc vitam*, hoc vero significet, *mori, ita, ut mox in hanc vitam revoceris.* Marc. V, 39. Luc. VIII, 52. 1 Thess. V, 10. εἴτε καθεύδωμεν sive mortui deprehendamur die illo extremo : ubi e contrario γρηγορεῖν *vigilare* pro *vivere* usurpatur.

3. metaphorice : *ignavus, negligens, securus sum*, et ex adjuncto : *vitiositati et sceleribus deditus sum*, nam securitas et negligentia est fœcunda scelerum mater. 1 Thess. V, 6. ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν ne itaque securitatis, negligentiæ et incuriæ reos nos faciamus. Ita *stertere* apud Latinos usurpatur, v. c. *Cic.* ad *Attic.* IV, 3. נִרְדָּם Prov. X, 5. Nahum. III, 18. Ephes. V, 14. ἔγειραι ὁ καθεύδων redeas ad te, vitiositati dedite, seu, desinas vitam scelestam agere. Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. II, p. 10.

ΚΑΘΗΓΗΤΗ΄Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie *ducem viæ, antesignanum* significat, et Hebraico נָגִיד respondet, a καθηγέομαι *viæ dux sum, præcedo, præeo.*

Pollux Onom. III, 95. *Phavor.* καθηγεῖσθαι· ἀντὶ τοῦ ἡγεῖσθαι, παρὰ Ἡροδότῳ.

2. metaphorice: *rector, qui consilio alicui adest, et prudentia aliquem regit*, speciatim *summus doctor, magister*, i. q. Ῥαββί. Sic bis legitur in N. T. Matth. XXIII, 8. εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητὴς unus enim communis vestrum magister est. In codicibus nonnullis legitur h. l. ὁ διδάσκαλος, e glossemate. ibid. v. 10. μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί, εἷς γὰρ ὑμῶν ἐστιν ὁ καθηγητὴς ὁ Χριστός neque doctores vocemini, unus enim est vester doctor, Christus. Eodem sensu reperitur etiam apud *Plutarchum* de *Discrimine Amic. et Adulat.* c. 45. qui in *Alexandro* p. 667. tradit Leonidam repudiato pædagogi nomine ob dignitatem et necessitatem vocatum esse Alexandri (cui plures præpositi fuerunt τροφεῖς καὶ παιδαγωγοὶ καὶ διδάσκαλοι λεγόμενοι.) καθηγητήν. Cf. eundem in *Sympos.* Lib. II. p. 634. et in *Cic.* p. 874. Adde etiam *Dionys. Hal.* T. II. p. 138. *Phavor.* καθηγητής· διδάσκαλος.— καθηγητής ἐστιν ὁ προπαιδεύων τὸν προπαιδευόμενον, διδάσκαλος δὲ ὁ τὸν ἐν τοῖς προπαιδεύμασιν γυμνασθέντα διδάσκων. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 482.

ΚΑΘΗΚΩ, *convenio, pertineo, devenio.* Hinc impersonale καθήκει *convenit, decet, consentaneum est.* Participium præs. neutr. gen. τὸ καθῆκον substantive sumitur, *officium, conveniens, decens, quod est officii aut partium alicujus.* Ipsa vox καθήκω ex emendata lectione semel occurrit in N. T. Act. XXII, 22. οὐ γὰρ καθῆκεν (in aliis καθῆκον) αὐτὸν ζῆν non enim fas est, eum diutius vivere. Sirac. X, 23. οὐ καθῆκει δοξάσαι ἄνδρα ἁμαρτωλόν. Participium τὸ καθῆκον legitur Rom. I, 28. ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα, ubi τὰ μὴ καθήκοντα per λιτότητα *profana, turpia, fœda, indigna quævis* significant, coll. 2 Macc. VI, 4. *Diog. Laërt.* VII, 25. et 108. *Cic. Offic.* I, 3. *Hesych.* καθήκοντα· προσήκοντα, ἀκόλουθα, ἁρμόζοντα.

ΚΑΘΗΜΑΙ, 1. *sedeo*, ex κατὰ et ἧμαι *sedeo.* Matth. IX, 9. καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον sedentem ad portitorium. ibid. XI, 16. καθημένοις otiosis sedentibus. Conf. *Bergler.* ad *Alciphr.* Epp. I, 25. p. 102. ibid. XX, 30. XXVII, 61.

2. *humi sedeo*, quod erat lugentium apud veteres populos orientales. Sic legitur in N. T. Luc. X, 13. πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμεναι μετενόησαν jam dudum saccis induti et pulvere conspersi, humi sedentes, ad frugem rediissent. Etiam apud optimos Græcos Scriptores κάθημαι ponitur pro κάθημαι χαμαί, v. c. apud *Eurip. Iphig.* in *Aul.* v. 1175. *Arrian. Diss. Epictet.* I, c. 9. III, 24. Alia habet *Kypke* in *Obss. Sac.* T. II. p. 261.

3. ut Latinum *sedeo, Cic.* ad *Div.* XVI, 7. *habito, vivo, versor, commoror in aliquo loco.* Matth. IV, 16. τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου versantibus in caliginosa nocte. Luc. I, 79. XXI, 35. τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς super omnes incolas hujus terræ. Joh. VI, 3. καὶ ἐκεῖ ἐκάθητο et ibi commorabatur. Act. II, 2. οὗ ἦσαν καθήμενοι in quo versabantur, seu convenerant. 2 Regg. XVIII, 8. pro eo, quod est in ed. *Complut.* ὅτε ἐκάθητο ἐν Γεδσοὺρ in *Vatican.* e glossemate legitur ἐν τῷ οἰκεῖν με ἐν Γεδσούρ. Sirac. L, 26. Judith. V, 3. 1 Macc. II, 29. Hanc vero significationem sine dubio recepit verbum istud ad imitationem Hebraici יָשַׁב Ies. IX, 1. Conf. *Vorstii Philol. S.* c. 5. p. 170. seq. ed. *Fischer.* Non negandum autem est, in hac locutione linguam Græcam cum Hebræa convenire. *Alciphr.* I. Ep. 25. p. 102. ἢ καθήμενον ἐπὶ ταῖς Ἀττικαῖς ἐσχατιαῖς λιμῶδες καὶ αὐχμηρὸν ἐρυγγάνειν. *Pindar. Olymp.* I. Epod. 3. Vide *Novam Bibl. Lubec.* Vol. II. p. 109. seq.

4. *auditor sum.* Nam auditores olim sedisse, doctores autem et oratores stetisse, constat e Scriptoribus Latinis et Græcis. Hinc apud *Cic.* (*Rosc. Am.* 1. ad *Div.* V, 2.) sedentes opponuntur dicentibus, cum in senatu, tum in judiciis, et *bene stare* is dici-

tur, qui ita stat, ut auditoribus ea, quæ dicit, probet. Eandem consuetudinem etiam Judæis ac primis Christianis in conventibus privatis fuisse, clare docet locus 1 Cor. XIV, 30. ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ si vero revelatio divina contigerit auditorum cuidam. Lucem fœnerat hæc observatio etiam locis Marc. III, 32. 34. et Luc. V, 17. nec refutatur argumentis a *Vitringa* de *Synag. Vetere* p. 709. prolatis, ut doceret, sedere in cathedris apud Judæos doctorum tantum fuisse. Hunc enim ritum, sed in synagogis tantum, obtinuisse apud Judæos, ultro concedimus.

5. *sedeo judex, constitutus sum judex.* Judices enim sedere solebant in tribunali, ut apparet ex Matth. XXVII, 19. καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος. Sic autem usurpatur Act. XXIII, 3. καὶ σὺ κάθῃ, κρίνων με κατὰ τὸν νόμον ideo sedes hic judex, ut de me ex lege judices. *Philostratus* in *Vita Apollonii* VIII, 7. p. 328. ed. *Olear.* δίκαιον γὰρ τὸ μὴ προκαταγιγνώσκειν μηδὲ καθῆσθαι πεπεισμένον, h. e. neque judicem sedere præoccupato animo. Hinc ὁ καθήμενος, *sedens, ipsum judicem* significat. *Themist. Orat.* I. p. 12. ψῆφον ἤδη ὁ καθήμενος εὐτρεπίζεται. Per eandem metonymiam, signo posito pro re signata, καθῆσθαι etiam significat

6. *imperare, regnare, dominari, dignitatem et auctoritatem regiam habere. Callim.* Hymn. in Delum v. 219. quemadmodum etiam יָשַׁב Ps. IX, 4. pro מָלַךְ ponitur. Ex hac vero significatione explicanda est formula: καθῆσθαι ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ, quæ toties in N. T. Christo tribuitur, qui, sublimis in cœlos elatus, cum Deo regnat et imperium in homines habet commune. Matth. XXII, 44. XXVI, 64. καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. Marc. XII, 36. Luc. XX, 42. XXII, 69. καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ. Act. II, 35. Coloss. III, 1. Hebr. I, 13. *Callim.* Hymn. in Apoll. v. 30. ubi de Apolline ita: Δύναται γὰρ, ἐπεὶ Διΐ δεξιὸς ἕσται. Etiam καθῆσθαι simpliciter positum *imperare, dominari* significare videtur. Apoc. XVII, 1. 9. 15. coll. XVIII, 7.

ΚΑΘ' ΗΜΈΡΑΝ, sc. ἑκάστην, (quod additur Hebr. III, 13.) seu πᾶσαν (Act. XVII, 17.), *quotidie, singulis diebus, in dies.* Matth. XXVI, 55. Luc. XI, 3. XVI, 19. τὸ καθ' ἡμέραν. *Thucyd.* I, 2. III, 37. *Eurip. Hecub.* 317. Scribitur etiam contracte καθημέραν Dan. I, 5. Sirac. XLV, 14.

ΚΑΘΗΜΕΡΙΝΌΣ, ἡ, ὸν, *quotidianus, diurnus*, ab adverbio καθημέραν *in dies, quotidie.* Tantum legitur in N. T. Act. VI, 1. ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ in distributione eleemosynarum quotidiana. Judith. XII, 15. εἰς τὴν καθημερινὴν δίαιταν αὐτῆς. *Alciphron* I, 5. καθημερινῆς ἐργασίας. *Joseph. A. J.* XII, 7. 8. καθημερινὰς θυσίας. *Thomas* in v. ἀμφίετες, ἀφημερινὸν, οὐ καθημερινόν. *Etym. M.* ἀφημερινὸς, ὁ καθημερινός. Vide *Wetstenii N. T.* T. II, p. 491.

ΚΑΘΊΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie transitive: *sedere facio*, seu *jubeo alterum, colloco, constituo.* Medium καθίζομαι *me sedere facio*, h. e. *sedeo*, a κατὰ et ἕζω *in sede colloco. Eustath.* ad *Homer.* p. 428. καθίζειν proprie, inquit, δηλοῦν τὴν εἰς ἄλλον ἐνεργείαν. In hac vero propria significatione nonnisi metaphorice in N. T. legitur, v. c. 1 Cor. VI, 4. Ephes. I, 20. Καθίζομαι contra reperitur Matth. XIX, 28. Luc. XXII, 30. καὶ καθίσησθε ἐπὶ θρόνων et sedeatis super thronis, h. e. summa dignitate et auctoritate præditi sitis. *Æschin. Socr.* Dial. III. p. 162. καθιζόμενοι δικασταὶ ἀνακρίνοντες. (Sic Latini: *judices sedent, Liv.* III, c. 46. *Cic. Fam.* II, 13.) Adde *Ælian. V. H.* XII, 1. *Herodian.* II, 3. 8.

2. intransitive, omisso ἑμαυτὸν, (quod additur v. c. apud *Ælian. V. H.* IV, 22. VII, 1.) *sedeo, consideo, assideo, insideo.* Matth. XIII, 48. XXVI, 36. καθίσατε αὐτοῦ considete hic. Joh. XII, 14. ἐκάθισεν ἐπ' αὐτὸ, sc. ὀνάριον.

Act. XIII, 14. ἐκάθισαν consederunt inter reliquos auditores. 1 Cor. X, 7. *Thucyd.* I, 26. καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμὸν, ubi Schol. ἑαυτοὺς δηλονότι recte adscripsit. *Ælian. V. H.* XII, 1. ἐπεὶ δὲ ἐκέλευσε πλησίον αὐτοῦ τὰς ἀνθρώπους καθίσαι. *Diog. Laërt.* I, 57. καὶ καθίσας εἰς τὴν θρόνον.

3. per synecdochen speciei: *maneo, subsisto in aliquo loco, commoror, versor, sum*, plane ut Hebraicum יָשַׁב Ies. IX, 1. Jer. XXXVIII, 7. et κάθημαι ac καθέζομαι, de quo supra dictum est. Act. II, 3. ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν quæ aliquamdiu agitabatur super eorum capita. ibid. XVIII, 11. ἐκάθισέ τε ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἓξ et commoratus est ibi per annum unum et sex menses. Luc. XXIV, 49. ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει vos autem manete Hierosolymis. In versione Alex. respondet Hebr. גּוּר *peregrinari*, Jer. XLIX, 33. et יָשַׁב Exod. XVI, 29. quod in aliis locis per μένω, Genes. XXIV, 55. Ps. IX, 7. et καταμένω, Num. XX, 1. XXII, 9. reddiderunt. Ita et *sedere* apud *Cic.* ad *Fam.* XVI, 2. Adde *Dionys. Halic.* VIII, 16.

4. *judicem constituo*, quia judices in tribunali sedebant. Joh. XIX, 13. Act. XII, 21. XXV, 6. 17. Sic semel legitur 1 Cor. VI, 4. τούτους καθίζετε, sc. δικαστὰς, hos infirmos Christianos judices et arbitros constituite. *Philostrat. Vit. Apoll.* III. p. 115. τὸν γὰρ Μίνω ἐν ᾅδου καθίζουσι. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 121.

5. καθίζειν ἐπὶ τοῦ θρόνου partim transitive de *eo* usurpatur, *qui alios summa majestate ac potestate instruit ac iis imperium concedit*, partim intransitive de *eo ipso, qui insigni potestate, dignitate ac imperio instructus est.* Act. II, 30. ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ sibi Deum jurejurando promisisse, se ex posteris ejus collocaturum aliquem in thronum ejus, seu, constituturum aliquem successorem ejus in regno. Transitive vero h. l. καθίσαι accipiendum esse, ex præcedente ἀναστήσειν satis apparet, coll. 2 Paral. XXIII, 20. Matth. XXV, 31. de Christo futuro hominum judice dicitur καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ. ibid. XIX, 28. de apostolis καθίσεσθε ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους. Cf. infra sub κρίνω. Eodem modo et transitive et intransitive usurpatur

6. formula: καθίζειν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, quæ in N. T. partim *Deo* tribuitur, *quatenus Christum post reditum in vitam et cœlos Dominum et moderatorem universi constituit*, partim *Christo ipsi, quatenus sublimis in cœlos elatus summam cum Deo et potentiam et auctoritatem habet communem, qua adjutus Christianos suos semper tuetur et beneficiis ornat eorumque salutis perpetua causa manet*, metaphora desumta a regibus, quibus filii aut amici dextri assident, honoris causa, ut adeo καθίζειν ἐκ δεξιῶν τινὸς omnino sit: *secundus ab aliquo esse, alicui proximus esse potentia et honore.* Ephes. I, 20. καὶ ἐκάθισεν (sc. αὐτὸν ὁ Θεὸς) ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Hebr. I, 3. ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. ib. VIII, 1. ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ibid. X, 12. ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, coll. Marc. XVI, 19. ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. ibid. XII, 2. ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ ἐκάθισεν. Heb. XII, 2. ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ κεκάθικεν.

ΚΑΘΙΉΜΙ, fut. καθήσω, *demitto, deorsum mitto*, ex κατὰ et ἵημι *mitto*. Luc. V, 19. καθῆκαν αὐτὸν demiserunt eum. Act. IX, 25. καθῆκαν αὐτὸν διὰ τείχους demiserunt eum per murum. Passivum καθίεμαι *demittor* Act. X, 11. XI, 5. reperitur. Sæpius non legitur in N. T. *Herodian.* II, 6. 14.

ΚΑΘΙΣΤΗΜΙ, ΚΑΘΙΣΤΆΩ, vel ΚΑΘΙΣΤΆΝΩ, fut. καταστήσω, aor. 1. κατέστησα. 1. proprie: *sisto, statuo, constituo, colloco in aliquo loco*, ex κατὰ et ἵστημι *statuo*. *Xenoph. Anab.* VII, 7. 13. εἰς τὸ φανερόν σε καταστήσαντας in illustri loco te ponentes, conspicuum reddentes.

2. *aliquem constituendum vel sistendum in aliquo loco accipio*, et ex ad-

juncto: *prosequor aliquem securitatis causa, deduco aliquem, aliquo perduco ac perveho,* einem das Geleite geben, sicher an einen Ort hinbringen *to accompany one, to bring him safely to a place.* Act. XVII, 15. οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον. *Vulgatus: qui deducebant Paulum. Arrian. Hist. Ind.* Lib. 27. c. 1. καταστήσειν αὐτοὺς μέχρι Καρμανίης deducturum eos ad Carmaniam. *Herodian.* II, 8. 10. εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν καθιστᾶσι. Conf. *Budæi Comment. Ling. Gr.* p. 413. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 562.

3. *efficio, reddo, causor.* Pass. καθίσταμαι *fio, sum,* i. q. γίνομαι, εἰμί. 2 Petr. I, 8. οὐκ ἀργοὺς, οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν non otiosos, nec inutiles nos reddit. *Xen. Anab.* VII, 7. 13. ἄπιστον σαυτὸν καταστῆσαι. Cf. *D'Orville* ad *Charit.* V, 6. p. 484. ed. Lips. Rom. V, 19. ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ multi sunt peccatores facti. ib. δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοὶ multi favorem Dei consequentur. Jacob. III, 6. ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν lingua est pars corporis nostri. ib. IV, 4. ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται (in quibusdam codd. ἐστιν) est inimicus Dei. Eodem sensu καθίσταμαι occurrit apud *Eurip. Phœn.* v. 87. 552. et 973. *Themistium* Orat. VII. p. 94. ἀεὶ γὰρ ἐν πλείονι καθίσταται λόγῳ. Alia loca dedit *Palairet.* in *Obss. Critt.* p. 502.

4. ut Latinum *constituo, præficio aliquem aliis, muneris vel negotii administrationem et curam alicui committo,* nostrum: anstellen, bestellen *to appoint, make overseer.* Luc. XII, 42. ὃν καταστήσει ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ quem herus præfecit servis suis. Genes. XXXIX, 4. καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, Heb. וַיַּפְקִדֵהוּ עַל־בֵּיתוֹ. Exod. II, 14. τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; Hebr. מִי שָׂמְךָ לְאִישׁ שַׂר וְשֹׁפֵט עָלֵינוּ. Adde Act. VII, 27. Hebr. II, 7. VII, 28. constituisti eum dominum omnium rerum creatarum. V, 1. καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν rei sacræ præficitur. Tit. I, 5. *Xenoph.* de Vectig. V, 1. εἰρηνοφύλακας καθιστάναι. Id. de Rep. Laced. II, 2. de Rep. Athen. III, 4. τριήραρχοι καθίστανται. *Eurip.* Phœn. v. 51.—*Phavor.* καθίστα· ἑτοίμαζε, στῆσαι ποίησον.—καθίσταται· ἀντὶ τοῦ γίνεται.—καθιστῶ· ἀντὶ τοῦ δείκνυμι, ποιῶ.

ΚΑΘΟ', *sicut, quemadmodum, pro eo quod, quatenus,* ex κατὰ *secundum* et ὅ *quod.* Rom. VIII, 26. καθὸ δεῖ sicut oportet. 2 Cor. VIII, 12. καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις πρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει grata est Deo promptitudo, quatenus aliquis habet, non, quatenus non habet. Legitur etiam 1 Petr. IV, 13. ubi loco καθὸ in nonnullis codicibus καθὼς e glossemate reperitur. Levit. IX, 5. ἔλαζον καθὸ ἐνετείλατο Μωϋσῆς Hebr. וַיִּקְחוּ אֵת אֲשֶׁר צִוָּה מֹשֶׁה. Cf. *Devarium* de Gr. L. Partic. p. 176. ed. *Reusm.*

ΚΑΘΟΛΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *universalis,* ex κατὰ et ὅλος *totus.* Reperitur hæc vox in inscriptionibus epistolarum Jacobi, Petri, Johannis et Judæ, cum in codicibus, tum in versione Arabica, tum denique in editionibus præstantissimis, Complutensi, Erasmi, Colinæi, Stephani et Bengelii, quæ septem epistolæ ideo sunt *catholicæ* vocatæ, quia non uni homini vel ecclesiæ, sed Christianis omnino omnibus, per orbem terrarum dispersis, aut saltem Christianis e Judæis inscriptæ fuerunt. Certe ita de hoc vocabulo exposuerunt *Theodoretus,* (καθολικαὶ λέγονται αὗται, οἱονεὶ ἐγκύκλιοι. οὐ γὰρ ἀφωρισμένως ἔθνει ἑνὶ, ἢ πόλει, ὡς ὁ θεῖος Παῦλος, οἷον Ῥωμαίοις ἢ Κορινθίοις, προσφωνεῖ ταύτας τὰς ἐπιστολὰς ὁ τῶν τοιούτων τοῦ Κυρίου μαθητῶν θίασος, ἀλλὰ καθόλου τοῖς πιστοῖς, ἤτοι Ἰουδαίοις τοῖς ἐν διασπορᾷ, ὡς Πέτρος, ἢ καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αὐτὴν πίστιν Χριστιανοῖς τελοῦσιν.) Œcumenius, *Grotius, Wolfius* ac *Wetstenius.* Conf. *Suicer. Thesaur. Eccles.* T. I. v. ἐγκύκλιος et καθολικὸς, et *Pott.* in Exerc. I. ad Epistolam Jacobi p. 173.

ΚΑΘΟ'ΛΟΥ, *omnino, prorsus, penitus, omni tempore, omni ex parte.* Adverbium ex κατὰ et ὅλος *totus,*

intellecta voce τρόπου, seu χρόνου, seu μέρους. Μὴ καθόλου *omnino non*. Semel legitur in N. T. Act. IV, 18. παρήγγειλαν αὐτοῖς τὸ καθόλου μὴ διδάσκειν interdixerunt iis, ne omnino docerent. Sed occurrit tamen in Cant. trium puerorum v. 20. et in vers. Alex. Amos III, 3. 4. et Ezech. XIII, 3. 22. XVII, 14. pro לִבְלְתִּי habent τὸ καθόλου μή. *Xenoph. de Equ.* 8, 1. *Gloss. MS.* in Cant. Script. καθόλου· τὸ σύνολον.

ΚΑΘΟΠΛΙΖΩ, fut. ίσω, *armo, armis induo*, vel *instruo*, seu *munio*. Passivum καθοπλίζομαι *armor, armis instruor*, et omnino de eo dicitur, qui bene armatus et munitus est, nam ὅπλα omnia complectitur, quibus aliquis repellit a se hostilem impetum. Compositum est ex κατὰ et ὁπλίζω, quod idem notat. In N. T. tantum extat Luc. XI, 21. ὅταν ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος cum quis heros bene armatus et munitus. Alex. Jer. XLVI, 9. תָּפְשֵׂי מָגֵן, καθωπλισμένοι ὅπλοις. *Diod. Sic.* III, 70. *Xenoph. Cyrop.* II, 1. 4.

ΚΑΘΟΡΑ΄Ω, ῶ, *intueor, conspicio, perspicio*, sive *oculis corporis*, sive *mente*, i. q. simplex ὁράω. Semel in N. T. legitur Rom. I, 20. καθορᾶται *conspiciuntur, oculis subjiciuntur*. In versione Alex. respondet Hebraico רָאָה Job. X, 4. Num. XXIV, 2. *Xenoph.* Mem. IV, 7. 7. De constructione verbi καθορᾶσθαι, ut et aliorum verborum, *videndi* significationem habentium, cum præpositione ἀπὸ consulendus est *Wakefield* in *Silva Critica* P. III, p. 2.

ΚΑΘΟ΄ΤΙ, *eo quod, siquidem, quatenus, prout, in quantum*. Adverbium ex κατὰ et ὅτι, subintellige μέρος. Luc. I, 7. καθότι ἡ Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα quippe Elisabeth sterilis erat. ibid. XIX, 9. Act. II, 24. 25. καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε prout quisque indigebat. ibid. IV, 35. Sæpius non occurrit in N. T. Alexandrini sæpe usi sunt pro כַּאֲשֶׁר Exod. I, 12. 17. X, 10. XII, 27. pro כְּ *secundum, juxta*, Levit. XXVII, 12. et pro לְפִי *pro ratione*, Levit. XXV, 16.

ΚΑΘΩ΄Σ, 1. *sicut, quemadmodum, quomodo*. Adverbium comparandi, seu similitudinis. Ei sæpe, ut rei natura postulat, respondet οὕτως, quod vel præcedit, Luc. XXIV, 24. vel subsequitur, Luc. XI, 30. XVII, 26. Joh. III, 14. Sæpe tamen omittitur οὕτως, v. c. Matth. XXI, 6. XXVI, 24. Marc. IX, 13. XV, 8. et tum verti commode potest *convenienter iis, quæ* etc. v. c. Marc. XVI, 7.

2. *prout, in quantum, quatenus*, i. q. καθότι. Marc. IV, 33. καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν prout cuique intelligendi facultas erat. Act. XI, 29. καθὼς ηὐπορεῖτό τις prout cuique suppetebat.

3. *siquidem, quoniam, propterea quod*. Joh. XVII, 2. καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς. Rom. I, 28. καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν propterea, quod respuebant.

4. *cum, postquam*. Act. VII. 17. καθὼς δὲ ἤγγικεν ὁ χρόνος appropinquante autem tempore. 1 Cor. V, 7. 2 Macc. I, 31. καθὼς δὲ ἀνηλώθη τὰ τῆς θυσίας—ὁ Νεεμίας ἐκέλευσεν.

5. *quod*. Act. XV, 14. 1 Cor. I, 6. 2 Joh. v. 3.

ΚΑΙ΄. Conjunctio, quæ fere omnes conjunctionum species exprimit pro contextæ orationis varietate, et est

1. *copulativa; et*. Matth. I, 17. 19. II, 3. 11. et infinitis aliis in locis.

2. *etiam*. Matth. X, 30. ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ἠριθμημέναι εἰσὶ etiam capilli capitis vestri sunt numerati. ibid. XV, 16. ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; etiam vos adhuc stulti estis? Joh. VIII, 19. εἰ ἐμὲ ἤδειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ἤδειτε ἄν si me cognitum haberetis, etiam patrem meum cognitum haberetis. ibid. XV, 20. Apoc. II, 13. *Xenoph.* de Mag. Equit. V, 4. ad quem locum recte docuit *Zeunius*, καὶ, significans *etiam*, a Græcis quoque ab initio membri

collocari. Sic ו Hebræorum Levit. VII, 16. Thren. III, 32.

3. *et quidem.* 1 Cor. III, 5. *καὶ ἑκάστῳ ὡς ὁ Κύριος ἔδωκεν* et quidem, pro modo virium, a Deo concessarum, seu, pro ratione muneris, a Deo demandati. Hebr. X, 25. *καὶ τοσούτῳ μᾶλλον* et quidem tanto magis. Sic etiam apud Græcos *καὶ* interdum vim habet explicandi, v. c. apud *Æschinem Socr.* Dial. I, 4. *καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ θαυμάσια εἰργάζετο.* ib. III, 17. Conf. *Abresch.* Dilucidd. Thucyd. p. 258. Sic ו 1 Regg. IX, 1. 2 Regg. VIII, 9.

4. *atque adeo.* Rom. I, 23. *καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων* atque adeo volucrium, quadrupedum. Matth. IV, 22. *καὶ τὸν πατέρα* atque adeo patrem. Joh. V, 37. Ita ו 1 Regg. VIII, 27.

5. *item, simili modo, porro.* Marc. III, 25. *καὶ ἐὰν οἰκία* simili modo si familia. ibid. IV, 21. 24. 26. Matth. XXIII, 18.

6. ut Lat. *et* (apud *Sueton. Galb.* c. 4. *Varron. de R. R.* I. c. 49.) *continuative; tunc, et tunc.* Matth. XVIII, 2. *καὶ προσκαλεσάμενος Ἰησοῦς τὸ παιδίον* tunc Jesus advocavit puerum. ibid. v. 3. *καὶ εἶπεν* tunc dixit. ibid. VI, 33. *καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν* tunc hæc omnia insuper vobis concedentur. ibid. XXV, 27. Act. II, 38. 2 Cor. XIII, 11. Exempla e Græcis Scriptoribus dedit El. *Palairet.* in Bibl. Brem. Nov. Cl. IV. p. 442. et in Obss. Sacr. p. 40. *Elsner.* Obss. Sacr. T. I. p. 141. Apud *Matthæum* XXVI, 4. *καὶ* idem valere videtur ac *καὶ τότε. Abreschii lectt. Aristæn.* p. 51.

7. *ideo, idcirco, igitur, itaque, unde, propterea.* Act. VII, 43. *καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος* propterea ultra Babylonem vos relegabo. Luc. XII, 29. *καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε,* coll. Matth. VI, 31. Matth. X, 1. *καὶ προσκαλεσάμενος,* coll. IX, 37. 38. ibid. XV, 23. *καὶ προσελθόντες* ideo adibant eum discipuli. ib. XXII, 16. Marc. IX, 5. *καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς* igitur figamus nobis tria tabernacula. Act. VII, 34. *καὶ κατέξην.* 1 Cor. V, 13. Galat. II, 16. Ita ו Deut. IV, 39. X, 19. Jos. I, 2. Alex. *οὖν.* Καὶ habent etiam Alex. pro Hebr. עַל־כֵּן *propterea.* Ies. V, 25. Jerem. XLIV, 23.

8. *causalis: nam, enim.* 1 Cor. XIV, 32. 1 Joh. III, 4. *καὶ ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία* nam peccatum est aberratio a lege. Apoc. I, 18. *καὶ ἔχω.* Luc. I, 14. *καὶ ἔσται χαρά σοι κ. τ. λ.* de ejus enim nativitate tu cum aliis multis gaudebis. Joh. III, 13. Sic ו Ps. LX, 13. Genes. XXII, 12. וְלֹא Judd. VI, 14. Sirac. I, 30. *καὶ ἀποκαλύψει* nam in lucem aliquando proferet Deus. ibid. II, 14. *καὶ τί ποιήσετε;* nam quid facietis?

9. *concessiva; etsi, etiamsi, quamvis, licet,* i. q. *καίπερ.* Conf. *Grævii* Lectt. Hesiodd. c. 8. et *Valckenar.* ad *Eurip.* Phœn. v. 277. Sic legitur in N. T. Luc. XVIII, 7. *καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς* quanquam non statim præsto est. Joh. III, 32. *καὶ ὃ ἑώρακε καὶ ἤκουσε, τοῦτο μαρτυρεῖ* quanquam de iis, quæ ipse vidit et audivit, testimonium exhibet. ibid. V, 10. XVII, 25. *καὶ ὁ κόσμος.* Act. VII, 5. *καὶ οὐκ ἔδωκεν.* Hebr. III, 9. *καὶ εἶδον.* Adde Joh. VI, 36. IV, 2. XIV, 30. 1 Cor. XVI, 9. *καὶ ἀντικείμενοι πολλοὶ* quamvis multi resistant. *Xenoph.* Hist. Gr. III, 5. 2. VII, 5. 10. *Homer.* Odyss. β'. v. 245. Eodem modo ו apud Hebræos usurpatur Eccles. IX, 16. 1 Sam. I, 5.

10. *adversativa; vero, autem, sed, ast,* i. q. *ἀλλὰ, δέ.* Matth. XI, 17. *καὶ οὐκ ὠρχήσασθε* sed vos non saltastis. ib. v. 19. *καὶ ἐδικαιώθη* sed laudatur. ib. XII, 39. *καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ* verum miraculum non dabitur ei. ibid. XIII, 22. XXVI, 60. XXVII, 14. Joh. VI, 70. VII, 4. XIII, 18. Act. X, 28. *καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς κ. τ. λ.* Sirac. XLI, 13. Tob. III, 10. *Ælian.* Hist. Anim. II, c. 24. *ὃς μὲν τῶν ἑρπετῶν δεινός ἐστι, καὶ ὅ γε τῆς ἀσπίδος ἔτι μᾶλλον. Philostrat.* Vit. Apoll. I, c. 1. *καὶ μὴ ὁμολογοῦντας* sed non profitentes, quæ essent. *Statius* Thebaid.

IX, v. 799. " et quid plura loquar?" Cf. *Elsner*. Obss. Sacr. T. I, p. 313. Simili modo ו Eccles. I, 4. in וְהָאָרֶץ. 1 Regg. XIX, 3.

11. *tamen, et tamen*, inprimis in illis locis, ubi proxime præcedens *καὶ* per *quanquam* reddendum est. Matth. VI, 26. *καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν* et tamen pater vester cœlestis sustentat eos. ib. VII, 25. *καὶ οὐκ ἔπεσε* neque sic tamen cecidit. ib. XII, 5. *καὶ ἀναίτιοί εἰσι* et tamen culpa carent. ibid. XIII, 14. *καὶ οὐ μὴ συνῆτε* et tamen non intelligitis. Joh. III, 11. *καὶ τὴν μαρτυρίαν κ. τ. λ.* et tamen testimonium meum non admittitis. Phil. IV, 10. *ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε* de quo tamen solliciti eratis: et alibi pluries. *Bion* Idyll. I, v. 53. *καὶ θεὸς ἐμμί, καὶ οὐ δύναμαί σε διώκειν.* Conf. *Elsner*. Obss. Sacr. T. I. p. 293. Ita ו Deut. XXI, 18. Eccles. IX, 16. Ezech. XVI, 20.

12. *disjunctiva; vel, aut*. Matth. XII, 37. ubi codices nonnulli e glossemate ἢ habent. Joh. VI, 36. Rom. XIV, 7. Hebr. IX, 19. Phil. IV, 16. *καὶ ἅπαξ καὶ δὶς* aut semel, aut bis, h. e. aliquoties. Tit. III, 10. Conf. *El. Palairet*. Obss. Critt. p. 251. et 452. Eodem modo *et* apud Latinos pro *vel* usurpatur, v. c. *Tibull*. I, 10. 49. " Illa velim rapida Volcanus carmina flamma torreat, *et* liquida deleat amnis aqua." Exod. XXI, 17. וְאִמּוֹ *aut* matri. Jer. XIII, 23. וְנָמֵר *aut* pardus.

13. *ut*, pro ἵνα, maxime post verbum *γίνεσθαι*. Matth. V, 15. *καὶ λάμπει* ut lucem præbeat. Rom. XI, 35. *καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ* ut remunerationem accipiat. Hebr. XII, 9. *καὶ ζήσομεν* ut vivamus. Adde Matth. XIII, 22. XXVI, 53. Luc. VIII, 1. Act. V, 7. Joël. III, 3. *τὰ κοράσια ἐπώλουν ἀντὶ τοῦ οἴνου καὶ ἔπινον* ut biberent. Gen. XI, 4. Interdum etiam notat, *ita ut*, v. c. Eph. IV, 26. *ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε* irascimini, sed ita, ut non peccetis, h. e. modum in ira servate, ne in peccatum desinat. Confer Ps. IV, 4.

14. *nempe, inquam*, in oratione, quæ antea dicta vel repetit, vel clarius exponit. Rom. VIII, 23. *καὶ ἡμεῖς αὐτοί* nempe nos ipsi. 1 Cor. XV, 29. *Xenoph*. de Re Equestri II, 1. *Viger*. de Idiot. L. Gr. p. 430. Edit. Glasg. 1813. Cf. *Noldii* Concordant. p. 293.

15. *et præcipue, et maxime, præsertim, inprimis*. Matth. VIII, 33. *καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων* inprimis quæ cum dæmoniacis acta essent. Marc. I, 5. *καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται*. XVI, 7. *καὶ τῷ Πέτρῳ* et præcipue Petro. Act. I, 14. *καὶ Μαρίᾳ*. ibid. XXVI, 22. *καὶ Μωσῆς*. 1 Cor. IX, 5. *καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου καὶ Κηφᾶς*. Ephes. VI, 19. Apoc. I, 7. *καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν*. ibid. II, 13. *καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις*. Ita ו Jos. II, 1. וְאֶת־יְרִיחוֹ maxime Hierichuntem. 2. Sam. XXII, 1. וּמִכַּף שָׁאוּל. 1 Regg. XI, 1. *καὶ ἔλαβε γυναῖκας ἀλλοτρίας, καὶ τὴν θυγατέρα Φαραώ*. Judith. IV, 13. *Herodot*. II, c. 66. *πᾶν τὸ σῶμα καὶ τὴν κεφαλήν*.

16. in oratione relativa repetitum, idem est ac *tam—quam, cum—tum*. Rom. XI, 33. *ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ* o profundas divitias cum sapientiæ, tum cognitionis Dei! ibid. XIV, 9. *καὶ ἀπέθανε καὶ ἔζησε* tam mortuus est, quam in vitam rediit. *Lysias* Orat. V, c. 4. p. 62. Adde Jos. VII, 6. Exod. VIII, 14. XII, 19. etc.

17. in oratione comparativa ante *πρότασιν* idem est, ac *sicut, quemadmodum* i. q. *καθὼς*, et ante *ἀπόδοσιν, ita, sic, vicissim*. Luc. XI, 4. *καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν* quemadmodum et nos condonamus, coll. Matth. VI, 12. *ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν*. Ephes. II, 1. 5. *καὶ ὑμᾶς—καὶ ἡμᾶς sicut vos—sic etiam nos*. Interdum etiam *καὶ* sine ulla particula comparationis præcedente, *sic, eodem modo* significat, v. c. Matth. XII, 26. Marc. III, 26. Adde 1 Joh. II, 27. 28. Ita etiam ו Hebræorum post כ et אֲשֶׁר Ies. LIII, 7. וְלֹא יִפְתַּח־פִּיו Alex. *οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ*. Prov. X, 25.

Num. I, 19. *Hesiod.* Clyp. v. 119. *Xenoph.* Mem. II, 2. 2. *Thucyd.* VIII, 1. Adde Matth. VI, 10. Act. VII, 51. Gal. I, 9. 1 Joh. IV, 17.

18. interdum pronominis relativi ὅς *qui, quæ, quod* vicem sustinet. Matth. XI, 16. 17. καὶ προσφωνοῦσι—καὶ λέγουσιν pro ἃ προσφωνοῦσι etc. uti ex mero glossemate codices nonnulli habent, præeunte *Syro* interprete. Marc. II, 15. ἦσαν γὰρ πολλοὶ καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ erant enim multi, qui eum fuerant sequuti. Luc. XV, 15. καὶ ἔπεμψεν qui eum misit. ibid. XIX, 43. ἥξουσιν ἡμέραι καὶ, pro ἐν αἷς. ibid. I, 49. καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ cujus nomen est sanctum. Act. VI, 6. VII, 10. Rom. IV, 3. *Ælian.* Hist. Anim. I, c. 1. καλεῖταί τις Διομήδεια νῆσος καὶ ἐρωδιοὺς ἔχει πολλούς. Idem V. H. VIII, 17. XIII, 40. Conf. *El. Palairet.* Obss. Philol. p. 240. et *Noldii* Concordd. Partic. Hebr. p. 299.

19. *adverbium temporis; postquam, postea, tunc, tum.* Luc. I, 56. καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς postea domum est reversa. Matth. XXII, 20. καὶ λέγει αὐτοῖς tunc interrogavit eos. Marc. II, 3. 12. Luc. VI, 16. ὃς καὶ ἐγένετο προδότης qui postea Jesum prodebat. Act. X, 16. Joh. IV, 35. post quatuor menses instat messis. Deut. I, 19. Ruth. I, 5.

20. *quando, cum,* post vocabula, tempus significantia. Luc. V, 17. καὶ αὐτὸς ἦν διδάσκων cum ipse doceret. ib. XXII, 44. Matth. XXVI, 45. ἤγγικεν ἡ ὥρα καὶ ὁ υἱὸς κ. τ. λ. Marc. XV, 25. καὶ ἐσταύρωσαν αὐτὸν cum eum cruci affigerent. Luc. XXIII, 44. καὶ σκότος ἐγίγνετο cum tenebræ fierent. *Xenoph. Exped. Cyr.* II, p. 273. καὶ ἤδη τε ἦν περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν καὶ ἔρχονται. *Lucian.* L. II. *Ver. Hist.* p. 133. nondum enim sol occiderat, καὶ ἀπό τινος ἐρήμης νήσου κ. τ. λ. *Homer.* Odyss. ε'. 262. τέτρατον ἦμαρ ἦην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα. Ita quoque ך Num. X, 5. Jos. II, 8. Amos VII, 9.

21. *adverbium loci; quo, ubi, ibi.* Joh. III, 23. καὶ παρεγίνοντο quo confluebant, qui ab eo baptizari cupiebant. Act. VII, 6. καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ ubi servitute premetur. ibid. v. 15. IX, 6. καὶ λαληθήσεταί σοι ibi tibi dicetur, coll. XXII, 10. Matth. XX, 18. Hierosolymas jam adimus, ubi Messias tradetur. Ita ך 2 Chron. XXXV, 24, וַיָּמָת *ubi moriebatur.* Deut. XXIV, 1.

22. habet vim *affirmandi, corrigendi,* et *intendendi;* a) *immo, quin immo.* Joh. IV, 23. ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστι venit tempus, immo jam adest. ibid. V, 25. Act. XIX, 27. ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη immo totus terrarum orbis. 2 Cor. VIII, 3. XII, 15. 1 Joh. IV, 3. Nec abhorret usus loquendi τοῦ ך 1 Regg. VIII, 27. Num. XIV, 23. b) *quanto magis.* Joh. XIII, 14. καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε quanto magis vos debetis. *Syrus:* etc. ܘܐܦ.

23. *particula negandi,* si post negationem ponitur; *nec, neque.* Matth. XIII, 15. μήποτε—καὶ—καί. 2 Cor. XII, 21. Galat. III, 28. οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ nec masculi nec fœminæ ratio habetur. Ita quoque ך Levit. XXVI, 1. Num. XVI, 14.

24. in interrogationibus mox per *an? num?* mox per *vero, autem* reddendum est. Luc. X, 29. καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; ecquis vero est proximus meus? Marc. X, 26. καὶ τίς δύναται σωθῆναι; quis autem potest servari? Act. XXIII, 3. 1 Cor. V, 2. καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστε. Ita ך 1 Sam. XX, 12. Jerem. XXV, 29. Apud Græcos (maxime in interrogationibus, v. c. apud *Arrianum Epict.* IV, 4. p. 384. *Exped. Alex.* VII, 10. p. 285. *Aristoph. Pace* 123. et 834. et *Acharn.* 86.) ac Latinos ita etiam usurpari, docuit *El. Palairet.* Bibl. Brem. Nov. Class. IV. p. 339. Conf. etiam *Blackwall.* Auctores Class. Sacr. p. 394. ed. *Wollii.*

25. *vicissim, e contrario.* Sic occurrit non solum in κἀγώ, Matth. X, 33. sed etiam simpliciter positum. Matth. XVIII, 33. οὐκ ἔδει καὶ σέ;

nonne æquum erat et te vicissim? Ita ו Judd. IX, 7. in וַיִּשְׁמַע. 1 Sam. XV, 23. in וַיִּמְאָסֶךָ.

26. *præterea, cæterum.* Luc. I, 36. καὶ ἰδοὺ præterea scito. Conf. *Noldii* Concordd. Partic. Hebr. p. 291.

27. *particula excitandi; age, agite.* Matth. XXIII, 32. καὶ ὑμεῖς πληρώσατε. Luc. VI, 31. καὶ καθὼς θέλετε. ibid. XX, 3. καὶ εἴπατέ μοι. Conf. *Elsner.* Obss. Sacr. T. I. p. 269. et *Palairet.* Obss. Philol. p. 203.

28. a) *potius, sed potius.* Luc. III, 14. καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν sed potius contenti sitis stipendiis vestris. Sirac. XXI, 1. καὶ περὶ τῶν προτέρων σου δεήθητι potius de pristinis deprecare. Conf. *Gataker.* ad *Antonin.* II, 5. 7. b) *tandem.* 1 Cor. XV, 29. τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; ib. v. 30. 2 Cor. II, 2. καὶ τίς ἐστι ὁ εὐφραίνων με. Ita et legitur apud *Chariton.* VII, p. 125. Conf. *Abresch. Dilucidd. Thucyd.* I, p. 19.

29. καὶ οὐ, pro μᾶλλον ἢ, *magis quam.* Matth. IX, 13. ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν pietate magis, quam sacrificiis delector. Joël. II, 13. scindite corda vestra καὶ μὴ ἱμάτια ὑμῶν magis quam vestes vestras. Prov. VIII, 10. Conf. *Alberti* Obss. Philol. p. 70.

30. *insuper quoque, præterea vero.* Act. V, 32. καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον insuper quoque Spiritus Sanctus. Multa ex profanis habet *Joh. Alberti* Obss. Philol. p. 462.

31. Duobus substantivis aut verbis interjectum omitti interdum debet, ita, ut vel posterius substantivum in genitivum mutetur, vel verbum posterius in infinitivum. Prioris usus loquendi exempla sunt Matth. IV, 16. ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, pro ἐν χώρᾳ σκιᾶς θανάτου in regione umbræ mortis. Act. XXIII, 6. περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν de spe resurrectionis mortuorum. Rom. II, 20. τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας veræ cognitionis, ibid. I, 5. χάριν καὶ ἀποστολὴν beneficium, quod est in munere apostolico. ibid. II, 7. Posterioris vero exemplum est Rom. X, 20. Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει Iesaias vero audet dicere, i. q. ἀποτολμᾷ λέγειν. Interdum tamen alterum substantivum *adjective* sumitur et verborum unum *adverbialiter.* Act. XIV, 13. ταύρους καὶ στέμματα tauros et vittas h. e. tauros vittatos. ibid. XV, 16. μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω καὶ ἀνοικοδομήσω, h. e. postea iterum ædificabo.

32. καὶ haud raro inchoat sermonem, ita, ut tantum continuandi sermonis causa additum in versione vel plane omitti, vel per *porro* reddi possit. Luc. I, 23. καὶ ἐγένετο. ib. v. 59. ib. II, 46. IX, 18. XIV, 1. Joh. II, 1. καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ. Act. II, 17. καὶ ἔσται. Verum quidem est, Hebræos haud raro inchoare sermonem ita, ut ו vel וַיְהִי præmittant, prout post *Olearium* recte observavit *Bynæus* de Morte J. C. Lib. I. c. 1. p. 9. et a me satis probatum est supra ad γίνομαι, nec tamen desunt exempla hujus loquendi usus apud optimos Græcos Scriptores, v. c. *Ælian.* V. H. II, 1. καὶ ταῦτα Σωκράτης πρὸς Ἀλκιβιάδην, et cap. 31. καὶ τίς οὐκ ἂν ἐπῄνεσε τὴν τῶν βαρβάρων σοφίαν;

33. interdum *abundat,* v. c. Rom. V, 12. ante οὕτως. 1 Cor. VII, 7. ὡς καὶ ἐμαυτόν. 2 Cor. I, 3. ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ Deus pater. ib. II, 2. καὶ τίς ἐστιν; Jacob. I, 27. παρὰ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ib. IV, 15. καὶ ποιήσωμεν. Rom. III, 7. in κἀγώ. Joh. XVII, 25. καὶ ὁ κόσμος. Sirac. VIII, 19. καὶ μὴ ἀναφερέτω σοι χάριν ψευδῆ, *Vulgatus: ne forte referat tibi gratiam falsam. Lucian.* Dial. Mort. T. I. p. 267. ed. *Reitz.* οὐκ οἶδα, ὅ, τι καὶ λέγεις. ibid. p. 321. Hebraicum ו sæpius redundare, cum notum est, tum exemplis idoneis comprobavit *Noldius* in Concord. Particularum Hebr. Chald. p. 309.

34. *deficit* interdum. Matth. VIII, 4. ὕπαγε δεῖξον. ibid. XXVI, 46. ante ἄγωμεν. 1 Cor. XV, 20. ante ἀπαρχὴ ἐγένετο. Tit. II, 4. ante φιλοτέκνους. Phil. III, 16. ante τὸ αὐτὸ φρονεῖν. *Ho-*

mer. Odyss. γ'. 52. χαῖρε δ' Ἀθηναίη πεπνυμένῳ ἀνδρὶ δικαίῳ·—

Restant aliæ significationes hujus particulæ, quas in singulis N. T. locis explicandis admittendas esse judicarunt interpretes tantum non omnes, et quas, ne quid prætermisisse videar, breviter notabo: a) *aliquando.* 1 Cor. IV, 5. ὃς καὶ φωτίσει, qui aliquando in lucem protrahet. ibid. v. 7. εἰ δὲ καὶ ἔλαβες. ibid. VII, 11. 21. 28. 29. b.) *cum.* Matth. XXVII, 19. μηδέν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ nihil tibi rei sit cum hoc insonte. Marc. I, 24. V, 7. Luc. IV, 34. VIII, 28. Joh. II, 4. Act. VII, 15. Ita ו Gen. IV, 20. Exod. I, 5. c) *quod attinet ad.* Ephes. V, 33. καὶ ὑμεῖς et vos quod attinet. 1 Joh. II, 27. Apoc. VII, 15. καὶ ὁ καθήμενος quod attinet ad sedentem. ibid. VI, 8. Sic τὸ ו quoque usurpari, exemplis Exod. XXX, 37. Ies. LIX, 21. Daniel. I, 20. probavit *Noldius* in l. l. p. 300. d) *quamdiu,* ut ו Hebr. Genes. XVIII, 8. 2 Regg. XI, 3. Hebr. XIII, 4. καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. e) *quanto magis.* Joh. XIII, 14. καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε quanto magis vos debetis. f) *hoc est, id est,* ἐξηγητικῶς. Matth. XIII, 41. καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν, hoc est impios et scelestos. Marc. I, 15. καὶ ἤγγικεν. Joh. VI, 40. καὶ πιστεύων εἰς αὐτόν. ibid. X, 33. Act. VII, 5. καὶ τῷ σπέρματι. ib. XXVI, 20. καὶ ἐπιστρέφειν. 1 Cor. XVI, 16. Coloss. II, 8. 1 Petr. I, 3. coll. Gen. XIII, 15. Eccles. V, 17. 1 Sam. XVII, 40. Conf. *Hackspan.* Nott. Philol. Theol. P. III. p. 18.

ΚΑΙ¨Α΄ΦΑΣ, α, ὁ, *Caiaphas.* Est nomen proprium, quod ejusdem originis esse videtur, cujus nomen Κηφᾶς recte habetur, nempe ex Syriaco ܟܝܦܐ Chald. כֵּיפָא *lapis, petra.* Fuit pontifex maximus Judæorum, e secta Sadducæorum, (Act. V, 17. cujus plenum nomen teste *Eusebio* H. E. I, 10. et *Josepho* A. J. XVIII, 3. 2. erat Ἰώσηπος ὁ Καϊάφας, sed cognomen ab evangelistis solum ponitur, quia forte vulgo notius fuit. Dignitatem pontificis M. concesserat ei *Valerius Gratus,* Judææ præses, qui ejus antecessorem, Simonem, Camithi filium, removit. Sed illo honore iterum privatus fuit a *Vitellio,* Syriæ præside, qui Jonathanem, Anani, pontificis M. filium, ejus successorem constituit. Commemoratur Matth. XXVI, 3. 57. Luc. III, 2. Joh. XI, 49. XVIII, 13. 14. 28. Act. IV, 6.

ΚΑΙ΄ΓΕ. Adverbium, *saltem.* Luc. XIX, 42. καίγε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ saltem nunc. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑ΄Ϊ¨Ν, ὁ. *Cain.* Est nomen primogeniti filii Adami et primi fratricidæ. Hebraice sonat קַיִן, h. e. *acquisitus,* a קָנָה *comparavit, acquisivit.* Rationem hujus denominationis dedit ipsa Heva, Genes. IV, 1. קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָֹה quod Alexandrini recte reddiderunt ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ, prout etiam legitur in versione Vulgata. Commemoratur in N. T. Hebr. XI, 4. 1 Joh. III, 12. Ep. Judæ v. 11. τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν sequuti enim sunt vestigia Caini, invidia nempe, odio erga alios et impietate.

ΚΑΙ¨ΝΑ`Ν, ὁ. *Cainan.* Nomen viri ἄκλιτον, Hebr. קִינָן, quod vel a קָנָה *possedit,* derivari potest, vel *deplorantem* significat, a קוֹן *deplorare.* Fuit filius Enos, Gen. V, 9. coll. Luc. III, 37. sed Luc. III, 36. alius ejusdem nominis commemoratur, filius Arphaxad, pater Salah, cujus tamen Moses Gen. XI. ubi Semi posteros recenset, nullam omnino in textu Hebraico mentionem fecit. Sed Alexandrini interpretes, quos et, ut opinor, recte secutus est Lucas, Cainan inter Salah et Arphaxad medium collocant. Conf. *Usserii* Syntagma de Græca LXX. Interprr. Versione et Dissertatio de Cainane Axphaxadi filio, p. 9.

ΚΑΙΝΟ`Σ, ἡ, ὸν, 1. *recens, quod nuper factum est et accidit, nondum usurpatum.* Derivatur a καὶ et νῦν qua-

si *nuperus, jam modo factus.* Καινὸς et νέος differunt inter se, ut: neu und jung *new and young.*—Νέος scilicet dicitur de *iis, quæ vivunt, certe quibus vita tribuitur,* καινὸς vero de *rebus inanimatis.* Matth. IX, 17. *βάλλουσι οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς* sed vinum recens conjiciunt in uteres recentes, adeoque integros et incorruptos. ibid. XXVII, 60. *μνημεῖον καινὸν* sepulcrum, recens excisum et nondum usurpatum, coll. Luc. XXIII, 53. *οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος.* Joh. XIX, 41. Ita quoque usurpatur de panno recente, quod vestimento veteri assuitur. Marc. II, 21. Luc. V, 36. et 38. *Xenoph. Hist. Gr.* III, 4. 27. *Phavorin.* et *Suid.* καινόν· τὸ νεωστὶ κατεσκευασμένον.

2. *novum, quale antea nondum visum nec auditum fuit, inusitatum.* Act. XVII, 19. *τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή*; quænam est nova illa doctrina, quam tradere soles? Marc. I, 27. *Suid.* καινόν· τὸ παράδοξον. *Xenoph. Cyrop.* I, 6. 9. Huc etiam referenda sunt ex nonnullorum opinione loca 2 Petri III, 13. Apoc. XXI, 1. ubi promittitur *καινὸς οὐρανὸς καὶ γῆ καινή*, h. e. cœlum et terra plane diversa a præcedente, qualis nondum visa est. *Ælian.* V. H. II, 14. IV, 25.

3. *peregrinus, incognitus.* Marc. XVI, 17. *γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς* linguis peregrinis utentur, quibus scil. antea non usi fuerunt, coll. Act. II, 4. λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις. Simili ratione usus est hac voce *Xenoph.* de Rep. Laced. X, §. 8.

4. *præstans, eximius, perfectus, excellens.* Matth. XXVI, 29. *ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν*, quo præstantius vinum vobiscum bibam. Marc. XIV, 25. Hoc sensu etiam œconomia Christiana, præstantior illa et præstantissima, quæ successit œconomiæ Mosaicæ imperfectiori, *διαθήκη καινὴ* vocatur Hebr. VIII, 8. 31. IX, 15. Eandem ob causam præceptum Christi de benevolentia erga alios, vera illa et haud fucata, Joh. XIV, 34. *ἐντολὴ καινὴ* dicitur, h. e. præceptum præstantissimum, quod Jesus ab inepta explicatione antiquorum Rabbinorum vindicaverat et pristino quasi splendori restituerat. Apoc. V, 9. *ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν* canunt canticum eximium de rebus ac beneficiis præstantissimis. ibid. II, 17. *ὄνομα καινὸν* nomen insigne ac præclarum. Ita quoque חָדָשׁ Ps. XXXIII, 3. *ᾄσατε αὐτῷ ᾆσμα καινόν.* Ps. XCVI, 1. Judd. V, 8. Vide *Hackspan.* Not. Phil. Theol. P. III. p. 462.

5. *emendatus per religionem Christianam, qui veteri perversæ sentiendi et vivendi rationi plane renuntiavit* et proprie *iis* tribuebatur, *qui e Judæis et gentilibus ad Christianam religionem transierant.* Τὰ καινὰ *nova illa sentiendi et vivendi ratio, quam suadet et commendat religio Christiana.* 2 Cor. V, 17. *εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις* quicunque amplexus est religionem Christianam, is se totum ad Christi voluntatem componere debet; debet Χριστῷ ζῆν, ut v. 15. exprimitur. ibid. *γέγονε καινὰ τὰ πάντα* jam successit et valet emendatio animi et vitæ per religionem Christianam. Gal. VI, 15. *καινὴ κτίσις.* Ephes. II, 15. IV, 24. *καινὸς ἄνθρωπος.* Eodem modo apud Judæos, qui a cultu idololatrico ad veram religionem transierat, בְּרִיָּה חֲדָשָׁה vocabatur, docente *Schoettgenio* in Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 704. Nec dissimili plane ratione hac voce usus est *Æschines Socr.* Dial. III, §. 18. Vide etiam *Wetstenii N. T.* T. II, p. 244.

ΚΑΙΝΟ΄ΤΕΡΟΣ, α, ον, *recentior.* Comparativus a καινὸς, qui semel in N. T. legitur Act. XVII, 21. *τί καινότερον* aliquid, novo recentius, (collat. *Theophr.* Char. c. 8.) aut *aliquid novi*, ut comparativus sit positus pro positivo, ut νεώτερον apud *Eurip.* Orest. v. 1327. *τί δὲ νεώτερον λέγεις*; quid novi dicis?

ΚΑΙΝΟ΄ΤΗΣ, ητος, ἡ, *novitas, status novus et a priori diversus,* et ex adjuncto: *præstantia,* et speciatim: *immutatio sensuum animi, vitæ morum-*

que in melius, a καινὸς *novus*. Rom. VI, 4. ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν ut habeamus summam et præstantissimam felicitatem in cœlo. Alii reddunt: ut vitam novam et plane emendatam per religionem Christianam agamus; quam explicationem mihi certe series orationis, maxime comma 5. non admittere videtur, coll. 2 Tim. II, 11. Rom. VII, 6. Deum colimus ἐν καινότητι πνεύματος, h. e. vel animo, per religionem Christianam emendato, (confer, quæ supra ad καινὸς dicta sunt) vel ope religionis Christianæ, nuper introductæ. Sæpius in N. T. non legitur. Reperitur tamen hæc vox apud *Thucyd.* III, 38. μετὰ καινότητος λόγου. *Plutarch.* T. VIII, p. 214. ed. *Reiske* et in vers. Alex. Ezech. XLVII, 12.

ΚΑΊΠΕΡ, *etsi*, *quanquam*, *quamvis*. Conjunctio, composita ex καὶ et περ particula expletiva. Philipp. III, 4. καίπερ ἐγὼ ἔχων πεποίθησιν quanquam ego habeam fiduciam. Ita et legitur Hebr. V, 8. VII, 5. XII, 17. 2 Petri I, 12. Apoc. XVII, 8.

ΚΑΙΡΟ῎Σ, οῦ, ὁ, 1. *tempus idque opportunum et conveniens*, *quo aliquid fieri solet et debet*, *opportunitas temporis*, et ita differt proprie a χρόνος, quod *tempus quodvis* significat. Matth. XXI, 41. Joh. VII, 6. ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πάρεστι nondum mihi opportunum est Hierosolymam proficiscendi tempus. ibid. ὁ δὲ καιρὸς ὁ ὑμέτερος πάντοτέ ἐστι ἕτοιμος vobis autem nihil est, cur iter differatis. Galat. VI, 10. ὡς καιρὸν ἔχομεν cum opportunitate non destituamur, scilicet aliis benevolentiam nostram re ipsa declarandi. Ephes. V, 16. ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν diligenter utimini opportunitate hac ad vitam meliorem redeundi. *Eurip.* Orest. v. 698. Conf. etiam *D' Orville* ad Charitonem IV, c. 1. p. 419. ed. Lips. *Hemsterhusium* ad *Lucian. Dial. Mort.* IV, 1. ac *Hermotim.* c. 10. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 236. Apud Græcos Scriptores καιρὸς interdum latius patet et *quamcunque rei agendæ facultatem opportunam* notat: (*Thuc.* IV, 90. *Joseph.* A. J. XIII, 9. 3. ubi καιρὸς et ἀφορμὴ junguntur.) Quæ observatio, si recte video, lucem fœnerat loco Rom. XII, 11. τῷ καιρῷ δουλεύοντες tempori servite, h. e. opportunitate vobis oblata utamini. Sed sine dubio locus vitiosus est et κυρίῳ loco καιρῷ reponi debet.—*Hesych.* καιρός· χρόνος, ἢ τόπος καίριος.

2. *tempus certum*, *statutum et definitum*. Act. I, 7. χρόνοι καὶ καιροί, h. e. tempus certum et definitum. Χρόνοι καὶ καιροὶ junguntur in N. T. et SS. GG. (v. c. *Diog. Laërt.* in *Strat.* p. 343.) ut apud Chaldæos זְמַן וְעִדָּן, Daniel. VII, 12. apud Latinos *tempus et annus* et apud nos Zeit und Stunde *time and hour*. Interdum etiam pluralis καιροὶ pro singulari ponitur, v. c. Eph. I, 10. 1 Thess. V, 1. περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν ad ipsum tempus certum et definitum quod attinet. Eodem modo apud Hebræos זְמַן et עֵת usurpantur Eccles. III, 1. seq. Nehem. X, 34. Adde Daniel. II, 21. *Diod. Sic.* I, 41. Huc pertinet etiam formula κατὰ καιρὸν *suo tempore*, quæ legitur Rom. V, 6. Χριστὸς κατὰ καιρὸν ἀπέθανε Christus tempore, a Deo definito, mortuus est, respondens Hebraicæ formulæ בְּעֵת Ies. LX, 22. Job. V, 26. XXXVIII, 32. 21. Cf. *Hemsterhus.* ad *Lucian.* Dial. Mort. IV, c. 1. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 869. Interdum καιρὸς ita indefinite ponitur in N. T. ut tantum ex ope contextæ orationis intelligi possit, de quonam certo ac definito tempore sermo sit. Sic v. c. *vitæ humanæ spatium*, *quatenus tempore certo et a Deo definito absolvitur*, καιρὸς vocatur Act. XVII, 26. ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς definiens hominibus certa vitæ spatia. Galat. IV, 10. *festa*, *certis temporibus constituta*, καιροὶ vocantur, quod ipsum vocabulum Hebraico מוֹעֲדִים in versione Alexandrina respondet Levit. XXIII, 4. Num. IX, 3. 7. 13. De *tempore judicii extremi* καιρὸς usurpatur 1 Cor.

IV, 5. ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τὶ κρίνετε, ubi statim explicationis causa additur: ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος. Matth. XVI, 3. Marc. I, 15. *tempora Messiæ* καιροὶ κατ' ἐξοχήν dicuntur. Maxime autem memorabilis hanc in rem est locus Matth. XXVI, 18. ubi Christus verbis ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστιν ita usus est, ut post ὁ καιρός μου omissum sit τοῦ θανεῖν, tempus, morti meæ definitum, adest: nisi statuere velis, καιρὸν h. l. per metonymiam subjecti *afflictiones et calamitates* significare, *quæ certo tempore perferuntur*. Certe *Suidas* monet sub καιρός· καιροὺς ἡ γραφὴ καλεῖ τὰς συμφοράς. Conf. *Kypke* Obss. Sacr. T. I. p. 130. et meum Spicilegium II. Lexici Bieliani p. 94.

3. *anni tempus*. Huc pertinet, si lectio sana est. Marc. XI, 13. οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων non enim erat anni tempus, quo ficus maturæ fiunt. Alii tamen καιρὸς eo sensu sumunt, ut sit: *loci tractusque opportunitas* (Vid. *Thucyd.* IV, 54. extr. et ibi *Schol.* et cap. 98. *Liban. Or.* VI. p. 204. A. et *Or.* XI. p. 376. B.) et vertunt: neque enim erat tractus locusve ficuum ferax. Conf. *Nov. Obss. Miscell. Amstelod.* T. I. p. 64. et *Abresch. Lectt. Aristænet.* p. 17. Matth. XXI, 34. ὅτι δὲ ἤγγισε ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν appropinquante anni tempore, colligendis fructibus opportuno. Act. XIV, 17. καιροὺς καρποφόρους anni tempora, seu tempestates, ad fruges ferendas apta.

4. *tempus breve*, i. q. ὥρα. Luc. VIII, 13. πρὸς καιρὸν πιστεύειν non constantem esse in religione Christiana. 1 Cor. VII, 5. πρὸς καιρόν, i. q. πρὸς ὥραν. 2 Cor. VII, 8. et Gal. II, 5. 1 Thess. II, 17. πρὸς καιρὸν ὥρας ad breve tempus (*Theod.* πρὸς ὀλίγον) ubi alterutrum redundat. Eodem sensu formula ἕως καιροῦ occurrit Sirac. I, 23. et 24. Hinc adjectivum πρόσκαιρον notat: *quidquid per tempus breve durat, temporarium, non perenne.*

5. *tempus* in universum, aut *pars temporis*, sive *articulus* vel *momentum temporis*. Luc. XIX, 44. τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου. 1 Tim. II, 6. IV, 1. ἐν ὑστέροις καιροῖς. 2 Cor. VI, 2. καιρῷ δεκτῷ. Hebr. IX, 9. εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα. Ps. XXXVII, 19. ἐν καιρῷ πονηρῷ. 2 Macc. IV, 32. εἰληφέναι καιρὸν εὐφυῆ. ibid. VII, 20. μιᾶς ὑπὸ καιρὸν ἡμέρας.

6. *annus*. Apoc. XII, 14. καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ tres annos et dimidium (coll. v. 6. עִדָּן וְעִדָּנִין וּפְלַג עִדָּן Dan. VII, 25. XII, 7.) qui supra v. 6. diebus 1260. declarati fuerant. Καιροὶ enim h. l. sunt duo καιροί. Pluralis enim in numeralibus valet duo, instar dualis. Confer *Storr Obss. ad Analog. et Syntax. Hebr.* p. 96.

ΚΑΙΣΑΡ, ος, ὁ, *Cæsar*. Vox hæc primum fuit agnomen *Julii*, Dictatoris primum Romanæ reipublicæ, et postmodum, mutata imperii forma, primi Imperatoris et monarchæ. Nominis hujus cum regno hæres fuit *Augustus*, et omnes deinde, qui hunc insecuti sunt, principes Romani imperii summi, Cæsares fuere appellati, sicut iidem etiam Augusti dicuntur ab *Augusto*, *Julii Cæsaris* successore. In derivatione ipsius nominis dubii hærent viri docti. Alii Julium ita dictum esse putant a cæso matris mortuæ utero, quo prognatus esse dicitur. Sed ex *Sueton.* Jul. 26. et 73. Aug. 4. et 7. patet, matrem Aureliam ipsi quinquagenario adhuc superstitem fuisse. Alii a *cæsarie*, qua hic ornatus fuerit, hoc nomen derivant. Vide *Salmasium* de Cæsarie Virorum. Alii denique nomen Cæsaris ortum esse existimant ex Afrorum, seu linguæ Punicæ (*Constantinus Manasses* p. 71. Καίσαρες γὰρ ἐλέφαντες τοῖς Φοίνιξι καλοῦνται) vocabulo כְּשִׁירָא, quod interprete *Dionysio Vossio* proprie *tergum elephanti*, deinde vero etiam *scutum, ex corio elephanti confectum* significabat. In N. T. Cæsaris nomen tribuitur *Augusto*, Luc. II, 1. *Tiberio*, Luc. III, 1. *Claudio*, Act. XI, 28. *Albert.* Gloss. Gr. p. 39. Καίσαρος· κτήσεως ἀρχοντικῆς.

ΚΑΙΣΑ'ΡΕΙΑ, ας, ἡ, *Cæsarea.* Est nomen duarum urbium, quæ in N. T. commemorantur, quarum prior dicta est

1. *Cæsarea Palæstinæ*, etiam *Cæsarea* simpliciter. Urbs maritima Palæstinæ, in littore maris Mediterranei inter Joppen et Tyrum sita, olim, si *Plinio* H. N. V, 14. fides habenda, *Apollonia* dicta, deinde vero Πύργος seu *Turris Strabonis* appellata. Quum vero *Herodes Ascalonita*, pater Herodis tetrarchæ, eam instaurasset, in gratiam Cæsaris Augusti *Cæsaream* nominavit. Conf. *Joseph.* A. J. XV, 9. 6. Fuit urbs Palæstinæ celeberrima et metropolis totius regionis sedesque præsidum Romanorum. Memoratur Act. VIII, 40. IX, 30. X, 1. 24. XI, 11. XII, 19. etc. Conf. *Sam. Basnagium* in Exercitt. Antibaron. p. 369. seq. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 509.

2. Altera est *Cæsarea Philippi*, urbs Phœniciæ, sita ad radices montis Libani juxta fontem Jordanis. Olim *Lais* (לַיִשׁ Judd. XVIII, 27.) aut *Leschem* (לֶשֶׁם Jos. XIX, 47.) dicta fuisse perhibetur, deinde vero *Dan*, (דָּן Judd. XVIII, 29.) a Danitis, eam occupantibus, postea *Paneas*, vel juxta *Plin.* H. N. V, 15. *Peneas*, (non quidem a Panis simulacro, ut vult *Philostorgius* Hist. VII, c. 3. sed a monte Paneo, sub quo jacebat. Vide *Euseb.* H. E. VII. c. 17.) sed a *Philippo*, Iturææ tetrarcha, et Herodis M. filio, ampliata et in honorem Tiberii Cæsaris Cæsarea appellata fuit. *Joseph. A. J.* XVIII, 2. 1. Hanc, in Neronis honorem (*Joseph. A. J.* XX, 9. 4.) Νερωνιάδα postea Agrippa junior vocavit; hodie vero, desolata fere jacens, *Bellena* dicitur. Urbem hanc quondam fuisse splendidissimam et maxime populosam, tradit *Joh. Phocas* in Palæstina c. 30. p. 45. ἡ Φιλίππου Καισάρεια, πόλις μεγάλη, πολύανδρος, ἥτις περὶ τὸ χεῖλος τῆς Θαλάσσης ἵδρυται, ἐν ᾗ καὶ λιμὴν ὑπάρχει πάνυ Θαυμάσιος, τέχνῃ γεγονὼς ἀνθρωπίνῃ, δαψιλίᾳ χρημάτων ἡ τοῦ Ἡρώδου ἐπαρκέσασα χειρ τῇ τούτου κατασκευῇ. Mentio hujus Cæsareæ fit Matth. XVI, 13. et Marc. VIII, 27. Vide *Macknighti Comment. Harmon. in IV Evangelia* T. II. p. 531. seq. ed. *Ruckersfelder* et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 429.

ΚΑΙ'ΤΟΙ, 1. *quamvis, licet*, ex καὶ et τοι particula enclitica, quæ adverbiis et conjunctionibus addi solet.

2. *et tamen.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. IV, 3. καίτοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων et tamen (aut, ut alii reddere malunt: *jam vero*) opera Dei jam inde a creatione hujus universi absoluta sunt. Ita καίτοι usurpatur quoque apud *Demosth.* de Corona p. 248. ed. *Reiske*: καίτοι σύγ' ἔφησθά με ταῦτα λέγοντα κ. τ. λ. et tamen affirmavisti, me hoc orationis genere inimicitias istas conflare. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 397.

ΚΑΙ'ΤΟΙΓΕ, seu, ut etiam divisim scribitur, καί τοι γε. 1. *quanquam*, ex καὶ, τοι et γε particulis encliticis. Joh. IV, 2. Act. XIV, 17.

2. *atqui etiam.* Act. XVII, 27. καίτοιγε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα. atqui etiam facile ab unoquoque nostrum cognosci potest. Apud Græcos καίτοιγε *atqui* significare, docet locus *Platonis* in Phædro Tom. X. p. 310. ed. *Bipont.* καίτοιγε ᾠμην γε αὐτόν.

ΚΑΙ'Ω, fut. καύσω, vel καύσομαι, 1. proprie: *uro, exuro*, et passivum καίομαι *uror, comburor.* Joh. XV, 6. καὶ εἰς πῦρ βάλλουσι καὶ καίεται et igni datur cremandus. Apoc. XIX, 20. εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην. ibid. XXI, 8.

2. *accendo, incendo* et in passivo: *accendor* et ex adjuncto: *ardeo.* Matth. V, 15. καίουσι λύχνον accendunt candelam. Marc. IV, 21. μήτι ὁ λύχνος καίεται; num candela accenditur? Ita *urere* apud Latinos pro *accendere* positum reperitur apud *Virgil. Æn.* VII, 275. *Horat. Od.* I, 4. 7. et בָּעַר Exod. XXXV, 3. לֹא תְבַעֲרוּ אֵשׁ. *Xenoph.* Œcon. XVII, §. 3. καίειν πῦρ. *Aris-*

toph. Pace v. 1088. Epistola Jerem. v. 19. Hebr. XII, 18. κεκαυμένῳ πυρὶ qui ardere videbatur. Apoc. VIII, 8. collat. Exod. III, 2. Deut. IV, 11. Verba Pauli 1 Cor. XIII, 3. καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθήσωμαι, ita reddenda videntur: Si in torturam tradam corpus meum: nam torturæ genus erat apud veteres hoc, ut faces ardentes admoverentur corporibus maleficorum, ut faterentur scelera. Fortasse tamen καίειν h. l. in universum notionem *excruciandi et valde affligendi* habet.

3. metaphorice: καίεσθαι de *omni graviore animi commotione et affectu* usurpatur, sicut περικαίεσθαι de *commotione animi ad misericordiam*, (*Callim.* Hymn. in Delum v. 201. ubi vide *Ernesti;*) et *ad gaudium* (conf. *Abresch.* ad *Æschylum* p. 298.) dicitur. Luc. XXIV, 32. οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν; nonne summo solatio afficiebatur animus noster? Simili modo בָּעַר Ps. XXXIX, 4. usurpatur, et *incendere* apud *Cic. de Fin.* IV, 3. V, 19. *Brut.* 80.

4. Cum lucerna ardente, λύχνῳ καιομένῳ, eleganter comparatur Joh. V, 35. doctor insignis religionis, qui doctrinam suam longe lateque propagat et spargit, quemadmodum lucerna ardens lucem spargit. Sirac. XLVIII, 1. ἀνέστη Ἠλίας προφήτης ὡς πῦρ καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ὡς λαμπὰς ἐκαίετο.

ΚᾺΚΕΙ῀, pro καὶ ἐκεῖ, per concretionem atticam, qua duæ voces, quarum prior in vocalem desinit et posterior a vocali incipit, in unam coalescunt.

1. *et ibi, etiam ibi, et illic.* Matth. V, 23. κἀκεῖ μνησθῇς ibique recorderis. ibid. X, 11. XXVIII, 10. κἀκεῖ με ὄψονται. Marc. I, 35. 38. Joh. XI, 54. Alexandrini usi sunt Ruth. I, 17. pro וְשָׁם.

2. *et illuc.* Act. XVII, 13. ἦλθον κἀκεῖ σαλεύοντες τὸν ὄχλον.

ΚᾺΚΕΙ῀ΘΕΝ. Adverbium, pro καὶ ἐκεῖθεν, per eandem concretionem atticam, ut κἄπειτα, pro καὶ ἔπειτα.

1. *et illinc*, de loco. Marc. X, 1. Act. VII, 4. XIV, 26. XX, 15.

2. de tempore, *et inde, et ex eo tempore, tunc, deinceps.* Act. XIII, 21. — Alexandrini pro וּמִשָּׁם, 2 Regg. II, 25.

ΚᾺΚΕΙ῀ΝΟΣ, ίνη, εῖνο, *et ille, etiam ille*, pro καὶ ἐκεῖνος, per eandem concretionem atticam. Matth. XV, 18. XX, 4. XXIII, 23. Luc. XX, 11. Joh. VII, 29. XIV, 12. Pro גַּם־לָהֶם Ies. LVII, 6. habent Alexandrini κἀκείνοις. Interdum vertere possis *tum ille.* Luc. XXII, 12.

ΚΑΚΊΑ, ας, ἡ, quod apud Græcos haud raro de *ignavia ejus* dicitur, *qui periculum subterfugit contra officium, Xenoph.* de Rep. Laced. IX, 2. et speciatim de *militibus* usurpatur, ut infra ad κακὸς demonstrabitur, in N. T. libris

1. *malignitatem animi nocendique cupiditatem*, seu, ut verbis *Ciceronis* (Tuscul. Quæst. IV, 15.) utar, *consuetudinem alteri nocendi* notat. Sic legitur Rom. I, 29. πλεονεξίᾳ, κακίᾳ. Ephes. IV, 31. Col. III, 8. Tit. III, 3. 1 Petr. II, 1. coll. Prov. I, 16. *Suid.* κακία ἐστὶν ἡ τοῦ κακῶσαι τὸν πέλας σπουδὴ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ. Hinc

2. *omnem vitiositatem animique perversitatem* significat, *quocunque modo se exserentem.* Act. VIII, 22. μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης descisce igitur ab hac impietate tua. 1 Petr. II, 16. Jac. I, 21. 1 Cor. V, 8. κακία καὶ πονηρία.

3. *vexatio, ærumna, molestia, afflictio*, i. q. κάκωσις. Matth. VI, 34. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς sufficiat, ut suo quæque dies vitio laboret, (*Hieronym.* Ep. 147. ad *Amandum*) seu, ut sua cuique diei afflictio, molestia et ærumna sit. Hæc significatio Hebraismum sapit. Nam רָעָה non solum de *malitia et vitiositate*, sed etiam de *vexatione quavis et malo quocunque* usurpatur. Eccles. V, 14. XII, 1.

Amos III, 6. 1 Regg. XXI, 28. 1 Macc. VII, 23. X, 46. Conf. *Vorstii* Philol. S. p. 807. seq. ed. *Fischeri*. Sed tamen κακία apud *Thucyd.* III. c. 58. τῇ ἡδονῇ opponitur: ἡδονὴν δόντας ἄλλοις, κακίαν αὐτοὺς ἀντιλαβεῖν.

ΚΑΚΟΗ΄ΘΕΙΑ, ας, ἡ, *omnis prava agendi consuetudo, malignitas, ingenii et morum pravitas.* Compositum est ex κακὸς *malus* et ἦθος *mos, consuetudo. Hesych.* κακοηθείας· κακοτροπίας. Idem κακοήθης· κακότροπος. Semel legitur in N. T. Rom. I, 29. ubi tamen κακοήθεια, rectius, ut videtur, non de *omni prava consuetudine*, sed de *ea animi vitiositate, quæ in partem deteriorem omnia interpretari, suspicionem de aliis habere et aliis insidiari solet, de malignitate, malevolentia*, accipi debet, ut adeo opponatur τῇ εὐηθείᾳ *integritati, candori.* Certe *Vulgatus* reddidit: *malignitate*, et *Syrus* magis definite habet: ܘܡܚܫܒܬܐ ܒܝܫܬܐ *et cogitationibus malis. Aristoteles* lib. II. Rhetor. vitium κακοηθείας senibus tribuit, qui, quæ sunt aliorum, in pejus interpretari solent. Conf. etiam *Polyb.* V, c. 50. 5. Addit. Esther. VIII, 16. 3 Macc. III, 22. VII, 3. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 27. et *Kypke* Obss. Sacr. T. II. p. 155. Adverbium κακοήθως vide apud *Joseph.* A. J. IV, 2. p. 196. ed. *Haverc.*

ΚΑΚΟΛΟΓΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *maledico*, sive *mala imprecando* sive *male de aliquo loquendo, calumniando et conviciis proscindendo*, ex κακὸς *malus* et λέγω *dico, loquor.* Respondet Hebraico קִלֵּל Exod. XXI, 17. coll. Levit. XX, 9. 1 Sam. III, 13. Marc. IX, 39. καὶ δυνήσεται ταχὺ κακολογῆσαί με et illico possit contemtim et contumeliose de me loqui. Act. XIX, 9. κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν impie de religione Christiana loquentes. 2 Maccab. IV, 1.

2. significat omnino: *male tractare et habere aliquem*, sive *verbis fiat*, sive *factis, non præstare alteri debita officia.* Matth. XV, 4. ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα qui patrem, aut matrem male tractaverit. Marc. VII, 10. In utroque loco opponitur τῷ τιμᾷν, ut קִלֵּל τῷ כַּבֵּד, Exod. XX, 12. Deut. XXVII, 16.

ΚΑΚΟΠΑ΄ΘΕΙΑ, είας, ἡ, 1. proprie: *afflictio, ærumna, vexatio, passio*, seu *perpessio malorum et adversorum*, a κακοπαθὴς *ærumnosus*, quod est ex κακὸς *malus* et πάθος *passio.* Sic apud Græcos Scriptores κακοπάθεια legitur de *laboribus* et *molestiis, quas agricolæ in agris colendis*, (*Diod. Sic.* I. c. 36.) *milites in bello* (ibid. II, c. 1.) *et viatores in itinere* (ibid I, 4.) *perferunt. Demosthen.* p. 1412. 25. ed. *Reiske*: πολλὰς ὑπομένειν κακοπαθείας et ibid. 1471. 18. τὴν κακοπάθειαν τῷ σώματι ὑπενεγκεῖν. Alex. pro תְּלָאָה *labor, molestia.* Malach. I, 13. *Suid.* κακοπάθεια· ταλαιπωρία. *Hesych.* μοχθηρία.

2. *tolerantia malorum et laborum æquo et tranquillo animo*, i. q. ὑπομονὴ et μακροθυμία, cum quo permutatur Jacob. V, 10. ὑπόδειγμα λάβετε τῆς κακοπαθείας καὶ τῆς μακροθυμίας τοὺς προφήτας exempla tolerantiæ et constantiæ in adversis sustinendis præbeant vobis prophetæ. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΚΟΠΑΘΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *mala patior et sustineo, suffero labores, affligor, tolero*, ab iisdem. Verbum proprium de athletis aut militibus qui itinera longiora facere, sitimque, famem et vigilias perferre coguntur. *Joseph.* de B. J. I. 7. 4. et 8. 1. Adde *Ælian.* V. H. II, 28. *Herodian.* VIII, 7. *Polyæn.* VII, 25. p. 656. *Zosim.* III, 28. p. 323. Sic legitur in N. T. 2 Tim. II, 9. ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δέσμῶν cujus causa ego mala suffero usque ad vincula. Jacob. V, 13. κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν mala patitur aliquis inter vos. Alexandrini pro עָמַל Jon. IV, 10. *Symmach.* Ps. CXXVI, 2.

2. *æquo animo et constanter perfero molestias et calamitates.* 2 Timoth. II. 3. σὺ οὖν κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώ-

της Ἰησοῦ Χριστοῦ et ibid. IV, 5. brevius κακοπάθησον. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΚΟΠΟΙΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. *injuriam alteri facio, damno afficio, lædo, noceo*, ex κακὸν *injuria* et ποιέω *facio*. Opponitur τῷ ἀγαθοποιέω *beneficiis afficio*, v. c. Marc. III, 4. ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι; licetne sabbatis benevolentiam erga alios exercere aut negligere? Luc. VI, 9. In hac vero significatione frequentissime in versione Alexandrina, ubi non solum pro הֵרַע, Genes. XXXI, 7. XLIII, 6. 1 Sam. XXV, 34. et עָשָׂה רָע, Genes. XXXI, 29. sed etiam pro Chaldaico נְזַק *læsit, damno affecit*, Ezra IV, 13. usurpatur. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 8. 7. *Memor.* III, 5. 26.

2. in genere: *male et impie ago, malefacio*, quemadmodum e contrario ἀγαθοποιεῖν etiam *recte et honeste agere* significat, ut supra vidimus. 1 Petr. III, 17. κρεῖττον γὰρ ἀγαθοποιοῦντας πάσχειν, ἢ κακοποιοῦντας melius est, vos innocentes, quam sontes mala perferre. 3 Joh. v. 11. ὁ κακοποιῶν οὐχ' ἑώρακε τὸν Θεὸν impius alienus est a vera Dei cognitione et amore. *Xenoph. Œcon.* 3. 11. Sæpius non reperitur in N. T.

ΚΑΚΟΠΟΙΌΣ, οῦ, ὁ, ἡ, in N. T. non tam *improbus, vitiosus*, quam potius *facinorosus, maleficus, sceleris non vulgaris reus* dicitur; ex eodem themate. Joh. XVIII, 30. εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιὸς nisi e legibus nostris malefícus esset. 1 Petr. II, 12. ἐν ᾧ καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν qui jam vos calumniantur tanquam maleficos. ibid. v. 14. εἰς ἐκδίκησιν μὲν κακοποιῶν. ibid. III, 16. IV, 15. *Polyb.* XV, 25. 1. *Plutarch.* T. X, p. 212. ed. *Reiske.* Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΚΌΣ, ἡ, ὸν, 1. proprie apud Græcos: *ignavus, piger, timidus omninoque omnis, qui muneri et officio suo vel plane non, vel certe non omni ex parte satisfacit* (*Xen.* Mem. III, 1, 9.) et maxime de *milite* usurpatur, *qui periculum subterfugit contra officium. Etym. M.* κακός· ἐπὶ τοῦ δειλοῦ, ὁ ὑποχωρῶν καὶ φεύγων. *Xenoph.* Anab. II, 6. 17. ὡς ἐν πολέμῳ κακῶν. *Eurip.* Phœn. 1022. *Homer.* Odyss. κ'. v. 375. Iliad μ'. 279. Huc equidem e N. T. libris referrem loca Matth. XXI, 41. κακοὺς γεωργοὺς et XXIV, 48. ὁ κακὸς δοῦλος, qua formula multi *servum, viliori pretio emtum*, indicari opinantur, ducti fortasse auctoritate auctoris *Etym. M.* κακός· καὶ τὸν εὐτελῆ.

2. *noxius, malignus, malevolus, qui aliis nocendi cupiditate ducitur.* Sic Tit. I, 12. Cretenses κακὰ θηρία feræ noxiæ vocantur ab Epimenide, ob hanc ipsam in alios crudelitatem et nocendi cupiditatem. Conf. *Kypke Obss. Sacr.* T. II, p. 379. Hinc τὸ κακὸν, substantive sumtum, ita, ut subintelligatur τὸ πρᾶγμα *vim, injuriam, quæ alteri infertur*, significat, etiam interdum *contumeliam.* Rom. XII, 17. μηδενὶ κακὸν ἀντὶ τοῦ κακοῦ ἀποδόντες nolite ulcisci injuriam, vobis illatam, i. q. v. 19. μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες. ib. v. 21. μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν ne vincat te injuria, ab aliis illata, potius injuriosos beneficiis vince. 1 Cor. XIII, 5. οὐ λογίζεται τὸ κακόν. Cf. infra sub λογίζομαι. 1 Thess. V, 15. μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινὶ ἀποδῷ. 1 Petr. III, 9. Joh. XVIII, 23. μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ demonstra mihi, in quo sit hæc contumelia. *Eurip. Phœn.* v. 477. κακῶν δὲ τῶν πρὶν μηδενὸς μνείαν ἔχειν pristinarum injuriarum non amplius memorem esse.

3. *impius, vitiosus, scelestus, flagitiosus, sceleris non vulgaris reus.* Apoc. II, 2. οὐ δύνῃ βαστάσαι κακοὺς non potes perferre *scelestos.* Nec tamen repugnarem, si quis h. l. κακοὺς de *falsis et spuriis doctoribus*, partim ob sequentia, partim ob locum Phil. III, 2. explicare mallet. Marc. VII, 21. οἱ διαλογισμοὶ οἱ κακοί. 1 Cor. XV, 33. ὁμιλίαι κακαί. Coloss. III, 5. ἐπιθυμίαν κακήν. Τὸ κακὸν *crimen, scelus insigne, facinus, morte dignum*, Matth. XXVII, 23. τί γὰρ κακὸν ἐποίησε; quid autem morte dig-

num commisit? Marc. XV, 14. Luc. XXIII, 22. Act. XXIII, 9. Rom. XIII, 4. *propensio animi ad peccatum, peccandi libido*, Rom. VII, 21. *vitiositas, perversitas* et *peccatum*, Rom. I, 30. II, 9. III, 8. VII, 19. IX, 11. XVI, 19. 2 Cor. V, 10. Jacob. I, 13. 1 Petr. III, 10. 11. 3 Joh. v. 11.

4. *infaustus, perniciosus, adversus, malus, molestus*, et τὸ κακὸν *malum, adversum, noxium, calamitosum, miseria, afflictio*. Luc. XVI, 25. Λάζαρος τὰ κακὰ ἀπέλαβεν Lazarus multa adversa perpessus est. Act. IX, 13. ὅσα κακὰ ἐποίησεν quam graviter afflixerit Christianos. ibid. XVI, 28. μηδὲν πράξῃς σεαυτῷ κακὸν noli tibi vim inferre, seu te necare. ibid. XXVIII, 5. ἔπαθεν οὐδὲν κακὸν nil mali passus est. Apoc. XVI, 2. ἕλκος κακὸν καὶ πονηρὸν ulcus malum et noxium. Huc etiam referrem 1 Tim. VI, 10. ubi τὰ κακὰ non solum vitia et peccata, sed etiam ipsa mala et incommoda significare videntur, quæ ex pravis cupiditatibus oriuntur. In vers. Alex. τὰ κακὰ Hebraico רָעָה respondet Ies. XLVI, 7. Jer. XIV, 8. XVI, 19. *Eurip. Phœn.* 1534. seq. κακῶν τοσῶνδε τοιάδ' ἄχεα φανερά. ibid. v. 1590. *Hesych.* κακοί· δυστυχεῖς, κακοδαίμονες.

5. *falsus*. Phil. III, 2. βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας cavete vobis a falsis doctoribus.

ΚΑΚΟΥ̂ΡΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, contracte pro κακόεργος (ex κακὸν *malum* et ἔργον *opus*) in universum dicitur, *qui variis artibus ac viis aliis nocet. Hesych.* κακοῦργος· δόλιος, κακὰ ἐργαζόμενος. Unde κακουργία de *damno, quod hosti infertur*, adhibetur a *Xenoph. Cyrop.* I, 6. 19. et κακουργεῖν est synonymum τοῦ ἀδικεῖν ac *vexare, nocere* notat apud eundem de *Re Equestri* VI, 5. 6. et *Mag. Equit.* VIII, 1. 14. Speciatim vero κακοῦργοι dicebantur *malefici, publicis flagitiis insignes et ad infames pœnas damnandi*, maxime *fures, latrones*, (*Ælian. V. H.* III, 44. *Herodian.* I, 10. 2.) *sicarii, piratæ* etc. *Suid.* κακοῦργοι· οἱ λῃσταί, οἱ ἐνεδρευταί. Sic legitur in N. T. Luc. XXIII, 32. δύο κακοῦργοι, coll. Marc. XV, 27. δύο λῃστάς. ibid. v. 33. 39. 2 Tim. II, 9. ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος. *Demosthen.* p. 732. ed. *Reiske:* τοῖς κακούργοις, τοῖς πατραλοίαις, τοῖς ἀστρατεύτοις. In versione Alex. τῷ רֵע Eccles. VIII, 12. et פֹּעַל אָוֶן Prov. XXI. 15. respondet. Conf. etiam *Symmach.* fragmenta Ps. XXXVI, 1. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 816.

ΚΑΚΟΥΧΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *male habeo, male tracto aliquem, vexo*. Passivum κακουχέομαι *affligor, male vexor*, ex κακῶς *male* et ἔχω *habeo*. In N. T. bis tantum legitur Hebr. XI, 37. κακουχούμενοι et XIII, 3. In utroque loco de afflictis quocunque mali genere sermo est. 1 Regg. II, 26. וְכִי הִתְעַנִּיתָ בְּכֹל אֲשֶׁר־הִתְעַנָּה אָבִי Alex. καὶ ὅτι ἐκακουχήθης ἐν πᾶσιν οἷς ἐκακουχήθη ὁ πατήρ μου. ibid. XI, 39. Pro eadem voce legitur quoque apud *Aquilam* Exod. XXII, 22. Job. XXXVII, 23. Æque late patet substantivum κακουχία, quod de *omnibus malis et incommodis, quibus aliquis premitur*, pro Hebraico עֳנִי Ps. IX, 10. et Deut. XVI, 3. in *Aquilæ* reliquiis et Ps. XLIII, 25. in fragmentis *Symmachi* reperitur.

ΚΑΚΌΩ, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *corrumpo, deterius reddo, physice vitio. Theophrast. Hist. Plant.* I, c. 15. ἐπεὶ καὶ τὸ πήγανον κακοῦται καὶ ἀλλάττεται.

2. *male tracto, affligo, vexo, malum alicui infero*, et omnino de *iis* usurpatur, *qui omnis generis injuria aliquem afficiunt*. Sirac. VII, 20. *Thucyd.* I, 33. *Herodian.* VI, 6. 12. Sic de Ægyptiis, Israëlitas servitute prementibus, legitur Act. VII, 6. καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια et vexabunt per quadraginta annos. ibid. v. 19. de Pharaone, ἐκάκωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν. ibid. XII, 1. ubi *Vulgatus* per *affligere* reddidit. ib. XVIII, 10. 1 Petr. III, 13. Alexandrini pro הָרַע

Exod. V, 22. 23. Num. XI, 11. XVI, 15. et עִנָּה Exod. I, 11. Num. XXIV, 24. Formula, κακοῦν τὴν ψυχήν τινος *exacerbare aliquem, provocare aliquem ad iram et indignationem*, i. q. παροργίζειν, legitur Act. XIV, 2. καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν. *Vulgatus:* et ad iracundiam concitaverunt animos gentium (contra Christianos). Eodem modo κακοῦν, nude positum, usurpatur apud *Joseph. A. J.* XVI, 1. 2. κακοῦν ἐδύναντο, καὶ τῆς εὐνοίας ἧς εἶχεν εἰς τοὺς παῖδας ἀφαιρεῖν. ibid. 7. 3. et 8. 2. Ps. CVI, 32. ἐκακώθη Μωυσῆς δι' αὐτούς. *Pollux Onom.* III, 47. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΚΩ῀Σ. Adverbium a κακὸς *malus*. Notat

1. *male, misere, moleste*, naturaliter et physice, et speciatim de *male affectis corpore* adhibetur, et *adversa valetudine utentibus*, de quibus etiam κακοῦσθαι apud medicos Græcos usurpari, exempla docent a *Foësio Œcon. Hipp.* p. 184. allata. Sic autem usurpatur maxime in formula κακῶς ἔχειν, quæ non solum reperitur Matth. IV, 24. πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, scil. ἑαυτούς, omnes, qui se male habent, h. e. ægrotos, ibid. VIII, 16. IX, 12. XIV, 35. Marc. I, 32. 34. II, 17. VI, 55. Luc. V, 31. VII, 2. sed etiam in Græcorum libris, v. c. *Ælian. H. A.* XI, 34. κακῶς εἶχε, καὶ ἐπίδοξος τεθνήξεσθαι ἦν. *Theophr. Char.* 13. fin. Adde Ezech. XXXIV, 4. Conf. *D. W. Trilleri* Tr. de *Vespertina morborum exacerbatione* p. 103. Similis formula est κακῶς πάσχειν, quæ Matth. XVII, 15. de dæmoniaco adhibetur. *Polyb.* III, 90. X, 36. *Aristoph. Plut.* 901. *Homer. Od.* π'. 274.

2. *valde, graviter*. Matth. XV, 22. ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται filia meæ male a dæmone vexatur. Codex Basileensis et *Origenes* loco κακῶς habent δεινῶς, quod glossema sapit. ibid. XXI, 41. κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς malos male perdet. *Aristoph. Plut.* v. 65. εἰ μὴ φράσεις γὰρ, ἀπό σ' ὀλῶ κακὸν κακῶς. ibid. v. 418. et 880. *Joseph. A. J.* II, 14. 2. ὑφ' ὧν κακοὶ κακῶς ἀπώλλυντο. *Sophocl. Ajax Flag.* v. 1409. κακοὺς κακῶς φθείρειαν. Alia loca dedit *El. Palairet.* in *Obss. Philol. et Crit.* p. 65. *J. H. Maius Obss. Sacr.* Lib. I. p. 68. et *Wakefield* in *Silva Critica* P. II. p. 52. Eodem modo *male* pro *valde* apud *Cic. Attic.* XIV, 50. legitur.

3. *contumeliose, irreverenter, improbe, perperam*. Joh. XVIII, 23. εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ proba, me irreverenter locutum esse. Act. XXIII, 5. ubi ἐρεῖν κακῶς est i. q. λοιδορεῖν v. 4. Conf. Exod. XXII, 28. Levit. XIX, 14. XX, 9. Jacob. IV, 3. κακῶς αἰτεῖσθε male petitis, h. e. voluntati divinæ non convenienter.

ΚΆΚΩΣΙΣ, εως, ἡ, *afflictio, vexatio, miseria, qua aliquis afficitur, injuria, quæ alicui infertur*, a κακόω, quod vide. Semel legitur in N. T. Act. VII, 34. ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου ἐν Αἰγύπτῳ haud ignoro populi mei afflictionem in Ægypto. *Thucyd.* VII, 82. τεταλαιπωρημένους τοῖς τε τραύμασι καὶ τῇ ἄλλῃ κακώσει. Conf. *Bergler.* ad *Alciphron.* Epp. I, 6. p. 27. Alexandrini posuerunt pro עֳנִי, Exod. III, 7. 17. Adde Ps. XVIII, 18. XLIV, 19. Sirac. XI, 27. *Hesych.* κάκωσις· ταπείνωσις, δείνωσις.

ΚΑΛΆΜΗ, ης, ἡ, *frumenti calamus, stipula, stramen, culmus*, a κάλαμος, quod vide. *Suid.* καλάμη· ὁ στάχυς τοῦ σίτου. *Hesych.* ἔστι γὰρ καλάμη κυρίως τὸ ξυλῶδες τῶν σταχύων, ἢ τὰ ἐκ τῶν ἀλοητῶν λείψανα, ἐξ ὧν περισσευμάτων ἐστὶ γνῶναι, πόσος ἦν ὁ καρπός. *Schol. Theocrit. Idyll.* V, 7. καλάμη· τὸ καταλειπόμενον ἢ περιλειπόμενον ἐκ τοῦ θεριζομένου σίτου καλαμῶδες, καὶ τῆς κριθῆς. In versione Alex. respondet Hebraico קַשׁ, Exod. V, 12. XV, 7. Ies. V, 24. Conf. *Salmasii Exercitt. Plin.* p. 832. Semel legitur in N. T. 1 Cor. III, 11. ubi tamen metaphorice doctrinam vanam et inutilem significat. Vide

Wetstenii N. T. T. II. p. 110. et *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΚΑ΄ΛΑΜΟΣ, άμου, ὁ, 1. proprie: *calamus, arundo*, et dicitur partim de *frumenti calamo*, partim de *aquatico frutice, omnibus noto. Hesych.* κάλαμος· καυλὸς τοῦ σίτου. De frutice aquatico, arundine gracili, quæ vel levi agitatur aura et facile frangitur, legitur Matth. XI, 7. κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον, ubi tamen pro re leviore quacunque et nullius momenti usurpatur æque ac Luc. VII, 24. Non enim audiendi sunt, qui in utroque loco arundinem symbolum hominis inconstantis, levis, et fide dubii esse arbitrantur. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 380.

2. per metonymiam: *baculus, ex arundine sativa factus, scipio*, qualem imperantes et proceres manibus gestare solebant pro insigni majestatis. Conf. interpretes ad *Theophr. Char.* cap. 5. Matth. XXVII, 29. καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ et baculum ex arundine dant ad manum. ib. v. 30. et Marc. XV, 19. De baculo, ex arundine sativa facto, non vero de calamo aromatico cum *Ludov. de Dieu* (in Notis ad Johannem c. 19.) hanc vocem nostram explicarem quoque in locis Matth. XXVII, 48. et Marc. XV, 36. ubi milites, Christum crucifixum aceto potaturi, καλάμῳ usi esse narrantur. Ita קָנֶה 2 Regg. XVIII, 21. Ies. XXXVI, 6. Ezech. XXIX, 6. Conf. *Olai Celsii Hierobot.* P. II. p. 312.

3. per metonymiam: *arundo, seu baculus ex arundine, ad usum metiendi accommodatus, calamus mensorius, virga geometrica.* Apoc. XI, 1. καὶ ἐδόθη μοι κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ. ibid. XXI, 15. εἶχε μέτρον κάλαμον χρυσοῦν, et v. 16. καὶ ἐμέτρησε τὴν πόλιν τῷ καλάμῳ. Ezech. XL, 5. καὶ ἐν τῇ χειρὶ τοῦ ἀνδρὸς κάλαμος, τὸ μέτρον πηχῶν ἓξ ἐν πήχει καὶ παλαιστῇ. Notat auctor *Etym. M.* in mensuris καλαμίδα fuisse. Καλαμίδας· τὰς νῦν λεγομένας ὠλένας. ἐπεὶ ἀπὸ καλάμων γίνεται.

4. *calamus scriptorius, arundo scriptoria*, ein Schreib-Rohr *a writing-reed*, non *penna scriptoria*, ut vulgo vertitur, præeunte *Luthero.* Non omnes tamen arundines faciendis calamis scriptoriis apti erant, sed, ut tradit *Plinius H. N.* XVII, c. 14. chartis serviunt calami, Ægyptii maxime, cognatione quadam papyri. Sic autem legitur in N. T. 3 Ep. Joh. v. 13. multa habui tibi scribere, sed nolui per atramentum καὶ καλάμου scribere tibi. In versione Alex. σχοῖνος *juncus* scribendi quoque instrumentum est. Jerem. VIII, 8. quo in loco κάλαμος Hebraico עֵט *stilus* respondet. Ps. XLV, 1. ubi in Syriaca versione ܩܠܡܘܣ (quod est ab Hebraico קָנֶה *arundo*, unde Latinum *canna*) legitur. Sic etiam *calamus* usurpatur apud *Martial.* VII, 10. *Cic.* ad *Attic.* VI, 8. et *arundo* apud *Persium* III, 10. Adde *Coran. Sur.* XXXI, 26. LXVIII, 1. et XCVI, 3. 4. 5. *Thom. M.* κάλαμος· ἐπὶ γραφίδος, οὐ δόναξ. Conf. *Schwarzium* de *Ornamentis Librorum* p. 213. ed. *Leuschner.* et *C. B. Michaëlis* D. *Naturalia quædam et artificialia Codicis S. ex Alcorano illustrantem* p. 21.

5. metaphorice usurpatur Matth. XII, 20. ubi κάλαμος συντετριμμένος est symbolum hominis imbecillis et exigua intelligendi facultate præditi. Hebraice קָנֶה רָצוּץ Ies. XLII, 3.

ΚΑΛΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω vel έσω, 1. *voco, nomino, nomine insignio, appello. Phavor.* καλεῖν· τὸ ὀνομάζειν. Matth. II, 23. ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. ibid. XXVII, 8. Apoc. XIX, 13. *Thucyd.* VI, 2. *Herod.* I, 6. Formula: καλεῖσθαι ἔν τινι *ab aliquo nomen accipere* notat. Rom. IX, 7. ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα posteri tui Isaacidæ vocabuntur, h. e. coll. v. 8. Isaacidæ veri erunt posteri tui. Ita נִקְרָא sequente ב Genes. XXI, 12.—Præcedente aut sequente voce ὄνομα, haud raro per *imponere, indere* reddi potest, v. c. Matth. I, 21. 23. καλέ-

σουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Luc. I, 13. 31. II, 21. τὸ ὄνομα τὸ κληθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου nomen, quod jam illi imposuerat angelus. Genes. XVI, 11. καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσραήλ. ibid. XVII, 19. *Plato Polit.* p. 179. C. τὸ μὲν ὄνομα ἱμάτια ἐκαλέσαμεν. Idem in *Cratylo* p. 258. *Eurip. Ion.* 74. Vide et *Georgii Vindic. N. T. ab Hebraismis* III, c. 3. §. 10. p. 270. et *Wolf.* in *Curis Philol.* ad Matth. I, 19.

2. *cognomino, cognomen impono.* Καλέομαι *cognominor, cognomen habeo*, i. q. ἐπικαλέομαι. Luc. VIII, 2. Μαρία ἡ καλουμένη Μαγδαληνή. 1 Macc. II, 3. Σίμων ὁ καλούμενος Θασσί. Paulo ante Ἰωάννης ὁ ἐπικαλούμενος Ἰαδδίς. 2 Macc. X, 12.

3. *advoco, voco ad me, arcesso.* Matth. II, 7. λάθρα καλέσας τοὺς μάγους clam accersitis magis. Interdum æque commode per *convocare* reddi potest, ut sit idem, quod συγκαλεῖν. Matth. XX, 8. κάλεσον τοὺς ἐργάτας jussit convocare operarios. ibid. XXV, 14. ἐκάλεσεν τοὺς ἰδίους δούλους. Luc. XIX, 13. Certe Alexandrini non solum τὸ קָרָא Exod. VII, 11. per συγκαλεῖν reddiderunt, sed etiam καλεῖν pro הִזְעִיק *convocavit*, Judd. IV, 13. posuerunt. *Xenoph. Anab.* I, 3, 4.

4. sensu forensi: *cito, evoco, provoco*, nostrum: vorladen, vorbescheiden *to cite, to assign.* Act. IV, 18. καὶ καλέσαντες αὐτούς. ibid. XXIV, 2. κληθέντος δὲ αὐτοῦ evocato Tertullo. Sic et aliquoties apud *Demosthenem*, v. c. p. 1324. l. 12. et 1336. l. 10. ed. *Reiske.*

5. *evoco*, nostrum: aus einem Orte heraus rufen *to call out of a place*, et ex adjuncto: *jubeo aliquem discedere*, seu *relinquere locum*, Matth. II, 15. ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου ex Ægypto evocavi filium meum. Joh. X, 3. καὶ τὰ ἴδια πρόβατα καλεῖ κατ' ὄνομα καὶ ἐξάγει αὐτά et evocat eas nominatim et adducit ad pascua. Hebr. XI, 8. καλούμενος Ἀβραὰμ migrare jussus Abrahamus.

6. *invito ad aliquid, offero*, ad imitationem Hebraici קָרָא, quod de *omni genere bonorum eorumque oblatione ac destinatione* usurpatur. Speciatim vero de *iis* usurpatur, *qui ad cœnam et convivium invitantur*; unde οἱ κεκλημένοι *convivæ* dicuntur. Matth. XXII, 3. καλέσαι τοὺς κεκλημένους εἰς γάμους ad invitandos hospites. ibid. v. 8. οἱ κεκλημένοι οὐκ ἦσαν ἄξιοι sed non digni erant hospites. ibid. v. 9. Luc. VII, 39. ὁ καλέσας αὐτόν. Codex Cantabrig. παρ' ᾧ κατέκειτο e glossemate. ibid. XIV, 7. 8. 9. 10. 13. 17. 24. Joh. II, 2. 1 Cor. X, 27. εἰ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων si vos ad epulas sacrificales invitat gentilis. *Xenoph. Mem.* II, 9. 4. *Anthol.* I, 79. 1. Eodem sensu Hebraicum קָרָא, usurpatur Esther. V, 12. 1 Sam. IX, 13. 22. et apud Latinos *vocare* (*Cic. Ep.* IX, 20. *pro Muræna* 34. *Sueton. Calig.* 39. Vide *Vechneri Hellenolexiam* I, 2. 3. p. 127.) æque ac apud *Homerum* παρακαλεῖν et apud *Athenæum* κλῆσιν ποιεῖσθαι adhiberi, docuit *Fesselius* in *Adversariis Sacris* Lib. IV, c. 3. §. 9. et *Rittershus.* ad *Oppian.* p. 270. Conf. supra sub ἀντικαλέω et infra sub φωνέω.

7. Κατ' ἐξοχὴν *Deus* et *Christus* καλεῖν homines dicitur, *quando hominibus non solum religionem et felicitatem Christianam offert, sed etiam vere confert.* Marc. II, 17. Luc. V, 32. οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους. Rom. VIII, 30. τούτους καὶ ἐκάλεσε hos etiam institui curavit in religione Christiana. ibid. IX, 11. ἐκ τοῦ καλοῦντος sed ex benignitate Dei, qui homines ad felicitatem per religionem Christianam invitavit. ibid. v. 24. 1 Cor. I, 9. δι' οὗ ἐκλήθητε per quem adducti estis. ibid. VII, 15. ἐν εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς Deus nos ideo ad religionem Christianam perduxit, ut concordiam coleremus. ibid. v. 18. Galat. I, 6. V, 8. 13. Ephes. IV, 1. 4. καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν quemadmodum et vobis, ad religionem Christianam adductis, facta est

unius ejusdemque felicitatis spes. Coloss. III, 15. 1 Thess. II, 12. IV, 7. V, 24. 2 Thess. II, 14. 1 Tim. VI, 12. 2 Tim. I, 9. Hebr. IX, 15. 1 Petr. I, 15. II, 9. 21. III, 9. V, 10. 2 Petr. I, 3. Sic etiam intelligendum est hoc verbum in notissimo illo loco Matth. XX, 16. πολλοί εἰσι κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί multis quidem offertur felicitas Christiana, sed pauci ea potiuntur.

8. *voco ad officium, eligo, constituo aliquem ad munus.* Matth. IV, 21. καὶ ἐκάλεσεν αὐτούς, coll. v. 19. καὶ λέγει αὐτοῖς, δεῦτε ὀπίσω μου. Marc. I, 20. Galat. I, 15. καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ et me pro summa sua benevolentia apostolum constituit. Hebr. V, 4. καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ nisi ab ipso Deo electus. Καλεῖν τινὰ dicitur etiam Deus, *quatenus homini in hac vita sortem aliquam et conditionem assignat*, i. q. μερίζειν, cum quo permutatur 1 Cor. VII, 17. ἕκαστον ὡς κέκληκεν ὁ Κύριος, οὕτω περιπατείτω, coll. v. 20. et 24.

9. Καλεῖν Deus dicitur, *quando aliquid voluntate sua potentissima efficit ac jubet esse.* Rom. IV, 17. καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα, quæ verba non, ut vulgo factum vidi, verterem: *efficientis, ut, quæ non sunt, esse incipiant;* sed potius: *efficientis omnia voluntate sua, et ea quæ sunt, et futura.* Ita quoque de Deo creatore mundi locutus est *Philo* Lib. de *Creat. Princip.* p. 728. B. coll. Lib. III. de *vita Mosis* p. 693. C. Eodem modo קָרָא de Deo adhibetur Ies. XXII, 12. XLI, 4. Sapient. XI, 25. ἢ τὸ μὴ κληθὲν ὑπὸ σοῦ διετηρήθη.

10. Καλεῖσθαι *esse* ad imitationem Hebraici נִקְרָא Ies. LVI, 7. Matth. V, 9. υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται filii Dei erunt. ibid. v. 19. XXI, 13. Marc. XI, 17. Luc. I, 32. 35. 76. Jacob. II, 23. Conf. *Vorstii Philol. Sacr.* c. 5. p. 155. ed *Fischeri*, qui bene adduxit locum *Homeri Iliad.* IV, 60. seq. οὕνεκα σοὶ παράκοιτις κέκλημαι, ubi *Eustath.* τὸ κέκλημαι ἀντὶ τοῦ εἶμαι κεῖται. Similiter *vocari* pro *esse* dixit *Valer. Argonaut.* V, v. 653. Adde *Wolfium* ad *Liban.* Ep. 30. p. 70. seq. *Casaub.* ad *Theocrit.* cap. 3. et *Grævium* ad *Callim.* Hymn. in Jovem v. 20.

11. καλεῖσθαι *notum esse, in ore omnium ferri.* Luc. I, 36. τῇ καλουμένῃ στείρᾳ quæ ob sterilitatem in ore omnium fertur.

12. interdum reticetur. Act. XIII, 9. ὁ καὶ Παῦλος, sc. καλούμενος, seu ἐκαλεῖτο, quod passim, maxime in inscriptionibus, omitti, *Alberti* docuit in *Obss. Philol. in N. T.* p. 250.

13. καλεῖσθαι interdum redundat, v. c. Luc. XIX, 2. ἀνὴρ, ὀνόματι καλούμενος Ζακχαῖος, ubi καλούμενος in nonnullis codicibus et versionibus omissum est.

ΚΑΛΛΙΈΛΑΙΟΣ, ου, ἡ, *bona, vera et frugifera olea*, ex κάλλος *pulchritudo* et ἐλαία *olea.* Semel legitur in N. T. Rom. XI, 24. ubi τῷ ἀγριέλαιος *oleaster* opponitur et metaphorice *verum Dei cœtum, ecclesiam Judaicam* significat. Non est vero hoc vocabulum a Paulo inventum, ut quidam existimarunt; idem enim nomen habet *Aristoteles* de Plantis I, c. 6.

ΚΑΛΛΊΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *melior, præstantior.* Neutrum τὸ κάλλιον *melius.* Est comparativus irregularis a καλὸς *pulcher*, cujus neutrum adverbiascere solet, semel tantum in N. T. obvium. Act. XXV, 10. σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις uti tu optime nosti; nam comparativus sæpe pro superlativo ponitur, ut exemplis multis docuit *Glassius* in *Philol. Sacra* p. 50. ed. *Dathii.*

ΚΑΛΟΔΙΔΆΣΚΑΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *honestatis magister, bona ac honesta tradens et præcipiens*, ex καλὸς *pulcher, bonus, honestus* et διδάσκαλος *magister.* In N. T. tantum legitur Tit. II, 3. καλοδιδασκάλους ut sint vita pariter ac oratione honestatis magistræ.

ΚΑΛΟῚ ΛΙΜΈΝΕΣ, *bonus portus*, nostrum: Gutthafen *a good harbour*, a καλὸς *bonus* et λιμὴν, ένος, ὁ, *portus.* Ita dictus fuit locus insulæ Cretæ, haud procul ab urbe Lasæa, Act.

XXVII, 8. quia commodus erat ad appellendum. A *Stephano* καλὴ ἀκτὴ vocatur.

ΚΑΛΟΠΟΙΈΩ, ῶ, fut. ήσω, et de *iis, qui beneficia in alios conferunt*, et de *iis, qui recte atque honeste agunt*, usurpatur, ex καλὸς, quod vide, et ποιέω *facio*. Semel in N. T. legitur 2 Thess. III, 13. ubi tamen in verbis μὴ ἐκκακήσητε καλοποιοῦντες ambiguitas quædam latet. Alii enim vertunt: *in recte agendo ne lassi et segnes fiatis*: ex aliorum vero sententia Paulus Thessalonicenses hortatus est, ne segnescerent in beneficiendo egenis.

ΚΑΛΌΣ, ή, όν, 1. proprie: *pulcher, formosus, qui est honesta specie et conformatione partium ac colore probabili præditus*. Respondet Hebraico יָפֶה in vers. Alex. Genes. XII, 14. XXIX, 17.

2. metaphorice i. q. ἀγαθὸς *bonus, præstans, probatus, optabilis*, et non solum de *eo* dicitur, *quod bonitatem et præstantiam internam habet*, sed etiam de *eo, quod accommodatum est ad finem quendam suum et utile*, et de rebus æque ac personis adhibetur. Hinc in haud paucis versionis Alex. locis pro Hebraico טוֹב usurpatum reperitur, v. c. Genes. I, 4. 10. Num. X, 29. Deut. XII, 28. etc. Quum igitur tam late pateat hoc vocabulum et omne complectatur, quod tale est, quale esse debet, variis modis pro diversa subjecti ratione in locis singulis reddi potest. Sic v. c. est a) Latinum *præstans, bonus*. Matth. VII, 17. 18. 19. καρποὶ καλοὶ fructus boni, mites et salubres. ibid. XIII, 24. 27. 37. 38. καλὸν σπέρμα bonum semen. ibid. v. 8. 23. Marc. IV, 8. 20. Luc. VIII, 15. γῆ καλὴ terra fœcunda, solum fertile. Matth. XIII, 45. καλοὺς μαργαρίτας magni pretii, præstantes margaritas. Luc. XXI, 5. De piscibus bonis legitur Matth. XIII, 48. et de vino præstante Joh. II, 10. Hebr. VI, 5. καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα qui usu suo cognoverunt doctrinæ Christianæ præstantiam. 1 Tim. VI, 19. b) *suavis, jucundus*. Matth. XVII, 4. καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι perplacet nobis hic. Marc. IX, 5. c) *utilis*. Matth. XVIII, 8. καλόν σοι ἐστὶν magis enim utilitati tuæ consules. (*Targum Hieros.* Genes. XXXVIII, 26. לִי טוֹב melius est mihi. *Plaut. Rudent.* IV, 4. 70. tacita bona est mulier semper, quam loquens.) ibid. XXVI, 24. καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος satius esset isti homini non natum esse. Marc. IX, 42. 43. 45. XIV, 21. Luc. XIV, 34. 1 Cor. VII, 8. 26. IX, 15. 1 Tim. I, 8. οἴδαμεν δὲ ὅτι καλὸς ὁ νόμος non denegamus legi Mosaicæ utilitatem suam. Sirac. XIV, 3. d) *idoneus, sufficiens*. Luc. VI, 38. μέτρον καλὸν mensura plena, justa. — e) *verus*. 1 Thess. V, 21. τὸ καλὸν κατέχετε. f) *fidelis, qui muneri suo omni ex parte satisfacit*. Joh. X, 11. ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς pastor fidelis, qui omni modo gregis saluti prospicit; opponitur τῷ μισθωτὸς, v. 12. ibid. v. 14. 1 Tim. IV, 6. καλὸς διάκονος. g) *honorificus*. Jacob. II, 7. τὸ καλὸν ὄνομα nomen honorificum.

3. καλὸν dicitur *omne, quod est voluntati divinæ conveniens, licitum, honestum, laudabile*. Matth. V, 16. τὰ καλὰ ἔργα recte et honeste facta. ibid. XV, 26. οὐκ ἔστι καλὸν, i. q. αἰσχρόν ἐστι, turpe est ac nullo modo conveniens. Rom. VII, 18. 21. τῷ καλὸν opponitur τὸ κακόν. ibid. XIV, 21. τὸ καλὸν *officium*, est i. q. τὸ προσῆκον. 2 Cor. VIII, 21. προνοούμενοι καλὰ honestati studeamus. ibid. XIII, 7. 1 Tim. V, 10. 25. Tit. II, 7. 1 Tim. IV, 4. πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν nobis enim uti licet omnibus, quæ Deus creavit. Galat. IV, 18. τὸ καλὸν virtutis studium. *Thucyd.* III, 94. VIII, 3. putabant bellum quoque brevi futurum, οὗ μεταισχεῖν καλὸν εἶναι. *Ælian. V. H.* III, 23. *Aristoph. Pace* v. 277. νῦν ἔστιν εὔξασθαι καλόν. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 424.

4. *beneficus, benevolus*; ἔργον καλὸν *beneficium*. Matth. XXVI, 10. ἔργον καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμὲ insigne benefici-

um mihi præstitit. Joh. X, 32. πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν multa benefica miracula inter vos patravi. ib. v. 33. Galat. VI, 9. καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν in benefaciendo aliis ne segnescamus. Tit. III, 8.

5. pro καλλίων. 1 Cor. VII, 1.

ΚΆΛΥΜΜΑ, ατος, τὸ, 1. *omne tegumentum, tegmen, velamen*, a καλύπτω *tego, velo.* Sic de velamine, quod Moses faciei suæ imposuit, usurpatur 2 Cor. III, 13. καὶ οὐ καθάπερ Μωσῆς ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ non vero facimus, quæ Moses fecit, velamen imponens faciei suæ. Alex. Exod. XXXIV, 33. ἐπέθηκεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ κάλυμμα, ubi est in Hebr. מַסְוֶה. In eadem versione legitur pro מָסָךְ Exod. XXVII, 16. Num. III, 25. et pro מִכְסֶה Num. IV, 8. 10. 11.

2. metaphorice: *impedimentum quodvis;* et speciatim: *id, quod veram et certam alicujus rei cognitionem impedit.* 2 Cor. III, 14. ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει nam etiam nunc manet illud impedimentum verum cognoscendi, cum libri V. T. prælegunturi. ibid. v. 15. κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν κεῖται, et v. 16. περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα tunc auferentur illa impedimenta.

3. interdum reticetur, v. c. 1 Cor. XI, 4. κατὰ κεφαλῆς ἔχων, sc. κάλυμμα, quod etiam in duobus codicibus et versione Coptica e glossemate additum reperitur. Similis ellipsis reperitur Esther. VI, 12. ὑπέστρεψεν εἰς τὰ ἴδια λυπούμενος κατὰ κεφαλῆς. *Origines:* καὶ κατακεκαλυμμένος τὴν κεφαλήν.

ΚΑΛΎΠΤΩ, fut. ὑψω, 1. *operio, tego, velo.* Matth. VIII, 24. ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ἀπὸ τῶν κυμάτων ut navis tegeretur a fluctibus. Luc. VIII, 16. καλύπτει αὐτὸν σκεύει. ibid. XXIII, 30. καὶ τοῖς βουνοῖς, καλύψατε ἡμᾶς collibus dicetis, operite nos, h. e. in montibus et cavernis perfugium quæretis. In versione Alex. respondet Hebraico בָּסָה Genes. VII, 19. Num. IV, 8. 9. 11. 12. 15. *Hesych.* καλύπτειν· σκεπάζειν, κρύπτειν.

2. metaphorice: *abscondo, occulto, aliorum cognitioni subduco, impedio. ne aliquid cognoscatur, vel intelligatur.* Matth. X, 26. οὐδὲν γάρ ἐστι κεκαλυμμένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται nihil est tam occultum, quod non aliquando manifestabitur. 2 Cor. IV, 3. εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον si doctrinæ, a nobis traditæ, præstantia quibusdam incognita manet, manet contumacibus incognita.

3. *caveo, ne quid appareat, eluceat et fiat.* Hoc sensu, ut opinor, accipienda est hæc vox in locis Jacobi V, 20. καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν is impedit multa peccata, et 1 Petr. IV, 8. ἡ ἀγάπη καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν qui alios amat, cavebit quoque, ne alii peccata committant. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΛΩ̂Σ. Adverbium a καλὸς *pulcher*, quod ut Latinum *bene*, cui respondet, variæ est significationis et usus.

1. est *bene*, et innuit *præstantiam*, seu *bonitatem rei naturalem et physicam.* Huc pertinet formula: καλῶς ἔχειν, quæ, ut Latina, *bene habere*, de revalescentibus et prospera valetudine utentibus usurpatur Marc. XVI, 18. ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσι ægrotis manus imponent et bene habebunt. *Syrus:* ܘܐܬܐܣܝ ܢܗܘܘܢ *et sanabuntur.*

2. *uti decet, uti par est, legibus divinis et officio convenienter.* Joh. XVIII, 23. ubi τῷ κακῶς, h. e. *irreverenter, contumeliose*, opponitur. 1 Tim. III, 13. οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες qui bene munere diaconi funguntur. 1 Cor. VII, 37. 2 Petr. I, 19. Jacob. II, 8. coll. v. 9. καλῶς ποιεῖτε voluntati divinæ convenienter agitis, Hebraice הֵיטִיבוּ Jerem. IV, 22. Huc etiam referendus est locus Marc. VII, 9. καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ubi tamen καλῶς per antiphrasin intelligendum est; *bene scilicet*, h. e. *pessime.*

Cf. *G. Wakefield Silvam Criticam* P. I. p. 160. Aliis καλῶς esse videtur improbantis, ut legitur apud *Aristoph. Ran.* v. 915. ubi *Schol.* ὅτι καὶ νῦν τὸ καλῶς ἐπὶ παραιτήσει· ἀποστρεφόμενος δὲ καὶ παραιτούμενος ὁ Εὐριπίδης λέγει τὸ καλῶς. Formula: καλῶς εἰπεῖν τινὰ *aliquem laudare, approbare* notat. Luc. VI, 26. οὐαὶ ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι οἱ ἄνθρωποι væ vobis si probemini impiis Judæis!

3. *benigne, benefice.* Sic sumendum est in formula καλῶς ποιεῖν, quæ apud Græcos quidem significat: *recte et honeste agere*, sed in N. T. fere semper *benefacere, benigne tractare*, i. q. εὖ ποιεῖν notat. Matth. V, 44. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς beneficiis afficite inimicos vestros. ib. XII, 12. ὥστε ἔξεστι τοῖς σάββασι καλῶς ποιεῖν licet sabbato aliis benefacere, coll. Marc. III, 4. Luc. VI, 27. Phil. IV, 14. καλῶς ἐποιήσατε gratum mihi fecistis. Eodem modo sumitur הֵיטִיב Zachar. VIII, 15. et apud Græcos καλῶς πράττειν, vel δρᾷν, v. c. *Eurip. Hecub.* v. 834.

4. *recte, vere, vero convenienter.* Matth. XV, 7. καλῶς προεφήτευσεν περὶ ὑμῶν Ἡσαΐας recte de vobis vaticinatus est Iesaias. Marc. VII, 6. XII, 28. καλῶς αὐτοῖς ἀπεκρίθη. ib. v. 32. καλῶς ἐπ' ἀληθείας εἶπας. Act. XXVIII, 25. Luc. XX, 39. Joh. IV, 17. XIII, 13.

5. Singulari modo hac voce usus est Jacobus II, 3. σὺ κάθου ὧδε καλῶς tu sede hic in *loco commodo et honorato.*

ΚΑ᾽ΜΕ᾽, *et me, etiam me*, per concretionem atticam, pro καὶ ἐμέ. Joh. VII, 28. 1 Cor. XVI, 4. Vide in κἀγώ.

ΚΑ᾽ΜΗΛΟΣ, οὐ, ὁ, ἡ, *camelus.* Est nomen animalis grandis ac tortuosi ab Hebraico גָּמָל (Genes. XII, 16. XXX, 43.) mutata littera ג in κ et addita terminatione Græca ος, de quo bene exposuit *Bochartus* in *Hierozoico* P. I. Lib. 2. c. 2. p. 74. seq. Legitur in N. T. Matth. III, 4. ἀπὸ τριχῶν καμήλου vestimento, e pilis camelorum confecto, (quod etiam sacerdotes, et primi ordinis viros apud Persas gestasse, ex *Ctesia* Lib. X, *Persic.* memorat *Apollonius Hist. Mirab.* c. 20. ibid. XIX, 24. Marc. X, 25. Luc. XVIII, 25. εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος εἰσελθεῖν facilius est camelum per foramen acus transire. Formula proverbialis etiam in SS. Arabicis (v. c. *Coran. Sur.* VII, 41. al. 38.) obvia, de re, non tam absolute impossibili, quam difficillima, quæ formulæ Hebraicæ respondet, quæ legi potest apud *Buxtorf. Lex. Chald. Talmud.* s. v. פִּילָא p. 1722. הכנים פילא בקופא דמחטא *introducere elephantem per foramen acus*, et æque, ac altera *elephantem per foramen acus transire* de iis usurpatur, qui præstant, quod difficulter, vel prorsus non fieri potest, ut docuit *Vorstius* de *Adagiis N. T.* c. 3. Sed auctore *Theophylacto* ad h. l. (κάμηλον τινὲς οὐ τὸ ζῷόν φασιν, ἀλλὰ τὸ παχὺ σχοινίον, ᾧ χρῶνται οἱ ναῦται πρὸς τὸ ῥίπτειν ἀγκύρας) et *Origene* jam olim quidam per κάμηλον *funem crassum nauticum*, qui Latinis *rudens* dicitur, intellexerunt, qui, si fides habenda est grammaticis veteribus, proprie quidem κάμιλος dicitur. (*Suid.* κάμηλος· τὸ ἀχθοφόρον ζῷον. κάμιλος δὲ παχὺ σχοινίον. Idem tradit *Schol. Aristoph. Vesp.* 1030. Conf. *Schefferum* de *Milit. Nav. Vett.* p. 333.) Interdum tamen etiam κάμηλος dicitur. *Phavor.* κάμηλος· τὸ ἀχθοφόρον ζῷον. κάμηλος καὶ τὸ παχὺ σχοινίον, ἐν ᾧ δεσμεύουσι τὰς ἀγκύρας οἱ ναῦται. ὡς τὸ ἐν εὐαγγελίῳ, κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν. Idem fere traditur in Cod. Coislin. XXIV. apud *Alberti* in *Gloss. Gr. N. T.* p. 205. Conf. *Gust. Sommelii* D. de vera notione vocis κάμηλου Matth. XIX, 24. et locis parallelis occurrentis. Lund. 1768. 4. Alia formula proverbialis, κάμηλον καταπίνειν absorbere, seu deglutire camelum, Matth. XXIII, 24. ubi de Pharisæis sermo est, reperitur dicta de iis, qui gravissima peccata admittere non dubitant et sunt in maximis negotiis et

officiis admodum negligentes. Respondet Hebr. formulæ: בלע את נמל. Cf. *Vorstium* de *Adagiis N. T.* c. 3. p. 772.

ΚΑ΄ΜΙΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *caminus, fornax, furnus.* Vox, apud Græcos sæpius obvia, quæ speciatim de fornacibus adhibetur, ubi metalla igni purgantur, v. c. apud *Xenoph.* de *Vectig.* IV, 49. *Diod. Sic.* V. p. 294. *κόπτουσι τὴν πέτραν καὶ τοὺς τμηθέντας λίθους καίουσιν ἔν τισι φιλοτέχνοις καμίνοις.* Alexandrini posuerunt pro כִּבְשָׁן Genes. XIX, 28. Exod. XIX, 18. et pro כּוּר Deut. IV, 20. Jerem. XI, 4. Nec alio modo usus est hoc vocabulo auctor Apocal. I, 15. *ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι.* ibid. IX, 2. *ὡς καπνὸς καμίνου μεγάλης* ut fumus fornacis, scil. ærariæ, in qua ex minera metalla excoquuntur, adeoque fumum densissimum exhalantis, קִיטֹר כִּקִיטֹר הַכִּבְשָׁן Gen. XIX, 28.

2. metaphorice formula *κάμινος τοῦ πυρὸς* fornax, ubi est ignis, (Dan. III, 6. *ἐμβληθήσεται εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς*, Chald. אַתּוּן כּוּרָא) Matth. XIII, 42. 50. adhibetur ad describendum immitem et miseram conditionem peccatorum post mortem. Conf. *Glassii Philol. S.* p. 1065. et 1098. ed. *Dathii.*

ΚΑΜΜΥ΄Ω, fut. *ὑσω*, pro *καταμύω*, (*Xenoph.* de *Venat.* V, 11. Vide *Spanhem.* ad *Callim.* Hymn. in Dian. v. 95. *Ælian.* de Anim. II, 12.) littera *α* ex præpositione *κατὰ* per syncopen concisa et littera *τ* ob sequens *μ* in *μ* mutata, *claudo, occludo*, et speciatim æque ac *καταμύειν* (*Xenoph. Cyrop.* VIII, 3. 12. *Aristoph. Vesp.* v. 92.) et nude positum, et addita voce *ὀφθαλμοὺς*, de *iis* usurpatur, *qui connivent, et oculos claudunt*, ex *κατὰ* et *μύω claudo.* (*Suid. μύειν ἐστὶ τὸ κλείειν. Hesych. μύει· καμμύει. Schol. Lucian. Ep. Saturn.* p. 414. ed. *Reitz. καμμύοντες, τοῦτ᾽ ἔστι ὀφθαλμοὺς κλείοντες.*) Esse hoc vocabulum e dialecto Macedonica et Alexandrina arcessitum, e locis versionis Alexandrinæ Ies. VI, 10. XXIX, 10. Thren. III, 44, 45. et *Phrynichi Eclog.* p. 150. *Pauw.* demonstrare conatus est *Fischerus* in Prolus. XXX. de *Vitiis Lexicorum N. T.* p. 20. Conf. tamen interpretes ad *Thom. M.* sub *βύειν* p. 174. et *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* l. l.

2. Formula *καμμύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς* Matth. XIII, 15. Act. XXVIII, 27. desumta ex Ies. VI, 10. metaphorice de *iis* dicitur, *qui animum avertunt a cognoscenda veritate.* Conf. infra ad *ὀφθαλμὸς* et *Glassii Philol. Sacr.* p. 1153. ed. *Dathii.* Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑ΄ΜΝΩ, fut. *καμῶ*, præt. *κεκάμηκα*, et per syncopen *κέκμηκα*, 1. proprie: *laboro cum defatigatione, multis laboribus frangor, defatigor, fessus sum, deficio viribus corporis. Suid. κάμνειν· ἐπὶ τοῦ ποιεῖν καὶ ἐργάζεσθαι. Hesych. καμεῖν· κοπιάσαι, ἐπιμελῶς κατασκευάσαι.* Idem: *κάμνει, ἐργάζεται, κοπιᾷ. Æschin. Socr.* Dial. II, 1. *κέκμηκα γὰρ χθὲς βαδίσας* Μεγαρόθεν. *Arrian.* de *Venat.* VIII, 3. Hinc

2. *ægroto, morbo laboro. Pollux Onom.* III, 104. *Hesych. κάμνει· νοσεῖ. Suid. κάμνειν· καὶ ἐπὶ τοῦ νοσεῖν λέγεται.* Sic legitur in N. T. Jacob. V, 15. *καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως ἐγερεῖ τὸν κάμνοντα* et preces, cum fiducia conjunctæ, sanitatem restituent ægrotanti, *τῷ ἀσθενοῦντι*, ut legitur v. 14. Hinc *ὁ κάματος morbus. Eurip. Orest.* v. 315. *Aristoph. Thesmophor.* v. 412. *κάμνει κόρη τις. Schol. κάμνει· ἀντὶ τοῦ ὑποκάμνει.* Apud *Æschin. Socr.* Dial. II, 4. 39. *οἱ κάμνοντες* opponuntur *τοῖς ὑγιαίνουσι.* Apud *Plutarchum* de *Puer. Educ.* c. 7. §. 11. *σώματι κάμνων* est corpore laborans. Adde *Xenoph. Mem.* I, 2. 51. II, 4. 3. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 680. Hinc apud Græcos etiam de *morientibus* et *mortuis* adhibetur, teste *Hesychio*, (*κάμνει· ἀποθνήσκει*) et *Suida* (*κάμνειν· λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀποθανόντων.*) Conf. *Homer. Odyss.* λ΄. v. 475.

3. metaphorice: *animum despondeo, lassus fio, segnesco in officio præstan-*

do. Hebr. XII, 3. ἵνα μὴ κάμητε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ne animum despondeatis et lassi fiatis in perferendis malis. Apoc. II, 3. διὰ τὸ ὄνομά μου κεκοπίακας, καὶ οὐ κέκμηκας propter religionem meam laborasti et non segnis factus es. Sæpius non legitur in N. T. Job. X, 1. κάμνων τῇ ψυχῇ μου. *Hesych.* καμεῖν· ὀκνῆσαι. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 434.

ΚᾺ'ΜΟΙ', pro καὶ ἐμοί, per concretioe m atticam, *et mihi.* Alex. pro גַּם־לִי Job. XII, 3. Luc. I, 3. Act. VIII, 19. 1 Cor. XV, 8. Conf. dicta ad κᾰγώ.

ΚΑ'ΜΠΤΩ, fut. ψω, 1. transitive: *flecto, inflecto, incurvo,* i. q. γνάμπτω. Formula: κάμπτειν γόνατα τινὶ *aliquem adorare,* seu *cultum religiosum alicui præstare* notat. Sic legitur in N. T. Rom. XI, 4. οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βαὰλ non adorarunt Baalem. 1 Regg. XIX, 18. כָּל־הַבִּרְכַּיִם אֲשֶׁר לֹא־קָרְעוּ לַבַּעַל Ephes. III, 14. τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα ideo supplex veneror Deum patrem.

2. intransitive: *me flecto et incurvo.* Rom. XIV, 11. ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ mihi omnes præstabunt cultum religiosum. Verba desumta sunt ex Ies. XLV, 23. לִי־תִכְרַע כָּל־בֶּרֶךְ. Phil. II, 10. ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ut Jesum flexis genibus omnes venerentur. Dan. VI, 10. Conf. etiam *Schwarzii Comment. Crit. Ling. Gr.* p. 724. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 89.

ΚᾺ'Ν, attice pro καὶ ἐὰν, *etsi, quamvis, etiamsi, si vel, et si, et quando, saltem vel, si.* Marc. XVI, 18. Joh. X. 38. Jacob. V, 15. Luc. XIII, 9. Marc. VI, 56. ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδου ἅψωνται ut si quis saltem fimbriam vestis ejus tangeret etc.

ΚΑΝᾶ, ἡ, *Cana.* Nomen urbis ἄκλιτον Hebraicum קָנָה, forte a קָנֶה *canna, arundine,* illic copiose crescente. Fuit vicus Galilææ prope Capernaum, teste *Josepho* de *Vita sua* c. 16. ἐν κώμῃ τῆς Γαλιλαίας, ἣ προσαγορεύεται Κανᾶ. Joh. II, 1. 11. IV, 46. XXI, 2. *Alberti Gloss. Gr.* p. 56. Κανᾶ· κτῆσις, ἢ ἐκτήσατο, cujus auctor hoc vocabulum a radice קָנָה deducendum existimavit. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 846.

ΚΑΝΑΝΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *Cananites,* seu *Cananita.* Fuit cognomen Simonis, apostoli, quod traxit non a patria, quæ fuerit Cana, vicus Galilææ, nam tunc Κανίτης, vel Καναῖος scribendum fuisset, conf. *Relandi Palæstina* Lib. 3. p. 979. sed ab Hebraico קַנָּא i. e. *zelotes,* Exod. XX, 5. Nam idem Simon, qui Matth. X, 4. et Marc. III, 18. Κανανίτης dicitur, a Luca VI, 15. et Act. I, 13. ὁ Ζηλωτὴς, a pristino vitæ genere, dicitur. Cæterum in utroque loco pro Κανανίτης in nonnullis codicibus Καναναῖος legitur, quod etiam habet *Alb. Gloss. Gr.* p. 15. Καναναῖος· κεκτημένος.

ΚΑΝΔΑ'ΚΗ, ης, ἡ, *Candace.* Est vox æthiopica, omnibus Æthiopum reginis et matribus regum Æthiopiæ, ab Augusti temporibus usque ad Vespasianum æque commune, ac Pharaonum, Antiochorum, Seleucorum nomina regibus Ægypti etc. proprium olim fuit, ut apparet ex *Strabone* Lib. XVII. *Plinio* Lib. VI, c. 29. Conf. *Job. Ludolf.* in Comment. ad *Hist. Æthiop.* p. 89. seq. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 507. et *Sam. Basnagium* in *Exercitt. Antibar.* p. 13. Eodem nomine etiam insignita fuit regina Æthiopum, Tiberii tempore regnans, quæ Act. VIII, 27. commemoratur. *Alberti* in *Gloss. Gr. N. T.* p. 213. Κανδάκης· ἐξ ἀνεπιγράφου· Κανδάκην Αἰθίοπες πᾶσαν τὴν τοῦ βασιλέως μητέρα καλοῦσιν· οὕτω Βίων ἐν πρώτοις Αἰθιοπικῶν. Αἰθίοπες τοὺς βασιλέας πατέρας οὐκ ἐκφαίνουσιν, ἀλλ' ὡς ὄντας υἱοὺς ἡλίου παραδιδόασιν, ἑκάστου δὲ τὴν μητέρα καλοῦσι Κανδάκην.

ΚΑΝΩ'Ν, όνος, ὁ, 1. proprie apud Græcos generatim *regula et norma* dicitur, *et omne, cujus ope quantitas, pondus, longitudo, latitudo et rectitudo alicujus rei dignosci et dijudicari*

potest. Sic v. c. κανὼν dicitur *funis mensorius, fabrorum regula* (conf. *Valckenar.* ad *Eurip. Hippol.* v. 408. et *Aquilæ* fragmenta Job. XXXVIII, 5. ubi Hebraicum קָוָ, seu *funis, quo fabri lignarii, etc. in dimetiendis lignis etc. utuntur,* ab *Aquila* per κανόνα, ab Alex. per σπαρτίον et a *Symmacho* per σχοινίον translatum extat. Adde Ps. XIX, 5. et Ies. XXXIV, 11.) *regula, ad quam præducebantur lineæ,* (conf. *Salmasii Exercitt. Plin.* p. 917.) *examen in libra, quod supra trutinam est et æquilibrium facit,* (vide *Pollucis Onom.* Lib. IV, c. 24. 5. 1.) etiam *virgula recta arundinea,* (κάννη *calamus*) *cujus in dimetiendo olim usus erat. Schol. Homeri* ad *Iliad.* ψ'. v. 761. ὁ κάλαμος περὶ ὃν εἵλεῖται ὁ μῖτος ὁ ἱστουργικός. *Hesych.* κανών· τὸ ξύλον, περὶ ὃ ὁ μῖτος.

2. metaphorice *doctrina, ad quam, tanquam ad normam, sensus et vitam conformamus.* Galat. VI, 16. ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν qui hanc doctrinam in vita conformanda sequuntur. Apud Græcos κανὼν eleganter adhibetur de *homine, quem tanquam ducem normamque certissimam sequimur.* Conf. *Reiske in Indicc. Dion. Halic.* et *Strabon.* l. VI. fin. p. 199.

3. *fines constituti et designati, locus, seu regio, regula quasi quadam designata, quam ultra citraque procedere non licet.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. X, 13. κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου intra certos terminos, a Deo mihi præfinitos; ubi κανὼν est certum et finitum doctori spatium, uno verbo diœcesis. Conf. *Mori* Progr. ad 2 Cor. X, 12—17. Lips. 1781. 4. et *Boysen.* Illustration. N. T. e Vers. Syr. ad h. l. ibid. v. 15. κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν intra terminos meos, et v. 16. ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι intra terminos alterius. Adde Philipp. III, 16. Apud Græcos *curriculum,* seu *spatium illud definitum in ludis Olympiacis,* in quo cursores currere solebant, κανὼν dicebatur. Conf. *Pollucis Onom.* III, 151.

ΚΑΠΕΡΝΑΟΥ̓Μ, ἡ, *Capernaum.* Florentissima Galilææ civitas, sita ad littus septentrionale maris Galilæi haud procul ab influxu Jordanis in dictum mare Galilææ, in finibus Zabulon et Nephtalim, ad ditionem Herodis Antipæ pertinens. Vide *Lightfoot. Hor. Hebr. et Talmud.* in Joh. II, 12. p. 139. Hinc Matth. IV, 13. vocatur ἡ παραθαλασσία ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ. Joh. VI, 17. In hac urbe, in qua synagoga erat, (Joh. VI, 59.) Jesus multum versatus est et habitavit, Marc. II, 1. et plurima miracula edidit. Hanc ob causam æque ac Nazareth et Bethlehem (hæc, ratione nativitatis, illa vero, ratione educationis Christi) ἰδία ejus πόλις dicitur apud Matthæum IX, 1. et ibid. XI, 23. ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα. *Alberti Gloss. Gr.* p. 40. Καπερναούμ· κώμης παράκλησις. *Hesych.* χωρίον παρακλήσεως. *Hieronymus* interpretatus est *villam,* seu *vicum consolationis.* Hi omnes hoc nomen conflatum esse judicarunt ex כְּפַר *vicus* et נַחַם *consolatio.* Vide *J. Sauberti Varias Lectt. textus Græci Eu. Matthæi* p. 112. seq. Cæterum oppidi hujus in libris V. T. nulla fit mentio, sive sub hoc, sive sub alio nomine. Fuit igitur forsan ex eorum numero, quæ Judæi, Babele reduces, struxere. Vide *Macknighti Comment. Harmon. in IV Evang.* T. II. p. 185. ed. *Ruckersfelder.*

ΚΑΠΗΛΕΥ̓Ω, fut. εύσω, 1. proprie: *cauponor, rem cauponariam exerceo, lucri causa hospites excipio.* Interdum etiam significat: *concionari, mercaturam exercere forensem et stataria,* nostrum hocken *to regrate or forestall,* et de *propolis* usurpatur, *qui res, ab aliis primum emtas, in foro et tabernis vendunt et ita quæstum faciunt,* ut docuit *Salmasius* in libro de Usuris c. 12. et *Perizonius* ad *Ælian. V. H.* XI, 9. a κάπηλος *caupo et omnis generis propola. Hesych.* καπηλεύει· μεταπωλεῖ, οἰνοπωλεῖ καὶ τὰ πρὸς τὰς τροφὰς καὶ πόσεις — καπηλεύοντες·

πραγματευόμενοι. Jam, quia caupones et propolæ, maxime ii, qui vinum vendunt, fere fraudulenter agunt, et non solum vinum aqua miscent et corrumpunt, (Ies. I, 22. οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι. *Aristoph.* Plut. v. 435.) sed etiam alias merces adulterant et quibusvis artibus lucrum captant, factum est, ut καπηλεύειν esset idem, quod κερδηλεύειν, et omnino

2. metaphorice: *fraudulenter agere, more cauponum et propolarum agere, adulterare, vitiare, corrumpere, quæstus et turpis lucri causa aliquid facere* significaret. Non male itaque hoc verbo usus est Paulus, 2 Cor. II, 17. scribens: οὐ γάρ ἐσμεν, ὡς οἱ πολλοί, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, h. e. nos non, ut multi alii doctores Christiani, quæstus et lucri causa tradimus religionem Christianam eamque corrumpimus, coll. c. IV, 2. μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Etiam apud Græcos usurpatum hoc verbum nostrum reperitur de sophistis, qui disciplinas et sapientiam quæstui habebant et falsa pro veris tradebant, (quorum auditoria *Lucian.* in *Nigrino* p. 35. ed. *Grævii* eleganter καπηλεῖα vocat) ut partim apparet e *Philostrati Vit. Apoll.* Lib. I, c. 13. V, 36. partim exemplis comprobatur, a *J. Bos.* in *Exercitt. Philol. in N. T.* p. 154. *Wetstenio N. T.* T. II. p. 183. et *Schützio* ad *Æschyl. Sept. c. Theb.* v. 547. p. 310. allatis. Sic etiam *cauponari* apud Latinos usurpatur, v. c. apud *Ennium* teste *Cicerone* de Officiis I, 12. ubi *cauponari bellum* est: *ob quæstum pugnare.* Conf. *Lœsner. Obss. Philon.* p. 300. *Palairet. Obss. Philol. et Crit. in N. T.* p. 419. *Wakefield* in *Silva Critica* P. III. p. 74. et *Joh. Alberti Obss. Philol.* p. 359. Peculiarem D. de voce καπηλεύειν conscripsit *J. C. Messerschmidt.* Viteb. 1772. 4.

ΚΑΠΝΟ῾Σ, οῦ, ὁ, *fumus*, sine dubio ex καίω et πνοή, quasi ἐκ τῆς καύσεως πνοή. Hinc κάπνη *caminus, fumarium*, et καπνίζω *fumum excito*, καπνίζομαι *fumo.* Alex. Exod. XIX, 18. Ps. CIV, 32. Act. II, 19. ἀτμὶς καπνοῦ vapor fumi, seu *densus fumus*, Rauchdampf *smoke, vapour.* Apoc. VIII, 4. ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων. ibid. IX, 2. 3. 17. 18. πῦρ καὶ καπνὸς καὶ θεῖον. ibid. XIV, 11. καὶ ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν ἀναβαίνει εἰς αἰῶνας αἰώνων nec a cruciatibus unquam ad respirandum et vires colligendas liberantur (לְעוֹלָם יַעֲלֶה עֲשָׁנָה Ies. XXXIV, 10.) ibid. XV, 8. XVIII, 9. 18. καπνὸν τῆς πυρώσεως. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΠΠΑΔΟΚΙ῾Α, ας, ἡ, *Cappadocia.* Est Asiæ, seu Natoliæ regio, frumento et pecudibus abundans, interjecta Ponto Euxino, Armeniæ minori, Ciliciæ, Pamphyliæ et Galatiæ, quam Tiberius Cæsar populo Romano stipendiariam fecit teste *Vellei. Paterc.* II, 39. Nomen sine dubio habet ab amne Cappadoce, quo versus occasum a Galatia discernitur. *Plin. H. N.* XI, c. 6. Olim nominata fuit Leucosyria, ab albis incolis, qui propterea dicebantur Λευκοσύροι, ad differentiam illorum, qui ultra montem Taurum habitabant, et ob nigredinem vocantur Μελανοσύροι. *Herodot.* I, 72. V, 49. Memoratur in N. T. tantum Act. II, 9. et 1 Petr. I, 1. Vide *Cellarii* Geopraph. Plen. III, c. 8. s. 4. §. 202. p. 288.

ΚΑΡΔΙ῾Α, ας, ἡ, 1. proprie: *cor, ea corporis pars interna, quæ fere medium pectus tenet* et est fons, unde arteriæ sanguinem hauriunt, et quo venæ eum refundunt. Sed in hac significatione in N. T. non reperitur.

2. *venter, stomachus.* Act. XIV, 17. ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν. Vide supra ad εὐφροσύνη. Jacob. V, 5. ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. Ita quoque לֵב usurpatur Gen. XVIII, 5. Judd. XIX, 5. et in versione Alex. καρδία pro Hebraico בֶּטֶן *venter* ponitur Prov. XXII, 18. Habac. III, 15. *Suid.* sub καρδία· Οἱ παλαιοὶ τὸν στόμαχον καρδίαν ἐκάλουν, ἔνθεν καὶ καρδιωγμός. ubi conferendus est *Küsterus.* Eodem

quoque sensu ab *Homero* (*Iliad.* ι'. 701. χ'. 504.) ἦτορ et κῆρ usurpatur, et ab *Eurip. Ion.* 1190.) ψυχή. Conf. *Th. Gatakeri Advers. miscell.* cap. 16. p. 345.

3. *medium alicujus rei*, seu potius *interius, quod intra quiddam est*, quia cor intra pectus hominis quasi reconditum jacet. Matth. XII, 40. ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς in terra. Nam καρδία h. l. abundare videtur ad imitationem Hebraici לֵב Deut. IV, 11. Ezech. XXVII, 4. Jon. II, 3. ἀπέῤῥιψάς με εἰς βάθη καρδίας θαλάσσης. *Hesych.* καρδίας θαλάσσης· τοῦ βυθοῦ.

4. *animus hominis cum omnibus suis facultatibus, cogitationibus, affectibus et cupiditatibus*, ex usu loquendi Judæorum, qui, quicquid de animo dici potest, id cordi tribuunt. Conf. *Vorstii Philol. S.* p. 435. ed. *Fischeri.* Interdum specialiter exprimit singulas animi humani partes, *intellectum, voluntatem, desiderium, intentionem, memoriam, conscientiam, cogitationes*, etc. In singulis locis quid significet, e serie orationis unice definiendum erit. Interdum quoque *animum candidum, sincerum et non fucatum* κατ' ἐξοχήν significat. De *animo* universe usurpatum legitur Matth. XV, 8. τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ verbis quidem magnam præ se ferunt mei reverentiam et amorem, a qua tamen animus eorum alienus est. Eodem modo καρδία opponitur τοῖς ῥήμασι apud *Plutarch. Catone majore* p. 343. et τῇ γλώσσῃ apud *Themistium* Or. XX. p. 239. Adde *M. Antonin. de Rebus Suis* II, 3. *Lucian. Jov. Tragœd.* p. 203. *Abresch.* ad *Æschyl.* p. 147.—Marc. XII, 30. 33. Luc. X, 27. ἐξ ὅλης καρδίας toto animo, h. e. candide et sincere. Simili sensu ἀπὸ καρδίας ὅλας dixit *Theocrit. Idyll.* XXIX, 4. Act. XV, 9. τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν. Rom. X, 9. πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, et v. 10. καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην. Coloss. II, 2. 2 Tim. II, 22. Matth. V, 8. καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ubi vid. *Wetstenius.* Luc. XVI, 15. ὁ δὲ Θεὸς γινώσκει τὰς καρδίας ὑμῶν. Act. IV, 32. ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία concordia, summus animorum consensus. 2 Paral. XXX, 12.—De *intellectu* usurpatur Ephes. I, 18. πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ὑμῶν, ubi pro καρδίας in sat multis codicibus τῆς διανοίας e glossemate legitur. Rom. I, 21. ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. ibid. II, 15. 2 Cor. IV, 6. 2 Petr. I, 19. De *voluntate* reperitur Hebr. III, 8. μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν. Act. XVI, 14. ἧς ὁ Κύριος διήνοιξε τὴν καρδίαν quæ beneficio divino prompte assentiebatur doctrinæ, a Paulo traditæ: nam διανοίγειν τὴν καρδίαν τινὸς est, aliquem promtum, pronum et paratum reddere, seu impellere ad aliquid. 2 Sam. VII, 21. κατὰ τὴν καρδίαν σου ἐποίησας. De *conscientia* speciatim adhibetur 1 Joh. III, 20. ἐὰν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία si non damnat nos conscientia. ibid. v. 21. —De *proposito animi* 1 Cor. VII, 37. ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ. De *memoria* legitur Luc. II, 51. ἡ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Notio *animi sinceri et candidi*, voci καρδία interdum subjicienda, locum maxime habet in formula ἐκ seu ἀπὸ καρδίας, *toto animo, serio*, quæ de eo usurpatur, cujus interni animi sensus verbis et factis respondent. Matth. XVIII, 35. ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν, h. e. ἐκ καθαρᾶς καρδίας, ut plene legitur 1 Tim. I, 5. 2 Tim. II, 22. Matth. XXII, 37. Marc. XII, 30. Rom. VI, 17. *Marc. Antoninus* de Rebus Suis II, 3. ἀπὸ καρδίας εὐχάριστος τοῖς θεοῖς. *Theocrit.* Idyll. XXIX, 4. Deut. VI, 5.—Huc etiam pertinent formulæ loquendi, in N. T. haud raro obviæ, v. c. a) ἔχειν ἐν τῇ καρδίᾳ τινὰ *aliquem amare.* Phil. I, 7. διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς quandoquidem summo me amore complectimini. Contra εἶναι ἐν τῇ καρδίᾳ τινὸς *amari ab aliquo.* 2 Cor. VII, 3. ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἔστε me tenerrimo amore vos complecti. b.) πληροῦν

τὴν καρδίαν τινὸς *auctorem alicui esse, consilium suppeditare, persuadere, impellere.* Act. V, 3. διατί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου; cur passus es te a Satana impelli? Conf. infra sub πληρόω. c) ἀναβαίνειν ἐπὶ τὴν καρδίαν τινὸς *in mentem venire.* Act. VII, 23. ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, sc. διαλογισμὸς, consilium cepit. Vide supra ad ἀναβαίνω. d) βάλλειν εἰς τὴν καρδίαν τινὸς *consilium alicui suggerere et instillare faciendi aliquid.* Joh. XIII, 2. τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος cum diabolus jam Judæ Simoni Iscariothæ consilium suggessisset Jesum prodendi. Vide supra sub βάλλω. Similis formula est βάλλειν ἐπὶ νόον, quæ legitur apud *Lucianum* de Dea Syra p. 671. ἡ ἥρη —πολλοῖσι τὴν τομὴν ἐπὶ νόον ἔβαλλε. e) διδόναι τι ἐν τῇ καρδίᾳ τινὸς, vel εἰς τὴν καρδίαν τινὸς, *efficere, ut aliquid menti alicujus semper obversetur.* Hebr. VIII, 10.—*aliquem commovere, impellere.* Apoc. XVII, 17. Vide sub δίδωμι. f) τίθημι εἰς τὴν καρδίαν *animo infigo, repono aliquid in animo, memori mente teneo.* Luc. XXI, 14. ubi tamen ab aliis per *constituere, proponere sibi* vertitur. Hagg. II, 19. g) λέγειν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ *cogitare, existimare.* Apoc. XVIII, 7. Sed de hac formula infra sub λέγω pluribus disserendi locus erit.

5. Deo tribuitur et significat *voluntatem, sensum.* Act. XIII, 22. Δαβὶδ ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου Davidem virum secundum sensum et voluntatem meam.

6. interdum *abundat*, aut pro *toto homine* ponitur, id quod præcipue tum fit, quum pronomen ὑμῶν, ἡμῶν, αὐτοῦ, vel simile quid adjectum est. Rom. XVI, 18. καὶ ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων, pro ἐξαπατῶσι τοὺς ἀκάκους. Eodem pleonasmo utuntur Latini, v. c. *Persius* Sat. VI, v. 9. *Martial.* XIV. Ep. 191. Rom. IX, 2. ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου. Joh. XIV, 1. μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία.

ΚΑΡΔΙΟΓΝΩ΄ΣΤΗΣ, ου, ὁ, *scrutator animorum, qui veram animi indolem et cogitandi rationem cognitam et perspectam habet*, ex καρδία *cor, animus*, et γνώστης *qui aliquid cognitum habet.* Bis in N. T. dicitur ita Deus. Act. I, 24. XV, 8. In versionibus Græcis V. T. non reperitur.

ΚΑΡΠΟ΄Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *omne, quod e terra nascitur, fructus, fruges, semen adeo ipsum*, monente *Eustathio ad Homer.* Iliad. ε΄. p. 576. Æque late patet Hebraicum פְּרִי, cui καρπὸς in versione Alex. respondet, quod de *omni proventu terræ* usurpatur, v. c. Genes. I, 11. 12. 29. etc. Hinc in N. T. adhibetur de fructibus arborum, Matth. III, 10. de fructibus vitis, Joh. XV, 2. ficus, Matth. XXI, 19. Marc. XI, 14. Luc. XIII, 6. 7. 9. et de quovis frugum genere, Marc. IV, 8. 29. Luc. VIII, 8. XII, 17. Joh. XII, 24. 2 Tim. II, 6. Formula διδόναι καρπὸν *proferre fructum*, i. q. φέρειν καρπὸν, (*Ælian.* V. H. III, 18. Joh. XII, 24.) aut καρποφορεῖν, quæ legitur Matth. XIII, 8. et Marc. IV, 7. respondet Hebraicæ נָתַן פְּרִי Conf. supra sub δίδωμι.

2. metaphorice denotat *consequens* et *effectum alicujus rei*, in utramque partem, quo sensu etiam vox vernacula, Frucht *effect*, adhiberi interdum solet, non solum in N. T. libris, sed etiam apud Græcos Scriptores, v. c. *Demosthenem* p. 328. ed. *Reiske:* ταύτης (τῆς μελέτης) τοὺς καρποὺς ἔδει καλοὺς καὶ γενναίους καὶ πᾶσιν ὠφελίμους εἶναι. Hinc α) notat: *facta, actiones, opera hominis in utramque partem, sive bona, sive mala*, quatenus sunt fructus et signa animi indolis, aut effectus cognitionis. Sic v. c. καρπὸν φέρειν est: *factis demonstrare, quam utilitatem ex aliqua re perceperis.* Joh. XV, 16. ἵνα καρπὸν φέρητε ut jam palam factis demonstretis, quam ex mea disciplina et institutione perceperitis utilitatem. Matth. III, 8. ποιήσατε καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας factis vos præstate vere emendatos. ib. VII, 16. ubi tamen per καρποὺς τῶν ψευδοπροφητῶν non tam mala ipsorum

vivendi ratio, quam ipsa doctrina falsa, quam tradebant, intelligenda est. Luc. III, 8. Galat. V, 22. ὁ καρπὸς τοῦ Πνεύματος facta, quæ postulat religio Christiana. Ephes. V, 9. ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ Πνεύματος, seu φωτὸς, facta vero, quæ proficiscuntur ex hac religionis Christianæ cognitione. Rom. VI, 22. Phil. I, 11. πεπληρωμένοι καρπῶν δικαιοσύνης ut multa specimina pietatis vestræ Christianæ edatis. Jacob. III, 17. καρποὶ ἀγαθοὶ recte facta. β) *commodum, utilitas, emolumentum, quod ex re quapiam provenit.* Rom. VI, 21. τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε; quid commodi et utilitatis inde ad vos redundabat? ib. I, 13. ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν ut inter vos etiam, seu e vobis aliquam perciperem utilitatem. ibid. XV, 28. καρπὸς est pecunia, in usus pauperum Christianorum e Judæis collecta, fructus quasi institutionis et admonitionis Paulinæ. Phil. I, 22. καρπὸς ἔργου utilitas, quæ ex muneris apostolici administratione ad Christianos redundat. Hebr. XII, 11. καρπὸν εἰρηνικὸν utilitatem summam. Conf. *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* VI, 30. p. 190. Simili sensu *laborum atque operum fructum* dixit *Curtius* IX, 6. 26. γ) *præmium.* Phil. IV, 17. ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν sed opto, ut multa liberalitatis vestræ præmia reportetis. Jacob. III, 18. καρπὸς δικαιοσύνης præmium sanctitatis vitæ. Hos. X, 12. τρυγήσατε εἰς καρπὸν ζωῆς. δ) Formula καρπὸς χειλέων, quæ Hebr. XIII, 15. legitur, ambiguitate aliqua laborare videtur. Vulgo quidem de *sermone, oratione* (laudantium, h. e. *laude ipsa*) quasi effectu labiorum ex usu linguæ Hebraicæ explicatur, in qua formulæ פְּרִי פִי et תְּבוּאַת שְׂפָתַיִם de *verbis, ore prolatis, sermone,* haud raro dicitur, ut docent loca Prov. XII, 14. et XVIII, 20. Cf. *Vorstii* Phil. Sacr. p. 23. Sed alii h. l. notionem *sacrificii, muneris, oblationis* voci καρπὸς subjicere malunt, ut καρπὸς χειλέων, seu *munera, sacrificium oris,* sint *preces gratæ, gratiarum actiones,* coll. Hos. XIV, 3. et Ies. LVII, 19. Sed prior explicatio mihi magis placet.

3. καρπὸς τῆς κοιλίας et καρπὸς τῆς ὀσφύος est *fœtus hominis,* qui comparatur in omnibus fere linguis eleganter arbori, fructus producenti et ferenti. Luc. I, 42. ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου fructus uteri tui, h. e. infans, quem in utero gestas. Eodem modo *fœtus,* respectu matris, Hebr. פְּרִי בֶטֶן vocatur, v. c. Thren. II, 20. Ps. CXXXII, 11. Micha VI, 7. Genes. XXX, 2. Conf. *Vorstii* Phil. Sacr. p. 461. ed. *Fischeri.* Respectu patris *fœtus* dicitur ὁ καρπὸς τῆς ὀσφύος, Hebr. פְּרִי חֲלָצָיִם, fructus lumborum, quia in lumbis est origo seminis virilis. Act. II, 30. Conf. infra sub ὀσφύς. *Hesych.* καρπός· τὰ τέκνα. *Aristot. Polit.* VII, 16. *Eurip. Bacch.* v. 1305.

4. interdum omittitur, v. c. post συνάγειν, Matth. VI, 26. coll. Luc. XII, 17.—post ποιεῖν, Matth. XIII, 23. (coll. v. 26. et III, 8.) et, secundum quosdam, post προβάλλειν, Luc. XXI, 30.

ΚΑ'ΡΠΟΣ, ου, ὁ, *Carpus.* Est nomen viri Græcum, cujus mentio fit 2 Tim. IV, 13. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 366.

ΚΑΡΠΟΦΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *fructum fero,* et est verbum proprium de terra et terræ proventibus, a καρποφόρος, quod vide. Marc. IV, 28. ἡ γῆ καρποφορεῖ terra fructum fert. *Anthol.* I, 6. 1. *Diod. Sic.* III, 61.

2. metaphorice: *vitam et actiones certa ratione instituo, in actum deduco et erumpo, effectum sortior, factis aliquid probo ac demonstro,* et speciatim: *bona et religioni Christianæ consentanea opera profero.* Matth. XIII, 23. ὃς καρποφορεῖ qui bona opera profert. Marc. IV, 20. Luc. VIII, 15. καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομονῇ et constantes sunt in virtutis Christianæ studio. Rom. VII, 4. καρποφορεῖν τῷ Θεῷ opera proferre, quæ Deo probantur, cui v. 5. opponitur καρποφορεῖν τῷ θανάτῳ

facere ea, quæ sunt morte et miseria, seu pœnis divinis digna. Coloss. I, 6. doctrina Christiana dicitur καρποφορούμενον, quatenus ejus cognitio exserit se recte et honeste factis. ibid. v. 10. καρποφορεῖν is dicitur, qui factis suam religionis Christianæ cognitionem exserit. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΡΠΟΦΟ'ΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1. *frugifer, fructifer, fruges ferens*, a καρπὸς *fructus* et φέρω *fero*. Ps. CVII, 34. γῆν καρποφόρον. ibid. CXLVIII, 9. ξύλα καρποφόρα. *Xenoph. Cyrop.* VI, 2. 8.

2. *frugibus ferendis aptus, quod facit ad fruges ferendas et maturandas.* Sic semel legitur in N. T. Act. XIV, 17. καιροὶ καρποφόροι tempestates frugiferæ. *Eustath.* in Od. κ'. p. 378. 9.

ΚΑΡΤΕΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *forti sum animo, perduro, patienter fero* et *toleranter perfero omnes labores ac molestias, nec iis succumbo*, et de militibus fere apud Græcos dicitur, qui famem, sitim, itinera omnesque labores ferunt æquo animo, ita, ut nullo modo frangantur et debilitentur. Conf. *Xenoph.* Hist. Gr. II, 2. 6. III, 1. 14. Inde καρτερία *tolerantia malorum æquo animo.* ibid. VII, 2. 17. et καρτερικὸς *fortis, rebus duris ferendis adsuetus. Xenoph.* Mem. I, 2. 1. In N. T. semel legitur Hebr. XI, 27. τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε omnia mala perferebat patienter, quasi oculis videret Deum invisibilem. Alii male reddunt ἐκαρτέρησε spem suam in Deo ponebat, ob verba *Hesychii:* ἐκαραδόκουν· ἐκαρτέρουν, ἐπετήρουν. Priorem explicationem confirmant loca Sirac. II, 2. 2 Macc. VII, 17. Ies. XLII, 14. *Glossæ Vett.* καρτερεῖ· μακροθυμεῖ, ὑπομένει. Conf. quoque *Perizonium* ad *Ælian.* V. H. Lib. XII, c. 1.

ΚΑ'ΡΦΟΣ, εος, τὸ, 1. proprie: *omne, quod siccum, aridum ac leve est, festuca, herbæ culmus, aut aliquid stipulæ instar, surculus aridus, fragmen ligni aridi tenue.* Gen. VIII, 11. *Hesych.* κάρφος· ἄχυρον, χόρτος, κεραία ξύλου λεπτή, ξύλον λεπτὸν καὶ ξηρόν. *Bisetus* ad *Aristoph. Lysistr.* v. 475. ξύλον λεπτότατον — καὶ κουφότατον, uti et Latinis φεστούκαν appellari notat, a κάρφω *sicco, arefacio.* κάρφομαι· ξηραίνομαι. *Ælian.* H. A. III, 16. 24. IV, 33. Confer *Wetstenii N. T.* T. I. p. 338.

2. metaphorice, ut Hebraicum קִיסֹם *omne, quod est nullius momenti,* (unde καρφολογεῖν apud *Theophr. Char.* II. de adulatore adhibetur, ad quem locum plura habet *Duportus* p. 209.) et speciatim: *vitium levius et facile condonandum*, cujusmodi vitia ab *Horatio* I. Sat. III. v. 73. seq. *tubera* et *verrucæ*, et a *Seneca* de Vita Beata c. 17. *papulæ* vocantur. Matth. VII, 3. τί δὲ βλέπεις τὸ καρφὸς τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου; cur in aliorum vitiis tam cernis acutum, cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, ut verbis utar *Horatii* I. Sat. III, 25. ibid. v. 4. et 5. ἐκβάλλειν τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ admonendo et corripiendo facere, ut alter quoque a vitio leviore quodam sibi caveat: נָטַל קִיסֹם מִבֵּין עֵינֵי פְלוֹנִי. Luc. VI, 41. 42. Conf. *Lette ad Caab ben Zoheir* p. 108. seq. *Vorstium* de Adagiis N. T. cap. V. p. 781. seq. et *Andr. Schotti* Adagialia Sacra ad l. l.

ΚΑΤΑ'. Præpositio, quæ extra compositionem cum genitivo et accusativo construitur. Si construitur

I. cum genitivo, significat:

1. *a, ab, de*, ita, ut *locum* et *terminum a quo* significet, i. q. ἀπό. Matth. VIII, 32. ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν et omnis grex a monte præceps actus in mare ruit. Marc. V, 13. Luc. VIII, 33. 2 Macc. VI, 10. *Dio Cass. Fragm.* p. 15. ed. Reimar. κατὰ τῆς πέτρας ἐξέβιβη. *Polyæn.* p. 204. κατὰ τῶν κρημνῶν. Conf. *Casaubonum* ad *Strabonem* p. 233. ed. *Almeloueen.*

2. *adversus, contra.* Matth. XII, 30. κατ' ἐμοῦ ἐστι adversarius mihi est. Rom. VIII, 31. τίς καθ' ἡμῶν; ecquis

4. *apud*, redditurque Latine fere per tandem nobis obsit et noceat? ibid. v. 33. τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ; quis veros Christianos accusare sustineat? Matth. V, 11. ἐὰν εἴπωσιν πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν si vos calumnientur et conviciis proscindant. ibid. v. 23. X, 35. XII, 14. 25. 32. XXVI, 59. XXVII, 1. Marc. III, 6. IX, 40. XI, 25. XIV, 55. 56. 57. Jud. v. 15. Sap. IV, 16. 3 Macc. II, 27. *Lucian.* T. I. p. 255. ed. Reitz. *Polyb.* IX, 3. 10. *Ælian.* V. H. II, 6. τὴν κατ' αὐτοῦ κρίσιν. ibid. X, 6. Conf. *Alberti* in Periculo Critico p. 39.

3. *de*, ita, ut *objectum* significet. 1 Cor. XV, 15. ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ testantes de Deo. *Palairet.* in Obss. Philol. ad h. l. duo loca adduxit, (quibus addendus est locus *Xenoph.* Cyrop. I, 2. 16.) quibus hic usus præpositionis κατὰ, cum secundo casu constructæ, confirmari possit. *Ælian.* V. H. V, 21. φήμην τὴν κατὰ τῆς Μηδείας. *Longin.* de Sublimitate p. 36. ἓν ἔτι —— κατὰ τῶν ἀνθρωπίνων παραθέμενος unum adhuc exemplum de rebus humanis proponens. Sed prior locus alienior a re nostra videtur. Plura exempla vide in *Ind. Reiskiano* ad *Demosthenem.* Nec tamen prætermittendum est, particulam Hebraicam עַל, cui κατὰ in versione Alexandrina interdum respondet, eodem sensu legi Ies. XXXVII, 9. Joël. I, 3. Genes. XVIII, 19.

4. *per*, cum *locum* denotat. Luc. IV, 14. καθ' ὅλης τῆς περιχώρου per totam regionem vicinam. ibid. XXIII, 5. διδάσκων καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας docens per totam Judæam. Act. IX, 31. αἱ ἐκκλησίαι καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας καὶ Γαλιλαίας.

5. *per*, in *formulis jurandi*, i. q. alias ἐν. Matth. XXVI, 63. ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ per Deum te obtestor. Hebr. VI, 13. ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ cum per nullum majorem jurare posset, per se ipsum juravit. ibid. v. 16. κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι. Judith. I, 12. ὤμοσε κατὰ τοῦ θρόνου. Alex. 2 Chron. XXXVI, 13. ἃ ὥρκισεν αὐτὸν κατὰ τοῦ Θεοῦ Hebraice אֲשֶׁר הִשְׁבִּיעוֹ בֵּאלֹהִים. Adde Jerem. XLIX, 13. Conf. Ind. *Reisk.* Græcit. Demosth. p. 433.

6. *super*, *in*, cum accusativo et ablativo. Marc. XIV, 3. κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς effudit in caput ejus. 1 Cor. XI, 4. κατὰ κεφαλῆς ἔχων super, seu in capite habens tegumentum. Si regit

II. accusativum, notat

1. *a*, *ab*, ita, ut *causam* et *auctorem* significet. Galat. I, 11. ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον non est ab homine inventum, *Syrus:* ܐܠܐ ܗܘܬ ܡܢ ܒܪܢܫܐ non fuit ab homine, coll. v. 12. οὐδὲ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ, οὔτε ἐδιδάχθην. 1 Petr. IV, 14, κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται. Ita etiam in inscriptionibus evangeliorum Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, Μάρκον, Λουκᾶν, Ἰωάννην Evangelium auctore Matthæo, Marco, Luca et Johanne, ubi κατὰ respondet Hebraico לְ, v. c. Ps. III, tit. מִזְמוֹר לְדָוִד Conf. *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* XIV, 12. et *Novam Bibl. Lubec.* Vol. II, p. 102. seq. 2 Macc. II, 13. ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς καὶ ὑπομνηματισμοῖς τοῖς κατὰ τὸν Νεεμίαν.

2. *ad*, de *loco*, i. q. πρός. Luc. X, 33. γενόμενος κατὰ τὸν τόπον quum venisset ad illum locum, (*Syrus:* ܐܬܐ ܐܝܟܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ *venit eo ubi erat.*) et v. 33. ἦλθε κατ' αὐτὸν ad eum delatus. *Vulgatus: secus eum.* Ita עַל Nehem. VI, 3. 2 Regg. XXV, 20. 2 Sam. XV, 4. *Xenoph.* Hist. Gr. IV, 6. 14. κατὰ τόπον ἐγένετο. Cyrop. VIII, 5. 9.

3. *ad*, de *objecto*. Eph. VI, 21. τὰ κατ' ἐμὲ, scil. ὄντα, ut cognoscatis res meas, seu ad me spectantes. Ipse statim in sequentibus explicat verbis τί πράσσω; quid agam? Exempla hujus significationis habet *Elsner.* Obss. Sacr. Tom. II. p. 234.

genitivum. Act. XXVI. 3. *πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν καὶ ζητημάτων* omnia instituta et dogmata Judæorum. Rom. XIV, 22. *κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*, h. e. cum solus es, nec alium testem habes, hac certa tua animi persuasione utere; nam *κατὰ ἑαυτὸν* est *seorsim*, *solus*. Jacob. II, 17. Ephes. I, 15. *τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν* vestram fidem. Act. XXVIII, 16. *τῷ δὲ Παύλῳ ἐπετράπη μένειν καθ' ἑαυτὸν* Paulo vero permittebatur seorsim, separatim ab aliis habitare. ibid. XVII, 28. *τινὲς τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν* quidam vestrorum poëtarum. ibid. XVIII, 15. Ita עַל Judd. III, 19. 2 Paral. VI, 13. Dan. VIII, 2.

5. *ante*. Galat. III, 1. *κατ' ὀφθαλμοὺς* ante oculos. Sic quoque עַל ponitur 1 Sam. XXV, 24. Prov. XXIX, 5.

6. *circa*, de *tempore*. Rom. IX, 9. *κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι* circa hoc tempus veniam. Act. XII, 1. *κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν* circa illud tempus. ibid. XIV, 1. *κατὰ τὸ αὐτὸ*, scilicet *μέρος χρόνου*, eodem tempore. ibid. XVI, 25. *κατὰ τὸ μεσονύκτιον* circa mediam noctem. Respondet in hac significatione Hebraico כ Genes. XVIII, 10. Exod. XI, 4. Daniel. IX, 11. *Herodian*. II, 7. 6. *καθ' ὃν δὲ καιρὸν τὰ προειρημένα ἐν Ῥώμῃ ἐπράττετο*.

7. *contra*, *adversus*. 1 Tim. I, 11. *κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης* si quid, inquam, adversatur doctrinæ præstantissimæ. Sed quia *κατὰ*, cum *contra*, *adversus* significat, fere genitivo jungitur, rectius fortasse verba *κατὰ τὸ εὐαγγέλιον* construuntur cum verbis commatis 10. *τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ*, ita, ut post *ἀντίκειται* comma ponatur. *Eurip*. Phœn. v. 825.

8. *coram*. Luc. II, 31. *κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν* in conspectu omnium populorum. 2 Cor. X, 1. *κατὰ πρόσωπον* præsens, opponitur *τῷ ἀπών*. Galat. II, 11. *κατὰ πρόσωπον*, h. e. coram, palam, non clam, i. q. v. 14. *ἔμπροσθεν πάντων* et respondet Hebraico לִפְנֵי, 1 Regg. I, 23. et לְעֵינֵי, Ps. L, 21. Eodem modo עַל apud Hebræos usurpatur Exod. XVIII, 13. et stetit populus עַל־מֹשֶׁה *coram Mose*. 1 Sam. XXI, 16. Levit. XXVI, 1. Confer *Wetstenii N. T.* T. I. p. 665.

9. *cum*. Marc. I, 17. *κατ' ἐξουσίαν τοῖς πνεύμασι ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει* cum potentia et auctoritate spiritibus malis imperat. 1 Cor. II, 1. *καθ' ὑπεροχὴν λόγου* non cum excellentia sermonis. Hebr. XI, 13. *κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες* cum fide, seu, fide præditi, hi omnes mortui sunt. Sic quoque עַל sumitur Genes. XXXII, 12. Exod. XXXV, 22. Ezech. IV, 15.

10. *e*, *ex*. Luc. I, 18. *κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο*; unde, quo argumento veritatem dictorum tuorum cognoscam? Κατὰ τί in hac orationis serie respondet Hebraico בַּמֶּה, Genes. XV, 8. Conf. *Lamb. Bos*. Exerc. L. Gr. p. 31. Act. III, 17. *ὅτι κατ' ἄγνοιαν ἐπράξατε* per imprudentiam ita egistis. Luc. VIII, 4. *τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτὸν* qui ex variis urbibus veniebant ad eum. 1 Tim. V, 21. *μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν* nihil faciens ex inclinatione, vel affectu. Tit. III, 5. *κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον*. Philem. v. 14. *κατὰ ἀνάγκην — κατὰ ἑκούσιον*. Adde Luc. X, 31. Eandem significationem עַל quoque habet Genes. XXVII, 40. Esther IX, 26. Ps. LXXXI, 6. cum exiret עַל־אֶרֶץ מִצְרַיִם ex terra Ægypti. *Appianus B. C.* II. p. 823. *κατὰ μὲν ἔχθραν ἰδίαν οὐδὲν ἐργασώμεθα*. *Arriani Exped. Alex*. I, 17. 14. *κατ' ἔχθραν ἀποκτείνειν*.

11. *in*. *Phavorinus* et *Hesychius*: *κατά· ἀντὶ τοῦ ἐν*. Cum ἐν permutatur Act. XXIV, 14. *πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν νόμον καὶ τοῖς ἐν τοῖς προφήταις γεγραμμένοις* omnibus, quæ sunt in Pentateucho reliquisque libris V. T. scripta. In hac vero significatione usurpatur a) de *loco*, v. c. Matth. XIV, 13. 23. *κατ' ἰδίαν*, sc. *χώραν*, privatim, in loco privato. Luc. X, 4. *κατὰ τὴν ὁδὸν* in via. ibid. XV, 14. *κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην* in illa regione. Act. V, 15. *κατὰ τὰς πλατείας* in plateis. ibid. XI,

1. κατὰ τὴν Ἰουδαίαν in Judæa. ibid. XIII, 1. *Eurip.* Phœn. v. 153. κατ' ὄρη in montibus. v. 830. κατὰ δώματα καὶ πόλιν. et v. 1597. Etiam עַל *in* cum ablativo quandoque significat, v. c. Deut. IV, 13. 2 Sam. IV, 7. Ezech. IX, 4. b) de *subjecto*. Rom. I, 15. τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον, pro πρόθυμός εἰμι, seu προθυμίαν ἔχω. Conf. *Koppe* ad h. l. c) de *tempore*. Matth. I, 20. κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ in somnio apparuit ei. *Syrus:* ܒܚܠܡܐ. *Ælian.* V. H. I, 13. κατ' ὄναρ. Græci interdum ὄναρ, nude positum, nulla præpositione addita, eodem sensu usurpare solent, ut docuit *Reitzius* ad *Lucian.* T. III. p. 393. Alexandrini utuntur formula καθ' ὕπνον. Gen. XX, 6. XXI, 11. Matth. XXVII, 19. Joh. V, 4. κατὰ καιρὸν, sc. ἴδιον, suo tempore. Act. XIII, 27. κατὰ πᾶν σάββατον singulis sabbatis. 1 Cor. XVI, 2. κατὰ μίαν σαββάτων primo die hebdomadis. Hebr. I, 10. κατ' ἀρχὰς in initio. Rom. V, 6. d) *in, adjuncti*. Act. III, 22. κατὰ πάντα in omnibus. (*Thucyd.* IV. 81. VI, 27. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 567.) Hebr. III, 3. VII, 20. καθ' ὅσον in quantum, quatenus. Hebr. VII, 22. κατὰ τοσοῦτον in tantum. e) *in*, ita, ut *seriem* et *distributionem* significet et vel ἕκαστος, vel πᾶς subintelligendum sit. Conf. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XV, cap. 38. T. II. p. 31. Matth. XXIV, 7. κατὰ τόπους singulis in locis. Luc. II, 41. κατ' ἔτος singulis annis. Act. XXII, 19. κατὰ τὰς συναγωγάς. ibid. XX, 20. κατ' οἴκους domatim, per singulas domos. 1 Sam. VII, 16. κατ' ἐνιαυτόν. Zach. XIV, 16. *Xenoph.* de Magist. Equ. III, 21. κατὰ φυλάς. Id. de Rep. Lac. XV, 7. κατὰ μῆνα.

12. *inter*. Act. XXI, 21. τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰουδαίους omnes Judæos, qui inter gentes sunt. ibid. XVIII, 15. νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς legis, quæ inter vos valet. Ita עַל adhibetur Num. XXXI, 8. 1 Sam. XXII, 9. 2 Sam. IV, 2.

13. *per*, a) de *loco*. Luc. VIII, 1. διώδευε κατὰ πόλιν καὶ κώμην peragravit singulas urbes et vicos. ibid. v. 39. ἀπῆλθε καθ' ὅλην τὴν πόλιν κηρύσσων. (Aliud est κατὰ τὴν πόλιν, aliud κατὰ πόλιν. Illud de una urbe dicitur, hoc de pluribus, ut multis exemplis docuit *Wetstenius N. T.* T. I. p. 705.) ibid. IX, 6. διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας. *Eurip.* Phœn. v. 218. κατὰ πόντον Ἰόνιον per mare Ionium. Nec alio modo sumitur Hebraicum עַל Zeph. II, 15. Adde Luc. XIII, 22. XXIII, 5. Act. VIII, 1. b) *per*, de *causa efficiente*. 1 Cor. XII, 8. ἄλλῳ δὲ (δίδοται) λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα per eundem spiritum, i. q. διὰ τοῦ πνεύματος, quibus verbis Paulus ibidem usus est, coll. v. 10. ubi bis dicitur ἐν σῷ πνεύματι, et v. 11. ubi πνεῦμα dicitur hæc omnia ἐνεργεῖν.

14. *post*, in formula εἷς καθ' εἷς unus post alium. Marc. XIV, 19. Joh. VIII, 9. Vide quæ dicta sunt supra in εἷς. Sic quoque עַל Ies. XXXII, 10. XXXVIII, 15. Ps. LXIX, 27.

15. *propter, ob*, ad imitationem Hebraici עַל. Ezech. XXXVI, 18. Amos VI, 6. 2 Paral. VII, 10. Sic legitur in N. T. Matth. XIX, 3. κατὰ πᾶσαν αἰτίαν ob quodcunque crimen. Joh. II, 6. κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων propter purgationem Judæorum. Rom. II, 5. κατὰ τὴν σκληρότητά σου propter pertinacem illum animum tuum. ibid. IV, 3. κατὰ χάριν — κατὰ ὀφείλημα. Phil. IV, 11. οὐχ' ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω non quod hoc propter inopiam meam dicam. 2 Timoth. I, 9. οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν. Tit. III, 5. κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον. 2 Maccab. VI, 11. *Polyb.* Hist. XVII, 32. κατὰ τίνα λόγον; quam ob causam? *Homer.* Odyss. γ'. v. 71. ἤ τι κατὰ πρῆξιν an ob aliquod negotium, sc. mare navigatis. *Thucyd.* IV, 99.

16. *quantum ad, quod attinet ad, quatenus*. Rom. XI, 28. κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον quod ad Christi doctrinam attinet. — Κατὰ δὲ τὴν ἐκλογὴν quatenus vero sunt populus, quem Deus sibi peculiarem elegit. ibid. IX, 5. κα-

τὰ σάρκα quatenus humanam naturam habet, seu homo est. Eadem formula eodem sensu legitur quoque ibid. I, 3. IX, 3. et Act. II, 30. *Æsch. Socr.* I, 10. Eodem modo עַל Ruth. IV, 7.

17. a) *secundum.* Matth. II, 16. κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν secundum illud tempus, quod accurate exquisiverat ab illis. ibid. IX, 29. κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν secundum vestram fiduciam eveniat vobis. Luc. II, 29. κατὰ τὸ ῥῆμά σου. b) *secundum*, h. e. *convenienter, ad mentem et voluntatem alicujus, ex mandato et præscripto*, ad imitationem Hebraici עַל Jos. XXII, 9. Ruth. II, 13. Rom. VIII, 27. κατὰ Θεὸν, uti Deus vult et ei placet, i. q. κατὰ τὸ θέλημα Θεοῦ 1 Joh. V, 14. *Syrus* h. l. bene: ܠܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܨܒܝܢ ܗܘ *secundum voluntatem Dei.* 2 Corinth. VII, 10. ἡ κατὰ Θεὸν λύπη tristitia, quam Deus postulat et quæ ei placet. ibid. v. 9. Luc. II, 22. κατὰ τὸν νόμον Μωσέως ex præscripto legis Mosaicæ. ibid. XXIII, 56. κατὰ τὴν ἐντολήν. Act. XXVI, 5. 2 Corinth. XI, 17. οὐ λαλῶ κατὰ τὸν Κύριον non loquor ex mandato Christi. Rom. VIII, 1. κατὰ σάρκα et κατὰ πνεῦμα περιπατεῖν. Conf. infra sub σὰρξ et πνεῦμα, Matth. XVI, 27. *Xenoph.* de Rep. Laced. XV, 7. κατὰ τοὺς νόμους βασιλεύειν. *Eurip.* Phœn. v. 804. c) *secundum, ad similitudinem, ad exemplum, instar, sicut.* Galat. IV, 28. κατὰ Ἰσαὰκ eodem, quo Isaacus modo. Ephes. IV, 24. κατὰ Θεὸν ad similitudinem Dei. Rom. XV, 5. κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ut Christo similes fiamus. 1 Petri I, 15. κατὰ τὸν καλέσαντα ὑμᾶς ἅγιον. Huc pertinet etiam formula κατὰ ἄνθρωπον, de qua supra ad vocem ἄνθρωπος exposui. *Plato* Apol. cap. 1. οὐ κατὰ τούτους εἶναι me his non esse similem. *Arrian. Exped. Alex.* III, 27. 10. οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους βαρβάρους πολιτεύοντες. *Callim.* Epigr. I, 4. Exempla alia Græcorum huc pertinentia habet *El. Palairet.* Obss. Phil. p. 357. et 380. Adde Job. I, 8. XLII, 15. Sirac. VI, 22. *Hesych.* κατ' αὐτόν· ὅμοιον αὐτῷ. Idem: κατὰ σέ· ὅμοιός σοι.

18. *versus, in*, de *motu ad locum*, ut עַל, Genes. XXIV, 49. Exod. IX, 22. 1 Sam. XXVII, 10. Sic legitur in N. T. Act. VIII, 26. κατὰ μεσημβρίαν versus meridiem. ib. XVI, 7. ἐλθόντες δὲ κατὰ τὴν Μυσίαν ἐπείραζον κατὰ τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι. ibid. XXVII, 12. βλέποντα κατὰ λίβα. Vide sub βλέπω. Phil. III, 14. κατὰ σκοπὸν scopum versus feror ad palmam. 1 Paral. V, 10. *Homer.* Il. α'. v. 484.

19. *usque ad.* 1 Cor. XIV, 31. καθ' ἕνα πάντες ad unum omnes. Ephes. V, 33. καθ' ἕνα ἕκαστος.

20. interdum, maxime ante voces temporis, ὥραν, καιρὸν, χρόνον, ἡμέραν, omitti solet. Matth. XX, 2. τὴν ἡμέραν pro καθ' ἡμέραν in diem, seu, in singulos dies. Matth. XXIII, 37. et Act. I, 11. ante ὃν τρόπον, coll. Act. XV, 11. Marc. VI, 39. ante συμπόσια. Luc. XXII, 41. ante λίθου βολήν. Act. VIII, 25. (κατὰ) πολλὰς κώμας. Apoc. III, 3. ante ποίαν ὥραν. Joh. IV, 22. ὑμεῖς προσκυνεῖτε (καθ') ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν (καθ') ὃ οἴδαμεν vos colitis Deum pro ignorantia vestra, nos autem eum pro meliori nostra scientia colimus. 2 Cor. III, 18. τὴν αὐτὴν εἰκόνα, pro κατὰ τ. α. ε. eodem modo, quo splendor faciei Mosis augebatur, aut ad similitudinem Christi. 3 Macc. VI, 9. Sap. III, 5. *Xenoph.* de Magistro Equit. II, 3. ἀριθμὸν, pro κατὰ ἀριθμόν. Id. de Rep. Athen. II, 9. θυσίας, sc. κατά. Simili modo in V. T. עַל quoque haud raro omittitur, ut multis exemplis docuit *Noldius* in Concordantiis Particularum Hebr. p. 560. seq. Confer quoque *Alberti* Periculum Criticum p. 40.

21. elegantem periphrasin facit *genitivi.* Act. XXVII, 2. τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους loca Asiæ. Rom. I, 15. et *accusativi.* Act. XXI, 19. καθ' ἓν ἕκαστον. Conf. *Noldium* l. l. *Plato* Phæd. c. 32. αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἐπιθυμίαι, pro αἱ τοῦ σώματος ἐπιθυμίαι.

22. periphrasin facit *adjectivi* vel

concreti. 2 Cor. VIII, 2. ἡ κατὰ βάθους πτωχεία profunda, h. e. summa paupertas. Act. XXV, 23. τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι τῆς πόλεως magnatibus urbis. Rom. IX, 11. ἡ κατ' ἐκλογὴν Θεοῦ πρόθεσις. ibid. X, 2. ζῆλος κατ' ἐπίγνωσιν zelus prudens. ibid. XI, 21. οἱ κατὰ φύσιν κλάδοι naturales rami, coll. *Polyb.* V. 57.

23. adverbii naturam recipit, nec ullum casum regit, v. c. Act. XIX, 20. κατὰ κράτος valide. Rom. VII, 13. καθ' ὑπερβολὴν valde, insigniter. 1 Petr. III, 7. κατὰ γνῶσιν prudenter. *Polyb.* I, 12. κατὰ σπουδὴν festinanter. ibid. III, 85. *Theophr.* Char. c. 21. καθ' ὑπερβολήν.

24. τὰ κατὰ τινὰ *res, status alicujus et fata, quæ cuipiam acciderunt aut ad aliquem pertinent.* Ephes. VI, 21. Coloss. IV, 7. 3 Esdra I, 24. Tob. X, 8. *Thucyd.* I, 138. Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 261.

25. οἱ κατά τι dicuntur apud Græcos, *qui aliqua re præditi, instructi et affecti sunt.* Rom. II, 7. οἱ καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ qui constantes fuerunt in virtutis studio.

26. quandoque est *temporis particula*, et per *quando, tum, quum, ubi* optime reddi potest, v. c. 2 Tim. IV, 1. κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ quando palam se regem hominum demonstrabit, ubi conf. versionem Syriacam, in qua ב loco κατὰ positum est. *Æschin. Socrat.* Dial. III, 19. κατὰ τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν tum, cum Xerxes trajecisset in Græciam. *Xenoph.* de Rep. Laced. X, 8. *Ælian.* V. H. II, 11.

Confer in universum *Lexicon Xenophonteum* et *Glossarium Polybianum* s. h. v.

ΚΑΤΑΒΑΊΝΩ, fut. βήσομαι, aor. 2. κατέβην, imp. κατάβα et κατάβηθι. 1. proprie: *descendo*, h. e. *gradior ex superiore loco in inferiorem, per gradus e summis in ima deferor*, ex βαίνω *gradior, eo*, et κατὰ, quod hic valet idem, quod κάτω *deorsum*, ut in verbis quoque κατιέναι, καταστᾶν etc. Matth. VIII, 1. καταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους degressum autem de monte. Eodem modo quoque legitur ibid. XVII, 9. Marc. IX, 9. Luc. VI, 17. Joh. VI, 16. Act. VIII, 38. κατέβησαν, sc. ἀπὸ τοῦ ἅρματος. Matth. XXVII, 42. καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ descendat nunc de cruce. Luc. XIX, 5. Matth. XXIV, 17. Marc. XIII, 15. etc.

2. *proficiscor e loco edito in regionem minus editam* et opponitur τῷ ἀναβαίνω, quod vide. Marc. III, 22. οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβάντες. Luc. II, 51. καὶ κατέβη μετ' αὐτῶν καὶ ἦλθεν εἰς Ναζαρέτ. ibid. X, 30. 31. Joh. II, 12. IV, 47. 49. 51. Act. VII, 15. VIII, 15. XVI, 8. XVIII, 22. XXIV, 1. 22. XXV, 6. 7. Eodem sensu יָרַד usurpatur Genes. XII, 10. XXVI, 2. Cf. *C. B. Michaëlis* Diss. de Notionibus Superi et Inferi. Hal. 1735.

3. transitive pro καταβαίνειν ποιῶ (*Pindar. Pyth.* VIII, 109.) et si de *via* usurpatur, est vocibus Latinis *ducere, ferre*, reddendum. Act. VIII, 26. ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν καταβαίνουσαν (in uno codice legitur φέρουσαν) ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Γάζαν via, quæ ab Hierosolyma ad Gazam ducit, seu Gazam fert.

4. *delabor, demittor, defluo*, et est rerum inanimatarum, quæ motu alieno demittuntur. Matth. VII, 25. 27. καὶ κατέβη ἡ βροχὴ delapso, seu *descendente* (*Virgil. Ecl.* VII, 60.) deinde imbre. Luc. VIII, 23. κατέβη λαῖλαψ ἀνέμου εἰς τὴν λίμνην (coll. *Homer. Il.* ζ'. 19. *Duker.* ad *Thucyd.* VI, c. 2. et *Rhoer.* in *Fer. Daventr.* p. 60.) Ib. IX, 54. εἴπωμεν πῦρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ jubeamus ignem de cœlo delabi. ib. XXII, 44. sudor ejus tanquam guttæ sanguinis καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν ad terram defluebat. Act. X, 11. XI, 5. Eodem modo יָרַד usurpatur de igne, de cœlo decidente, 2 Chron. VII, 1. 3. de pluvia, Ps. LXXII, 6. Adde Ies. XXXII, 19. LV, 10. et *Tibull.* I. Eleg. II. v. 31.

5. καταβαίνειν ἀπὸ τινὸς *originem ab aliquo repetere, proficisci ab aliquo.* Jac. I, 17. omne beneficium verum

et omne munus perfectum ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων a Deo proficiscitur, omnis felicitatis auctore. Huc etiam pertinent loca N. T. in quibus Christus *de cœlo in has terras descendisse* dicitur, in qua formula latet significatio *originis Jesu longe sublimioris* et *beneficii divini, quo Christus cœlitus demissus concessus est hominibus vi divina*, ut docuit S. Ven. *Dœderlein* in Opusc. Theol. de Usu Formulæ, *Christum de cœlo venisse*. Joh. III, 13. et VI, 38.

6. Per ἀνθρωποπάθειαν Deus dicitur καταβαίνειν ad homines, *quatenus præsentiam suam inter homines insigni aliquo modo et singulari aliquo opere efficiendo declarat*. Act. VII, 34. καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτούς et jam insigni aliquo modo redimam et liberabo eos ex servitute Ægyptiaca. Eodem modo explicanda quoque sunt loca N. T. Matth. III, 16. Marc. I, 10. Luc. III, 22. et Joh. I, 32. 33. ubi Spiritus Sanctus columbæ specie se manifestasse legitur, super Christo requiescens. Eodem sensu descensus Deo in V. T. tribuitur in utramque partem, tum in bonam, Exod. III, 8. tum in malam, Genes. XI, 5. 7. XVIII, 21. Ps. XVIII, 9. Sapient. XVIII, 15. *Augustinus* lib. XVI. de Civit. Dei c. 5. " *Deus descendere dicitur, cum aliquid facit in terra, quod præter usitatum naturæ cursum mirabiliter factum præsentiam quodammodo ejus ostendat.*" Apud Græcos quoque καταβαίνειν verbum proprium erat de Deorum ad homines adventu. Act. XIV, 11. *Homer.* Iliad. IV, v. 74. Conf. *Kusteri* Notas ad *Suidam* v. καταβάτης. In versione Alexandrina autem Deut. XXXI, 15. pro verbis Hebraicis וַיֵּרָא יְהוָה legitur καὶ κατέβη Κύριος.

ΚΑΤΑΒΑ΄ΛΛΩ, fut. αλῶ, 1. proprie: *dejicio, humi prosterno, deorsum jacio*, etiam *projicio*, v. c. semen in terram vel uterum (*M. Antonin. de rebus suis* IV, 36. τῶν σπερμάτων τῶν εἰς γῆν ἢ μήτραν καταβαλλομένων. *Jul. Pollux Onom.* II, 2.) et ex adjuncto: *occido, destruo, vinco, supero*, ex κατὰ et βάλλω *jacio*. Sic v. c. de *statua* usurpatur apud *Philostrat.* Vit. Soph. I, c. 8. χαλκῆν εἰκόνα κατέβαλον τοῦ ἀνδρὸς, de feris, jaculis et sagittis prostratis, apud *Xenoph.* Cyrop. I, 4. 8. et IV, 6. 2. de victore, hostem in prœlio et certamine prosternente, apud *Arrian.* de Exped. Alex. I, 16. et *Herodot.* IX, 63. κατέβαλον πολλοὺς τῶν Λακεδαιμονίων. *Diog. Laërt.* VI, 62. Confer *Eustath.* ad *Homer. Il.* IX, 206. Simili modo bis quoque legitur in N. T. 2 Cor. IV, 9. καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι dejicimur, sed non perimus, h. e. semper liberamur e præsentissimis periculis, metaphora desumta ab iis, qui in certamine cadunt ab adversariis victi. Conf. *Ez. Spanhem.* ad Juliani Orationes p. 262. et *Lydii Agonistica SS.* c. 25. Apoc. XII, 10. ὅτι κατεβλήθη ὁ κατηγορῶν τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν nam victus et prostratus est accusator fratrum nostrorum, coll. v. 7. seq. *Hesych.* καταβαλεῖ· ἀποκτενεῖ, καταλύσει, νικήσει, ῥίψει.

2. καταβάλλομαι *in inferiorem locum jacio, pono*, et ut verbum simplex βάλλομαι apud *Joseph.* A. J. V, 1. 8. est verbum proprium de *fundamentis, quæ ædificio exstruendo ponuntur*. *Joseph.* A. J. XV, 11. 3. ἀνελὼν δὲ τοὺς ἀρχαίους θεμελίους, καταβαλόμενος ἑτέρους, ἐπ' αὐτῶν τὸν ναὸν ἤγειρε. *Polyb.* Hist. X, 24. *Dionys. Halic. Ant.* III, 69. *Porphyr. de Abstinent.* VIII, 10. Sic legitur in N. T. quoque Hebr. VI, 1. μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι nec iterum fundamentum ponamus. Conf. supra sub θεμέλιον.

ΚΑΤΑΒΑΡΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, i. q. καταβαρύνω, 1. proprie: *pondere meo aliquem deprimo*, seu *vinco, degravo*, ex κατὰ et βαρέω *gravo*. *Lucian. Dial. Deor.* p. 214.

2. per metaphoram: *molestus sum alicui, molestiam alicui facio*. Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. XII, 16. ἐγὼ οὐ κατεβάρησα ὑμᾶς non fui vobis

mercede exigenda molestus. Sic καταβαρύνω usurpatur. 2 Sam. XIII, 25.

ΚΑΤΑ΄ΒΑΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *actus descendendi, descensus, descensio*, a καταβαίνω *descendo*. *Xenoph. Anab.* V, 5. 4.

2. *via ipsa, qua de aliquo loco descendi potest*, seu *locus, ad quem descenditur*, quemadmodum apud Alexandrinos Jos. VIII, 24. et X. 10. ἀνάβασις et apud *J. Cæsar.* de B. Gall. II, 33. *ascensus* de via usurpatur, ubi in montem ascendi potest, et ibidem de B. C. III, 45. *receptus* pro via ponitur, qua aliquis redit. Sic autem reperitur Luc. XIX, 37. ἐγγίζοντος δὲ αὐτοῦ ἤδη πρὸς τῇ καταβάσει τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν cum autem venisset ad radices montis Olivarii. Sæpius non legitur in N. T. *Thucyd.* VII, 44. στενῆς καταβάσεως. *Xenoph. Cyrop.* VII, 2, 1. *Anab.* III, 4. 23. V, 3, 1.

ΚΑΤΑΒΙΒΑ΄ΖΩ, fut. άσω, *descendere facio*, vel *cogo, demitto, ex alto dejicio, deduco, deprimo, deturbo*. Καταβιβάζομαι *descendo, dejicior, deturbor, deprimor*, et opponitur τῷ ἀναβιβάζεσθαι *ascendere*, ex κατὰ *deorsum*, in compositione, et βιβάζω, *scandere facio*. *Xenoph. Cyrop.* VII, 5. 8. *Id. Histor. Græc.* IV, 6. 5. et 7. *Hesych.* καταβιβάζοντες· κατασπῶντες. Alexandrini pro הוֹרִיד Deut. XXI, 4. Jos. II, 18. Jer. LI, 40. In N. T. bis tantum legitur. Matth. XI, 23. Luc. X, 15. ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ usque ad infernum dejicieris, seu, ab infima deprimeris, h. e. miserrima et valde abjecta erit tua conditio. Sic Ezech. XXXI, 16. ὅτε κατεβίβαζον αὐτὸν εἰς ᾅδου. Hebr. בְּהוֹרִידִי אֹתוֹ שְׁאֹלָה· Aquila Ps. LVI, 7. ἐν ὀργῇ λαοὺς καταβίβασον.

ΚΑΤΑΒΟΛΗ΄, ῆς, ἡ, 1. proprie: *dejectio, jactus, qui fit ex alto deorsum*, ab καταβάλλω *dejicio, prosterno*. Sic v. c. partim de *structione* seu de *molitione* legitur apud *Jul. Pollucem Onom.* I, 1. 13. partim de *seminis dejectione* usurpatur apud *Clement. Alex. Pædagog.* II, c. 10. Hinc lucem fœneratur fortasse locus Hebr. XI, 11. δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβεν, ubi καταβολὴ σπέρματος commode de *ejaculatione seminis* explicari potest, ita, ut post εἰς verbum συλλαμβάνειν vel κατασχεῖν seu aliud ejusmodi subintelligendum sit. Conf. supra ad εἰς n. 25. dicta. Hinc

2. est verbum architectonicum: *fundamentum ædium, cui superstruitur ædificium, fundatio*, etiam *structura tota*, quo sensu legitur 2 Maccab. II, 29. καθάπερ γὰρ τῆς καινῆς οἰκίας ἀρχιτέκτονι τῆς ὅλης καταβολῆς φροντιστέον. *Polyb.* I. c. 36. ἐκ καταβολῆς ἐναυπήγουν.

3. *cujusque rei prima molitio* vel *institutio* atque *initium*, i. q. ἀρχή, quemadmodum et καταβάλλομαι haud raro *ordiri, initium facere* notat, quo sensu legitur apud *Callimachum* (Opp. p. 514. ed. *Ernesti*) quem laudat Schol. *Pindari* ad Nem. Od. II. 5. Sic v. καταβολὴ πυρετοῦ medicis Græcis dicitur, quæ Latinis *initium et accessio* febris et παροξυσμοῦ. Καταβολὴ τυραννίδος initium tyrannidis apud *Polyb.* XIII, 4. Similiter *Josephus* B. J. II, 17. 2. καταβολὴν πολέμου dixit, et apud *Pindarum* loco, modo citato, καταβολὴ ἱερῶν ἀγώνων, ad quem locum Schol. τὴν καταβολήν· τουτέστι τὴν ἀρχήν. *Suid.* καταβολή· καινούργησις. Sic frequens quoque est in N. T. formula καταβολὴ κόσμου, quæ *mundi initia, creationem universi* notat. Matth. XIII, 35. ἀπὸ καταβολῆς κόσμου *a mundo condito*, seu *a longo inde tempore*. Luc. XI, 50. Hebr. IV, 3. *ab æterno*. Matth. XXV, 34. Joh. XVII, 24. Ephes. I, 4. 1 Petr. I, 20. Ps. XC, 2. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 406. Eleganter quoque in N. T. ad *hominum ortum* atque ad *generis originem* transfertur idem vocabulum, v. c. Hebr. XI, 11. ubi de Sara dicitur δύναμιν ἔλαβεν εἰς καταβολὴν σπέρματος, h. e. robur accepit ad procreationem sobolis, seu, ad fundationem familiæ ac domus; ubi metaphora vel ducta est a

fundamentis ædium, ex usu loquendi Hebræorum, (בָּנָה Alex. Genes. XVI, 2. XXX, 3. per τεκνοποιεῖν reddiderunt) Latinorum (conf. *Drakenborchius* ad *Silium Italicum* II, 65.) et Græcorum; (vide *Eurip.* Hercul. Fur. v. 1264. seq. ed. *Musgrave* T. III.) vel desumta a semine, in terram sparso, cum quo prolis generatio eleganter a veteribus (*Cic.* de Offic. I, 32. Finib. Bon. V, 23. Divinat. I, 42.) usurpatur, ut multis exemplis *Wetstenius* ad h. l. docuit. Quidquid sit, tamen constat, etiam apud Græcos καταβολὴν ad generis originem, *generandi actum* (*Heliodor.* III, 15. *Plutarch.* de *placitis Philos.* V, 7.) et hominum ortum transferri, veluti apud *Plutarchum* in libello πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον p. 956. ἐξ ἀρχῆς καὶ ἅμα τῇ πρώτῃ καταβολῇ τῶν ἀνθρώπων. et apud *Arrianum* in Diss. Epictet. I, c. 13. καὶ τῆς αὐτῆς ἄνωθεν καταβολῆς. *Heliodorus* adeo (*Æthiop.* IV, 8.) τὴν καταβολὴν metonymice usurpavit pro ipso *fœtu*. Verba ejus sunt: καί μοι καὶ προσωμίλει τότε ὁ πατὴρ ὁ σὸς— — ᾐσθόμην· τι παραχρῆμα κυοφορήσασα τὴν καταβολήν. Eleganter et docte de hac voce universe disputavit *J. Schweighæuser.* in Emendationibus et Obss. in *Suidam* Fasc. I. p. 52. seq. *Wetstenius N. T.* T. II. p. 425. et *Wakefield* in *Silva Crit.* P. III. p. 163.

ΚΑΤΑΒΡΑΒΕΎΩ, fut. εύσω. Hoc verbum inter Cilicismos relatum ab *Hieronymo* Opp. T. IV. p. 204. ed. *Martian.* et e certaminum ratione petitum, significat

1. proprie: *debito brabeo*, seu *præmio certaminis aliquem privare et fraudare*, seu, *sententiam ferre adversus aliquem, qua eum brabeo indignum pronuncias, cum tamen dignus sit*, ex κατὰ, quod in compositione, (v. c. in καταγινώσκειν, καταψευδομαρτυρεῖν, καταπολμᾶν) haud raro *contra, adversus* significat, et βραβεύω *arbiter et moderator certaminis sum, victori palmam decerno et tribuo. Zonaras* in Canone 35. Concil. Laod. καταβραβεύειν γὰρ ἐστὶ, τὸ μὴ τὸν νικήσαντα ἀξιοῦν τοῦ βραβείου, ἀλλ' ἑτέρῳ διδόναι αὐτὸ ἀδικουμένου τοῦ νικήσαντος. *Theodoret.* ad Coloss. II, 18. καταβραβεύειν per ἀδίκως βραβεύειν generaliter exponit. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 288. Sed interdum latius patet ac

2. non solum *inique condemnare, injuria, contumelia et damno afficere, circumvenire, fraudare*, sed etiam *imperium sibi in aliquem sumere, subjugare, jugum imponere, et judicis partes inique sibi arrogare* significat, et est idem, quod παραβραβεύειν apud *Polyb.* Exc. Legat. 46. p. 1194. *Hesych.* καταβραβεύεται· κατακρίνεται. *Suid.* καταβραβευέσθω· καταλογιζέσθω, κατακρινέτω, καταγωνιζέσθω· τοῦ ἄλλου ἀγωνιζομένου ἄλλον στεφανοῦσθαι λέγει ὁ Ἀπόστολος καταβραβεύεσθαι. Cf. *Demosth.* p. 544. ult. ed. *Reiske* et *Eustathium* ad Iliad. α'. v. 399. seq. p. 124. In N. T. semel legitur Coloss. II, 18. μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω, quæ verba ab aliis redduntur: *nemo vos insidiose circumveniat et decipiat;* ab aliis vero: *ne vobis jugum a falsis illis doctoribus imponi patiamini.* Utraque explicatio contextæ orationi bene convenit. Sermo enim est in omni loco de falsis doctoribus judaizantibus, qui Colossenses libertate Christiana privare iisque novum jugum imponere omni modo laborabant. Erudite de hac voce egit *Stolbergius* in Exercit. L. Gr. XXI. p. 102. seq. *Elsnerus* T. II. Obss. Sacr. p. 262. et *Joh. Floderus* in Diss. explicante notionem verbi καταβραβεύειν Col. II, 18. Upsal. 1773. 4.

ΚΑΤΑΓΓΕΛΕΎΣ, έος, ὁ, *annunciator, nuncius, præco*, a καταγγέλλω, quod vide. In N. T. tantum legitur Act. XVII, 18. ubi Paulus Atheniensibus ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι peregrinorum Deorum annunciator esse videtur. *Glossar.* delator, καταγγελεὺς, ἐνδείκτης.

ΚΑΤΑΓΓΈΛΛΩ, fut. ελῶ, 1. generatim notat: *notum facio, alteri aliquid annuncio, quæ sunt ignota, narro*, ex

κατὰ, quod h. l. significationem intendit, et ἀγγέλλω *nuncio*. *Polyb.* Hist. X, 24. μετ' αὐξήσεως ἔνια εἰθισμένοις καταγγέλλειν. *Xenoph. Anab.* II, 5. 11. *Hesych.* καταγγέλλεται· κηρύττεται. Hinc speciatim

2. *doceo, trado alteri aliquid, prædico*, et inprimis de doctoribus religionis Christianæ, olim reconditæ, adhibetur. Sic legitur in N. T. Act. IV, 2. καταγγέλλειν ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν exemplo Christi veritatem doctrinæ de resurrectione a mortuis demonstrare. ibid. XIII, 5. κατήγγελλον τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. ibid. XV, 36. XVI, 17. 21. καταγγέλλουσιν ἔθη. ibid. XVII, 3. 13. 23. XXVI, 23. 1 Cor. II, 1. IX, 14. Phil. I, 16. 18. Coloss. I, 28.

3. *memoriam alicujus rei laudibus celebro, commemoro*. Rom. I, 8. ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ quod vestra in tenenda doctrina Christiana constantia ubique fere laudibus celebratur. 1 Cor. XI, 26. τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε, h. e. debetis commemorare mortem Christi ejusque memoriam celebrare.

4. *offero*. Act. XIII, 38. διὰ τούτου ὑμῖν ἄφεσις ἁμαρτιῶν καταγγέλλεται per hunc vobis nunc remissionem peccatorum offerri. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΓΕΛΆΩ, ῶ, fut. ήσω, *derideo, irrideo, ludibrio habeo*, ex κατὰ et γελάω *rideo*. Matth. IX, 24. καὶ κατεγέλων αὐτοῦ illi autem eum irriserunt. Marc. V, 40. Luc. VIII, 53. Sæpius non legitur in N. T. *Æschin.* Socr. Dial. II, 16. *Xenoph. Mem.* II, 4. 2. Fere semper genitivo adjunctum legitur. 2 Paral. XXX, 10. Prov. XVII, 5. Conf. *Seberum* ad *Jul. Polluc.* Onom. VIII, c. 7. p. 901. ed. *Hemsterhus*. Non opus itaque esse videtur, ut in Matthæi l. l. post αὐτοῦ vocem τὸν λόγον, seu τὰ ῥήματα, subaudiendam esse statuamus.

ΚΑΤΑΓΙΝΏΣΚΩ, fut. γνώσομαι, 1. proprie: *cognosco, intelligo, percipio*, ex κατὰ et γινώσκω. Sed in hac significatione tantum legitur in profanorum monumentis, v. c. apud *Xenoph.* Histor. Gr. V, 4. 57. καταγνόντες δὲ οἱ αἰχμάλωτοι τὴν ἀμέλειαν, et *Ælian.* V. H. II, 17. XIII, 1. XIV, 5. *Hesych.* καταγνῶναι· ἐπιγνῶναι. Adde Alex. Prov. XXVIII, 11.

2. *decerno, vel statuo adversus aliquem, condemno, reum pronuncio, arguo, reprehendo*. Passivum καταγινώσκομαι *reprehendor, arguor, reprehensione dignus sum, condemnor, erroris convictus sum*. Ter tantum legitur in N. T. Gal. II, 11. ὅτι κατεγνωσμένος ἦν dignus enim erat, qui reprehenderetur; *Vulgatus: reprehensibilis*, quasi καταγνώσεως ἄξιος. 1 Joh. III, 20. 21. ἐὰν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν si cor nostrum nos non condemnet. *Ælian.* V. H. XIV, 1. οὐδ' ἂν καταγνοίην ἔγωγε τοιοῦτόν τι Ἀριστοτέλους neque ego tale quid in Aristotele reprehenderim. *Polyb.* IV, 1. *Herodian.* V, 15. 1. Construitur hæc vox fere semper in hac significatione cum genitivo, teste *Suida*: καταγινώσκω· γενικῇ. καταγινώσκω σου ἐαθυμίαν πολλὴν καὶ νωθρότητα. *Hesych.* καταγινώσκω· μέμφομαι. et: καταγνῶναι· μέμψασθαι. In versione Alex. respondet Hebraico הִרְשִׁיעַ Deut. XXV, 1. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 6. 15. p. 212. et *Wetstenii N. T.* T. II, p. 719.

ΚΑΤΆΓΩ, ΚΑΤΆΓΝΥΜΙ, vel ΚΑΤΑΓΝΎΩ, fut. κατεάξω pro κατάξω, aor. 1. κατέαξα, aor. 2. Pass. κατεάγην, *frango, confringo, perdo, destruo*, ex κατὰ et ἄγω, seu ἄγνυμι *frango*. Legitur in N. T. Matth. XII, 20. κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει arundinem contritam non plane confringet. Conf. supra ad κάλαμος. *Aristænet.* I, 7. Joh. XIX, 31. ἵνα κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη ut frangerentur eorum ossa. ibid. v. 32. et 33. (Scilicet crura cruci affixorum frangebantur, mortis eorum accelerandæ causa, ut docuit *Lipsius* de *Cruce* II, 14.) Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. pro מָחַץ legitur Deut. XXXIII, 11. Conf. de hac

voce interpretes ad *Thom. M.* sub *καταγῆναι*, et *Bielium* s. h. v.

ΚΑΤΑ΄ΓΩ, fut. *άξω*, 1. proprie: *deduco aliquem e loco vel regione altiore et sublimiore in depressiorem, deorsum duco.* Etiam simpliciter: *deduco, duco*, sine ullo ad locum altiorem respectu. Act. IX, 30. *κατήγαγον αὐτὸν εἰς Καισαρείαν* deduxerunt eum Cæsaream. ibid. XXII, 30. *καταγαγὼν τὸν Παῦλον* Paulum deductum. ibid. XXIII, 15. 20. 28. Rom. X, 6. *τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν*, h. e. Christum e cœlis in has terras deducere. *Plutarch. Cic.* p. 867. E.

2. *subduco navem, nave deveho, κατάγομαι devehor, navem appello*, et opponitur *τῷ ἀνάγομαι solvo e portu. Xenoph. Anab.* V, 1. 6. *Sext. Empir. adv. Phys.* II, 68. *Eustath.* ad Od. *α'*. 182. Luc. V, 11. *καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ τὴν γῆν* illi vero naves ad littus appellebant, seu, subducentes naves. Act. XXI, 3. *κατήχθημεν εἰς Τύρον* Tyrum appulimus. ibid. XXVII, 3. XXVIII, 12. *Hesych. κατάγειν· ἐπὶ τὸν ναύσταθμον ἄγειν* in navalia deducere, vel subducere naves. Hinc *καταγωγὴ statio navium* et *καταγώγιον locus, navibus appellendis aptus.* Conf. *Salmas.* de *Modo Usur.* p. 220.

ΚΑΤΑΓΩΝΙ΄ΖΟΜΑΙ, fut. *ίσομαι, debello, in certamine vinco, devinco, potestati meæ subjicio quocunque modo*, ex *κατὰ* et *ἀγωνίζομαι certo.* Semel legitur in N. T. Hebr. XI, 33. *κατηγωνίσαντο βασιλείας* regna debellarunt, seu potestati suæ subjecerunt. *Polyb.* II, 45. 4. *Lucian. D. D.* XIII, 1. *τὰ θηρία καταγωνιζόμενος. Ælian. V. H.* IV. 8. *σὺν ὀλίγοις παμπόλλους μυριάδας κατηγωνίσαντο. Hesych. καταγωνίζεται· νικᾷ.*

ΚΑΤΑΔΕ΄Ω, fut. *ήσω, religo, alligo* (*Xenoph. Hist. Gr.* IV, 4. 10.) etiam *obligo, ligo, circumligo*, verbum proprium de vulneribus, ex *κατὰ* et *δέω ligo.* Tantum legitur in N. T. Luc. X, 34. *κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ* obligavit vulnera ejus. Respondet Hebraico חָבַשׁ Ezech. XXXIV, 4, 16. in versione Alex. Sirac. XXVII, 21.

ΚΑΤΑ΄ΔΗΛΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, manifestus, perspicuus, evidens*, ex *κατὰ* et *δῆλος* idem. Semel legitur in N. T. Hebr. VII, 15. *καὶ περισσότερον ἔτι κατάδηλόν ἐστι* et magis adhuc manifestum est. *Xenoph. Mem.* I, 4. 14. *Herodot.* I, 5. III, 68. *Sophocl. Œdip. Col.* v. 1277. *Aristoph. Plut.* 1066.

ΚΑΤΑΔΙΚΑ΄ΖΩ, fut. *άσω, jus contra aliquem dico, condemno, sententiam contra aliquem fero, reum pronuncio*, i. q. *κατακρίνω*, ex *κατὰ*, quod hic valet *contra*, et *δικάζω judico.* De justa condemnatione sontium legitur in N. T. Matth. XII, 37. *ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ* (in aliis codd. *κατακριθήσῃ*) tua te oratio arguet et condemnabit. De condemnatione injusta insontium legitur Matth. XII, 7. *οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους* non condemnassetis insontes. Luc. VI, 37. *μὴ καταδικάζετε καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε* ne damnate alios insontes, ne idem vobis eveniat. Jacob. V, 6. *κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε τὸν δίκαιον.* Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico חָרַשְׁתָּ Job. XXXIV, 29. Ps. XXXVII, 33. et XCIV, 21. *Xenoph. Hist. Gr.* III, 2. 16. *Thucyd.* V, 49. Hinc substantivum *καταδίκη condemnatio, κατάκρισις*, interprete *Hesychio. Ælian. V. H.* XII, 44. XIII, 24. etiam *multa, quæ irrogatur. Thucyd.* V, 49. et 50. *Phavor. καταδικάζω· καὶ κατακρίνω, τὸ καταβάλλω τινὰ ἀπὸ κρίσεως. καταδικάζω σου θάνατον. καὶ καταδικάζω· καταψηφίζομαι, ἀποψηφίζομαι, κατακρίνω, καταδιαιτῶ.*

ΚΑΤΑΔΙΩ΄ΚΩ, fut. *ώξω*, 1. proprie: *persequor fugientem hostiliter lædendi animo*, ex *κατὰ* et *διώκω* idem. *Xenoph. Hist. Gr.* I, 2. 6. *Anab.* IV, 2. 4.

2. *insequor aliquem præeuntem, prosequor bono animo aliquid consequendi et obtinendi causa.* Sic semel legitur in N. T. Marc. I, 36. *καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν* et prosecuti sunt eum. *Syrus:* ܘܪܕܘܗܝ et quærebant eum.

Æque late apud Hebræos patet ver-

bum רָדַף Hos. II, 7. Ps. XVIII, 37. Deut. XVI, 20. Hinc καταδιώκειν in versione Alex. etiam pro הִדְבִּיק *assequutus fuit*, 1 Chron. X, 2. pro רוּץ *velociter ivit*, Joël. II, 4. et pro הָלַךְ 1 Sam. XXX, 22. ponitur.

ΚΑΤΑΔΟΥΛΌΩ, ῶ, fut. ώσω, et ΚΑΤΑΔΟΥΛΌΟΜΑΙ, οῦμαι,

1. proprie: *in servitutem aliquem redigo, alterius aut meæ potestati aliquem subjicio, subjugo, servituti addico*, ex κατὰ et δουλόω idem. *Herodot.* VIII, 144. καταδουλῶσαι τὴν Ἑλλάδα. *Thucyd.* III, 20. ubi vid. *Dukerus* et c. 70. Alia loca dedit *Dresigius* de *Verbis Mediis N. T.* p. 294. seq. et *Wetstenius N. T.* T. II, p. 207. seq. In vers. Alex. respondet Hebraico הֶעֱבִיד Genes. XLVII, 21. Exod. I, 14. VI, 5.

2. metaphorice et ex adjuncto: *instar servi, servili modo tracto, acerbis legibus et duris præceptis adstringo.* Sic bis legitur in N. T. 2 Cor. XI, 20. εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ si quis vos servili modo tractat. Galat. II, 4. ἵνα ἡμᾶς καταδουλώσωνται ut jugum rituum Mosaicorum nobis iterum imponant. Simili modo in fragmentis *Aquilæ* et *Symmachi* Ies. XLIII, 23. οὐ κατεδουλωσάμην σε ἐν θυσίαις. Metaphoricam notionem hæc vox etiam habet apud *Xenoph. Cyrop.* III, 1. 13. et *Plutarch.* Tom. V, p. 51. ed. *Reiske.*

ΚΑΤΑΔΥΝΑΣΤΕΎΩ, fut. εύσω, 1. *injuste sub potestatem redigo et subjugo, per vim opprimo*, ex κατὰ, quod in compositione haud raro in deteriorem partem accipitur, et δυναστεύω *sum princeps, dominor. Xenoph. Symp.* 5, 8.

2. ex adjuncto: *imperium durum*, seu *tyrannidem exerceo in aliquem, severius tracto.* Bis tantum legitur in N. T. Act. X, 38. ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ διαβόλου sanans omnes, a dæmonibus male vexatos. Jacob. II, 6. οὐχ' οἱ πλούσιοι καταδυναστεύουσιν ὑμῶν; nonne divites vos opprimere et severius tractare solent? Exod. I, 13. καὶ κατεδυνάστευον οἱ Αἰγύπτιοι τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Ezech. XVIII, 12. XXII, 7. 29. et Sap. II, 10. Hinc καταδυναστεία *violenta oppressio.* Exod. VI, 7. ὁ ἐξαγαγὼν ὑμᾶς ἐκ τῆς καταδυναστείας τῶν Αἰγυπτίων. *Hesych.* καταδυναστεύω· βιάζω. ubi vid. *Alberti.* Conf. omnino de hac voce *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XIII, c. 73.

ΚΑΤΆΘΕΜΑ, vide sub ΚΑΤΑΝΆΘΕΜΑ.

ΚΑΤΑΘΕΜΑΤΊΖΩ, fut. ίσω, *anathema esse declaro*, vel *pro anathemate habendum esse pronuntio, execror, pro execrabili habeo, extremis diris et execrationibus devoveo*, i. q. καταναθεματίζω, cum quo in codicibus permutatur, a κατάθεμα, quod est idem, quod ἀνάθεμα et κατανάθεμα. Conf. *Stephani Thes. Ling. Gr.* T. III, p. 1483. seq. Semel legitur in N. T. Matth. XXVI, 74. (secundum ed. *Griesbach.*) de Petro: τότε ἤρξατο καταθεματίζειν, (in aliis codd. καταναθεματίζειν) scil. ἑαυτὸν cœpit se ipsum diris devovere. Conf. infra sub καταναθεματίζω.

ΚΑΤΑΙΣΧΎΝΩ, fut. υνῶ, 1. proprie: *pudore afficio, pudefacio.* Καταισχύνομαι *pudefio, erubesco*, ex κατὰ et αἰσχύνω idem. Sic legitur in N. T. 1 Cor. I, 27. ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ ut pudefaciat sapientes, seu, qui sibi sapientes videntur. ibid. XI, 22. καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας pauperes pudore afficitis. *Xenoph. Anab.* III, 1, 20. *Memor.* III, 5, 28.

2. ex adjuncto: *ad silentium redigo.* Luc. XIII, 17. κατῃσχύνοντο πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ ad silentium redigebantur omnes adversarii Christi, coll. v. 14.

3. καταισχύνομαι *mendax et vanus deprehendor, mendacii convincor*, quia redargutionis et deprehensionis alicujus in mendacio pudor comes est. 2 Cor. VII, 14. ὅτι εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν κεκαύχημαι οὐ κατῃσχύνθην quod si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non fui deprehensus in mendacio; sequuntur enim verba: ἡ καύχησις ἡμῶν ἀλήθεια ἐγενήθη. Eodem sensu

legitur ibid. IX, 4. coll. v. 3. 1 Petr. III, 16. ἵνα ἐν ᾧ καταλαλῶσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν καταισχυνθῶσιν. Conferantur ea, quæ dicta sunt ad αἰσχύνομαι.

4. *dedecoro, dcturpo, deformo, fœdum reddo, in contemtum adduco, minuo auctoritatem alicujus rei.* (Sirac. XXII, 5.) 1 Cor. XI, 4. omnis vir operto capite precans, vel prophetans, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ se ipsum deprimit, seu, non consulit suæ dignitati. Caput enim velatum et opertum subjectionis signum apud Judæos erat. Cf. *Lakemacher Obss. Sac.* P. III. p. 209. ibid. v. 5. fœmina, non operto, sed nudo capite precans et prophetans, καταισχύνειν τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς dicitur, h. e. deformare faciem suam, seu deturpare caput suum. Fœminis enim caput denudatum probrosum non solum apud Græcos, (conf. *Raphelii Obss. Polyb.* ad h. l.) sed etiam apud Judæos habebatur, ut docuit *Carpzov.* ad *Schickardum* de *Jure Regio Hebr.* p. 356. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 145.

5. *frustro aliquem spe, fallo, eventu privo.* Ps. XLIV, 7. Prov. XIII, 6. Jer. II, 26. Rom. V, 5. ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει spes hæc non irrita erit et inanis. ibid. IX, 33. et X, 11. πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ καταισχυνθήσεται et omnis, qui in eo fiduciam suam ponit, spe sua non frustrabitur, h. e. fidei suæ certissimum præmium reportabit, salvabitur, coll. v. 13. ubi per σωθήσεται explicatur. 1 Petr. II, 6. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΚΑΙ'Ω, fut. αύσω, 1. *exuro, comburo, urendo consumo,* ex κατὰ et καίω *uro.* Matth. III, 12. XIII, 30. πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά. ibid. v. 40. Luc. III, 17. Act. XIX, 19. Hebr. XIII, 11. 2 Petr. III, 10. Apoc. VIII, 7. τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη (aor. 2. pass. *Thom. M.* et *Mœris:* κατεκαύθη, Ἀττικὸν, κατεκάη, Ἑλληνικόν.) tertia pars arborum combusta est. ibid. XVII, 16. XVIII, 8. *Hesych.* κατακαίειν· καταφλέγειν.

2. ex adjuncto: *aboleo, deleo, funditus perdo.* 1 Cor. III, 15. εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται si alicujus ædificium superstructum igne comburetur, seu delebitur. Sermo ibi est de doctrina vana et a religione Christiana aliena. In versione Alex. respondet Hebraico הִשְׁבִּית *cessare fecit, abolevit,* 2 Regg. XXIII, 5. 11.

ΚΑΤΑΚΑΛΥ'ΠΤΩ, fut. ὑψω, *obtego, operio, velo, obvelo alterum.* Medium κατακαλύπτομαι *me ipse velo,* ex κατὰ et καλύπτω *velo.* Tantum in forma media et quidem bis legitur in N. T. 1 Cor. XI, 6. εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται (sc. κεφαλὴν, quod additur v. 7.) γυνὴ, καὶ κειράσθω etenim, si mulier non vult velare caput suum, etiam tondeatur. ibid. v. 7. ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν vir quidem non debet velare caput suum. In vers. Alex. respondet Hebraico בָּסָה Genes. XXXVIII, 15. etc. *Xenoph. Cyrop.* VI, 4. 4. et *Hist. Græc.* I, 4. 5. *Hesych.* κατακαλύπτων· κατακρύπτων.

ΚΑΤΑΚΑΥΧΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. ήσομαι, 1. proprie: *cervicem contra aliquem jacto,* quo gestu scilicet utuntur, qui aliis insultant et adversus alios gloriantur, ex κατὰ et καυχάομαι *glorior,* hocque ab αὐχέω, ῶ idem: proprie: *elata cervice me jacto.* Oritur enim ab αὐχὴν *cervix.* Hinc

2. *glorior, adversus aliquem jacto me,* et sæpe est idem, quod simplex καυχάομαι. Vi præpositionis construitur cum genitivo. Rom. XI, 18. μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων. Εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι κ. τ. λ. noli gloriari et efferre te contra ramos. Si vero contra gloriaris etc. Jacob. III, 14. μὴ κατακαυχᾶσθε nolite vos Christianos jactare; explicationis causa additur: καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας, et in nonnullis codicibus simplex verbum καυχᾶσθε loco compositi κατακαυχᾶσθε ponitur. Eodem modo usurpatur quoque in vers. Alex. pro Hebraico הִתְהַלֵּל *laudibus se efferre,* Jer. L, 38. καὶ ἐν ταῖς νήσοις οὗ κατεκαυχῶντο. Zach. X, 12.

3. ex adjuncto: *despicio, contemtim tracto, non metuo.* Jacob. II, 13. κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως qui misericordiam exercet, ei non metuendæ sunt pœnæ divinæ. In nonnullis codicibus h. l. καταυχᾶται legitur, quod præter h. l. in *Æschyli* Pers. v. 350. occurrit.

ΚΑΤΑ΄ΚΕΙΜΑΙ, fut. εἰσομαι, quod universe quidem *prostratum jacere* (Prov. VI, 9. XXIII, 34. Judith. XIII, 15. *Xenoph. Hist. Gr.* IV, 1. 13.) significat et simplicis κεῖμαι notionem obtinet, in N. T. speciatim duplice modo usurpatur.

1. de *ægrotantibus, qui jacent in lecto*, et Latino *decumbere* respondet. Marc. I, 30. κατέκειτο πυρέσσουσα febre laborans decumbebat. ibid. II, 4. Luc. V, 25. τὸ κλινίδιον, ἐφ' ᾧ κατέκειτο lectum, in quo decubuerat. Joh. V, 3. ἐν ταύταις κατέκειτο πλῆθος πολὺ τῶν ἀσθενούντων in his decumbere solebat ingens ægrotantium multitudo. ibid. v. 6. Act. XXVIII, 8. Interdum additur ἐπὶ κραββάτῳ. Act. IX, 33. *Theophrast. Char.* XXV, 4. Ita *jacere* apud *Cic.* IX. Ep. 20. et *cubare* apud *Ovid. Heroid.* XX, 164. et κατακλίνομαι apud *Platon.* in *Conviv.* p. 116. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 555.

2. de *accumbentibus mensæ, cibi capiendi causa, discumbo, accumbo*, i. q. ἀνάκειμαι, quod vide. Marc. II, 15. ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτὸν cum accumberet. ibid. XIV, 3. Luc. V, 29. οἳ ἦσαν μετ' αὐτῶν κατακείμενοι (Cod. *Cantabrig.* ἀνακείμενοι) qui jacebant convivæ cum illis, ut loquitur *Seneca* de *Ira* Lib. II. 1 Cor. VIII, 10. ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, ubi sermo est de epulis sacrificalibus. *Theophr. Char.* c. XXI, 1. *Diog. Laërt.* VII, c. 1. ἐν συμποσίῳ κατακείμενος σιγῇ. *Athenæus* IV, 10. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 560. *Phavor.* κατάκειται· ἐπὶ νοσούντων. ὅπερ δὴ καὶ κοινῶς λέγεται. ὡς καὶ Ἀριστοφάνης· οἱ δὲ κατακείμενοι παρ' αὐτῷ, πῶς δοκεῖς; τὸν πλοῦτον ἠσπάζοντο. λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν ἑστιωμένων Ἀττικῶς, ὁμοίως τῷ ἀνάκειται.

ΚΑΤΑΚΛΑ΄Ω, vel ΚΑΤΑΚΛΑ΄ΖΩ, fut. άσω, *frango, confringo*, ex κατὰ et κλάω, vel κλάζω *frango*. Bis tantum legitur in N. T. Marc. VI, 41. κατέκλασε τοὺς ἄρτους fregit panes. Luc. IX, 16. *Demosthen. Opp.* p. 1251. 23. ed. *Reiske.*

ΚΑΤΑΚΛΕ΄ΙΩ, fut. είσω, *includo, concludo.* Luc. III, 20. κατέκλεισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ conclusit Johannem in carcere. Act. XXVI, 10. πολλοὺς τῶν ἁγίων ἐγὼ φυλακαῖς κατέκλεισα multos Christianos carceribus tradendos curavi. Sæpius non legitur in N. T. Occurrit præterea pro Hebr. כָּלָא in vers. Alex. Jerem. XXXII, 3. ἐν ᾗ (sc. φυλακῇ) κατέκλεισεν αὐτὸν ὁ βασιλεύς. Sap. XVII, 2. 16. *Herodian.* V, 8. 12. *Plutarch. Public.* p. 99. C. Conf. *Polluc. Onom.* VIII, 71.

ΚΑΤΑΚΛΗΡΟΔΟΤΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *sorte distribuo*, vel *sorte distribuendum aliquid do, in hæreditatem do*, ex κατὰ et κληροδοτέω *sorte divido*, quod a κληροδότης, q. d. δότης τοῦ κλήρου *qui per sortem aliquid dat.* Respondet in hac significatione Hebraico הִנְחִיל in versione Alex. Jos. XIX. 51. αὗται αἱ διαιρέσεις ἃς κατεκληροδότησεν (ita legitur in Ald. et C. sed in Cod. Alex. κατεκληρονόμησεν) Ἐλεάζαρ ὁ ἱερεὺς, et 1 Macc. III. 36.

2. ex adjuncto: *possidendum aliquid do.* Sic semel legitur in N. T. Act. XIII, 19. κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν dominos et incolas terræ eorum fecit; pro quo in nonnullis codicibus legitur κατεκληρονόμησε, quæ verba in codicibus vers. Alex. haud raro permutantur, v. c. Deut. I, 38. XXI, 16. Similis vox est κατακληρουχέω, quæ eodem sensu legitur apud *Polyb. Hist.* II, 21. *Ælian. V. H.* VI, 1.

ΚΑΤΑΚΛΗΡΟΝΟΜΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, *sorte distribuo*, seu *sorte distribuendum do*, ex κατὰ, κλῆρος *sors* et νέμω *distribuo.* Occurrit semel in nonnullis codicibus Act. XIII, 19. pro κατα-

κληροδοτέω, quod vide. Deut. III, 28. Jos. XIV, 2.

ΚΑΤΑΚΛΙ΄ΝΩ, fut. *ινῶ*, aor. 1. *κατέκλινα*, 1. *facio*, seu *jubeo discumbere, recumbere, accumbere, reclinare aliquem*, ex *κατὰ*, quod interdum in compositione *locum inferiorem* significat, et *κλίνω inclino*. Luc. IX, 14. *κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα* facite illos discumbere (ita transtulit *Vulgatus* interpres) in singulo quoque discubitu quinquagenos. 3 Macc. I, 3. *ἄσημόν τινα κατέκλινεν ἐν τῇ σκηνῇ* ignobilem quendam decumbere fecerat in tentorio. *Ælian. V. H.* VIII, 7. *κατέκλινεν ἀντιπροσώπους ἑαυτῷ*. Cf. *Mollium* in Notis ad *Longum* p. 117.—

2. Medium *κατακλίνομαι reclinato corpore jaceo, decumbo, recumbo, discumbo, accumbo*, et speciatim de *iis* usurpatur, *qui discumbunt cibi capiendi causa*. Plene dicitur *κατακλίνομαι εἰς τὸ δεῖπνον*, seu, *εἰς τὸ ἐσθίειν*. Judith. XII, 15. Sic legitur in N. T. Luc. XIV, 8. *μὴ κατακλιθῇς εἰς τὴν πρωτοκλισίαν* ne accumbas in primo loco. ibid. XXIV, 30. *καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν μετ' αὐτῶν* et factum est, cum cœnaturus accumberet cum ipsis. *Plato* in *Conviv.* p. 116. et *Phædon.* p. 402. *Achilles Tatius* Lib. V, p. 339. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I, p. 713.

ΚΑΤΑΚΛΥ΄ΖΩ, fut. *ύσω*, *obruo, submergo, inundo*, ex *κατὰ* et *κλύζω lavo, abluo, eluo*. Tantum in passiva forma legitur 2 Petr. III, 6. *ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυσθεὶς ἀπώλετο* terra, qualis tum temporis erat, aquis obruta devastata est. Respondet in versione Alex. Hebraico שָׁטַף Job. XIV, 19. Ps. LXXVIII, 20. Dan. XI, 10. Sapient. X, 4. 19. *Xenoph. de Venat.* 5. 4.

ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟ΄Σ, *οῦ, ὁ, inundatio, diluvium, aquarum eluvies*, a perf. pass. *κατακέκλυσμαι*, verbi *κατακλύζω inundo*. Speciatim de *diluvio Noachico* quater tantum adhibetur in N. T. Matth. XXIV, 38. *ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ*, (coll. Luc. XVII, 26.) ibid. v. 39. Luc. XVII, 27. 2 Petr. II, 5. In versione Alex. legitur pro Hebraicis שֶׁטֶף, Ps. XXXII, 6. Dan. IX, 26. et מַבּוּל, Genes. VI, 17. VII, 6. 7. 10. 17. *Plutarch.* T. II, p. 715. ed. *Reiske*.

ΚΑΤΑΚΟΛΟΥΘΕ΄Ω, *ῶ*, fut. *ήσω*, *sequor, subsequor*, ex *κατὰ* et *ἀκολουθέω*, idem. Construitur cum dativo. Luc. XXIII, 55. *κατακολουθήσασαι δὲ καὶ γυναῖκες* mulieres autem subsequentes, scilicet corpus Christi sepeliendum. Act. XVI, 17. de serva, spiritum Pythonis habente, *αὕτη κατακολουθήσασα τῷ Παύλῳ καὶ ἡμῖν*. Sæpius non legitur in N. T. Metaphorice, ut sit *alicujus auctoritatem sequi*, legitur apud *Polyb.* II, 26. 2. et III, 44. 10.

ΚΑΤΑΚΟ΄ΠΤΩ, fut. *όψω*, 1. proprie: *concido in frusta et particulas, comminuo, scindo, discindo, incido, concido*, ex *κατὰ* et *κόπτω scindo*. Alex. Ies. XXVII, 9. *τοὺς λίθους τῶν βωμῶν κατακεκομμένους ὡς κονίαν λεπτήν*. 2 Paralip. XXXIV, 7. *ἄλση καὶ εἴδωλα κατέκοψε*, ubi Hebraico דָּקַק *comminuit, attenuavit* respondet. Adde Dan. VII, 23. *Ælian. V. H.* IX, 8. *Xenoph. Hist. Gr.* I, 5. 2.

2. *percutio, contundo, cædo, vulnero*. Sic semel legitur in N. T. Marc. V, 5. de obsesso: *κράζων καὶ κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις* clamans et contundens se ipsum lapidibus. *Xenoph. de Equ.* IV, 5.

ΚΑΤΑΚΡΗΜΝΙ΄ΖΩ, fut. *ίσω*, *præcipito, præcipitem ago*, vel *do, per præcipitia et prærupta loca dejicio*, a *κατάκρημνος præceps*. Semel legitur in N. T. Luc. IV, 29. *εἰς τὸ κατακρημνίσαι αὐτὸν* ut inde deorsum præcipitarent eum. Pro Hebraico הַשְׁלִיךְ legitur in versione Alex. 2 Paral. XXV, 12. *κατεκρήμνιζον αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ἄκρου τοῦ κρημνοῦ*. *Xenoph. Cyrop.* I, 4. 7. *Ælian. V. H.* XI, 5. *Demosthen.* p. 446. 11. ed. *Reiske*. Conf. *Ottii* Spicilegium ex *Josepho* in N. T. p. 143. *Hesych. κατακρημνίζων· κατακρημνῶν.*

ΚΑΤΆΚΡΙΜΑ, ατος, τὸ, 1. proprie: *condemnatio, sententia maxime judicis, quæ contra aliquem fertur*, a κατακρίνω, quod vide. *Hesych.* κατάκριμα· κατάκρισις, καταδίκη.

2. *pœna, condemnationem sequens, pœna, jure inflicta.* Rom. V, 16. ubi opponitur τῷ δικαίωμα, h. e. remissioni peccatorum. ibid. v. 18. κατακρίματι opponitur ἡ δικαίωσις ζωῆς, h. e. venia peccatorum, quæ homines ad summam felicitatem ducit.

3. *pœna dignum*, τὸ κατακρίσεως ἄξιον, ut explicatur in *Alberti Gloss. N. T.* p. 102. Sic legitur in N. T. Rom. VIII, 1. οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ nulla itaque pœna digni sunt Christiani, seu nihil committunt, propter quod pœnæ divinæ iis sint metuendæ. Simili modo *Cic.* in Orat. pro Sextio c. 36. " nihil criminationis esse in Sextium."

ΚΑΤΑΚΡΊΝΩ, fut. ινῶ, 1. proprie: *contra aliquem judico, condemno, supplicio addico, pœna dignum pronuntio*, sive hoc fiat in judicio, sive in vita communi, ex κατὰ *contra*, *adversus* et κρίνω *judico*. Matth. XII, 41. καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὴν eosque pœna dignos suo nempe exemplo pronuntiabunt, (coll. Sap. IV, 16. κατακρινεῖ δὲ δίκαιος καμὼν τοὺς ζῶντας ἀσεβεῖς.) ib. v. 42. ibid. XX, 18. κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ capite eum damnabunt. ibid. XXVII, 3. ὅτι κατεκρίθη, scil. θανάτῳ, eum esse capite damnatum. Marc. X, 33. XIV, 64. κατέκριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον θανάτου judicarunt eum morte dignum esse. Luc. XI, 31. 32. Joh. VIII, 10. 11. Rom. II, 1. σεαυτὸν κατακρίνεις contra te ipsum judicas. ibid. VIII, 34. Hebr. XI, 7. Alex. Esther. II, 1. *Symmach.* Job. XXXIV, 20. ubi Alex. καταδικάζειν habent.

2. *actu punio, pœna afficio.* Κατακρίνομαι interdum ita differt a κρίνομαι, ut illud de pœnis peccatorum post hanc vitam, hoc vero de malis et pœnis peccatorum, in hac vita luendis, dicatur. Marc. XVI, 16. ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται qui Christi formulam non amplectitur, gravissime punietur, seu, alienus manebit a felicitate Christianorum et in hac, et in futura vita. Rom. VIII, 3. κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ punivit quasi peccata in corpore Christi. Sed alii, *Grotium* secuti, interpretes κατακρίνειν h. l. metaleptice vel catachrestice sumendum esse statuunt et significare *potestate exuere, viribus privare, reprimere*, vel *penitus tollere et abolere* arbitrantur, hoc sensu: *omnem vim ademit vitiositati morte Christi in cruce cruenta.* Commendatur quidem hæc explicatio verbis, quæ proxime sequuntur; sed usu loquendi plane destituitur. 1 Cor. XI, 32. ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. Jac. V, 9. 2 Petr. II, 6. Σόδομα τεφρώσας καταστροφῇ κατέκρινεν in cineres redigens eversione punivit. Rom. XIV, 23. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΆΚΡΙΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *sententia, quæ contra aliquem fertur, condemnatio, damnatio, exprobratio, objurgatio, reprehensio*, a κατακρίνω, quod vide. In posteriori significatione legitur in N. T. 2 Cor. VII, 3. οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγω non dico hoc, ut vobis sit opprobrio.

2. per metonymiam: *res, periculum condemnationis ac pœnarum afferens.* 2 Cor. III, 9. ubi κατάκρισις lex Mosaica dicitur, quæ pœnas peccantibus minatur et opponitur τῇ δικαιοσύνῃ, seu doctrinæ Christianæ, remissionem peccatorum annuntianti.

ΚΑΤΑΚΥΡΙΕΎΩ, fut. εύσω, 1. proprie: *superior evado, aliquem in potestatem meam redigo, prævaleo, supero*, ex κατὰ et κυριεύω *dominor.* Sic legitur in N. T. Act. XIX, 16. καὶ κατακυριεύσας αὐτῶν ἴσχυσε κατ' αὐτῶν et subigens eos, seu, sibi subjiciens, violenter eos tractavit. Cf. supra ad ἰσχύω. Num. XXI, 24. Alex. κατεκυρίευσαν τῆς γῆς αὐτοῦ. In eadem versione pro Hebraico כָּבַשׁ *subigere, superare* legitur Num. XXXII, 22. 29.

2. *tyrannidem exerceo in aliquem, imperiose ago.* Quanquam enim verba κυριεύειν et κατακυριεύειν fere promis-

cue usurpantur, tamen κατακυριεύειν plurimum sumitur in partem malam pro dominatu, seu imperio illegitimo, aut imperii abusu. 1 Petr. V, 3. μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων neque imperium usurpate, aut tyrannidem exercete in cœtum Christianum, vestræ curæ demandatum. Psalm. X, 10. κατακυριεῦσαι τῶν πενήτων.

3. neglecta vi præpositionis significationem obtinet simplicis κυριεύω, *dominor in aliquem, potestatem in aliquem habeo et exerceo*, sine ulla tyrannidos notione. Matth. XX, 25. οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν principes hujus sæculi in cives dominantur atque auctoritate sua utuntur. Eadem sententia reperitur Marc. X, 42. Sæpius non legitur in N. T. Pro simplici κυριεύω etiam in versione Alex. κατακυριεύω haud raro ponitur, v. c. Genes. I, 28. IX, 1. 7. Ps. LXXII, 8. CX, 2. Sirac. XVII, 4. Eodem modo κατακοιρανέω usurpatur apud *Homer. Iliad.* ε'. 332. μ'. 318. *Hesych.* κατακυριεῦσαι· κατακρατῆσαι.

ΚΑΤΑΛΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie; *obloquor, loquacitate obruo, deblatero, contraloquor, contradico*, ex κατὰ et λαλέω *loquor*. Num. XXI, 5. Ps. LXXVIII, 19.

2. *famæ alicujus detraho, obtrecto, calumnior, conviciis proscindo.* Construitur vi præpositionis cum genitivo. Jac. IV, 11. μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων, ἀδελφοί· ὁ καταλαλῶν ἀδελφοῦ κ. τ. λ. nolite vos invicem calumniari et conviciis proscindere, fratres. Qui enim famæ fratris aliquid detrahit, etc. 1 Petr. II, 12. καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν. ib. III, 16. In vers. Alex. legitur pro Hebraico בְּדַת Ps. XLIII, 18. (al. XLIV, 17.) ἀπὸ φωνῆς ὀνειδίζοντος καὶ καταλαλοῦντος. ibid. CI. 5. pro Hebr. לוֹשֵׁן *calumniatus est, lingua nocuit* reperitur. Adde *Theodot.* Prov. XXX, 11.

3. *contrarie ago.* Jacob. 4. 11. καταλαλεῖ νόμου contrarie religioni Christianæ agit. Verba enim, quæ *dicere, loqui*, significant, quandoque ad ipsas actiones transferuntur. Cf. *Glassii* Philol. Sacr. p. 222. ed. *Dathii.* — *Phavor.* καταλαλεῖν· τὸ εἰς ἀπόντα ὑπὸ τινῶν βλασφημεῖν.

ΚΑΤΑΛΑΛΙΑ', ᾶς, ἡ, proprie: *oblocutio*, deinde *obtrectatio, qua alterius famæ detrahitur, calumnia*, et a ψιθυρισμὸς ita differt, ut illud *maledicentiam* significet, *cum quis palam de aliis male loquitur*, hoc vero *obtrectationem occultam, insusurrationem* notet, a καταλαλέω, quod vide. In N. T. tantum extat 2 Cor. XII, 20. καταλαλιαί, ψιθυρισμοί, et 1 Petr. II, 1. καὶ πάσας καταλαλιάς. Sap. I, 11. καὶ ἀπὸ καταλαλιᾶς φείσασθε γλώσσης. *Suidas* nimis vage: καταλαλιά· ἡ εἰς τινὰς ὑπὸ τινῶν βλασφημία παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ.

ΚΑΤΑ'ΛΑΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *oblocutor, obtrectator, calumniator, qui alterius famæ detrahit.* Speciatim et κατ' ἐξοχὴν *qui palam alios, maxime absentes, perstringit et calumniatur*, et ita differt a ψιθυριστῇ *susurrone.* Ab eodem. In N. T. tantum legitur Rom. I, 30. ψιθυριστὰς, καταλάλους. Pro καταλάλους habent alii κακολάλους. *Theodoretus* ad h. l. οἱ διαβολαῖς κατὰ τῶν ἀπόντων ἀδεῶς κεχρημένοι. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 28.

ΚΑΤΑΛΑΜΒΑ'ΝΩ, fut. λήψομαι, 1. proprie: *apprehendo aliquid manu*, vel *instrumento*, ex κατὰ et λαμβάνω *capio.*

2. metaphorice: *offendo, invenio, comprehendo, deprehendo*, ich ertappe, treffe über etwas an *I catch*, or *come upon one.* Joh. VIII, 3. γυναῖκα, ἐν μοιχείᾳ κατειλημμένην mulierem, in adulterio deprehensam. ibid. v. 4. αὕτη ἡ γυνὴ κατελήφθη ἐπ' αὐτοφώρῳ hæc mulier in ipso facinore adulterii deprehensa est. Exod. XXII, 4. *Ælian.* V. H. III, 19. καταλαμβάνει τὸν Ἀριστοτέλη βαδίζοντα. *Xenoph.* Mem. III, 11. 2. *Plato* Phædon. 3. *Æschin. Socr.* Dial. III, 3.

3. *opprimo, supervenio, opinione citius occupo*, ich komme einem unversehens über den Hals *attack one by surprize.* Joh. XII, 35. ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ ne vos tenebræ opprimant. 1 Thess. V, 4. ἵνα ἡ ἡμέ-

ρα ὑμᾶς, ὡς κλέπτης, καταλάβῃ ut hic dies, tanquam fur, vos opprimat. 1 Sam. XVIII, 44. *Appian. Parth.* p. 247. et 253. *Herodot.* IV, c. 8. Cf. *Kypke* Obss. Sacr. T. I. p. 398.

4. de morbis: *corripio, invado, occupo.* Marc. IX, 18. καὶ ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ et ubicunque eum corripuerit, seu invaserit. Sic apud *Ælian.* V. H. II, 35. ὑπὸ τινὸς ἀσθενείας καταληφθείς. Tralatio videtur petita ab hoste, invadente et corripiente violenta ratione hostem. Cf. Alex. Jos. X, 19. et Jer. LI, 42. et *Apollod.* Bibl. I, c. 7. §. 8. *Herodot.* V, 98.

5. *apprehendendo assequor, consequor, nanciscor, accipio*, et est verbum proprium de cursoribus in stadio, qui metam contingunt et βραβεῖον propositum consequuntur. Rom. IX, 30. ἔθνη κατέλαβε δικαιοσύνην gentiles consecuti sunt remissionem peccatorum. 1 Cor. IX, 24. οὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε, scil. τὸ βραβεῖον, omni studio et vita vestra laborate, ut consequamini hoc præmium. Permutatur h. l. cum voce λαμβάνειν æque ac in loco Phil. III, 12. εἰ καὶ καταλάβω ut consequar præmium. ibid. v. 13. ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι nondum me metam contigisse arbitror.

6. Καταλαμβάνομαι *comperio, disco, certior fio, cognosco*, nostrum: erfahren, Erkundigung eingezogen haben *to learn, to have obtained information.* Act. IV. 13. καὶ καταλαβόμενοι cum audivissent, eos illiteratos et indoctos homines esse. In sequentibus cum ἐπιγινώσκειν permutatur. ibid. X, 34. ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι jam mihi, ipsa rei veritate victo, certissime persuasum est. ibid. XXV, 25. ἐγὼ δὲ καταλαβόμενος, μηδὲν ἄξιον θανάτου αὐτὸν πεπραχέναι ego vero cum cognovissem, eum nihil morte dignum commisisse.

7. καταλαμβάνομαι *intelligo, cognosco, usu meo experior*, idem, quod συνίημι et γινώσκω. Ephes. III, 18. ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι ut intelligere et usu cognoscere possitis.

8. *excipio, admitto.* Joh. I, 5. καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ (scil. τὸ φῶς) οὐ κατέλαβεν sed homines, in tenebris versantes, non admiserunt, potius respuerunt illum doctorem. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 837.

9. Passivo καταλαμβάνομαι, novo plane ac insolito modo, non sine respectu tamen ad historiam conversionis suæ Act. IX, 3. seq. usus est Paulus Philipp. III, 12. ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ quo consilio, nempe, ut obtineam hoc præmium, a Christo correptus, h. e. ad religionem Christianam adductus sum. Simili modo usus est hac voce *Ælian.* V. H. III, 9. κατειλημμένος ἐκ Θεοῦ a Deo correptus, h. e. adflatus. — *Hesych.* καταλαβέσθαι· κατανοήσασθαι. (Conf. *Lucian.* T. I. p. 568. et ibi *Gesner. Æschin. Socr.* Dial. III, 16.) φθάσασθαι, ἀφελέσθαι. *Suid.* κατέλαβεν· ἐπέλαβεν, ἐπέσχε τῆς ὁρμῆς. De hac *compescendi* et *coërcendi* notione conf. *Abresch.* Dilucidd. Thucyd. p. 509. *Phavor.* καταλαμβάνω· λέγεται τὸ φθάνω καὶ τὸ ἔχω αἰτιατικῇ. καὶ καταλαμβάνω ἐστὶ τὸ τόπον φθάνω, καὶ τὸ κατέχω· καταλαμβανόμαι δὲ ἐγὼ ἐπὶ πάθους. Copiose de hac voce disputavit Doct. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 3. 1. Excurs. p. 810. seq.

ΚΑΤΑΛΕΓΩ, fut. ἑξῶ, *deligo, delectum habeo, enumero, recenseo*, et est verbum proprium de militibus et civibus, qui in catalogum militum et civium referuntur. *Xenoph.* Hist. Gr. III, 4. 15. Καταλέγομαι *catalogo adscribor, in album et numerum refero.* In N. T. tantum legitur 1 Tim. V, 9. χήρα καταλεγέσθω μὴ κ. τ. λ. in catalogum viduarum, publicis sumtibus alendarum, nulla referatur etc. Cf. *Dodwelli* Diss. Cyprian. V. §. 24. *Xenoph.* Cyrop. III, 3. 8. καταλέγεσθαι ἐν τοῖς τακτικοῖς ἀριθμοῖς. Id. Hist. Gr. I, 1. 24. *Suid.* καταλεγέσθω· καταταττέσθω. *Phavor.* καταλέγειν· τὸ τάττειν καὶ ἐγγράφειν.

ΚΑΤΑ΄ΛΕΙΜΜΑ, τος, τὸ, 1. *residuum, reliquiæ*, v. c. qui evaserunt pugnam et cladem, qui etiam Hebraice שְׁאֵרִית dicuntur 2 Regg. XIX, 31. ubi cum פְּלֵיטָה permutatur, a

præt. pass. καταλέλειμμαι, verbi καταλείπω *relinquo*. Judd. V, 13. 2 Regg. X, 11. Ies. XIV, 22.

2. *pauci, exigui numero, exigua, quæ magna e multitudine relicta est, pars.* Sic Semel in N. T. legitur Rom. IX, 27. κατάλειμμα σωθήσεται pauci tantum ad coetum Christianorum adducentur. Ita שְׁאָר Ies. X, 22. et *reliquiæ, Virgil.* Æn. I, 33, Sirac. XLIV, 17. *Hesych.* κατάλειμμα· ὑστέρημα, μέρος.

ΚΑΤΑΛΕΙΠΩ, fut. ψω, 1. *relinquo post me, relinquo posteris meis*, nostrum: zurücklaſſen *to leave behind*. Act. XXV, 14. ἀνήρ τις ἐστὶ καταλελειμμένος ὑπὸ Φήλικος δέσμιος vir quidam relictus est a Felice captivus. Luc. XX, 31. οὐ κατέλιπον τέκνα non reliquerunt liberos. Marc. XIV. 52. καταλιπὼν τὴν σινδόνα rejecta sindone. ib. XII, 19. Act. XXIV, 27.

2. *relinquo, desero*, discedendo et recedendo, nostrum: verlaſſen *to leave* or *forsake*. Matth. IV, 13. καταλιπὼν τὴν Ναζαρέτ. ibid. XVI, 4. XIX, 4. XXI, 17. 2 Petr. II, 15. καταλιπόντες εὐθεῖαν ὁδὸν recedentes a via recta. Marc. X, 7. Ephes. V. 31.

3. *sino, patior.* Luc. X, 40. μόνην με κατέλιπε διακονεῖν solam me ministrare patitur.

4. *negligo, omitto, non curo, postpono.* Act. VI, 2. καταλείψαντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ neglecto officio religionem christianam tradendi.

5. *reservo mihi, non patior mihi eripi aut auferri.* Rom. XI, 4. κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας.

6. Καταλείπομαι *supersum, futurus sum.* Καταλείπεσθαι dicitur *promissio, quæ nondum rata est et eventum habuit.* Hebr. IV, 1. καταλειπομένης τῆς ἐπαγγελίας cum adhuc futurum sit illud beneficium nobis a Deo promissum. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 396.

ΚΑΤΑΛΙΘΑΖΩ, fut. άσω, *lapido, lapidibus obruo*, i. q. καταλιθοβολέω Alex. Exod. XVII, 4. Num. XIV, 10. et καταλιθόω *Demosthen.* p. 296. 10. ed. *Reiske*, ex κατὰ et λιθάζω, idem. Semel in N. T. legitur Luc. XX, 6. πᾶς ὁ λαὸς καταλιθάσει ἡμᾶς omnis populus nos lapidibus obruet.

ΚΑΤΑΛΛΑΓΗ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *commutatio, permutatio*, a καταλάσσω *commuto, permuto. Hesych.* καταλλαγήν· μεταλλαγὴν, κατάλλαγμα.

2. metaphorice: *reconciliatio, pacificatio*, et dicitur de animis, in gratiam et concordiam redeuntibus post iras et inimicitias. *Hesych.* καταλλαγή· εἰρήνη, φιλία. Rom. XI, 15. repudiatio Judæorum est καταλλαγὴ κόσμου, h. e. causa consociationis Paganorum et Judæorum in republica Christiana. Speciatim καταλλαγὴ in N. T.

3. dicitur *immunitas a peccatis et pœnis peccatorum, quæ Christo debetur, expiatio peccatorum.* Rom. V, 11. δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν. 2 Cor. V, 18. 19. ἡ διακονία τῆς καταλλαγῆς munus tradendi doctrinam de remissione peccatorum, per Christum parta, seu de modo ac ratione, qua Christiani favorem Dei consequi possunt ac debent. Conf. de hac voce *Hemsterhus.* ad *Thom. M.* p. 235. seq.

ΚΑΤΑΛΛΑΣΣΩ, seu ΚΑΤΑΛΛΑΤΤΩ, fut. άξω, 1. proprie: *commuto, permuto*, ex κατὰ et ἀλλάσσω, vel ἀλλάττω *muto. Ælian.* V. H. V, 2. καὶ οὕτῳ τὸν βίον κατήλλαξε. *Plutarch.* T. V. p. 536. ed. *Reiske.* καταλλάττειν τὸ χρυσίον, Jer. XLVIII, 39.

2. *reconcilio partes, a se invicem dissidentes, efficio, ut animi post iras ac inimicitiam in gratiam et concordiam redeant;* nam tunc animi mutantur. Καταλάττομαι *in gratiam redeo cum aliquo*, i. q. διαλάττομαι. Sic legitur in N. T. 1 Cor. VII, 11. ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω aut redeat ad maritum suum. 2 Macc. I, 5. VII, 33. *Ælian.* V. H. II, c. 21. *Joseph.* A. J. VI, 7. 4. VII. 8. 4. Jam cum ad Deum transfertur hoc verbum ἀνθρωποπαθῶς, necessario θεοπρεπῶς explicandum est, ut notio iræ ac vindictæ plane removeatur. *Deus* autem dicitur καταλλάσσειν ἀνθρώπους ἑαυτῷ, *dum veniam peccatorum dat et homi-*

nes modum ac rationem consequendi favorem suum docet. Homines autem dicuntur καταλλάσσεσθαι τῷ Θεῷ, *quatenus habent Deum propitium, et immunes sunt a pœnis peccatorum.* Rom. V, 10. κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ. ibid. καταλλαγέντες, scil. Θεῷ. 2 Cor. V, 18. τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. ibid. v. 19. Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. sequuntur verba: μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν. ibid. v. 20. Sæpius non legitur in N. T. *Phavor.* καταλλάττειν καὶ διαλλάττειν τὸ εἰς φιλίαν συνάγειν τινὰς κ. τ. λ. *Schol. Thucyd.* IV, 59. τὸ καταλλαγῆναι explicat per τὸ διαλλαγῆναι.

ΚΑΤΑ΄ΛΟΙΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *reliquus*, a perf. med. καταλέλοιπα, verbi καταλείπω *relinquo.* Semel legitur in N. T. Act. XV, 17. οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων reliqui homines, scilicet a Judaica religione alieni. Alexandrini pro נוֹתָר, 1 Regg. XX, 30. שְׁאָר, Ezr. III, 8. IV, 3. 9. et pro שְׁאֵרִית, Nehem. VII, 72. Jerem. XXIII, 3. posuerunt. *Polyb.* II, 11. 6. III, 91. 9.

ΚΑΤΑ΄ΛΥΜΑ, τος, τὸ, 1. proprie: *dissolutio*, a καταλύω *dissolvo.*

2. *omnis locus, quieti aptus. Schol. Aristoph.* ad Plut. v. 142. καταλύω· καὶ τὸ ἀναπαύομαι, ἀφ' οὗ καὶ τὸ κατάλυμα, ἀνάπαυσις. Speciatim in N. T. ita dicitur.

3. *diversorium*, (*Polyb.* II, 36.) non simile nostris promiscuis illis et omni peregrinanti patentibus, (talia enim diversoria Christi ætate in Palæstina non erant; sed peregrinantes tum diversabantur, apud cognatos et amicos, a quibus hospitio excipiebantur) sed privatum, vel *tota domus hospitis*, vel *pars ea, cujus usus peregrino est concessus.* Sic legitur in N. T. Luc. II, 7. ubi locus, in quo Josephus et Maria versabantur, cum natalis J. C. dies aderat, κατάλυμα vocatur. Conf. v. 15. et *Fesselii* Adversaria Sacr. I, c. 10. §. 10. *Casaub.* ad *Theophr.* Char. p. 207 et 336. *Etym. M.* κατάλυμα· τὸ καταγώγιον, ξενοδοχεῖον, παρὰ τὸ καταλύω, τὸ τελῶ τὴν ὁδόν. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν εἰς καταγώγιον πορευόμενοι. *Hesych.* οἴκημα· καταγώγιον. Eodem sensu κατάλυσις usurpatur apud *Josephum* de Vita Sua c. 16. et 24. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 627.

4. *cœnaculum, conclave, in quo plures simul cibum capiunt.* Sic de triclinio, quod ad agendas epulas paschales a Christo petebatur, usurpatur Marc. XIV, 14. (ubi Syrus habet ܒܝܬ ܣܥܘܕܐ *domus convivii*) et Luc. XXII, 11. Sæpius non legitur in N. T. In posteriore hac significatione reperitur quoque apud Alexandrinos 1 Sam. IX, 22. ubi Hebraico לִשְׁכָּה *cubiculum, cœnaculum* respondet. In eadem versione κατάλυμα reperitur quoque pro Hebraicis נָוֶה *habitaculum*, Exod. XV, 13. סֻכָּה, Jer. XXV, 38. et pro אֹהֶל, 2 Sam. VII, 6. unde, quam late hæc vox pateat, satis cognoscitur.

ΚΑΤΑΛΥ΄Ω, fut. ύσω, 1. proprie: *dissolvo*, quod colligatum et connexum fuit, ex κατὰ· et λύω *solvo.* Hinc

2. *destruo, everto*, quia, quæ destruuntur, quasi dissolvuntur. *Suid.* καταλύσας· καταστρέψας, ἀφανίσας. *Hesych.* καταλῦσαι· καταβαλεῖν. Matth. XXIV, 2. qui non funditus evertatur. ib. XXVI, 61. δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ possum destruere templum Dei; ubi τῷ οἰκοδομεῖν opponitur. ibid. XXVII, 40. Marc. XV, 29. Act. VI, 14. Luc. XXI, 6. 2 Cor. V, 1. ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ si hoc corpus nostrum terrenum destructum fuerit. Ezr. V, 12. *Philostrat.* Vit. Sophist. I, c. 9. extr. μὴ καταλυθῆναι τὸ σῶμα ὑπὸ γήρως. *Herodian.* VIII, 4. s. 4. τὴν γέφυραν διηρῆκεσαν καὶ καταλελύκεσαν.

3. *aboleo, abrogo, vanum, irritum reddo, auctoritate sua privo, aliquid impedio.* Matth. V, 17. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον non veni hoc consilio, ut abrogarem plane doctrinam

Mosaicam. Ita *dissolvere* et *destruere leges* apud Latinos haud raro legitur, v. c. *Cic.* Philipp. I, 9. Conf. 2 Macc. II, 22. IV, 11. Act. V, 38. καταλυθήσεται vanum et irritum reddetur, nostrum: es wird sich zerschlagen *it will fail*, or *be overthrown*. ibid. v. 39. οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτὸ, sc. τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, non poteritis illud dissolvere. Galat. II, 18. εἰ γὰρ ἃ κατέλυσα, ταῦτα πάλιν οἰκοδομῶ si quis iterum defendit et commendat religionem Mosaicam, quam abolendam esse judicavit. Rom. XIV, 20. μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ noli ciborum usu impedire propagationem religionis Christianæ, aut: irritum reddere Dei consilium. *Xenoph.* Mem. IV, 4. 14. ὅτι καταλυθεῖεν ἂν οἱ νόμοι. Id. Hist. Gr. I, 7. 10. Cyrop. VI, 1. 17.

4. *diverto, hospitium mihi paro, in diversorium me recipio.* Luc. IX, 12. XIX, 7. *Ælian.* V. H. I, 32. IV, 14. *Xenoph. Anab.* I, 8. 1. Respondet in versione Alex. Hebraico לוּן Genes. XXIV, 23. 25. Judith. XIV, 17. Jos. II, 1.

ΚΑΤΑΜΑΝΘΆΝΩ, fut. καταμαθήσω, *accurate considero, diligenter contemplor, intueor, probe cognosco*, a κατὰ, quod interdum significationem auget, et μανθάνω *disco*. Sic semel legitur in N. T. Matth. VI, 28. καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ diligenter contemplamini et considerate lilia agri, coll. Luc. XII, 27. κατανοήσατε τὰ κρίνα. Genes. XXIV, 21. XXXIV, 1. Job. XXXV, 5. κατάμαθε δὲ νέφη (Hebr. שׁוּר שְׁחָקִים) ὡς ὑψηλὰ ἀπὸ σοῦ. Sirac. IX, 5. παρθένου μὴ καταμάνθανε. *Demosthenes* p. 660. 22. ed. *Reiske*: ἆρά γε ὁρᾶτε καὶ καταμανθάνετε. *Arrian. Exped. Alex.* V, 11. *Epictet.* 36. *Gloss.* καταμανθάνω· *considero. Gloss. Lat. Gr. considerat.* κατανοεῖ, καταμανθάνει.

ΚΑΤΑΜΑΡΤΥΡΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *testor*, seu *testis insurgo contra aliquem, incuso, reum facio*, ex κατὰ et μαρτυρέω *testor*. Construitur cum genitivo. Matth. XXVI, 62. τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; ad ea, quorum hi te incusant, nihilne respondes? ibid. XXVII, 13. Marc. XIV, 60. XV, 4. ἴδε πόσα σου καταμαρτυροῦσιν. Cod. Cant. Verss. *Copt. Vulg.* et *Itala* habent h. l. κατηγοροῦσιν, quod est merum interpretamentum. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico הֵעִיד sequente אֵת, 1 Regg. XXI, 10. 13. et עָנָה seq. ב, Job. XV, 6. Prov. XXV, 18. Hist. Susann. v. 43. ψευδῆ μου κατεμαρτύρησαν. *Demosthen.* p. 1115. et 860. 26. ed. *Reiske*: καταμεμαρτυρημένον τἀληθῆ victum et convictum testimoniis veris. *Plutarch.* T. VI, p. 591. ed. *Reiske.*

ΚΑΤΑΜΈΝΩ, fut. ενῶ, *permaneo, remaneo, commoror*, ex κατὰ et μένω *maneo*. Legitur in N. T. tantum in participio Act. I, 13. οὗ ἦσαν καταμένοντες ubi commorabantur. Conf. Alex. Num. XXII, 8. Ies. II, 22. ubi Hebraico יָשַׁב respondet. Judith. XVI, 20. Ἰουδὶθ μετ' αὐτῶν κατέμεινεν. *Demosthen.* p. 354. 27. et 577. 3. ed. *Reiske. Xenoph. Cyrop.* VII, 1. 21.

ΚΑΤΑΜΌΝΑΣ. Adverbium, elliptice positum, pro κατὰ μόνας χώρας *in regionibus privatis*; *seorsim, separatim, privatim, solum*. Marc. IV, 10. ὅτε δὲ ἐγένετο κατὰμόνας. *Vulgat.* cum esset singularis. Luc. IX, 18. καὶ ἐγένετο, ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον κατὰμόνας cum solus esset, orandi causa. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. reperitur pro Hebr. בָּדָד et לְבָדָד, Ps. IV, 8. Jer. XV, 17. Micha VII, 14. et יַחַד, Ps. CXLI, 10. 2 Macc. XV, 39. *Phavor.* καταμόνας· κεχωρισμένως. Adde *Thucyd.* I, 32. et 37. *Polyb. Exc. Leg.* p. 1148. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 566.

ΚΑΤΑΝΆΘΕΜΑ, τος, τὸ, 1. *anathema adversus aliquem, exsecratio, maledictum*, ex κατὰ et ἀνάθεμα, quod vide supra.

2. abstracto posito pro concreto:

res devota et exsecranda, maledictus, exsecrabilis; et ex adjuncto: *impius, a religione Christiana alienus, pœnis divinis dignus.* Sic semel legitur in N. T. Apoc. XXII, 3. καὶ πᾶν κατάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι et nullius impius erit amplius, coll. Zachar. XIV, 11. Posset etiam reddi: *nulla impietas amplius locum habebit.* Sed haud pauci codices et editio *Complutensis* et *Griesbachiana* κατάθεμα habent, et *Millius* in Prolegg. §. 1114. κατανάθεμα, tanquam vocem magis usu receptam et obviam, ex margine irrepsisse opinatur. Conf. *Wolfii* Curas Crit. et Philol. Vol. IV. p. 613. seq. *Hesych.* ἀνάθεμα· ἐπάρατος, ἀκοινώνητος.

ΚΑΤΑΝΑΘΕΜΑΤΊΖΩ, fut. *ίσω, extremis diris devoveo, valde exsecror, mala imprecor*, ex κατὰ et ἀναθεματίζω. Semel legitur in N. T. Matth. XXVI, 74. τότε ἤρξατο καταναθεματίζειν ἑαυτὸν tunc cœpit se ipsum devovere diris. Sed major codicum numerus habet καταθεματίζειν, quod etiam *Bengelius* et *Griesbachius* in contextum receperunt.

ΚΑΤΑΝΑΛΊΣΚΩ, fut. ώσω, *consumo, absumo*, i. q. καταναλόω (*Xenoph. Mem.* I, 2. 22.) ex κατὰ et ἀναλίσκω idem. Semel legitur in N. T. Hebr. XII, 29. ubi Deus dicitur πῦρ καταναλίσκον ignis consumens, ob pœnas sc. gravissimas, quas a peccantibus sumit. Deut. IV, 24. IX, 3. Ies. X, 17. Ezech. XXI, 31. Conf. *Glassii* Philol. Sacr. p. 1000. ed. *Dathii.* In versione Alex. respondet Hebraico אָכַל *comedit*, et metaphorice: *consumsit, perdidit.* Jer. III, 24. Zachar. IX, 14. 15. *Hesych.* καταναλίσκων· ἐσθίων, δαπανῶν· *Polyb.* XXXII, 7. 15.

ΚΑΤΑΝΑΡΚΆΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *obtorpefacio, torpidum reddo*, ex κατὰ et ναρκάω *torpore afficio*, hoc autem a νάρκη *torpedo*, h. e. piscis marinus, cujus ea est natura, ut propius accedentem et se tangentem obtorpefaciat, et, qui adeo olim homines navigantes et pisces appropinquantes torpore afficere et demorari credebatur. Cf. *Plinii* Hist. N. XXXII, c. 1. *Aristotel.* Hist. Anim. IX, c. 37. *Ælian.* Hist. Anim. I, 36. IX, 14.

2. intransitive: *obtorpeo, torpore obrigesco et languesco*, et dicitur proprie de corporis membris, quæ omnem sentiendi vim amiserunt. Hinc νάρκη *torpor*, notat etiam *membra torpida et nullius sensus.* Simplex ναρκάω *enervor, torpeo, luxor*, legitur apud Alex. Job. XXXIII, 19. Genes. XXXII, 25. et 32. *Hesych.* ναρκώσης· ἐκλύτου, ἐκλυομένης. Adde *Josephi A. J.* VIII, 8. 5.

3. *obtorpeo cum aliorum incommodo, molestiam alicui creo, oneri et molestiæ sum alicui.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. XI, 8. οὐ κατενάρκησα οὐδενὸς nemini vestrum molestus fui, nempe exigendo mercedem, i. q. v. 9. ἀξαρῆ ὑμῶν ἐμαυτὸν ἐτήρησα, coll. vers. Syriaca. ibid. XII, 13. et 14. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* et *Alberti* Gloss. Gr. p. 8. κατενάρκησα· κατεβάρησα, sine dubio ex 2 Cor. XII, 16. Cf. *Stolberg.* Exerc. Ling. Gr. cap. XXIII. p. 118. seq. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 206. seq.

ΚΑΤΑΝΕΎΩ, fut. εύσω, *innuo, annuo, nutu aliquid significo*, ex κατὰ et νεύω. Semel in N. T. legitur Luc. V, 7. καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις et signo dato vocaverunt socios. In versionibus Græcis V. T. plane non reperitur hoc verbum, pro quo ἐννεύω et διανεύω frequentius ponitur. Sæpius autem legitur in Scriptoribus Græcis exteris, v. c. apud *Homer. Il.* α΄. 514. et 524. *Liban.* Or. XLII. p. 897. *Lucian.* Asin. 48. *Hesych.* κατανεῦσαι· συνθέσθαι. ἐπινεῦσαι· συγκατατίθεσθαι.

ΚΑΤΑΝΟΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. *animadverto, intelligo, cognosco*, et de quacunque mentis adversione ad aliquid dicitur, quocunque modo et cujuscunque rei gratia ea fiat, ut vel etymi ratio docet: nam est ex κατὰ et νοέω *intelligo.* Matth. VII, 3. τὸν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς graviora vero vitia, quibus laboras, non ani-

madvertis. Luc. VI, 41. XX, 23. κατανοήσας δὲ αὐτῶν τὴν πανουργίαν cognoscens autem eorum versutiam. Act. XXVII, 39. κόλπον δέ τινα κατενόουν sinum quendam in litore animadverterunt. 2 Macc. IX, 25.

2. *aspicio, contemplor, et quidem studiose et attente, observo*, etiam simpliciter *video*, sine ulla emphasi, de rebus, visui objectis ac oblatis. Luc. XII, 24. κατανοήσατε τοὺς κόρακας contemplamini corvos. ibid. v. 27. κατανοήσατε τὰ κρίνα considerate lilia. Act. VII, 31. προσερχομένου δὲ αὐτοῦ κατανοῆσαι propius accedente ad considerandum hoc portentum; et v. 32. οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι non audebat propius aspicere. ib. XI, 6. εἰς ἣν ἀτενίσας κατενόουν. Jacob. I, 23. κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ formam suam naturalem in speculo contemplanti. ib. v. 24. In versione Alex. legitur pro צָפָה, Ps. XXXVII, 32. רָאָה, Genes. XLII, 9. Exod. II, 11. Num. XXXII, 8. et הִבִּיט, Ps. XXII, 17. etc. *Cebes* Tab. c. 13. κατανοεῖς δῦν καὶ ἐν μέσῳ τοῦ λειμῶνος περίβολον ἕτερον. *Joseph. A. J.* VIII, 2. s. 2. c. 5. f. 3. ἃς (scil. πόλεις) ἐπελθὼν καὶ κατανοήσας. *Hesych.* κατανοοῦντι· καταβλέποντι.

3. *probe attendo et ad animum revoco, perpendo, pondero, examino.* Rom. IV, 19. οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον non perpendebat, corpus suum jam decrepitum esse. Hebr. III, 1. κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν probe attendite, quis et quantus sit etc. Ps. CXIX, 18. κατανόησω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. De mente et intellectu etiam usurpatur Judith. VIII, 14.

4. ut omnia fere verba videndi et cognoscendi: *curam alicujus gero et habeo.* Hebr. X, 24. κατανοῶμεν ἀλλήλους et curemus nos invicem, ita, ut etc. Sæpius non legitur in N. T. Ies. LVII, 1. ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ.

ΚΑΤΑΝΤΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *occurro, obviam venio, in occursum alicujus eo*, ex κατὰ et ἀντάω, *obviam eo, procedo, fio.*

2. *venio, devenio, pervenio*, de motu locali. Act. XX, 15. κατηντήσαμεν ἀντικρὺ Χίου venimus contra Chium. ib. XXV, 13. κατήντησαν εἰς Καισαρείαν Cæsaream venerunt. ib. XVI, 1. XVIII, 19. 24. XXI, 7. XXVII, 12. XXVIII, 13. 2 Macc. IV, 44. καταντήσαντος τοῦ βασιλέως εἰς Τύρον. *Palæph.* de Incred. c. 15. *Diod. Sic.* III, 34. IV, c. 62. et 85. *Suid.* καταντήσωσι· παραγίνωνται. *Hesych.* καταντησάτωσαν· φθασάτωσαν.

3. *pervenio ad aliquid*, sensu metaphorico, h. e. *obtineo; consequor, et nanciscor aliquid*, quasi *pertingo ad optatam metam*—etiam *ad me res pervenit, res contingit mihi.* Act. XXVI, 7. εἰς ἣν, sc. ἐπαγγελίαν—ἐλπίζει καταντῆσαι cujus promissionis potiundæ causa. Philipp. III, 11. εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν hac spe, ut consequar aliquando beatam e mortuis resurrectionem. 1 Cor. XIV, 36. ἢ εἰς ὑμᾶς μόνους κατήντησεν nempe, ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ; num ad vos solos tantum tradita est doctrina Christiana? Huc etiam referrem loca 1 Cor. X, 11. εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν quibus seriore ætate, tempore scilicet N. T. vivere contigit, et Ephes. IV, 13. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* καταντήσας· λαχών, κληρώσας. 2 Sam. III, 29. καταντησάτωσαν ἐπὶ κεφαλὴν Ἰωάβ. 2 Macc. IV, 24. VI, 14.

ΚΑΤΑ'ΝΥΞΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie et vi etymologiæ: *compunctio, fodicatio.* Est enim a κατανύσσω *compungo.* Sed in libris Græcorum ita dicitur

2. *dolor animi vehemens et gravis, tristitia, metus.* *Hesych.* κατάνυξις· ἡ λύπη, ἡσυχία. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σιωπὴ, μεταμέλεια. Apud Alexandrinos interpretes vero κατάνυξις

3. idem est, quod νυσταγμὸς, a νύω, νύζω, νυστάζω, et significat *soporem gravem et profundum*, et respondet Hebraico תַּרְדֵּמָה, quod proprie iis tribuitur, qui sunt somno profundo

sopiti. Unde iidem Græci interpretes Dan. X, 9. הָיִיתִי נִרְדָּם *sopore offusus sum* reddiderunt ἤμην κατανενυγμένος. Jam, quia sopor gravis homines omni fere rerum externarum sensu privat, hinc factum est, ut ad imitationem Hebraici תַּרְדֵּמָה Ies. XXIX, 10. κατάνυξις.

4. metaphorice *stuporem animi*, seu *statum animi veri et falsi rectique pravique sensu destituti* significaret. Sic semel in N. T. legitur Rom. XI, 8. ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως, h. e. permisit Deus eos fieri veri et falsi bonique malique sensu destitutos. *Chrysostomus* Homil. XIX. in Ep. ad Romanos p. 223. quem *Suidas* sub voce κατανυγῶ compilavit: Ἔδωκεν — — κατανύξεως· οὐκ ἐνέργειαν δηλοῖ, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ συνεχώρησε. Τὴν γὰρ ἐπὶ τὸ χεῖρον ἕξιν τῆς ψυχῆς φησι, τὴν ἀνιάτως ἔχουσαν καὶ ἀμεταθέτως. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐν εὐλαβείᾳ κατανενυγμένος οὐκ ἂν εὐκόλως μεταστῇ, οὕτω καὶ ὁ ἐν πονηρίᾳ κατανυγεὶς οὐκ ἂν ῥᾳδίως μεταβάλοιτο. Cf. *Alberti* notas ad Gloss. Gr. in N. T. p. 116. et S. Ven. *Koppe* N. T. Vol. IV. p. 238.

ΚΑΤΑΝΎΣΣΩ, vel ΚΑΤΑΝΎΤΤΩ, fut. ύξω, 1. proprie: *compungo, pungo, pungendo penetro, lancino*, ex κατὰ et νύσσω *pungo*. Hinc

2. universe: *dolore afficio*, quocunque modo hoc fiat, et κατανύττεσθαι τῇ καρδίᾳ metaphorice *is* dicitur, *qui commovetur et perturbatur animo, animique dolorem et tristitiam sentit*. Sic semel in N. T. legitur Act. II, 37. κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ magna tristitia sunt affecti hac oratione, quod scilicet Christum se crucifixisse satis intelligerent. Apud Alexandrinos κατανύσσεσθαι, et nude positum, et addita voce καρδίᾳ, de *omni* adhibetur, *qui præ mœrore, animi anxietate et metu ad silentium redigitur et de statu mentis dejicitur*, et respondet verbis הִתְעַצֵּב *contristatus, anxius fuit*, Genes. XXXIV, 7. et נִכְאָה, idem. Ps. CIX, 16. ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχὸν, καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ. Confer etiam LXX. et Aquilam ad Ps. IV, 5. Adde Sirac. XIV, 1. οὐ κατενύγη ἐν λύπῃ ἁμαρτίας. *Hesych.* κατανύγητε· ἡσυχάσατε, λυπήθητε. Idem: κατενύγησαν· ἐλυπήθησαν. Vide *Keuchenium* in Annotatt. ad h. l. p. 172. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 469.

ΚΑΤΑΞΙΌΩ, ῶ, fut. ώσω, 1. *dignum habeo et judico aliquem, dignor*, etiam *dignum reddo*. Passivum καταξιόομαι, οῦμαι, *dignus judicor*, vel *habeor*, vel *reddor*, ex κατὰ et ἀξιόω, idem. Sic legitur in N. T. Act. V, 41. ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι quod digni habiti fuissent, ut ob religionem Christianam cæderentur ac contumelia afficerentur. 3 Macc. III, 21. *Polyb.* I, 23. 3. *Demosthen.* p. 1383. 11. ed. *Reiske*: κατηξιοῦτε ταύτην ὁμοίως αὐταῖς μετέχειν τῆς πόλεως. *Suid.* καταξιοῦντες· τιμῆς ἀξιοῦντες. Conf. *Thom. M.* sub ἀξιῶ.

2. καταξιοῦσθαι *nancisci aliquid, consequi, obtinere*, i. q. τυγχάνειν. Construitur vel cum genitivo rei, vel cum infinitivo. Luc. XX, 35. καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν qui participes facti sunt futuræ post mortem resurrectionis et vitæ. Alterutra vox h. l. abundat. Ita ἀξιοῦν abundat apud *Epictet.* Enchirid. c. 50. Luc. XXI, 36. ἵνα καταξιωθῆτε (in aliis codd. legitur κατισχύσητε) ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι ut hæc omnia eventura effugiatis, seu effugere vobis contingat. 2 Thess. I, 5. εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ut consequamini aliquando felicitatem æternam. Sæpius non legitur in N. T. Confer *Wetstenii N. T.* T. I. p. 794.

ΚΑΤΑΠΑΤΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *conculco pedibus, proculco*, ex κατὰ et πατέω *calco*. Sic in N. T. legitur Matth. V, 13. καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ut ab hominibus conculcetur. ib. VII, 6. τοῖς ποσὶν additur Luc. VIII, 5. XII, 1. ὥστε καταπατεῖν ἀλλήλους ut se invicem premerent; ubi videndus *Wetstenius*.

Polyb. I, 34. 5. *Xenoph. Hist. Gr.* III, 4. 12. Job. XXXIX, 15.

2. metaphorice: *contumeliose aliquem tracto, fœdissime habeo, turpiter abutor,* et ex adjuncto: *sperno, repudio,* et de rebus æque ac personis dicitur. Matth. VII, 6. *μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς* (scil. *τοὺς μαργαρίτας*) *ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν* ne margaritas proculcent pedibus, h. e. ne turpiter abutantur hac doctrina longe sanctissima et præstantissima, incaute ipsis tradita. Hebr. X, 29. *ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας* qui ignominiose tractant Christum, Dei filium, ab ejus religione deficientes. *Aquila* Job. VI, 3. *τὰ ῥήματά μου κατεπατήθησαν.* 1 Maccab. III, 52. *Homer.* Iliad. *δ'*. 157.—*κατὰ δ' ὅρκια πιστὰ πάτησαν. Eustathius* ad h. l. *πολλὴν δηλοῖ καταφρόνησιν τὸ πατῆσαι. Suid. πατήσας· καταφρονήσας.—πατεῖν· καταφρονεῖν, ὑβρίζειν.*

ΚΑΤΑ΄ΠΑΥΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *requies corporis, multis laboribus defatigati, ut vires amissas recuperet,* a *καταπαύω,* quod vide.

2. per synecdochen generis: *mansio, habitatio.* Act. VII, 49. *τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου*; quis locus erit habitationis meæ? coll. Ies. LXVI, 1. אֵי־זֶה מָקוֹם מְנוּחָתִי.

3. per metonymiam adjuncti: *locus,* vel *regio permansionis et habitationis perpetuæ.* Sic v. c. Hebr. III, 11. *κατάπαυσις* Palæstina dicitur, quam Deus Israëlitis destinaverat perpetuum domicilium: *εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου* non ingredientur terram Canaan, ipsis a me promissam. ib. v. 18. IV, 3. 5. Eodem sensu Ps. CXXXII, 14. Sion mons *κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ* dicitur.

4. *Κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ* eleganter a Paulo Hebr. IV, 1. 3. 10. et 11. dicitur felicitas summa illa et præstantissima, veris Christianis a Deo post hanc vitam destinata et promissa. Pertinet huc glossa *Suidæ,* quam integram apponere placet: *Κατάπαυσις· ἡ τοῦ σαββάτου ἡμέρα,* (2 Macc. XV, 1.) *ἐν ᾗ ὁ Θεὸς κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ καθ' ἣν Ἰουδαῖοι εἰσῆλθον εἰς τὴν γῆν ἐπαγγελίας. καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία.* Vide *Griesbachii* Pr. quo quid Hebr. III, 7. IV, 11. *καταπαύσεως Θεοῦ* imagine adumbretur, disquiritur. Jen. 1792. 4. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΠΑΥ΄Ω, fut. *αύσω,* ut Latinum *requiesco* (conf. *Servium* ad *Virgil.* Eclog. VIII, 4. et *Fesselii* Adversar. Sacr. I. c. 2. §. 4.) et transitive et intransitive usurpatur in N. T. Transitive est

1. *cessare facio, inhibeo, removeo, coërceo, compesco.* Sic in N. T. legitur Act. XIV, 18. *μόλις κατέπαυσαν τοὺς ὄχλους, τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς* vix compescuerunt turbam, ne sibi sacrificaret. Ps. LXXXV, 3. *κατέπαυσας πᾶσαν τὴν ὀργήν σου.* Eccles. X, 4. Job. XXVI, 12. *ἰσχύϊ κατέπαυσε τὴν θάλασσαν.* Neh. IV, 11. *Demosthenes* p. 808. 14. ed. *Reiske: τὰ ἐν τοῖς σώμασιν ἀῤῥωστήματα ταῖς τῶν ἰατρῶν τέχναις καταπαύεται. Polyb.* I, 9. 8. *Thucyd.* VIII, 97. *Herod.* I, 27.

2. *requiescere facio, ad sedem quietis,* seu *locum perpetuæ commorationis perduco.* Hebr. IV, 8. *εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν* si enim Josua perduxisset eos ad illam sedem quietis. Deut. III, 20. *ἕως ἂν καταπαύσῃ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν,* Jos. I, 13. 15. Intransitive si sumitur, est

3. *ab opere cesso, quiesco, requiesco,* et ex adjuncto: *fruor conditione libera ab hujus vitæ ærumnis et miseriis.* Hebr. IV, 4. *καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ* et quievit Deus ab omni opere suo die septimo. Ita enim ad verbum sumsit Paulus locum Genes. II, 2. יִשְׁבֹּת בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי מִכָּל־מְלַאכְתּוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה, h. e. septimo die ad finem perduxit Deus omne opus creationis suæ. ibid. v. 10. *καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ Θεὸς* is exantlatis hujus vitæ miseriis, quie-

tem agit, quemadmodum Deus, absoluto opere suo, quievit. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΠΕΤΑΣΜΑ, τος, τὸ, 1. proprie: *aulæum, velum expansum, quod rei alicui obtenditur*, ex καταπετάω, καταπετάζω, vel καταπετάννυμι *expando, extendo*, item *obtego, obvelo, cooperio*. Matth. XXVII, 51. τὸ καταπέτασμα τοῦ ἱεροῦ velum interius templi secundi, adyto, seu sancto sanctorum oppansum, quod Christo in cruce moriente in duas partes scissum fuit, et κατ' ἐξοχὴν καταπέτασμα vocatur. Hebraice פָּרֹכֶת dicitur Exod. XXVI, 31, 33. a פָּרַךְ *extendit, expandit*. Fuit ex hyacintho, coccino, purpura et bysso contextum, opere Phrygionico, ita, ut densitas ejus quatuor digitorum, altitudo vero cubitorum triginta esset. Marc. XV, 38. τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ. Luc. XXIII, 45. Hebr. IX, 3. τὸ δεύτερον καταπέτασμα velum secundum, nempe tabernaculi fœderis, intra quod erat sanctum sanctorum. Dicebatur autem velum secundum, ut distingueretur a velo, quod in atrio erat, et מָסָךְ vocabatur Exod. XXVI, 36. Jam, quia sanctum sanctorum symbolum futuræ felicitatis in cœlis apud Judæos erat, verba: εἰσερχομένην (nempe ἐλπίδα) εἰς τὸ ἐσώτερον (scil. μέρος) τοῦ καταπετάσματος, quæ Hebr. VI, 19. leguntur, reddenda erunt: et hæc spes aliquando in cœlo explebitur. Huc pertinet sine dubio glossa in *Alb.* Gloss. Gr. p. 174. καταπετάσματος· τοῦ πυλαίου.

2. metaphorice ita dicitur *corpus Christi*, hominum salutis causa in cruce interfectum, ipso Paulo interprete Hebr. X, 20. διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, hanc sine dubio ob causam, quia partim velum sancti sanctorum tempore mortis Christi non sine miraculo divino in duas scindebatur partes, partim vero Christus, morte hominum causa exantlata, ad summam illam felicitatem et dignitatem in cœlo pervenit, quod cum sancto sanctorum apud Judæos comparari solebat. Sæpius non legitur in N. T. Confer. *Wetstenii N. T.* T. I, p. 539.

ΚΑΤΑΠΙΝΩ, fut. πόσομαι, aor. 1. pass. κατεπόθην,

1. proprie: *absorbeo, ebibo, bibendo exhaurio*, et non solum de iis usurpatur, qui potum ex vase penitus hauriunt, sed etiam ad omnia transfertur, quæ res liquidas absorbent et deglutiunt, quasi ex κατὰ, quod in compositis interdum *consumtionem, amissionem* et *perditionem* significat, (Conf. *Zeunium* ad *Viger.* de Idiot. Ling. Gr. p. 522. Edit. Glasg. 1813.) et πίνω *bibo*. Apoc. XII, 16. ἤνοιξεν ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς καὶ κατέπιε ποταμὸν aperuit terra os et absorpsit fluvium.

2. *deglutio, devoro*, de rebus solidis et aridis. Matth. XXIII, 24. καταπίνειν κάμηλον deglutire camelum. Formula proverbialis, de qua vide dicta ad vocem κάμηλος. *Apollodor.* Bibl. I. c. 1. §. 3. κρόνος κατέπινε τὰ γεννώμενα. *Ælian. V. H.* I, 3. *Pollux* Onom. VI, 2. καταπίνειν ἔνιοι καὶ ἐπὶ τροφῆς λέγουσιν. Conf. *Bergler.* ad *Alciphron.* I. ep. 22. p. 86. et *Reitz.* ad *Lucian.* T. II. p. 614. Eodem modo *absorbere* legitur apud *Horatium* Sermon. Lib. II, 8. 24. " ridiculus totas simul absorbere placentas."

3. *aquis mergo, obruo*. Hebr. XI, 29. ἧς πεῖραν λαζόντες οἱ Αἰγύπτιοι κατεπόθησαν in quo mari Ægyptiis, idem conantibus, pereundum fuit. Huc pertinet sine dubio glossa *Hesychii*: κατεπόθησαν· κατεποντίσθησαν, κατέπεσον. *Polyb.* II, 41. 7. πόλις καταποθεῖσα ὑπὸ τῆς θαλάττης.

4. *paulatim absumo, perdo, destruo, exhaurio*. 2 Cor. II, 7. μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος ne nimio luctu et dolore absumatur hic homo ac pereat, seu, ne succumbat mœrori suo. 2 Cor. V, 4. ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς ut corpus hoc mortale paulatim absumatur ab immortali. *Hesych.* καταποθῇ· καταναλωθῇ.

5. metaphorice: *miserum reddo sollicitando atque seducendo ad vitiosita-*

tem et quævis delicta, inprimis vero ad deserendam religionem Christianam. Sic tribuitur diabolo 1 Petr. V, 8. qui leonis rugientis instar dicitur obambulare et avide quærere τίνα καταπίῃ quem devoret. Sermo autem est de calamitatibus propter religionem Christianam.

6. *tollo, abrogo, aboleo, finem impono.* 1 Cor. XV, 54. κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος mors in perpetuum sublata est. Ies. XXVIII, 7. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΠΙ΄ΠΤΩ, fut. πεσοῦμαι, *decido, procido, concido, prolabor, procumbo,* ex κατὰ et πίπτω *cado.* Bis tantum legitur in N. T. Act. XXVI, 14. πάντων δὲ ὑμῶν καταπεσόντων εἰς τὴν γῆν quum autem nos omnes decidissemus in terram. ibid. XXVIII, 6. καταπίπτειν ἄφνω νεκρὸν aut concideret repente mortuus. Respondet Hebr. נָפַל in versione Alex. Ps. CXLV, 14. Sap. VII, 3. *Xenoph. Cyrop.* IV, 5. 17. ἐπὶ τῆς γῆς καταπίπτοντες.

ΚΑΤΑΠΛΕ΄Ω, fut. εὐσω, *transnavigo, trajicio, appello navem, nave devehor,* ex κατὰ et πλέω *navigo.* Sic semel legitur in N. T. Luc. VIII, 26. καὶ κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν et transnavigarunt, seu appulerunt ad regionem Gadarenorum. Καταπλεῖν apud Græcos κατ' ἐξοχὴν de nave usurpatur, ex alto in portum redeunte, unde exierat, v. c. apud *Demosthen.* p. 886. ed. *Reiske:* ὅθεν ἐξέπλευσε τὸ πλοῖον, ἐνταῦθα καὶ καταπλεῖν αὐτὸ, ubi τῷ ἐκπλεῖν opponitur adeoque *in portum redire* significat. *Xenoph. Hist. Gr.* V, 1. 20. et III, 4. 1. Conf. *Salmasium* de modo Usurarum p. 357. Substantivum κατάπλους *navigationem ipsam* notat 3 Macc. IV, 10. Apud *Lucianum* Dialogus inscribitur κατάπλους, in quo umbræ navigantes ad inferos sistuntur. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 709.

ΚΑΤΑΠΟΝΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *labore conficio, fatigo, debilito,* ex κατὰ et πονέω *laboro. Plutarch.* T. IV. p. 96. ed. *Reiske.* Jam, quia πόνος non solum *laborem,* sed etiam *quamvis miseriam, calamitatem* et *vexationem* notat, v. c. apud *Hippocrat.* Aphor. II, 1. VI, 46. etiam verbum καταπονέω

2. *aliis molestias creare, alios affligere et vexare* notat, v. c. apud *Theophr.* Char. VIII, 5. καταπονοῦντες ταῖς ψευδολογίαις, et καταπονεῖσθαι generatim apud Græcos dicitur, *qui affligitur malis et afflictionibus opprimitur,* maxime vero, *qui injuriam patitur,* 2 Macc. VIII, 2. 3 Macc. II, 2. Sic autem bis tantum in N. T. legitur. Act. VII, 24. ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ oppressum et afflictum ultus est, seu, oppressi se vindicem gessit. 2 Petr. II, 7. δίκαιον Λὼτ καταπονούμενον ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς pium Lotum sceleratorum et libidinosorum conversatione enecatum quasi. Conf. v. 8. *Polyb.* XXIX, 11. 11. et XL, 7. 3. *Ælian.* V. H. III, 27. ὑπὸ πενίας καταπονούμενος. *Hesych.* καταπονούμενος· πειραζόμενος. Conf. præter *Alberti* Obss. Philol. p. 464. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XIII, 55. Tom. I. p. 585. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 499.

ΚΑΤΑΠΟΝΤΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, *mari demergo, in mare præcipito, Polyb.* II, 60. 8. XV, 2. 6. etiam *submergo, immergo, demergo. Diod. Sic.* XVI, c. 35. Καταποντίζομαι *submergor, demergor in pontum,* seu *mare,* ex κατὰ et ποντίζω *mergo,* quod est a πόντος *pontus, mare.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. XIV, 30. καὶ ἀρξάμενος καταποντίζεσθαι jamque submergi incepit. ibid. XVIII, 6. συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης ei præstaret suspensa in collo ejus mola asinaria ad mare demergi. (V. *Lactant.* de *vita persecut.* c. 15. p. 119. ibique interpretes, et *Wesselingium* ad *Diod. Sic.* XVI. p. 109.) Fuit hoc certum supplicii genus, usitatum apud Syros, Græcos (*Diod. Sic.* III. p. 239. *Wolfii Anecdota* T. IV. p. 222.) Ægyptios (*Joseph. c. Apion.* l. I. p. 1058.) et Romanos, quo reos, maxime parricidas,

in flumen, aut mare præcipitabant, (*Senec.* Contr. V. 4.) ita, ut vel collo malefici grave pondus appenderent, (Conf. *Casaub.* ad *Sueton.* Octav. c. 67.) vel ad pontum damnatum plumbo involverent, aut arculis includerent, (V. *Lycophr.* v. 239. et ibi *Potter.*) aut denique culeo insuerent. (*Juvenal.* Sat. VIII, 214.) Conf. *Kipping.* Antiqq. Rom. II, 7. §. 7. Diss. Philol. de καταποντισμῷ seu supplicio submersionis apud antiquos ad illustrandum Matth. XVIII, 6. Argentor. 1753. 4. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 441. *Phavor.* καταποντίζω· καταδύω, βυθίζω, κλύζω.

ΚΑΤΑ΄ΡΑ, ας, ἡ, 1. *imprecatio, exsecratio, maledictio, extrema atque dirissima devotio,* ex κατὰ et ἀρὰ *diræ, preces.* Jacob. III, 10. ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. 2 Petr. II, 14. κατάρας τέκνα homines exsecrabiles. In versione Alexandrina respondet Hebraicis קְלָלָה, Genes. XXVII, 12. 13. אָלָה, Job. XXXI, 30. et מְאֵרֶת, Prov. III, 33. *Polyb.* XVI, 31. 7. XXIV, 8. 7.

2. *pœna divina,* quæ imprecationem et maledictionem sequitur. Galat. III, 10. ὑπὸ κατάραν εἰσὶ pœnis, lege Mosaica constitutis, sunt obnoxii. ibid. v. 13. κατάρα τοῦ νόμου lex Mosaica, quæ pœnas minatur, a qua nos Christus liberavit morte sua cruenta in cruce. Ad hanc significationem a multis etiam refertur locus 2 Petr. II, 14. ubi κατάρας τέκνα intelliguntur homines, pœnis gravissimis, a Deo infligendis, maxime digni. Ita קְלָלָה Deut. XI, 26. 28. 29. Ps. CIX, 17. 18. et מְאֵרָה Malach. II, 2.

3. per metonymiam: *is, qui maledictioni obnoxius est, qui punitur,* aut, *qui supplicia meretur,* i. q. ἐπικατάρατος. Speciatim vero dicitur ita *piaculum, homo, qui pro aliorum salute devovetur et piaculum fit, ut cum ipsius interitu pernicies imminens a toto aliquo populo averruncetur.* Sic sumerem locum Galat. III, 13. ubi Christus dicitur factus esse κατάρα ὑπὲρ ἀνθρώπων, h. e. piaculum pro hominum salute, morte nempe sua cruenta in cruce. Conf. *Schwarzii* Comment. Ling. Gr. p. 751. Sic etiam קְלָלָה usurpatur Deut. XXI. 23. pro *maledicto, punito.* Locus Malach. III, 9. huc non pertinet.

4. si de *agris* adhibetur, *sterilitatem* significat, ex usu loquendi Hebræorum. Sic legitur in N. T. Hebr. VI, 8. γῆ — κατάρας ἐγγὺς ager, qui mox ob sterilitatem plane desertus et devastatus relinquetur. Conf. Genes. III, 17. VIII, 21. Jer. XLIV, 22. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΡΑ΄ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. άσομαι. I. Active sumitur et est:

1. *exsecror, diris ac exitio devoveo, mala alicui imprecor.* (*Xenoph.* Anab. VII, 7. 28.) et ex adjuncto: *hostili et inimico animo erga aliquem sum et ago, conviciis aliquem proscindo.* Construitur nunc cum dativo, nunc cum accusativo. Matth. V, 44. εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς benigne et humaniter tractate, qui vos hostiliter insectantur. Luc. VI, 28. Rom. XII, 14. Jacob. III, 9. ἐν αὐτῇ καταρώμεθα lingua abutimur contra homines. *Xenoph. Anab.* V, 6. 3. πολλοί ἔσεσθε οἱ ἐπαινοῦντές με, πολλοὶ ἔσεσθε οἱ καταρώμενοι. Eodem sensu legitur quoque אָרַר, Genes. XXVII, 29. Num. XXIV, 9. Deut. XXIII, 4. et קָלַל 2 Sam. XVI, 6. 7. 10. etc.

2. *imprecor alicui infecunditatem et sterilitatem,* si de agris, arboribus etc. sermo est. Marc. XI, 21, ἡ συκῆ, ἣν κατηράσω, ἐξήρανται ficus illa, cui imprecatus es, exaruit. II. Passive usurpatur: *maledictioni subjacco, exitio devotus et obnoxius sum.* Matth. XXV, 41. οἱ κατηραμένοι homines exsecrabiles, quos Deus pœnæ destinavit, seu homines pessimi et scelestissimi, qui etiam ab *Æliano* V. H. II, 13. κατάρατοι dicuntur.

ΚΑΤΑΡΓΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, perf. κατήργηκα,

1. proprie et generatim: *otiosum, inutilem*, vel *inefficacem reddo*, quocunque modo hoc fiat, ex κατὰ et ἀργέω *cesso*. Luc. XIII, 7. ἱνατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; quòrsum terram inutiliter occupat, seu terræ partem, quam occupat, inutilem reddit? Rom. III, 3. μὴ τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει; num veracitatem tollat, seu inefficacem reddat divinam? Gal. III, 17. *Eurip. Phœn.* 760.

2. *plane cessare facio*. 1 Cor. VI, 13. καταργήσει ut plane cessent, efficiet. Καταργέομαι *desino esse, cesso*, i. q. παύομαι, cum quo permutatur 1 Cor. XIII, 8. ubi γνῶσις et προφητεία aliquando καταργεῖσθαι dicuntur. ibid. v. 10. τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται tunc imperfectio illa plane cessabit. 2 Cor. III, 7. διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὴν καταργουμένην ob splendorem faciei temporarium, qui aliquando desiit. ib. v. 11. τὸ καταργούμενον id, quod finem habiturum erat. ibid. v. 13. πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι —— τοῦ καταργουμένου quia Israëlitæ non ferre poterant splendorem vultus Mosis, qui tamen aliquando finem habiturus erat. Galat. V, 11. ἄρα κατήργηται sublatum tunc esset. Eph. II, 15. τὴν ἔχθραν καταργήσας causam discordiarum et inimicitiarum sustulit.

3. de legibus: *abrogo, aboleo, auctoritate privo*, i. q. ἀκυρόω, cum quo permutatur Gal. III, 17. Rom. III, 31. νόμον οὖν καταργοῦμεν; — opponitur: νόμον ἱστῶμεν. 2 Cor. III, 14. ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται nempe abrogatam esse legem Mosaicam religione Christiana. Ephes. II, 15. τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας. Conf. sub δόγμα.

4. *neco, destruo, interficio, perdo*, tam in sensu proprio, quam metaphorico, i. q. νεκρόω et ἀναλίσκω. Rom. VI, 6. ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας ut destruatur corpus, quo vitiositati indulgemus. 2 Thess. II, 8. ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ καὶ καταργήσει.

5. *abjicio, depono*. 1 Cor. XIII, 11. κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου deposui pueriles sensus ac cogitationes.

6. de hostibus: *vinco, supero, vim et potestatem infringo, eo adigo hostes, ut quiescant pugnæ*, ut verbis utar *Gellii* N. A. L. IX. c. 13. p. 455. ed. *Gronov.* 1 Cor. XV, 24. ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν, h. e. cum imperio suo subjecerit omnes, etiam potentissimos et ferocissimos hostes, coll. v. 25. ibid. v. 26. ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος ultimus hostis debellandus est, mors. 2 Tim. I, 10. καταργήσαντος μὲν τὸν θάνατον mortis vim et imperium in homines destruentis. Hebr. II, 14. ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον ut morte sua vim diaboli, domini mortis, infringeret et debilitaret.

7. *ostendo ac declaro, aliquid esse nihili et nullius pretii, pudore afficio*, i. q. καταισχύνω. 1 Cor. I, 28. ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ. coll. v. 27. ἵνα τὰ ἰσχυρὰ καταισχύνῃ. ibid. II, 6. τῶν καταργουμένων qui tamen in hac re nihil valent, s. nullius pretii sunt.

8. *libero, liberum et immunem reddo*. Καταργεῖσθαι ἀπὸ τινὸς is dicitur, qui *immunis, liber est ab aliqua re, alicui non obnoxius ac deditus est, non amplius rem cum aliquo habet*. Rom. VII, 2. κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρὸς legibus matrimonii non amplius obstringitur. *Syrus* bene vertit: ܚܪܝܪܐ ܗܘ̈ ܐ *libera facta est*, et *Œcumenius* per ἀπολέλυται, ἠλευθέρωται interpretatus est illud κατήργηται. ibid. v. 6. νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου non amplius obstringit nos lex Mosaica. Galat. V, 4. κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ sejuncti estis a Christo. *Theophyl.* οὐδεμίαν κοινωνίαν ἔχετε μετὰ τοῦ Χριστοῦ. Sæpius non legitur in N. T. Admodum raro occurrit hæc vox apud exteros Scriptores et quater tantum in versione Alexandrina in *prohibendi* et *impediendi* significatione pro Chald. בְּטַל, Ezra IV, 21. 23. V, 5. VI, 8. *Phavor.* καταργῶ· τὸ ἀποπαύω καὶ πλη-

ρῶ. κατηργήθη γὰρ ὁ νόμος, ἀντὶ τοῦ ἀπεπαύθη.

ΚΑΤΑΡΙΘΜΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, *annumero, connumero*, ex κατὰ et ἀριθμέω *numero*. Καταριθμεῖσαι σύν τισι *aliquibus annumerari, socium esse aliquorum*. Semel in N. T. legitur Act. I, 17. κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν qui olim Apostolis adscriptus erat. *Jamblich.* Vit. Pythag. c. 6. §. 30. καὶ μετὰ τῶν θεῶν τὸν Πυθαγόραν κατηρίθμουν. *Plutarch. Solon.* p. 84. *Eurip. Troad.* 872.

ΚΑΤΑΡΤΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie: *restituo rem in suum locum aut statum, resarcio, restauro, quod corruptum, ruptum et dissolutum est, reficio, reparo*, ex κατὰ et ἀρτίζω *instauro, sarcio*, quod est ab ἄρτιος *perfectus, omnibus partibus suis constans*. Sic in N. T. legitur Matth. IV, 21. καταρτίζοντας τὰ δίκτυα retia scissa. Marc. I, 19. Ezra IV, 12. Neh. IV, 7. *Herodot.* V, cap. 106. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 278.

2. metaphorice: *emendo, a pravitate revoco et averto, corrigo*. Galat. VI, 1. si quis errore aut vitio quodam fuerit abreptus, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον vos perfectiores corrigite talem summa cum animi mansuetudine. *Theodoret.* μὴ κολάζετε, ἀλλὰ διορθοῦσθε, στηρίζετε, τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληροῦτε.

3. *perfectum reddo*, sensu morali, nam ἄρτιος est i. q. τέλειος. Luc. VI, 40. κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ discipulo autem adspirandum est ad eam perfectionem, quam habet magister ejus. 1 Cor. I, 10. ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ summus sit inter vos et perfectus animorum consensus. Sed *Elsnerus* T. II, Obss. Sacr. p. 70. ad h. l. monuit, καταρτίζειν apud Græcos interdum significare *lite et contentione sublata conciliare*, unde καταρτιστὴς *reconciliator animorum* dicitur, (conf. *Valckenar.* ad *Herod.* V, 28.) ideoque locum nostrum vertere mavult: compositi aut conciliati conjunctissimis animis et sententiis. Idem quoque statuit de loco 2 Cor. XIII, 11. ubi tamen καταρτίζεσθε plerique, et, ut mihi quidem videtur, rectius vertunt: adspirate ad perfectionem Christianam. Hebr. XIII, 21. καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ reddere vos idoneos ad recte facta, seu instruere et ornare vos omni virtute Christiana. 1 Petr. V, 10. *Hesych.* καταρτίσαι· τελειῶσαι, στερεῶσαι. Id. καταρτίσω ἐτελείωσας. Vide *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* XIV, 20. et *Witter.* ad *Thom. M.* in ἀποτετέλεκα.

4. *suppleo, perficio, addo, adjicio*, i. q. προσαναπληρόω. 1 Thess. III, 10. καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα et si quid adhuc desit perfectioni vestræ, suppleam et perficiam.

5. *concinne apto, compono, coagmento, construo, creo*, etiam *paro, præparo*. Hebr. XI, 3. κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ jussu divino mundum creatum esse. Matth. XXI, 16. κατηρτίσω αἶνον laudem tibi parasti, seu celebraris ab infantibus et lactantibus. Ps. VIII, 2. Rom. IX, 22. σκεύη ὀργῆς, κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν homines, qui se ipsos quasi ad pœnam composuerunt, seu, qui suam sibi perniciem contrahunt. Hebr. X, 5. σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι corpus autem mihi parasti, seu dedisti. *Syrus*: ﻲﻟ ﺖﻤﻟﺎﻛ ﻲﻤﺴﺟ corpore autem induisti me. Ps. XL, 9. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* καταρτίσαι· κατασκευάσαι. Id. καταρτίσω· ἐποίησας. Ps. LXXIV, 16. LXXXIX, 37.

ΚΑΤΑ΄ΡΤΙΣΙΣ, ἡ, 1. proprie: *instauratio rei corruptæ, restitutio rei in pristinum locum et statum*, a καταρτίζω, quod vide.

2. *perfectio*. Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. XIII, 9. τοῦτο δὲ καὶ εὐχόμεθα, τὴν ὑμῶν κατάρτισιν hoc vero etiam in votis habemus, nempe perfectionem vestram. *Plutarch.* T. IV. p. 16. ed. *Reiske*.

ΚΑΤΑΡΤΙΣΜΟ΄Σ, οῦ, ὁ, 1. proprie: *coagmentatio, instauratio, restitutio*, ab eodem.

2. *emendatio, perfectio*, Vervollkomm-

nung *perfection*. Sic in N. T. legitur Ephes. IV, 12. πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων ut Christiani in dies perfectiores reddantur. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΣΕΊΩ, fut. εἰσω, 1. proprie: *concutio, quasso, deorsum moveo*, vel *quatio*, ex κατὰ et σείω *moveo, concutio*. *Ælian.* V. H. III, 16. μηχανὰς προσάγων καὶ κατασείων καὶ ὑπορύττων τὰ τείχη. ibid. VI, c. 7. σεισμὸς τὴν πόλιν κατέσεισεν. *Themist.* Orat. XI, p. 150. τὰς κατασεισθείσας, sc. πόλεις. *Hesych.* κατασείειν· ταράσσειν.

2. κατασείω τῇ χειρὶ, vel τὴν χεῖρα *manu commota signum do*, (*Polyb.* Hist. I, 78. Interdum τῇ χειρὶ omittitur, v. c. *Xenoph.* Cyrop. V, 4. 2.) *manu silentium impero*, ita, ut interdum σιγᾷν addatur, interdum vero nude ponatur. Mos enim erat olim Judæis et gentilibus manu signum dare et nuere, præsertim ad conciliandum silentium. Act. XII, 17. κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾷν dextra vero silentia jussit, ut verbis utar *Lucani* Pharsal. I, v. 297. — ibid. XIII, 16. κατασείσας τῇ χειρὶ εἶπεν. ibid. XIX, 33. κατασείσας τὴν χεῖρα. ibid. XXI, 40. Sæpius non legitur in N. T. Eadem formula legitur quoque in *Gregor. Nysseni* libro de Resurrectione, (*Wolf.* Anecdot. Græc. T. II. p. 29.) ubi loco κατασείσασα in margine e glossemate legitur κατασιγάσασα. *Joseph.* A. J. VIII, 11. 2. Conf. *Irmisch.* Excurs. ad *Herodian.* I, 9. 7. p. 899. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 528.

ΚΑΤΑΣΚΆΠΤΩ, fut. άψω, proprie: *suffodio, defodio*, deinde *suffodiendo everto, diruo, vasto, destruo, everto*, ex κατὰ et σκάπτω *fodio*. Bis tantum legitur in N. T. Act. XV, 16. τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω ruinas ejus et diruta restaurabo. Rom. XI, 3. τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν altaria tua everterunt. In versione Alexandrina respondet Hebraicis נָתַץ *destruxit, demolitus est*. Deut. XII, 3. Judd. VIII, 9. הָרַס idem, 1 Regg. XIX, 10. 1 Chron. XX, 1. Adde Amos IX, 11. *Xenoph. Hist. Gr.* II, 2, 14. *Lysiæ* Orat. XIII, p. 234. εἰ κατασκαφείη τῶν τειχῶν τῶν μακρῶν. ibid. substantivum κατασκαφὴ *eversionem* notans occurrit. *Ælian.* V. H. III, 6. *Thucyd.* IV, 109. *Eurip.* Orest. v. 733. ubi *Scholiastes*: τὸ κατασκάπτειν κυρίως ἐπὶ πόλεως. *Hesych.* κατασκάψαι· κατορύξαι.

ΚΑΤΑΣΚΕΥΆΖΩ, fut. άσω, 1. proprie: *instruo aliquem rebus necessariis, præparo, adorno*, ex κατὰ et σκευάζω *paro, instruo, orno*, a σκεῦος *vas, instrumentum*. Hinc κατασκευὴ *supellex, qua domus instruitur et adornatur*. *Diod. Sic.* XI, 62. *Xenoph.* de Re Equestri c. 4. §. 17. κατεσκευασμένος πάντα omnibus instructus. Memor. III, 11. 4. Sic usurpatur in formula κατασκευάζειν τὴν ὁδὸν munire viam adæquando et removendo, quæ offendere et remorari iter facientem possint, Hebraice: פַּנּוֹת דֶּרֶךְ Ies. XL, 3. quæ metaphorice de animorum præparatione ad adventum Messiæ reperitur. Matth. XI, 10. Marc. I, 2. Luc. VII, 27. ibid. I, 17. λαὸς κατεσκευασμένος populus, instructus iis, quæ necessaria sunt ad amplectendam religionem Christianam.

2. *exstruo, exædifico, fabrico*. Hebr. IX, 2. σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη fuit autem exstructa pars anterior hujus templi, quæ sancta dicitur. ibid. v. 6. τούτων δὲ οὕτω κατεσκευασμένων. 1 Petr. III, 20. *Phavor.* κατασκευάζει ὁ ναυπηγὸς τὴν ναῦν. *Xenoph. Cyrop.* VI, 1. 16. *Herodian.* V, 6. 13. κατεσκεύασε νεών. Hinc κατασκευὴ *fabrica*. Conf. *Fischeri* Index Palæphati s. h. v. et *Abresch. Annotatt.* in *Ep. ad Hebr.* p. 177. In versione Alexandrina respondet Hebraico עָשָׂה 2 Chron. XXXII, 5. Prov. XXIII, 5. Adde Num. XXI, 27. 1 Macc. XV, 3. *Phavor.* κατασκευάζω· ἐπὶ τῶν τεκτόνων, τὸ δημιουργῶ.

3. *creo, auctor sum*. Hebr. III, 4. πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος, ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, ὁ Θεὸς

omnis familia auctorem et principem aliquem habet; Deus autem est auctor utriusque familiæ. Sapient. IX, 2. τῇ σοφίᾳ σου κατεσκεύασας τὸν ἄνθρωπον. Legitur quoque in versione Alexandrina pro Hebr. בָּרָא Ies. XL, 28. XLIII, 1.

4. *constituo, præficio.* Hebr. III, 3. ὁ κατασκευάσας αὐτὸν is, qui eum constituit. Tunc vero pro οἴκου reponendum est οἰκέτου vel οἰκείου, quæ fuit conjectura S. V. *Mori* in Notis ad Versionem Germanicam hujus epistolæ olim proposita. Alii, qui receptam lectionem sequuntur, vertunt: qui est auctor familiæ. Sæpius non legitur in N. T. Conf. de hac voce universe *Reiskii* indicem Græc. Demosthen. et *Phavor.* Gloss. s. h. v.

ΚΑΤΑΣΚΗΝΌΩ, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *habito in tentorio,* vel *tabernaculo,* seu *tabernaculum figo,* ex κατὰ et σκηνόω *in tabernaculo,* i. e. *umbraculo, confecto e frondibus, dego. Xenoph. Cyrop.* VI, 2. 2. Interdum etiam transitive apud Græcos usurpatur, ut sit *per tabernacula distribuere,* v. c. apud *Xenoph.* Anab. II, 2. 8.

2. *habito, commoror, versor in aliquo loco, consideo, quiesco.* Act. II, 26. καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι corpus meum secure jacebit in sepulcro. Matth. XIII, 32. ὥστε ἐλθεῖν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ κατασκηνοῦν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ ut adeo aves consideant, seu quiescant in ramis ipsius. Plerique interpretes κατασκηνοῦν h. l. notionem *nidulandi, nidum struendi,* subjiciunt; sed usus linguæ contrarium docet. Nam κατασκηνοῦν respondet in vers. Alex. Hebr. שָׁכַן, quod in notione *considendi, quiescendi* de avibus legitur Daniel. IV, 9. 18. Ezech. XVII, 23. et יָשַׁב 2 Chron. VI, 2. Ezech. XXV, 4. Idem valet de reliquis locis Marc. IV, 32. Luc. XIII, 19. *Xenoph. Anab.* III, 4. 20. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΣΚΉΝΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *tentoriorum collocatio,* a κατασκηνόω *tentorium figo, tabernaculum pono.*

2. *ædificatio.* 1 Chron. XXVIII, 2. καὶ ἡτοίμασα τὰ εἰς τὴν κατασκήνωσιν ἐπιτήδεια, Hebr. וְהָכִינוֹתִי לִבְנוֹת.

3. *ipsum tentorium, quod exstruitur, domicilium, habitaculum quodvis.* Sic bis in N. T. legitur Matth. VIII, 20. et Luc. IX, 58. τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις, scil. ἔχουσι, ubi, ut recte docuit *Fischer.* Prol. IX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 14. per κατασκηνώσεις non sunt *nidi* cum *Vulgato* et aliis multis interpretibus intelligendi, sed vox ipsa latius patens explicanda est de *locis omnibus, in quibus considerent et quiescunt volucres noctu, etiam interdiu, tutæ ab omni cœli injuria,* quæ loca recte *latibula* vel *cubilia* dicuntur. *Nidi* autem Græce νοσσιαὶ dicuntur. *Theophyl.* ad Matth. l. l. κατασκηνώσεις· κατοικίας. σκηνὴ γὰρ λέγεται πᾶσα οἴκησις. Pro Hebraico מִשְׁכָּן occurrit in fragmentis *Symmachi* Ps. XLVI, 5.

ΚΑΤΑΣΚΙΆΖΩ, fut. άσω, *obumbro, obtego, tego,* ex κατὰ et σκιὰ *umbra.* In N. T. tantum extat Hebr. IX, 5. Χερουβὶμ κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον Cherubim, qui tegunt operculum arcæ fœderis. *Plutarch.* T. VI. p. 101. et. T. V. p. 408. ed. *Reiske.*

ΚΑΤΑΣΚΟΠΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *speculor, exploro,* ex κατὰ et σκοπέω *speculor.* Usurpatur speciatim ut κατασκοπεύω in deteriorem partem de *dolose explorantibus,* v. c. *exploratoribus bellicis* (qui κατ' ἐξοχὴν κατάσκοποι dicuntur) in vers. Alex. Jos. II, 2. 3. ubi Hebraico חָפַר respondet. Legitur etiam pro רָגַל 2 Sam. X, 3. ὅπως ἐρευνήσωσιν τὴν πόλιν καὶ κατασκοπήσωσιν αὐτήν. Jam quia ii, qui belli tempore regionem, terram, aut urbem aliquam explorant, hoc ideo faciunt, ut hostibus insidias struant, factum est, ut κατασκοπέω

2. significaret *insidias struere, conari aliquid dolose eripere.* Galat. II, 4. κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ὑμῶν ut do-

lose eriperent vobis libertatem Christianam: ubi videndus est *Chrysostomus*. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΣΚΟΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *explorator, speculator*, a præter. med. *κατέσκοπα* verbi *κατασκέπτομαι, speculor, exploro*. Semel in N. T. legitur Hebr. XI, 31. de exploratoribus, a Josua emissis: *δεξαμένη τοὺς κατασκόπους μετ' εἰρήνης*. In vers. Alex. respondet Hebraico מְרַגֵּל Genes. XLII, 9. 11. 1 Sam. XXVI, 4. *Thucyd.* VII, 6. *Athen.* VI, p. 256. A. *Xenoph. Cyr.* III, 3. 13. *Hesych. κατάσκοποι· κατοπτεύοντες, ἐπίζουλοι. ἢ δόλων ἐξιχνευταὶ, δολεροὶ, δόλιοι.*

ΚΑΤΑΣΟΦΙΖΩ, fut. *ίσω, sapientem aliquem reddo*, etiam *ingeniosum aliquem reddo ad aliquem infestandum et opprimendum*, ex *κατὰ* et *σοφίζω sapientem reddo*. Κατασοφίζομαι *ingeniose et solerter aliquid excogito, sophismatibus et argutis fallaciis utor adversus aliquem*, (*Plutarch.* T. II, p. 80. *Diod. Sic.* XVII, p. 624.) et generatim: *callide et insidiose aliquem circumvenio et opprimo*. Sic semel in N. T. legitur Act. VII, 19. de Pharaone: *οὗτος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, ἐκάκωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν* hic dolis utens adversus gentem nostram vexavit majores nostros. Desumta vox est in h. l. ex vers. Alex. Exod. I, 10. ubi *τῷ* הִתְחַכְּמָה *dolose agere, circumvenire aliquem* respondet, (nam חָכְמָה *sapientia* etiam in malam partem adhibetur de *calliditate et astutia*) et in versione *Onkelosi τῷ* מִרְמָה Genes. XXVII, 35. Jos. IX, 4. De eadem re *κατασοφίζεσθαι* legitur Judith V, 11. *ἐπανέστη αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου καὶ κατεσοφίσατο αὐτοὺς ἐν πόνῳ καὶ ἐν πλίνθῳ*. ibid. X, 19. *οἱ ἀφεθέντες δυνήσονται κατασοφίσασθαι πᾶσαν τὴν γῆν*. *Joseph.* A. J. VI, 11. 4. *Alciphron.* III. Ep. 4. *Suid. κατασοφισόμεθα· αἰτιατικῇ, τεχνασόμεθα, μηχανῇ τινι κακώσομεν. Hesych. κατασοφισθείσα· χλευασθεῖσα, τεχνασθεῖσα,* (Conf. *Thom. M.* p. 844. ed. *Bernard.*) Lex. *Cyrilli* MS. Brem. *κατασοφίσασθαι· ἀπατῆσαι, κατατεχνάσασθαι.*

ΚΑΤΑΣΤΕΛΛΩ, fut. ελῶ, aor. 1. *κατέστειλα*, 1. proprie: *contraho, in angustias redigo*, et inprimis de *velis* usurpatur, quæ contrahuntur, ex *κατὰ* et *στέλλω* idem. Hinc

2. metaphorice: *reprimo, coerceo, sedo, tranquillo, quietum reddo*. Sic bis tantum in N. T. legitur. Act. XIX, 35. *καταστείλας* (nonnulli codd. habent *κατασείσας*, e glossemate) *δὲ ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον* tum scriba, cum populum tumultuantem sedasset, dixit. ibid. v. 36. *δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν* oportet vos quietos manere et nullas turbas excitare. In eadem significatione reperitur quoque Ps. LXV, 8. in *Aquilæ* fragmentis pro Hebr. מַשְׁבִּיחַ *comprimens, sedans*, et 2 Macc. IV, 31. 3 Macc. VI, 1. *Joseph.* A. J. I, 1. 2. XIV, 9. 1. *Θόρυβον κατέστελλεν. Phavor. καταστείλας· ἀντὶ τοῦ κατασιγάσας.* Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 589.

ΚΑΤΑΣΤΗΜΑ, *τος, τὸ, habitus, status, constitutio*, a *καθίστημι constituo*. In N. T. tantum legitur Tit. II, 3. *ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς* in habitu cultuque corporis, qui Christianos decet. *Porphyr.* de Abstinent. IV, c. 6. *τὸ δὲ σεμνὸν κἀκ τοῦ καταστήματος ἐωρᾶτο. Πορεία γὰρ ἦν εὔτακτος κ. τ. λ.* Conf. *Stephani* Thes. L. Gr. Tom. I. p. 1773. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 372.

ΚΑΤΑΣΤΟΛΗ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *stola*, genus vestis, ad talos usque demissæ ac defluentis, a præt. med. *κατέστολα* verbi *καταστέλλω*, vel *καταστέλλομαι amicio, vestio, orno. Hesych. καταστολή· στολή.*

2. *vestitus, amictus*. Semel in N. T. legitur 1 Tim. II, 9. *ἐν καταστολῇ κοσμίῳ* habitus et ornatus corporis sit mundus, decorus, nec luxurians. Ies. LXI, 3. *καταστολὴν δόξης. Joseph.* B. J. II, 8. 4. *καταστολὴ καὶ σχῆμα σώματος. Hesych. καταστολήν· περιζολήν. Alberti* Gloss. N. T. p. 156. *κα-*

ταστολῇ· στολισμῷ, ἐνδύματι. Cæterum notandum adhuc videtur, καταστολὴν, nude positum, apud Græcos haud raro *modestiam in vestitu, modestum habitum* significare, ut exemplis docuit *Foësius* in Œcon. Hipp. p. 197.

ΚΑΤΑΣΤΡΈΦΩ, fut. έψω, *subverto, dejicio, prosterno, everto, diruo, demolior*, ex κατὰ et στρέφω *verto*. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXI, 12. τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε mensas argentariorum evertit. Marc. XI, 15. τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστερὰς κατέστρεψε subsellia vendentium columbas subvertit. In versione Alexandrina respondet maxime Hebraico הָפַךְ Job. IX, 5. Hagg. II, 22. Gen. XIX, 21. 25. 29.

ΚΑΤΑΣΤΡΗΝΙΆΩ, et ΚΑΤΑΣΤΡΗΝΙΆΖΩ, fut. άσω, *lascivio, luxurior, insolentius et lascivius me gero adversus aliquem*, ex κατὰ et στρηνιάω *luxurior, lascivio*, quod est a στρῆνος *luxus, deliciæ*. Semel in N. T. legitur 1 Tim. V, 11. ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν postquam enim lascivierunt contra Christum, nubere volunt. Sed hanc vulgarem interpretandi rationem nimis duram et incommodam mihi videri, ingenue fateor; ideoque vertere mallem: *locupletati eleemosynis, a Christianis collectis, nubere volunt*, ut καταστρηνιᾷν sit *locupletem fieri*, a στρηνὺς *turgidus, turgescens præ nimia succi copia*. *Hesych.* στρηνιῶντες· πεπλησμένοι. Sed nec hæc satis certa sunt. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 342.

ΚΑΤΑΣΤΡΟΦῊ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *subversio, eversio, desolatio*. Est enim verbale a perf. med. κατέστροφα, verbi καταστρέφω *everto, subverto*. Sic in N. T. legitur 2 Petr. II, 6. de funesto Sodomæ et Gomorrhæ excidio, ἃς πόλεις τεφρώσας, καταστροφῇ κατέκρινεν quas urbes in cinerem redigens damnavit Deus ad eversionem. *Hesych.* καταστροφῆς· ἐρημώσεως. In vers. Alex. legitur pro Hebraico הַפֵּכָה Genes. XIX, 29.

2. metaphorice: (plane ut καθαίρεσις, quod vide,) *grave damnum, detrimentum*. 2 Tim. II, 14. ἐπὶ καταστροφῇ ἀκουόντων non sine gravissimo auditorum damno. *Chrysostomus* ad h. l. οὐ μόνον οὐδὲν ἐκ τούτου κέρδος, ἀλλὰ καὶ βλάβη πολλή. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΣΤΡΏΝΝΥΜΙ, vel ΚΑΤΑΣΤΡΩΝΝΎΩ, fut. στρώσω,

1. *prosterno, humi sterno, humi affligo*, ex κατὰ et στρωννύω, vel στρώννυμι *sterno*. *Herodot.* IX, 75.

2. per metonymiam: *eneco, perdo*. In N. T. tantum extat 1 Cor. X, 5. de Israëlitis, qui κατεστρώθησαν ἐν ἐρήμῳ prostrati sunt, seu perierunt in deserto. Num. XIV, 16. κατέστρωσεν (Hebraice יְשָׁחָטֵם *mactavit, occidit eos*) αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ. 2 Macc. V, 26. XI, 11. XII, 28. *Ælian. H. A.* VII, 2. λοιμὸς—αὐτοὺς κατέστρωσε. *Xenoph. Cyrop.* III, 3. 28. οἱ Πέρσαι πολλοὺς κατεστρώννυσαν. Marg. *Leuncl.* ἀπέκτειναν. Cf. *Jungermann.* ad *Polluc.* IX, 153.

ΚΑΤΑΣΎΡΩ, fut. ῶ, 1. proprie: *detraho, deorsum traho, facio, ut aliquis descendat, delabatur aut deferatur*, ex κατὰ et σύρω *traho*. *Symmach.* 2 Sam. XIV, 14. κατασυρόμενον ὕδωρ. *Alciphr. Ep.* I, 1.

2. *aliquem invitum et vi abripio, pertraho*, et speciatim de reis usurpatur, qui in jus rapiuntur. Sic semel in N. T. legitur Luc. XII, 58. μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς κριτὴν ne te pertrahat ad judicem. Eodem sensu *detrahere* usurpatur apud *Ciceronem* pro *Milone* c. 14. " cum in judicium detrahi non posset" etc.

ΚΑΤΑΣΦΆΖΩ vel ΚΑΤΑΣΦΆΤΤΩ, fut. άξω,

1. proprie: *jugulo, macto pecudes*, ex κατὰ et σφάττω idem.

2. *occido, interficio*. Sic semel in N. T. legitur Luc. XIX, 27. κατασφάξατε ἔμπροσθέν μου in meo conspectu occidite. *Diod. Sic.* XII, c. 76. πάντας ἡδηδὸν κατασφάξαντες. *Xenoph. Anab.* IV, 1. 17. *Ælian. V. H.* XIII,

2 Macc. V, 12. VIII, 24. X, 17. In versione Alex. reperitur pro חָרַב *occidit*. Zach. XI, 5.

ΚΑΤΑΣΦΡΑΓΙ´ΖΩ, fut. *ίσω*, 1. *signo, noto, signum imprimo rei*, ex *κατὰ* et *σφραγίζω*, idem.

2. *obsigno, sigillum annulo imprimo, sigillo munio.* Sic semel in N. T. legitur Apoc. V, 1. *βιβλίον κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτὰ* liber obsignatus sigillis septem. Obsignabant sc. veteres libros, quos inspici nollent. Conf. *C. G. Schwarzii* Diss. de Ornamentis Codicum Veterum 1716. edit. In vers. Alex. respondet Hebraico חָתַם Job. IX, 7. XXXVII, 7. Sap. II, 5. *Hesych. κατεσφραγίσθη· ἀπεκλείσθη, ἐσφραγίσθη.*

ΚΑΤΑ´ΣΧΕΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *occupatio, acquisitio*, etiam *possessio, perpetua habitatio*, i. q. *οἴκησις* et *κατοίκησις*, a *κατέχω contineo*, quod sæpe est *possidere, incolere, inhabitare*, v. c. apud *Joseph. A. J.* I, 11. 4. II, 7. 2. *κατασχεῖν τὴν Χαναναίαν* h. e. inhabitare Chananæam. Act. VII, 5. *καὶ ἐπηγγείλατο αὐτῷ δοῦναι εἰς κατάσχεσιν αὐτὴν* quanquam eam aliquando daturum in perpetuam possessionem et inhabitationem pollicitus erat. Sic pro Hebraico אֲחֻזָּה *κατάσχεσις* legitur in vers. Alex. Gen. XVII, 8. Num. XXXII, 5. *δοθήτω ἡ γῆ αὕτη τοῖς οἰκέταις σου ἐν κατασχέσει.* 1 Chron. XIII, 2. *ἐν πόλεσι κατασχέσεως αὐτῶν. Joseph. A. J.* IX, 1. 2.

2. per metonymiam: *illud ipsum, quod obtinemus ac possidemus.* Sic v. c. Act. VII, 45. *ἡ κατάσχεσις τῶν ἐθνῶν* est terra Canaan, quam gentilibus ereptam sibi in perpetuam possessionem vindicaverant Judæi. Eodem modo אֲחֻזָּה usurpatur Nehem. XI, 3. יָשְׁבוּ אִישׁ בַּאֲחֻזָּתוֹ. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΤΙ´ΘΗΜΙ, fut. *ήσω*, 1. proprie: *depono, repono, colloco, recondo*, ex *κατὰ* et *τίθημι pono*. Marc. XV, 46. *καὶ κατέθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ* et recondidit, seu deposuit eum in sepulcro. Eodem sensu apud *Diod. Sic.* XX, c. 24. *καταθέμενον εἰς τὰς βασιλικὰς θήκας τὸ σῶμα. Xenoph. de re Equ.* VI, 7. 1 Chron. XXI, 27. *κατέθηκε τὴν ῥομφαίαν εἰς τὸν κολεὸν αὐτῆς.*

2. metaphorice: *præsto, exhibeo.* Hinc formula *καταθέσθαι χάριτάς τινι* significat: *gratificari alicui, beneficiis aliquem sibi obligare, et obstrictum reddere, gratiam ab aliquo inire.* Act. XXIV, 27. *θέλων τε χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φῆλιξ* cupiens Judæis Felix gratificari. ibid. XXV, 9. Sæpius non legitur in N. T. *Diod. Sic.* XV, 91. Simili modo verbum *καταθέσθαι* et simplex *θέσθαι* etiam apud optimos Græcos Scriptores, v. c. apud *Thucyd.* IV, 87. *δόξαν καταθέσθαι, Lysiam* Orat. II. p. 42. ed. *Taylor. ἐχθρὰν καταθέσθαι, Joseph. A. J.* XI, 6. 5. *εὐεργεσίαν καταθέσθαι, Æschyl.* Prom. Vinct. v. 781. *χάριν θέσθαι.* Adde 1 Macc. X, 23. *φιλίαν καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις.* Conf. *D'Orville* ad *Charit.* IV, c. 5. p. 448. ed. Lips. *Wetstenii N. T.* T. II. pag. 625. et *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΚΑΤΑΤΟΜΗ´, ῆς, ἡ, 1. proprie: *concisio, mutilatio*, a *κατατέμνω in partes minutas seco, mutilo.* Levit. XXI, 5. 1 Regg. XVIII, 28. *Glossæ: κατατομή· concisio.* Vide *Harpocrat.* et *Suid.* in h. v. *Plutarch.* T. VI. p. 350. ed. *Reiske: ποταμοὶ πολλὰς σχίσεις καὶ κατατομὰς λαμβάνοντες.*

2. ita dicitur *circumcisio*, apud Judæos recepta, et quidem non omnis, sed ea, quam Christianis suadebant judaizantes doctores. Philipp. III, 2. *βλέπετε τὴν κατατομήν* ne permittite obtrudi vobis circumcisionem. Bene *Theophyl.* ad h. l. *μέγα καὶ τίμιον ἦν ποτε παρὰ Ἰουδαίοις ἡ περιτομή. Ἐπεὶ οὖν νῦν ἠργησεν, οὐδὲν ἄλλο ἢ κατατομὴ ἔστιν. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔστι νόμιμον τὸ γενόμενον, τὴν σάρκα κατατέμνουσι.* Sed alii *κατατομὴν* h. l. per metonymiam ipsos judaizantes doctores, circumcisionem Christianis suadentes et obtrudentes, intelligendos esse statuunt, quæ ta-

men explicatio ob verba sequentia κακοὺς ἐργάτας locum habere nullo modo potest. Alii de ipsis Christianis, misere et sine ulla fructus spe mutilatis, κατατομὴν explicant. Cf. *Gataker* Adversaria posthuma c. 38. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΤΟΞΕΎΩ, fut. εὐσω, *sagitta impeto*, vel *conficio*, *telo configo et confodio*, *jaculo transverbero*, etiam simpliciter *confodio*, *transfigo*, ex κατὰ et τοξεύω *jaculor*, quod est a τόξον *arcus*. Semel legitur in N. T. Hebr. XII, 20. ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται aut jaculo configetur; quæ verba in nonnullis codicibus desunt. Alex. pro יָרָה *jaculatus est*, Exod. XIX, 13. Ps. XI, 2. et pro מָחַץ *transfodit*, *transfixit*, Num. XXIV, 8. *Plutarch.* T. IV. p. 127. et T. VI. p. 650. ed. *Reiske*.

ΚΑΤΑΤΡΈΧΩ, fut. θρέξω, aor. 2. ἔδραμον, *decurro ad aliquem celeriter*, *adcurro*, *excursionem facio*, i. q. ἐπιτρέχω, ex κατὰ et τρέχω *curro*. Sic semel legitur in N. T. Act. XXI, 32. κατέδραμεν ἐπ' αὐτοὺς celeriter admovit milites cum centurionibus. In versione Alex. respondet Hebraico רוּץ 1 Regg. XIX, 20. Apud Græcos Scriptores κατατρέχειν fere significat: *hostiliter aliquem incursare*, *incursionibus infestare*, *nocere et vastare*, *grassari*, v. c. apud *Xenoph.* Hist. Gr. IV, 7. 6. V, 3. 1. Conf. Cel. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 10. 4. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 607. *Suid.* κατατρεχόντων· ληϊζομένων, πορθούντων.

ΚΑΤΑΦΆΓΩ, fut. φάγω, aor. 2. κατέφαγον, 1. proprie: *deglutio*, *devoro*, *comedo*, ex κατὰ et φάγω *edo*. Matth. XIII, 4. καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ καὶ κατέφαγεν αὐτὰ et comesta sunt a volucribus. Marc. IV, 4. Luc. VIII, 5. Apoc. XII, 4. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 398. *Xenoph. Anab.* IV, 8. 12. *Suidas* e *Schol. Aristoph. Pac.* 6. interpretatur ἀθρόως φαγεῖν et *Eustathius* πάντα φαγεῖν.

2. *perdo*, *consumo*, *absumo*. Apoc. XX, 9. πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτούς. Ita quoque אָכַל 1 Regg. XVIII, 38. πῦρ κατέφαγε τὸ ὁλοκαύτωμα. Job. XXII, 20. τὸ κατάλειμμα αὐτῶν καταφάγεται πῦρ. Igni enim æque ac gladio os tribuitur apud Hebræos.

3. *abligurio*, *dilapido*, *per luxuriam absumo*. Luc. XV, 30. ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν, qui facultates tuas cum scortis dilapidavit vel consumsit. De hac notione verbi καταφάγειν, quod eodem sensu etiam apud *Homer.* Odyss. ξ'. v. 12. legitur, cf. *Valckenar.* ad *Eurip.* Hippol. v. 626. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 762. Sic etiam usurpatur *comedere* apud *Macrob.* Saturnal. II, c. 2. *Horat.* I. Ep. XV. v. 39. (Vide *Vechneri Hellenolexiam* P. II. cap. IV. p. 477.) et *devorare* apud *Catullum* XXIX, 23. *devorare patrimonia*.

4. ad animum translatum καταφάγειν animum res dicitur, qua animus distrahitur, excruciatur et angitur. Joh. II, 17. ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με indignatione ob templum tuum violatum conficior. In omnibus fere linguis orientalibus *edere aliquem id* dicitur, *quod mœrore et indignatione afficit aut dolorem affert*, ut pluribus docui in *Diss.* de Parallelismo Sententiarum V. T. p. 26. seq.

5. metaphorice: *cum studio aliquid facio aut tracto*, *penitius aliquid cognoscere studeo*. Hinc explicandus est locus Apoc. X, 9. 10. καὶ κατέφαγον τὸ βιβλαρίδιον, ad quem recte monet *Alberti.* in Obss. Philol. p. 488. metaphorice his verbis exprimi *studium libelli illius argumentum cognoscendi avidissimum*, æque ac in loco Jerem. XV, 16. Ita *Cic.* ad Attic. VII, 3. " qui illos *libros devorasti*." *Plaut. Asin.* III, 3. 59. Confer *Vechneri Hellenolex.* lib. II. cap. 4. pag. 480. seq. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΦΈΡΩ, fut. κατοίσω, 1. *demitto*, *dejicio*, *deturbo*, *deprimo*, *opprimo*, ex κατὰ et φέρω *fero*. Act.

XX, 9. καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, διαλεγομένου τοῦ Παύλου ἐπὶ πλεῖον, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἔπεσεν alto sopore oppressus, Paulo diutius disserente, somno graviore depressus decidit de tertia contignatione. *Vulgatus* reddidit: *cum mergeretur somno gravi, disputante diu Paulo, ductus somno cecidit* etc. Scilicet καταφέρεσθαι ὕπνῳ βαθεῖ significat: *alto sopiri somno, somno profundiore obrui*, quam significationem interdum etiam καταφέρεσθαι nude positum habet, (v. c. apud *Aquilam* Ps. LXXV, 6. pro Hebraico נִרְדָּם) unde καταφορὰ *somnus altus, sopor gravis* in fragmentis *Aquilæ* pro Hebr. תַּרְדֵּמָה, Genes. II, 21. XV, 12. Prov. XIX, 15. et καταφορέω *somno profundo obrutus sum*, apud Alex. Sophon. I, 31. Cf. *Kypke* Obss. Sacr. T. II. p. 105. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 591. et *Abresch.* Anim. ad Æschyl. p. 619. et Dilucidd. Thucyd. p. 822. Altera vero formula καταφέρεσθαι ὑπὸ τοῦ ὕπνου de *iis* adhibetur, *qui somno profundiori obruti et vi somni dejiciuntur de loco suo et prosternuntur*, et quasi *pondere suo vincuntur*, durch den Schlaf das Uebergewicht bekommen *to be over balanced by sleep*, nam καταφέρω proprie notat: *deduco, defero in locum inferiorem, dejicio.* Vide Alex. Dan. V, 22. Ies. XXVIII, 2. et *Demosthen.* p. 1185. l. 15. ed. *Reiske.* Hinc καταφερὴς *declivis* apud *Xenoph.* Venat. X, 9.

2. *fero, appono*, i. q. simplex φέρω. Καταφέρειν ψῆφον, pro quo etiam φέρειν ψῆφον apud *Josephum* aliquoties legitur, seu *ferre, apponere suffragium*, partim *is* dicitur, *qui sententiam condemnatoriam contra aliquem fert*, partim vero *is, qui aliorum sententiæ condemnatoriæ accedit et assentitur.* Sic in N. T. legitur Act. XXVI, 10. ἀναιρουμένων τε αὐτῶν κατήνεγκα ψῆφον, quæ verba non sunt reddenda: et cum illi occiderentur, sententiam contra eos tuli, seu calculo meo eos damnavi, sed: probavi cædem Christianorum, cum occiderentur, ut sit idem quod cap. XXII, 20. ἤμην συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ. Cf. infra sub ψῆφος et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 633. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΦΕΎΓΩ, fut. φεύξομαι, *perfugio, confugio ad aliquem*, vel *aliquo*, ex κατὰ et φεύγω *fugio.* Act. XIV, 6. κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις salutis causa perfugerunt in urbes. Hebr. VI, 18. οἱ καταφυγόντες qui ad Deum confugimus, h. e. *in Deo spem et fiduciam nostram ponimus.* Conf. 2 Macc. X, 28. ubi καταφυγὴ ἐπὶ τὸν Θεὸν fiduciam in Deo positam significat, ut jam recte vidit *Syrus* interpres. *Philo* de Abrah. T. II. p. 93. Alii vertunt: *qui effugimus*, sc. τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου, coll. 2 Petr. II, 20. nec negari potest, καταφεύγειν interdum esse i. q. ἀποφεύγειν, διαφεύγειν et ἐκφεύγειν et de iis usurpari, qui pericula præsentissima effugiunt. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. fere semper in confugiendi et perfugiendi notione reperitur pro Hebraicis נוּס, Genes. XIX, 20. Deut. IV, 42. הֶחְבִּיא Jos. X, 27. etc. et substantivum inde derivatum καταφυγὴ ibidem de locis usurpatur, ad quæ aliquis confugere solet, ut salvus sit et incolumis, seu de asylis. *Plutarch.* Q. Rom. p. 290. B. Confer etiam *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΚΑΤΑΦΘΕΊΡΩ, fut. θερῶ, 1. *corrumpo, depravo, vitio, quocunque modo hoc fiat*, i. q. διαφθείρω, quod vide.

2. Speciatim et metaphorice: *erroribus et vitiis animum imbuo*, ex κατὰ et φθείρω idem. Sic legitur in N. T. 2 Tim. III, 8. ubi commemorantur homines κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν quorum animus ita perversus est, ut veritatem agnoscere et sequi nequeat. De depravatione morum καταφθείρεσθαι reperitur in versione Alex. Genes. VI, 12. 2 Paral. XXVII, 2. *Suid.* καταφθορά· ὁ ἐν ἀνομίαις βίος καὶ παραδάσεσιν.

3. *perdo, disperdo*, sive corporaliter, (Ies. XXIV, 1. Genes. VI, 17. 2 Macc. V, 14.) sive moraliter, *mise-*

rum reddo et infelicem, et speciatim de *pœnis peccatorum* usurpatur. Sic autem reperitur 2 Petr. II, 12. ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται per impietatem suam summam sibi contrahent miseriam, seu, perversitatis suæ aliquando gravissimas Deo pœnas dabunt. Sæpius non legitur in N. T. Levit. XXVI, 39. καταφθαρήσονται διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. *Suid.* καταφθορά· ὁ αἰώνιος θάνατος, quæ glossa pertinere videtur ad Ps. XLVIII, 9. ubi vid. *Theodoretus*.

ΚΑΤΑΦΙΛΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω. Interdum quidem in libris Scriptorum veterum de *iis* usurpatur, *qui alios osculantur inprimis amanter, nec uno, sed pluribus impertiunt osculis;* (v. c. apud *Theophr.* Char. XVII. *Xenoph.* Mem. II, 6. 33.) sed in N. T. non differt a voce simplici φιλεῖν et *osculari, deosculari* notat, ex usu loquendi Alex. interprr. qui Hebraicum נָשַׁק nunc per καταφιλεῖν, (Exod. IV, 27. Ruth. I, 9.) nunc per φιλεῖν (Genes. XXVII, 26. Exod. XVIII, 7.) reddiderunt. Cf. *Fischeri* Prolus. V. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 15. seq. Ipsi adeo evangelistæ utrumque verbum promiscue ac indistincte posuerunt, v. c. Matth. XXVI, 48. 49. Marc. XIV, 44. 45. Luc. VII, 38. 45. XV, 20. XXII, 47. Act. XX, 37. Sæpius non legitur in N. T. Confer *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΚΑΤΑΦΡΟΝΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *contemno, despicio, aspernor, sperno*, et ex adjuncto: *contemtim nec digne satis tracto aliquem*, de personis, ex κατὰ et φρονέω *sentio*. Matth. XVIII, 10. μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων ne vel unum horum parvulorum contemnatis. 1 Cor. XI, 22. 2 Petr. II, 10. κυριότητος καταφρονοῦντας.

2. per metonymiam consequentis: *facultatem et materiam habeo contemnendi, causam nanciscor contemnendi et parvi habendi*. 1 Tim. IV, 12. μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω cave, ne quis te ob juventutem tuam opprobriis onerare possit.

3. καταφρονέω τινὸς *negligens sum in exsequendis alicujus mandatis et jussis, non satis verecundiæ præsto alicui, non digne satis revereor*. Matth. VI, 24. ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. Luc. XVI, 13. 1 Tim. VI, 2. μὴ καταφρονείτωσαν non denegent ipsis debita officia.

4. de rebus: *parvi momenti duco, nullum, aut saltem perexiguum pretium statuo, non curo, abutor*. Rom. II, 4. τῆς μακροθυμίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖς, lenitate Dei abuteris. Hebr. XII, 2. αἰσχύνης καταφρονήσας mortem ignominiosam æquo animo perferens. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΦΡΟΝΗΤΗ΄Σ, οῦ, ὁ, *contemptor*, a præcedente. In N. T. tantum legitur Act. XIII, 41. οἱ καταφρονηταί vos, qui spernitis ac repudiatis religionem Christianam; ex Habac. I, 5. ubi Alexandrini pro Hebraico בַּגּוֹיִם legisse videntur בֹּגְדִים, coll. Habac. II, 5. Sophon. III, 4. Conf. *Pocock.* Notas Miscellaneas ad Portam Mosis cap. 3. *Plutarch.* T. V. p. 367. ed. *Reiske*.

ΚΑΤΑΧΕ΄Ω, fut. εὐσω, *effundo, perfundo*, ex κατὰ et χέω, *fundo*. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXVI, 7. κατέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ et effudit super caput ipsius accumbentis. Marc. XIV, 3. κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς. *Aristoph.* Acharn. 1127. *Polyb.* XXXIV, 11. 15. *Plutarch.* T. V. p. 474. ed. *Reiske*.

ΚΑΤΑΧΘΟ΄ΝΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, *subterraneus, infernus, infernalis*, ex κατὰ et χθὼν *terra*. Semel in N. T. legitur Phil. II, 10. ἐπουρανίων, ἐπιγείων καὶ καταχθονίων omnes omnino ubique locorum mentes, ubi καταχθόνιοι sunt *manes, inferi, umbræ*, quæ in locis, terræ subjectis, versari vulgo credebantur, et ab *Hesiodo* (*Opp. et Dies* 164.) ὑποχθόνιοι vocantur. *Hesych.* καταχθόνιος· κατὰ τῆς γῆς, ἢ ὁ ἅδης. *Dionys. Halic. Ant.* p. 258. ed. *Reiske*: καταχθόνιοι θεοί.

ΚΑΤΑΧΡΑ΄ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. ήσομαι, 1. proprie: *abutor, male utor*, ex κα-

τὰ et χράομαι utor. Ælian. V. H. XI, 9. Hesych. καταχρᾶται· κακῶς χρᾶται.

2. i. q. simplex χράομαι utor, quemadmodum et apud Latinos *abuti* sæpe nihil aliud est quam *uti*, v. c. apud *Liv.* XXVII, 46. *Cic.* de Nat. Deor. II, 60. " nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur." 1 Cor. VII, 31. καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι et qui utuntur rebus terrenis, pares erunt iis, qui non iisdem utuntur. ibid. IX, 18. εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου ita, ut jure meo postulandi mercedem non utar. Sæpius non legitur in N. T. Ælian. V. H. III, 13. οὐ μόνον εἰς πόμα καταχρῶνται τῷ οἴνῳ. Dionys. Halic. V, 15. 3 Macc. V, 22. Euseb. H. E. III. c. 14. Conf. Spicilegium meum secundum Lexici Bieliani p. 101. et *Krebs.* Obss. Flav. p. 291. seq.

ΚΑΤΑΨΎΧΩ, fut. ύξω, *refrigero, frigefacio, refocillo*, ex κατὰ et ψύχω, idem. Semel in N. T. legitur Luc. XVI, 24. ἵνα βάψῃ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, καὶ καταψύξῃ γλῶσσάν μου ut intingat extremum digiti sui in aquam et refrigeret linguam meam. Alex. Genes. XVIII, 4. καταψύξατε (sc. ἑαυτοὺς) ὑπὸ τὸ δένδρον. Ezech. XXVI, 19. καταψύξει σε ὕδωρ πολύ. Hinc κατάψυξις *refrigerium, refrigeratio*, apud *Theodot.* Genes. III, 8. Adde *Plutarch.* T. VI. p. 180. ed. *Reiske.*

ΚΑΤΕΊΔΩΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *idolis refertus, refertus templis, aris et simulacris idolorum*, ex κατὰ et εἴδωλον *idolum*. Præpositio κατὰ, adjectivis juncta, *multitudinem* interdum *alicujus rei* indicat, v. c. κατάφοβος *plenus timoris*, *Polyb.* I, 39. καταθόστρυχος, *crinium cincinnis obtectus*, *Eurip.* Phœn. v. 148. κατάφυτος *arboribus consitus*, *Polyb.* XVII, 16. κατάγομος *mercibus plenus*, κατάῤῥυτος *irriguus*, κατάμπελος *vineis refertus* etc. Semel legitur in N. T. Act. XVII, 16. θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν, quæ verba non vertenda sunt, uti quidam opinantur: cum videret totam urbem idolorum cultui admodum deditam esse, sed: cum videret totam civitatem esse templis, aris et simulacris Deorum refertam. *Syrus:* ܟܠܗ ܒܝܬ ܐܠܗ̈ܐ ܡܠܝ ܗܘ ܠܗ̇ ܕܡܕܡ̈ܐ *quod civitas tota plena sit simulacris.* Conf. *Abresch.* Animadvv. ad *Æschyl.* p. 614. et *Joh. Amnel* Athenarum urbs κατείδωλος civesque δεισιδαιμονέστεροι Act. XVII, 16. et 22. Upsal. 1748. 4.

ΚΑΤΈΝΑΝΤΙ. Adverbium, quod cum genitivo construitur et notat:

1. *e regione, ex adverso, ante*, ex κατὰ et ἔναντι, idem. Marc. XI, 2. ὑπάγετε εἰς τὴν κώμην, τὴν κατέναντι ὑμῶν abite in vicum, qui est vobis ex adverso. In eadem significatione adhibetur ibid. XII, 41. XIII, 3. Luc. XIX, 30. In versione Alex. respondet Hebraico קִדְמָה, Genes. II, 14. IV, 16. נֶגֶד, Exod. XIX, 2. Num. XXV, 4. עַל־פְּנֵי Genes. L, 13. etc.

2. *propter*, κατέναντι οὗ *propterea quod*, i. q. διότι, seu ἀνθ' οὗ. Rom. IV, 17. κατέναντι οὗ ἐπίστευσεν Θεῷ *propterea quod fidem habuit Deo.* Κατέναντι τούτου notat *propterea*, et in cod. Chisiano Vers. Alex. Dan. III, 7. coll. II, 23. et IV, 15. Conf. *Scharfenberg.* ad Dan. VI, 9. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΕΝΏΠΙΟΝ. Adverbium, regens genitivum, *in conspectu, coram.* 2 Cor. II, 17. κατενώπιον τοῦ Θεοῦ coram Deo, h. e. maxima cum religione. ibid. XII, 19. Ephes. I, 4. Coloss. I, 22. Jud. v. 24. Sæpius non legitur in N. T. Alex. pro לִפְנֵי, Levit. IV, 17. Jos. I, 5. בִּפְנֵי, XXIII, 9. et בְּעֵינֵי III, 7.

ΚΑΤΕΞΟΥΣΙΆΖΩ, fut. άσω, idem quod simplex ἐξουσιάζω, *potestatem habeo* vel *exerceo in aliquem, auctoritate mea utor.* Nam κατὰ in compositione haud raro abundat, ut supra in voce καταφιλεῖν jam demonstratum est, et infra voce κατέχειν pluribus docebitur. Legitur autem bis tantum in N. T. Matth. XX, 25. καὶ οἱ μεγάλοι

κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν et magnates potestatem exercent in eos. Marc. X, 42. Conf. *Gatakeri* Adversaria Miscell. posthuma I. c. 3.

ΚΑΤΕΡΓΑ΄ΖΟΜΑΙ, fut. άσομαι, 1. *in re aliqua versor, elaboro, occupor, tracto rem, operam rei impendo,* eine Sache bearbeiten *to labour (as a husbandman)*, et proprie de *iis* usurpatur, *qui opus rusticum faciunt,* aut *rem rudem expoliunt,* et omnino *operam manuum tractant,* ex κατὰ et ἐργάζομαι *operor.* Alex. Exod. XXXV, 33. κατεργάζεσθαι (הָרַשׁ) τὰ ξύλα. Deut. XXVIII, 39. ἀμπελῶνα κατεργάζεσθαι (עָבַד). Ezech. XXXVI, 9. *Demosth.* p. 816. 9. ed. *Reiske:* κατεργάζεσθαι ἐλέφαντα καὶ σίδηρον. Phil. II, 12. μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε omni, qua par est, diligentia operam date, ut aliquando felicitate æterna potiamini.

2. *ago, facio, præsto, patro,* in utramque partem. Rom. I, 27. τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι illegitimam venerem exercentes. ibid. II, 9. κατεργαζομένου τὸ κακὸν male agentis. ibid. VII, 18. τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, coll. v. 19. et 20. 1 Cor. V, 3. τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον qui hoc facinus patravit, coll. v. 1. et 2. — Interdum κατεργάζεσθαι, nude positum, *male et impie agere* notat, v. c. Rom. VII, 15. et 17. quemadmodum etiam ἔργον et ἐργάζεσθαι in deteriorem partem usurpantur, ut supra dictum est. — His addendus est locus 2 Cor. XII, 12. τὰ σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν exhibita sunt a me documenta muneris mei apostolici. *Isocrat.* Evagor. c. 10. ὅσῳ μείζω καὶ πλείονος ἄξια κατειργάσαντο. *Thucyd.* VII, c. 21.

3. *efficio, affero, contraho, causa et auctor sum, comparo alicui aliquid et acquiro.* Rom. IV, 15. ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται leges Mosaicæ efficiunt, ut homo puniatur, nempe quia interdictis occasionem dant delictis. Alii vertunt: lex denunciat, s. minatur pœnas divinas; quod sequentia non admittere videntur. ibid. V, 3. Θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται calamitates sunt constantiæ adminicula. ib. VII, 8. κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν omnis generis pravas cupiditates in me excitavit, coll. v. 9. ibid. v. 13. XV, 18. 2 Cor. IV, 17. præsentes leves calamitates αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν parant nobis æternam et summam felicitatem. ibid. VII, 10. 11. IX, 11. Jacob. I, 3. 20. *Eurip.* Heraclid. v. 1045.

4. *destino.* i. q. ἑτοιμάζω. 2 Cor. V, 5. ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, Θεὸς Deus autem est, qui destinavit nobis hanc corporum immutationem.

5. *profligo, conficio, prosterno,* et eleganter de iis dicitur, qui bellum aut prœlium feliciter ad finem perducunt. Sic in N. T. legitur Ephes. VI, 13. ἅπαντα κατεργασάμενοι omnibus hostibus vestris debellatis et profligatis. Conf. *Jul. Pollucis* Onom. IX. c. 8. p. 1136. ed. *Hemsterhus.* et ibi interpretes et *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 9. 3. p. 336. *Suid.* κατειργάσατο· κατηγωνίσατο. Idem: κατεργάσασθαι· ἀντὶ τοῦ καταπονῆσαι. *Xenoph.* Cyrop. IV, 6. 2. κατειργάσατο τὸν λέοντα. *Thucyd.* IV, c. 85. Vide *Heisenii* Novas Hypotheses ad Ep. Jacobi p. 289. seq. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 259. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΕ΄ΡΧΟΜΑΙ, fut. ελεύσομαι, 1. *descendo, devenio, ad locum inferiorem me confero,* et ut καταβαίνω maxime de *iis* usurpatur, *qui in regiones et loca depressiora proficiscuntur,* — *proficiscor,* ex κατὰ et ἔρχομαι *venio.* Luc. IV, 31. κατῆλθεν εἰς Καπερναούμ. ibid. IX, 37. κατελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, coll. v. 28. Act. XII, 19. κατελθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Καισαρείαν. ibid. XIII, 4. In nonnullis vero locis, hucusque laudatis, κατέρχεσθαι etiam commode per *redire, reverti* reddi posset, quam notionem etiam apud Græcos (v. c. *Demosth.* p. 636. 24. *Polyb.* IV, 17. 10. et 18. 2.) interdum obtinere, docuit *Abresch.* ad *Æschyl.* p. 405. *Thom. M.* p. 511. κατέρχομαι,

ὅταν εἰς τὴν πόλιν, ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, ἐπανέλθω.

2. *venio, advenio, deferor*, et de iis adeo usurpatur, qui e mari deveniunt in locum aliquem continentis. Act. VIII, 5. κατελθὼν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας in Samariæ urbem cum devenisset. ib. IX, 32. deferri etiam ad Christianos. ibid. XIII, 4. XV, 1. XVIII, 5. 22. XXI, 10. XXVII, 5. διαπλεύσαντες κατήλθομεν. Etiam apud Græcos κατέρχεσθαι sæpe idem valet, quod simplex ἔρχεσθαι, v. c. apud *Herodian.* II, c. 3. §. 5. κατῆλθεν ἐπὶ τὸ συνέδριον τῆς βουλῆς, ubi vide interprr.

3. metaphorice: *orior, originem duco*, adjuncta tamen notione dignitatis et præstantiæ ejus, a quo aliquid originem suam repetit. Jac. III, 15. ἡ σοφία ἄνωθεν κατερχομένη sapientia cœlestis, a Deo, cœlum inhabitante, proficiscens. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΕΣΘΙΩ, fut. ἴσω, 1. *devoro, prorsus edo, comedo, exedo*, ex κατὰ et ἐσθίω *edo*.

2. metaphorice: *ad me rapio et in usum meum converto, surripio, diripio, dilapido.* Matth. XXIII, 14. κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν ad vos rapitis et in usum vestrum convertitis viduarum bona. Marc. XII, 40. Luc. XX, 47. Conf. Ps. LXXIX, 7. Micha III, 2. 3. Simili modo apud *Homerum* Odyss. β'. v. 237. κατέδουσι βιαίως οἶκον Ὀδυσσῆος. Conf. *Taubmann.* ad *Plaut.* Mostell. I, 1. v. 11. seq. et *Wetstenii N.* T. T. I. p. 482.

3. *consumo, perdo.* Apoc. XI, 5. πῦρ κατεσθίει τοὺς ἐχθροὺς ignis conficit hostes. Conf. supra ad καταφάγω.

4. κατεσθίειν τινὰ metaphorice notat: *mœrore aliquem et ægritudine afficere*, seu *injuria afficere.* 2 Cor. XI, 20. εἴ τις κατεσθίει ὑμᾶς si quis vos mœrore afficit. Alii interpretes, v. c. *Wetstenius N. T.* T. II. p. 208. vertunt: si quis bona vestra consumit et dilapidat. Galat. V, 15. εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε καὶ κατεσθίετε. *Plutarch. adv. Colot.* T. II. p. 1124. ἀλλήλους κατεσθίειν et p. 1125. ἵνα μὴ τοὺς πλησίον κατεσθίωσιν. Simili ratione Eccles. IV, 5. אֹכֵל אֶת־בְּשָׂרוֹ notat: *mœrore confici*, ut in Historia Timuri T. I. p. 294. ed. *Mangeri:* يأكل لحمه. Adde Job. XIX, 22. *Aristoph.* Vesp v. 285. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΕΥΘΎΝΩ, fut. νῶ, 1. proprie: *rectum facio et planum*, i. q. εὐθύνω. *Plutarch.* T. IV. p. 80. ed. *Reiske.*

2. *dirigo, recta linea aliquem duco, in recto tramite incedere facio*, seu *in rectam viam reduco.* Sic metaphorice usurpatur Luc. I, 79. τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης ut dirigat nos in viam salutis, h. e. ut nos ad felicitatem æternam perducat emendando animos nostros. 2 Thess. III, 5. ὁ δὲ Κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ Deus excitabit in animis vestris amorem erga Deum. *Aquila* Prov. IX, 6. κατευθυνθῆτε ἐν ὁδῷ συνέσεως. Alex. Ps. XL, 2. Hinc in versione Alex. ὁ κατευθύνων (sc. τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐνώπιον Θεοῦ Ps. V, 8.) *is* dicitur, *qui recte agit.* Prov. XV, 8. εὐχαὶ δὲ τῶν κατευθυνόντων δεκταὶ παρ' αὐτῷ. *Plutarch.* T. VI. p. 71. ed. *Reiske:* κατευθύνειν τοὺς νέους τῇ κρίσει πρὸς τὰ βελτίονα.

3. metaphorice: *prosperum successum largior, fortuno*, et κατευθύνομαι *prospera fortuna*, seu *prosperis successibus utor.* 1 Thess. III, 11. ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς dominus noster J. C. annuat itineri meo ad vos. Sæpius non legitur in N. T. Ps. CI. 7. οὐ κατεύθυνεν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν μου, ad quem locum respiciens *Suidas* in glossario suo habet: κατεύθυνεν· ἐπέτυχεν. ib. CXL, 11. Hos. IV, 10. Dan. III, 31. VI, 28. *Aquila* Gen. XXXIX, 2. Sirac. XXIX, 18. XXXIX, 7. *Phavor.* κατευθυνθείησαν· εὐοδωθείησαν.

ΚΑΤΕΦΙΣΤΗΜΙ, fut. κατεπιστήσω, sequente dativo personæ, *insurgo contra aliquem, invado, adorior*, ex κατὰ, ἐπὶ, et ἵστημι *sto.* Semel in N. T. legitur Act. XVIII, 12. κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ insurrexerunt Judæi unanimiter in Paulum.

ΚΑΤΕ'ΧΩ, fut. καθέξω, vel κατασχήσω, 1. *obtineo aliquid, potior, nanciscor, consequor*, ex κατὰ et ἔχω *habeo*. Matth. XXI, 38. ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ occidamus eum et ejus patrimonium obtineamus. Sic apud *Xenoph.* Symp. VIII, 26. κατέχειν φιλίαν obtinere alicujus amicitiam et favorem, et *Ælian.* V. H. VII, 1. κατέχειν ἀρχὴν obtinere imperium. Job. XXVII, 17. Ps. LXXIII, 12.

2. *habeo, possideo*, i. q. ἔχω. 1 Cor. VII, 30. οἱ ἀγοράζοντες, ὡς μὴ κατέχοντες qui emerunt, pares erunt nihil possidentibus, coll. Ies. XXIV, 2. Ezech. VII, 12. 13. 2 Cor. VI, 10. ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες nihil videmur possidere et tamen nihil nobis deest. Permutantur ἔχειν et κατέχειν in *Callimachi* Hymn. in Lavacr. Pallad. v. 72. et 74. et apud *Josephum* A. J. I, 7. 1. II, 7. 2. Hinc κατάσχεσις *possessio, inhabitatio*, quod vide. Adde Jos. I, 11. Ezech. XXXIII, 24. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 192.

3. *teneo, occupo*. Luc. XIV, 9. καὶ τότε ἄρξῃ μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν et tunc tibi cum ignominia ultimum sit occupandum subsellium. Huc etiam referunt nonnulli locum 2 Thess. II, 7. ubi post ὁ κατέχων supplent vocem ἀρχὴν, (*Ælian.* V. H. VII, 1. XII, 8.) ut significet *eum, qui nunc tenet imperium*. Sed rectius huc refertur formula κατέχεσθαι νόσῳ *morbo teneri*, h. e. *affectum esse, laborare*, i. q. συνέχεσθαι, quæ legitur, Joh. V, 4. ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι. *Herodian.* I, 4. 19. πένθει κατείχετο, ubi vid. *Irmischius.* ibid. I, 12. 15. λειμώδη νόσον κατασχεῖν τὴν Ἰταλίαν.

4. *retineo, moror*, et ex adjuncto: *impedio, prohibeo, cohibeo*. Luc. IV, 42. καὶ κατεῖχον αὐτὸν τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν et retinuerunt eum, seu retinere eum conabantur, vel precibus instabant, ne ab iis discederet. Philem. v. 13. ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν. Rom. I, 18. τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων veram religionem sceleribus suis impedientium. 2 Thess. II, 6. τὸ νῦν κατέχον, h. e. interprete *Chrysostomo*, τὸ κωλύον, quod eum adhuc impedit, quo minus jam palam prodeat. ibid. v. 7. ὁ κατέχων eodem sensu dicitur. Genes. XLII, 19. ἀδελφὸς ὑμῶν κατασχεθήτω ἐν τῇ φυλακῇ. Ruth. I, 13. ἢ αὐτοῖς κατασχεθήσεσθε τοῦ μὴ γενέσθαι ἀνδρί. *Xenoph.* Cyrop. I, 4. 22. *Eurip.* Phœn. v. 1788.

5. *memoria teneo, probe memini, servo memoriam integram*, plane ut *continere* apud *Arnobium* contra Gentes Lib. II. *continere offensas*. Sic in N. T. legitur Luc. VIII, 15. ἀκούσαντες τὸν λόγον κατέχουσι acceptam doctrinam ita recondunt. 1 Cor. XV, 2. εἰ κατέχετε si modo nondum obliti estis, si recte meministis. *Dionys. Halic.* Ant. IV, 29. Etiam apud Græcos κατέχειν interdum *scire* notat, v. c. apud *Theophrast.* Char. 26. 1. Cf. *Causab.* ad *Athenæum* p. 19.

6. *constans maneo in aliqua re, diligenter observo*. 1 Cor. XI, 2 τὰς παραδόσεις κατέχετε constantes manetis in doctrina. Hebr. X, 23. κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ constanter maneamus in spe, i. q. IV, 14. κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. ibid. III, 6. et 14. 1 Thess. V, 21. τὸ καλὸν κατέχετε si vere divinum fuerit, ad quod vos cohortantur, diligenter et constanter sequimini illud.

7. *obligo, devincio, obstringo*. Rom. VII, 6. ἐν ᾧ, sc. νόμῳ, κατειχόμεθα nunc liberati a lege, qua olim obstringebamur.

8. *navis cursum aliquo dirigo, navigio ad littus tendo, appellere tento*, ita, ut omissum sit ναῦν, vel τὸ πλοῖον. Sic in N. T. legitur Act. XXVII, 40. κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλὸν direxerunt cursum navis ad littus. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo legitur quoque κατέχειν apud *Xenoph.* Hist. Gr. II, 1. 19. κατασχὼν ἐπὶ τὴν Ἐλαρνίδα. *Philostrat.* Vit. Apollon. IV, c. 13. ἐκέλευσε τὸν κυβερνήτην κατασχεῖν ἐς τὴν Αἰολίαν. *Homer.* Odyss. κ'. v. 455. et simplex ἔχειν apud *Thucyd.* I, c. 110. πλέουσαι ἐς Αἴγυπτον, ἔσχον κατὰ

τὸ Μενδήσιον κέρας, et *tenere* apud *Liv.* I, 1. ubi vid. *Gronov.* Conf. *Wetstenium N. T.* T. II. p. 648. *Suidas:* κατέσχον, προσωρμίσθησαν. *Schol. Thucyd.* IV, 54. et 57. κατασχόντες, προσορμίσαντες. — *Hesych.* κατέχειν· κρατεῖν, κωλύειν, συνέχειν. Idem: κατασχεῖν· κατακρατεῖν, κατοικεῖν.

ΚΑΤΗΓΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω. Generatim notat: *loqui contra aliquem*, et partim de *iis* usurpatur, *qui aliquem in foro accusant et deferunt apud judicem*, partim de *iis*, *qui aliquem in vita communi reprehendunt et facinoris reum agunt, aut criminantur*, ex κατὰ et ἀγορέω, vel ἀγορεύω *loquor*. Construitur non solum cum genitivo personæ, sed etiam cum genitivo rei, vel sine præpositione, (Luc. XXIII, 14. Act. XXIV, 8. coll. v. 13.) vel cum præpositione περὶ (v. c. περί τινος κατηγορεῖν τινος, Act. XXIV, 13.) et κατά (κατηγορεῖν τινὸς κατὰ τινός. *Xenoph.* Hist. Gr. I, 7. 6. Act. XXIV, 8. XXV, 11.) Matth. XII, 10. ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ ut causam eum accusandi (seu criminandi *Isocrat.* Panegyr. c. 36. p. 93. ed. *Mori*) caperent. ibid. XXVII, 12. ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων. Marc. III, 2. XV, 3. κατηγόρουν αὐτοῦ πολλά. Luc. XI, 54. XXIII, 2. 10. 14. Joh. V, 45. ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωσῆς ipsa scripta Mosis vos reos agent, coll. v. 46. ib. VIII, 6. Act. XXII, 30. XXIV, 2. 8. 13. 19. XXV, 5. 11. 16. XXVIII, 19. Rom. II, 15. τῶν λογισμῶν κατηγορούντων condemnabunt eos sensus officiorum naturales. Apoc. XII, 10. Sæpius non legitur in N. T. *Etym. M.* κατηγορεῖν· λέγεται κοινῶς τὸ κατά τινὸς ἀγορεύειν. *Phavor.* κατηγορῶ· τὸ παριστῶ. αἰτιατικῇ, ὡς τὸ, κατηγορεῖ σε ἡ θλῖψις μικρόψυχον.—Æque late patet substantivum

ΚΑΤΗΓΟΡΙ'Α, ας, ἡ, quod non solum de *accusatione coram judice*, sed etiam de *vituperio, criminatione* et *obtrectatione* usurpatur, a κατηγορέω. Luc. VI, 7. ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν αὐτοῦ ut haberent eum accusandi aut criminandi materiam. Joh. XVIII, 29. τίνα κατηγορίαν φέρετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; quam accusationem affertis contra hunc hominem? 1 Tim. V, 19. Tit. I, 6. μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας qui vitæ dissolutæ non rei agi possunt. Sæpius non legitur in N. T. *Xenoph. Anab.* V, 8. 1. *Hist. Gr.* II, 1, 24.

ΚΑΤΗ'ΓΟΡΟΣ, ου, ὁ, *omnis, qui contra aliquem loquitur, ut eum facinoris reum faciat*, a κατηγορέω. Joh. VIII, 10. Act. XXIII, 30. 35. XXIV, 8. XXV, 16. 18. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Alex. Prov. XVIII, 17. 2 Macc. IV, 5.

ΚΑΤΗ'ΓΩΡ, ορος, ὁ, idem, et ab eodem. Semel legitur de diabolo Apoc. XII, 10. κατεβλήθη ὁ κατήγωρ (alii habent κατήγορος) τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν projectus, seu prostratus est accusator fratrum nostrorum. Diabolum homines coram Deo accusare, communis fuit Judæorum opinio, cujus vestigia jam reperiuntur in antiquissimo carmine Jobi I, 6. seq. II, 1. seq. unde Satanas et קָטֵיגוֹר, vel מְקַטְרֵג dicebatur, ut multis docuit *Schoettgenius* in Hor. Hebr. et Talm. T. I. p. 1121. seq.

ΚΑΤΗ'ΦΕΙΑ, ας, ἡ, 1. proprie: *demissio vultus*, sive *ex mœrore*, sive *ex pudore*, sive *ex utroque enata*, a κατηφέω *vultum demitto*, κάτω βάλλω τὰ φάη. Unde κατηφὴς *qui vultu demisso incedit, deorsum conjiciens oculos*, sive *ex mœrore*, sive *ex pudore, tristis, pudibundus*, etiam *morosus*. *Arrian.* de Venat. VII, 2. ἔγνων κύνα, ἥτις οἴκοι μὲν κατηφὴς ἦν, καὶ οὐδενὶ τῶν πλησιαζόντων ἔχαιρεν. Sapient. XVII, 4. Vox κατηφιᾶν *vultum præ mœrore dejicere* legitur apud *Plutarch.* T. VI. p. 453. ed. *Reiske*.

2. per metonymiam vel synecdochen: *mœror, tristitia, pudor, qui se exserit vultu ad terram demisso et defixo*. In N. T. tantum legitur Jacob. IV, 9. ἡ χαρὰ ὑμῶν εἰς κατήφειαν, sc. μεταστραφήτω, gaudium vestrum in tristitiam, cum pudore conjunctam, con-

vertetur. *Thucyd.* VII, c. 75. κατήφεια δέ τις ἅμα καὶ κατάμεμψις σφῶν αὐτῶν πολλὴ ἦν. *Plutarch.* T. III. p. 684. ed. *Reiske.* *Joseph.* A. J. II, 6. 15. *Homer.* Iliad. π'. v. 498. κατηφείη καὶ ὄνειδος. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 675. *Hesych.* κατήφεια· στυγνότης, ὄνειδος, αἰσχύνη, αἰδὼς, ἀνία. *Suid.* κατήφεια· σκυθρωπότης. *Etym. M.* κατήφεια· ἀπὸ τοῦ κάτω τὰ φάη βάλλειν τοὺς ὀνειδιζομένους ἢ λυπουμένους· καὶ κατηφής· ὁ ὑπὸ αἰσχύνης κάτω νεύων τοὺς ὀφθαλμούς, ἤγουν ὁ αἰσχυνόμενος.—*Hesych.* κατηφέα· κατηφῆ, στυγνά. *Suid.* κατηφής· σκυθρωπός.

ΚΑΤΗΧΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *sono, insono, resono tanquam echo*, ex κατὰ et ἠχέω *sono*, quod est ab ἦχος *sonus*. *Lucian.* in Jove Tragœdo p. 150. καὶ διὰ τοῦτο μέτροις τε κατάδουσι, καὶ μύθοις κατηχοῦσι.

2. *instituo, doceo*, et quidem usurpatur de qualibet institutione, non solum puerorum et tironum, sed etiam perfectiorum, viva voce pariter, ac litteris et exemplo. Sic v. c. *Euseb.* H. E. IV, 23. *Dionysii*, Corinthiorum Episcopi, epistolam ad Lacedæmonios scriptam ὀρθοδοξίας κατηχητικὴν vocat. In N. T. speciatim de institutione in religione Christiana usurpatur. Luc. I, 4. ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν ut intelligeres, quam certa et explorata sint omnia, quæ edoctus fuisti. Act. XVIII, 25. οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου hic erat institutus in doctrina Christiana. Rom. II, 18. κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου doctrinæ Mosaicæ haud ignarus. 1 Cor. XIV, 19. ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω ut alios imbuam quoque religionis Christianæ scientia. Gal. VI, 6. κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι omni beneficiorum genere doctores vestros sublevate. *Josephus* in Vita sua c. 65. καὶ αὐτός σε πολλὰ κατηχήσω τῶν ἀγνοουμένων. *Lucian.* Asin. p. 110. καὶ εἶπε κατηχεῖν, ὅσα ποιῶν μάλιστα ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην. Vide plura apud *J. C. Schwarzium* in Monumentis ingeniorum T. III. p. 294. et *Wetstenium N. T.* T. I. p. 645. *Hesych.* κατηχήσω· οἰκοδομήσω, sine dubio respiciens ad locum 1 Cor. XIV, 19. Idem: κατηχούμενος· διδασκόμενος. *Phavor.* κατηχήθησαν· ἐδιδάχθησαν.

3. κατηχέομαι *fama edoceor, audio*, vel *percipio*. Act. XXI, 21. κατηχήθησαν περὶ σοῦ. *Vulgatus: audierunt de te.* ibid. v. 24. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤ' ΙΔΙ΄ΑΝ, sc. χώραν, *privatim, separatim, seorsim*, vide in ἴδιος.

ΚΑΤΙΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, *rubigine obduco*, seu *consumo*. Κατιόομαι, οῦμαι, *ærugine*, s. *rubigine vitior et corrumpor*, ex κατὰ et ἰόω idem, quod est ab ἰὸς *ærugo*, vel *rubigo, quæ metalla corrumpit et consumit.* *Arrian.* Diss. Epictet. IV, c. 6. ὡς ὁπλάρια ἐπικείμενα κατίωται. Semel in N. T. legitur Jacob. V, 3. ὁ ἄργυρος κατίωται argentum vestrum rubigine corruptum est et omnem fulgorem suum ac splendorem amisit. *Hesych.* κατίωται· ἐρρύπωται. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 677.

ΚΑΤΙΣΧΥ΄Ω, fut. ύσω, *invalesco, prævaleo adversus aliquem, supero, vinco*, ex κατὰ et ἰσχύω *valeo, possum.* Construitur cum genitivo, vi præpositionis, ex qua compositum est. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XVI, 18. καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς et portæ inferni viribus non præpollebunt contra eam, non eam vincent et expugnabunt, h. e. in maximis ac præsentissimis periculis salvam eam præstabo et contra potentissimorum adversariorum impetus tuebor. Conf. Ps. IX, 14. CVII, 18. Ies. XXXVIII, 10. Luc. XXIII, 23. καὶ κατίσχυον αἱ φωναὶ αὐτῶν καὶ τῶν ἀρχιερέων et vincebat eum tandem clamoribus populus, a pontificibus subornatus. *Dionys. Hal.* VI, 87. IX, 46. *Joseph.* A. J. XVI, 3. 1. *Polyb.* III, 4. 6. XX, 5. 6.

ΚΑΤΟΙΚΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *habito, inhabito, incolo domum vel locum, domicilium habeo*, ex κατὰ et οἰκέω *habito.* Verbum hoc proprie *certum, fixum* ac *perenne domicilium* apud Græcos designat et opponitur τῷ παροικεῖν,

quod *ad tempus alicubi manere ac commorari* significat. Interdum tamen etiam pro *commorari, hospitari* usurpatur. Aliquando per metalepsin significat: *habitandi gratia in aliquem locum migro, habitatum concedo*, ut sit i. q. nostrum: sich an einen Ort setzen oder niederlassen *to set one's self down in a place.* Construitur vel cum accusativo rei, vel cum præpositionibus εἰς, ἐν et ἐπὶ. Matth. II, 23. κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρὲτ habitacula posuit in urbe Nazareth. ibid. IV, 13. κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ habitatum concessit Capernaumum. Luc. XIII, 4. τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἰερουσαλὴμ cives Hierosolymitanos. Act. I, 19. 20. II, 5. ἦσαν δὲ ἐν Ἰερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι convenerant autem tunc temporis Hierosolymæ multi proselyti. ibid. v. 9. et 14. etc. Hebr. XI, 9. de *tentoria incolentibus* usurpatur. Κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς Act. XVII, 26. est *mortalem, terrigenam, terræ incolam esse.* In Apocalypsi autem III, 10. VI, 10. VIII, 13. XIII, 8. 14. οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς sunt adversarii J. C. et ejus sectatorum, quatenus, ut κόσμος in Apostolorum scriptis, opponuntur veris Christianis, qui sunt cœlicolæ.

2. metaphorice: *declaro et manifesto præsentiam meam quocunque modo*, et sic tribuitur a) *diabolo, hominem obsidenti, eumque*, ex opinione Judæorum, *variis modis vexanti.* Matth. XII, 45. Luc. XI, 26. b) *Deo*, ad innuendam *gratiosam ejus præsentiam*, ob quam Judæi credebant, eum habitare, quasi throno insidentem, in templo Hierosolymitano. Matth. XXIII, 21. Hinc, quando Act. VII, 48. et XVII, 24. negatur, *Deum habitare in templis manufactis*, recte docetur, nullo loco circumscribi numen divinum adeoque falli Judæos, qui numen cœlo aut templo contineri et a reliquis locis remotum esse somniabant. *Epist. Barnab.* cap. 16. p. 49. Tom. I. *Patr. Apostol.* ed. *Cotelerii:* διὸ ἐν τῷ κατοικητηρίῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεὸς κατοικεῖ ἐν ἡμῖν. c) *Christo*, qui Ephes. III, 17. dicitur κατοικεῖν ἐν ταῖς καρδίαις τῶν ἀνθρώπων quatenus ejus præcepta et exemplum semper observantur animis hominum, eorumque actiones dirigunt omninoque vim suam salutarem inter homines exserunt. d) *sensibus animi*, quibus aliquis instructus est, certe esse debet. Jacob. IV, 5. πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκησεν ἐν ὑμῖν invidiæ repugnant sensus Christiani, quibus vos instructi esse debetis. e) *cœtui Christianorum*, qui Coloss. I, 19. et II, 9. dicitur κατοικεῖν ἐν Χριστῷ, h. e. in et sub Christo contineri, ita, ut Christus sit caput omnis ecclesiæ ejusque salutis causa perpetua. Conf. sub πλήρωμα. f) *justitiæ*, seu *pietati et integritati*, quæ tradente Petro II. Ep. III, 13. aliquando habitabit in novo cœlo atque in nova terra, ut adeo jure nostro sperare possimus, cœlestem illam felicitatem, quæ nos post mortem manet, non solum fore summam et perennem, sed etiam sic comparatam, ut peccatum absit et malorum societas.

ΚΑΤΟΙΚΗΣΙΣ, εως, ἡ, *habitatio, commoratio, domicilium*, sive *sit certum, fixum ac perenne*, sive *temporarium*, a κατοικέω. Formula κατοίκησιν ἔχειν ponitur pro κατοικεῖν, et notat *habitare, commorari.* Marc. V, 3. κατοίκησιν εἶχεν ἐν τοῖς μνημείοις solebat in sepulcris habitare. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro מוֹשָׁב, Genes. X, 30. 2 Sam. IX, 12. et שֶׁבֶת 2 Chron. VI, 21. adhibuerunt. *Plutarch.* Tom. III. p. 62. ed. *Reiske.*

ΚΑΤΟΙΚΗΤΗ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, *domicilium, habitaculum*, ab eodem. Bis tantum in N. T. legitur. Ephes. II, 22. κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι, pro πνευματικὸν, i. q. ναὸς ἅγιος ἐν Κυρίῳ, v. 21. templum Dei spirituale, h. e. cœtus, Deo sacer, qui Deum pie et sancte colit et a Deo vicissim amatur et beneficiis afficitur. Conf. infra sub ναός. Apoc. XVIII, 2. Babylon dicitur facta κατοικητήριον δαιμόνων domicilium dæmonum, h. e.

deserta, devastata et desolata, nam dæmones locis desertis delectari a Judæis credebantur. Alex. pro מָעוֹן, 2 Chron. XXX, 27. שְׁבֻת, Exod. XV, 17. et מוֹשָׁב Exod. XII, 20. posuerunt.

ΚΑΤΟΙΚΙ΄Α, ας, ἡ, *habitatio, domus, domicilium, habitaculum*, ab eodem. *Polyb.* V, 78. 5. XXXI, 2. 1. *Plutarch.* T. V. p. 128. ed. *Reiske.* In N. T. tantum extat Act. XVII, 26. τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν certos fines regionum, quas inhabitent. Sed alii interpretes κατοικίαν de *ipsa vita humana in his terris* interpretantur, cujus spatia Deus ita definivit, ut nemo sibi ea possit propagare. Certe Arabicum عبر, quod in Histor. *Elmacini* sæpius occurrit, *tempus vitæ* notat.

ΚΑΤΟΠΤΡΙ΄ΖΩ, fut. *ίσω, repræsento aliquid tanquam in speculo alteri*, seu *imagino*, qua voce *Gellius* usus est in Noct. Att. XVI, 18. a κάτοπτρον *speculum.* Medium κατοπτρίζομαι *me ipsum intueor in speculo, me, aut aliquid tanquam in speculo intueor*, i. q. ἐσοπτρίζομαι, seu ὁράω ἐμαυτὸν ἐν ἐσόπτρῳ, vel κατόπτρῳ, quod legitur apud *Ælian. V. H.* XII, 1. *Artemidorus* II, 7. κατοπτρίζεσθαι δὲ καὶ ὁρᾶν τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα ὁμοίαν ἐν κατόπτρῳ. *Diog. Laërt.* II, 33. de Socrate: ἠξίου δὲ καὶ τοὺς νέους συνεχῶς κατοπτρίζεσθαι. ibid. III, 39. de Platone: τοῖς μεθύουσι συνεβούλευε κατοπτρίζεσθαι. Alia exempla, huc pertinentia, habet *Dresigius* de Verbis Mediis N. T. I, 68. p. 301. *J. H. a Seelen* in *Meditatt. Exeg.* P. I. p. 160. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 185.

2. *clare et distincte aliquid perspicio et cognosco.* Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. III, 18. ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι nos autem, retecta facie, clare et distincte, tanquam in speculo, gloriam Domini perspicimus, probe consideramus et diligenter observamus. Alii vero, conferentes locum 1 Cor. XIII, 12. vertere malunt: *ex parte tantum cognoscimus majestatem Christi. Hesych.* κατοπτρίζεται· ἐν αἰσθήσει φαντάζεται ἢ ὁρᾷ. Cf. *L. Bos.* in Exercitt. Philol. in N. T. p. 156. et *Elsneri* Obss. Sacr. T. I. p. 142.

ΚΑΤΟ΄ΡΘΩΜΑ, τος, τὸ, *quodvis factum præclarum et perfectum, res feliciter et prospero successu gestæ*, speciatim *res, bello et pace præclare et feliciter gestæ*, a κατορθόω, quod Græcis est: *res bene et præclare gerere, felici successu uti*, maxime *in bello. Ælian. V. H.* XI, 9. *Xenoph.* Mem. III, 1. 3. et Hist. Gr. VI, 4. 8. et ex adjuncto: *vincere, victorem evadere*, apud *Polybium* Hist. II, 70. *Ælian. V. H.* V. 10. In N. T. tantum legitur Act. XXIV, 3. καὶ κατορθωμάτων γινομένων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας quod contigit huic genti, ut multa feliciter et præclare gererentur per tuam prudentiam. Sic *Diod. Sic.* XVII, 51. Philippum inter Deos relatum narrat διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐν ταῖς πράξεσιν κατορθωμάτων ob magnitudinem rerum, ab ipso præclare, prudenter et feliciter gestarum. *Thom. M.* κατορθῶσαι· ἐπὶ πολέμου, καὶ τῶν τοιούτων κ. τ. λ. ubi videndi sunt interpretes. Confer etiam *Wetstenii N. T.* T. II. p. 618.

ΚΑ΄ΤΩ. Adverbium loci pariter ac temporis, notans:

1. *deorsum, in inferiorem locum*, ita, ut motum ad locum significet. Matth. IV, 6. βάλε σεαυτὸν κάτω mitte te ipsum deorsum. Luc. IV, 9. Joh. VIII, 6. 8. κάτω κύψας sese inclinans, seu inclinatus. Act. XX, 9.

2. *infra, inferne, inferius.* Marc. XIV, 66. ὄντος τοῦ Πέτρου ἐν τῇ αὐλῇ κάτω cum Petrus esset in aula inferius; ubi tamen κάτω plane redundat. Act. II, 19. σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω opponuntur τοῖς τέρασι ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω.

3. Adjectivi significationem obtinet, si construitur cum præpositione aut adverbio, præpositionis vicem sustinente. Matth. XXVII, 51. ἀπὸ ἄνωθεν

ἕως κάτω a summa inde parte usque ad imam. Marc. XV, 38. Joh. VIII, 23. ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω (sc. μερῶν) ἔστε, i. q. in sequentibus: ὑμεῖς ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἔστε, h. e. vos, quia terreni estis, sentitis et agitis, ut solent homines terreni, nec mihi, e cœlo profecto, et divina loquenti, fidem habetis.

4. est adverbium temporis: *inferius, paulo infra.* Matth. II, 16. ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω et infra istam ætatem. Sic apud *Ælian. V. H.* III, 17. καὶ ἔτι κάτω τοῦ χρόνου. ib. V, 13. *Diod. Sic.* I. p. 4. nemo historiam auxit κατωτέρω τῶν Μακεδονικῶν καιρῶν. In Prolog. Sirac. ab initio: οὗτος οὖν ἐν χρόνοις κάτω γέγονεν. Eodem modo etiam ἄνωθεν haud raro de tempore usurpatur. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alexandrina respondet τῷ מַטָּה et לְמַטָּה, Deut. XXVIII, 43. Eccles. III, 21. מִתַּחַת, Exod. XX, 4. Deut. IV, 39. V, 8. et תַּחְתִּי *inferior*, Deut. XXXII, 22. Jos. XV, 19.

ΚΑΤΩ΄ΤΕΡΟΣ, α, ον, *inferior*, comparat. a κάτω *infra*. Semel in N. T. legitur Ephes. IV, 9. de Christo, qui κατέβη εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, h. e. descendit in has terras, seu homo factus est. Ex usu enim loquendi Hebræorum per τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, quæ h. l. τῷ ὕψος, h. e. *cœlo* opponuntur, *ipsa terra, quam inhabitamus*, intelligenda est. Respondet autem formulæ Hebraicæ תַּחְתִּיּוֹת הָאָרֶץ, quæ apud Ies. XLIV, 23. τῷ שָׁמַיִם opponitur. Conf. *Fischeri* Prolus. II. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 6. seq.

ΚΑΤΩΤΕ΄ΡΩ. Adverbium, *infra, inferius*. Vide sub κάτω.

ΚΑΥ΄ΜΑ, τος, τὸ, *ardor, æstus, calor nimius*, sive *sit ignis*, sive *solis*, a καίω *uro, ardeo*. Apoc. VII, 16. οὐδὲ μὴ πέσῃ ἐπ᾽ αὐτοὺς ὁ ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα, ubi tamen, quia sermo est de futura piorum conditione felicissima, καῦμα metaphorice omnis generis molestias et afflictiones hujus vitæ significabit. Conf. *Glassii* Philol. Sacr. p. 1058. ed. *Dathii*. Simili ratione idem vocabulum accipiendum est per contextam orationem in altero loco, ubi occurrit, Apoc. XVI, 9. καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* καῦμα· κατάκαυμα, ἢ θῦμα, ἢ πύρωσις. *Xenoph. Symp.* II, 18. *Anab.* I, 7. 6. *Plutarch.* T. VI. p. 502. ed. *Reiske*.

ΚΑΥΜΑΤΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, 1. *æstu aduro et affligo, ardore tango*, et proprie est *ignis*, vel *solis*, de quo usurpatur Matth. XIII, 6. ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη et sole exorto ardore tacta sunt. Marc. IV, 6. *Plutarch.* T. VI. p. 378. et T. VIII. p. 760. ed. *Reiske*.

2. metaphorice: *excrucio, miseriis obruo, calamitatibus afficio*. Apoc. XVI, 8. καὶ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐν πυρί. ibid. v. 9. καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα. Vide sub καῦμα. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΥ΄ΣΙΣ, εως, ἡ, *ustio, exustio, crematio*, a 2 sing. perf. pass. κέκαυσαι. verbi καίω *uro, ardeo*. Semel in N. T. legitur Hebr. VI, 8. ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν cujus finis vel exitus est, ut comburatur; ubi καῦσις eam exustionem significat, quæ fit ad emendandos agros, de qua *Virgilius* cecinit Georg. I, v. 84. seq. In versione Alexandrina ponitur pro מוֹקֵדָה, Levit. VI, 9. Chald. יְקֵדָה, Dan. VII, 11. et בָּעֵר Ies. IV, 4. XL, 16. et fragmentis *Symmachi* occurrit Ies. IX, 8. pro שְׂרֵפָה. *Plutarch.* T. VI. p. 481. ed. *Reiske*.

ΚΑΥΣΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, *ardore infesto, inflammo, accendo*, a καῦσις *exustio*. Bis tantum legitur in N. T. 2 Petr. III, 10. στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται elementa vero igne destruentur. ibid. v. 12. καὶ στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται et elementa præ æstu liquescent.

ΚΑΥ΄ΣΩΝ, ωνος, ὁ, *æstus*, maxime *solis*, ab eodem, i. q. καῦμα. *Athenæus* III, p. 73. B. Matth. XX, 12. τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα qui per totum diem labore æstuque solis defatigati sumus. Luc. XII, 55. ὅτι καύσων ἔσται æstus futurus est, seu instat tempestas fervida. Jacob. I, 11. ἀνέτειλε ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι, ubi tamen καύσων de vento, admodum arido atque urente, explicari potest, ex usu loquendi versionis Alexandrinæ, in qua καύσων Hebraico קָדִים *eurus, ventus orientalis*, respondet. Hos. XII, 2. Jon. IV, 8. Ezech. XIX, 12. qua ipsa voce in eadem re usus quoque est *Aquila* Genes. XLI, 6. *Theodotion* Ies. XXVII, 9. et *Symmachus* Exod. X, 13.

ΚΑΥΤΗΡΙΑ΄ΖΩ, fut. άσω, *cauterio noto, inustione notam imprimo*, etiam *urendo amputo vel reseco*. Καυτηριάζομαι *cauterio*, seu *ferro candenti amputor, resecor*, etiam *cauterio notor*, a καυτήριον, quod, ut καυτήρ, *instrumentum chirurgicum* significat, *quo putridæ carnes aduruntur et amputantur*, interdum adeo de *ipso stigmate inusto* adhibetur. Jam, quia non solum facies et aliæ corporis partes hominum sceleratorum stigmatibus insigniebantur, ut notas turpis ac flagitiosæ vitæ haberent, factum est, ut καυτηριάζεσθαι etiam metaphorice significaret, *male sibi conscium esse*, et de omnibus adhiberetur, qui sunt gravissimis sceleribus ac flagitiis dediti ac notati, omnemque pudorem exuerunt. Nec est hæc notio plane aliena a loco 1 Tim. IV, 2. ubi commemorantur homines κεκαυτηριασμένοι (κατὰ) τὴν ἰδίαν συνείδησιν, h. e. ut vulgo interpretantur: *quorum conscientia notas turpis vitæ inustas habet*, ὧν τὸ συνειδὸς ἀνεξαλείπτους ἔχει τοὺς καυτῆρας τοῦ ὑποπαροῦ βίου, seu, ut verbis utar *Ciceronis* de Officiis III. c. 21. qui conscientiæ labes et vulnera in animo habent. *Hesychius* quoque, ad h. l. sine dubio respiciens, habet: κεκαυτηριασμένοι· (βεβασανισμένοι) μὴ ἔχοντες τὴν συνείδησιν ὑγιῆ. Sed magis tamen arridet mihi explicatio hujus loci, a *Reitzio* ad *Lucian.* T. I. p. 645. proposita, qui mavult hæc apostoli verba de *obduratione animorum* et *calli quasi obductione* istorum hominum interpretari, ita, ut metaphora desumta sit a medicis, partem aliquam corporis putrem ferro candenti resecantibus et amputantibus, aut ulcera adurentibus. Jam, quia membrum, cauterio adustum, omni sensu privatur, καυτηριάζεσθαι, metaphorice sumtum, eleganter significat: *dedoluisse* et *ad obstinationem, torporem* et *sensum conscientiæ victum* et *plane exstinctum* transfertur.—Confer *Wetstenii N. T.* T. II. p. 335.

ΚΑΥΧΑ΄ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. ήσομαι, 1. proprie: *glorior, inanis gloriæ cupidus sum et ostentator, vano ore me jacto, arrogo mihi aliquid*, ab αὐχέω *glorior*, proprie: *elata cervice me jacto*, ab αὐχὴν *cervix*. Ponitur autem vel simpliciter, vel construitur cum ἐν, περὶ, ὑπὲρ, κατὰ, vel, omisso κατὰ, cum accusativo solo, ut exempla sequentia satis quemque docebunt. 1 Cor. I, 29. ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, h. e. ne quis sibi, suæ sapientiæ, doctrinæ, nobilitati ac potentiæ tribuat, quod est merum beneficium divinum. 2 Cor. X, 15. οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι ἐν ἀλλοτρίοις κόποις non extra terminos meos gloriolam quæro ex aliena opera. ibid. XI, 12. 1 Cor. IV, 7. τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών; ubi καυχᾶσαι contractum est ex Ionico καυχάεσαι, pro quo etiam dicitur, extruso σ Ionice, καυχάεαι, quod Attice contrahitur in καυχᾶι et καυχᾷ. Galat. VI, 13. ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται ut glorientur, quod vos ad religionem Judaicam observandam incitaverint. Ephes. II, 9. Jacob. IV, 16. νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν. Præterea in deteriorem partem sumitur hoc verbum quoque Rom. II, 17. 23. 1 Cor. III, 21. 2 Cor. V, 12. τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους qui unice rebus

externis gloriantur. ibid. X, 13. 16. XI, 18.

2. bono sensu: *prædico aliquid de me et aliis, laudo, celebro.* 2 Cor. IX, 2. ἣν (sc. προθυμίαν) ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι Μακεδόσιν quam promptitudinem vestram laudare soleo Macedonibus. ibid. VII, 14. εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν κεκαύχημαι, οὐ κατῃσχύνθην. ib. X, 13. XI, 16. 18. 30. coll. v. 31. XII, 1. 5. 6. 9. 11. 2 Thess. I, 4.

3. *gaudeo, lætor.* Rom. V, 2. καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, v. 3. et 11. 1 Cor. I, 31. ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω qui gaudet de sua felicitate, is eam beneficio divino debere gratus agnoscat et profiteatur. 2 Cor. X, 17. ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω qui sibi in aliquo placere vult, in eo placeat sibi, quod Christi causa laboret. Galat. VI, 14. Phil. III, 3. καυχώμενοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ spem et fiduciam nostram in J. C. ponentes, nam opponuntur τοῖς πεποιθόσι ἐν σαρκί.

4. ex adjuncto: *sæpe et diligenter cogito.* Jacob. I, 9. 10. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΎΧΗΜΑ, τος, τὸ, 1. *gloriatio, jactantia, jactatio,* a καυχάομαι *glorior.* 1 Cor. V, 6. οὐ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν inanis est gloratio vestra. Sed possent etiam ita reddi hæc verba: non est hæc honesta gloriandi materia.

2. *laus, celebratio, prædicatio,* et ex adjuncto: *gaudium, lætitia.* Nam in vers. Alex. respondet Hebr. תְּהִלָּה Deut. X, 21. XXVI, 19. Jer. LI, 41. et חֶדְוָה *lætitia, gaudium,* 1 Chron. XVI, 27. 2 Cor. V, 12. ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος ὑπὲρ ἡμῶν ut vobis materiam de me lætandi, aut laudes meas prædicandi præbeam. ibid. IX, 3. ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κενωθῇ ἐν τῷ μέρει τούτῳ ne laus, qua vos hanc ob rem impertii, vana et ficta reperiatur, coll. v. 2. et 3. Phil. I, 26. II, 16.

3. *materia gloriandi et gaudendi, id, de quo gloriari et gaudere posse nobis videmur.* Rom. IV, 2. ἔχει καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν Θεόν, sc. ἔχει καύχημα, haberet, de quo gloriari jure suo posset, sed profecto non habet id, quod vobis per Deum affirmo. 1 Cor. IX, 15. ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ quam, ut eripiatur mihi gloriandi materia, quod nempe gratis vos docuerim. ib. v. 16. 2 Cor. I, 14. Galat. VI, 4. καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἕξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον ut jure sibi de sua virtute gratulari possit, aliis tamen sibi non postpositis. Hebr. III, 6. καύχημα τῆς ἐλπίδος spes lætissima. Sæpius non legitur in N. T. Simili tamen sensu usurpatur 1 Paral. XXIX, 11. Prov. XVII, 6.

ΚΑΎΧΗΣΙΣ, εως, ἡ, 1. *gloriatio, jactantia, jactatio,* ab eodem. Attici Scriptores καύχην scribere solent, teste *Schol. Pindari Nem.* IX, 17. Jacob. IV, 16. νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν, πᾶσα καύχησις τοιαύτη πονηρά ἐστι nunc vero gloriamini pro vestra arrogantia, omnis talis gloriatio prava est.

2. *laus, celebratio,* et ex adjuncto: *gaudium, lætitia.* 2 Cor. VII, 4. πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν multum gaudeo vestri causa. ib. v. 14. ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου ἀλήθεια ἐγενήθη. VIII, 24. τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ ὑμῶν εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε demonstrate re ipsa, laudem, qua vos condecoravi, esse verissimam. ibid. IX, 4. XI, 10. 17. 1 Thess. II, 19.

3. *materia gloriandi et lætitiæ.* Rom. III, 27. ποῦ οὖν ἡ καύχησις; i. q. v. 9. τί οὖν προεχόμεθα; ib. XV, 17. 1 Cor. XV, 31. 2 Cor. I, 12. ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστι hac autem de re maxime lætor. Sic καύχησις interdum *felicem statum, prosperum rerum successum,* tanquam *causam lætitiæ et gaudendi materiam* significat, v. c. Sirac. I, 23. πλατύνει δὲ καύχησις τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν summa autem est verorum Dei cultorum felicitas. Per eandem metonymiam εὐφροσύνη *lætitiæ et gaudii objectum ac materiam,* Sirac. II, 7. IV, 13. 14. χαρὰ *ipsam felicitatem, lætitiæ fontem,* Luc. II,

10. et פַּהַד *ipsum malum, quod metuitur.* Prov. III, 25. interdum etiam *Deum* notat, ut Gen. XXXI, 53. qui etiam Syris ܦܚܕܐ dicitur Ps. XXXI, 7.

ΚΕΓΧΡΕΑΙ', ῶν, αἱ, *Cenchreæ.* Nomen urbis et portus Corinthiaci, orientem spectantis versus Asiam, in isthmo Peloponnesi, ampli Corinthiorum emporii. Conf. *Plinii* H. N. IV, c. 4. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 96. et *Cellarii* Geographiam Plen. L. II. c. 13. s. 13. §. 401. p. 951. seq. Nomen videtur ortum a κέγχρος *milium, legumen,* quod circa eum locum illud copiose cresceret. *Strabo* L. VIII, p. 582. Κεγχρεαὶ κώμη καὶ λιμὴν, ἀπέχων τῆς πόλεως ὅσον ἑβδομήκοντα στάδια. Τούτῳ μὲν χρῶνται πρὸς τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίας· πρὸς δὲ τοὺς ἐκ τῆς Ἰταλίας τῷ Λεχαίῳ. Bis tantum in N. T. occurrit. Act. XVIII, 18. κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς caput totonderat Cenchreis. Rom. XVI, 1. De varia scriptione hujus nominis apud veteres Κεγχρεαὶ et Κεγχρειαὶ vide præter *Thom. M.* p. 520. ed. *Bernard. Wassium* ad *Thucyd.* VIII, c. 10.

ΚΕ'ΔΡΟΣ, ου, ἡ, *cedrus,* ab Hebr. קָטַר *adolevit, suffivit.* Est enim arbor odorata, ὀζώδης, ut vocatur a *Theophrasto* in *Hist. Plant.* III, c. 12. *Olentem* et *odoratam* eam vocat *Virgil. Georg.* III, 4. 14. *Æn.* XI, 137. Conf. et *Dioscoridem* I, 106. et *Homerum* Odyss. ε'. 59—61. Uberiorem Cedrorum, maxime Libani, descriptionem debemus *C. J. Trewio,* qui scripsit *Cedrorum Libani historiam* duobus tomis Norimb. 1757. et 1767. 4.— Semel hæc vox in N. T. reperitur Joh. XVIII, 1. ubi in haud paucis impressis libris legitur πέραν τοῦ χειμάῤῥου τῶν κέδρων trans fluvium cedrorum. Sed lectionem hanc falsam esse et τοῦ Κεδρὼν legi debere, omni nunc dubio caret.

ΚΕΔΡΩ'Ν, ῶνος, ὁ, *Cedron.* Nomen Hebraicum declinabile (*Joseph.* B. J. V, 6. 1.) cujusdam torrentis, e monte prope Hierosolymam defluentis versus ortum et per vallem ejusdem nominis (*Joseph.* B. J. V, 2. 3. et 12. 2. A. J. VII, 1. 5.) inter duos montes delabentis in Mare Mortuum. Hebraice dicitur קִדְרוֹן a קָדַר *nigrescere,* et nomen habebat a nigro colore, tum ab umbrosa et obscura valle, per quam decurrebat, tum ab arborum copia, quibus obumbratus fuit, tum denique a limo et sordibus, quæ ex montibus et urbe Hierosolyma in illum profluebant. Semel tantum in N. T. commemoratur Joh. XVIII, 1. ubi Jesus e domo, in qua epulas paschales celebraverat et cœnam sacram instituerat, egressus dicitur πέραν τοῦ χειμάῤῥου τοῦ Κεδρὼν, *Vulgatus: trans torrentem Cedron.* Ita enim lectionem vulgarem τοῦ χειμάῤῥου τῶν κέδρων *fluvii, ad quem Cedri plantatæ erant,* emendandam esse, jam recte judicarunt Viri rei criticæ peritissimi. Non enim gaudent Cedri locis humilibus et profundis, sed siccis et montanis, teste *Plinio* H. N. XVI, 18. Eadem tamen lectionis varietas reperitur quoque in versione Alex. 2 Sam. XV, 23. 2 Regg. XXIII, 6. Confer *P. Zornii Opuscula Sacra* P. II. p. 103.

ΚΕΙ˜ΜΑΙ, fut. είσομαι, 1. proprie: *positus sum in aliquo loco, jaceo, situs sum,* etiam *repositus, reconditus sum,* et præsertim de rebus usurpatur, quæ ordinis ratione habita collocantur, a κέω *cubo.* Matth. III, 10. ἤδη ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται securis jam imminet arboris radicibus. ibid. V. 14. πόλις ἐπάνω ὄρους κειμένη urbs, in monte sita. ib. XXVIII, 6. ἴδετε τὸν τόπον, ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος spectate locum ubi jacebat Dominus. Luc. II, 12. κείμενον ἐν φάτνῃ. v. 16. III, 9. XII, 19. ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλὰ habes multa bona reposita. coll. *Homer. Iliad.* α'. 124. ibid. XXIII, 53. Joh. II, 6. ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι aderant autem ibi sex hydriæ lapideæ positæ. ibid. XI, 41. XIX, 29. XX, 5. 6. 7. 12. ὅπου ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Etiam apud Græcos Scriptores κεῖσθαι

est verbum proprium de mortuis et vel nude positum notat *sepultum esse, jacere in sepulchro.* Hinc κείμενος, ut apud Latinos *situs* (*Gellius N. A.* XX, c. 2.) et *jacens* (apud *Silium Ital.* L. XVI, v. 310.) *mortuus*, seu *cadaver* dicitur. *Ælian. V. H.* I, 16. XII, 21. XIII, 1. *Thucyd.* II, 43. *Herodot.* II, 127. Conf. *Nicolai* de Luctu Græcorum cap. XV, p. 220. seq. et *Elsner.* Obss. Sacr. T. I. p. 282. Joh. XXI, 9. 1 Cor. III, 11. 2 Cor. III, 15. Apoc. IV, 2. XXI, 16.

2. metaphorice, i. q. εἰμί, et *statum ac conditionem alicujus rei*, aut *constitutionem in certo statu ac conditione* significat. 1 Joh. V, 19. ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται admodum multi vitiositati dediti sunt; sive enim vocem πονηρῷ de diabolo, accommodate ad Judæorum opiniones, interpreteris, sive de *vitiositate humana* explices, concessa præterea ambiguitate quadam in formula ὅλος ὁ κόσμος, quæ æque commode de *hominum multitudine* ac de *gentilium turba* explicari potest, tamen manet hoc, κεῖσθαι ἐν τινί significare, *totum in aliqua re esse, prorsus alicui deditum, in alicujus potestate esse*, ut satis docuit *Raphelius* in Obss. Polybianis p. 714. seq. Formula κεῖσθαι εἴς τι de *eo* adhibetur, *quod futurum est*, aut *destinatum est alicui rei.* Luc. II, 34. οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ hic ex voluntate et permissione divina erit causa miseriæ ac felicitatis multorum Judæorum. Philipp. I, 17. ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι demandatam mihi esse provinciam defendendi religionem Christianam. 1 Thess. III, 3. ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα hanc esse communem omnium Christianorum sortem, coll. 2 Tim. III, 12. Adde 2 Macc. IV, 11. 31. τῶν ἐν ἀξιώματι κειμένων. *Eurip.* Phœn. v. 1666. ἐν οἵοις κείμεθ', ἄθλιοι, κακοῖς.

3. de legibus: *publice proponor, promulgor, feror.* Nam leges latæ in loco publico proponebantur, ut adiri et ab omnibus cognosci possent. 1 Tim. I, 9. ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται insonti legem non scriptam esse. *Lysias* Orat. VI, p. 107. ed. *Taylor.* ὡς καθήρηται ὁ περὶ αὐτοῦ κείμενος νόμος. *Thucyd.* II, 37. ὅσοι δὲ (νόμοι) ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀδικουμένων κεῖνται. *Ælian. V. H.* II, 7. IV, 4. Usurpatur κεῖσθαι apud Græcos etiam de aliis rebus, publice propositis, v. c. de præmiis, apud *Thucyd.* II, 46. — *Phavor.* κεῖται· λαμβάνεται καὶ ἐπὶ τοῦ τεθάφθαι — νοεῖται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ τεθνηκέναι — εὕρηται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ ἐστίν. *Hesych.* κεῖται· ἀεὶ ἐπὶ κακοῦ τίθεται τοῦτο ἢ θανάτου ἢ ἀπραξίας.

ΚΕΙΡΙΑ, ας, ἡ, *fascia quælibet major, fascia, vinculum*, etiam *involutio, quæ fit fasciis.* *Suid.* κειρία· ἡ σπαργάνωσις. *Gloss. Vett.* κειρία· σειραί. *Etym. M.* κειρία· σημαίνει τὰ σχοινία, δεσμά. Sic v. c. Prov. VII, 16. in vers. Alex. genus quoddam lororum, quibus lecti subtendi solent, κειρίαι vocantur. *Etym. M.* κειρία· σημαίνει τὸ σχοινίον τὸ δεσμεῦον τὴν κλίνην. *Phavorinus* ex *Suida*, aut potius e *Schol. Aristoph.* ad Aves v. 817. κειρία· εἶδος ζώνης ἐκ σχοινίων, παρεοικὸς ἱμάντι, ᾧ δεσμοῦσι τὰς κλίνας. Insigniuntur etiam hoc nomine *fasciæ, quibus infantes involvi solent.* Κατ' ἐξοχὴν vero ita dicuntur *fasciæ sepulcrales*, (τὰ ὀθόνια) *quibus apud Judæos mortui ad morem infantum nostrorum inde a collo usque ad pedes vincti erant*, quæ etiam κηρίαι vocantur, a κήρ *mors, fatum.* *Etym. M.* κειρία· τὰ ἐντάφια δεσμά. *Phavor.* οἱ ἐπιτάφιοι δεσμοί. *Hesych.* κειρίαι· ἐντετυλιγμένα ἐπιθανάτια. Sic semel in N. T. legitur Joh. XI, 44. δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις pedes manusque vinctus fasciis sepulcralibus. Conf. *Cuperi* Observatt. II, 9. *Chifletii* tr. de *linteis sepulcralibus J. C.* c. 6. et 7. *le Moyne* ad *Varia Sacra.* p. 298. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 918.

ΚΕΙΡΩ, fut. ερῶ, *tondeo, rado, abrado alterum*, et proprium est *tonsoris*, ut vel ex *Julii Pollucis* Onom. II, s. 33. p. 169. apparet. Act. VIII, 32. καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν

ἄφωνος et sicut agnus coram tondente, sc. mutus. Hebr. לְפֹנֵי גֹזְזֶיהָ Ies. LIII, 7. Medium κείρομαι duplicem habet notionem. Est enim vel *me tondeo*, vel *curo me tondendum*, seu *præbeo me alteri tondendum*, et proprie de *capite* dicitur, unde etiam nonnunquam vox κεφαλή, aut κόμη, aut simile vocabulum additur. De tonsura barbæ legitur apud *Ælianum V. H.* III, 19. Sic autem bis legitur in N. T. Act. XVIII, 18. κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς Aquila, qui raserat, vel radendum curaverat caput suum Cenchreis, (Hebr. בְּגַלְּחוֹ אֶת־רֹאשׁוֹ 2 Sam. XIV, 26. Adde Job. I, 20.) ex more scilicet eorum, qui votum Nasiræatus in se susceperant, cui qui obnoxii erant, non se ipsi tondebant, sed a sacerdote tondebantur. Vide Num. VI, 18. et *Sam. Petiti* Var. Lectt. c. 3. 1 Cor. XI, 6. εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνὴ καὶ κειράσθω etenim si non velatur mulier, etiam se tondendam curet vel præbeat. Sequitur: εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω si vero turpe est mulieri caput suum tondendum, aut abradendum præbere, operiatur. Pœna scilicet olim erat meretricum et adulterarum, ut raso capite et abscissa coma incederent, ut recte docuerunt interpretes *Petronii* cap. 103. et *Barthius* ad *Claudianum* p. 1186. Lectu digna de hac voce habet *Dresigius* de Verbis Mediis N. T. I. 70. p. 307. et *Strodtmannus* in *Sylloge I. Differentiarum Græcarum* §. 10. in *Miscell. Nov. Lips.* Vol. VII, p. 659. *Hesych.* κείρει· τέμνει.

ΚΈΛΕΥΣΜΑ, ατος, τὸ, (forma vulgaris, quæ in versione Alex. Prov. XXX, 27. occurrit. Attici voce κέλευμα utuntur. Vide *Hemsterhus.* ad *Aristoph.* Plut. p. 430. seq.

1. *jussum, mandatum*, a κελεύω *jubeo, mando.*

2. *celeusma, omnis vociferatio et clamor adhortatorius*, quo solent excitari homines ad hoc vel illud opus peragendum, *hortamentum ad alacritatem, adhortatio.* Sic v. c. apud Græcos de *nautis* et *remigibus* usurpatur, qui se invicem ad remigandum exhortantur, v. c. apud *Lucian.* Tyrann. c. 19. Tom. I, p. 642. ed. *Reitz.* κέλευσμά τι τῶν ναυτικῶν. Hinc κελευστὴς *hortator, qui præest nautis et remigibus, quos moderatur vel voce, vel malleo*, seu *portisculo, ut remos eodem modo impellant*, apud *Xenoph.* de Rep. Athen. I, 2. Conf. interpretes *Pollucis* ad I, 96. et *Schefferum* de *militia navali* l. IV, c. 7. Usurpatur κέλευσμα etiam de duce, qui clamore, vel tubæ sono milites ad coëundum, iter suscipiendum, aut pugnandum provocat; etiam de clamore bellico, quo milites se invicem ad fortiter pugnandum excitant. In hac significatione reperitur non solum in versione Alex. Prov. XXX, 27. de locusta ἐκστρατεύει ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος εὐτάκτως, sed etiam apud *Thucyd.* II, 92. ἀπὸ ἑνὸς κελεύσματος ἐμβοήσαντες, ἐπ' αὐτοὺς ὥρμησαν. Cf. *Bergler.* ad *Alciphron.* Epist. p. 89. Interdum adeo de sono adhibetur, quo aurigæ utuntur, equos ad velociorem excitaturi cursum, aut venatores in canum cursu regendo et moderando, v. c. apud *Xenoph.* de Venat. VI, 20. In N. T. tantum legitur 1 Thess. IV, 16. ubi Dominus die extremi judicii descensurus dicitur ἐν κελεύσματι cum clamore excitatorio, ubi per κέλευσμα sine dubio metaphorice *vis divina* intelligenda est, *qua mortui excitati in vitam redibunt*, quasi die belebende Stimme Gottes *the animating voice of God.*

ΚΕΛΕΎΩ, fut. εύσω, 1. *jubeo, impero*, ita, uti reges, et qui cum imperio sunt, a κέλω *hortor.* Construitur cum accusativo et infinitivo, vel cum dativo. *Joseph. A. J.* XX, 6. 2. κελεύει δὲ καὶ τοῖς τῶν Σαμαρίων πρώτοις. Matth. VIII, 18. ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν. XIV, 9. XVIII, 25. XXVII, 58. 64. Luc. XVIII, 40. ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀχθῆναι. Act. IV, 15. V, 34. VIII, 38. XII, 19. etc.

2. *hortor, suadeo, auctor sum, moneo.* Matth. XIV, 19. κελεύσας τοὺς

ὄχλους ἀνακλιθῆναι. ibid. XV. 35. ἐκέλευσεν τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. *Herodot.* III, 36. *Xenoph.* Hist. Gr. III. 2. 14. Conf. *Wassium* ad *Thucyd.* I, c. 42. Pari modo apud Latinos verbum *jubere* sæpe est *suadere*, v. c. *Curtium* V, 5. 8. " eos *jubebat* bonum habere animum," et *vetare* subinde est *dissuadere*, *Cic.* IV, Acad. cap. 36. " tu me incognito adsentiri *vetas*."

3. *permitto.* Matth. XIV, 28. κέλευσόν με πρὸς σὲ ἐλθεῖν permitte me ad te venire.

4. omittitur interdum, v. c. 1 Tim. IV, 3. ante ἀπέχεσθαι βρωμάτων. Conf. *Valckenar.* ad *Herodot.* p. 552. Etiam apud Latinos *jubere* interdum supplendum esse, docuit exemplis *Gronov.* Obss. IV, 11. p. 28. seq. Adde *Cicer.* Lib. II. de Legibus 27. *Phædr.* IV. Fab. 17. *non veto dimitti, verum* (jubeo) *cruciari fame.* Simili modo apud *Terent. Andr.* Act. III. Sc. 5. *namque hoc tempus præcavere mihi me, non te ulcisci sinit*, ubi in priori membro pro *sinit* subintelligi debet *cogit.*

ΚΕΝΟΔΟΞΙ'Α, ας, ἡ, 1. proprie: *vana de se opinio, inanis et vana gloria*, ex κενὸς *vacuus, inanis*, et δόξα *gloria, opinio. Suid.* κενοδοξία· ματαία τίς περὶ ἑαυτοῦ οἴησις. *Hesych.* κενὴ δόξη· κενοδοξία. Interdum κενοδοξία universe *vanam opinionem, errorem* significat, v. c. Sapient. XIV, 14. ubi κενοδοξία est i. q. ἀγνωσία Θεοῦ cap. XIII, 1. Nam δόξα Græcis sæpe est *opinio*, ὑπόληψις, ut explicatur ab *Eustathio* ad *Homer.* Il. κ'. 325. et δοξάζειν est *judicare, opinari.* Conf. Spicilegium meum Lex. Biel. T. I. p. 38. T. II, p. 104.

2. *vanæ et inanis gloriæ studium*, aut omnino *rerum vanarum studium et cupiditas*, κενῶν ὄρεξις, interprete *Phavorino.* Sic semel in N. T. legitur Philipp. II, 3. μηδὲν κατὰ ἐρίθειαν ἢ κενοδοξίαν, sc. ποιεῖτε, ut nihil agatis contentiose et ambitiose. Adde *Lucian. Dial. Mort.* X. c. 8. et *Ver. Histor.* l. I. c. 4. *Plutarch.* T. VIII. p. 164. ed. *Reiske.*

ΚΕΝΟ'ΔΟΞΟΣ, ου, ὁ, ἡ, non solum *is* dicitur, *qui vanam gloriam captat et venatur e rebus iis, in quibus vera gloria hominis parum aut nihil posita est*, sed etiam, *qui nimis gloriæ studiosus est, inflatus, superbus et alios alto supercilio despiciens.* Et ita sumitur Galat. V, 26. μὴ γινώμεθα κενόδοξοι ne fiatis vana tumentes, ut loquitur *Virgil. Æn.* XI, 854. ubi vid. *Servius.* Sæpius non legitur in N. T. *Polyb.* XXVII, 6. 12. et XXXIX, 1, 1.

ΚΕΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1. proprie: *vacuus, inanis*, sensu physico, v. c. ut vasa, quæ sunt vacua liquore, aut alia quacumque re, aut locus inanis.

2. metaphorice: *destitutus, carens, qui nihil accepit et habet*, et speciatim: *homo tenuis conditionis, qui destituitur rebus, ad vitam sustentandam necessariis, pauper, egenus.* Marc. XII, 3. καὶ ἀπέστειλαν κενὸν et inanem dimiserunt, coll. v. 34. Luc. XX, 10. 11. et I, 53. πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενοὺς divites bonis exuit. *Suid.* κενῆς· ἐστερημένης, κεκενωμένης.

3. *vanus, inutilis, frustraneus, infructuosus, irritus*, i. q. μάταιος (qua voce quoque interpretatus est *Suidas*) et ἀνωφελὴς et ἄκυρος, interprete *Hesychio.* Act. IV, 25. ἐμελέτησαν κενὰ vana ineunt consilia, quæ scil. eventum habebunt nullum et irrita reddentur. Deut. XXXII, 47. οὐχὶ λόγος κενὸς οὗτος ὑμῖν; promissio hæc eventu suo minime carebit. Job. XXI, 34. 1 Cor. XV, 10. ἡ χάρις αὐτοῦ ἡ εἰς ἐμὲ οὐ κενὴ ἐγενήθη beneficium divinum non frustra fuit in me collocatum. ibid. v. 14. κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις ὑμῶν frustra et sine ulla utilitate vestra religionem Christianam amplexi estis. ibid. v. 58. ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ Deus justis præmiis ornabit vestrum religionis studium. 2 Cor. VI, 1. 1 Thess. II, 1. Huc etiam pertinet formula εἰς κενὸν, pro κενῶς, *incassum, frustra*, quæ respondet Hebraico לָרִיק

(quod Alexandrini κενῶς Ies. XLIX, 4. ματαίως Psalm. LXXIII, 13. et διακενῆς Levit. XXVI, 16. Psalm. XXV, 3. transtulerunt,) et quandoque etiam apud Græcos Scriptores legitur, v. c. *Diodor. Sic.* XIX, 9. Galat. II, 2. μήπως εἰς κενὸν τρέχω ne frustra operam meam impenderem. Phil. II, 16. ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα. 1 Thess. III, 5. εἰς κενὸν (pro κενὸς) γένηται ὁ κόπος ἡμῶν. Adde Job. XXXIX, 16. Jerem. VI, 29.

4. *falsus, mendax, fraudulentus.* 1 Cor. XV, 14. κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν falsa esset doctrina, a nobis tradita. Ephes. V, 6. μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις, ubi κενοὶ λόγοι est vel doctrina, a vero aliena, vel doctrina, quæ non habet vim ad pietatem. Coloss. II, 8. Sic κενὸς in vers. Alex. respondet Hebraico שֶׁקֶר *mendacium*, Exod. V, 9. אָבְזָב *fallax*, Micha I, 14. et כָּזָב *mendacium*, Hos. XII, 1. coll. Habac. II, 3.

5. *homo, qui recte judicandi facultate destituitur, insipiens, imperitus, stultus*, qui alias ἀνόητος, etiam μάταιος dicitur. Jacob. II, 20. ὦ ἄνθρωπε κενέ, sc. φρενῶν, seu νοὸς, o stulte, seu a vera religionis Christianæ cognitione plane aliene! In hac vero significatione respondet κενὸς Hebraico רֵיק, unde ῥακά, quod *Hesychius* per κενὸς interpretatus est. *Plutarchus* de Sui Laude p. 541. B. ἀνοήτους ἡγούμεθα καὶ κενούς. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΕΝΟΦΩΝΙ΄Α, ας, ἡ, *clamor de rebus inanibus, disputatio vana de rebus, quæ nullam habent utilitatem*, speciatim: *quæ nullam habent vim ad pietatem*, i. q. κενεαγορία, a κενὸς *vanus* et φωνὴ *vox*. Legitur in N. T. 1 Tim. VI, 20. ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας ubi in nonnullis codicibus καινοφωνίας *novitates vocum* legitur, quæ vocabula sæpe invicem permutata reperiuntur. Conf. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* III, 48. Præterea semel adhuc occurrit 2 Tim. II. 16. *Hesych.* κενοφωνίας· ματαιολογίας. *Suid.* κενοφωνία· ματαιοφωνία, ἀσέβεια, ἤγουν τὰ αἱρετικά. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 353.

ΚΕΝΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *evacuo, vacuefacio*, i. q. ἐκκενόω apud *Josephum B. J.* II, 10. §. 2. a κενὸς *vacuus*. Jer. XIV, 2. αἱ πύλαι αὐτῆς ἐκενώθησαν portæ ejus vacuæ factæ sunt. *Thucyd.* II, 76. καὶ ἰζάνοντος ἀεὶ ἐπὶ τὸ κενούμενον. ibid. VIII. c. 57. κενωθεισῶν τῶν νεῶν.

2. metaphorice: *deprimo, minuo, imminuo.* Sic in N. T. legitur Philipp. II, 7. ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν sed se ipsum ad statum tenuem depressit, seu, ut alii circumscribere malunt: usu majestatis divinæ, humanæ naturæ communicatæ, plenario liberrime sese abdicavit. Sic etiam apud Hebræos אֲנָשִׁים רֵיקִים dicuntur homines tenuis conditionis. Judd. IX, 4. XI, 3. 1 Cor. IX, 15. ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τὶς κενώσῃ aut, ut quis deprimat, aut minuat laudem, mihi debitam.

3. *inutilem reddo, usu suo et effectu privo*, et κενοῦσθαι *tolli, aboleri, privari effectu*, i. q. καταργεῖσθαι, cum quo verbo permutatur Rom. IV, 14. κεκένωται ἡ πίστις καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία. 1 Cor. I, 17. ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ ne doctrina de morte Christi vim suam amittat, h. e. ne vis doctrinæ de morte Christi propria et quasi insita adscribatur artificio humano.

4. *efficio, ut aliquid falsum, vanum et fictum reperiatur ei appareat.* 2 Cor. IX, 3. ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κενωθῇ ne laus, quam vobis tribui, ficta reperiatur. *Hesychius*, hunc locum sine dubio respiciens, κενωθῇ· μάταιος ἀποφανθῇ. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΕ΄ΝΤΡΟΝ, ου, τὸ, 1. proprie et generatim est: *quidquid pungit*, aut *vim pungendi habet*, a κεντέω *pungo*. Sic v. c. κέντρον dicitur *aculeus, quo apes, vespæ et venenatæ bestiæ pungunt et lædunt.* Apoc. IX, 10. καὶ ἔχουσι οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις καὶ κέντρα ἦν ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν et aculei erant

in caudis earum. Usurpatur etiam de *calcaribus, quibus equi punguntur, cum ad celeriorem cursum incitantur*, teste *Phavorino* et *Suida*. Adde *Eurip.* Phœn. v. 183. *Xenoph. Cyrop.* VII, 1. 15. et *Polluc. Onom.* I, 214. Speciatim vero ita dicitur *stimulus*, seu *pertica cum cuspide acuta, qua boves agebantur et concitabantur*, quæ Hebraice מַלְמָד הַבָּקָר (Judd. III, 31.) et a Græcis vulgo βουπλήξ (*Oppian.* de *Piscat.* V, 255.) et βούκεντρον (*Eustath.* ad *Homer. Il.* ζ'. 134. T. II. p. 629. ed. Rom. 1542. fol.) vocatur. Conf. *Scheffer.* de Re Vehiculari I, 14. *Columella* VI, c. 2. et *C. Schoettgenii* Schediasma philol. sacr. de stimulo boum. Francof. 1717. 4. Huc pertinet formula proverbialis, πρὸς κέντρα λακτίζειν *adversus stimulos calcitrare*, quæ bis legitur in N. T. Act. IX, 5. et XXVI, 14. cujus sensus est: *resistere potentioribus et repugnando superioribus plus obesse sibi, quam prodesse, per renisum et contumaciam se ipsum lædere. Hesych.* πρὸς κέντρα λακτίζει· παροιμία ἐπὶ τοῦ κατὰ τῶν ἐναντίων τι λέγειν ἢ πράττειν. Bene de hac formula proverbiali, etiam apud Græcos (v. c. *Pindar. Pyth.* Od. II, 173—175. coll. 161. *Eurip. Bacch.* v. 794.) satis obvia, (cf. *Schütz.* ad *Æschyl.* Prometh. Vinct. v. 323.) egit *Vorstius* de Adagiis N. T. c. 12. p. 820. ed. *Fischeri* et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 633. *Suid.* κέντρα· τὰ τῶν ἵππων πλῆκτρα. *Hesych.* κέντρον· δόρυ, μάστιξ (κέντρα etiam flagellis admixta erant. *Plato* Phædr. p. 347) καὶ τὸ ἐν σιδήρῳ ἀδαμάντινον. *Phavor.* κέντρον λέγεται, ᾧ σπέρχονται ἵπποι — δοκεῖ δὲ κέντρον εἶναι ἄλλως τὸ ἁπλῶς κεντοῦν, ὡς καὶ βούκεντρον καὶ τὸ περὶ πτέρναν σιδήριον, ᾧ νύσσονται ἵπποι. διὸ καὶ τρυγόνος θαλασσίας κέντρον λέγεται καὶ σκορπίου δὲ καὶ σφηκὸς καὶ ἑτέρων. Conf. de hac voce *Salmasium* in Exercitt. Plin. p. 1074. qui docuit, Græcos κέντρον vocare in omni materia nodosam duritiem, quæ ictus respuit ac ferro findi frangique nequit.

2. metaphorice: *vis lædendi ac nocendi, omne, quod nos vexat, aut potestatem in nos exercet.* Sic autem legitur in N. T. 1 Cor. XV, 55. ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ubi jam est, o mors, tua vis et acerbitas? non sine respectu ad imaginem poëticam Judæorum, qui angelum mortis sagittis instruunt tanquam venatorem. Conf. Ps. XVIII, 5. 6. XCI, 3. 5. 6. 1 Cor. XV, 56. τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου, ἡ ἁμαρτία peccatum autem causa est, cur mors vim nocendi hominibus habeat. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΕΝΤΥΡΙΩΝ, ωνος, ὁ. Vox origine Latina, a *centum* ducta, uti *Decurio* a *decem*. *Centurio*, ita dictus a numero militum, cui præerat. Græce dicitur ἑκατόνταρχος. Occurrit in N. T. tantum Marc. XV, 39. 44. 45. *Phavor.* κεντυρίων· ἑκατόνταρχος, ἢ ταγματάρχης ἑκατοντάδος. κέντον γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ ἑκατόν.

ΚΕΝΩΣ, *frustra, temere, sine causa idonea*, a κενὸς, quod vide. Adverbium hoc, plane omissum in *H. Stephani* aliorumque Thesauris Ling. Gr. semel tantum reperitur in N. T. Jacob. IV, 5. ἢ δοκεῖτε ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει; num putatis temere dicere? Reperitur præterea apud *Arrian.* Diss. Epictet. II, 17. p. 204. in *Aquilæ* Fragmentis Ps. II, 1. pro רוּק et in vers. Alex. Ies. XLIX, 4. pro לָרִיק. *Polyb. Fragm. Gr.* 130.

ΚΕΡΑΙΑ, ας, ἡ, 1. proprie: *corniculum, virgula inflexa*, etiam *cornu*. Est diminutivum a κέρας *cornu*.

2. *omnis alicujus rei extremitas et eminentia. Schol.* ad *Nicandri* Alexipharmaca v. 424. p. 86. κεραία λέγεται τὸ ἄκρον καὶ τὸ ἔσχατον. Sic v. c. de extremitate insulæ legitur apud *Philostrat.* Vit. Soph. I, c. 21. s. 2. et de extremitate antennæ apud *Nicet.* in Andron. Comnen. II. c. 4. extr. p. 28. Alia loca huc pertinentia dedit *Schwarzius* in Comment. Ling. Gr. p. 776.

3. κατ' ἐξοχὴν *extremitas litteræ, apex litteræ*, seu *minima alicujus litteræ*

particula. Matth. V, 18. ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου non iota vel litteræ apex e lege peribit, h. e. omnes omnino leges morales, a Mose promulgatæ, etiam minimæ, observari debent. Luc XVI, 17. ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν quam legis vel unum apicem intercidere, h. e. omnibus omnino prophetarum de me oraculis suus constabit eventus. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* κεραία· ἀρχὴ γράμματος. *Gloss. Vett.* κεραία· γράμματος ἄκρον. Conf. *Lightfooti* Hor. Hebr. et Talmud. in Matth. V, 18. *Wolfii Casauboniana* p. 79. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 295. et *Alberti* notas ad Gloss. Gr. N. T. p. 201.

ΚΕΡΑΜΕῪΣ, έος, Attice έώς, ὁ, *figulus*, a κέραμος, quod vide. Ter tantum legitur in N. T. Matth. XXVII, 7. τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως agrum figuli, ibid. v. 10. Rom. IX, 21. ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ; In versione Alex. respondet Hebr. יוֹצֵר Ies. XXIX, 16. XLI, 25. Thren. IV, 2.

ΚΕΡΑΜΙΚῸΣ, ή, όν, (pro quo etiam κεραμεικὸς dici solet. Vide *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.) *fictilis, figlinus*, ab eodem. Semel in N. T. legitur Apoc. II, 27. τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ vasa fictilia.

ΚΕΡΆΜΙΟΣ, ία, ιον, *figlinus, fictilis*, ab eodem. Κεράμιον, ίου, τὸ, (subintellige σκεῦος, aut ἀγγεῖον, ut discitur e *Schol. Aristoph.* Vesp. v. 674. Eodem modo *fictilia*, pro *vasa fictilia*, ponuntur apud *Juvenal.* Sat. X, v. 25.) est *vas figlinum cujuscunque magnitudinis et usus, amphora fictilis, urceus, a figulo fabricatus, in quo aqua*, (*Arrian.* Epictet. III. 9.) *aut vinum* (*Polyb.* IV, c. 56. Alex. Jerem. XXXV, 5. κεράμιον οἴνου, pro גָּבִיעַ *scyphus*. XLVIII, 12. pro גֶּבֶל Ies. V, 10. XXX, 13.) *portabatur*. *Diog. Laërt.* VI, c. 2. *Xenoph.* Anab. VI, 1. 9. ib. 2. 2. Vide *Wetstenii N. T.* T. I. p. 626. Interdum quidem *certam mensuram* designat et a plerisque statuitur, esse mensuræ nomen quam Romani *amphoram* vocant, capientis octo congios: sed mensura certe in N. T. locis definiri nullo modo potest. Legitur autem Marc. XIV, 13. ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων aliquis urceum aquarium (ut loquitur *Gellius* N. A. X, c. 24.) gestans. Luc. XXII, 10. Sæpius non reperitur in N. T. *Hesych.* κεράμιον· τὸ τοῦ οἴνου ἢ ὕδατος σταμνίον. Confer *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΚΈΡΑΜΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *terra figularis, e qua vasa fictilia fiunt et parantur*, sine dubio a κέω *uro* et ἔρα *terra*. Sic legitur in versione Alex. 2 Sam. XVII, 28. σκεύη κεράμου, pro Hebr. כְּלִי יוֹצֵר. *Jul. Pollux* Onom. VII, 161. κέραμος πᾶσα ἡ τῶν κεραμέων ἀγγείων ὕλη.

2. per metonymiam: *quidquid e terra figulari fieri solet, vasa fictilia, testa*. *Hesych.* κέραμος· πίθος καὶ πᾶν ὄστρακον. Speciatim vero ita dicuntur, in singulari maxime numero, nunc *tectum, domus*, τὸ τέγος, ἡ στέγη, teste *Polluce* l. l. VII, c. 162. (καὶ αὐτὸ δὲ τὸ τέγος οὐ μόνον οἱ νῦν κέραμον ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης ἔοικε καλεῖν) nunc, et quidem fere semper in plurali numero, *tegulæ, quibus tectum tegitur*. *Thucyd.* II, 4. et 48. *Herodian.* I, 12. 16. VII, 12. 12. Sic autem semel legitur in N. T. Luc. V, 19. διὰ τῶν κεράμων per tegulas, seu pavimentum tecti domus. Ita *tegulæ* apud *Gellium* N. A. X, 15. et *Cic. Philipp.* II, 45.

ΚΕΡΑΝΝΎΩ, vel ΚΕΡΆΝΝΥΜΙ, fut. άσω, 1. proprie: *misceo, immisceo*, et speciatim de iis usurpatur, qui vinum aqua miscent et diluunt, (*Aristoph.* Plut. v. 1133. ubi poculum æquali portione aquæ et vini temperatum ἴσον ἴσῳ κεκραμένον dicitur) ad imitationem Hebraici מָסַךְ Prov. IX, 2. Ies. V, 22. unde τὸ ἄκρατον *merum, vinum carens dilutione*. Hinc

2. *infundo, effundo*. Conf. *Th. Gataker.* Adversar. Miscell. c. 5. p. 37. ed. Londin. et *Casaubonus* ad *Athenæum* p. 24. Sic bis in N. T. legi-

tur. Apoc. XIV, 10. *καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ, τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ* bibet hic quoque ex vino iræ Dei, nempe mero infuso in calice iræ ejus. ibid. XVIII, 6. *ἐν τῷ ποτηρίῳ, ᾧ ἐκέρασε, κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν* in poculo, in quod infudit, infundite ipsi duplum; ubi statim explicatur verbis sequentibus: *καὶ διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆς*, coll. v. 7.

ΚΕ'ΡΑΣ, *ατος, τὸ*, 1. proprie notat *cornu animalis*, in quo robur est. Apoc. V, 6. *ἀρνίον ἔχον κέρατα ἑπτὰ*, ubi tamen per septem cornua agni infinita Christi potentia metaphorice designatur. Idem valet de loco Apoc. XII, 3. *δράκων ἔχων κέρατα δέκα*. XIII, 1. 11. XVII, 3. 7. 12. 16.

2. *extremum, extremitas, omnis eminentia*, s. *prominentia*, maxime *cornuum figuram referens*. Sic in N. T. adhibetur Apoc. IX, 13. ubi altari cornua tribuuntur, h. e. eminentiæ e quatuor altaris angulis affabre prominentes, quæ et Hebræis קַרְנוֹת Exod. XXIX, 8. vocabantur, *ἐκ τῶν τεσσάρων κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ χρυσοῦ τοῦ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ*. 1 Regg. I, 50. *ἐπελάβετο τῶν κεράτων θυσιαστηρίου*, h. e. apprehendebat ansulas prominentes altaris, cornuum formam habentes. ibid. II, 28. Ps. CXVIII, 27. *Josephus* de B. J. V, 5. 6. *ὁ βωμὸς τετράγωνος ἵδρυτο, κερατοειδεῖς προανέχων γωνίας*. Dicitur autem etiam de aliis rebus, v. c. de extrema parte phalangis, (2 Macc. XV, 20.) arcus, (teste *Suida*) terræ (v. c. apud *Philostrat.* Vit. Apollon. II. c. 18.) et aliarum rerum, ut docuit *Schwarzius* in Comment. Ling. Gr. p. 777. *Gloss. MS.* in *Proph. τὰ κέρατα· τὰ ἄκρα, αἱ ἐξοχαί. Hesych. κέρας· κεφαλή, ὄριξ, σάλπιγξ, ἢ πολέμου μέρος, καὶ ἡ ἐξοχή*. Idem: *κέρατα· τῆς φάλαγγος τὰ ἄκρα, καὶ μετώπου μέρος. Suid. κέρας· τὸ μέρος τῆς φάλαγγος ἐν τῷ πολέμῳ καὶ τοῦ τόξου*. Jam, quia cornua præ reliquis corporis partibus eminent iisque animalia præcipuum suum robur exserunt, factum est, ut *κέρας*

3. metaphorice esset: *robur, potentia, imperium*, et per metonymiam: *illustris, eminens, potens, rex*. Luc. I, 69. *ἤγειρε κέρας σωτηρίας* nasci jussit regem, seu potentissimum et illustrem salvatorem in familia Davidis. Ita קֶרֶן usurpatur 1 Sam. II, 1. et 10. 2 Sam. XXII, 3. Ps. CXXXII, 17. Ezech. XXIX, 21. Lex. *Cyrilli MS. Brem. Κέρας· ἡ δόξα ἐστὶ καὶ ἡ δύναμις πολλάκις*. Idem: *Κέρας· πανταχῇ τὰ βασιλέων λέγεται*. Conf. *Vorstii* Phil. Sacr. c. 3. p. 106. ed. *Fischeri*. Etiam apud Orientales et alios populos cornu symbolum potentiæ, roboris ac imperii fuisse, docuit *Schultensius* ad *Hamasa* p. 565. et *Ez. Spanhem.* de Usu et Præst. Numismatum p. 346. *Suid. κέρας· ἡ ἰσχὺς παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων τῶν καθωπλισμένων τοῖς κέρασι, καὶ τούτοις ἀμυνομένων*. Idem: *κέρας· ἰσχυρόν τι δηλοῖ καὶ μόνιμον*. Idem: *σημαίνει καὶ τὴν δόξαν κ. τ. λ.*

ΚΕΡΑ'ΤΙΟΝ, *ου, τὸ*, 1. proprie: *corniculum*. Diminutivum a *κέρας cornu*.

2. *siliqua*, et quidem non tam siliqua leguminum, qualem habent pisa, fabæ etc. sed fructus arboris sylvaticæ siliquiferæ, seu Ceratoniæ, (de qua confer *Ol. Celsii Hierobot.* T. I, p. 227.) in Syria et Judæa admodum frequentis, sed admodum tenuis, quo non solum nutriebantur et saginabantur sues, ut glandibus fit in his oris, sed etiam servi et tenuioris conditionis homines. Ita vero dictus est a forma, quod instar corniculi curvatus est. Hebræis חָרוּב dicitur, qua ipsa voce Luc. XV, 16. *Syrus* et *Arabs* quoque usi sunt. Nos vulgo Johannis brodt *John's bread* vocamus, quod olim illo Johannem baptistam usum esse opinio erat. Judæi hodierni *Bockshorn* vocant et in officinis *Xylocaracta* dicitur, quod corruptum est ex *Xyloceratia*. Conf. præter *Columellam* de Re Rustica V, c. 10. et *Plinium* H. N. XV, c. 24. *Salmasium* in Exercitt. Plin. p. 460. et *Hyle Iatrica* p. 112. *Bochart.* in Hieroz. P. I. p. 708. *Steph. le Moyne* ad Varia Sacra

p. 76. et *Casaubonum* ad *Persium* Sat. 3. p. 264. Semel legitur in N. T. Luc. XV, 16. ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων, ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι et cupiebat satiari siliquis, quibus sues saginabantur.

ΚΕΡΔΑΙΝΩ, fut. ανῶ, aor. 1. ἐκέρδανα, vel ΚΕΡΔΕΩ, fut. ήσω, aor. 1. ἐκέρδησα, 1. proprie: *negotiando et mercando lucrum facio et acquiro, lucror, quæstum facio*, a κέρδος *lucrum*. Matth. XVI, 26. ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ si vel totum mundum lucratus fuerit. ibid. XXV, 17. ubi cum ποιεῖν v. 16. permutatur, et *Syrus* modum, quo lucratus sit, indicavit voce  *negotiando lucratus est*, qua etiam v. 20. et 22. usus est. ibid. v. 20. et 22. Marc. VIII, 36. Luc. IX, 25. Jacob. IV, 13. Hinc τὸ κερδαίνειν *lucrum* apud *Ælian.* V. H. XIV, 44. *Hesych.* κερδαίνει· πορίζει. Conf. *Salmasium* de Modo Usurarum p. 129.

2. *potior, consequor, particeps fio.* Philipp. III, 8. ἵνα Χριστὸν κερδήσω ut bonorum, per Christum partorum, particeps fiam. *Ælian.* V. H. II, 19.

3. *evito, effugio*, ubi de damno aliquo et incommodo aut periculo sermo est. Act. XXVII, 21. ἔδει κερδῆσαι τὴν ὕβριν ταύτην καὶ ζημίαν et ita evitare hanc molestiam et jacturam. Sic apud *Joseph.* A. J. II, 3. 2. τό γε μιανθῆναι τὰς χεῖρας αὐτοὺς κερδαίνειν; et in Φιλήμονος λειψάνοις, v. 148. p. 352. ed. *Clerici*: καὶ γὰρ πένης ὢν μεγάλα κερδαίνει κακά. *Diog. Laërt.* VII, 1. Conf. *Abresch.* ad *Æschyl.* p. 35. *Wakefield* in *Silva Critica* P. II, p. 153. et *Wetstenii N. T.* T. II. p. 644. Eodem modo *lucrari* usurpatur apud *Cicer.* in Verrem I, 12. et *Statium* Theb. XI, 307.

4. metaphorice: *ad frugem revoco, in veræ virtutis et felicitatis viam perduco*, seu *reduco, servo*, et speciatim de *iis* adhibetur, *qui aliquem ad religionem et salutem Christianam adducunt*, ut sit idem, quod σώζειν. Matth. XVIII, 15. ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου lucratus es fratrem tuum, h. e. ad frugem eum revocasti. 1 Cor. IX, 19. ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω (in nonnullis codd. legitur σώσω) ut quam plurimos ad religionem et salutem Christianam perducam. ibid. v. 20. 21. 22. ubi cum σώζειν permutatur. 1 Petr. III, 1. ἵνα - - - - διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναστροφῆς. ἄνευ λόγου κερδηθήσωνται, coll. 1 Cor. VII, 16. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΕΡΔΟΣ, εος, ους, τὸ, 1. proprie: *lucrum, quæstus cujuscunque generis, qui redit ex negotiando et mercando*, aut *operam suam aliis locando*. Tit. I, 11. αἰσχροῦ κέρδους χάριν turpis lucri causa. Interdum κέρδος nude positum apud Græcos *turpe lucrum, ex turpi ministerio vel fraude et callidate comparatum*, significat, v. c. apud *Diog. Laërt.* I, 96.

2. per synecdochen: *quævis utilitas, commodum, res desiderabilis, utilis et salutaris*. Philipp. I, 21. ἐμοὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος mors summam mihi utilitatem affert, coll. v. 23. ibid. III, 7. ἅτινα ἦν μοι κέρδη observatio legis Mosaicæ, quæ mihi multa commoda attulisset. Sæpius non legitur in N. T. *Ælian.* V. H. IV, 7. οὐκ ἦν ἄρα τοῖς κακοῖς οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. *Plato* Apol. Socr. p. 30. θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη θάνατος. Vide *Wolf.* ad *Libanii* Epist. LV. *Lexicon Xenophonteum* s. h. v. *Wakefield* in Silva Critica P. III. p. 110. et *Abresch.* ad *Æschyl.* p. 133. *Hesych.* κέρδος· σύνεσις, τέχνασμα, ὠφέλεια.

ΚΕΡΜΑ, τος, τό. Est nomen collectivum, (ut recte observavit *Pollux* in Onom. VII, 170. et IX, 87.) quod proprie quidem notat *numos et argenteos et æreos minutos* (a κείρειν *in minuta frusta concidere*) *et viles* (v. c. *obolos, chalcos* et alios) *quibus permutabantur numi majores et pretiosiores*, velut darici, tetrachmæ, didrachmæ, drachmæ et alii; (*Suid.* κέρματα· τὰ λεπτότατα, sc. νομίσματα.) deinde vero latius patet, nec solum *numos* complectitur, *quibus permutantur alii*, verum etiam eos, *qui permutati sunt atque numulariis pro permutatione dati*, ut verbis utar *Fischeri* in Prolus. X.

de Vitiis Lexicorum N. T. p. 13. seq. Certe necesse est, ut notio vocabuli κέρμα tam late pateat apud Johannem (Evang. II, 15. καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα κ. τ. λ. numulariorum mensas subvertit, numis ex iis in terram dejectis; ubi in duobus codd. et *Origenis* Comment. τὰ κέρματα legitur, quod est merum interpretamentum) ubi sermo est de numulariis, in porticibus templi Hierosolymitani sedentibus, ut permutatione numorum viliorum et minutorum didrachmis, aut semisiclis quæstum facerent. *Gloss. Vett.* κέρμα· æs. *Hesych.* κέρματα· χρήματα. *Schol. Aristoph.* in Plutum v. 379. κέρμασιν· νομίσμασιν. Sæpius non legitur in N. T. Conf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 848.

ΚΕΡΜΑΤΙΣΤΗ῀Σ, οῦ, ὁ, *numularius, argentarius, qui majores et pretiosiores numos minutis et vilibus permutat, non sine quæstu*, i. q. κολλυβιστὴς et τραπεζίτης, a κερματίζω, quod interprete *Hesychio* et *Suida* est: εἰς λεπτὰ διαιρεῖν ἤγουν εἰς μικρὰ συντρίβειν. Eadem significatione gaudent iisdem testibus verba composita διακερματίζειν et κατακερματίζειν. Semel in N. T. legitur Joh. II, 14. καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους. Hi *argentarii*, a Mattheo XXI, 12. κολλυβισταὶ dicti, ideo in templi Hierosolymitani porticibus sedebant, ut siclum sanctuarii pro aliis numis permutarent. Scilicet pecunia, quæ ærario templi ex lege debebatur, numis Judaicis solvenda erat, qui ut semper in promptu essent Judæis, sedebant in atrio templi argentarii, qui numos Judaicos, Græcis et Latinis, longe vilioribus, non sine quæstu permutabant. Cf. *Salmas.* de Usuris p. 497. seq.

ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΟΝ, αίου, τό. Substantivum hoc, seu potius adjectivum nomen, ad quod subaudiendum est χρῆμα, vel πρᾶγμα, vel etiam ῥῆμα (*Aristoph.* Ran. v. 878. κεφαλαίῳ ῥήματι.) notat

1. proprie: *caput, capitulum*, a κεφαλή, *caput*.

2. ut Latinum *caput, summa rei, ad quod omnis res redit, præcipuum, primarium, summarium.* Hebr. VIII, 1. κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις summa autem dictorum est, seu, ut rem summatim complectar. *Theophyl.* τουτέστι, ἵνα εἴπω τὸ μέγιστον καὶ συνεκτικώτερον. *Polyb.* Hist. III, 5. τὰς ἐπιφανεστάτας τῶν πράξεων ἐπὶ κεφαλαίου διεληλύθαμεν. *Suid.* κεφάλαιον· ὁ Ἀπόστολος Παῦλός φησι· Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις. Κεφάλαιον ἐκεῖ τὸ μέγιστον λέγεται. *Hesych.* ἐν κεφαλαίῳ· ἐν συντόμῳ. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 411. Speciatim vero κεφάλαιον

3. in computatione adhibetur, quando plures numeri in unam summam contrahuntur, et significat *summam pecuniæ, caput in re pecuniaria*, i. q. apud nos ein Capital *a sum total*, et opponitur interdum usuris et fœnori. Sic in N. T. legitur Act. XXII, 28. ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην magna equidem pecuniæ summa comparavi mihi jus civitatis. Ita רֹאשׁ usurpatur Levit. VI, 5. Num. IV, 2. V, 7. XXXI, 26. 49. *Artemid.* I, 18. καὶ γὰρ τὰ χρήματα κεφάλαια καλεῖται. *Plutarch.* in *Aristide* p. 333. εἰς χιλίων καὶ τριακοσίων ταλάντων κεφάλαιον ἀνήγαγον. Conf. *Krebs.* Obss. Flav. p. 244.

ΚΕΦΑΛΑΙΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *in capita*, seu *summam redigo*, vel *colligo, summatim et capitulatim attingo et repeto*, i. q. ἀνακεφαλαιόω, a κεφάλαιον, quod vide. *Thucyd.* VI, c. 91. πολλὰ παρεὶς τὰ μέγιστα κεφαλαιώσω. ibid. VIII, c. 53. κεφαλαιοῦντες ἐκ πολλῶν. *Herodot.* III, c. 159. Sirac. XXXII, 9. κεφαλαίωσον λόγον ἐν ὀλίγοις πολλά. *Hesych.* κεφαλαίωσον· συντόμως συνάγαγε. *Suid.* κεφαλαίωσον· συντόμησον, συνάγαγε. Deinde vero, quemadmodum a γαστὴρ derivatur γαστρίζειν, h. e. εἰς τὴν γαστέρα τύπτειν, (ut interpretatus est *Schol. Aristoph.* Equit. 273. Vide *Aristoph.* Vesp. 1519. *Diog. Laërt.* VII, 172.) et a γνάθος, γναθόω, quod est interprete *Hesychio* εἰς γνάθους τύπτω, ita etiam κεφαλαιοῦν significat: *caput vulnerare*,

ferire, cædere. Sic semel in N. T. legitur Marc. XII, 4. λιθοξολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, *Vulgat. et illum in capite vulneraverunt,* consentiente versione Arabica. Copiose de hoc loco, variis modis tentato, disputavit *Alberti* in Obss. Philol. in N. T. p. 174—183. et *Elsner.* in Commentario ad Marcum T. III. p. 196.

ΚΕΦΑΛΗ, ῆς, ἡ, 1. proprie: *caput.* Matth. V, 36. VI, 17. X, 30. XIV, 8. 11. (ubi κεφαλὴ de *mortuo* usurpatur æque ac 1 Regg. XVII, 54. 2 Regg. IV, 8. 1 Paral. X, 10. Usus est his locis *Trillerus* in Notis ad *Thom. M.* Eclogas p. 527. ed. *Bernard.* ad labefactandam inanem *Thomæ M.* observationem, κεφαλὴν de vivis tantum hominibus ac brutis, de mortuis vero κρανίον usurpari.) ibid. XXVI, 7. XXVII, 29. 30. 37. 39. κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν. (Formula κινεῖν τὴν κεφαλήν, quæ præter h. l. Marc. XV, 29. legitur, notat: *ridere, irridere aliquem,* (Thren. II, 15.) ad imitationem formulæ Hebraicæ הֲנִיעַ רֹאשׁ Ps. XXII, 7. Job. XVI, 4. Sic Sirac. XII, 18. de malevolo aliquo dicitur κινήσει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ ἐπικροτήσει ταῖς χερσὶ, de alterius nempe calamitate et adversa fortuna. ibid. XIII, 7. Etiam apud Græcos et Latinos frequenter commemoratur hic partim iratorum, partim alios cum acerbitate illudentium gestus, v. c. *Homer.* Il. δ'. 281. et 376. ϱ'. 442. *Virgil.* Æn. XII, 894. ubi vid. *la Cerda* et *Petron.* c. 92. et 113.) Marc. VI, 24. 25. 27. 28. XV, 19. Luc. VII, 38. ubi κεφαλὴ abundat, coll. v. 44. ibid. v. 46. XII, 7. XXI, 18. 28. ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, h. e. animum vestrum, mœrore dejectum, spe lætioris fortunæ recuperate et erigite. Conf. supra ad ἀνακύπτω et ἐπαίρω dicta. Joh. XIII, 9. XIX, 2. 30. κλίνας τὴν κεφαλὴν παρέδωκε τὸ πνεῦμα inclinato capite exspiravit. ibid. XX, 12. πρὸς τῇ κεφαλῇ in loco, ubi caput ejus jacuerat. *Syrus* bene: ܡܢ ܥܠ ܡܪܫܐ ܕܝܗ *a cervicalibus ejus,* seu ab eo loco, ubi cervicalia posita fuerant. Act. XVIII, 18. XXI, 24. XXVII, 34. Rom. XII, 20. (conf. sub ἄνθραξ dicta.) 1 Cor. XI, 4. κατὰ κεφαλῆς ἔχων, subintellige κάλυμμα, (Esther. VI, 12.) vel simile quid, in capite habens, tegumentum. ibid. v. 7. XII, 21. Apoc. I, 14. IV, 4. IX, 7. 17. 19. ubi tamen pro κεφαλὰς videtur legendum esse κέντρα. ibid. X, 1. XII, 1. 3. XIV, 14. XVII, 3. 7. 9. XVIII, 19. XIX, 12.

2. tropice per synecdochen ponitur pro *toto corpore,* pro *ipso homine* et *tota persona.* Act. XVIII, 6. τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν in vos recidat hujus pertinaciæ pœna, coll. Matth. XXVII, 25. τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, et 2 Sam. I, 16. 1 Regg. II, 33. 1 Cor. XI, 4. καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ sibi ipsi injuriam facit, seu imminuit dignitatem suam. Hist. Sus. v. 55. ἐψεύσω εἰς τὴν σεαυτοῦ κεφαλήν. Habac. III, 13. Prov. X, 6. Huc etiam refero formulam κλίνειν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ *alicubi quiescere,* et *habitaculum ac domicilium habere.* Matth. VIII, 20. ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει, ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ sed Messias non sedem fixam ac propriam habet, ἄοικός ἐστι, ut *Theophylactus* explicat, *non suo utitur tecto,* ut *Hieronymus* interpretatur. Eadem formula legitur quoque Luc. IX, 58.—Ita etiam apud Græcos adhibetur κεφαλὴ (v. c. apud *Ælian.* V. H. XII. 8. *Pindar.* Olymp. VI, 103. VII, 123. Pyth. XI, 53. ubi vid. *Schol. Aristoph.* Plut. v. 526.) et κάρα apud *Eurip.* Orest. v. 237. 294. et 477.

3. *omne, quod extremum aut summum est, pars alicujus rei prominens,* i. q. τὸ ἄκρον. Hinc κεφαλὴ γωνίας est *lapis angularis, quo sustinetur ædificium.* Matth. XXI, 42. Marc. XII, 10. Luc. XX, 17. Act. IV, 11. 1 Petr. II, 7. Hebraice רֹאשׁ פִּנָּה

Ps. CXVIII, 22. ubi *Symmachus* voce ἀκρογωνιαῖος usus est. Conf. supra ad ἀκρογωνιαῖος dicta. Adde Apoc. XVIII, 9. Genes. VIII, 5. XI, 4.

4. metaphorice: *præcipua auctoritate et dignitate conspicuus, qui imperium habet, princeps, dominus*, quemadmodum etiam apud Latinos *caput* dicitur, *quidquid est præcipuum et in genere suo princeps*, v. c. apud *Ciceronem* de Oratore I, 29. *Lucanum* II, v. 855. 1 Cor. XI, 3. ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι —— ὁ Θεὸς maritus summam reverentiam debet Christo, eandem debet uxor marito, quemadmodum caput Christi, Deus. ibid. v. 4. per κεφαλὴν Christus et v. 5. maritus ex plerorumque interpretum sententia intelligendus est. Ephes. I, 22. καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ ipsumque dominum omnium Christianorum constituit. ibid. IV, 15. V, 23. ὅτι ἀνήρ ἐστι κεφαλὴ τῆς γυναικὸς, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας quemadmodum Christus gubernat et regit ecclesiam, ita et maritus uxorem regit consiliis suis. Coloss. I, 18. II, 10. 19. Sæpius non legitur in N. T. Adde Ies. IX, 14. Judd. XI, 11. κατέστησεν αὐτὸν ὁ λαὸς εἰς κεφαλὴν καὶ εἰς ἄρχηγόν. Thren. I, 5. Alex. κεφαλήν. *Symmach.* ἄρχοντας.—*Hesych.* κεφαλή· τὸ σύνηθες καὶ ὄνομα, σῶμα, ψυχὴ, ὕψος.

ΚΕΦΑΛΙΣ, ίδος, ἡ, 1. proprie: *capitulum, capitellum*, a κεφαλὴ *caput*.

2. est Latinum *umbilicus*, (conf. interpretes ad *Horat.* Epod. XIV, 6.) h. e. *summitas*, seu *extremæ partes baculorum, columnarum*, seu *cylindrorum, quibus membranæ librorum circumvolutæ erant*. Baculi autem, circa quos membranæ convolvebantur, in partibus extremis habebant capitella, h. e. figuras, capitum formas referentes: die hervorragenden Enden des Stabes, uber welches bey den Alten die Bucher gerollt wurden *the projecting ends of the rod, on which the ancients rolled their books*. Conf. *Fuller.* Miscell. Sacr. Lib. II. c. 10. et *J. H. Maii* Obss. SS. Lib. III. p. 133.

3. *ipsum volumen, membrana*. Sic semel in N. T. legitur Hebr. X, 7. ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ in volumine libri de me prædictum est, coll. Ps. XL, 7. ubi Hebraica בִּמְגִלַּת־סֵפֶר Alexandrini reddiderunt ἐν κεφαλίδι βιβλίου, *Aquila* ἐν εἰλήματι, *Symmachus* ἐν τῷ τεύχει, h. e. ἐν τῷ βιβλίῳ, interprete *Hesychio* et *Mœride*; *Incertus* autem ἐν τόμῳ transtulit. Pro מְגִלָּה *volumen* reperitur etiam in versione Alex. Ezr. VI, 2. Ezech. III, 1. 2. et 3. in fragmentis *Aquilæ* Ies. VIII, 1. Jer. XXXVI, 2. et *Symmachi* reliquiis Zachar. V, 1. *Suid.* κεφαλὶς βιβλίου· ὅπερ τινὲς εἴλημά φασιν. Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. *Schol.* ad Ezech. II, 9. in ed. *Bosiana*: κεφαλὶς βιβλίου· ἀντὶ τοῦ τόμος. οὕτω γὰρ τὸν τόμον Ἑβραῖοι προσαγορεύουσιν. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 419.

ΚΗΝΣΟΣ, ου, ὁ. Est quidem vox Latinæ originis, (a *censeo*) a præsidibus Romanis Judæis in usum recepta, ut Καῖσαρ, δηνάριον, quæ tamen non, ut Latinum *census, æstimationem facultatum et bonorum, secundum quam tributa pendebantur*, aut *descriptionem* significat, *qua singulorum civium nomina, genus et habitatio consignabantur in tabulis publicis*, sed potius notat *tributum, in singula capita imperatum et impositum, quotannis solvendum*, φόρον κεφαλικὸν, quod nos Kopfgeld *poll-tax* vocare solemus. *Gloss. Vett. tributum capitulare*, ἐπικεφάλιον, κῆνσος. Conf. *Casauboni* Exercit. Antibar. XVI, 6. p. 399. *Salmas.* ad Scriptores Historiæ Augustæ p. 215. et *Krebs.* Obss. Flav. p. 49. Matth. XVII, 25. XXII, 17. 19. νόμισμα τοῦ κήνσου numi genus in capitationis tributo pendi solitum, nempe δηνάριον, coll. Marc. XII, 15. *Hesych.* κῆνσος· εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον. Marc. XII, 14. ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; ubi non solum in *Cod.*

Cantabrig. ἐπικεφάλαιον legitur, sed etiam *Syrus* recte vertit ܟܣܦ ܪܝܫܐ. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΗ῞ΠΟΣ, ου, ὁ, *hortus*, etiam *ager* et *omnis terra, quæ colitur*, etiam *villa, omninoque omnis locus, arboribus, oleribus etc. consitus*, et æque late patet ac Hebraicum גַּן. Nam hortorum cultura, ut recte observavit *Schwarzius* in Comment. Ling. Gr. p. 782. illis temporibus in serendis arboribus et oleribus ceteraque eorum et soli ipsius cura, quam in multitudine et varietate florum et herbarum, potius versabatur. Luc. XIII, 19. ἔβαλεν εἰς κῆπον ἑαυτοῦ, coll. Matth. XIII, 31. ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ, et Marc. IV, 31. ὅταν σπαρῇ ἐπὶ τῆς γῆς. Joh. XVIII, 1. ὅπου ἦν κῆπος ubi erat villa, (quæ Matth. XXVI, 36. Γεθσημανῆ dicitur.) ib. v. 26. XIX, 41. *Joseph.* A. J. IX, 10. 4. Rex Usias ἐκηδεύθη δὲ μόνος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ κήποις, coll. X, 3. 2. *Xenoph. Œcon.* IV, 13. κῆποι—οἱ παράδεισοι καλούμενοι. Sæpius non legitur in N. T. *Phavor.* κῆπος· ὁ καταπνεόμενος τόπος πρὸς ἀνάπνευσιν, παρὰ τὸ κάπω, τὸ πνέω.

ΚΗΠΟΥΡΟ῾Σ, οῦ, ὁ, *hortulanus, inspector villæ*, οὖρος τοῦ κήπου, a κῆπος *hortus, villa*, et οὖρος *inspector*, quod est ab ὁρᾷν *videre*. *Polyb.* XVII, 6. 4. Attice scribitur κηπωρός. Conf. *Lucian.* Opp. T. I. p. 551. ed. *Reitz.* et *Jul. Polluc.* Onom. I, 222. VII, 140. Semel legitur in N. T. Joh. XX, 15. ἐκείνη δοκοῦσα, ὅτι ὁ κηπουρός ἐστι illa putans, inspectorem villæ esse.

ΚΗΡΙ΄ΟΝ, ου, τὸ, *favus*, a κηρὸς *cera*, *Hesych.* κηρίον· τὸ τῶν μελισσῶν, καὶ εἶδος πλακοῦντος. In N. T. tantum legitur Luc. XXIV, 42. καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου et aliquid de apiario favo. Alexandrini pro יַעַר, quod *sylvam*, item *favum* notat, 1 Sam. XIV, 27. pro צוּף, idem, Prov. XVI, 24. pro נֹפֶת, quod *destillationem* et synecdochice *favum* notat, posuerunt. Prov. XXIV, 13. XXVII, 7. Adde Sirac. XXIV, 20. *Xenoph. Anab.* IV, 8. 16. *Œcon.* 7, 34. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 829.

ΚΗ΄ΡΥΓΜΑ, τος, τὸ, 1. proprie: *præconium, proclamatio, quæ fit publice alta et sonora voce per præconem, annunciatio publica*, (*Demosthen.* p. 917. 24. ed. *Reiske. Thucyd.* IV, c. 114. κήρυγμα ἐποιήσατο.) etiam *edictum ipsum, per præconem proclamatum*, (*Xenoph.* Ages. I, 33.) a κήρυξ, quod vide. Cf. *Pollux* in Onom. IV, 12. s. 92. et 93. In N. T. transfertur ad prophetas et doctores religionis Christianæ, et est

2. *cohortatio, exhortatio, prædicatio.* Matth. XII, 41. μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ ad Jonæ exhortationem ad frugem redierunt. Luc. XI, 32. coll. Jon. III, 2.

3. *doctrina, quæ traditur*, et speciatim de *religione Christiana* adhibetur. Rom. XVI, 25. τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ doctrina, quam J. C. cum his in terris viveret, tradidit, i. q. εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ. 1 Cor. XV, 14. κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν falsa esset doctrina a me tradita. 2 Tim. IV, 17.

4. *ratio et modus disserendi, docendi et tradendi aliquid.* 1 Cor. I, 21. ἡ μωρία τοῦ κηρύγματος modus tradendi religionem Christianam, qui, quia omni eruditionis et subtilitatis specie caret, plerisque stultus videtur: ein ungelehrter und ungekunstelter Vortrag *an unlearned and unartificial method.* ibid. II, 4. καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου.

5. *munus tradendi et docendi religionem Christianam.* Tit. I, 3. ἐφανέρωσε τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν κηρύγματι ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΗ΄ΡΥΞ, υκος, ὁ, 1. proprie: *præco, caduceator, qui sonora voce publice quid proclamat, legatus et orator Deorum, regum et principum, qui mittitur, ut exponat et perferat eorum mandata.* Dan. III, 4. Genes. XLI, 43. Adhibebantur præcones (de quorum officiis peculiarem libellum edidit *J. F. Scherer* Argent. 1745. 4.

et *P. G. Mosebach* Frcf. 1767. 8. it. *Harles* Jen. 1760. 4.) apud veteres ad convocandum populum ad sacra, (*Homer.* Iliad. IV, 192.) ad fœdera et inducias, etiam ad bella indicenda. Eorum officium tempore antiquissimo quoque fuit victimas ad altaria ducere et mactare, ut constat ex *Homero* Od. XX, 277. In ludis publicis et certaminibus Græcorum non solum nomina et munia singulorum proclamabant, sed etiam victoribus brabeum adjudicabant, iisque coronas imponebant (vid. *Cic.* V. Ep. 12.) et apud Græcos certe honesto loco erant, nec exigua dignitate et auctoritate gaudebant. Conf. *Pollux* IV, 12. s. 92. et VIII, 9. s. 22. *Rhodiginus* in Lectt. Antiq. Lib. XXI, c. 16. p. 1168. et *Ezech. Spanhem.* ad *Juliani* Cæsares p. 140. Hinc in N. T. bene transfertur

2. ad *legatos Dei* et *præcones verbi divini*, et speciatim ad *doctores religionis Christianæ*. 1 Tim. II, 7. ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος. 2 Tim. I, 11. 2 Petr. II, 5. ubi Noachus δικαιοσύνης κήρυξ vocatur, quia coævos suos ad emendandam pravam ipsorum vivendi rationem cohortatus est. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* κήρυκες· οἱ ἄγγελοι, οἱ διάκονοι, οἱ τὰς ὑπηρετικὰς ἐπιτελοῦντες πράξεις. Confer etiam *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΚΗΡΎΣΣΩ, vel ΚΗΡΎΤΤΩ, fut. ύξω, 1. proprie: *præconem ago, præconis munere fungor, præconium facio, sonora voce publice aliquid proclamo*, a κήρυξ, quod vide. *Xenoph. Hist. Gr.* VII, 2. 21. Cf. *Wetstenii N. T.* T. I. p. 254.

2. per metaphoram: *instar præconis clamo, exclamo vehementer*. Apoc. V, 2. ἄγγελον κηρύσσοντα ἐν φωνῇ μεγάλῃ. *Xenoph. Cyrop.* IV, 5. 14.

3. *annuncio aliquid publica auctoritate*. Luc. IV, 18. κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν — κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν ad annunciandam captivis libertatem — ad edicenda tempora læta ac fausta.

4. *divulgo, dissemino, celebro*, i. q. διαφημίζω, cum quo permutatur Marc. I, 45. ἤρξατο κηρύσσειν πολλὰ καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον. ibid. V, 20. ἤρξατο κηρύσσειν ἐν τῇ Δεκαπόλει, ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς. ibid. VII, 36. Luc. VIII, 39.

5. *nomine alterius cohortor ad aliquid, moneo, jubeo, commendo, suadeo*. Marc. I, 4. κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας nomine Dei cohortatus est homines ad suscipiendum baptismum et emendandos animos. Act. X, 37. μετὰ τὸ βάπτισμα ὃ ἐκήρυξεν Ἰωάννης post baptismum, ad quem cohortatus est Johannes. Rom. II, 21. ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν qui alios a furtis abstinere jubes. Galat. V, 11. εἰ περιτομὴν ἔτι κηρύσσω si commendarem et permitterem circumcisionem. 1 Petr. III, 19. etc.

6. *doceo, instituo, trado doctrinam divinam*, et speciatim de religione Christiana usurpatur, ut sit idem, quod διδάσκειν et εὐαγγελίζεσθαι. Matth. XXIV, 14. κηρυχθήσεται τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο. Marc. XIII, 10. XIV, 9. Act. X, 42. καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ. Rom. X, 15. πῶς δὲ κηρύξουσιν; quomodo vero tradent religionem Christianam? 1 Cor. IX, 27. XV, 12. 2 Tim. IV, 2. etc.

ΚΗ̃ΤΟΣ, εος, ους, τὸ, 1. proprie: *cetus, balæna, bellua marina ingentis magnitudinis*.

2. deinde est vocabulum generale et non certam speciem piscis determinat, sed *quemlibet piscem magnum et inusitatæ molis* significat. Hinc in versione Alex. דָּג גָּדוֹל Jon. II, 1. per κῆτος redditur; adde Jon. I, 17. II, 10. *Hesych.* κῆτος· θαλάσσιος ἰχθὺς παμμεγέθης. Idem: κητόεσσα· μεγάλη, respiciens sine dubio locum *Homeri* Iliad. β'. v. 581. ubi vid. *Eustathius*. In N. T. tantum legitur Matth. XII, 40. de pisce, in quo latuit Jonas, qui tamen non fuit proprie cetus: hujus enim guttur nimis angustum est, quam ut totum hominem deglutire possit; sed canis marinus, *Carcharias* dictus, quem alii *Lamiam* et *Lemnam*

vocant, a gulæ vastitate, *ἀπὸ τοῦ ἔχειν μέγαν λαιμόν.*

ΚΗΦΑ̃Σ, ᾶ, ὁ, *Cephas.* Est cognomen Simonis, filii Jonæ, apostoli J. C. Vocabulum non Græcum est *ἀπὸ τῆς κεφαλῆς*, ut *Baronius* T. I. Annal. ann. 31. voluit, sed Syro-Chaldaicum, nempe a כֵּיפָא *lapis, petra*, ut sit idem quod Πέτρος. Joh. I, 43. 1 Cor. I, 12. III, 22. IX, 5. XV, 5. Galat. II, 9.

ΚΙΒΩΤῸΣ, οῦ, ὁ, generatim *quamcunque arcam* notat, *qua aliquid includitur*, et teste *Thom. M.* p. 532. apud veteres ita differt a *κίστη*, ut *κιβωτὸς* et *κιβώτιον* sit *ἐκ ξύλου*, *κίστη δὲ ἡ πλεκτή.* Conf. *Sallierium* ad *Thom. M.* l. l. et *Valckenar.* ad *Theocritum* p. 334. *Hesych. κιβωτός· λάρναξ ξυλίνη ἢ σορός. Suid. λάρναξ· κίστη εἰς ὑποδοχὴν ἱματίων καὶ χρημάτων. Athen.* III. p. 84. A. *Dioscorid.* III, 26. Inde in N. T. transfertur *α*) ad designandam *arcam fœderis*, in adyto repositam, laminis aureis undique obductam, in qua tabulæ legis, urna aurea, Manna habens, et virga Aaronis asservabantur, et quæ *ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης* Hebr. IX, 4. Apoc. XI, 19. Hebr. אֲרוֹן הַבְּרִית Jos. III, 14. vocatur. Erat alta et lata cubitum et dimidium, longa vero duos cubitos et dimidium. Exod. XXV, 10. *β*) ad *navem, nulla arte factam, in quam se recepit Noachus*, quæ Hebraice תֵּבָה Genes. VI, 14—19. VII, 1. 7. 9. seq. a *Josepho*, *Apollodoro* et aliis λάρναξ, et a *Philone* ξύλινον ἔργον *μέγιστον* vocatur. Matth. XXIV, 38. Luc. XVII, 27. Hebr. XI, 7. 1 Petr. III, 20. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΙΘΆΡΑ, ας, ἡ, *cithara.* Instrumentum musicum antiquissimum triangulare, ut videtur, cujus inventor *Jubal*, filius Lamechi, vulgo habetur, coll. Genes. IV, 21. *Plinio H. N.* VII, 56. est *Amphionis* inventum. Habebat chordas, quæ digitis, vel plectro pulsabantur et celebrandis Deorum laudibus olim dicata fuit. Memoratur in N. T. 1 Cor. XIV, 7. Apoc. V, 8. XIV, 2. XV, 2. *ἔχοντας κιθάρας τοῦ Θεοῦ* manu tenentes citharas, quibus laudes Dei canebant. כְּלֵי שִׁיר הָאֱלֹהִים 1 Chron. XVI, 42. 2 Chron. VII, 6. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro כִּנּוֹר, Job. XXI, 12. XXX, 31. Ies. V, 12. (*Joseph. A. J.* VII, 12. 3. *ἡ μὲν κινύρα, δέκα χορδαῖς ἐξημμένη, τύπτεται πλήκτρῳ.*) pro נְגִינָה Job. XXX, 9. et pro נֵבֶל (*Josephus.* l. l. *νάβλα δώδεκα φθόγγους ἔχουσα, τοῖς δακτύλοις κρούεται.*) 1 Sam. X, 5.

ΚΙΘΑΡΊΖΩ, fut. *ίσω*, *cithara*, etiam *lyra cano, citharam pulso*, a *κιθάρα*, quod vide. Bis tantum legitur in N. T. 1 Cor. XIV, 7. *πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον*; quomodo cognoscetur, quid tibia, aut quid cithara canatur? Apoc. XIV, 2. *καθαριζόντων ἐν ταῖς κιθάραις αὐτῶν* pulsantium citharas suas. Alexandrini pro נָגַן *manu pulsavit fides*, aut *instrumentum musicum, ad instrumentum musicum cecinit.* Ies. XXIII, 16. *Xenoph. Mem.* III, I. 4.

ΚΙΘΑΡΩΔῸΣ, οῦ, ὁ, *citharœdus, qui cithara ludit, et sua simul voce accinit*, ex *κιθάρα cithara*, et *ᾠδός*, pro *ἀοιδός, cantor*, quod ab *ἀείδω cano.* Bis legitur in N. T. Apoc. XIV, 2. *καὶ φωνὴν ἤκουσα κιθαρῳδῶν* et vocem, seu cantum audivi citharœdorum. ibid. XVIII, 22. *καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν. Phavor. κιθαρῳδός· ὁ μετὰ κιθάρας ᾄδων. Κιθαριστής· ὁ ταύτῃ χρώμενος*, h. e. qui citharam tantum pulsat, non etiam accinit. Utraque vox etiam in linguam Latinam transiit, eodemque discrimine legitur apud *Varronem* de Re Rust. II, 1. 3. " Non omnes, qui habent citharam, sunt citharœdi." *Cic.* Verr. I, c. 53.

ΚΙΛΙΚΊΑ, ας, ἡ, *Cilicia.* Nomen regionis maritimæ Asiæ minoris, seu Natoliæ, Cappadociæ, Pamphyliæ, Syriæ et mari Cilicio interjectæ, ita dictæ a *Cilice*, Phœnicis filio. Nunc Carmania vocatur. Hujus me-

tropolis fuit *Tarsus* (quæ nunc *Hama* dicitur) Pauli patria. Act. VI, 9. XV, 23. 41. XXI, 39. XXII, 3. XXIII, 34. XXVII, 5. Galat. I, 21. Cf. *Cellarii* Geogr. Plen. Lib. III, c. 4. s. 3. p. 195. seq.

ΚΙΝΑ΄ΜΩΜΟΝ et ΚΙΝΝΑ΄ΜΩΜΟΝ, ου, τὸ, *cinamomum*, seu *cinnamomum*, etiam *cinnamum*. Cortex aromaticus (qui ad odores spargendos adhibebatur, *Lucan.* X, 166.) arboris in Æthiopia maxime, insula Ceylon et montibus Malabaricis nascentis, de quo locus classicus est apud *Plin. H. N.* XII, 19. s. 42. et copiose egit *Salmasius* in Exercitt. Plin. passim, inprimis p. 1304. seq. et *Homon. Hyl. Iatr.* p. 135. *Wetstenius N. T.* T. II. p. 829. Legitur semel in N. T. Apoc. XVIII, 13. καὶ κινάμωμον καὶ ἄμωμον καὶ θυμιάματα, ubi duæ lectiones mihi quidem in unam coaluisse videntur, ut aut legendum sit καὶ κιννάμων ἄμωμον, aut καὶ κινάμωμον: nam κιννάμωμον est κίνναμον ἄμωμον, ipsa etymologia teste. Constat porro, ἄμωμον Græcis dictum esse *omne aroma, quod sincerum et non adulteratum esset*, unde *Avienus amomum* pro *cinnamomo* posuit. Qui vero lectionem, a *Griesbachio* receptam, defendunt, tuentur se auctoritate *Plinii H. N.* Lib. XII, c. 13. (*Amomum parvus est frutex, uvæ instar ex ligno in se ipsum convolutus*) et ἄμωμον de *herba quadam Assyria* (quæ a *Statio Assyrium gramen* dicitur) intelligunt, *quæ integra et radice sua nixa* βοτρυώδης *erat, et uvæ modo convoluta, sibique cohærens.* Sed hodie verum amomum ignoratur. Conf. *Salmasium* ad *Solinum* p. 400. et seq. Cæterum κιννάμωμον respondet Hebraico קִנָּמוֹן in versione Alex. Exod. XXX, 23. Prov. VII, 17. Cant. IV, 14. Semel tantum usi sunt Alexandrini hoc nomine pro קָנֶה טוֹב *calamo odorato, præstantissimo*, Jer. VI, 20. Vide et Sirac. XXIV, 17. *Plutarch.* T. VIII, p. 768. et X. p. 116. ed. *Reiske. Hesych.* κιννάμωμον· ἓν τῶν λιβανωτῶν ἢ τῶν ἀρωματικῶν, λιβάνιον, καὶ ὄρνις, καὶ πόα εὐωδεστάτη.

ΚΙΝΔΥΝΕΥ΄Ω, fut. εύσω, *periclitor, in periculo versor.* Κινδυνεύει *metuendum est, periculum est*, a κίνδυνος *periculum.* Luc. VIII, 23. καὶ ἐκινδύνευον ut periclitarentur. Act. XIX, 27. τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν periculum est, ne hoc opificium nostrum in contemtum abeat. ib. v. 40. καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι στάσεως περὶ τῆς σήμερον non sine causa metuendum nobis est, ne seditionis postulemur de hodierno concursu. 1 Cor. XV, 30. τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν; cur etiam nos semper in præsentissimis periculis versamur? Sæpius non legitur in N. T. Alex. Jon. I, 4. τὸ πλοῖον ἐκινδύνευσε τοῦ συντριβῆναι. Sirac. XXXIV, 12. πλεονάκις ἕως θανάτου ἐκινδύνευσα. *Plut.* Oth. p. 1069. B. *Arrian.* Epictet. III, 27. p. 372. Alia exempla habet *Schwarzius* in Comment. Ling. Gr. p. 785. et *Wetstenius N. T.* T. II. p. 585.

ΚΙ΄ΝΔΥΝΟΣ, ου, ὁ, *periculum, discrimen.* Rom. VIII, 35. 2 Cor. XI, 26. κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις λῃστῶν κ. τ. λ. periculis a fluminibus et per latrones, etc. Græci sine dubio scripsissent: κινδύνοις κατὰ ποταμοὺς — λῃστάς. Confer *Polyb.* I, 29. 4. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro מָצַר *angustia.* Ps. CXVI, 3.

ΚΙΝΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. *moveo, quatio, agito aliquid.* Medium κινέομαι, οῦμαι, *me moveo*, seu *vim libere agendi et me movendi habeo.* Matth. XXVII, 39. οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν prætereuntes autem convicia jaciebant in eum, motantes capita sua. Formula κινεῖν τὴν κεφαλὴν *motare caput*, quæ Hebraicæ הֲנִיעַ רֹאשׁ (Ps. XXII, 7. CIX, 25. Job. XVI, 4. etc.) respondet, de *irridentibus alios et insultantibus* usurpatur, præter h. l. et Marc. XV, 29. reperitur quoque Sirac. XII, 18. XIII, 7. Act. XVII, 28. ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμὲν per ipsum enim vivimus et vim

nos libere movendi habemus et sumus. *Arrian.* Diss. Epictet. I, 12. Conf. *Dresigium* de Verbis Mediis N. T. I, 70. p. 310. s.

2. per synecdochen et enallagen: *dimoveo, removeo, tollo, moveo loco*, i. q. ἀποκινέω. *Herodian.* VI, 1. 6. Apoc. II, 5. καὶ κινήσω τὴν λυχνίαν σου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς, qui locus metaphorice de *remotione* (2 Paral. XXXV, 15.) episcopi Ephesini a munere intelligendus esse videtur. ibid. VI, 14. καὶ πᾶν ὄρος καὶ νῆσος ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν ἐκινήθησαν et omnes montes et insulæ loco suo dejiciebantur. Etiam hunc locum plerique de insigni imperiorum et regnorum mutatione metaphorice haud male interpretantur. Huc etiam pertinet locus Matth. XXIII, 4. ubi Pharisæi et doctores Judæorum dicuntur colligere onera gravia et difficilia portatu eaque imponere humeris hominum, quæ tamen ipsi τῷ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι ne digito quidem movere ac ferre conari volunt, h. e. dictant aliis difficilia præcepta, sed ipsi ne minimum quidem observant.

3. *permoveo, excito, incito, concito*, et fere in deteriorem partem de *iis* usurpatur, *qui alios ad iram irritant*, aut *ad seditionem concitant*. Act. XXIV, 5. καὶ κινοῦντα στάσιν πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις τοις κατὰ τὴν οἰκουμένην et seditiones concitantem inter omnes ubique Judæos. Hinc κινητὴς *seditiosus* apud *Polyb.* Exc. Legat. 80. *Maxim. Tyr.* Diss. XIII, p. 136. στάσιν κινεῖς, πόλεμον κινεῖς. Conf. *Reitz.* ad *Lucian.* Opp. T. III. p. 177. Passivum κινέομαι *commoveor, turbor*, legitur Act. XXI, 30. ἐκινήθη τε ἡ πόλις ὅλη urbs tota commovebatur; ubi non solum additur: καὶ ἐγένετο συνδρομὴ τοῦ λαοῦ, sed etiam v. 31. κινεῖσθαι cum συγχύεσθαι permutatur. *Longus* Pastoral. IV. p. 242. ὅλη ἐκινεῖτο ἡ πόλις. *Herodian.* I, 3. 15. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* κινηθέντος· ὀργισθέντος. Idem: κίνημα· κίνησις, ταραχὴ, ὁρμή. Cf. quoque *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 3. 15. p. 86.

ΚΙ΄ΝΗΣΙΣ, εως, ἡ, *motio, commotio*, i. q. κίνημα, a κινέω *moveo*. In N. T. tantum extat Joh. V, 3. ἐνδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν exspectantes aquæ motum. *Xenoph. de Venat.* X, 12.

ΚΙ΄Σ, ὁ, *Kis*. Nomen proprium indeclinabile viri, qui commemoratur in N. T. Act. XIII, 21. Fuit filius Abielis, pater Sauli, primi regis in Israële. 1 Sam. IX, 1. Hebraice dicitur קִישׁ a rad. קָשָׁה *durus, difficilis fuit*. Κὶς, κιὸς, ὁ, nomen appellativum est et significat *vermem, qui in ligno et frumento nascitur*.

ΚΛΑ΄ΔΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *ramus arboris* et *quidem tener et flexibilis*, a κλάω *frango*, quia ramus tener facile frangitur. Interdum tamen dicitur κλάδος generatim *ramus arboris, aut plantæ, etiam duriusculus*. Sic v. c. Matth. XIII, 32. κλάδος tribuitur *Lampsanæ* adolescenti. ib. XXI, 8. XXIV, 32. ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται ἁπαλὸς, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ ubi ejus rami tenerescunt et folia progerminant. *Theophr.* Hist. Plant. I, cap. 2. *sarmentum, quod quoque anno gignitur*, κλάδον appellat. Marc. IV, 32. καὶ ποιεῖ κλάδους et erigit, seu profert ramos, (coll. Ps. I, 3.) XIII, 28. Luc. XIII, 19.

2. κλάδοι metaphorice *soboles, posteri*. Rom. XI, 16. οἱ κλάδοι sunt Judæi, posteri patriarcharum, qui ibidem ἡ ῥίζα vocantur. ibid. v. 17. 18. 19. 21. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo נֵצֶר et חֹטֶר usurpatur apud Ies. XI, 1. *Theophrast.* Char. XXI, 2. κλάδος Μελιταῖος soboles Melitæa; ubi videndus *Casaubonus* in Notis p. 153. Cf. quoque *Valckenar.* ad *Eurip.* Phœn. 88. et *Alberti* Obss. Philol. p. 322.

ΚΛΑ΄ΖΩ, vide ΚΛΑ΄Ω.

ΚΛΑΙ΄Ω, fut. κλαύσω, 1. *fleo, lacrymor*, et dicitur partim de oculis, (conf. *Pollux* Onom. VI, 50.) partim de hominibus. In N. T. de hominibus tantum adhibetur. Matth. XXVI, 75. ἔκλαυσε πικρῶς effuse flebat. Marc. V, 38. κλαίοντας præficas. ibid. v. 39.

XIV, 72. XVI, 10. πενθοῦσι καὶ κλαίουσι. Luc. VII, 13. 32. 38. VIII, 52. XXII, 62. Joh. XI, 31. ὑπάγει εἰς τὸ μνημεῖον, ἵνα κλαύσῃ ἐκεῖ. ibid. v. 33. XVI, 20. κλαύσετε καὶ θρηνήσετε. ib. XX, 11. 13. 15. Act. IX, 39. XXI, 13. Rom. XII, 15. κλαίειν μετὰ κλαιόντων, scil. χρὴ, vel δεῖ, in societatem doloris aliorum venite. Jacob. IV, 9. Apoc. V, 4. 5. XVIII, 9. pro κλαύσονται codices nonnulli habent κλαύσουσι. ibid. v. 11. κλαύσουσι pro κλαίουσι. Utraque lectio est merum interpretamentum. ib. v. 15. et 19.

2. *defleo, deploro, lacrymis prosequor*, et construitur partim cum accusativo, (v. c. apud *Hesiod.* Ἔργ. v. 221. et *Josephum* passim) partim cum præpositione ἐπί. Conf. *Abresch.* ad *Æschyl.* p. 593. Matth. II, 18. Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς Rachel lugebat mortuos filios. Luc. XIX, 41. ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ λέγων his verbis deploravit futuram ejus sortem. ibid. XXIII, 28. Jacob. V, 1. Jerem. XXII, 18. οὐδὲ μὴ κλαύσονται αὐτόν. ib. XXXIV, 5. Genes. XXXVII, 35.

3. *doleo.* Phil. III, 18. νῦν δὲ καὶ κλαίων λέγω nunc vero non sine summo animi dolore repeto.

4. *miser sum et infelix.* Luc. VI, 21. μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν beati, qui jam calamitosi et ærumnosi estis. ibid. v. 25. ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε nam admodum misera erit vestra conditio. 1 Cor. VII, 30. οἱ κλαίοντες ὡς μὴ κλαίοντες miseris nunc ac felicibus eadem olim erit conditio. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΛΑ'ΣΙΣ, εος, attice εως, ἡ, *fractio.* Est verbale a 2 sing. præt. pass. κέκλασαι, verbi κλάω *frango.* Formula κλάσις τοῦ ἄρτου *fractio panis*, ex usu linguæ Hebraicæ, de quo infra ad formulam κλάσαι ἄρτον exponetur, *cœnam* significat, et partim de *communi cœna*, partim de *celebratione sacræ cœnæ*, seu *Dominicæ*, in N. T. adhibetur. Luc. XXIV, 35. ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου inter edendum, seu *super cœnam*, ut loquitur *Sueton.* Vespas. cap. 22. Act. II, 42. ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου. *Syrus:* ܘܒܨܝܐ ܕܐܘܟܪܣܛܝܐ *et in fractione eucharistiæ*, coll. Act. XX, 7. et 1 Cor. X, 16. Sæpius non legitur in N. T. Cf. *Vorstii* Philol. S. p. 691. ed. *Fischeri.*

ΚΛΑ'ΣΜΑ, τος, τὸ, *fragmentum*, et speciatim: *fragmentum*, seu *frustum panis*, a 1. sing. perf. pass. κέκλασμαι, verbi κλάζω. Matth. XIV, 20. XV, 37. Marc. VI, 43. VIII, 8. 19. 20. Luc. IX, 17. Joh. VI, 12. 13. Sæpius non occurrit in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico פַּת *frustum*, Levit. II, 6. VI, 21. פֶּלַח *fragmen, segmentum*, Judd. IX, 53. 1 Sam. XXX, 12. et פְּתוֹתִים *frusta*, Ezech. XIII, 19. ἕνεκεν κλασμάτων ἄρτου. *Xenoph. de Venat.* X, 5. *Hesych.* κλάσματα· συντρίμματα, θρύμματα. Idem: θρύμματα· κλάσματα ἄρτου.

ΚΛΑΥ'ΔΗ, ης, ἡ, *Clauda*, seu *Claude.* Nomen insulæ, admodum parvæ, prope Cretam, ad angulum lateris ejus australis et occidentalis sitæ. *Ptolemæus* (III, 7.) eam Κλαῦδον vocat, *Athenæus* Κλαύδιον, aliis Γαῦλος et Γαῦδος dicitur. Conf. *Salmasii* Exercitt. Plin. p. 384. et interpretes ad Act. XXVII, 16.

ΚΛΑΥΔΙ'Α, ας, ἡ, *Claudia.* Est nomen proprium fœminæ piæ, quæ memoratur 2 Tim. IV, 21.

ΚΛΑΥ'ΔΙΟΣ, ου, ὁ, *Claudius.* Nomen viri Latinum

1. *quinti Romanorum imperatoris, filii Drusi*, hominis perversi et, teste *Suetonio* et *Eutropio*, vino, luxuriæ et omnibus vitiis deditissimi, qui memoratur in N. T. Act. XI, 28. et XVIII, 2. Anno sexto imperii ejus erat fames illa magna, de qua vaticinatus erat *Agabus* (Act. XI, 28.) et anno nono imperii omnes Judæos Roma expulit. Act. XVIII, 2. *Sueton.* Claud. c. 25. "*Judæos, impulsore Chresto assidue tumultuantes, Roma expulit.*" Tandem cum imperasset annis 13. mens. 9. et diebus 28. in-

terfectus est veneno ab uxore Agrippina.

2. tribuni Romani, qui Act. XXIII, 26. vocatur *Claudius Lysias*.

ΚΛΑΥΘΜΟ῾Σ, οῦ, ὁ, *fletus, ploratus*, a κλαίω, κλαύσω *fleo*, interposita littera θ. Matth. II, 18. θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμός ibid. VIII, 12. κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, coll. XIII, 42. 50. XXII, 13. XXIV, 51. XXV, 30. et Luc. XIII, 28. Act. XX, 37. ἱκανὸς δὲ ἐγένετο κλαυθμὸς πάντων omnes acriter flere. Sæpius non legitur in N. T. Alex. pro בָּכוּ Genes. XLV. 2. 2 Sam. XIII, 36. Job. XVI, 16. adhibuerunt.

ΚΛΑ΄Ω, ῶ, vel ΚΛΑ΄ΖΩ, fut. άσω, 1. *frango, in partes minuo. Hesych.* κλῶν· συντρίζων, κατασπῶν. In hac vero significatione tantum de panibus in N. T. usurpatum reperitur, qui apud Judæos ad modum placentarum erant ita tenues et simul duri, ut non scinderentur, sed frangerentur. Hinc formula κλᾶσαι τὸν ἄρτον in N. T. α) notat: *panem frangere, in partes comminuere*. Matth. XIV, 19. καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς τοὺς ἄρτους fractosque panes dedit discipulis populo distribuendos. ibid. XV, 36. XXVI, 26. Marc. VIII, 6. XIV, 22. Luc. XXII, 19. XXIV, 50. Act. XXVII, 35. Conf. *Xenoph.* Anab. VII, 3. 11. β.) *frangere panem et aliis dare, ut distribuatur, distribuere panem inter alios*. Marc. VIII, 19. ὅτε τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πεντακισχιλίους quum quinque panes distribui inter quinque millia. 1 Cor. XI, 24. καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε. coll. Matth. XXVI, 26. ubi additur καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς. Ies. LVIII, 7. פָּרֵס לָרָעֵב, לַחְמֶךָ coll. Ezech. XVIII, 7. לַחְמוֹ. לְרָעֵב יִתֵּן. Adde Jer. XVI, 7. Thren. IV, 4. γ) *edere panem, in partes comminutum*. 1 Cor. X, 16. τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι; panis, quem edimus in S. cœna, nonne est fruitio corporis Christi? δ) *cœnare, edere, cibum capere*. Act. XX, 11. κλάσας ἄρτον καὶ γευσάμενος, ubi alterutrum mihi redundare videtur. Speciatim vero hæc formula de *celebratione S. cœnæ* usurpatur Act. II, 46. κλῶντές τε κατ᾽ οἶκον ἄρτον per domos privatas agapas, seu S. cœnam celebrabant. ib. XX, 7. Conf. de hac formula *Vorstii* Philol. Sacr. p. 689. seq. ed. *Fischeri*.

2. metaphorice: *interficio*. 1 Cor. XI, 24. τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον corpus meum, quod pro vobis interficietur, seu morti tradetur. In codicibus nonnullis et versionibus pro κλώμενον legitur δεδομένον et θρυπτόμενον, coll. Luc. XXII, 19. Mansit apostolus in allegoria, quia panis, quem J. C. fregit, meminerat. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΛΕΙ῾Σ, ειδὸς, ἡ, 1. *clavis*, a κλείω *claudo*. Apoc. IX, 1. ἡ κλεὶς τοῦ φρέατος clavis putei. ib. XX, 1. τὴν κλεῖν (al. κλεῖδα, utraque enim forma recepta est apud Græcos. Cf. interpretes ad *Thom. M.* p. 536.) τοῦ ἀβύσσου.

2. metaphorice: *potestas, facultas regendi, agendi, gubernandi, imperium, auctoritas*, etiam *occasio, aditus*. Matth. XVI, 19. δώσω σοι τὰς κλεῖς (al. κλεῖδας) τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν tibi concedam potestatem et imperium in ecclesiam Christianam. Luc. XI, 52. ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως adimitis et præcluditis aliis occasionem perveniendi ad cognitionem. Alii vertunt: vobis commissum est munus docendi populum veram ad salutem viam; et provocant ad ritum Judæorum, quibus solemne erat, doctoribus *clavem* symboli loco tradere, quæ potestatem publice docendi et sacras litteras aperiendi sive interpretandi designaret. Conf. *Vitringa* Obss. Sacr. Lib. I. Diss. II. c. 1. §. 7. et *Ursini* Analecta Sacra T. I. Lib. V. cap. 34. seq. Apoc. I, 18. ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου καὶ τοῦ θανάτου facultatem habeo liberandi a morte et pernicie, aut dominandi inferis. Conf. præter *Wetstenium* ad h. l. *C. G. Schwarzii* D. de Diis clavigeris ad illustrandum Apoc. I, 18. Alt. 1728. 4. ibid. III, 7. ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ (οἴκου) Δαβὶδ qui

est dominus ecclesiæ Christianæ. *Eichhornio* in Comm. ad h. l. Vol. I. p. 132. κλεῖς τοῦ Δαβὶδ sunt eædem ac κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν Matth. XVI, 19. ut sensus verborum exoriatur hic: qui ad regnum divinum, quosquos voluerit, admittere potest. Sæpius non legitur in N. T. Similis locus est apud Ies. XXII, 22. δώσω αὐτῷ κλεῖδα οἴκου Δαβὶδ, ubi sermo est de Eliakimo, palatii Hierosolymis præfecto, cujus potestas clave exprimebatur, humero imponenda, vel vere, vel per intextam epomidi figuram. Cf. *P. Wesseling.* Obss. Lib. I. c. 3. et *Wollii* Notas ad *Blackwall.* Crit. Sacr. p. 167.

ΚΛΕΙ΄Ω, fut. κλείσω, 1. *claudo, concludo, occludo, includo*, ne detur alicui potestas intrandi vel exeundi. Sic dicitur v. c. de *janua*, Matth. VI, 6. κλείσας τὴν θύραν σου clam, occulte, intra privatos parietes. ibid. XXV, 10. Luc. XI, 7. Joh. XX, 19. 26. Act. V, 23. XXI, 30. Apoc. XX, 3. XX, 25.

2. metaphorice: *impedio, cohibeo, reprimo, denego.* Sic in N. T. legitur Matth. XXIII, 13. κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων præcluditis hominibus viam ad doctrinam et felicitatem Christianam. Luc. IV, 25. ὅτε ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς nubibus pluviam denegantibus. 1 Joh. III, 17. καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ et immisericors est erga eum. Apoc. III, 7. κλείει καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει. ibid. v. 8. καὶ οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτὴν nemo tibi liberum ad me aditum occludere potest. ibid. XI, 6. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΛΕ΄ΜΜΑ, τος, τὸ, *furtum, actio furandi*, a 1. sing. præt. pass. κέκλεμμαι, verbi κλέπτω *furor*. Semel in N. T. legitur Apoc. IX, 21. οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν κλεμμάτων αὐτῶν. Alex. pro גְּנֵבָה Exod. XXII, 2. 3. Genes. XXXI, 39. *Xenoph. Œconom.* XIV, 5. *Thucyd.* V, 9. *Demosthen.* p. 236. 2. et 736. 5. ed. *Reiske.*

ΚΛΕΟ΄ΠΑΣ, α, ὁ, *Cleophas.* Nomen proprium viri, quod vulgo male e Græca lingua deducunt, ut sit compositum ex κλέος *gloria* et πᾶς *omnis*, quasi *summe gloriosus*, sed ejusdem originis est cum Ἀλφαῖος, quod Hebraico חַלְפָּא respondet. Littera ח autem, quando nomina in aliam linguam transferuntur, aut plane abjicitur, aut mutatur in א, aut denique per κάππα pronunciatur, ut ex פֶּסַח fit φασέκ. Fuit hic *Cleophas*, qui alias etiam vocatur *Alphæus*, frater germanus Josephi, mariti matris Jesu et maritus Mariæ, sororis matris Jesu, pater quatuor apostolorum. Luc. XXIV, 18. Interdum contracte scribitur Κλωπᾶς, ᾶ. Joh. XIX, 25. Μαρία, ἡ τοῦ Κλωπᾶ, sc. γυνὴ, Maria, Clopæ uxor.

ΚΛΕ΄ΟΣ, έους, έους, τὸ, *gloria, celebritas, splendor nominis, fama, laus*, a κλείω *celebro, laudo*, (*Homer.* Odyss. ζ'. 418.) *celebrem reddo.* Semel in N. T. legitur 1 Petr. II, 20. ποῖον γὰρ κλέος, sc. ἐστί; quænam enim erat laus vestra? Alexandrini posuerunt pro שֶׁמַע, Job. XXVIII, 22. Adde XXX, 8. *Thucyd.* I, c. 25. κλέος ἐχόντων τὰ περὶ τὰς ναῦς. ibid. II, c. 45. *Etym. M.* κλέος· δόξα, παρὰ τὸ κλείω, τὸ δοξάζω. *Hesych.* κλέος· δόξα, τιμὴ, φήμη ἀγαθή. Cf. etiam *Thom. M.* Eclog. sub δόξα p. 246. ed. *Bernard.*

ΚΛΕ΄ΠΤΗΣ, ου, ὁ, 1. *fur*, et omnino *is, qui clam aliquid aufert et subducit*, a κλέπτω *furor*. Matth. VI, 19. 20. XXIV, 43. Luc. XII, 33. 39. Joh. X, 1. 10. XII, 6. 1 Cor. VI, 10. 1 Thess. V, 2. ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ subito et inopinato. ibid. v. 4. 1 Petr. IV, 15. 2 Petr. III, 10. Apoc. III, 3. XVI, 15.

2. metaphorice: *qui furis instar aliis magis nocet, quam saluti eorum prospicit, qui alios decipit et fallit.* Joh. X, 8. Apud Græcos κλέπτειν non solum *furari* aut *furtim subducere*, sed etiam ex adjuncto *fallere, circumvenire, decipere* notat. *Homer.* Iliad. α'. 131. seq. ζ'. 217. Cf. et Genes. XXX, 20. 26. 2 Sam. XV, 16. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΛΈΠΤΩ, fut. ἑψω, 1. *furor, furto aufero, furtim surripio*, et non solum de iis usurpatur, qui fores effringendo, muros perfodiendo, aut latrocinando aliena ad se rapiunt, sed etiam, qui omnino pravis artibus et astutis consiliis aliis res suas adimere et eripere conantur. Matth. VI, 19. 20. XIX, 18. Marc. X, 19. Luc. XVIII, 20. Joh. X, 10. Rom. II, 21. XIII, 9. Ephes. IV, 28. *Suid.* κλέπτειν· τὸ τὰ ἀλλότρια λάθρα ἀφαιρεῖσθαι, τὸ παραλογίζεσθαι. *Etym. M.* κλέπτω· τίθεται καὶ ἐπὶ τοῦ ἐξαπατᾷν καὶ παραλογίζεσθαι. *Homer.* Iliad. α'. v. 132. *Schol. Sophocl.* ad Electr. v. 56.

2. *clam aufero, subduco*, et omnino *clanculum aliquid facio*, seu *facio aliquid, ignaro et non animadvertente eo, qui illud fieri nolebat.* Matth. XXVII, 64. μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κλέψωσιν αὐτὸν ne discipuli ejus subducant. ibid. XXVIII, 13. Eodem modo גָּנַב usurpatur 2 Sam. XIX, 42. Job. IV, 12. Prov. IX, 17. Tob. I, 17. ἔθαψα αὐτοὺς κλέπτων clanculum eos sepeliebam, coll. v. 18. *Pindar.* Pyth. Δ, ε, 7. κλέπτων δὲ θυμῷ δεῖμα occultans tamen animo pavorem. *Xenoph.* Anab. IV, 6. 12. κλέπτειν τοῦ ὄρους clam occupare montem. *Ælian.* V. H. III, 47. κλέπτων τὴν τῶν Ἀθηναίων τείχισιν, ubi vid. *Perizon.* Ita etiam *furtim* apud Latinos *clanculum, tecte* notat, v. c. apud *Virg.* Æn. II, 18. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* T. II. p. 7.

ΚΛΗ̃ΜΑ, τος, τὸ, *palmes, sarmentum, virga vitea*, fortasse a κλάω *frango*, quia est *fragilis*. Joh. XV, 4. Cum palmitibus comparantur omnes Christi asseclæ, et speciatim apostoli. ib. v. 2. 5. 6. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebr. זְמֹרָה, Ezech. XV, 2. Nah. II, 2. דָּלִיּוֹת *propagines, palmites*, Ezech. XVII, 6. 7. 23. XIX, 11. et שָׂרִיגִים idem, Joël. I, 7. etc. *Apollodor.* III, 13. 7. κλῆμα ἀμπέλου. *Xenoph. Œcon.* XIX, 8. et 9. Confer et *Polluc. Onom.* I, 237. et VII, 145.

ΚΛΉΜΗΣ, εντος, ὁ, *Clemens*. Nomen proprium viri, qui commemoratur Philipp. IV, 3.

ΚΛΗΡΟΝΟΜΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *hæreditatem adeo, sortis vel hæreditatis jure obtineo, hæredito*, ex κλῆρος *sors, hæreditas*, et νέμω *tribuo, possideo*. Galat. IV, 30. οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας.

2. *ratione quacunque aliquid consequor, adipiscor, potior, possideo*, ita tamen, ut interdum adjuncta sit notio possessionis legitimæ ac perpetuæ, aut conjunctionis, qualis inter liberos ac parentes esse solet. Matth. V, 5. κληρονομήσουσιν τὴν γῆν. Conf. supra ad γῆ dicta. ibid. XIX, 29. καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει et felicitatem æternam consequetur. ibid. XXV, 34. Marc. X, 17. τί ποιήσω ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; qua ratione ad futuræ felicitatis possessionem pervenire possum? Luc. X, 25. XVIII, 18. 1 Cor. VI, 9. 10. XV, 50. Galat. V, 21. βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι alieni manebunt a felicitate æterna. Hebr. I, 4. ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα quo majorem præ illis consequutus est dignitatem. ibid. v. 14. VI, 12. κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας qui obtinuerunt bona promissa. ibid. XII, 17. 1 Petr. III, 9. Apoc. XXI, 7. Sæpius non legitur in N. T. Sic etiam יָרַשׁ usurpatur Genes. XV, 7. 8. Judd. I, 19. et נָחַל, Prov. XI, 29. XIII, 22. Ies. XLIX, 8. 1 Macc. II, 10. Sirac. IV, 13. κληρονομήσει δόξαν. ibid. VI, 1. ὄνομα πονηρὸν καὶ αἰσχύνην καὶ ὄνειδος κληρονομήσει. ibid. XX, 25. *Polyb.* Hist. II, 27. IX, 33. XV, 22. XVII, 23. κληρονομεῖν φήμην. *Suid.* κληρονομῶ· τὸ κατεξουσιάζω, τὸ κτῶμαι.

ΚΛΗΡΟΝΟΜΊΑ, ίας, ἡ, 1. proprie: *hæreditas, patrimonium, bona, a parente relicta, quæ cedunt liberis, res, hæreditate acquisita*, ab eodem. Matth. XXI, 38. καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, ubi κληρονομία vinea dicitur, quæ pars patrimonii erat. Marc. XII, 7. Luc. XII, 13. εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ

μου μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν jube fratrem mecum partiri hæreditatem æquis conditionibus. ibid. XX, 14. Hinc

2. *omne, quod quis perpetuo hæreditatis quasi jure habet et possidet, possessio.* Act. VII, 5. καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ non autem ipsi concessit in ea agrum peculiarem et proprium. Hebr. XI, 8. Sic etiam de terra, quæ unicuique familiæ Israëlitarum in Palæstinæ divisione contigit, נַחֲלָה et יְרֻשָּׁה usurpatur Jos. XIII, 23. 28. et apud Sirac. XXIV, 7. κληρονομία locum, ubi aliquis habitat, significat. Jam, quia נַחֲלָה in V. T. speciatim de occupatione et possessione Palæstinæ et felicitate, qua in hac terra sua fruebantur Judæi, dicebatur, hinc κληρονομία in N. T.

3. generatim: *felicitatem omnis generis, bona, beneficia,* et speciatim: *felicitatem, per Christum hominibus partam, in hac pariter ac futura vita,* significat. Act. XX, 32. καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσι et vobis donare cum omnibus Christianis *felicitatem æternam.* Galat. III, 18. εἰ γὰρ ἐκ νόμου ἡ κληρονομία si legis Mosaicæ observatione Abrahamo *bona promissa* contigerunt. Ephes. I, 14. ὅς ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν qui est quasi pignus *futuræ* nostræ *felicitatis.* Futura Christianorum felicitas κατ' ἐξοχήν dicitur κληρονομία in N. T. ibid. v. 18. et Coloss. III, 24. interdum tamen additur αἰώνιος, v. c. Hebr. IX, 15. aut ἀμίαντος, ἄφθαρτος καὶ ἀμάραντος. 1 Petr. I, 4. Sirac. XXII, 23. ἵνα τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ συγκληρονομήσῃς ut etiam aliquando felicioris ejus conditionis particeps fias, coll. v. 22.

4. *participatio,* i. q. μέρος, μετοχή. Ephes. V, 5. οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ non particeps erit futuræ, per Christum partæ, felicitatis. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΛΗΡΟΝΌΜΟΣ, ου, ὁ, 1. *hæres paternorum bonorum, is, ad quem aliquid per hæreditatem pervenit,* aut *cui sorte aliquid obtigit.* Ab eodem themate. Matth. XXI, 38. Marc. XII, 7. Luc. XX, 14. οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος hic est futurus hæres paternarum opum. Galat. IV, 1.

2. *qui consequitur aliquid,* s. *particeps fit alicujus rei, dominus, possessor.* Sic in N. T. legitur Rom. IV, 13. τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου ut posteri ejus occuparent ac possiderent terram Canaan. ibid. v. 14. κληρονόμοι dicuntur, qui consequuntur favorem Dei et felicitatem, Abrahami posteris promissam. ibid. VIII, 17. εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι, κληρονόμοι μὲν Θεοῦ quoniam filii sumus, etiam hæredes aliquando erimus, h. e. summæ apud Deum felicitatis cum Christo participes. Gal. III, 29. κληρονόμοι hæredes felicitatis, Abrahamo promissæ. ibid. IV, 7. κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ accipiemus bona, a Deo nobis per Christum promissa et parta. Tit. III, 7. Hebr. I, 2. ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων quem Dominum omnium constituit. ibid. VI, 17. XI, 7. ἐγένετο κληρονόμος reportavit præmia hujus fidei. Jacob. II, 5. Sæpius non legitur in N. T. Æque late patet apud Latinos vox *Hæres,* quæ, *Festo* teste, de domino ac possessore usurpatur. *Gloss. Philoxen. Heres,* κύριος, κληρονόμος.

ΚΛΗ῞ΡΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *sors,* ita, ut non solum *sortitionem,* (*Xenoph.* de Rep. Athen. I, 2. et 3.) sed etiam *instrumentum, quo sortitio fit,* significet. Sic v. c. lapilli et calculi, qui in vas conjiciuntur ad sortiendum, vel distribuendo aliquid inter plures, vel consultando seu sciscitando voluntatem divinam, κλῆρος vocantur Matth. XXVII, 35. βάλλοντες κλῆρον jacta sorte. ibid. καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον et de vestimentis meis sortem jecerunt. Marc. XV, 24. Luc. XXIII, 34. ubi loco κλῆρον in codd. nonnullis κλήρους legitur. Joh. XIX, 24. Act. I, 17. ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης et sortitione accepit hoc munus, aut, ut equidem reddere malim: et obtinuit hoc munus;

ut κλῆρος h. l. plane abundet, ibid. v. 25. λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης ut sorte accipiat hoc munus apostolicum. ibid. v. 26. ἔδωκαν κλήρους αὐτῶν et jecerunt sortes, (Hebr. נָתַן גּוֹרָל Levit. XVI, 8.) ubi κλῆροι *tabulas* notant, in quibus scripta erant nomina candidatorum muneris apostolici. ibid. ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν et sors designavit Matthiam. *Diod. Sic.* I. IV. T. I. Opp. p. 287. ed. *Wessel. Philostrat. Vit. Apoll.* III, 30. *Hom. Il.* η'. 175. *Callim. H. in Jov.* 62. *Hesych.* κλῆρος· τὸ βαλλόμενον εἰς τὸ λαχεῖν, ἢ ψῆφος. *Phavor.* κλῆρός ἐστι σημεῖον, ὅ τις ἐμβάλλει τῷ ἀγγείῳ τοῦ λαχμοῦ, ψηφὶς τυχὸν, ἢ ὀστράκιον, ἢ βῶλος ἀρούρης κ. τ. λ.

2. *quidquid alicui sorte obvenit*, (*Ælian.* V. H. VI, 1.) et generatim *omne, quod alicui contingit, sive sorte hoc fiat, sive hæreditate, sive alio modo.* Sic v. c. in N. T. κλῆρος vocatur. α) *felicitas Christianorum et in hac et in futura vita.* Act. XXVI, 18. τοῦ λαβεῖν κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις ut accipiant felicitatem illam, quæ veris Christianis destinata est, coll. XX, 32. δοῦναι κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσι. Coloss. I, 12. τῷ ἱκανώσαντι ὑμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτὶ qui participes vos reddidit felicitatis Christianorum. β) *cœtus Christianorum, curæ alicujus demandatus.* 1 Petr. V, 3. μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων ne vero tyrannidem exerceatis in cœtum Christianorum, cujus regendi et instituendi vobis demandatum est officium. Ita hunc locum, admodum vexatum, *Grotius* explicuit, quem secuti sunt omnes fere interpretes. Nec negari potest, populum Israëliticum, Deo peculiarem, נַחֲלָה vocari Deut. IV, 20. IX, 29. Nonnulli tamen, offensi maxime numero plurali, per κλήρους *facultates et opes* intelligi malunt, quibus ne abutantur, apostolus hic adhortetur presbyteros. Et profecto κλῆρος et κλῆροι apud Græcos (*Hesiod. Opp.* 37. *Dion. Cass.* XX, p. 255. LV, p. 799. ed. *Reimari. Homer. Od.* ζ'. 85.) *omnes opes ac divitias alicujus* significat, sive agris illæ constent, (Deut. X, 9. Num. XXVI, 32.) sive nummis, aliave quacunque re; speciatim vero *agros, prædia*, (*Ælian. V. H.* VI, 1. *Diog. Laërt.* I, 53. ed. *Menagii.*) quoniam olim agri sorte dividebantur colonis. *Hesych.* κλῆρος· οὐσία. *Suid.* κλῆρος· κτῆμα, οὐσία. *Etym. M.* λέγεται παρὰ Ἀθηναίοις κλῆρος καὶ μέτρον γῆς. Conf. *Grævii* Lect. Hesiod. c. 8. p. 42. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. II, 61. et *Spanh.* ad *Callim.* Hymn. in Delum v. 281. Hymn. in Pallad. v. 142.

3. *pars, portio, quæ alicui jure debetur.* Act. VIII, 21. οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος non particeps fieri hujus facultatis mereris. 2 Sam. XX, 1. *Eurip. Phœn.* 845. *Hippolyt.* 1060. [ubi vid. *Monk.*] *Hesych.* κλῆρος· μέρος.—κλήρων· μερίδων. — Idem: ἐν κλήρῳ· ἐν μερίδι.

ΚΛΗΡΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *sortior, sortem mitto, duco* s. *jacio*, a κλῆρος *sors. Demosthen.* p. 997. 16. ed. *Reiske. Xenoph. Cyrop.* IV, 5. 18. et I, 6. 19.

2. *sorte eligo aliquem. Demosthen.* p. 1136. 1. Jam quia κλῆρος etiam id notat, quod alicui ullo aliquo modo contingit, etiam κληροῦν

3. significat: *conferre aliquid in aliquem, dare, tribuere, largiri alicui aliquid*, et passivum seu medium κληροῦσθαι non solum de *eo* usurpatur, *qui sorte eligitur*, aut *per sortem aliquid adipiscitur*, sed etiam omnino de *eo, qui aliquid accipit, consequitur et possidet.* Sic semel legitur in N. T. Ephes. I, 11. ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν cujus beneficio nobis etiam contigit, seu, ut *Grotius* vertit: jus possessionis regni cœlestis accepimus. *Alciphron.* III. Epist. 49. δαίμων ἐκληρώσατό με. *Ælian.* Hist. Anim. I, 13. κληροῦσθαι τὸ λέχος. *Hesych.* κληρώσει· μερίσει. *Phavor.* κληροῦται· διαιρεῖται.

ΚΛΗ΄ΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *vocatio quæcunque*, speciatim: *invitatio ad aliquid, oblatio alicujus rei*, a καλέω

voco, invito, offero. Sic v. c. de invitatione ad convivium legitur 3 Macc. V, 14. et apud *Xenoph.* Sympos. I, 7. ἐπαινοῦντες τὴν κλῆσιν invitationem ad cœnam recusantes: de invitatione ad auxilium apud *Polyb.* II, 50. 7. Rom. XI, 29. τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ beneficia, quæ Deus hominibus offert. Nonnulli h. l. κλῆσιν de *singulari isto beneficio, quo Israëlitæ populus Deo peculiaris declarabantur,* unice intelligendum esse, statuunt, nescio quo jure. Ephes. I, 18. ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως felicitas æterna, ad quam homines invitantur religione Christiana.

2. per metonymiam: *illud ipsum, ad quod quis invitatur, et quod offertur,* (sic v. c. *ipsa cœna, ipsum convivium, ad quod quis invitatur,* κλῆσις vocatur Judith. XII, 11. ubi est i. q. πότος, aut συμπόσιον, plane ut Arabicum مدعاة *invitationem* et *cœnam* notat) et speciatim in N. T. *religio Christiana et felicitas omnis, per Christum hominibus parta et in hac et in futura vita.* Ephes. IV, 1. ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, ἧς ἐκλήθητε ut vitam agatis dignam religione et felicitate Christiana, vobis oblata. ib. v. 4. Phil. III, 14. ἡ ἄνω κλῆσις felicitas æterna eaque cœlestis, præmii loco victori proposita. 2 Thess. I, 11. ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ Θεὸς ἡμῶν ut Deus, quem veneramur, vos felicitatis Christianæ participes reddat. 2 Tim. I, 9. Hebr. III, 1. κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι quibus contigit esse tam felicibus, Christianos fieri. 2 Petr. I, 10. κλῆσις cum ἐκλογὴ permutatur.

3. pro κλητὸς, *adductus ad religionem Christianam.* 1 Cor. I, 26. βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν considerate omnes, qui e vobis amplexi sunt religionem Christianam.

4. *sors, conditio hominis externa, status externus, quem Deus cuique assignavit,* v. c. natales, sexum, ut sit aliquis Judæus, gentilis, servus, liber, etc. 1 Cor. VII, 20. ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθητε, ἐν ταύτῃ μενέτω quilibet vestrum maneat in ea conditione externa, in qua fuit, cum Christianus factus est, coll. v. 17. seq. et 21. seq. Sæpius non legitur in N. T. Bene de hoc vocabulo exposuit S. Ven. *Tittmannus* in Prol. I. de Vocabulis Œconomiæ Salutis p. 10. seq. et S. V. *Dœderlein.* in Institut. Theol. Christ. §. 233.

ΚΛΗΤΟ῾Σ, ἡ, ὸν, 1. *vocatus, invitatus ad aliquid,* etiam *is, qui mandatum ad officium aliquod obeundum accepit, electus, constitutus,* a 3 sing. præt. pass. κέκληται, verbi καλέω. Sic Paulus Rom. I, 1. 1 Cor. I, 1. se vocat κλητὸν ἀπόστολον rite constitutum apostolum.

2. speciatim *is, cui destinatum et oblatum est beneficium religionis Christianæ, sive illud vere accipiat, sive repudiet.* Nam etiam apud Judæos singularibus beneficiis a Deo præ cæteris hominibus ornatus *vocatus* dicebatur, v. c. Ies. XLVIII, 12. ubi Deus populum Judaicum vocat מְקֹרָאַי, h. e. κλητὲ, mi care! cui ego me præ aliis benignum præbeo. Matth. XX, 16. πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ multis quidem offertur religio et felicitas Christiana, sed non omnes eam amplectuntur et consequuntur; ubi diserte κλητοὶ distinguuntur a τοῖς ἐκλεκτοῖς, ut *illi* sint, *quibus destinatum et oblatum est beneficium, hi* vero, *qui illud acceperunt grato et pio animo.* ib. XXII, 14. Rom. I, 6. κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ per J. C. adducti ad religionem Christianam, (coll. 1 Regg. I, 49.) ibid. v. 7. τοῖς κλητοῖς ἁγίοις. VIII, 28. τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσι quibus benigna Dei voluntate oblata est Christianorum felicitas. 1 Cor. I, 24. κλητοῖς, Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι qui ex Judæis et gentilibus ad religionem Christianam beneficio divino sunt traducti. Jud. v. 1. Apoc. XVII, 14. Sæpius non legitur in N. T. Conf. supra sub καλέω.

ΚΛΊΒΑΝΟΣ, ου, ὁ, attice κρίβανος, *clibanus,* non *omnis generis fornacem*

notat, sed speciatim *fornacem, in qua coquuntur panes hordeacei*, et respondet Hebraico תַּנּוּר Gen. XV, 17. Levit. II, 4. XXVI, 26. Hos. VII, 4. 6, 7. Bis tantum in N. T. legitur. Matth. VI, 30. καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον sed cras in fornacem mittitur. Luc. XII. 28. *Etym. M.* κρίβανος σημαίνει τὸν κάμινον, ἔνθα ὤπτων τοὺς ἄρτους, παρὰ τὸ κρῖ (τὸ κριθάριον) καὶ τὸ βαῦνος ἡ κάμινος. Οἱ δὲ Δωριεῖς κλίβανον λέγουσι. *Schol. Aristoph.* ad Plutum v. 765. Eadem fere tradit *Thom. M.* sub κρίβανος p. 554. ed. *Bernard.* ad quem vide interpretes. *Suid.* κλίβανος· ἡ κάμινος, ἑστία. *Phavor.* φούρνος· ἡ κάμινος. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 335.

ΚΛΙ'ΜΑ, ατος, τὸ, 1. proprie: *cœli inclinatio, plaga cœli, clima*, a κλίνω *inclino*.

2. *tractus terræ, regio*, et quidem, ut *Koppius* in N. T. Vol. IV. p. 310. recte monuit, τὰ κλίματα proprie olim dicebantur *partes terræ, inter æquatorem et polos mediæ, circulisque æquatori parallelis invicem distinctæ*. Ter tantum legitur in N. T. Rom. XV, 23. ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις in his regionibus. 2 Cor. XI, 10. ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας. Galat. I, 21. τὰ κλίματα τῆς Συρίας καὶ τῆς Κιλικίας. *Suid.* κλίμα· τόπος. Vide *Wetstenii N. T.* T. II. p. 95. et *Lexicon Polybianum* s. h. v.

ΚΛΙ'ΝΗ, ης, ἡ, *lectus, in quo reclinare possumus*, ita dictus a κλίνω *inclino, reclino*. Dicitur autem in N. T. α) de *lecto tricliniari, in quo comedentes ad mensam jacebant, seu accumbebant*. *Theophr.* Char. XXII, 4. Marc. IV, 21. VII, 4. Luc. VIII, 16. XVII, 34. β) de *lecto cubiculari, in quo dormientes aut ægroti decumbebant*. Matth. IX, 2. 6. Marc. VII, 30. Luc. V, 18. Si a κράββατον distinguitur, notat lectum mollem et pretiosum, quo honoratiores et divites uti solebant, v. c. Act. V, 15. ἐκφέρειν τοὺς ἀσθενεῖς καὶ τιθέναι ἐπὶ κλινῶν καὶ κραββάτων afferebant ei ægrotos, lectis impositos, pauperes et divites. Eodem modo *Cicero* quoque discrimen posuit inter *lectum* et *grabatum*, de Divinat. II. c. 36. Interdum tamen permutantur hæ voces invicem, unde *Hesychius* κλίνην per κράββατον, *Suidas* per τὸ κραββάτιον interpretatus est. Apoc. II, 22. βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην in morbum eam conjiciam; thalamum mœchantium in lectum ægrotantium convertam, h. e. gravissimas pœnas ab ea exigam. Hinc apud *Xenoph.* Hist. Gr. V, 4. 58. κλινοπετὴς est, qui decumbit. *Syris* morbus dicitur ܡܦܠܐ ܒܥܪܣܐ *prolapsio in lectum* (*Ephræm Syr.* Opp. Syr. T. I. p. 74.) et ægrotus ܪܡܐ ܒܥܪܣܐ *projectus in lectum*. Etiam Hebræi habent שְׁכַב עַל־מִשְׁכָּב pro *ægrotavit* 2 Sam. XIII, 5. Conf. etiam dicta a me ad vocem βάλλω, et *Spicilegium II. Lexici Bieliani* p. 109. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraicis מִדָּט, 2 Sam. III, 31. IV, 7. Ps. VI, 7. עֶרֶשׂ, Deut. III, 11. Job. VII, 13. et מִשְׁכָּב 2 Chron. XVI, 14.

ΚΛΙΝΙ'ΔΙΟΝ, ίου, τὸ, *lectulus*. Diminutivum a κλίνη *lectus*. *Hesych.* κλινίδιον· κράββατος, ὑποκοριστικῶς. In N. T. tantum occurrit Luc. V, 19. et 24. ubi tamen a κλίνη non differre videtur, coll. v. 18. *Dionys. Halic.* VII, 68. et 76. *Aristoph.* Lysistr. 915. *Pollux* Onom. X, 32.

ΚΛΙ'ΝΩ, fut. ινῶ, 1. proprie: *inclino, reclino, deflecto*. Matth. VIII, 20. et Luc. IX, 58. ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει, ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ filius hominis non habet, ubi corpus suum reclinet, seu, ne sedem quidem habet propriam. Luc. XXIV, 5. κλινουσῶν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν vultum ad terram deflectentes, seu, oculos attollere non audentes. Joh. XIX, 30. Luc. IX, 12. ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν appetente vespera. ibid. XXIV, 29. κέκλικεν ἡ ἡμέρα dies jam inclinat, seu ves-

perascit, i. q. in antecedentibus πρὸς ἑσπέραν ἐστί. Κλίνειν, ut ἀποκλίνειν (*Herodot.* IV, 181.) et ἐγκλίνειν (*Arrian.* Exped. Alex. III, 4. 4.) est verbum proprium apud Græcos de sole, in vesperam inclinato, (unde apud astronomos *solis* κλίσις et ἔγκλισις reperitur) quemadmodum etiam apud Latinos *inclinare* (*Curt.* VI. c. 11. 9. *Lactant.* de Mort. Persecut. c. 24.) et apud Hebræos נָטָה (Judd. XIX, 8. עַד־נְטוֹת הַיּוֹם, scil. לַעֲרוֹב ad vesperam, coll. v. 9. et 11.) et פָּנָה Jerem. VI, 4. κέκλικεν ἡ ἡμέρα, sc. εἰς ἑσπέραν, quod additur Judd. XIX, 9.

2. *in fugam verto, fugo, recedere cogo*, aut secundum alios, *facio inclinare, deprimo.* Hebr. XI, 34. παρεμβολὰς ἀλλοτρίων ἔκλιναν, scil. εἰς φυγήν, hostium exercitus in fugam verterunt, seu, ut alii reddunt, exercitus peregrinorum depresserunt. Absolute hoc verbo in eadem significatione usus quoque est *Homer.* Iliad. ε'. v. 37. Τρῶας δ' ἔκλιναν Δαναοί. Odyss. Υ'. 59. ubi *Schol.* κλῖναν· εἰς φυγὴν ἔτρεψαν. Conf. *Eb. Palairet.* Obss. Philol. p. 491. Sic etiam apud *Liv.* I, 12. legitur: inclinatur acies.

ΚΛΙΣΙ'Α, ας, ἡ, *discubitus, ordo discumbentium* et *omnis locus, ubi aliquis recumbit*, aut *in quo discumbitur*, a 2 sing. perf. pass. κέκλισαι, verbi κλίνω *inclino, reclino.* Semel in N. T. legitur Luc. IX, 14. κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα discumbere facite omnes per quinquagenarios ordines. *Vulgatus: per convivia*, coll. Marc. VI, 39. συμπόσια, συμπόσια. 3 Maccab. VI, 31. *Joseph.* A. J. XII, 2. p. 594. ed. *Haverc. Hesychius* et *Suid.* κλισία· σκηνή. *Etym. M.* κλισία· σημαίνει δὲ τὴν σκηνὴν, *Homer.* Iliad. α'. 329.) καὶ τὸν θρόνον (*Homer.* Odyss. δ'. 123.) καὶ τὴν ἔπαυλιν, ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ κλίνεσθαι τὰ ῥέμματα. *Joseph. A. J.* XII, 2. 12.

ΚΛΟΠΗ', ῆς, ἡ, *furtum, ipsa furandi actio*, a præt. med. κέκλοπα, verbi κλέπτω *furor.* Matth. XV, 19. κλοπαί. Marc. VII, 22. Sæpius non legitur in N. T. Alex. pro גֵּנֵב Genes. XL, 15. Hos. IV, 2. Prov. IX, 17. Vide et Sapient. XIV, 25. Sirac. XLI, 19. *Xenoph. Cyrop.* I, 2. 6. *Phavor.* κλοπαί· παραλογισμοί.

ΚΛΥ'ΔΩΝ, ωνος, ὁ, *fluctus, fluctuatio, procella*, a κλύζω *eluo, abluo, lavo.* Bis tantum legitur in N. T. Luc. VIII, 24. ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος silentium imperavit vento et maris æstui. Jacob. I, 6. ὁ γὰρ διακρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ qui dubitat, similis est fluctui maris, ventis hinc inde agitato. *Hesych.* κλύδων· ἡ τοῦ ὕδατος φορὰ, ἢ κυμάτων σφοδρότης. Alex. pro סָעַר Jon. I, 4. 11, 12. Adde Prov. XXIII, 34. *Polyb.* I, 27, 4. et X, 3, 3. Apud Græcos Scriptores aliquando *aquam* vel *humorem* in genere notat, (v. c. *Hippocrat.* de Victus Ratione I. s. 15. p. 14.) quin pro *ipso* accipitur *mari*, et fluvio opponitur, (v. c. *Max. Tyrium* Diss. XL, p. 399. Sapient. XIV, 3. 5.) Ipsam quoque *tempestatem*, quæ efficit tollitque fluctus, κλύδωνα dixit *Aristoteles* de Mirab. Auscult. T. II. p. 734. et *Zonaras* Annal. XIV. T. II. p. 95.

ΚΛΥΔΩΝΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, 1. *huc et illuc fluctibus agitor et jactor, fluctuo*, et proprie est *maris, ventis agitati*, aut *navis, quæ fluctuans quaqueversum circumfertur*, a κλύδων *fluctus.*

2. metaphorice partim de *eo* usurpatur, *qui magnis et vehementibus calamitatibus opprimitur*, (Ies. LVII, 20. Sic v. c. κλύδων est i. q. θλῖψις 1 Macc. VI, 11. ubi vid. *Vulgatus.* Conf. *Glassii* Philol. Sacr. p. 1075.) partim vero, ut Latinum *fluctuare* (*Tacit.* Hist. I, c. 40. Cf. *J. F. Gronov.* Obss. II, c. 8.) de *eo* adhibetur, *qui dubius est, incertus et anceps hæret aut redditur.* Sic semel in N. T. legitur Ephes. IV, 14. κλυδωνιζόμενοι παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας agitati omni vento doctrinæ, coll. Jacob. I, 6. *Oppian.* Halieut. III, 505. νόος δέ οἱ ἠΰτε κῦμα εἰλεῖται, ad quem locum vide

Rittershus. f. 281. Cf. *Abresch.* Lectt. Aristænet. p. 48. *Elsner.* Obss. Sacr. T. II. p. 213. et *Alberti* Obss. Philol. p. 370. *Hesych.* κλυδωνίζεται· ταράττεται, παρακρούεται.

ΚΛΩΠΑ̃Σ, ᾶ, ὁ, *Clopas.* Nomen viri contractum ex Κλεόπας, quod vide supra. Legitur in N. T. Joh. XIX, 25.

ΚΝΗ΄ΘΩ, fut. κνήσω, *scalpo, frico, pruritum facio, vel moveo, titillo,* a κνάω vel κνέω vel κνῆμι *rado, scalpo, scabo, titillo.* Κνήθομαι *prurio, pruritu laboro.* Semel in N. T. legitur 2 Tim. IV, 3. κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν, pro κατὰ τὴν ἀκοήν, pruritu aurium laborantes, h. e. cupientes audire ea tantum, quæ voluptatem afferunt et aures pascunt. *Hesych.* κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν· ζητοῦντες τὶ ἀκοῦσαι καθ' ἡδονήν. Idem tradit *Alberti* Gloss. Gr. p. 163. *Chrysostomus:* κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν· τουτέστι τῆς ἡδονῆς χάριν λέγοντας καὶ τέρποντας τὴν ἀκοὴν ἐπιζητοῦντες. Conf. *Wetstenii N. T.* T. II. p. 365. Hinc substantivum κνῆσις et κνησμὸς apud *Plutarchum* T. VI. p. 479. et 638. et T. IX, p. 83. ed. *Reiske.*

ΚΝΙ΄ΔΟΣ, ου, ἡ, *Gnidus,* seu *Cnidus.* Peninsula et urbs ejusdem nominis maris Ægæi paululum infra Cretam. Act. XXVII, 7. *Strabo* XIV. p. 965. C. *Homer.* Hymn. in Apollinem v. 43.

ΚΟΔΡΑ΄ΝΤΗΣ, ου, ὁ, *quadrans.* Vox, origine Latina, quæ

1. generatim *quartam cujusque rei partem,* et in specie *quartam partem numismatis alicujus* significat. Sic v. c. *quadrans Romanus* minimum erat numismatis ærei Romani et valebat quartam partem assis semuncialis, qui pars denarii decima sexta fuit. Conf. Interpretes ad *Quinctiliani* Institutt. Oratt. Lib. VIII, c. 6. p. 747. et *Wetstenii N. T.* T. I. p. 300.

2. in N. T. *nummum apud Judæos receptum, qui chalcum atticum dimidium, seu δύο λεπτὰ æquiparabat,* notat. Scilicet, ut verbis utar Celeb. *Fischeri* Prolus. XIX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 10. seq. Judaici Scriptores (vide *Buxtorf.* Lex. Talmud. v. איסר et *Reland.* Diss. V. de Numis Samaritt. p. 189. seq.) denario quidem dant, ut Attici drachmæ, sex obolos, sed obolum, qui apud Atticos octo chalcos valuit, valuisse tradunt quatuor assarios (איסרין) sive dupondium, (שני פונדיונין) ita, ut assarii singuli octonis constiterint numulis æneis aliis, quorum quisque dictus sit פרקטה. Quum igitur as Judaicus pondere et pretio responderit assi Romanorum semunciali fere dimidio, et Græco λεπτὸν evangelistæ Hebraicum פרקטה reddiderint, quadrans δύο λεπτὰ æquiparaverit necesse est. Bis tantum legitur in N. T. Matth. V, 26. ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην donec persolveris ultimum quadrantem, h. e. omne omnino debitum, seu creditori ad assem satisfeceris. Marc. XII, 42. λεπτὰ δύο ὅ ἐστι κοδράντης. *Hesychius* et *Suid.* κοδράντης· λεπτὰ δύο. Sed *Alberti* Gloss. N. T. κοδράντην· λεπτὸν, e male intellecto loco Luc. XII, 59. Conf. *Gronov.* Mantissa Pecun. Vet. cap. III. p. 437. *Ez. Spanhemii* Diss. de Usu et Præstantia Numismatum T. I. p. 20. seq. *Meursium* Gloss. Græcobarb. p. 250. seq. et *Cangium* Gloss. Med. Græcit. p. 674.

ΚΟΙΛΙ΄Α, ας, ἡ, 1. generatim et vi etymologiæ: *omne, quod est cavum, locum cavum quemcunque* notat, ut multis exemplis docuit *Schwarzius* in Notis ad *Olearium* de Stilo N. T. p. 468. seq. Descendit enim a κοῖλος *cavus, concavus.* Hinc

2. *alvus,* seu *venter inferior, in quem excrementa ciborum recipiuntur, ventriculus,* et ita proprie differt a στόμαχος, teste *Polluce* II, 202. et *Foësio* Œcon. Hipp. p. 209. *Plutarch.* Sympos. VII, 1. p. 700. εἴπερ εἰς κοιλίαν ἐχώρει διὰ στομάχου πᾶν τὸ πινόμενον. *Herodian.* I, c. 17. §. 23. περὶ στόμαχον δὲ καὶ κοιλίαν τοῦ φαρμάκου γενομένου. Latini eandem differentiam vocum *stomachus* et *ventriculus* observant, v. c. *Plin. H. N.* I. 37. *Cicero* de N. D. II, 135. *Cels.* IV, 1. Sic legi-

tur quoque in N. T. Matth. XV, 17. εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ in ventriculum abit; nam sequitur: καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται. Marc. VII, 19.

3. *venter, ciborum receptaculum*, i. q. στόμαχος. Matth. XII, 40. ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους in stomacho ceti, coll. Jon. II, 1. ubi est in Hebraico מְעֵים, quod proprie *intestina* notat. Luc. XV, 16. ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ cupiebat saturari. 1 Cor. VI, 13. τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν esca pertinet ad ventrem et venter cibis concoquendis et digerendis inservit. Apoc. X, 9. 10. In nonnullis N. T. locis, ubi eadem significatio valet, etiam per *lucrum, commodum, utilitatem* commode reddi possit, v. c. Rom. XVI. 18. δουλεύουσιν τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ suis tantum commodis inserviunt. Phil. III, 19. ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία qui gulæ indulgent et voluptatibus, aut: qui lucri et stomachi causa judaismum suadent.

4. *uterus matris, ubi concipitur et continetur fœtus usque ad tempus partus.* Matth. XIX, 12. ἐκ κοιλίας μητρὸς ex utero matris, seu, inde a nativitate et prima ætate. Hebr. מִבֶּטֶן אִמִּי Job. I, 21. et מִמְּעֵי אִמּוֹ, Ies. XLIX, 1. Luc. I, 15. 41. ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς. ibid. v. 42. ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου fructus uteri tui, h. e. *fœtus, infans, qui* etiam Hebraice פְּרִי בֶטֶן vocatur Micha VI, 7. Vide supra dicta ad καρπός. Luc. II, 21. πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ. Joh. III, 4. Act. III, 2. XIV, 8. Galat. I, 15. *Antigon. Caryst.* Hist. Mem. c. 25.

5. *mulier, mater*, ut *uterus* apud Latinos, v. c. *Claudian.* Panegyr. v. 202. Luc. XI, 27. μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε o beatam matrem, quæ te utero gestavit! ibid. XXIII, 29. μακάριαι αἱ στεῖραι, καὶ κοιλίαι αἳ οὐκ ἐγέννησαν beatæ steriles et mulieres, quæ non pepererunt.

6. *totum corpus*, et plane abundat. Joh. VII, 38. ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος ex ejus corpore flumina aquæ fontalis emanabunt, h. e. is mea doctrina in æternum felix erit et abundabit omnibus bonis; ubi male et ridicule nonnulli metaphoram desumtam putarunt ab amphoris, magnum ventrem habentibus. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΟΙΜΆΩ, ῶ, fut. ήσω, *facio dormire*, vel *cubare alterum, sopio*. Medium κοιμάομαι, ῶμαι, 1. *dormio, obdormio, sopior, cubo*, quasi *me dormire facio*. Matth. XXVIII, 13. ἡμῶν κοιμωμένων nobis dormientibus. Luc. XXII, 45. Joh. XI, 12. εἰ κεκοίμηται: σωθήσεται si dormit, convalescet. Act. XII, 6. *Hesych.* κοιμηθέντι· κατακλιθέντι, οὐ πάντως ὑπνώσαντι. Idem: κοιμηθῆναι· κατακλιθῆναι, ὑπνῶσαι. *Diog. Laërt.* VI, 62. IX, 82. κοιμώμενος περιεπάτει ἐν τῷ ὕπνῳ.

2. metaphorice, et per euphemiam, *morior, spiritum efflo, exspiro*, et partim de *iis* usurpatur, *qui humanitatis conditione exstinguuntur*, partim vero de *iis, qui violenta morte*, aut *acerbo fato perimuntur*. Matth. XXVII, 52. πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων multi pie defuncti. Joh. XI, 11. Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται Lazarus noster amicus mortuus est. Act. VII, 60. XIII, 36. 1 Cor. VII, 39. XI, 30. XV, 6. 18. οἱ κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ martyrium passi, seu interfecti ob religionem Christianam. ib. v. 20. et 51. 1 Thess. IV, 13. 14. 15. 2 Petr. III, 4. *Sophocl.* Electra v. 510. ποντισθεὶς Μύρτιλος ἐκοιμάθη. *Callim.* Epigr. X. T. I. Opp. ed. *Ernesti* p. 284. Cf. *Joh. Meursium* in Lycophron. p. 206. *Joh. Maii* Obss. SS. Lib. IV. p. 118. et Bibl. Brem. Class. V. p. 872. Eodem modo Hebraicum שָׁכַב, quod *dormire* significat, etiam *mortem* notat Deut. XXXI, 16. XXXII, 5. 2 Regg. XX, 21. Ies. XIV, 8. (cf. *Vorstii* Philol. Sacr. c. 6. p. 199. ed. *Fischeri*) et apud Rabbinos et Talmud. דָּמַךְ *dormivit* ponitur pro *mortuus est*, teste *Buxtorfio* in Lex. Rabbin. f. 551. Eundem euphemismum sequuti sunt etiam Latini Scriptores.

Conf. *Taubmann.* ad *Plaut.* Amphitr. A. 1. Sc. 1. v. 148. et *Sud. de la Cerda* ad *Virgil.* Æn. X, v. 745. Hinc sepulcreta veterum κοιμητήρια dicebantur.

ΚΟΙ'ΜΗΣΙΣ, εως, ἡ, *dormitio, sopor, somnus gravis, quies,* a κοιμάομαι. Semel in N. T. legitur Joh. XI, 13. ὅτι περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει eum de somni sopore loqui. Legitur præterea Sirac. XLVI, 19. XLVIII, 13.

ΚΟΙΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1. proprie: *communis, ad omnes pertinens,* seu *cujus omnes participes sunt, publicus,* et opponitur τῷ ἴδιος. Sic apud *Isocrat.* in Evagor. c. 4. ἱερὸν κοινὸν templum, ad quod omnibus Græcis aditus patet. *Pindar.* Pyth. III, 3. κοινὸν ἔπος publica vota. Act. II. 44. καὶ εἶχον ἅπαντα κοινὰ et habebant omnia communia, coll. v. 45. et IV, 32. ubi verbis ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινὰ opponitur οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῶν ἔλεγεν ἴδιον εἶναι. Tit. I, 4. τὴν κοινὴν πίστιν religionem, quam uterque nostrum profitetur. Jud. v. 3. περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας de communi nostra felicitate. Vide ad h. l. *Wesselingium.*

2. metaphorice: *immundus, inquinatus, pollutus, impurus,* quia, quod est commune et a multorum manibus tractatur, facile sordescit. Speciatim vero usurpatur de *rebus, legaliter immundis, illicitis et lege Mosaica interdictis,* quemadmodum etiam apud Hebræos טָמֵא *omne* dicitur, *quod non est consentaneum legibus et institutis Judæorum.* Marc. VII, 2. κοιναῖς χερσὶ τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις ἐσθίοντας ἄρτους manibus quamvis puris, tamen ante cœnam contra instituta Judæorum illotis, cœnantes. Act. X, 14. οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον nunquam comedi cibos, lege Mosaica interdictos. ibid. v. 28. ἄνθρωπος κοινὸς dicitur *gentilis,* homo profanus, a cujus familiaritate abstinendum erat Judæis ex præscriptis legis Mosaicæ. ibid. XI, 8. Rom. XIV, 14. *Hesychius* et *Suid.* κοινόν· τὸ ἀκάθαρτον. 1 Macc. I, 47. 62. *Joseph.* A. J. XII. 12. 13. κοινοὺς ἀνθρώπους. ib. XIII, 1. 1. κοινόν βίον. Apud eundem etiam κοινοφαγία aliquoties occurrit.

3. *abominandus, detestabilis, repudiandus.* Hebr. X, 29. τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος mortem Christi contemnens, repudians, et ex adjuncto: deficiens a religione Christiana. Sæpius non legitur in N. T. *Etym. M.* κοινὸς σημαίνει τρία· τὸν μεμολυσμένον ὡς τό· Ὁ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης (ita enim reponendum loco impressi τοῦ Χριστοῦ ob locum Hebr. X, 29.) κοινὸν ἡγησάμενος. — σημαίνει καὶ τὸν μηδὲν πλέον τῶν ἄλλων διαφέροντα, (ἢ τὸ μηδὲν ἔχον πλέον τῶν λοιπῶν. *Suid.*) σημαίνει καὶ τὸν ἀναμεμιγμένον τοῖς πᾶσι.

ΚΟΙΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie: *communico, aliquid commune reddo, facio, ut aliquid ad omnes pertineat aut plures ejus participes fiant,* a κοινὸς. quod vide. *Thucyd.* I, 39. κοινώσαντες τὴν δύναμιν. ibid. IV. 4. τοῖς ταξιάρχοις κοινώσας.

2. metaphorice: *polluo, contamino, inquino, impurum et immundum reddo,* ita, ut speciatim de immunditie legali, seu de rebus dicatur, quarum usus interdictus erat lege Mosaica. Hebr. IX, 13. τοὺς κεκοινωμένους pollutos contactu cadaverum, coll. Num. XIX, 9. 11. 12—17.

3. *judico et declaro aliquid impurum et lege Mosaica interdictum* adeoque ex adjuncto: *aversor.* Act. X, 15. σὺ μὴ κοίνου noli tanquam impurum et illicitum repudiare, coll. v. 28. ib. XI, 9. Huc pertinet glossa *Hesychii:* μὴ κοίνου· μὴ ἀκάθαρτον λέγε, quæ etiam in *Alberti* Gloss. N. T. p. 72. reperitur.

4. *abominabilem reddo, inquino animum, privo favore divino.* Matth. XV, 11. 18. 20. Marc. VII, 15. 18. 20. 23.

5. *profano.* Act. XXI, 28. κεκοίνωκε τὸν ἅγιον τόπον profanavit hunc sanctum locum. Apoc. XXI, 27, πᾶν κοινοῦν, pro πᾶς κοινὸς, omnis profanus, impius, nam opponitur τῷ γεγραμμένῳ ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς. Sæpius non legitur in N. T. *Suid.* κοινοῖ. μιαίνει. *Al-*

berti Gloss. Gr. p. 114. κεκοίνωκεν· ἐμίανεν.

ΚΟΙΝΩΝΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. transitive: *communico, in commune confero, aliquid largior, impertior*, a κοινωνὸς *socius, particeps*. Rom. XII, 13. ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες eleemosynis succurrite indigentiæ Christianorum, ubi κοινωνεῖν *Theodoretus* explicat per μεταδοῦναι χρημάτων. Galat. VI, 6. κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς omni beneficiorum genere doctores vestros sublevate. *Phavor.* κοινωνείτω· ἀντὶ τοῦ μεταδιδότω.

2. intransitive: *in communionem et societatem alicujus venio, commercium cum aliquo habeo, particeps fio, participo*. Rom. XV, 27. εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη si enim beneficiorum spiritualium, ipsis proprie destinatorum, participes facti sunt gentiles. Philipp. IV, 15. οὐδεμία μοι ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως cum nulla ecclesia rationes habui expensorum et acceptorum, seu, nulla ecclesia mecum commercium habuit, quod attinet rationes etc. 1 Tim. V, 22. μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις neque particeps fias peccatorum alienorum, h. e. ne committas, ut alienorum peccatorum culpa ad te redundet. Prov. I, 11. Job. XXXIV, 8. Hebr. II, 14. κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος habent corpus humanum. 1 Petr. IV, 13. 2 Joh. v. 11. Sæpius non legitur in N. T. *Thom. M.* p. 538. ed. *Bernard.* οὐ μόνον κοινωνῶ σοι τοῦ δεῖνος, ἀντὶ τοῦ μετέχω σοι, ἀλλὰ καὶ κοινωνῶ σοι ὧν ἔχω, ἀντὶ τοῦ μεταδίδωμι. Πλάτων ἐν δευτέρῳ τῶν πολιτειῶν· τετραπλάσιον χρόνον τε καὶ πόνον ἀναλίσκειν ἐπὶ σίτου παρασκευῇ, καὶ ἄλλοις κοινωνεῖν. ἤγουν μεταδιδόναι τούτου. —— καὶ κοινωνῶ ἁπλῶς τὸ μετέχω, πρὸς γενικὴν μόνον συντασσόμενον. Cæterum notandum est κοινωνεῖν etiam a Græcis, quanquam rarius, genitivo jungi, v. c. *Artemid.* I, 49. *Diod. Sic.* I, 74. et *Long. Pastoral.* l. l. p. 9.

ΚΟΙΝΩΝΙ΄Α, ας, ἡ, 1. *communicatio*, speciatim: *communicatio beneficiorum, beneficentia, liberalitas*, et per metonymiam causæ efficientis pro effectu: *ipsum beneficium, eleemosyna, pecunia collecta*, a κοινωνὸς, quod vide. Sic legitur in N. T. Rom. XV, 26. κοινωνίαν καλεῖ τὴν ἐλεημοσύνην. 2 Cor. IX, 13. ἁπλότητι τῆς κοινωνίας εἰς αὐτοὺς ob integritatem liberalitatis vestræ erga ipsos et alios. Hebr. XIII, 16. τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. Cf. *D'Orville* ad *Chariton.* p. 135. *Phavor.* κοινωνία· ἡ ἐλεημοσύνη.

2. *participatio, communio, conjunctio, societas, consortium, fruitio, socialis conversatio*. Act. II, 42. καὶ τῇ κοινωνίᾳ καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου et communi usu sacræ cœnæ, quæ a Scriptoribus ecclesiasticis κατ' ἐξοχὴν κοινωνία vocatur v. c. apud *Dionys. Areop.* Hier. Eccles. cap. III. *Chrysost.* Homil. X. in Joh. Conf. *Suiceri* Obss. Sacr. p. 101. et *Casauboni* Exercit. Antibar. XVI, 30. p. 445. 1 Cor. I, 9. κοινωνία Ἰησοῦ Χριστοῦ conjunctio Christianorum cum Jesu, quæ est in felicitate, per Christum omnibus parta, qui religioni Christianæ convenienter vivunt. ibid. X. 16. usus panis et vini in S. cœna dicitur esse κοινωνία τοῦ αἵματος καὶ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ fruitio (i. q. μετοχὴ, interprete *Chrysostomo*, coll. v. 17.) sanguinis et corporis J. C. Possis tamen commode etiam reddere: efficit et reddit nos participes corporis et sanguinis J. C. 2 Cor. VI, 14. τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; quid commune esse potest luci cum tenebris? ubi cum vocabulis μετοχὴ et συμφώνησις permutatur. (Sirac. XIII, 2. 17.) ibid. VIII, 4. XIII, 13. ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος participes fiatis auxilii divini. Galat. II, 9. Ephes. III, 9. Philipp. I, 5. ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον ob constantiam vestram in religione Christiana. ibid. II, 1. εἴ τις κοινωνία πνεύματος si qua consensio et conjunctio animorum. ibid. III, 10. κοινωνία τῶν παθημάτων calamitatum societas. Philem. v. 6. 1 Joh. I, 3. 6. 7. Sæpius non legitur in N. T. Copiose de hac voce disputavit *P. Schaffs-*

hausen in Diss. de Vera Notione Vocabuli κοινωνία, Lips. 1738. 4. et *Joh. Floderus* in Diss. sistente vocabulum κοινωνία in Scriptis N. T. ὁμώνυμον. Upsal. 1776. 4.

ΚΟΙΝΩΝΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *liberalis, qui lubenter opibus suis aliorum paupertatem sublevat, libenter communicans*, a κοινωνός. Semel in N. T. legitur 1 Tim. VI, 18. ubi divites jubentur esse κοινωνικοί. Apud Græcos Scriptores κοινωνικὸς fere semper *hominem* designat, *qui est societatis amans, et se lubenter ad aliorum consuetudinem demittit, humanus, non austerus et fastuosus. Phavor.* κοινωνικούς· τοῦτ' ἔστι πρᾴους, προσηνεῖς, ἀτύφους, συγκαταβατικοὺς, ἀπὸ τοῦ εὐμεταδότους εἶναι κοινωνίας. Vide *Demosthen.* p. 182. 16. ed. *Reiske* et *Polyb.* II, 41. 1.

ΚΟΙΝΩΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, *socius, qui societatem iniit cum aliquo, amicus*, item, *qui ejusdem rei particeps est cum aliquo*, aut *in communionem cum aliquo venit*, a κοινὸς *communis*. Legitur in N. T. Matth. XXIII, 30. οὐκ ἂν ἤμεθα κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι κ. τ. λ. non fuissemus socii eorum profundendo sanguine prophetarum. Luc. V, 10. οἳ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ Σίμωνι qui cum Simone societatem inierant. 1 Cor. X, 18. κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσὶ profitentur se eo ipso cultores Dei, cui sacra fiunt in altari. ibid. v. 20. οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων εἶναι nollem autem vos participes fieri cultus, qui idolis præstatur. 2 Cor. I, 7. VIII, 23. κοινωνὸς ἐμὸς socius meus. Philem. v. 17. εἰ οὖν ἐμὲ ἔχεις κοινωνὸν quodsi me habes amicum tuum. Hebr. X, 33. 1 Petr. V, 1. 2 Petr. I, 4. θείας κοινωνοὶ φύσεως divinæ participes naturæ. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico חָבֵר *sodalis, socius, consors.* Prov. XXVIII, 24. Ies. I, 23. Malach. II, 14. 2 Regg. XVII, 11.

ΚΟΙ'ΤΗ, ης, ἡ, 1. proprie: *cubile, lectus*, a κεῖμαι *cubo, jaceo*. Luc. XI, 7. καὶ τὰ παιδία μετ' ἐμοῦ εἰς τὴν κοίτην (pro ἐν τῇ κοίτῃ) εἰσίν et pueri mei mecum sunt in cubili. *Xenoph.* de Mag. Equit. VII, 12. ἐκ κοίτης ἀνισταμένοις. 2 Sam. XI, 2. Ies. LVI, 10.

2. speciatim et κατ' ἐξοχὴν notat *torum genialem, lectum conjugalem*, et ex adjuncto: *matrimonium*. Hebr. XIII, 4. ἡ κοίτη ἀμίαντος torus conjugalis ne polluatur, seu, ne violate leges matrimonii. Ita etiam apud Græcos κοίτη (v. c. *Plutarch.* T. II. p. 1153. *Chariton.* II, 1. *Lucian.* Pseudomant. T. I. Opp. p. 779. Conf. *Stosch.* Archæol. Œconom. N. T. p. 17.) et εὐνὴ, et apud Latinos (v. c. *Lactant.* de Mort. Persec. c. 38.) *cubile* usurpatur, observante, *El. Palairet.* in Obss. Philol. p. 495. seq. Hinc

3. *concubitus, congressus, venereus, maxime illegitimus*, i. q. συνουσία, Rom. XIII, 13. μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις. Num. XXXI, 17. ἥτις ἔγνω κοίτην (Hebr. מִשְׁכַּב) ἄρσενος. ibid. v. 18. 35. Levit. XV, 16. 18. κοίτη σπέρματος est concubitus, cum emissione et immissione seminis conjunctus. Levit. XVIII, 23. πρὸς πᾶν τετράπουν οὐ δώσεις τὴν κοίτην σου. *Gloss. Vett.* κοίτη· *concubitus. Eurip.* Hippolyt. v. 153. κρυπτᾷ γὲ κοίτᾳ τῶν σῶν λεχέων. Eodem sensu εὐνὴ apud *Homer.* Odyss. ε'. v. 126. Cf. *El. Palairet.* l. l. p. 377.

4. per metalepsin: *ipsa proles ex concubitu*. Rom. IX, 10. ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα κ. τ. λ. quum ex uno Isaaco gravida facta gemellos, Esauum et Jacobum, peperisset. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΟΙΤΩ'Ν, ῶνος, ὁ, *cubiculum, locus domus, ubi sunt cubilia*, a κοίτη *lectus, cubile*. Semel occurrit in N. T. Act. XII, 20. τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, scil. τεταγμένον, qui præest cubiculo regis, cubicularius regis. Alex. pro חֶדֶר, חֲדָר *cubiculum, conclave*, 2 Sam. IV, 7. XIII, 10. Joël. II, 16. etiam pro מִשְׁכָּב Exod. VIII, 3. 2 Regg. VI, 12. *Hesych.* et *Phavor.* κοιτών· τὸ δωμάτιον.

ΚΟ'ΚΚΙΝΟΣ, η, ον, *coccineus, cocco tinctus, cocci colore imbutus*, a κόκκος

coccus. *Coccus* autem, quo infectores utuntur, secundum *Dioscoridem* IV. c. 48. tinctorius, frutex est parvus sarmentosus, cui grana velut lentes adhærent. Hæc delecta componuntur. Optimus est Galatiaticus et Armeniacus, deinde Asiaticus et Cilicius, postremus omnium est Hispanicus. *Plin.* H. N. IX. 41. XVI, 8. XXII, 2. *Hesych.* κόκκος· ἐξ οὗ Φοινικοῦν βάπτεται τὸ χρῶμα. Legitur in N. T. Matth. XXVII, 28. περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην circumdederunt ei chlamydem coccineam. Hebr. IX, 19. μετὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου cum aqua et lana coccinea. Apoc. XVII, 3. 4. πορφυροῦν καὶ κόκκινον, scil. ἱμάτιον, (coll. 2 Sam. I, 24.) ib. XVIII, 12. 16. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro תּוֹלַעַת aut תּוֹלָע, h. e. *coccus vermiculus*, (nam in cocco vermis inest, ad tingendum præstantior cocco ipso) Ies. I, 18. Exod. XXV, 4. Levit. XIV, 4. 6. 49. etc. pro כַּרְמִיל, 2 Chron. II, 6. 14. III, 14. et שָׁנִי *dibaphum coccineum*, Jos. II, 18. 2 Sam. I, 24. Conf. *Braun.* de Vestitu Sacerdot. Hebr. I, c. 15. §. 200. *Bochart.* Hieroz. P. II. Lib. IV. c. 27. p. 624. seq. et *Salmasii* Exercit. Plin. p. 192. seq. et 213.

ΚΟ΄ΚΚΟΣ, ου, ὁ, *granum cujuscunque generis, bacca*. Matth. XIII, 31. κόκκος σινάπεως. XVII, 20. ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκος σινάπεως si vel tantulum fidei, seu, vel minimam fidei (miraculosæ) partem haberetis. Formula proverbialis, de qua infra ad σίναπι uberius exponetur. Marc. IV, 31. Luc. XIII, 19. XVII, 6. Joh. XII, 24. ὁ κόκκος τοῦ σίτου granum tritici. 1 Cor. XV, 37. γυμνὸν κόκκον. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΟΛΑ΄ΖΩ, fut. άσω, *punio, castigo, pœnis compesco atque cohibeo petulantiam alicujus*, (unde ἀκόλαστος *qui nullis pœnis compesci ac coërceri se patitur*, Prov. XIX, 29. XX, 1. XXI, 11. Conf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 5. 25.) etiam, ut τιμωρέω, *vexo durius insontem*. *Isocrat.* Panegyr. c. 34. p. 90. οὐδεὶς ἡμῶν οὕτω αἰκίζεται τοὺς οἰκέτας, ὡς ἐκεῖνοι τοὺς ἐλευθέρους κολάζουσι. Bis tantum legitur in N. T. Act. IV, 21. μηδὲν εὑρίσκοντες πῶς κολάσωνται αὐτούς quum nullam in eos animadvertendi caussam exquirere possent. 2 Petr. II, 9. ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν impios in diem judicii puniendos servare. *Thucyd.* II, cap. 87. κολασθήσεται τῇ πρεπούσῃ ζημίᾳ. *Phavor.* κολάζω· ἀμύνομαι, εὐθύνω, τίνω, τιμωροῦμαι. Idem: κολάζω· καὶ τὸ παιδεύω, ἀφ' οὗ τὸ κεκολασμένον ἦθος, τὸ πεπαιδευμένον, καὶ ἀκόλαστον· τὸ ἀπαίδευτον.

ΚΟΛΑΚΕΙ΄Α, ας, ἡ, *adulatio, adsentatio*, a κολακεύω *adulor*, quod a κόλαξ, ακος, ὁ, *adulator, parasitus*. In N. T. tantum reperitur 1 Thess. II, 5. οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν nec unquam adulatione, s. adsentatione usus sum; nam λόγος κολακείας est idem, quod κολακεία. Conf. *Alberti* Obss. Philol. p. 475. *Phavor.* κολακεία ἐστὶν ὁμιλία πρὸς ἡδονὴν ἄνευ βελτίστου· ἢ ἕξις ὁμιλητικὴ πρὸς ἡδονὴν ὑπερβάλλουσα τὸ μέτριον, ἢ ἔπαινος ὑπὲρ τὸ πρέπον, καὶ ἀπάτη.

ΚΟ΄ΛΑΣΙΣ, εως, ἡ, *pœna, supplicium, cruciatus*, a κολάζω *punio*. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXV, 46. ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον hi abibunt ad supplicia æterna. *Ælian.* V. H. VII, 15. 1 Joh. IV, 18. ὁ φόβος κόλασιν ἔχει metus mentem humanam adfligit. Alii vertunt: *metus est impedimento amori*, ut κόλασις h. l. sit *obstaculum, impedimentum*. Cf. *L. Bos.* in Exerc. p. 290. et *Alberti* in Obss. Philol. ad h. l. et in Periculo Critico p. 36. *Hesych.* κόλασις· τιμωρία.

ΚΟΛΑΦΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, 1. proprie: *pugnis*, seu *convolutis manibus percutio, cædo et tundo, colaphum alicui infligo, colaphis cædo*, (quod Attici auctore *Thoma M.* κονδυλίζειν dixere) et ita differt a ῥαπίζω, quod significat *os palma cædere, faciem plana palma contundere*; πατάξαι τὴν γνάθον ἁπλῇ τῇ χειρί, interprete *Suida*. (a κόλαφος *compressa in pugnum manus*.) Matth.

XXVI, 67. καὶ ἐκολάφισαν αὐτὸν et colaphos inflixerunt ei. Marc. XIV, 65. Conf. *Fischeri* Prolus. III. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 5. seq.

2. metaphorice, et per synecdochen speciei pro genere: *contumeliis acerbis aliquem vexo et afficio, ignominiose tracto, gravissime affligo, pœnis afficio.* 1 Cor. IV, 11. 2 Cor. XII, 7. ubi sermo est de gravissima afflictione Pauli. 1 Petr. II, 20. εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε si heri vestri malefactorum vestrorum pœnas a vobis sumunt. In nonnullis codicibus pro κολαφιζόμενοι legitur κολαζόμενοι, quæ lectio ex interpretamento orta videtur. Similis formula est εἰς πρόσωπον δέρειν, quæ 1 Cor. XI, 20. legitur. — *Hesych.* κολαφιζόμενος· ῥαπιζόμενος. Rectius *Theophyl.* ad Matth. XXVI, 67. κολαφίζειν ἐστὶ τὸ διὰ χειρῶν πλήττειν συγκαμπτομένων τῶν δακτύλων, καὶ ἵνα ἀφελέστερον εἴπω, διὰ τοῦ γρόνθου κονδυλίζειν.

ΚΟΛΛΑ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1. proprie: *glutino, conglutino, agglutino, glutine jungo*, a κόλλα *gluten, glutinum. Pindar.* Olymp. V, 29. κολλᾷ δὲ σταδίων θαλάμων ταχέως ὑψίγυιον ἅλσος. Medium κολλάομαι.

2. metaphorice, tralatione facta ab iis, quæ visco aut glutine juncta sunt, ut Hebraicum דָּבַק, significat: *adhærere, conjungere se cum aliquo, adjungi, associari, familiariter aliquo uti, sequi, studere, sectari*, et de omni arctiore conjunctione cum re aut persona usurpatur. Luc. X, 11. τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν pulverem adhærentem calceis et vestimentis. ibid. XV, 15. ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν applicuit se civi illius regionis. Act. V, 13. τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς nullus autem procerum audebat se associare iis. ibid. VIII, 29. κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ sequere, seu comitare hunc currum. ibid. IX, 26. ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς conabatur familiariter cum Christianis versari. ib. X, 28. κολλᾶσθαι ἀλλοφύλῳ familiariter uti gentilibus. ib. XVII. 34. κολληθέντες αὐτῷ sequentes eum. Rom. XII, 9. κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ studete aliorum commodis inservire. 1 Cor. VI, 16. ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ κ. τ. λ. qui cum meretrice rem habet, unam quasi cum ea constituit personam. ib. v. 17. ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι qui addictus est cultui Domini, arctissime cum eo conjunctus est quoad animum. Sæpius non legitur in N. T. Eodem sensu דָּבַק, quod ut Arab. لَصِقَ proprie *agglutinari* notat, in V. T. usurpatur, v. c. Jer. XIII, 11. Deut. XXVIII, 60. κολληθήσονται ἐν σοί. Ruth. II, 8. κολλήθητι μετὰ τῶν κορασίων μου. 2 Regg. XVIII, 6. ἐκολλήθη τῷ Κυρίῳ. Sirac. XIX. 2. ὁ κολλώμενος πόρναις. *Plutarch.* de Polyphil. T. II. p. 94. διὸ δεῖ μὴ ῥαδίως προσδέχεσθαι μηδὲ κολλᾶσθαι τοῖς ἐντυγχάνουσι.

ΚΟΛΛΟΥ΄ΡΙΟΝ, s. ΚΟΛΛΥ΄ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, *collyrium*,

1. proprie: *parvus panis, pastillus, panis cinericius*, a κολλύρα *panis, qui pueris datur, frustulum panis, panis cinere coctus. Phavor.* κολλύρα· τὸ ἔλαττον τοῦ ἄρτου. τινὲς δὲ τὴν κολλύραν εἶδος ἄρτου· ὃ τοῖς παιδίοις διδόασι. Idem: κολλούριον· ἀπὸ τοῦ κολοβόν. κόλλιξ γὰρ ὁ ἄρτος.—κολλούρια· τὰ κολοβὰς ἔχοντα τὰς οὐράς· τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄρτων δύναται λέγεσθαι, καὶ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν φαρμάκων.

2. *medicamenti genus, quod in oculorum affectibus sumebatur.* Parabatur in oblonga, nonnunquam orbiculari forma ex spodio, et coloris cinerei erat. Dissolutum vehiculo convenienti fecibus et lippitudini oculorum opponebatur. Nomen suum accepit aut a forma et colore, quem cum κολλύρᾳ communem habebat, aut, ex aliorum sententia, ab effectu, quia fluxiones oculorum inhibebat, a κωλύω *inhibeo* et ῥοῦς *fluxio*. Multa vero hujus medicamenti (quod oculis male affectis illinebatur) genera commemorantur apud veteres, v. c. *Celsum* de Medic. VI, c. 6. *Paulum Æginet.* III. c. 22. *Hippocrat.* de Victu Acut. c. 68. *Di-*

oscor. I, c. 2. p. 130. *Plin.* H. N. XXI, c. 20. Cf. etiam *St. Blancard.* Lex. Med. p. 75. *Salmas.* Exercit. Plin. p. 182. et 936. et *Clericum* in Hist. Med. Lib. II, c. I. p. 612. seq. Semel tantum legitur in N. T. Apoc. III, 18. *καὶ κολλούριον ἔγχρισον* (supple *κατὰ*) *τοὺς ὀφθαλμούς σου* collyrio inunge oculos tuos, h. e. ad sanam mentem redi, ad idoneam cognitionem adspira. Judæi, qui etiam *κολλούριον* civitate sua donarunt, eodem sensu voce קוֹלוּרִין et קוֹלוּרִית usi sunt, teste *Schoettgenio* in Hor. Hebr. et Talm. p. 1103.

ΚΟΛΛΥΒΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *trapezita, numularius, mensarius, qui numos numis permutat cum quodam lucro pro navata opera*, a *κόλλυβος*, quod non solum *numum minutum*, (*Schol. Aristoph.* ad Pacem. v. 1199. *οὐδὲ κολλύβου· εἶδος εὐτελοῦς νομίσματος ἀντὶ τοῦ· οὐδὲ ὀβόλου.*) sed etiam *pecuniæ permutationem* (*τὴν ἀργυρίου ἀλλαγὴν*, teste *Polluce* Onom. III, c. 9. VII, 30.) significat. Damnarunt hanc vocem grammatici, v. c. *Mœris, Thomas Mag.* p. 108. et *Phrynichus* p. 82. qui Atticos voce *ἀργυραμοιβὸς* in hac re tantum usos esse docuerunt. Κολλυβιστὴς dicitur apud Græcos etiam *κερματιστὴς* respectu nummorum minutorum, quos permutabant, et *τραπεζίτης* respectu mensarum, quibus assidebant. Conf. *Salmasium* de Usuris p. 494. seq. Qui in N. T. commemorantur *κολλυβισταὶ*, Matth. XXI, 12. Marc. XI, 15. et Joh. II, 15. in porticibus templi Hierosolymitani sedebant et permutatione numorum viliorum didrachmis, aut semisiclis quæstum faciebant. Quilibet enim Judæorum annuatim vicesimo quinto die mensis Adar dimidium sicli ad templi cultum persolvere tenebatur, pro legis Mosaicæ vi Exod. XXX, 13—15. Vide *Lightfootum* ad Matth. XXI, 12. *Thom. M.* p. 539. *κολλυβιστὴς ἐπὶ τοῦ ἀργυραμοιβοῦ φησὶν ὁ Μένανδρος κ. τ. λ.* Vide ad h. l. interpretes.

ΚΟΛΛΥ'ΡΙΟΝ, ου, τὸ, vide ΚΟΛΛΟΥ'ΡΙΟΝ.

ΚΟΛΟΒΟ'Ω, ῶ, fut. *ώσω*, 1. proprie: *mutilo, detrunco, amputo*, a *κολοβὸς mutilus, mancus, truncatus*, (*Xenoph. Cyrop.* I, 4. 11.) hocque a *κολούω amputo, decurto.* Sic legitur in vers. Alex. 2 Sam. IV, 12. *καὶ κολοβοῦσι* (Hebr. וַיְקַצְּצוּ) *τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν*, et apud *Symmach.* et *Theodot.* Ies. XXVIII, 20. pro קָצַר. *Arrian.* Diss. in Epictet. II, c. 10. *κεκολόβωται τὸ σῶμα. Polyb.* I, 80, 13. Hinc *κολοβότης decurtatio* in fragmentis *Aquilæ* Exod. VI, 9. *κολοβόχειρ mutilus manu*, Levit. XXI, 18. *κολοβόῤῥιν mutilatus naso*, ib. *κολοβόκερκος cauda mutilatus.* Levit. XXII, 23. Lex. *Cyrilli* MS. Brem. *κολοβοῖ· ἐπικόπτει, ἀκρωτηριάζει.*

2. *decurto, contraho, abbrevio.* Matth. XXIV, 22. *καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι* nisi abbreviarentur dies illi, sc. excidii Hierosolymitani, nemo superstes maneret. ibid. *διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι* sed propter electos contrahentur, seu breviores reddentur dies illi. Marc. XIII, 20. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΟΛΟΣΣΑΙ', ῶν, *αἱ, Colossæ*, sive *Colosse* aut *Colossis.* Urbs celeberrima (*Plin.* H. N. V, cap. 41.) Phrygiæ majoris, regionis Asiæ minoris, sita ad Lycum et Mæandrum fluvium, haud procul a Laodicea et Hierapoli; quam ob rem Paulus Laodicenses per Colossenses salutari jussit et epistolas invicem communicari. Coloss. IV, 15. In antiquissimis et optimis codicibus scribitur urbis hujus nomen Κολασσαὶ, quam scripturam *Millius* quoque in N. T. suo secutus est. Conf. *Cellarii* Geogr. Antiq. T. II, p. 133. Cæterum hæc urbs magna et populosa, quæ, teste *Theophylacto*, etiam *Chonæ* dicta est, destructa est terræ motu cum Laodicea et Hierapoli, teste *Orosio*, (Lib. VII, c. 7.) tempore Neronis, anno Christi

66. adeoque Paulo apostolo adhuc vivente, unde apud Ptolemæum non reperitur. Semel legitur in N. T. Coloss. I, 2.

ΚΟ'ΛΠΟΣ, ου, ὁ, respondet Hebraico חֵיק et est

1. proprie: *gremium*, seu *pars inferior corporis inter femorum complexum*, 1 Regg. III, 20. ita dicta secundum grammaticos veteres, vel a *κοῖλος cavus*, quia cavus est, vel a *καλύπτω occulto*, quia vestibus tegitur et occultatur. Hinc apud Græcos etiam *uterus* κόλπος dicebatur. Conf. interpretes ad *Callim.* Hymn. in Jov. v. 15. et *Spanhem.* ad *Callim.* Hymn. in Delum v. 214.

2. *sinus, pectus, anterior corporis pars, quæ est inter duo brachia.* Ruth. IV, 16. 1 Regg. XVII, 19. Joh. XIII, 23. ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ recumbebat autem unus discipulorum Jesu in ejus sinu, h. e. proximus Jesu accumbebat. Scilicet veteres in conviviis accumbebant, ita, ut caput alterius sinum quasi et pectus alterius sibi quam proximi occuparet et expleret; et apud Romanos etiam illi, qui erant carissimi, in sinu domini accumbebant. *Xiphil.* in *Dion.* p. 352. (Cf. *P. Zornii* Bibliotheca Antiquar. Exeget. T. I. p. 536. seq.) Huc pertinent etiam formulæ loquendi sequentes: α) ἀποφέρεσθαι εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραὰμ *duci in sinum Abrahæ*, h. e. *deferri in locum, ubi cum Abrahamo cœnare* seu *felicitate æterna frui possis.* Luc. XVI, 22. β) ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Ἀβραὰμ εἶναι *in sinu Abrahæ esse*, seu *proximum Abrahamo accumbere*, h. e. *una cum Abrahamo frui felicitate æterna.* Luc. XVI, 23. καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ, pro ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ. Nam etiam apud Græcos κόλπους de unius hominis sinu dici, demonstravit *Reitz.* ad *Lucian.* Opp. T. II, pag. 246. Adde *Diog. Laërt.* I, c. 85. Confer *Joh. Floderi* κόλπος τοῦ Ἀβραὰμ Luc. XVI, 22. 23. Upsal. 1764. γ) εἶναι εἰς τὸν κόλπον τινὸς metaphorice notat: *cum aliquo arctissime conjunctum esse, alicujus familiaritate uti*, ducta metaphora ex more convivandi Hebræorum. Joh. I, 18. ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς qui eandem cum Deo habet naturam et majestatem, seu, qui cum Deo est conjunctissimus, i. q. v. 2. ὁ ὢν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. Fortasse tamen h. l. metaphora petita esse potest a parentibus, liberos parvulos blande in sinu reponentibus, ut sit: *qui est filius Dei patris dilectissimus.* Conf. *Elsneri* Obss. Sacr. p. 299. Certe apud Latinos *in sinu* aut *gremio esse* dicebantur *ii, qui admodum diligebantur et familiaritate alicujus intima fruebantur*, v. c. *Cic.* XIV, Ep. 4. "Tu vero sis in sinu semper et complexu meo." Id. pro Cluentio c. 5. et pro Cælio cap. 24.

3. per metonymiam, ut *sinus* (apud *Horat.* II. Serm. III, 172. *Virgil. Æn.* I, 234.), *pars anterior vestis laxioris, quæ sinum vel gremium tegebat et rebus excipiendis et portandis apta erat.* Ita et חֵיק usurpatur. Ruth. III, 15. Exod. IV, 6. 7. Prov. VI, 27. XVI, 23. Luc. VI, 38. μέτρον καλὸν δώσουσι εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν mensuram bonam dabunt in sinum vestrum; ubi formula διδόναι εἰς τὸν κόλπον τινὸς metaphorice de *quavis retributione et remuneratione*, de præmiis (2 Sam. XII, 8.) pariter ac pœnis usurpatur. Ies. LXV, 6. ἀνταποδώσω εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας. Jerem. XXXII, 18. Ps. LXXIX, 12. *Polyb.* III, 33. 2. et XXII, 21. 10.

4. *sinus maris, littorum curvitate conclusus*, ein Meerbusen *a gulph*, quem Itali hodie *Golfo* vocant. Act. XXVII, 39. κόλπον δέ τινα κατενόουν sinum quendam in litore animadverterunt. Sæpius non legitur in N. T. *Xenoph. Hist. Gr.* I, 4. 4. IV, 8. 10. *Demosthen.* Opp. p. 1237. l. 9. ed *Reiske:* περὶ τὸν Ἀργολικὸν κόλπον. Eodem modo *sinus* adhibetur apud *Virgilium Æn.* II, 23. *Hesychius:* κόλπος· κοῖλος τόπος παραθαλάσσιος. *Phavor.* Κόλπος·

—— εἴληπται δὲ ἐξ ὁμοιότητος τινὸς ἀπὸ θαλασσίου κόλπου, ὅς ἐστι θάλασσα δύο ἀκρωτηρίων. Idem: κόλπος· κατὰ τοὺς παλαιοὺς κυρίως θάλασσα ὑπὸ ἀκρωτηρίων περιεχομένη. Copiose de hac voce disputavit *Fesselius* in *Adverss. SS.* IV, c. 9.

ΚΟΛΥΜΒΆΩ, ῶ, fut. ήσω, *nato*. Semel in N. T. legitur Act. XXVII, 43. ἐκέλευσεν δὲ τοὺς δυναμένους κολυμβᾶν jussit, ut, qui natare possent, etc. Conf. *Symmach.* Ies. XXV, 11. *Phavor.* κολυμβᾶν· οἱ Δωριεῖς κολυφᾶν λέγουσιν, ἀπὸ τοῦ κόλους, ὅ ἐστι κολυμβοὺς φαίνεσθαι τοὺς ἐν ὕδατι, καὶ μὴ ὁλοτελεῖς. Conf. *Thom. M.* sub νεῖν p. 624. ed. *Bernard.*

ΚΟΛΥΜΒΉΘΡΑ, ας, ἡ, 1. proprie: *locus, ubi natare possumus*, a κολυμβάω *nato*. *Joseph. A. J.* XV, 3. 3.

2. *piscina, fossa fovendis piscibus destinata et apta*. Respondet Hebraico בְּרֵכָה in versione Alex. 2 Regg. XVIII, 17. Nehem. III, 15. 16. Ies. VII, 3. et apud *Symmachum* Cant. VII. 4. ubi in Alexandrina versione est λίμνη. Joh. IX, 7. 11. ἡ κολυμβήθρα τοῦ Σιλωὰμ piscina, in quam se fons Siloam effundebat.

3. *locus, arte structus, ad aquas recipiendas, ubi lavatur, balneum*, et speciatim: *ædificium super thermas*, seu *aquas medicatas, exstructum, ubi homines se lavant*. Joh. V, 2. *Syrus*: ⟨Δ⟩ ⟨Δ⟩. ib. v. 4. 7. Sæpius non legitur in N. T. *Suid.* κολυμβήθρα· ὁ κόλυμβος. ὁ κόλυμβος δὲ, ὁ τοῦ λούτρου.

ΚΟΛΩΝΊΑ, ας, ἡ, *Colonia*. Nomen Latinum, civitate Græca donatum, cujusmodi multa in N. T. leguntur. Ita dicta est a Latinis urbs, quæ a civibus, aliunde adductis, habitabatur, v. c. Colonia Agrippinensis, seu, ut vulgo dicitur, Colonia Agrippina, a colonia Agrippinæ Juliæ, Claudii imperatoris uxoris, auspiciis ducta, nomen accepit. Semel legitur hæc vox in N. T. Act. XVI, 12. πρώτη τῆς μερίδος τῆς Μακεδονίας πόλις, κολωνία prima partis Macedoniæ urbs, colonia Romana. Non erat autem Philippi proprie colonia Romana, sed urbs juris Italici. Conf. *Schwarz.* Monumenta Ingeniorum T. II, p. 65. et *Spanhemium* de Usu et Præst. Numism. Diss. IX, §. 14.

ΚΟΜΆΩ, ῶ, fut. ήσω, *comatus sum*, (*Xenoph.* de Republ. Laced. IX, 3. Id. de Re Equestri V, 8.) *comam alo, more mulierum*, *Plutarch.* T. VI. p. 717. et 718. ed. *Reiske*. a κόμη *coma*. In N. T. tantum legitur 1 Cor. XI, 14. 15. ἡ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν, ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι, γυνὴ δὲ, ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν; annon ipsa rei natura vos hoc docet, quod viro, si comam alat, dedecori sit, contra vero mulieri, si comata incedat, decorum sit? Confer *Salmasii* Epistolam de Cæsarie Virorum et Coma Mulierum. L. B. 1644. 8. *Suid.* κομᾷ· γαυριᾷ, μέγα φρονεῖ. (*Etym. M.* κομᾷν σημαίνει ὑπερηφανεύειν. Conf. *Valckenar.* ad *Ammonium* p. 128.) στεφανοῦται, χλοηφορεῖ, τριχῶν ὑπερβολῇ κοσμεῖται, ἢ περιουσίᾳ χρημάτων μεγαλαυχεῖ.

ΚΌΜΗ, ης, ἡ, *coma, comta cæsaries et curiosius culta hominis*, a κομέω *orno*. Semel in N. T. legitur 1 Cor. XI, 15. ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ coma enim loco velaminis ipsi data est. Alexandrini posuerunt pro פֶּרַע *coma*, Num. VI, 5. Ezech. XLIV, 20. et pro פְּאֵר *tiara, capitis ornamentum*, Ezech. XXIV, 23. *Suid.* κόμη· ἡ θριξὶ τῆς κεφαλῆς, coll. Lev. XIX, 27. Joh. I, 20. *Polyb.* II, 56, 7.

ΚΟΜΊΖΩ, fut. ίσω, *porto, fero, veho, apporto, adveho, adduco*. Luc. VII, 37. κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου afferens vasculum unguentarium. *Arrian.* Exped. Alex. VII, 22. ὅτι τὸ διάδημα τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐκόμισεν. 3 Esdr. IV, 5. τῷ βασιλεῖ κομίζουσι πάντα. ibid. v. 39. Sapient. XVIII, 21. *Eurip.* Phœn. v. 1655. *Hesych.* κομίζων· ἐπιφέρων. Medium Κομίζομαι, fut. κομίσομαι, attice, κομιοῦμαι, *porto, fero aliquid, quod meum est*, seu *in meum usum affero mihi*, et speciatim

1. *recipio, quod antea meum fuit, recupero, redditum accipio.* Matth. XXV, 27. *καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ* et reversus ego recepissem pecuniam meam cum fœnore a mensariis. Hebr. XI, 19. de Abrahamo, qui filium suum *ἐκομίσατο ἐν παραβολῇ* præter omnem expectationem recepit. Genes. XXXVIII, 20. *κομίσασθαι* (Hebr. לָקַח) *παρὰ τῆς γυναικὸς τὸν ἀρραβῶνα.* Hos. II, 9. *κομιοῦμαι τὸν σῖτόν μου καθ' ὥραν αὐτοῦ.* 2 Macc. X, 1. *Cebes* Tab. c. 21. *ἐπὶ τούτῳ ἔλαβον τὰ θέματα ἐφ' ᾧ οὐδὲν κωλύει τὸν θέμενον πάλιν κομίσασθαι. Polyb.* X, 34. 3. Alia loca dedit *Kypke* in Obss. Sacr. T. I. p. 127. et *Krebs.* in Obss. Flav. p. 385.

2. *accipio, reporto, consequor, obtineo.* Hebr. X, 36. *κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν* consequamini, quod vobis promissum est. ibid. XI, 40. *οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν* non acceperunt illud, quod promissum ipsis erat. 1 Petr. I, 9. *κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως* reportantes præmia fidei vestræ. ibid. V, 4. *κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον* præmii loco reportabitis immarcescibilem felicitatis coronam. (Dixit quoque in Activo *κομιεῖ* pro *κομίσει*, *Herodotus* in *Euterpe* c. 121.) 2 Petr. II, 13. *κομιούμενοι μισθὸν ἀδικίας* justas impietatis pœnas luent. 2 Macc. VIII, 33. *τὸν ἄξιον τῆς δυσσεβείας ἐκομίσατο μισθόν.* 1 Macc. XIII, 37. *τὸν στέφανον τὸν χρυσοῦν κεκομίσμεθα.* Tob. VII, 12. *Arrian.* Exped. Alex. V, 27. *τὰ ἆθλα τῶν πόνων οἱ πολλοὶ ἤδη κεκομισμένοι.*

3. *mercedem*, seu *remunerationem accipio*, in utramque partem, ac de pœnis æque ac virtutis et recte factorum præmiis usurpatur. 2 Cor. V, 10. *ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακὸν* ut quilibet reportet mercedem eorum, quæ in hac vita fecit, sive recte, sive male factorum. Ephes. VI, 8. *ὅ ἐάν τι ἕκαστος ποιήσῃ ἀγαθὸν, τοῦτο κομιεῖται παρὰ τοῦ Κυρίου* quilibet recte factorum præmia a Domino accipiet. Coloss. III, 25. *ὁ ἀδικῶν κομιεῖται, ὃ ἠδίκησε* injuste agens hujus injustitiæ suæ pœnas dabit Deo. Sæpius non legitur in N. T. Levit. XX, 17. *ἁμαρτίαν κομιοῦνται* peccati pœnam sustinebunt.

ΚΟΜΨΟΣ, ἡ, ὸν, proprie de vestitu et habitu corporis usurpatur et significat: *venustum, bellum, elegantem; Polyb.* XXX, 20, 3. ad animum vero translatum *hominem ingeniosum* notat. Vide *Phavorinum* sub h. v. Hinc adverbium *κομψῶς belle, bene, eleganter, venuste, lepide*, et in comparativo *κομψότερον melius*, quod semel in N. T. legitur Joh. IV, 52. *ἐπύθετο οὖν παρ' αὐτῶν τὴν ὥραν ἐν ᾗ κομψότερον ἔσχε* sciscitatus est ab iis horam, qua se melius habere (h. e. convalescere, *Cic.* ad Familiar. XVI. Ep. 22.) cœpisset. *Syrus* habet ܐܬܬܩܢ h. e. *convaluit, sanitati restitutus est.* Κομψῶς ἔχειν dixit quoque *Arrianus Diss. Epictet.* III. c. 10. *Hesych. κομψότερος· βελτιώτερον, ἐλαφρότερον.*

ΚΟΝΙΑ΄Ω, et ΚΟΝΙΑ΄ΖΩ, fut. *άσω*, 1. proprie: *pulvere conspergo, pulvere impleo*, a *κονία pulvis.* Job. XXXVIII, 38. Alex. pro עָפָר et *cinis, τέφρα, σποδὸς*, interprete *Hesychio. Themist.* Orat. VII, p. 91. *τοὺς ἀγγέλους τοὺς ἐκ τῶν προαστείων κεκονιαμένους. Symmach.* 2 Sam. I, 2. אֲדָמָה עַל־רֹאשׁוֹ *κεκονιασμένος.* Jam, quia *κονία, κονίαμα* (*Joseph. A. J.* IV, 8. 3. *Diod. Sic.* XX, p. 411. ed. *Wesseling.*) et *κόνις* non solum *pulverem*, sed etiam *calcem* notat, (conf. Deut. XXVII, 2. Amos II, 1. Lex. *Cyrilli* MS. *κονία· ἡ λευκασία.*) etiam *κονιᾷν*

2. *dealbare, calce obducere* notat et respondet Hebraico שָׂוַד *linivit, calce dealbavit*, Deut. XXVII, 2. 4. Sic bis legitur in N. T. Matth. XXIII, 27. *παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις* similes estis sepulcris dealbatis, h. e. vos specie tantum pii estis, seu pietatis specie alios fallitis. Solebant scilicet Judæi, quibus interdictum erat loca immunda adire, ne polluerentur,

sepulcra calce, aqua temperata, obducere et ita signare. Conf. *Pocock.* Nott. Miscell. c. 5. Act. XXIII, 3. τοῖχος κεκονιαμένος paries, calce obductus, metaphorice is dicitur, qui aliis mendacio pietatis imponit, hypocrita, quem *Seneca* vocat hominem, ad similitudinem parietum extrinsecus cultum. *Phavor.* κονιᾷν λέγεται τὸ διὰ τιτάνεως χρίειν τινὰ τοῖχον, τίτανις δὲ λέγεται ἡ κοινῶς ἄσβεστος, et κεκονιασμένος τοῖχος, ὁ ἀσβέστῳ κεχρισμένος. Conf. etiam *Thom. M.* p. 521. ed. *Bernard.*

ΚΟΝΙΟΡΤΟ῾Σ, οῦ, ὁ, *pulvis, pulvis excitatus et in aërem elevatus* (i. q. κόνις ὀρτή. Componitur enim ex κόνις *pulvis* et ὄρω *excito, concito*). Legitur in N. T. Matth. X, 14. ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν excutite pulverem pedum vestrorum, et hoc modo significate iis, vos nihil amplius commercii cum iis habituros esse. Luc. IX, 5. X, 11. Act. XIII, 51. XXII, 23. κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα pulverem in aërem jacientibus; qua actione symbolica, apud Judæos recepta, summa alicujus abominatio et desiderium eum e medio tollendi significabatur. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebr. אָבָק, Exod. IX, 9. Ies. V, 24. et עָפָר Deut. IX, 21. *Xenoph. Cyrop.* VI, 3. 3. *Polyb.* V, 8. 1. *Phavor.* κονιορτός· ὁ χοῦς, παρὰ τὸ ὄρω, τὸ διεγείρω κ. τ. λ.

ΚΟΠΑ῾ΖΩ, fut. άσω, 1. proprie: *quiesco gravi defatigatus labore*, a κόπος *labor*. *Hesych.* κόπασον· ἡσύχασον. Idem: ἐκόπασεν· ἐπαύσατο.

2. *cesso, sedor*, de quiete rerum inanimatarum, quæ vehementem aliquam commotionem sequitur. Sic ter tantum legitur in N. T. de vento. Matth. XIV, 32. Marc. IV, 39. et VI, 51. ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος sedata est tempestas. *Vulgatus: cessavit ventus.* Genes. VIII, 1. καὶ ἐκόπασε τὸ ὕδωρ, pro Hebr. שָׁכַךְ. Jon. I, 11. 12. ἡ θάλασσα κοπάσει, pro Hebr. שָׁתַק *siluit, quievit, tranquillus fuit.* Sirac. XLIII, 23. *Herodot.* VII, 191.

ΚΟΠΕΤΟ῾Σ, οῦ, ὁ, *planctus, mœror et luctus, qui pectus tundendo indicatur*, a κόπτομαι *plango*, hocque a κόπτω *ferio, cædo, percutio*, eo quod plangentes pectus ferire et percutere solebant. Semel in N. T. legitur Act. VIII, 2. καὶ ἐποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ᾽ αὐτῷ eumque vehementer luxerunt. In versione Alexandrina respondet Hebraico מִסְפֵּד Genes. L, 10. ἐκόψαντο αὐτὸν κοπετὸν μέγαν. Esther. IV, 3. Ies. XXII, 12. *Dionys. Hal. Ant.* II, p. 90. κοπετοὺς ἔχουσα καὶ θρήνους γυναικῶν. *Macarius Homil.* XV. p. 184. πλούσιος ἀνὴρ ἐὰν ἀποθάνῃ, μετὰ μελῳδιῶν καὶ θρήνου καὶ κοπετοῦ ἐκκομίζεται κ. τ. λ. *Hesych.* κοπετός· κομμός, θρῆνος μετὰ ψόφου χειρῶν. Conf. *Geierum* de Luctu Hebr. c. 14. §. 4.

ΚΟΠΗ῾, ῆς, ἡ, 1. proprie: *sectio, incisio*, a præt. med. κέκοπα, verbi κόπτω, *cædo, scindo.*

2. *cædes, strages.* In N. T. tantum legitur Hebr. VII, 1. ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων cæsis, victis et profligatis regibus, coll. Genes. XIV, 17. ubi Hebraico הַכּוֹת respondet.

ΚΟΠΙΑ῾Ω, ῶ, fut. άσω, 1. proprie de *opera manuum* dicitur estque *laboro, molestos labores tracto, quibus corpus defatigatur ac vires exhauriuntur*, a κόπος *labor gravis, molestia.* Sic v. c. speciatim ut *labor* apud Latinos (v. c. *Virgil. Georg.* I, 150.) de agricolis usurpatur Joh. IV, 38. ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ἃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε ego vos misi ad metendos fructus, quos non consevistis. ibid. ἄλλοι κεκοπιάκασι alii coluerunt arva. 2 Tim. II, 6. τὸν κοπιῶντα γεωργὸν qui tellurem exercendo victum sibi parat. Conf. *Pollucis* Onom. I, 12. III, c. 5. Adde Act. XX, 35. 1 Cor. IV, 12. Ephes. IV, 28. Luc. V, 5. XII, 27.

2. *operam impendo*, et speciatim de doctoribus religionis Christianæ adhibetur. Rom. XVI, 6. ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς quæ nos omnibus modis adjuvit. ib. v. 12. τὰς κοπιώσας

ἐν Κυρίῳ quæ multum religionis Christianæ causa laborem curamque susceperunt. 1 Cor. XV, 10. περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα majorem operam impendi tradendæ et propagandæ religioni Christianæ, seu, plus studio meo propagandi religionem Christianam effeci. ibid. XVI, 16. τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι. Galat. IV, 11. μήπως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς me frustra vos instituisse in religione Christiana. Phil. II, 16. Coloss. I, 29. 1 Thess. V, 12. 1 Tim. IV, 10. V, 17. ideo enim nullam molestiam subterfugimus.

3. *fatigor, defatigor, labori cedo, in ipso labore defetiscor*, et ex adjuncto: *miser sum*. *Athenæus* l. X, p. 416. *Aristoph.* Aves v. 735. Matth. XI, 28. οἱ κοπιῶντες dicuntur homines pressi et fracti peccatorum et legum Mosaicarum onere. Joh. IV, 6. κεκοπιακὼς ἐπὶ τῇ ὁδοιπορίᾳ ex itinere fessus. Apoc. II, 3. 2 Sam. XVII, 2. αὐτὸς κοπιῶν καὶ ἐκλελυμένος. Jerem. XVII, 16. Ies. XL, 28. 30. 31. XLVI, 1. *Phavor.* κοπιῶ· μοχθῶ, ἱδρῶ.

ΚΌΠΟΣ, ου, ὁ, 1. *labor gravis, qui defatigationem et molestiam comitem habet, opera manuum, ad lassitudinem usque molesta*. 2 Cor. VI, 5. ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις. ibid. XI, 23. 27. ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ. 1 Thess. II, 9. 2 Thess. III, 8.

2. *opera, quæ impenditur alicui negotio, studium, ardor*. Sic v. c. de doctoribus religionis Christianæ usurpatur 1 Cor. III, 8. ἕκαστος δὲ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον quilibet autem pro opera, quam impendit muneri suo, reportabit justa præmia. ibid. XV, 58. ὁ κόπος ὑμῶν ἐν Κυρίῳ vestrum religionis Christianæ studium. 1 Thess. I, 3. ὁ κόπος τῆς ἀγάπης ardentissimum mutuæ benevolentiæ studium. ibid. III, 9. ὁ κόπος opera Pauli in instituendis Thessalonicensibus. Apoc. II, 2.

3. per metonymiam: *fructus laboris, labore partum et acquisitum*. Huc pertinet formula εἰσέρχεσθαι εἰς κόπον τινός fructum laboris aliorum percipere, quæ legitur Joh. IV, 38. et locus 2 Cor. X, 15. ubi verba ἐν ἀλλοτρίοις κόποις de iis explicanda sunt, qui aliorum institutione ad religionem Christianam accesserunt. Sirac. XIV, 15. οὐχὶ ἑτέρῳ καταλείψεις τοὺς πόνους σου, καὶ τοὺς κόπους σου εἰς διαίρεσιν κλήρου, ubi κόποι et πόνοι *divitias, opes, labore partas*, significat, ut jam vidit *Syrus* interpres, qui verba τοὺς κόπους σου expressit per ܢܟܣܝܟ, h. e. *opes, facultates tuas*. Eodem sensu Hebraicum יְגִיעַ usurpatur Ps. CIX, 11. alii diripuerunt יְגִיעוֹ. Jam quemadmodum κόπος apud Græcos interdum *defatigationem, quæ laborem gravem sequitur*, significat, v. c. apud *Xenoph.* de Re Equestri IV, 2. ita in N. T. κόπος generatim

4 *molestiam omnis generis, incommodum, ærumnam* notat, ad imitationem Hebr. עָמָל Ps. LXXIII, 16. Job. V, 7. XVI, 2. etc. Matth. XXVI, 10. τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; cur negotium facessitis mulieri? Marc. XIV, 6. Luc. XI, 7. μή μοι κόπους πάρεχε noli mihi molestias creare. ibid. XVIII, 5. Gal. VI, 17. Hebr. VI, 10. ὁ κόπος τῆς ἀγάπης molestia in exercenda benevolentia erga alios. Apoc. XIV, 13. οἱ κόποι sunt omnes molestiæ hujus vitæ. Sæpius non legitur in N. T. Eodem sensu reperitur quoque formula πόνον παρέχειν Sirac. XXIX, 4. et κάματον παρέχειν apud *Longum* Pastoral. Lib. III, p. 72.

ΚΟΠΡΊΑ, ας, ἡ, *fimus, stercus, fimetum*, a κόπρος, idem. Luc. XIII, 8. καὶ βάλω κοπρίαν et stercus injiciam. Pro κοπρίαν habent codices nonnulli κόπρια, quod est a κόπριον *sterquilinium, stercus*. ibid. XIV, 35, οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν ἐστιν neque fimo accommodatum est. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro אַשְׁפַּת 1 Sam. II, 8. Nehem. II, 12. pro דֹּמֶן 2 Regg. IX, 37. et pro סוּחָה *purgamentum, sordes*, Ies. V, 25.

ΚΟ΄ΠΡΙΟΝ, ου, τὸ, *stercus, fimetum.* Vide ΚΟΠΡΙ΄Α.

ΚΟ΄ΠΤΩ, fut. ὁψω, 1. proprie: *scindo, seco, findo, amputo, cædo, succido.* Passivum Κόπτομαι *cædor* etc. *Herodian.* IV, 11. 10. Matth. XXI, 8. ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων alii vero cædebant ramos de arboribus. *Callim.* Hymn. in Cererem v. 41. et 46. Marc. XI, 8. Hinc apud Græcos κόπτειν etiam *vulnerare, sauciare* notat, v. c. apud *Homerum* Odyss. η΄. v. 528. interdum adeo latius patet ac generatim *vexare, molestia afficere* significat, v. c. 1 Macc. XII, 44. ἵνα τί ἔκοψας πάντα τὸν λαὸν τοῦτον; *Vulgatus:* ut quid vexasti universum populum? Conf. *Duker.* ad *Thucyd.* VIII, 13.

2. *tundo, pulso.* Passivum κόπτομαι *pulsor, tundor. Theocrit.* Idyll. XXII, 15. 16. θάλασσα κοπτομένη πνοιαῖς τε καὶ ἀξῥήτοισι χαλάζαις. Medium κόπτομαι *me ipsum tundo, ferio, percutio,* etc. (*Herodot.* VI, 58. κόπτεσθαι τὰ μέτωπα) et ex adjuncto, quia plangentes pectus suum, aut caput (Ezech. XX, 43. *Homer.* Iliad. ί. v. 34.) percutere ac ferire solent, *plango, lugeo, admodum doleo. Hesych.* κόπτων· τύπτων, ἐλαύνων. *Schol.* ad *Aristoph.* Lysistrat. v. 397. p. 545. ed. *Küsteri:* Κόπτειν κοινῶς μὲν τὸ διαιρεῖν, παρ' Ἀττικοῖς δὲ τὸ κρούειν καὶ πλήττειν, οἷον κόπτειν τὴν θύραν. Καὶ κόπτειν τὸ ἐλαύνειν καὶ σφυροκοπεῖν. Κόπτεσθαι δὲ κεφαλὴν χερσὶν, ὅτι ἐντελῶς λέγεται, κόπτεσθαι κατὰ μόνας ἐντελῶς, καὶ κόπτεσθαι τὸ πενθεῖν, ὅθεν κοπετὸς, τὸ πένθος, ὁ θρῆνος. Eadem fere tradit *Eustathius* p. 899. lin. 62. et 1256. lin. 6. Matth. XI, 17. καὶ οὐκ ἐκόψασθε et non luxistis. ibid. XXIV, 30. καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς et tunc plangent omnes tribus terræ. Eccles. XII, 7. Construitur etiam cum accusativo. *Lucian. de sacrif.* T. I. Opp. p. 369. ed. *Grævii,* πενθοῦσι τὸ ἱερεῖον, καὶ κόπτονται περιστάντες ἤδη πεφονευμένον. Luc. VIII, 52. ἔκλαιον δὲ πάντες καὶ ἐκόπτοντο αὐτὴν flebant autem omnes et plangebant illam. ibid. XXIII, 27. Genes. XXIII, 2. κόψασθαι Σάῤῥαν. ib. L, 10. Dicitur etiam cum præpositione ἐπὶ, ad imitationem Hebraici סָפַד עַל פְּלֹנִי Ies. XXXII, 12. Apoc. I, 7. καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὸν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς et plangent pœnis ab eo affectæ omnes tribus terræ, h. e. Judæi. ibid. XVIII, 9. κόψονται ἐπ' αὐτῇ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς. 2 Sam. XI, 28. ἐκόψατο ἐπὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς. Zach. XII, 10. κόψονται ἐπ' αὐτῷ κοπετὸν, ὡς ἐπ' ἀγαπητῷ.

ΚΟ΄ΡΑΞ, κος, ὁ, *corvus,* ita dictus vel a voce et sono, quem edit, vel a κόρος *niger,* quia colore niger est. Hebraice dicitur עֹרֵב Genes. VIII, 7. Prov. XXX, 17. Semel in N. T. legitur Luc. XII, 24. κατανοήσατε τοὺς κόρακας considerate corvos; ubi tamen species pro genere posita esse videtur.

ΚΟΡΑ΄ΣΙΟΝ, ίου, τὸ, *puella, virgo, quæ nondum nupsit,* a κόρος *puer* et κόρη *puella.* Cf. *Foësii* Œconom. Hipp. p. 212. Matth. IX, 24. 25. XIV, 11. Marc. V, 41. 42. VI, 22. 28. Respondet in versione Alex. Hebraico נַעֲרָה 1 Sam. IX, 11. XXV, 42. Ruth. III, 2. Damnarunt hanc vocem grammatici veteres, qui monent, antiquos et probos Græcorum Scriptores pro ea usos esse his: κόριον, κορίσκη, κόρη, κορίδιον, κορίσκιον. *Pollux* Onom. II, 17. κόριον, κόρη, κορίσκιον· τὸ δὲ κοράσιον εὐτέλες. *Phrynichus* p. 24. κόριον, ἢ κορίδιον, ἢ κορίσκη λέγουσιν· τὸ δὲ κοράσιον παράλογον. Idem fere *Thomas M.* tradit et *Crosius Obss. SS.* p. 267. Reperitur tamen hæc vox apud *Arrianum* (*Diss. Epict.* III, c. 2. p. 266.) *Lucianum* (*Asino* c. 6. p. 116.) *Laërtium* (VI, 61.) et alios, quorum loca collegit *Schwarzius* in Comment. Ling. Gr. N. T. p. 804. et *Georgius* in Hierocrit. P. I. p. 127. *Arrianus* κορασίδιον quoque adamavit in *Diss. Epictet.* I, c. 18. et 28.

ΚΟΡΒΑ΄Ν, ΚΟΡΒΑΝΑ΄Σ, ᾶ, ὁ, *Corbanan.* Hebraice dicitur קָרְבָּן, h. e. *munus, res oblata,* a radice קָרַב *ac-*

cessit, appropinquavit, in *Hiphil: obtulit,* et Syriace ܩܪܒ. Generatim notat

1. *omne donum, munus, quod alicui offertur.*

2. speciatim, ut Græcum δῶρον, *munus, Deo oblatum,* seu *offerendum, res, Deo sacrata et dicata, ita, ut nihil utilitatis inde ad quenquam redundet.* Sic in N. T. legitur Marc. VII, 11. κορβᾶν, ὅ ἐστι δῶρον (scil. ἔστω, seu ἔσται) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς Corban, h. e. Deo dicata sint a me, quibus a me utilitatem percipere queas. Eodem modo hanc vocem interpretatus est *Josephus* A. J. IV, c. 4. §. 4. et Libro I. contra Appionem p. 1047.

3. collective sumitur pro *ipso thesauro sacro, ex multorum donis collecto. Suidas* et *Phavor.* κορβανᾶς· παρὰ Ἰουδαίοις ὁ ἱερὸς θησαυρός. *Josephus* de B. J. II, 9. 4.

4. est i. q. γαζοφυλάκιον et *reconditorium* tum *vasorum sacrorum,* tum *numorum oblatorum ad templi conservationem et comparationem rerum, ad cultum divinum necessariarum,* significat. Sic in N. T. legitur Matth. XXVII, 6. οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν non licet illa conjicere in thesaurum sacrum. *Syrus:* ܒܝܬ ܩܘܪܒܢܐ *locus oblationis.* Vocantur autem h. l. κορβανᾶς tredecim arculæ, seu cistæ, numorum receptacula, in quæ sicli immittebantur, quæ in atrio mulierum erant, et a forma sua *Tubæ,* שׁוֹפָרוֹת vocabantur, de quibus legi meretur *Hadr. Reland.* de Spoliis Templi Hierosolymitani in arcu Titiano, (Traj. ad Rhen. 1716. 8.) cap. 12. *Theoph.* ad locum Matthæi: κορβανᾶν ἔλεγον τὸν ἐν τῷ ἱερῷ θησαυρὸν, εἰς ὃν ἔβαλλον τὰ προσφερόμενα τῷ Θεῷ δῶρα. Conf. *Stolberg.* Exercitt. Ling. Gr. X. p. 382.

ΚΟΡῈ, ὁ, *Core.* Nomen proprium viri indeclinabile, Hebraice קֹרַח a קָרַח *glabrare se, calvitium sibi inducere.* Fuit hic filius Iizhar, nepos Caathi, fratruelis Mosis ac Aaronis, auctor et concitator illorum conjuratorum, qui contra Mosen rebellarunt et a terra absorpti sunt. Num. XVI. Semel memoratur in N. T. Jud. v. 11.

ΚΟΡΈΝΝΥΜΙ, ΚΟΡΕΝΝΎΩ, vel ΚΟΡΈΩ, fut. ἑσω, vel ἡσω, 1. *saturo, satio, exsatio.* Act. XXVII, 38. κορεσθέντες δὲ τροφῆς cibo deinde expleti. *Ælian.* V. H. I, 4. ἐκ διαλειμμάτων ἐκορέσθησαν. *Symmach.* Ps. XXII, 26. *Hesych.* κορέσαι· πλησῶσαι, χορτάσαι. Hinc κόρος *satietas,* Esther. XVI, 3. πλησμονὴ, χορτασία, τρυφὴ, *Hesychio* interprete.

2. ex adjuncto: *abundo, affluo omnibus copiis, ita, ut nihil amplius restet expetendum.* 1 Cor. IV, 8. ἤδη κεκορεσμένοι ἐστε jam ex opinione vestra abundatis omni bonorum genere. Sæpius non legitur in N. T. Cf. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, c. 13. §. 10. p. 553.

ΚΟΡΙΝΘΙΟΣ, ία, ιον, *Corinthius,* a Κόρινθος. Bis tantum legitur in N. T. Act. XVIII, 8. 2 Cor. VI, 11.

ΚΟΡΊΝΘΟΣ, ου, ἡ, *Corinthus.* Urbs Græcorum antiquissima, quam *Hellen* condidisse fertur. Conf. *Apollodor.* Bibl. I, c. 7. §. 2. et *Schol. Apollon. Rhod.* Argonaut. I. v. 118. Fuit metropolis et caput Achaiæ, et emporium Græciæ celeberrimum et opulentissimum, sita in isthmo Peloponnesi inter duo maria, Ægæum nempe et Ionium, unde poëtis Græcis ἀμφιθάλασσος et διθάλασσος, et Latinis *bimaris* dicitur, v. c. *Horat.* Od. I, 7. v. 2. Instructa erat duobus portubus, ad navium stationes aptissimis, Cenchreo et Lechæo; priore utebantur ad negotiationes Asianas, posteriore vero ad Italicas, teste *Strabone* Lib. VIII. p. 582. Nomen accepit a *Corintho,* Marathonis, vel Pelopis filio, ejus conditore, vel potius instauratore. Bello Achaico a Lucio Mummio funditus vastata et deleta fuit, sed a Julio Cæsare postmodum restituta. Hodie vulgo dicitur *Corantho, Turcæ* eam *Gernen* vocant. Legitur in N. T. Act. XVIII, 1. XIX, 1. 1 Cor. I, 2. 2 Cor. I, 1.

23. 2 Tim. IV, 20. Conf. *Cellarii* Geogr. Plen. L. II. c. 13. s. 13. p. 949.

ΚΟΡΝΗ΄ΛΙΟΣ, *ίου*, *ὁ*, *Cornelius*. Nomen proprium viri Latinum a *cornu*. Fuit *centurio* ex cohorte, quæ dicebatur Italica. Act. X, 1. 3. 7. 17. 21. 22. 24. 25. 30. 31.

ΚΟ΄ΡΟΣ, *ου*, *ὁ*, *corus*. Est nomen mensuræ aridorum, conveniens cum כֹּר Hebræorum, quæ continet decem ephas, (aut secundum *Josephum* A. J. XV, c. 9. §. 2. decem medimnos atticos) seu modios triginta, h. e. 4320 ova. Semel in N. T. legitur Luc. XVI, 7. *ἑκατὸν κόρους σίτου* centum coros tritici. In versione Alex. respondet Hebraico כֹּר, 2 Chron. II, 10. XXVII, 5. et חֹמֶר, quæ est eadem mensura cum coro. Levit. XXVII, 16. Num. XI, 31. *Hesych. κόρος· μέτρον τι σιτικόν.* Cf. *Epiphanius* de Mensur. et Ponder. p. 540. ed. Basil. et *le Moyne* in Variis Sacris p. 471. *εἴληπται — ὁ κόρος ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου. καλεῖται χόρ. εἰσὶ δὲ μόδιοι λ΄.*

ΚΟΣΜΕ΄Ω, ῶ, fut. *ήσω*, 1. proprie: *ordine dispono, in ordinem redigo, compono*, a *κόσμος ordo*. *Hesych. κεκόσμηται· τέταπται. — κοσμῆσαι· διατάξαι, στῆσαι. Suid. κοσμεῖ· διατάττει.* Alexandrini pro עָרַךְ *ordinavit, digessit, disposuit*, Ezech. XXIII, 41. Speciatim

2. *orno*, quia ornatus debet esse compositus et ordinatus et de rebus æque ac hominibus usurpatur. Matth. XII, 44. *οἶκος κεκοσμημένος* habitaculum, seu domicilium ornatum. Luc. XI, 25. XXI, 5. de templo Hierosolymitano, *ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται.* 1 Tim. II, 9. *μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτὰς* ita, ut verecundiæ et modestiæ rationem habeant, orment se. Apoc. XXI, 2. 19. *Ælian.* V. H. VIII, 10. *πόλιν ἐκόσμησε.* ibid. XI, 9. *εὖ κεκοσμημένη ἀσπίς.*

3. *adorno, paro, instruo, præparo*, i. q. *κατασκευάζω*. Matth. XXV, 7. *καὶ ἐκόσμησαν τὰς λαμπάδας αὐτῶν* adornarunt lucernas suas. Exempla luculenta e *Diod. Sic.* dedit *Munthe* in Observatt. in N. T. e *Diod. Sic.* p. 88.

4. *exstruo*. Matth. XXIII, 29. *κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων* et exstruitis monumenta insontibus. Sed alii reddunt: *exornate* monumenta prophetarum occisorum a Judæis; (*Xenoph. Mem.* II, 2. 13. *ἐάν τις, τῶν γονέων τελευτησάντων, τάφους μὴ κοσμῇ. Eurip. Orest.* v. 611.) alii vero: honores sepulcrales exhibetis prophetis, qui sunt insontes occisi. Nam, ut probare conatus est *Kypke* in Obss. Sacr. T. I. p. 117. *κοσμεῖν τὰ μνημεῖα* significat: *ritus observare, qui in honorem mortuorum, vel in ipsa sepultura, vel post eandem, solemnes sunt.* Sed prior explicandi ratio magis placet ob præcedens *οἰκοδομεῖν*, cum quo h. l. permutatur.

5. metaphorice: *ornamentum, decus quæro*. 1 Tim. II, 10. *ἀλλὰ δι' ἔργων ἀγαθῶν*, sc. *κοσμεῖν ἑαυτὰς* potius in recte factis ornamentum suum quærant. 1 Petr. III, 5.

6. *cohonesto, decori sum, honorem concilio*. Tit. II, 10. *ἵνα τὴν διδασκαλίαν τοῦ Θεοῦ κοσμῶσιν ἐν πᾶσιν* ut vitam instituant, quæ religioni Christianæ sit decori. Sæpius non legitur in N. T. *Thucyd.* II, c. 42. *αἱ τῶνδε καὶ τῶν τοιῶνδε ἀρεταὶ ἐκόσμησαν. Xenoph. Hist. Gr.* V, 4. 33. *Symp.* 8. 38.

ΚΟΣΜΙΚΟ΄Σ, *ἡ*, *όν*, 1. *mundanus, ad mundum pertinens, terrestris*, a *κόσμος mundus*. Sic legitur in N. T. Hebr. IX, 1. *ἅγιον κοσμικὸν* templum, ab hominibus exstructum, *τὸ χειροποίητον*, ut v. 11 et 24. vocatur. *Plutarch.* T. VI. p. 455. ed. *Reiske*: *κοσμικὴ διάταξις.*

2. *vitiosus, perversus*. Tit. II, 12. *ἐπιθυμίαι κοσμικαὶ* pravæ cupiditates, quibus homines vulgo oblectantur. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΟ΄ΣΜΙΟΣ, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, vel ΚΟ΄ΣΜΙΟΣ, *ία*, *ον*, 1. proprie, si de rebus dicitur: *bene compositus, elegans, ornatus*, et si de personis adhibetur: *ordinis stu-*

diosus, a *κόσμος ordo, ornatus*. Sic in N. T. legitur 1 Tim. III, 2. ubi Paulus episcopum vult præter alia esse *κόσμιον*, h. e. ordinis studiosum et Christianos subditos gravi disciplina regentem. *Xenoph. Anab.* VI, 6. 17.

2. *decore vivens, decoro conveniens, moderatus, modestus, honestus. Herodot.* I, 65. *Aristoph.* Plut. v. 565. 1 Tim. II, 9. ἐν καταστολῇ κοσμίῳ vestitus earum sit decorus, modestus nec luxurians. ibid. III, 2. ubi *κόσμιον* nonnulli interpretes reddunt per: *decore viventem*. Sæpius non legitur in N. T. *Xenoph. Hier.* V, 1. Cf. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. XIV, c. 7. *Gottleber.* ad *Platonis* Phæd. p. 30. *Irmisch.* Excurs. ad *Herodian.* I, 2. 3. p. 788. *Hesych. κοσμίους· ἀνεπιλήπτους.*

ΚΟΣΜΟΚΡΆΤΩΡ, ορος, ὁ, *mundi dominus, princeps mundi. Gloss. Vett. κοσμοκράτωρ· mundi rector.* ex *κόσμος mundus* et *κράτος potentia, robur, imperium*. Semel in N. T. legitur Ephes. VI, 12. πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου adversus principes hominum perversorum hujus ætatis; qui locus ab aliis de doctoribus aut principibus Judæorum, ab aliis vero de geniis malis explicatur, a quibus hæc sublunaria gubernari credebant Judæi superstitiosi. Utrique explicationi favet usus loquendi. Nam Judæi, qui hanc vocem civitate sua donarunt, vocem קוֹזְמוֹקְרָטוֹר partim de Satana, (qui Judæis etiam שַׂר שֶׁל עוֹלָם dicitur, ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, Joh. XII, 31.) et geniis malis, (cf. *Wetsten.* ad h. l.) partim vero de regibus et principibus generatim usurparunt. Conf. *Buxtorf.* Lex. Talmud. et Rabbin. fol. 1206.

ΚΌΣΜΟΣ, ου, ὁ, 1. proprie: *ordo, concinna coagmentatio et digestio. Hesych. κόσμος· κατάστασις, τάξις. Suid. κόσμος· σημαίνει τὴν τάξιν. Thucyd.* III, c. 77. ἦν δὲ οὐδεὶς κόσμος τῶν ποιουμένων.

2. *ornatus, ornamentum*, καλλωπισμὸς, ut *Hesychius* interpretatur. 1 Petr. III, 3. ubi sermo est de ornatu muliebri. ibid. v. 4. post ἀλλ' e v. 3. supplendum est ὁ κόσμος αὐτῶν ἔστω verum ipsis sit ornamentum, coll. 1 Tim. II, 10. Ies. LXI, 10. ὡς νύμφην κατακόσμησέ με κόσμῳ. Sirac. XXXII, 5. *Diog. Laërt.* I, s. 85. Hinc

3. *tota hujus universi machina, cœlum et terram complectens et quidquid utriusque ambitu continetur*, κόσμος dicitur, quod nihil ea est mundius, pulcrius et ornatius. (*Plin.* H. N. II, c. 3. *nam quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum nos a perfecta absolutaque elegantia, mundum.*) *Etym. M. κόσμος· σημαίνει τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν μέσῳ σύστημα καὶ σύγκριμα.* Æque late apud Latinos *mundus* patet, teste *Festo*. Matth. XIII, 35. ἀπὸ καταβολῆς κόσμου inde a mundo condito. ib. XXIV, 21. ἀπ' ἀρχῆς κόσμου. XXV, 34. Luc. XI, 50. Joh. I, 10. XVII, 5. πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι ante initia mundi, h. e. ab æterno. ib. v. 24. Act. XVII, 24. Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς Κύριος ὑπάρχων. Rom. I, 20. Ephes. I, 4. Hebr. IV, 3. 1 Petr. I, 20. Apoc. XVII, 8.

4. per synecdochen: *terra, orbis terrarum*, i. q. *γῆ*, seu *οἰκουμένη*. *Ælian.* V. H. III, 18. 2 Petr. III, 6. ubi sermo est de diluvio Noachico: ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυσθεὶς ἀπώλετο. Huc etiam pertinet formula ἔρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον, h. e. *γεννᾶσθαι nasci*. Joh. XI, 27. ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος homo factus. ibid. I, 9. ubi verba ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον cum φῶς, non cum ἄνθρωπον jungenda sunt. ibid. VI, 14. ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον quem nasciturum prophetæ prædixerunt. ibid. IX, 39. XII, 46. Rabbini etiam omnes homines vocant בָּא־לָעוֹלָם. Conf. *Drusii* Præterita Lib. IV. init. Eodem sensu gaudet formula εἰσέρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον, quæ legitur Hebr. X, 5. quam tamen multi *de ipsa muneris auspicatione in his terris* interpretari malunt. Formula ἐκ τοῦ κόσμου εἶναι significat: *hominem natum esse, terrenæ originis esse*, et ex adjuncto: *humana tantum sapere, sentire et agere*,

ut solent homines, glebæ addicti. Joh. VIII, 23.

5. Speciatim: *certus terræ habitatæ ambitus.* Sic v. c. terra Canaan, patriarchis eorumque posteris promissa, κόσμος dicitur Rom. IV, 13. ubi Abrahamus et posteri ejus dicuntur κληρονόμοι τοῦ κόσμου. Matth. IV, 8. Rom. I, 8. ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ sat multis in locis, seu, in universa Græcia. 2 Cor. I, 12. ὁ κόσμος omnes regiones et terras significat, in quas itinera susceperat Paulus, religionis Christianæ propagandæ causa.

6. per metonymiam continentis pro contento significat *incolas orbis terrarum*, seu *homines*, et quidem ita, ut α) generatim *universum genus humanum* denotet, sine ullo respectu ad nationem, religionem, aut indolem internam ac externam. Joh. III, 16. 17. VI, 33. XIV, 31. XVII, 31. *Coran Sur.* XXV. 1. XXIX, 6. et 10. β) speciatim vero, ut *mundus* apud Latinos, (v. c. *Lucan.* II, 383. IX, 443.) *magnam hominum multitudinem*, ex contexta oratione definiendam. Nominatim autem ita dicuntur *homines, quibus traditur religio Christiana;* Matth. XIII, 38. ὁ δὲ ἀγρός, ἔστιν ὁ κόσμος. Huc etiam referunt nonnulli loca Joh. III, 16. 17. et alia ejusdem generis;—*plebs, turba promiscua*, i. q. ὁ ὄχλος. Joh. XII, 19. ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν. ib. XVIII, 20. — *omnes, alieni a religione Christiana ejusque adversarii, Judæi pariter ac gentiles, impii.* 1 Cor. I, 21. XI, 31. ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. Rom. XI, 12. πλοῦτος κόσμου, i. q. πλοῦτος ἐθνῶν in sequentibus. ibid. v. 15. καταλλαγὴ κόσμου. Luc. XII, 30. τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου gentes paganæ, quæ etiam a Judæis אֻמּוֹת הָעוֹלָם vocantur. Joh. XII, 31. ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, h. e. diabolus, qui, quia auctor impietatis omnis et impiorum princeps a Judæis credebatur, etiam Hebraice רַב עוֹלָם dicebatur, et 2 Cor. IV, 4. ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου. Jam, quia diabolo etiam imperium in mortem tribuebatur et auctor habebatur omnium impedimentorum propagationis religionis Christianæ, verba: ἔρχεται γὰρ ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων Joh. XIV, 30. reddenda erunt: brevi moriendem mihi erit. ibid. XV, 18. εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ si adversarii religionis meæ vos oderint. ibid. v. 19. XVI, 33. ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον ego adimam omnibus adversariis doctrinæ meæ vim ac potestatem vobis nocendi. ibid. I, 10. ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω Judæi eum respuebant. ib. VII, 7. vos Judæorum odio et insidiis non obnoxii estis. ibid. XII, 17. cujus Judæi non participes fieri, seu, quam non experiri possunt. 1 Cor. VI, 2. οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι Christiani gentilium judices sedebunt. Galat. IV, 3. στοιχεῖα τοῦ κόσμου prima religionis elementa, quæ Judæis tradebantur. ibid. VI, 14. ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται etc. nulla amplius Judæorum et religionis Mosaicæ mecum est conjunctio. Coloss. II, 8. 20. ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ tanquam viventes adhuc inter Judæos. Interdum speciatim *multitudinem impiorum* notat, v. c. 1 Joh. III, 1. 13. IV, 5. *Etym. M.* κόσμος· σημαίνει καὶ τὸν πρὸς πλάνην καὶ ἡδονὰς ἄγοντα — — τὸν κόσμον ἐνταῦθα τοὺς πονηροὺς λέγει. (Conf. *Ernesti* ad *Ammian. Marcell.* XIV, 8. *Gesner.* ad *Claudian.* Lib. I. in Rufin. III, v. 87.) *Phavor.* κόσμον· τοὺς ἐν ἀπιστίᾳ καὶ ἐν ἁμαρτίᾳ ἀνθρώπους λέγει ὁ Ἀπόστολος, (1 Cor. XI, 32.) ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.

7. *res externæ et humanæ, commoda et bona terrena*, opes v. c. et honores etc. Matth. XVI, 26. ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ si vel omnia bona terrena lucratus fuerit. 1 Cor. VII, 31. οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ qui utuntur bonis terrenis. 1 Joh. II, 15. Jacob. IV, 4. φιλία τοῦ κόσμου nimius rerum terrenarum amor. *Abulpharag.* p. 457. *Harir.* Consess. I. p. 28.

8. *magna copia, abundantia, multitudo.* Jacob. III, 6. κόσμος τῆς ἀδικίας multitudo impiorum. 2 Petr. II, 5. κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας. Prov. XVII, 6. ὁ κόσμος τῶν χρημάτων. Cæterum bene de voce κόσμος universe ex-

posuit *Joh. Floderus* in Diss. de Homonymia vocabuli κόσμος in scriptis N. T. Upsal. 1770. 4.

ΚΟΥΆΡΤΟΣ, ου, ὁ, *Quartus*. Nomen viri Latinum. Rom. XVI, 23.

ΚΟΥ̂ΜΙ, *surge*, Hebraicum קוּמִי. Est imperativi secunda pers. sing. num. fœmin. generis a radice קוּם *surgere*. Marc. V, 41.

ΚΟΥΣΤΩΔΊΑ, ας, ἡ, *custodia*. Vox origine Latina, quæ sumitur vel pro *loco, ubi aliquis custoditur*, vel per metonymiam abstracti pro concreto, pro *ipsis custodibus*, quo sensu et *custodia* apud *Virgil.* Æn. IX, 166. ubi vid. *la Cerda*. *Seneca* Epist. 70. Ter reperitur in N. T. Matth. XXVII, 65. 66. et XXVIII, 11. in quibus locis milites Romani intelligendi sunt, quorum præsidium erat in arce Antonia dispositum, et qui custodiam agentes munire jubebantur sepulcrum Christi, ne discipuli corpus Christi noctu subducerent. *Suid.* κουστωδία· τὸ τῷ δεσμωτηρίῳ ἐπικείμενον στράτευμα, σύστημα στρατιωτικὸν, στῖφος. *Hesych.* κουστωδία· βοήθεια στρατιωτική. Idem: κουστωδίας· τοῦ τῷ δεσμωτηρίῳ ἐπικειμένου στρατεύματος, ἢ συναγωγῆς.

ΚΟΥΦΊΖΩ, fut. ἰσω, *levo, allevo, sublevo, tollo, attollo*, a κοῦφος *levis*. *Gloss. Philoxen.* apud *Labbæum* p. 110. κουφίζω *allevio*. Semel legitur in N. T. Act. XXVII, 38. ἐκούφιζον τὴν ναῦν alleviabant navem ejectis frumentis et aliis oneribus. *Achilles Tatius* Lib. III, p. 153. ὅπως τὸ μὲν βαπτιζόμενον τῆς νηὸς ἀνακουφίσαιμεν. *Polyb.* I, 39. ἐκρίψαντες ἐκ τῶν πλοίων πάντα τὰ βάρη, μόλις ἐκούφισαν τὰς ναῦς. In versione Alex. respondet Hebraico הֵקֵל 1 Sam. VI, 5. Jon. I, 5. 1 Regg. XII, 4. 9. 10.

ΚΌΦΙΝΟΣ, ου, ὁ, *cophinus, canistrum, corbis*, seu *omne vas vimineum, alimentis recipiendis et condendis aptum*, ita dictum sine dubio ἀπὸ τῆς κουφότητος a levitate, vel a κόπτω *seco, scindo*, quia fit ex sectis viminibus. In versione Alex. respondet Hebraico סַל *canistrum*, Judd. VI, 19. et דּוּד, quod idem notat, Ps. LXXXI, 6. coll. Jer. XXIV, 12. ubi pro eadem voce in *Symmachi* reliquiis est κόφινος, sed in versione Alex. κάλαθος. Legitur in N. T. Matth. XIV, 20. δώδεκα κοφίνους πλήρεις duodecim cophinos implerunt. Scilicet Judæi, itinera facientes per gentilium aut Samaritanorum regiones, utebantur his cophinis, large alimentis instructis, ne gentilium cibis polluerentur. ibid. XVI, 9. Marc. VI, 43. VIII, 19. Luc. IX, 17. Joh. VI, 13. *Suid.* κόφινος· ἀγγεῖον πλεκτόν. *Etym. M.* κόφινος σημαίνει τὸ βαθὺ καὶ κοῖλον χώρημα. Conf. *Duport.* ad *Theophr.* Char. IV, 3. p. 282. Est et κόφινος nomen cujusdam mensuræ, tam aridorum, quam liquidorum, quæ capiebat tres choas, teste *Hesychio:* κόφινος· μέτρον χωροῦν χόας τρεῖς. Confer *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΚΡΆΒΒΑΤΟΣ, ου, ὁ, *grabbatus, lectus humilior et vilior, loris subtentus, unum hominem tantum capiens*, qui Græcis σκίμπους, (*Phrynichus* p. 20. σκίμπους λέγε, ἀλλὰ μὴ κράββατος. *Mœris:* σκίμπους, Ἀττικῶς· κράββατος, Ἑλληνικῶς. *Hesych.* σκίμπους· κράββατος.) etiam σκιμπόδιον (h. e. interprete *Hesychio*, εὐτελὲς κλινίδιον μονοκοίτιον) dicitur. Cf. *Kühn.* ad *Pollucis* Onom. p. 1182. et interpretes ad *Thom. M.* p. 799. Legitur in N. T. Marc. II, 4. 9. 11. 12. VI, 55. Joh. V, 8—12. Act. V, 15. IX, 33. Interdum omittitur, v. c. Act. IX, 34. στρῶσον σεαυτῷ, sc. κράββατον, ipse tibi lectum sterne. Conf. etiam *Schwarzii* Notas ad *Olearium* de Stilo N. T. p. 284.

ΚΡΆΖΩ, fut. κράξω. 1. *clamo, vociferor, vocem intentam et elatam edo*. Usurpatur de *lugentibus* et *plangentibus*, Apoc. XVIII, 18. 19. de *ingente metu perculsis*, Matth. XIV, 26. 30. de *parturientibus*, Apoc. XII, 2. de *supplicantibus et opem aliorum expetentibus*, Matth. IX, 27. XV, 23. XX, 30. 31. de *lætantibus* et *celebrantibus*, Matth. XXI, 9. 15. Marc. XI, 9. Joh. XII, 13. de *tumultuantibus*, Act. XIX, 28. 32. 34. de *indig-*

nantibus et *commotis animo*, Act. VII, 57. XIV, 14. XXI, 36. etc. His adde locum Lucæ XIX, 40. λίθοι κεκράξονται lapides clamabunt; formula proverbialis, (vide *Drusii* Proverb. Cl. II. Lib. III, 85. *Nonnus* in Dionysiac. Lib. XVI, 224. εἴπατε πέτραι. *Eurip.* Hippol. v. 980. φήσουσι πέτραι.) dicta de *re, quæ celari et negari nullo modo potest.* De forma κεκράξονται vide *Fischeri* Anim. ad *Welleri* Grammat. Gr. p. 172.

2. *preces facio, precibus adeo Deum.* Sic usus est hac voce Jacobus V, 4. ubi merces operariorum retenta, aut decurtata dicitur κράζειν, seu clamare ad Deum, h. e. auxilium et vindictam Dei postulare; ubi μισθὸς pro *ipsis operariis, mercede conductis*, positum est. Rom. VIII, 15. ἐν ᾧ κράζομεν· Ἀββᾶ ὁ πατήρ quibus sensibus præditi Deum libere et animo, fiducia pleno, filiorum more, precibus adire possumus. Galat. IV, 6. *Suid.* κεκράξομαι· οὐκ ἐπὶ φωνῆς, ἀλλ' ἐπὶ προθυμίας καὶ συντόνου καὶ σπουδαίας εὐχῆς. Ps. XXVIII, 1. XXX, 8.

3. *palam dico, libere profiteor.* Joh. I, 15. VII, 28. Rom. IX, 27. Ἡσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ Iesaias vero libere hæcce de Israëlitis pronuntiat. *Hesych.* κέκραγε· φανερῶς διαμαρτύρεται.

4. transitive sumitur: *facio, ut aliquis clamet*, seu *preces faciat.* Galat. IV, 6. κράζον κ. τ. λ. h. e. qui facit, ut instar filiorum, seu fiducia ea, quam filii in parentibus habent, ad Deum clamemus Abba, h. e. Pater.

ΚΡΑΙΠΑ΄ΛΗ, ης, ἡ, 1. *crapula, omnis capitis ex vino largiter sumto et comessatione offensio et dolor*, i. q. μέθη. Grammatici veteres, ut *Ammonius* et *Thom. M.* distinguunt quidem inter κραιπάλην et μέθην, ut illud sit ἡ χθεσινὴ μέθη, aut ἡ ἐκ τῆς χθὲς γενομένης οἰνοποσίας κάρωσις, aut, ut *Hesychius* interpretatus est, ἡ ἀπὸ χθιζῆς μέθης κεφαλαλγία, sed κραιπάλη, ut μέθη, etiam de recenti crapula usurpatur apud veteres. *Suid.* κραιπάλη· ὁ ἐκ πολλῆς οἰνώσεως παλμός. *Etym. M.* κραιπάλη· ὃ σημαίνει τὴν μέθην. et *Eustathius:* ὁ ἐκ μέθης παλμός, ὅ ἐστι κίνησις καὶ δίνησις τοῦ κάρα, ἤγουν τῆς κεφαλῆς.

2. per metonymiam: *comessatio*, seu *nimia cibi potusque inebriantis ingurgitatio, qua crapula contrahitur.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XXI, 34. Eodem modo reperitur apud *Alciphron.* III, 24. ἡ γαστὴρ τῆς κραιπάλης ἐμπίμπλαται. *Herodian.* I, 17. 7. προελθόντος τοῦ Κομμόδου ἐπὶ τὰ συνήθη λουτρά τε καὶ κραιπάλας. Conf. quoque *Irmisch.* Excurs. ad *Herodian.* I, 3. 3. p. 817. Verbum κραιπαλάω cum μέθη conjunctum eodem sensu legitur apud *Plutarchum* de Puer. Educ. c. 18. §. 8. δούλων πολλάκις κραιπαλώντων μέθην οὐκ ἐξηλέγξαμεν.

ΚΡΑΝΙΟΝ, ίου, τὸ, *cranium, calvaria*, a κάρηνον *caput*, quod per syncopen κράνον et per apocopen κάρα dicitur. Hebraice גֻּלְגֹּלֶת dicitur, cui voci respondet quoque κρανίον in versione Alex. Judd. IX, 53. 2 Regg. IX, 35. Legitur in N. T. Matth. XXVII, 33. κρανίου τόπος locus Calvariæ, ubi Christus cruci adfixus est. Marc. XV, 22. Luc. XXIII, 33. Joh. XIX, 17. Sæpius non reperitur in N. T. *Suid.* κρανίον· ἡ κεφαλή. Cf. etiam *Thom. M.* sub. κεφαλὴ p. 526. ed. *Bernard.*

ΚΡΑ΄ΣΠΕΔΟΝ, ου, τὸ, 1. ut Latinum *fimbria*, generatim *omnem prominentem alicujus rei partem* significat. Sic v. c. apud *Xenoph.* Hist. Gr. III, 2. 13. et *Eurip. Supplic.* v. 660. de latere, seu cornu aciei, et *Xen.* l. l. IV, 6. 8. de prominente montis parte usurpatur. *Suid.* κράσπεδα· οἱ πρόποδες, h. e. τὰ προὔχοντα τῶν ὀρῶν, interprete *Hesychio.*

2. *fimbria, lacinia infimarum partium vestimenti*, quasi κρεμάμενον εἰς πέδον *in terram dependens*, Hebr. כָּנָף, Deut. XXII, 12. *Hesychius* et Lex. *Cyrilli* MS. Brem. κράσπεδον· τὸ ἄκρον τοῦ ἱματίου. Conf. *Barnes.* ad *Eurip.* Ion. v. 1423.

3. Speciatim ita dicitur *pannulus, ex ora vestis apud Judæos dependens, lacinia, quæ est in pallio.* Hic pannus, qui Hebraice צִיצִית dicitur (Num.

XV, 38. 39.) et quo utebantur Judæi, ut se a gentilibus distinguerent, erat coccineus. *Hesych.* κράσπεδα· τὰ ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ ἱματίου κεκλωσμένα ῥάμματα. Legitur tantum in N. T. Matth. IX, 20. XIV, 36. XXIII, 5. μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν. Marc. VI, 56. Luc. VIII, 44. Vide *Braun.* de vestitu Sacerd. Hebr. I, c. 3. p. 55. et *Jac. Elsneri* Comm. in Evang. Matthæi T. II. p. 166.

ΚΡΑΤΑΙΟ΄Σ, ά, όν, 1. proprie: *robustus, validus*, a κράτος *robur*. *Hesych.* κραταιᾶς· ἰσχυρᾶς.

2. *potens, fortis.* Sic legitur semel in N. T. 1 Petr. V, 6. ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ submittite vos potenti et validæ Dei manui, h. e. permittite vos totos summæ Dei potestati. *Omne* enim, *quod summum est in suo genere*, κραταιὸν dicitur, v. c. Sirac. XII, 6. ἡμέρα ἐκδικήσεως κραταιὰ tempus ultionis terribile et valde grave. Conf. Prov. XXIV, 5.

ΚΡΑΤΑΙΟ΄Ω, ῶ, fut. ώσω, 1. proprie est corporis et notat: *roboro, corroboro, viribus potentem ac validum reddo*, a κραταιὸς *robustus, validus.*

2. ad animum translatum κραταιοῦσθαι significat: *fortem et constantem se præstare*, etiam *incrementa capere, proficere.* Luc. I, 80. ἐκραταιοῦτο πνεύματι proficiebat sapientia et cognitione. ibid. II, 40. 1 Cor. XVI, 13. κραταιοῦσθε fortes vos et constantes præstate. Passivum h. l. positum est pro reciproco, coll. 1 Sam. IV, 9. *Dresigius* in libro de Verbis Mediis N. T. I, 75. p. 320. κραταιοῦσθαι h. l. verbum medium esse existimat, ut sit: *se firmum et constantem reddere.* Ephes. III, 16. κραταιωθῆναι εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον ut indies majora scientiæ, intelligentiæ et virtutis Christianæ incrementa capiatis. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΑΤΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1 proprie: *prehendo aliquid manu, apprehendo, tango.* Matth. IX, 25. ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς ejus manum prehendit. Marc. I, 31. V, 41. IX, 27. κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρός. Luc. VIII, 54. Genes. XIX, 16. Judd. XVI, 27.

3. *manu prehensum aliquid teneo*, Apoc. II, 1. ὁ κρατῶν τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ.

3. *amplector.* Matth. XXVIII, 9. ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας pedes ejus amplexæ sunt. 2 Regg. IV, 27. וַתַּחֲזֵק בְּרַגְלָיו.

4. *comprehendo, capio, prehendo, violenter manibus injectis, aut dolo.* Matth. XIV, 3. XVIII, 28. XXI, 46. XXII, 6. XXVI, 4. ἵνα τὸν Ἰησοῦν κρατήσωσι δόλῳ. ibid. v. 48. 50. 55. 57. Marc. III, 21. VI, 17. ἀποστείλας ἐκράτησε τὸν Ἰωάννην missis ministris, vel satellitibus, prehendi Johannem curaverat. ibid. XII, 12. XIV, 1. 44. 46. 49. 51. Act. XXIV, 6. Apoc. XX, 2.

5. *captum teneo, retineo, cohibeo, impedio.* Luc. XXIV, 16. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο oculi eorum capti tenebantur, h. e. non videbant, quod tamen ante oculos erat. Act. II, 24. καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ quia non poterat morte captus teneri in perpetuum. Nec tamen plane aliena est ab h. l. notio *vincendi* et *superandi*, quam verbo κρατεῖν vindicavit *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. II, 4. *Suid.* κρατεῖν· νικᾶν. Huc etiam pertinet formula κρατεῖν τί πρός ἑαυτόν, quæ significat: *reticere aliquid, continere et coërcere linguam.* Marc. IX, 10. καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτούς et reticuerunt hoc factum. *Æschyl.* Choëph. v. 78. πικρὸν φρενῶν στύγος κρατεῖ. *Schol.* καλύπτει. *Hesych.* κρατεῖ· κρύπτει.—Formula κρατεῖν τὴν ἁμαρτίαν, quæ ad eandem significationem referenda est, significat: *non remittere, non condonare peccata*, et opponitur τῷ ἀφίεναι. Joh. XX, 23. ἄν τινων κρατῆτε, (sc. τὰς ἁμαρτίας) κεκράτηνται si cui veniam peccatorum denegaveritis, etiam a Deo denegata erit.

6. *custodio, conservare studeo.* Apoc. II, 25. πλὴν ὃ ἔχετε κρατήσατε. ibid. III, 11. κράτει ὃ ἔχεις.

7. *observo, obsequium præsto.* Marc.

VII, 3. κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων. ibid. v. 4. et 8. coll. 1 Cor. XI, 2. 2 Thess. II, 15. κρατεῖτε τὰς παραδόσεις obsequium præstate doctrinæ. Apoc. II, 14. 15. et 25. ὃ ἔχετε κρατήσατε præcepta mea vobis jam cognita sequamini.

8. *sector aliquem, applico me ad aliquem, ab alicujus latere non discedo.* Act. III, 11. κρατοῦντος δὲ αὐτοῦ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην claudo autem sanato a latere Petri et Johannis non discedente. Coloss. II, 19. καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλήν et deserit Christum, ecclesiæ caput. Apoc. II, 13. κρατεῖς τὸ ὄνομά μου, ubi explicationis causa additur καὶ οὐκ ἠρνήσω τὴν πίστιν μου. 2 Sam. III, 6. Sirac. I, 19.

9. *obtineo, consequor, assequor.* Act. XXVII, 13. τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι se propositum assequuturos esse. Hebr. IV, 14. κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας studeamus, ut consequamur illam promissam felicitatem. ibid. VI, 18. κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος ut compotes fiamus promissæ futuræ felicitatis. 1 Macc. I, 2. X, 52. 2 Macc. IV, 10. V, 7.

10. *impero, dominor, imperium obtineo,* i. q. ἄρχω. Apoc. VII, 1. ἀγγέλους κρατοῦντας τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τῆς γῆς. *Xenoph.* de Rep. Laced. II, 2. Conf. *Thom. M.* sub ἄρχειν et βασιλεύς. *Hesych.* κρατεῖ· κυριεύει, ἄρχει.

11. pleonastice ponitur Matth. XII, 11. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΑ΄ΤΙΣΤΟΣ, η, ον, *validissimus,* (2 Macc. IV, 12.) *potentissimus,* (*Symmach.* Ps. XLV, 13.) *præstantissimus,* (Ps. XVI, 6. 2 Macc. IV, 12.) *optimus,* (1 Sam. XV, 15.) a κράτος *robur, potentia, imperium. Hesych.* κράτιστος· ἰσχυρότατος, δυνατώτατος. Vide et *Schol. Aristoph.* ad Plut. v. 230. Legitur in N. T. Luc. I, 3. κράτιστε Θεόφιλε optime Theophile. Nam κράτιστος, ut Latinum *optimus,* virorum illustrium et nobilium, principum adeo nomen dignitatis erat. *Theophyl.* ad h. l. κράτιστος, ἐπὶ τῶν ἀρχόντων καὶ ἡγεμόνων. Vide *Horrei* Miscell. Critt. Lib. I, c. 4. Hinc Felici et Festo tribuitur Act. XXIII, 26. XXIV, 3. XXVI, 25. Sæpius non legitur in N. T. Adde *Xenoph.* de Rep. Laced. c. VIII, 1. 2. 5. et *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΚΡΑ΄ΤΟΣ, εος, contracte ους, τὸ, 1. proprie notat *robur corporis,* et est i. q. ἰσχύς, teste *Hesychio.*

2. *vis, potentia,* et de Deo æque ac de hominibus usurpatur. Act. XIX, 20. κατὰ κράτος (scil. Θεοῦ) ὁ λόγος τοῦ Κυρίου ηὔξηνεν juvante Deo in dies magis augebatur Christianorum numerus; nisi κατὰ κράτος adverbialiter sumere velis, ut sit. *admodum, valde, vehementer.* Coloss. I, 11. κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ pro summa Dei virtute. Aliis substantivis additum, quibus vis ac potentiæ notio inest, superlativi locum tenet. Ephes. I, 19. κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ ad similitudinem summæ illius vis divinæ. Ephes. VI, 10. ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ potentissimo ejus auxilio adjuti. *Symmach.* Prov. XXIV, 5. Alex. Ies. XL, 26. ἐν κράτει ἰσχύος. Job. XXI, 23. *Hesych.* κράτος· δύναμις.

3. per metonymiam: *opus potentiæ, factum, potentiam demonstrans.* Luc. I, 51. ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ. Formula ποιεῖν κράτος ut Hebraica עָשָׂה חַיִל Ps. CXVIII, 16. significat: *insignia facta, miracula patrare, potentiam suam exserere.*

4. *potestas, imperium.* Hebr. II, 14. ὁ τὸ κράτος ἔχων θανάτου rex, seu dominus mortis. Ita vocatur Satanas, quia potestatem homines interficiendi a Deo accepisse a Judæis credebatur. Conf. *Schoettgen.* Hor. Hebr. et Talmud. p. 935. Formula κράτος ἔχειν *imperium* seu *principatum tenere alicujus rei* legitur apud *Sophocl. Antig.* v. 179. et *Æschyl. Suppl.* v. 432. *Alberti* Obss. Philol. p. 419. Gloss. Gr. *Alberti* p. 171. et *Hesych.* κράτος· ἐξουσία, βασιλεία. Adde *Apollodor.* Bibl. III, 14. 6.

5. ut δύναμις, *laus, celebratio,* i. q.

αἶνος et τιμή. 1 Tim. VI, 16. ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον qui semper ab hominibus laudetur; seu, ut etiam commode reddi posset: cujus summa potentia ab omnibus semper agnoscatur et celebretur. 1 Petr. IV, 11. V, 11. Jud. v. 25. Apoc. I, 6. V, 13. coll. IV, 11. et V, 12. Sæpius non legitur in N. T. Ita יָיִן sumitur Ps. VIII, 3. LXXXIX, 14.

ΚΡΑΥΓΆΖΩ, fut. άσω, *clamo, clamito, vociferor, clamorem inconditum edo*, a κραυγὴ *clamor*. Matth. XII, 19. οὐδὲ κραυγάσει non strepitum edet. ib. XV, 22. Joh. XI, 43. φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε. Sic etiam Ezr. III, 13. ὁ λαὸς ἐκραύγασε φωνῇ μεγάλῃ, Hebr. הָעָם מְרִיעִים תְּרוּעָה גְּדוֹלָה· Joh. XVIII, 40. XIX, 6. 15. Act. XXII, 23. *Hesych.* κραυγάζει· βοᾷ.

ΚΡΑΥΓῊ, ῆς, ἡ, 1. *vociferatio, clamor*. Matth. XXV, 6. κραυγὴ ἐγένετο clamor audiebatur. Act. XXIII, 9. ἐγένετο δὲ κραυγὴ ἰσχάλη, Hebr. וַתְּהִי צְעָקָה גְּדוֹלָה Exod. XII, 30. Apoc. XIV, 18. καὶ ἐφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ. De clamore plangentium et lugentium legitur Apoc. XXI, 4. Ephes. IV, 31. κραυγὴ significat strepitum et clamores, quos edunt homines iracundi, asperam et minacem orationem. *Syrus* bene reddidit per ܡܨܐ *contentio, lis*.

2. *intensæ et valde enixæ preces*. Hebr. V, 7. coll. Ps. V. 2. *Suid.* κραυγὴ ἐπὶ τῶν εὐχομένων· ἡ μετὰ προθυμίας καὶ σπουδαίας διανοίας ἱκετεία.

ΚΡΈΑΣ, έατος, et per syncopen κρέας, et contracte κρέως, τὸ, *caro*, et speciatim de *carne animalium* dicitur. Pluralis κρέατα, per syncopen κρέαα, et contracte κρέα, bis tantum legitur in N. T. Rom. XIV, 21. καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα. 1 Cor. VIII, 13. In versione Alex. legitur pro Hebr. בָּשָׂר Prov. XXIII, 20. Ies. XXII, 13. *Demosthen.* p. 1078. l. 23. ed. *Reiske*. Cæterum subintelligitur ad εἰδωλόθυτον 1 Cor. IX, 1.

ΚΡΕΊΣΣΩΝ, attice ΚΡΕΊΤΤΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *melior, præstantior, excellentior, utilior*. Comparativus ab ἀγαθὸς *bonus*. 1 Cor. VII, 9. 38. κρεῖσσον ποιεῖ magis utilitati suæ consulit. ibid. XI, 17. εἰς τὸ κρεῖττον ut faciatis majores in pietate et cognitione progressus. ibid. XII, 31. χαρίσματα τὰ κρείττονα dona, quæ magis aliorum utilitati inserviunt. Phil. I. 23. πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον hoc enim multo beatius esset. Hebr. I, 4. κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων eo præstantior factus est angelis. Hebr. VII, 7. τὸ ἔλαττον opponitur τῷ κρεῖττον. ibid. v. 19. 22. X, 34. XI, 16. 35. 40. XII, 24. 1 Petr. III, 17. 2 Petr. II, 21. Conf. *Valcken.* ad *Eurip. Phœn.* p. 332. et ad *Hippolyt.* p. 294. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΕΜΆΩ, ῶ, fut. άσω, *suspendo*. Act. V, 30. κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου in cruce suspensum. ib. X, 39. In versione Alex. respondet Hebr. תָּלָה Genes. XL, 19. 22. XLI, 13. Jos. VIII, 29. *Homer.* Odyss. η'. v. 67. Passivum Κρεμάομαι, ῶμαι, *suspendor*. Matth. XVIII, 6. ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ ut suspenderetur in collo ejus mola asinaria. Luc. XXIII, 39. εἷς δὲ τῶν κρεμασθέντων κακούργων unus autem maleficorum, qui una cum Jesu erant suspensi, sc. ἐπὶ τοῦ ξύλου, quod additur Act. V, 30. X, 39. Medium Κρέμαμαι,

1. *pendeo*. Act. XXVIII, 4. κρεμάμενον τὸ θηρίον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ viperam de ejus manu pendentem. Galat. III, 13.

2. κρέμασθαι ἐν τινὶ metaphorice *pendere ab aliqua re, positum esse in aliqua re, contineri in aliqua re*, et de rebus usurpatur, quæ ex aliis, tanquam fonte, defluunt, et in quibus caput omnis rei est. Sic legitur in N. T. Matth. XXII, 40. ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται his duobus præceptis omnis religio Judaica continetur. *Philo* T. II. ed. *Mangey* p. 420. ὧν αἱ τοῦ ἔθνους ἐλπίδες ἐκρέμαντο, *Pindar.* Olymp. Od. VI, 125. *Anacr.*

Od. XXIX, 17. *Cic.* in Pison. c. 41. "in sententiis omnium civium famam nostram fortunamque *pendere*." *Maimonides* de Fundamento Legis c. I. §. 3. quicunque sibi imaginatur, quod alius sit Deus præter hunc, abnegat maximum fundamentum, שֶׁהַכֹּל תָּלוּי בּוֹ a quo omnia pendent.

ΚΡΗΜΝΟ῾Σ, οῦ, ὁ, *locus omnis præruptus, præcipitium*, speciatim *rupes prærupta, præcipitium montis*, quasi ὁ τόπος κρεμάμενος *locus pendens*. Matth. VIII, 32. κατὰ τοῦ κρημνοῦ de præcipitio montis. Marc. V, 13. Luc. VIII, 33. Alexandrini usi sunt hac voce pro סֶלַע 2 Chron. XXV, 12. *Polyb.* III, 55. 6. *Aristoph.* Plut. v. 69. Apud *Pindar.* Olymp. Od. III, 39. κρημνοὶ sunt prærupti margines littorum et riparum. *Eurip.* Phœn. v. 1336. *Hesych.* κρημνός· ἐξοχὴ πέτρας καὶ ὄρους.

ΚΡΗ῾Σ, ητὸς, ὁ, *Cretensis, Cretæ incola*, vel *ex Creta oriundus*, a Κρήτη, quod vide. Act. II, 11. ubi tamen *Lightfootus* in Disquisit. Chorogr. ad Evang. Johannis c. IV. §. 1. n. 5. p. 935. Cheretæos, gentem Philistæam, כְּרֵתִים, Ezech. XXV, 16. Zephan. II, 5. 6. intelligit. Cf. etiam *Lakemacherum* in Obss. Philol. P. II. n. 2. §. 13. Tit. I, 12. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται Cretenses semper sunt mendaces. *Hesych.* κρητίζειν· ἐπὶ τοῦ ψεύδεσθαι καὶ ἀπατᾶν· ἔταττον δὲ τὴν λέξιν ἀπὸ τοῦ τοὺς Κρῆτας ψεύστας εἶναι. Cretenses autem ut omnino olim male audiebant, ita fides eorum pro suspecta habita, quia in insula Creta sepulcrum Jovis ostendebatur, quem tamen universa Græcia tanquam reliquorum Deorum suorum patrem colebat. Cf. interpretes ad *Callim.* Hymn. in Jovem v. 8. Thesaur. Diss. Theol. Philol. T. II. p. 723. Cæterum differt Κρὴς a κρῆς, contracte pro κρέας *caro*, accentu.

ΚΡΗ῾ΣΚΗΣ, ητος, ὁ, *Crescens*. Nomen viri Latinum. 2 Tim. IV, 10.

ΚΡΗ῾ΤΗ, ης, ἡ, *Creta*. Nomen insulæ, sitæ in Mari Mediterraneo, speciatim in Archipelago et quidem in medio hujus. Insula hæc fertilissima et celeberrima, de qua peculiarem libellum scripsit *Meursius*, (Amstelod. 1675. 4.) hodie dicitur *Candia*, vel ab urbe hujus nominis, vel a montibus suis occiduis, qui jam olim, *Strabone* teste, λευκοὶ, seu *candidi* appellati fuerunt. Olim vocata fuit *Hecatompolis*, i. e. centum oppidis instructa. Postea dicta est Creta, aut a *Crete* Nympha, Hesperidis filia, aut a *Curetibus*, incolis, auctore Strabone. Memoratur in N. T. Act. XXVII, 7. 12. 13. 21. Tit. I, 5.

ΚΡΙΘΗ῾, ῆς, ἡ, *hordeum*. Apoc. VI, 6. Hebr. שְׂעֹרָה Exod. IX, 31. Ruth. I, 22. *Xenoph. Anab.* I, 2. 22. Conf. *Ol. Celsii* Hierobot. T. II. p. 239. Hinc adjectivum

ΚΡΙ῎ΘΙΝΟΣ, η, ον, *hordeaceus*, quod legitur Joh. VI, 9. 13. coll. 2 Regg. IV, 42. Num. V, 15. Judd. VII, 13. Ezech. IV, 12. *Xenoph. Anab.* IV, 5. 21. ἄρτοις κριθίνοις.

ΚΡΙ῎ΜΑ, seu ΚΡΙ῏ΜΑ, τος, τὸ, 1. proprie: *discretio*, a κρίνω *discerno, secerno*.

2. *judicium, quod de aliquo fertur, aut pronunciatur*, in utramque partem. Speciatim: *judicium sinistrum et rigidum de aliquo, criminatio et vituperium*. Matth. VII, 2. ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε quod enim de aliis fertis sinistrum et iniquum judicium, in vos recidet. 1 Tim. III, 6. ἵνα μὴ εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου ne in criminationem et vituperium calumniatorum incurrat.

3. *sententia judicis ultima*, in utramque partem, speciatim *sententia judicis condemnatoria*. Rom. V, 16. τὸ μὲν γὰρ κρίμα, ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα nam sententia condemnatoria, ob unius hominis peccatum lata, hunc effectum habuit, ut homines pœnas subirent. Act. XXIV, 25. καὶ τοῦ μέλλοντος κρίματος et de judicio extremo super omnes æquo ac rato, olim a Christo publice ferendo.

4. *facultas et potestas judicandi*. Apoc. XX, 4. καὶ κρίμα ἐδόθη αὐτοῖς.

5. *pœna, supplicium*, quod sequitur

sententiam judicis condemnatoriam. Matth. XXIII, 14. διὰ τοῦτο λήψεσθε περισσότερον κρίμα ideo eo gravior olim erit vestra pœna. Marc. XII, 40. Luc. XX, 47. XXIII, 40. ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ qui tamen easdem pœnas das, seu sustines. ibid. XXIV, 20. παραδιδόναι τινὰ εἰς κρίμα θανάτου supplicio mortis afficiendum aliquem tradere. Rom. II, 2. 3. III, 8. XIII, 2. ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται pœnas dabunt Deo. 1 Cor. XI, 29. κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει is edendo et bibendo contrahit sibi gravissimas pœnas. ib. v. 34. Galat. V, 10. βαστάζειν τὸ κρίμα i. e. quod λαμβάνειν κρίμα. Hebr. VI, 2. Jacob. III, 1. 1 Petr. IV, 17. 2 Petr. II, 3. οἷς τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ quorum pœna jam dudum destinata non cessabit, coll. Jud. v. 4. Apoc. XVII, 1. XVIII, 20. ὅτι ἔκρινεν ὁ Θεὸς τὸ κρίμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς nam Deus ob injurias, vobis illatas, pœnas gravissimas ab ea sumsit. Ita מִשְׁפָּט sumitur Exod. VI, 6. et κρίσις 2 Macc. VII, 35. 36. et IX, 18.

6. *crimen*, seu *omnis res, quæ criminationem affert, reatus judicis, animadversione dignus.* 1 Tim. V, 12. ἔχουσαι κρίμα criminis reæ.

7. *lis, vel causa, in judicium deducta aut deducenda.* 1 Cor. VI, 7. ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν quod controversias habetis invicem. Job. XXX, 13.

8. *decretum.* Τὰ κρίματα Θεοῦ decreta Dei, quibus fata humana reguntur, i. q. αἱ ὁδοὶ τοῦ Θεοῦ, cum qua formula permutatur Rom. XI, 33. ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ quam imperscrutabilia sunt ejus decreta! Eodem modo κρίσις Θεοῦ *rationem* notat, *qua Deus in regenda et gubernanda hac rerum universitate utitur.* Sapient. XVII, 1. μεγάλαι γάρ σου αἱ κρίσεις καὶ δυσδιήγητοι, coll. Ps. LXXII, 1.

9. εἰς κρίμα, *ideo, hoc consilio.* Joh. IX, 39. Sæpius non legitur in N. T. *Etym. M.* κρίμα σημαίνει πῇ μὲν τὸ κατάκριμα καὶ τὴν καταδίκην, ὡς τὸ, κρίμα δίκαιον κρίνατε. (Zachar. VII, 9.) σημαίνει καὶ τοὺς ἐξητασμένους τοῦ Θεοῦ λόγους. *Phavor.* κρίμα· τὸ κατάκριμα, ἢ ἡ καταδίκη, ὡς τὸ, εἰς κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει. *Suid.* κρίματα· αἱ οἰκονομίαι. Δαεὶδ (Ps. IX, 17.) γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν. Conf. eundem in voce δικαίωμα. *Hesych.* κρίματα· οἰκονομίαι, ψῆφοι, δίκαι. κρίμα· ἀνταπόδοσις Θεοῦ.

ΚΡΙ΄ΝΟΝ, ου, τὸ, *lilium*, maxime *album*, in agris crescens, cujus tanta apud veteres erat dignitas, ut κατ' ἐξοχὴν ἄνθος diceretur. Hebraice dicitur שׁוֹשַׁן vel שׁוּשַׁן et שִׁשָּׁה, a שֵׁשׁ *sex*, quod sex foliis constat. Cant. II, 1. 2. 16. IV, 5. V, 13. *Plin. H. N.* XXI, 1. Bis tantum legitur in N. T. Matth. VI, 28. καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ. Luc. XII, 27. In utroque loco species liliorum synecdochice pro *floribus quibusvis* ponuntur. Et videtur etiam olim κρίνον commune nomen *florum omnis generis* fuisse, ut vel e versione Alex. colligi potest, in qua Exod. XXV, 31. 33, 34. Num. VIII, 4. κρίνον pro Hebraico פֶּרַח *flos* ponitur. *Hesych.* κρίνα· ἄνθη καλλίπνοα, εὐωδιάζοντα. *Gloss. in Octateuch.* κρίνα· ἄνθη εὐωδιάζοντα, κρίνοις ὅμοια. Cf. *Ol. Celsii* Hierobot. T. I. p. 383. seq. *Scacchi* Elæochrism. Myrothec. I. p. 209. et *Cl. Salmasii* Exercitationes de Homonymis Hyles Iatricæ p. 23.

ΚΡΙ΄ΝΩ, fut. ινῶ, 1. proprie: *secerno, discerno.* *Homer.* Iliad. β'. v. 362. κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, ubi *Schol.* κρῖνε· διάκρινε, διαχώρησον. *Hesych.* κρίναι· χωρίσαι, τάξαι. (Ezech. VII, 14.) — κρίνειν· ἀριθμεῖν, χωρίζειν.

2. *judico, judicium fero, dico, quid mihi de re quapiam videatur, sive judicium illud rectum sit, sive temerarium et præposterum.* Luc. VII, 43. ὀρθῶς ἔκρινας recte judicasti. Joh. VII, 24. μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε ne judicium ferte secundum speciem externam, sed veritati convenienter (re ab omni parte bene examinata) judicate. ib. VIII, 15. 16. 1 Cor. IV, 5. μὴ κρίνετε nolite sententiam vestram dicere. Sed sæpius in N. T. in malam partem usurpatur, ut

sit: *sinistre judicare, rigidum morum alicujus censorem esse, condemnare, reum et pœna dignum aliquem judicare*, ut sit idem, quod κατακρίνειν. Sic Matth. VII, 1. 2. coll. Luc. VI, 37. Rom. II, 1. ubi cum κατακρίνειν permutatur. ibid. v. 3. Rom. XIV, 3. 4. 10. 13. 1 Cor. V, 12. X, 29. Coloss. II, 16. Jacob. IV, 11. κρίνειν et καταλαλεῖν invicem permutantur. Interdum κρίνειν Latine reddendum est *exprobrare, conqueri de aliquo*. Joh. VIII, 26. πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν καὶ κρίνειν multa possem de vobis conqueri et vobis exprobrare. Rom. XIV, 22. ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν qui sibi nihil exprobrat. Huc etiam referrem loca Luc. XIX, 22. Rom. II, 27.

3. *judico, dijudico*. Luc. XII, 57. τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον; cur vero non ipsi dijudicatis, quid verum sit, exemplum petentes ab eo, quod inter vos vulgo fieri solet? Joh. VII, 24. VIII, 15. 16. Act. IV, 19. κρίνατε, sc. αὐτοί, judicate ipsi. 1 Cor. X, 15. κρίνατε ὑμεῖς ὅ φημι vos ipsi judicetis, an recte scribam. ibid. XI, 13.

4. *statuo, censeo, existimo, habeo*, vel *æstimo*. Act. XIII, 46. οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, h. e. vos salute æterna plane indignos redditis. ibid. XV, 19. διὸ ἐγὼ κρίνω quapropter ego statuo. ibid. XVI, 15. εἰ κεκρίκατέ με πιστὴν τῷ Κυρίῳ εἶναι si me vere Christianam esse existimatis. ib. XXVI, 8. ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν; num vobis incredibile videtur? 2 Cor. V, 14.

4. *judex sedeo, judicium exerceo, sententiam ultimam pronuncio in utramque partem*, maxime autem de *judice* dicitur, *qui sententiam condemnatoriam contra aliquem profert*. Joh. VII, 51. μὴ ὁ νόμος ὑμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον; num per leges vestras licet aliquem condemnare indicta causa? Joh. XVI, 11. ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου κέκριται principem hujus mundi condemnatum, h. e. imperio suo deturbatum, seu vim ejus et potestatem fractam esse. Act. XIII, 27. κρίναντες capite eum damnantes; omissum est θανάτου, quod additur apud *Ælian. V. H.* XIII, c. 42. ἔκρινάν με θανάτου. Hinc in haud paucis N. T. locis κρίνειν de *extremo judicio, super omnes olim a Christo publice ferendo*, adhibetur, quo, ut vitæ rationis, quam quisque gessit, justam mercedem quilibet accipiat, efficietur. Joh. V, 22. 30. Act. XVII, 31. Rom. II, 16. 2 Tim. IV, 1. Jacob. II, 12. 1 Petr. IV, 5. Huc etiam pertinent loca 1 Petr. I, 17. ubi τὸν κρίνοντα positum est pro ὃς κρίνει, sc. ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, h. e. aliquando integris vitæ jus vindicabit et præmia addicet, (Ps. LXXII, 4.) impios vero gravissime puniet. ibid. II, 23. Apoc. XI, 18. XX, 12. 13.—Sunt præterea alia loca, in quibus formula κρίνειν τινάς, metaphorice sumta, et ex adjuncto, notat: *superiorem et præstantiorem aliis esse, præcipua præ aliis felicitate, auctoritate et dignitate frui*. Matth. XIX, 28. κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ præcipua præ reliquis Judæis omnibus felicitate et dignitate fruemini. Luc. XXII, 30. 1 Cor. VI, 2. ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι; num ignoratis, Christianos præ gentilibus præcipua dignitate et præstantia gaudere? coll. v. 3. (ubi ἀγγέλους positum arbitror ad universalitatem indicandam: κόσμος καὶ ἄγγελοι, coll. cap. IV, 9.) et Sirac. IV, 16. Simili modo κρίνειν apud Græcos *imperare*, ἄρχειν notat, teste *Artemidoro* II. c. 12.

6. *punio, pœnas promeritas infligo*, et ex adjuncto: *miserum, infelicem reddo*. Joh. III, 17. ubi τῷ κρίνειν opponitur σώζειν. ibid. v. 18. VIII, 50. καὶ κρίνων et vindicaturus est injurias vestras. ibid. XII, 47. 48. XVIII, 31. κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτὸν secundum legem vestram eum punite. Act. VII, 7. XXIV, 6. Rom. II, 12. διὰ νόμου κριθήσονται pro hac sua voluntatis divinæ cognitione punientur. 1 Cor. V, 13. XI, 31. 2 Thess. II, 12. Hebr. X, 30. XIII, 4. 1 Petr. IV, 6. Apoc. VI, 10. XVI, 5. XVIII, 8. 20. Interdum vero κρίνεσθαι a κατα-

κρίνεσθαι ita differt, ut illud de pœnis tantum et malis hujus vitæ, hoc vero de pœnis post hanc vitam æternis usurpetur, v. c. 1 Cor. XI, 32. coll. v. 30. Ita שָׁפַט sumitur quoque 2 Chron. XX, 12. Ps. IX, 19. Ies. LXVI, 16. Ezech. VII, 8. XXXVIII, 22. *Hesych.* κρινομένους· ἀναιρουμένους, ἀποθνήσκοντας.

7. ut *judicare* apud Latinos (v. c. *Liv.* XXVI, 3. XLIII, 16.) *diem alicui dico, in judicium voco ad causam dicendam, accuso.* Act. XXIII, 6. περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι ob doctrinam de resurrectione mortuorum in judicium vocor. ibid. XXIV, 21. XXV, 9. ἐκεῖ περὶ τούτων κρίνεσθαι ἐπ' ἐμοῦ ut Hierosolymis tua causa me præside disceptetur. ibid. v. 10. et 20. XXVI, 6. Rom. III, 4. Conf. *El. Palairet.* Obss. Philol. p. 334. et *Mureti* Var. Lect. XIX, 16.

8. κρίνεσθαί τινι *judicio contendere cum aliquo, jus sibi dicere jubere, litem movere, litigare.* Matth. V, 40. καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι et si quis velit tecum litigare. 1 Cor. VI, 1. 6. in versione Alex. κρίνεσθαι ad imitationem Hebraici נִשְׁפָּט (Jer. XXV, 31. et Joël. III, 7.) respondet τῷ הֵרִיב Genes. XXVI, 21. Job. IX, 3. XIII, 19. Joël. III, 2. Hos. II, 2. *Aristoph.* Nub. v. 66. *Hesych.* κρινώμεθα· ἀντὶ τοῦ μαχώμεθα ἢ διαλεγώμεθα. Conf. *Dresig.* de Verbis Mediis N. T. II, 11. p. 518.

9. *æstimo, pretium statuo alicui rei.* Rom. XIV, 5. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν sunt, qui dies diebus præferant, aliis omnes dies eundem habent honorem.

10. κρίνειν τὸν νόμον *despicere, contemnere,* et ex adjuncto: *violare legem.* Jacob. IV, 11. ubi cum καταλαλεῖν permutatur. *Œcumenius* ad h. l. κρίνει· κατακρίνει, καταφρονεῖ.

11. *decerno, propono mihi aliquid, volo.* Act. III, 13. XVI, 4. τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν ἀποστόλων decreta ab apostolis. ib. XX, 16. XXI, 25. XXVII, 1. 1 Cor. II, 2. οὐ γὰρ ἔκρινα εἰδέναι τὶ ἐν ὑμῖν volebam ita me gerere, ut nihil aliud scire viderer. ibid. V, 3. VII, 37. καὶ τοῦτο κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. 2 Cor. II, 1. Tit. III, 12. Sic etiam legitur Judith. II, 3. 3 Macc. I, 7. ἔκρινε (*Syrus* bene ܐܬܚܫܒ) τὰς πλησίον πόλεις ἐπελθεῖν παρακαλέσαι· *Polybius* IV. c. 66. κεκρικότας ἐμβαλεῖν εἰς Μακεδονίαν. *Ælian. V. H.* I, 34. Plura exempla e Josepho collegit *Krebsius* in Notis ad Decreta Romanorum pro Judæis e Josepho collecta p. 171. seq. Hinc etiam substantivum κρίσις notionem *voluntatis et beneplaciti* habet. Sirac. XXXIII, 13. Tob. VII, 12. *Cic.* ad Fam. VII, 33. mihi judicatum, h. e. constitutum est interprete *Manutio.*

ΚΡΙ΄ΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *discretio, separatio,* a κρίνω *secerno, separo.*

2. *judicium, quod de aliquo fertur,* in utramque partem. Joh. VII, 24. τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε justum judicium facite. ibid. VIII, 16. ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν judicium, quod de me ferrem, verum ac certum esset, i. q. v. 14. ἡ μαρτυρία μου περὶ ἐμαυτοῦ ἀληθής ἐστιν. 1 Tim. V, 24. Jacob. V. 12. ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε ne in vituperia aliorum incurratis. Alii fortasse rectius vertunt: ne incurratis in pœnas divinas. 2 Petr. II, 11. οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν βλάσφημον κρίσιν, coll. Jud. v. 9.

3. *ultima sententia, quæ pronunciatur in utramque partem, judicium, quo de re aliqua decernitur, discrimen sortis.* Joh. XII, 31. νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου jam sors hominum decernitur ibid. XVI, 8. 11. περὶ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται argumentis demonstrabit, venisse discrimen, quo Satanæ vis ac potestas plane frangetur et imminuetur. Hinc κατ' ἐξοχὴν κρίσις in N. T. de *judicio extremo, a Christo olim super omnes homines publice ferendo,* usurpatur, v. c. Matth. X, 15. ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. ibid. XI, 22. 24. XII, 41. 42. ἐν τῇ κρίσει pro ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, coll. v. 36. Marc. VI, 11. Luc. X, 14. ἐν τῇ κρίσει in

nonnullis codicibus et versionibus legitur ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. ibid. XI, 31. 32. Joh. V, 27. 30. 2 Thess. I, 5. Hebr. XI, 27. 1 Joh. IV, 17.

4. *ipsum judicium, judicandi actio.* Matth. V, 21. 22. ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει, ubi per κρίσιν, quia diserte distinguitur a συνέδριον, plerique (conf. *Rhenferdii* Diss. de decem Otiosis p. 34. et *Possini* Spicileg. Evang. p. 45.) intelligendum esse existimant *illud VII virorum judicium minus, in unaquaque civitate constitutum,* in quo nonnisi privatæ et levioris momenti causæ disceptabantur, de cujus institutione et ratione vide Deut. XVI, 18. et *Joseph. A. J.* IV, 8. 14. et 38. de *B. J.* II, cap. 20. §. 5. Conf. *Krebs.* Obss. Flav. p. 19. seq.

5. *pœna, supplicium, sententiæ judicialis exsecutio. Phavor.* κρίσις· ἡ κόλασις. ὡς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται, τουτέστιν οὐ κολάζεται. Matth. XXIII, 33. ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης. Marc. III, 29. αἰωνίου κρίσεως. Joh. III, 19. αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις hæc vero est causa pœnarum et infelicitatis vitæ futuræ. Joh. V, 24. 29. ἀνάστασις κρίσεως pro ἀνάστασις εἰς κρίσιν. Act. VIII, 33. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη in maxima sua miseria liberatus tandem est a pœna; ubi κρίσις pœnas significat, quas Christus hominum causa ex voluntate Dei perferendas habuit. Hebr. X, 27. Jacob. II, 13. V, 12. 2 Petr. II, 4. κρίσις κατ' ἐξοχὴν pœnas vitæ futuræ significat. Jud. v. 6. 15. Apoc. XIV, 7. XVI, 7. XVIII, 10. XIX, 2. *Ælian.* V. H. XIV, 43.

6. *æquitas, justitiæ studium.* Matth. XXIII, 23. τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν. Luc. XI, 42. Jer. XVII, 11. ποιῶν πλοῦτον αὐτοῦ οὐ μετὰ κρίσεως. Sirac. XXXIII, 29. ἄνευ κρίσεως μὴ ποιήσῃς μηδέν.

7. *doctrina, præcepta divina,* ad imitationem Hebraici מִשְׁפָּט, quod sæpe idem est, quod תּוֹרָה, cum quo permutatur Ies. XLII, 1. 4. LI, 4. Adde Exod. XV, 25. Deut. XI, 1. Matth. XII, 18. καὶ κρισιν τοῖς ἔθνεσι ἀπαγγελεῖ ut gentes doctrina mea imbuat. ibid. v. 20. ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν et ita longe lateque propagabit doctrinam divinam. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΙ΄ΣΠΟΣ, ου, ὁ, *Crispus.* Nomen viri Latinum. Fuit Archisynagogus Corinthi, Act. XVIII, 8. baptizatus a Paulo, 1 Cor. I, 14.

ΚΡΙΤΗ΄ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, 1. *dicasterium, tribunal, locus, ubi judicium exercetur,* i. q. δικαστήριον (nam vocabula, in ήριον desinentia, plerumque *locum* notant, v. c. ἀκροαστήριον, δεσμωτήριον etc.) a κρίνω *judico.* Jacob. II, 6. ἕλκουσιν ὑμᾶς εἰς κριτήρια trahunt vos ad tribunalia, seu ad *judices;* utramque enim notionem κριτήριον habet in vers. Alex. Judd. V, 10. יֹשְׁבֵי עַל־מִדִּין, Alex. καθήμενοι ἐπὶ κριτηρίου. Exod. XXI, 6. אֶל־הָאֱלֹהִים coram judicibus: Alex. πρὸς τὸ κριτήριον. Dan. VII, 10. et 26. κριτήριον ἐκάθισε. Hist. Sus. v. 49. ἀναστρέψατε εἰς τὸ κριτήριον. *Pausan.* Corinth. II, 156. *Polyb.* IX, 33. 12. et XVI, 27. 2. *Hesych.* κριτήριον· δοκιμαστήριον, δικαστήριον.

2. *causa forensis, controversia, in judicio disceptanda, lis, de qua judicatur.* 1 Cor. VI, 2. ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων; num indigni estis, qui dirimatis causas minutissimas? Sed possent hæc verba etiam commode ita reddi: nunc indigni estis, qui in minimis subselliis judicium exerceatis. Nam *subsellia* dicuntur, in quibus minutiora judicia exercentur. ibid. v. 4. βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε si quas causas judicandas habetis de rebus, ad hujus vitæ usum spectantibus. *Syrus:* ܕܝܢܐ. Ita etiam *Arabs.* Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΙΤΗ΄Σ, οῦ, ὁ, 1. *qui rem aliquam dijudicat,* aut *judicium de ea fert,* a κρίνω. Jacob. II, 4. ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν, h. e. judicatis secundum prava principia, dignitatem sc. hominum externo splendore metientes.

2. *judex, qui ultimam sententiam pronunciat in utramque partem*, et insontes absolvit et præmiis ornat et sontes condemnat ac punit. Sic autem in N. T. usurpatur partim de hominibus. Matth. V, 25. Luc. XII, 58. XVIII, 2. 6. ubi ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας positum est pro ὁ κριτὴς ἄδικος. Act. XVIII, 15. partim de Christo, futuro hominum omnium judice, qui Act. X, 42. ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν dicitur: 2 Tim. IV, 8. Jacob. V, 9. et de Deo. Hebr. XII, 23. Huc etiam pertinent loca Matth. XII, 27. Luc. XI, 19. διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταὶ hi vos convincant calumniæ vestræ et improbitatis vosque condemnent.

3. *magistratus omnis, præses.* Sic v. c. Procurator Romanus κριτὴς dicitur Act. XXIV, 10. et ibid. principes Judæorum, qui a Deo ipso excitati populum Israëliticum contra hostes tuebantur, legibus gubernabant et ejus lites dirimebant, κατ' ἐξοχὴν שֹׁפְטִים *Suffetes* (*Liv.* XXX. 7. §. 5. "Carthaginienses senatum *Suffetes* vocaverunt") dicti, κριταὶ appellantur Act. XIII, 20.

4. κριτὴς νόμου is, qui legem violat et despicit. Jacob. IV, 11. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΙΤΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1. proprie est *discernendi, separandi*, aut *judicandi peritus*, a κρίνω *secerno, judico.* Nam adjectiva, in ικὸς desinentia, *sollertiam* et *peritiam alicujus rei* indicant, v. c. τεχνικὸς, μουσικὸς etc. *Polyb.* XXXII, 4. 5. coll. 6. 5. *Alberti* Gloss. Gr. p. 172. κριτικός· διακριτικὸς, χωριστικός.

2. *qui dijudicat, judicat, condemnat et punit.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. IV, 12. ubi comminationes divinæ dicuntur esse κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας, h. e. condemnare adeo consilia et cogitata humana. *Hesychius*, ad h. l. respiciens, κριτικὸς ἐνθυμήσεων· διακρίνων λογισμούς.

ΚΡΟΥ'Ω, fut. ούσω, 1. *pulso*, de *ostio*, atque ut κόπτειν de introituro adhibetur, qui fores pulsat, ut intromittatur, cum ψοφεῖν, seu Latinum *crepare*, de exituro usurpetur, qui fores ferit et percutit, ut illo strepitu admoneantur, qui foris sunt, cavere sibi atque absistere, ne lædantur. Apud veteres enim fores non introrsum trahendo, sed in viam publicam pellendo, aperiebantur. *Mœris:* κόπτει τὴν θύραν ὁ ἔξωθεν, ψοφεῖ δὲ ὁ ἔνδοθεν. Conf. *Græv.* ad *Lucian.* Solœc. T. II. p. 758. et *Hemsterhus.* ad *Aristoph.* Plut. v. 1098. p. 414. Sic etiam legitur in N. T. Luc. XII, 36. ἵνα ἐλθόντος καὶ κρούσαντος, sc. τὴν θύραν, quod additur ibid. XIII, 25. et Act. XII, 13. coll. v. 16. Judd. XIX, 22. ἔκρουσαν ἐπὶ τὴν θύραν. Cant. V, 2. Judith. XIV, 14. ἔκρουσε τὴν αὐλὴν τῆς σκηνῆς. *Xenoph. Symp.* I, 11. κρούσας τὴν θύραν, εἶπε τῷ ὑπακούσαντι εἰσαγγεῖλαι, ubi vid. *Bach. Aristid.* T. II. p. 524. Confer et *Pierson.* ad *Mœrin* p. 211.

2. metaphorice designat *flagrantissimum alicujus rei desiderium*, et speciatim: *precandi ardorem, constantiam* et *perseverantiam.* Matth. VII, 7. κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν, i. q. αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν. ib. v. 8. Luc. XI, 9. 10. Apoc. III, 20. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΥΠΤΟ'Σ, ἡ, ὸν, *occultus, absconditus, abditus*, etiam *ignotus, incognitus, internus*, a κρύπτω *occulto.* Matth. VI, 4. ἐν τῷ κρυπτῷ, ita, ut alios lateat. —ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, quem ne occultissima quidem latent. ib. v. 6. ἐν τῷ κρυπτῷ. h. e. ἐν τῷ ταμιείῳ, v. 68. κεκλεισμένῳ. ib. v. 18. X, 26. οὐδέν ἐστι κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται nihil tam ignotum est, quod non aliquando in lucem protrahatur. Marc. IV, 22. Luc. VIII, 17. XI, 33. εἰς κρυπτὴν, pro εἰς κρυπτὸν τόπον. ib. XII, 2. Joh. VII, 4. ἐν κρυπτῷ ita, ut se subducat oculis hominum. ibid. v. 10. ὡς ἐν κρυπτῷ sine comitatu magno. ib. XVIII, 20. ἐν κρυπτῷ intra privatos parietes. Rom. II, 16. τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων cogitata hominum, consilia et occulte ab iis facta. ib. v. 29. ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος qui animi pietate se Judæum præstat. 1 Cor. IV, 5. τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους abscondita in tene-

bris, h. e. internam hominum indolem, quæ alios fere semper latet, *τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν*, ut in sequentibus explicatur, seu *τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας*, coll. c. XIV, 25. Sirac. I, 30. IV, 18. 2 Cor. IV, 2. *τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης* quæ homines propter pudorem celare solent, turpiter facta. 1 Petr. III, 4. *ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος* interna animi indoles. Sed suspicor loco *ἄνθρωπος* h. l. esse *κόσμος* legendum, coll. v. 3. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΥΠΤΩ, fut. *ὑψω*, *abscondo*, *occulto*, *abdo*, *aliorum conspectui*, *vel scientiæ*, *vel insultibus subduco ullo aliquo modo*. Matth. V, 14. *οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι* non potest urbs esse inconspicua. ibid. XIII, 35. *κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου* quæ inde a mundo condito ignota fuerunt. ib. v. 44. *ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε* quem thesaurum inventum absconditum reliquit, aut, magis adhuc occultavit. ib. XXV, 25. Luc. XVIII, 34. *καὶ ἦν τὸ ῥῆμα τοῦτο κεκρυμμένον ἀπ' αὐτῶν*, h. e. non videbant, quomodo hæc dicta a Jesu cum vulgari Judæorum de Messia opinione et V. T. oraculis conciliari possent. Nam *κεκρυμμένος* dicitur res aut sententia, cujus natura, causa, sensus, modus, aut ratio non satis intelligitur et capitur ab aliis. Luc. XIX, 42. *νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν σου* sed ne nunc quidem ea curas et consideras. Joh. VIII, 59. *Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ* Jesus vero subduxit se eorum furori templum egressus. (coll. *Herodian.* III, 4. 14. V, 4. 21. VII, 2. 10.) ibid. XII, 36. *καὶ ἀπελθὼν ἐκρύβη ἀπ' αὐτῶν* et discedens abscondidit se ab illis, coll. Deut. VII, 20. ib. XIX, 38. *κεκρυμμένος* clam. Coloss. III, 3. *καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ* et nondum satis cognitam habetis futuram felicitatem vestram cum Christo in cœlis, coll. 1 Joh. III, 2. 1 Tim. V, 25. Hebr. XI. 23. Apoc. II, 17. *τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου* mannæ cœlestis, seu in futuros usus magna copia repositæ ac reconditæ; non sine allusione partim ad vasculum, in quo manna erat recondita, et quod in arca fœderis asservabatur, partim ad traditionem, qua ducti Judæi credebant, arcam fœderis, una cum urna, quæ mannam continebat, imminente urbis expugnatione per Nebuchadnezarem, a Jeremia propheta fuisse absconditam, fore tamen, ut ea aliquando tempore Messiæ denuo in lucem protrahatur. Vide *Joma* fol. 52. 2. *Tanchuma* p. 83. 2. et *Eichhornii* Comment. ad h. l. Vol. I. p. 101. seq. Apoc. VI, 15. 16. (coll. Ies. II, 10. Jerem. XIII, 5.) Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΥΣΤΑΛΛΙΖΩ fut. *ίσω*, *instar crystalli splendeo*, *crystalli splendorem et pelluciditatem refero et imitor*, a *κρύσταλλος crystallus*. Semel legitur in N. T. Apoc. XXI, 11. *ὡς λίθῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι*, i. q. *κρυσταλλοειδεῖ*, coll. Sap. XIX, 21.

ΚΡΥΣΤΑΛΛΟΣ, *ου*, *ὁ*, 1. proprie: *glacies*, et respondet Hebraico קֶרַח *glacies*. Job. VI, 16. *κρύσταλλος πεπηγώς*. *Hesych. κρύσταλλος· τὸ πεπηγὸς ὕδωρ ὑπὸ κρύους*. *Etym. M. τὸ διὰ τοῦ κρύους ἠλλοιωμένον ὕδωρ*. Compositum enim est ex *κρύος frigus*, *gelu*, et *στέλλομαι concresco*.

2. *crystallus*, seu *crystallum*, genus gemmæ, sic dictæ, quod instar glaciei sit perlucida, aut, quia frigore et longæva nive densari a veteribus credebatur. Conf. *Plin.* H. N. XXXVII, cap. 2. *Statium* Lib. I. Sylv. 2. v. 126. Adde *Salmasium* ad *Solinum* p. 205. seq. et p. 1092. Bis memoratur in N. T. Apoc. IV, 6. et XXII, 1.

ΚΡΥΦΗ, *occulte*, *clam*, *in tenebris*, i. q. *κρύφα* ap. *Xenoph. Symp.* V, 9. Adverbium a *κρυφὸς occultus*, quod est a *κρύπτω*. Legitur in N. T. tantum Ephes. V, 12. *τὰ κρυφῇ γενόμενα ὑπ' αὐτῶν*, *αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν* de flagitiis, quæ clam patrant, vel loqui turpe videri potest. In vers. Alex. respondet Hebraicis בַּסֵּתֶר, Deut. XXVIII, 57. Job. XIII, 10. לַסֵּתֶר *ad absconden-*

dum, Ies. XXIX, 15. בַּלְאָט seu בַּלָּט *abscondite, clam*, Judd. IV, 21. Ruth. III, 7. *Hesych.* κρυφῇ· λάθρα, ἀδήλως, κρυπτῶς. *Xenoph. Sympos.* V, 8.

ΚΤΑ΄ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. κτήσομαι, 1. *comparo, acquiro mihi aliquid, meum facio quocunque modo.* Matth. X, 9. μὴ κτήσησθε χρυσὸν ne comparetis vobis aurum. Luc. XVIII, 12. ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι omnium proventuum terræ, quos colligo, decimas reddo. Act. VIII, 20. διὰ χρημάτων κτᾶσθαι pecunia sibi comparare. *Thucyd.* I, c. 71. p. 47. ἀπολαύουσιν ἐλάχιστα τῶν ὑπαρχόντων, διὰ τὸ ἀεὶ κτᾶσθαι. *Aristoph.* Concion. v. 597. Κτᾶσθαι etiam nude positum *emere* notat apud Græcos, v. c. apud *Xenoph.* de Rep. Athen. II, 9. Act. XXII, 28. τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην jus civitatis Romanæ mihi comparavi. Genes. XXXIII, 19.

2. *possideo, habeo*, et ex adjuncto: *præditus, instructus sum, utor aliqua re.* 1 Thess. IV, 4. τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ corpore suo uti ad virtutis et honestatis studium. Luc. XXI, 19. κτᾶσθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἐν ὑπομονῇ sitis toleranti et tranquillo animo instructi. *Hesych.* κτησάμενος· ἔχων.

3. *occasionem præbeo alicujus rei emendæ et possidendæ.* Act. I, 18. οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ μισθοῦ τῆς ἀδικίας, coll. Matth. XXVII, 7. seq. Sæpe enim in libris N. T. non solum, sed etiam ab exteris scriptoribus aliquis ipse fecisse quid dicitur, cujus tantum causa fuit et occasionem dedit. Sic apud *Josephum* A. J. IX, 8. 3. de Jodao: τῷ Δαυΐδου γένει τὴν βασιλείαν ἐκτήσατο occasio, seu causa fuerat regni Davidis stirpi restituendi: et apud *Lysiam* p. 324. de accusatore, ἐζημίωσε, h. e. causa fuit, ut reus puniretur. Cf. *Glassii* Philol. Sacr. p. 204. ed. *Dathii.*

4. *conservo, tueor, salvum et incolumem præsto.* Luc. XXI, 19. κτᾶσθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἐν ὑπομονῇ patientia vestram vitam conservabitis, coll. Matth. XXIV, 13. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΤΗ῀ΜΑ, τος, τὸ, *omne, quod aliquis sibi comparavit ac possidet, bona, opes, facultates.* Speciatim et maxime, si distinguitur ab ὕπαρξις, *bona immobilia*, qualia sunt *fundi, agri, vineta, prædia, domus* etc. a κτάομαι, quod vide. *Hesych.* κτήματα· πάντα τὰ ὑπάρχοντα. *Eustath.* ad Il. η΄. p. 685. κτήματα οἱ μὲν μεθ' Ὅμηρον ἰδίως ἐπὶ ἀγρῶν καὶ οἴκων φασίν· Ὅμηρος δὲ ἐπὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ὑπαρχόντων. Hinc in vers. Alex. respondet Hebraico נַחֲלָה *possessio*, Job. XX, 29. הוֹן *opes*, Prov. XII, 27. שָׂדֶה *ager*, Prov. XXIII, 10. et כֶּרֶם *vinea*, Prov. XXXI, 16. Hos. II, 15. Adde Sirac. XXVIII, 24. et XXXVI, 25. In N. T. legitur Matth. XIX, 22. ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλὰ valde dives erat. Marc. X, 22. Act. II, 45. καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον. ibid. V, 1. coll. v. 3. et 8. ubi cum voce χωρίον permutatur. Sæpius non legitur in N. T. Confer *Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

ΚΤΗ῀ΝΟΣ, εος, τὸ, *quodvis jumentum, pecus*, quod nonnulli a κτείνω *occido* derivant, eo quod quædam pecudum occidi et mactari soleant, alii vero rectius, ut opinor, a κτάομαι *possideo* deducunt, quod veterum opes præcipue in pecorum possessione constiterint. Certe κτῆνος, seu poëtice κτέανος, etiam generatim olim *opes, facultates, possessionem* significasse et fuisse i. q. κτῆμα, ex *Hesychio* colligo, qui κτήνεα per χρήματα interpretatus est. Unde etiam Alexandrini hac voce usi sunt pro מִקְנֶה *possessio*, Genes. XXVI, 14. Deut. III, 19. Jos. I, 14. et קִנְיָן idem Jos. XIV, 4. In N. T. legitur Luc. X, 34. ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος et impositum eum jumento. *Syrus:* ܥܠ ܚܡܪܗ *super asinum suum.* Act. XXIII, 24. κτήνη τε παραστῆσαι parare jumenta. 1 Cor. XV, 39. ἄλλη δὲ

σὰρξ κτηνῶν alio vero corpore pecora sunt instructa. Apoc. XVIII, 13. In versione Alex. æque late patet, nam respondet Hebraico בְּהֵמָה, Genes. III, 14. VI, 7. XI, 5. חַיָּה, Genes. I, 28. Ps. LXXVIII, 48. בְּעִיר *jumentum*, Num. XX, 4. 8. 11. צֹאן, Genes. XXX, 43. Ezech. XXIV, 5. et רֶמֶשׂ *reptile*, Genes. VIII, 19. *Hesych.* κτήνη· βοσκήματα. *Suid.* κτῆνος· τὸ ζῶον, κ. τ. λ. *Gloss. Vet.* κτῆνος· *jumentum, pecus. Etym. M.* κτήνη· κυρίως ἐπὶ τῶν σφαζομένων εἰς βρῶσιν — καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

ΚΤΗ΄ΤΩΡ, ορος, ὁ, *possessor, dominus.* Est nomen verbale a tertia persona perf. pass. κέκτηται, verbi κτάομαι *possideo.* Semel legitur in N. T. Act. IV, 34. ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον quotquot enim prædia aut domos habebant. *Hesych.* κτήτορες· οἰκοδεσπόται, κτίσται.

ΚΤΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, 1. *creo, condo, ex nihilo produco,* item *ex materia præexistente formo et fabricor.* Sic de Deo usurpatur Marc. XIII, 19. ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, ἧς ἔκτισεν ὁ Θεὸς inde a mundo condito, seu ex quo homines fuerunt. Rom. I, 25. παρὰ τὸν κτίσαντα magis, quam Deum creatorem. 1 Cor. XI, 9. 1 Tim. IV, 3. Apoc. IV, 11. X, 6. — de Christo Coloss. I, 16. Respondet in hac significatione apud Alex. Hebraico בָּרָא, quod, uti *quamlibet rei productionem* significat, ita speciatim notat: *solo nutu et imperio rem aliquam novam producere.* Deut. IV, 32. Ps. LXXXIX, 12. 47. etc.

2. metaphorice: *mirabili virtute aliquid efficio, muto, corrigo ac emendo, auctor sum, efformo,* i. q. ποιέω, ad imitationem Hebraici בָּרָא Ps. LI, 10. Ies. XLV, 7. 8. LIV, 16. Ephes. II, 10. κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ qui sunt per religionem Christianam emendati, quasi facti καινὴ κτίσις. Conf. infra sub κτίσις. ibid. v. 15. ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον ut Judæos et Paganos dissentientes invicem in unam novam societatem coge-ret; ubi κτίζειν εἰς ἕνα est i. q. ποιεῖν ἕνα, seu ἑνοῦν. Ephes. III, 9. τῷ τὰ πάντα κτίσαντι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ qui omnes totos immutavit per Christum. ibid. IV, 24. τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα quæ efformata est ad similitudinem Dei, seu a Deo. Coloss. III, 10. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΤΙ΄ΣΙΣ, εως, ἡ, 1. proprie: *creatio, qua Deus hoc universum, et quæ in eo sunt, produxit, actus condendi mundum,* i. q. κοσμοποιΐα, a 2 pers. perf. pass. ἔκτισαι, verbi κτίζω *creo.* Rom. I, 20. ἀπὸ κτίσεως κόσμου inde a mundo condito.

2. per metonymiam: *omnes res, a Deo, creatæ et productæ, omnis rerum natura, universum,* i. q. κόσμος. Marc. X, 6. ἀπὸ δὲ ἀρχῆς τῆς κτίσεως. ibid. XIII, 19. 2 Petr. III, 4. — Rom. I, 25. ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, coll. v. 23. Rom. VIII, 39. Sapient. V, 17. et XVI, 24.

3. *singulæ hujus universi, seu rerum creatarum partes,* v. c. *homo, homines,* (vid. *Casaub.* Epist. 382. et *Cartwrighti* Mellificium Hebr. II, 5.) *genus humanum.* Marc. XVI, 15. κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει tradite doctrinam Christianam omnibus omnium gentium ac nationum hominibus. Sed plerique interpretes h. l. pariter ac in loco Coloss. I, 23. coll. v. 27. κτίσιν de *gentilibus* tantum interpretari malunt, quos Judæos κατ' ἐξοχὴν בְּרִיּוֹת *creaturas* vocasse, idoneis exemplis comprobavit *Lightfootus* ad locum Marci T. II. Opp. p. 468. Commendat hanc interpretationem locus parallelus Matth. XXVIII, 19. Coloss. I, 15. πρωτότοκος πάσης κτίσεως princeps omnium hominum, coll. Apoc. III, 14. ubi Christus etiam dicitur ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ caput ecclesiæ a Deo conditæ. Hebr. IV, 13. καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ nullus hominum Deum latet. Sed fortasse κτίσις habet h. l. rariorem significationem *consiliorum animi,* quæ etiam Hebraice יֵצֶר לֵב Genes. VI, 5. VIII, 21. vocantur, ut

sit i. q. v. 12. ἐνθυμήσεις καὶ ἐννοίας καρδίας. Huc etiam pertinet formula καινὴ κτίσις 2 Cor. V, 17. Galat. VI, 15. quæ eadem est cum formula καινὸς ἄνθρωπος, Ephes. IV, 24. et significat *hominem emendatum et plane immutatum per religionem Christianam*, partim ad imitationem formulæ Judaicæ בְּרִיָה חֲדָשָׁה, quam non solum de *eo, qui est in nova plane et immutata conditione* sed etiam speciatim de *eo* usurpant, *qui ab idololatria ad veram religionem* transiit; partim vero respectu habito ad κτίσμα Θεοῦ, populi Israëlitici nomen, Deut. XXXII, 6. Ies. XLIII, 21. XLIV, 21. quatenus peculiaris Dei populus habebatur. Vide supra sub καινός. Κατ' ἐξοχὴν vero κτίσις de *Judæis et gentilibus, ad Christianam religionem conversis*, usurpatur, v. c. Rom. VIII, 19. ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται Christiani enim, variis et gravissimis calamitatibus pressi, avide expectant futuram Christianorum in cœlis felicitatem. ibid. v. 20. 21. 22. πᾶσα ἡ κτίσις omnes per omnem terrarum orbem dispersi Christiani. Conf. *Noesselt.* Opuscula ad Interpret. Scripturæ Sacræ Vol. I. p. 124. seq.

4. *structura.* Hebr. IX, 11. οὐ ταύτης τῆς κτίσεως non hujus structuræ, non ab hominibus fabricatum, i. q. ἀχειροποιήτου. Nam κτίζειν etiam *exstruere, ædificare* notat in versione Alex. Levit. XVI, 16. οὕτω ποιήσεις τῇ σκηνῇ τῇ ἐκτισμένῃ αὐτοῖς. 3 Esdr. IV, 53. κτίσαι τὴν πόλιν. *Hesych.* κτίσμα· οἰκοδόμημα.

5. *ordinatio, statutum, institutum.* 1 Petr. II, 13. ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει subjicite igitur vos omnibus ordinationibus et institutis, quæ inter homines locum habere debent, h. e. magistratibus, regibus, ut in seq. explicatur. Sic h. l. jam interpretati sunt *Œcumenius, Lutherus, Grotius, Wolfius*, alii, et recte ac convenienter usui loquendi. Nam κτίζειν notat etiam *instituere, ordinare.* Sirac. VII, 15. γεωργίαν ὑπὸ ὑψίστου ἐκτισμένην. ibid. XXXVIII, 1. 12. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΤΙ'ΣΜΑ, τος, τὸ, *creatura, omne a Deo productum et effectum*, speciatim: *homo*, ab eodem. Legitur in N. T. tantum 1 Tim. IV, 4. πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν omnibus a Deo in usus hominum creatis uti licet. Jacob. I, 18. ἀπαρχὴν τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. Apoc. V, 13. VIII, 9. Legitur præterea Sapient. IX, 2. XIII, 4. 5. *Hesych.* κτίσμα· ποίημα.

ΚΤΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, et ΚΤΙ'ΣΤΗΣ, ου, ὁ, *creator, conditor*, a κτίζω *creo.* Semel in N. T. legitur 1 Petr. IV, 19. ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς αὐτῶν commendent atque totos se tradant Deo, fideli creatori. Legitur præterea in versione *Symmachi* Ies. XLIII, 15. pro Hebraico בּוֹרֵא. Judith. IX, 12. 2 Macc. I, 24. *Hesych.* κτίστης· ποιητὴς, πλάστης.

ΚΥΒΕΙ'Α, ας, ἡ, 1. proprie: *alea, lusus aleæ, ludus tesserarum*, a κύβος, quod proprie est *cubus*, corpus mathematicum, πᾶν τετράγωνον, ut *Hesychius* interpretatus est, deinde *tessera in ludo aleæ*, quæ formam quadratam habet. *Pollux* VII, 95. Lex. *Cyrilli* MS. Brem. κύβος· πᾶς τετράγωνος ψῆφος. Hinc κυβεύω *in alea tesseris ludo, aleam jacio*, διὰ ψήφων ἢ ἀστραγάλων παίζω, secundum *Ammonium*; et κυβευτὴς *aleator, qui alea ludit.* Conf. *Menagium* ad *Diog. Laërt.* de Vit. Philos. Procem. n. 2. p. 8. ed. *Meibom.* Jam, quia aleatores nonnunquam artibus pravis utuntur in tesseris jaciendis, ut collusores circumveniant, (*Ælian.* V. H. VII, 12.) factum est, ut κυβεία

2. significaret *fallaciam et astutiam in ludo tesserarum*, et per synecdochen: *omnem fraudulentiam et versutiam*, qua utuntur homines, alios decepturi. *Suid.* κυβεία· πανουργία. Sic semel legitur in N. T. Ephes. IV, 14. ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων per fraudulentiam doctorum. (cf. *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* I, 8. p. 9. et *Elsneri*

Obbs. Sacr. T. II, p. 215.) *Salmas.* κυβείαν interpretatus est de *actionibus temerariis et fortuitis, quæ nullo certo consilio explorantur.* Nam κυβεύειν (ut ἐκκυβεύειν *Polyb.* I, 87. III, 95. ἀπικυβεύειν *Diod. Sic.* XVII, 30. et ἐναποκυβεύειν *Diod. Sic.* XVI, 78. ubi vid. *Wesseling.*) etiam apud Græcos *is* dicitur, *qui præceps in periculum ruit, et qui incerto casui rem exponit,* (*Arrian.* Diss. Epictet. p. 448.) teste *Suida,* (κυβεύειν· εἰς κίνδυνον προπηδᾷν) et apud *Horat.* Od. II, 1. 6. legitur: "periculosæ plenum opus aleæ tractas." Copiose de voce κυβεία exposuit post *Senftlebium* (in *Opusculo de alea veterum* Lips. 1677. 8.) *Morus* in Diss. Poster. ad Ephes. IV, 11—17. (Lips. 1792.) et *P. A. Boysen* in Diss. Philol. Crit. de κυβείᾳ ἀνθρώπων ad Ephes. IV, 13. quæ reperitur in Tempe Helvetica T. III. p. 412.

ΚΥΒΕΡΝΗΣΙΣ, εως, ἡ, *gubernatio,* a κυβερνάω *guberno.* Semel in N. T. legitur 1 Cor. XII, 28. ubi κυβερνήσεις, quia inter χαρίσματα referuntur, mihi quidem *munus presbyteri et antistitis ecclesiæ et facultatem, bene, prudenter hoc munere fungendi,* significare videtur. In versione Alex. respondet Hebraico תַּחְבֻּלוֹת *intelligentia, consilia prudentia.* Prov. I, 5. XI, 14. XX, 18. XXIV, 6. *Hesych.* κυβερνήσεις· προνοητικαὶ ἐπιστῆμαι (h. e. intelligentia et prudentia, qua aliorum saluti et commodis prospicimus) καὶ φρονήσεις. Priorem interpretationem etiam profert *Alberti* Gloss. Gr. N. T. p. 132. posteriorem vero Lex. *Cyrilli* MS. Brem. *Glossæ* in Prov. Salom. κυβέρνησιν· ἐπιστήμην τῶν πραττομένων. *Plutarch.* T. VI. p. 616. ed. *Reiske* κυβέρνησις Θεοῦ. ibid. T. IV. p. 298. et 300.

ΚΥΒΕΡΝΗΤΗΣ, ου, ὁ, *gubernator navis, qui ad clavum sedet et navis cursum dirigit,* a κυβερνάω, quod proprie est *rego navem.* Hebraice dicitur חֹבֵל Ezech. XXVII, 8. 27. 28. Bis tantum legitur in N. T. Act. XXVII, 11. ubi κυβερνήτης a ναυκλήρῳ diserte distinguitur, quanquam apud Græcos κυβερνήτης interdum etiam *dominum navis, qui sua pecunia navem instruit,* significat. Vide *Aristoph.* Equit. v. 541. Apoc. XVIII, 17. *Xenoph.* Œcon. VIII, 14.

ΚΥΚΛΟΘΕΝ, *in circuitu.* Adverbium, regens genitivum, a κύκλος *circulus, orbis.* Legitur in N. T. tantum Apoc. IV, 3. κυκλόθεν τοῦ θρόνου in circuitu throni. ibid. v. 4. 8. κυκλόθεν καὶ ἔσωθεν. ib. V, 11. Alexandrini usi sunt pro סָבִיב 1 Regg. III, 1. VI, 5. 6. et מִסָּבִיב Jos. XXI, 42. Judd. II, 14.

ΚΥΚΛΟΩ, ῶ, fut. ώσω, 1. *cingo, circumcingo, circumdo, circulo includo,* a præced. Joh. X, 24. ἐκύκλωσαν οὖν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι cinxerunt ergo eum Judæi. Act. XIV, 20. *Polyb.* Hist. XI, 27. οἱ κυκλοῦντες αὐτὴν (sc. τὴν θάλασσαν) ἄνεμοι. *Diod. Sic.* XVIII, 59.

2. *obsidione cingo, obsideo urbem,* Luc. XXI, 20. ὅταν ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ quando videritis Romanorum exercitum non procul ab urbe castra metari, ac prope jam adesse, ut ea obsidione cingatur. Est enim h. l. vox κυκλουμένη, ut recte monuit *C. F. Krumbholz* Opp. Subseciv. I. p. 16. non participium præteriti, sed præsentis, quod per Enallagen pro participio futuri temporis sumi debet. Hebr. XI, 30. τὰ τείχη Ἰεριχὼ κυκλωθέντα. Apoc. XX, 6. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΥΚΛΩ, pro ἐν κύκλῳ, (quod plene dixit *Xenophon Cyrop.* VIII, 5. 5. ac *Arrianus* Dissert. Epictet. I, 8. 3.) *in circuitu, circumcirca, undique,* a κύκλος *orbis, circuitus.* Marc. III, 34. καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ et cum circumspexisset undique. ibid. VI, 6. τὰς κώμας κύκλῳ vicos finitimos, seu circumjacentes. Vide ad h. l. *Heupelium.* ibid. v. 36. εἰς τοὺς κύκλῳ (*Cod. Cantabr.* ἔγγιστα) ἀγροὺς καὶ κώμας in agros et vicos vicinos. Luc. IX, 12. Rom. XV, 19. Apoc. IV, 6. VII, 11. Sæpius non reperitur in

N. T. Adde Gen. XXXV, 5. XLI, 48. *Xenoph. Cyrop.* VII, 1. 19. et quæ *Elsnerus* habet in Obss. Sacr. T. I. p. 148.

ΚΥΛΙ'Ω, fut. *ίσω*, *volvo*. Medium Κυλίομαι *me volvo*, *me voluto*. Semel in N. T. legitur Marc. IX, 20. ἐκυλίετο ἀφρίζων spumans se volutabat. *Polyb.* XXVI, 10. 16.

ΚΥ'ΛΙΣΜΑ, *τος*, *τὸ*, *volutabrum*, pro quo et *κυλίστρα* (vid. *Pollux* I, 183.) dici solet, a *κυλίω volvo*. In N. T. tantum legitur 2 Petr. II, 22. ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου, sc. ἐπιστρέψει, sus lota ad volutabrum cœni revertitur. Formula proverbialis, apud Judæos recepta, dicta in eos, qui pristinis sceleribus denuo assuescunt, et in impietatem relabuntur. Cf. *Schoettgen.* Hor. Hebr. et Talmud. ad h. l. et *Vorstium* de Adagiis N. T. cap. IV, p. 776. ed. *Fischeri.*

ΚΥ'ΛΛΟΣ, *ου*, *ὁ*, et ΚΥΛΛΟ'Σ, *ἡ*, *ὸν*, *mutilatus corpore*, quem Latini *debilem* dicunt. Speciatim usurpatur de *eo*, *qui unam manum debilem habet*, et de *claudo*. *Hesych.* κύλλος· χωλὸς, καμπύλος. *Suid.* ὁ πεπηρωμένος οὐ μόνον πόδα, ἀλλὰ καὶ χεῖρα. Conf. *Suidam* sub voce *βούλυτος*, *Festum* in voce *Cyllenius* et *Foësii* Œcon. Hipp. p. 220. Legitur in N. T. tantum Matth. XV, 30. 31. κυλλοὺς ὑγιεῖς mutilos jam sanos. ib. XVIII, 8. κυλλὸς opponitur τῷ δύο χεῖρας ἔχοντι. Marc. IX, 43. Sæpius non legitur in N. T. Confer *Elsneri* Comment. in Matth. T. II. p. 51.

ΚΥ̃ΜΑ, *τος*, *τὸ*, 1. *fluctus*, *impetus aquæ profluentis*. Matth. VIII, 24. ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων ut navis fere fluctibus operiretur et submergeretur. ib. XIV, 24. Marc. IV, 37. Act. XXVII, 41. *Polyb.* X, 10. 3. *Hesych.* κῦμα· ὕδατος ἐπιδρομὴ βιαία. Alexandrini pro גַּל Ps. XLII, 7. Ies. LI, 15. Jerem. V, 22.

2. metaphorice Judæ v. 13. κύματα ἄγρια θαλάσσης fluctus sævi, seu æstuantis maris dicuntur *homines impetuosi*, *inquieti*, *turbarum amantes et pravarum cupiditatum furore agitati*, ἀκατάπαυστοι ἁμαρτίας. (2 Petr. II, 14.) Conf. Ies. LVII, 20. et quæ de metaphorica significatione verbi *κυμαίνω* scripsit Cel. *Irmisch.* ad *Herodian.* I, 4. 1. p. 89.

ΚΥ'ΜΒΑΛΟΝ, *ου*, *τὸ*, *cymbalum*, seu *pelvis concava ænea*, *quæ*, *collisa alii pelvi*, *sonum fundebat musicum*, a κύμβος *cavus*. *Josephus A. J.* VII, c. 12. s. 3. κύμβαλα ἦν πλατέα καὶ μεγάλα χάλκεα. *Hesych.* κύμβαλον· εἶδος ὀργάνου μουσικοῦ. Cf. *Lampe* de Cymbalis Vet. Ultraj. 1703. 12. et *Ellisii* C. de *Cymbalis*, ad calcem Ejusdem Fortuitorum Sacrorum. Rotterod. 1727. 8. Semel legitur in N. T. 1 Cor. XIII, 1. γέγονα κύμβαλον ἀλαλάζον similis essem cymbalo tinnienti, h. e. nihil proficerem omni eloquentia mea et facundia. Cf. *Plinii* H. N. Lib. I, p. 8. ed. *Bipont.* *Xenoph.* de re Equ. I, 3.

ΚΥ'ΜΙΝΟΝ, *ου*, *τὸ*, *cuminum sativum Romanum*, seu *cuminum semine longiore*, ut a Botanicis vocatur, et de herba pariter ac semine usurpatur. Vide *Ol. Celsii* Hierobot. P. I. p. 516. seq. Hebraice dicitur כַּמּוֹן, pro quo Alexandrini hoc Græco usi sunt Ies. XXVIII, 25. 27. Hanc vocem de *re exigua et nullius plane momenti* adhibuerunt Scriptores Græci, teste *Hesychio* (κύμινον· [ita enim loco κύμβινον ex *Photii* Lex. MS. reponendum est] τοῦτο ἐπὶ μικρολόγου ἔταττον) et cumini nimia cura in proverbium abiit et pro indicio hominis illiberalis et sordide parci habita fuit; (conf. *Theophr.* Char. c. 10. *Schol. Aristoph.* ad Vesp. v. 1348. et *Spanhem.* ad *Julian.* Cæs. p. 74.) unde κυμινοπρίστης i. q. φειδωλὸς, ut docuit *Hemsterhus.* ad *Aristoph.* Plut. p. 193. Hinc lucem fœneratur locus Matth. XXIII, 23. ἀποδεκατοῦτε τὸ κύμινον decimatis cuminum. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΥΝΑ'ΡΙΟΝ, *ίου*, *τὸ*, 1. proprie: *catellus*, qui in deliciis est, et a canibus magnis ac molossis distinguitur. Diminutivum a *κύων canis*. *Phrynichus*

p. 76. κυνίδιον λέγε· (*Ælian.* V. H. XIII, 42.) Θεόπομπος δὲ ὁ κωμῳδὸς ἅπαξ που κυνάριον εἶπεν. *Xenoph. Cyrop.* VIII, 4. 9.

2. *canis.* Nam diminutiva apud Græcos sæpe vi omni carent. *Theophrast.* Char. XXI, 1. Quater tantum legitur in N. T. Matth. XV, 26. 27. et Marc. VII, 27. 28. quæ loca explicanda sunt e consuetudine veterum, canis vocabulo designandi hominem abjectum et contemtibilem.

ΚΎΠΡΙΟΣ, ου, ὁ, *Cyprius, ex Cypro oriundus,* vel *Cypri incola,* a Κύπρος, quod vide. Legitur in N. T. Act. IV, 36. XI, 20. et XXI, 16.

ΚΎΠΡΟΣ, ου, ἡ, *Cyprus.* Insula insignis Maris Mediterranei, inter Ciliciam et Syriam sita, quæ ob cœli clementiam et soli fertilitatem olim dicta est *Macaria.* Abundat non solum frumento, oleo et vino generosissimo, sed est etiam ære et gemmis, crystallo maxime atque achate, clara. Olim proprios reges habuit, deinde Venetis paruit, hodie Turcis. Conf. *Cellarii* Geogr. Plen. III, c. 7. §. 4. p. 225. et *Meursii* librum de Cypro. Memoratur in N. T. Act. XI, 19. XIII, 4. XV, 39. XXI, 3. XXVII, 4. Est etiam κύπρος nomen arboris odoriferæ, botrum ferentis, et a qua unguentum cyprinum originem et nomen trahit, cujus mentionem faciunt Alexandrini Cantic. I, 14. IV, 13.

ΚΎΠΤΩ, fut. ύψω, *incurvo me, inclino me, inclinatus et pronus sum.* Legitur in N. T. Marc. I, 7. οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ non sum dignus, qui incurvatus solvam corrigiam calceamentorum ejus. Joh. VIII, 6. ὁ δὲ Ἰησοῦς κάτω κύψας Jesus autem deorsum se incurvans. ibid. v. 8. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro שָׁחָה, Exod. IV, 31. XII, 27. קָדַד *incurvavit verticem,* 1 Regg. I, 16. 31. Nehem. VIII, 6. et גָּהַר *procubuit toto corpore,* 1 Regg. XVIII, 42. *Hesych.* κύπτει· κάμπτει, ἑαυτὸν κλίνει.

ΚΥΡΗΝΑΙΟΣ, αία, ον, *Cyrenæus, Cyrene ortus,* vel *Cyrenes incola,* a Κυρήνη, quod vide. Legitur in N. T. Matth. XXVII, 32. εὗρον ἄνθρωπον Κυρηναῖον invenerunt hominem Cyrenaicum. Marc. XV, 21. Luc. XXIII, 26. Act. VI, 9. τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Κυρηναίων. Scilicet Judæi, qui Cyrenes et in Libyæ Cyrenaicæ, seu pentapolitanæ regionis urbibus sedes suas fixerant, peculiarem synagogam, seu collegium, Hierosolymis habebant, in quam ablegabantur studiorum causa. ibid. XI, 20. Κυρηναῖοι Judæi Cyrenaici. ib. XIII, 1. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΥΡΉΝΗ, ης, ἡ, *Cyrene.* 1. Urbs Africæ celeberrima, metropolis Libyæ Cyrenaicæ, sita inter Ægyptum et Libyam Marmaricam. Scilicet Libya, regio Africæ, dividitur in Libyam superiorem et inferiorem, seu in Libyam *Cyrenaicam* et *Marmaricam.* Libya Cyrenaica dicta est etiam *Pentapolis,* seu *regio pentapolitana,* (conf. *Pomponium Melam* de Situ Orbis I, c. 4. et 8. et ibi Notas *Vossii. Ammian. Marcell.* Lib. XXII, c. 16.) a quinque urbibus scilicet, *Ptolemaide, Arsinoë, Berenice, Apollonia* et *Cyrene,* a qua Cyrenaica dicta est. Urbs Cyrene, cujus etiam *Herodotus* IV, c. 156. 164. et multis aliis in locis mentionem injecit, sic dicta est a *Cyra,* ejusdem regionis fonte, et exstructa est a Batto, Polymnesti filio. Cf. *Schlichthorst.* Geographia Africæ Herodotea p. 139. Semel tantum in N. T. memoratur Act. II, 10. καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην et Libya Cyrenaica, coll. *Josepho* A. J. XIV, 7. 2. et contra Appionem II, 4. e quibus locis apparet, magnum Judæorum numerum a Ptolemæo in Libyam Cyrenaicam per vim abductum fuisse.

2. Fuerunt et aliæ ejusdem nominis urbes: una in Media, cujus mentio fit 2 Regg. XVI, 9. et Amos I, 5. altera in Palæstina, patria Simonis, qui Christi crucem portavit. Matth. XXVII, 32. quam *Sagittarius* in His-

toria Passionis inter Decapoleos civitates recenset.

ΚΥΡΗ΄ΝΙΟΣ, ίου, ὁ. Nomen viri Latinum. Plenum ejus nomen fuit *P. Sulpicius Quirinus*, ut in inscriptione apud *Muratorium* Thes. Nov. p. DCLXXI. et apud *Sueton.* Tiber. c. 49. commemoratur. Teste *Josepho* A. J. XVIII, c. 1. s. 1. fuit senator Romanus, qui, per omnes honorum gradus ad consulatum usque provectus, cum paucis militibus et comite Coponio, viro equestris ordinis, in Syriam missus est a Cæsare, ut jus redderet populo et ut census facultatum ageret. Factus autem est Syriæ præses eo tempore, quo Archelaus ab Augusto in exilium relegatus et Judæa in provinciam Syriæ redacta erat, anno sc. 759. post Romam conditam et 50. imperii Augusti; primus, qui post mortem Agrippæ a. p. U. C. 745. præses Syriæ factus fuit, *Titus*, seu *Titius*. *Joseph.* A. J. XVI, 8. 6. Hunc secuti sunt anno 746. *Saturninus* et *Volumnius*. *Joseph.* A. J. XVI, 9. 1. *Saturnino* successit *Quintilius Varus* anno 750. ib. XVII, 5. 2. Huic vero *Quirinus*, qui semel commemoratur in N. T. Luc. II, 2. de quo adeundus est *P. Horreus* in Proœmio ad Miscellanea Critica. Leovard. 1738. 8.

ΚΥΡΙ΄Α, ας, ἡ, *Cyria*. Nomen proprium fœminæ Christianæ, ad quam Johannes epistolam, quæ in nostris libris secunda est, exaravit. 2 Joh. v. 1. ἐκλεκτῇ Κυρίᾳ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς Cyriæ Christianæ et liberis ejus. ib. v. 5. Non inusitatum autem est hoc nomen proprium, quod in *Gruteri* Inscriptionibus et Martyrologiis, ut Latinum *Cyria* in *Gorii* Inscriptionibus, occurrit. Sed alii, quia κυρία apud Græcos *dominam* significat, fœminam, ad quam Johannes epistolam suam exaravit, honoris causa ita vocatam esse exstimant. Confer *C. A. Kriegelii* Comment. philol. de κυρίᾳ Johannis. Lips. 1758. 4.

ΚΥΡΙΑΚΟ΄Σ, ἡ, ὸν, 1. *dominicus, ad dominum pertinens, a domino originem trahens, domini jussu*, vel *in domini memoriam peragendus*, seu *celebrandus*, a κύριος *dominus*. Quia vero in N. T. Christus κατ᾽ ἐξοχὴν Κύριος vocatur, hinc κυριακὸν est

2. *omne, quod ad Dominum nostrum J. C. pertinet, ab eo originem trahit, aut jussu et in memoriam ejus peragitur*. Sic bis legitur in N. T. 1 Cor. XI, 20. ubi κυριακὸν δεῖπνον cœna dominica est, *sacra cœna*, ita dicta, quia in memoriam et jussu et instituto Christi celebratur. *Alberti* Glossar. N. T. p. 131. κυριακόν· τὸ ἐν ἐκκλησίαις ἄριστον. Apoc. I, 10. ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ die solis, in memoriam resurrectionis J. C. cultui divino loco diei septimi ab apostolis consecrato, qui etiam nunc κατ᾽ ἐξοχὴν *dies dominica* dicitur. *Euseb.* Orat. περὶ τῆς ἡμέρας κυριακῆς p. 2. edit. *Jani*, κυριακὴ ἐκλήθη, ὡς κυρία τῶν ἡμερῶν. πρὸ γὰρ τοῦ δεσποτικοῦ πάθους οὐκ ἐλέγετο κυριακὴ, ἀλλὰ πρώτη ἡμέρα. Vide *Suiceri* Thesaur. Eccles. sub vocibus κυριακὴ, πάσχα, ἡμέρα. *Eichhornius* in Commentario ad h. l. Vol. I. p. 39. ex articulo τῇ conjicit, cogitandum esse h. l. in specie de die dominico paschali.

ΚΥΡΙΕΥ΄Ω, fut. εύσω, 1. proprie: *dominor, auctoritatem et potestatem in aliquem, vel in aliquid habeo et exerceo*, aut *affecto et arrogo*, a κύριος, quod vide. Luc. XXII, 25. οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν gentium reges dominantur iis. Rom. XIV, 9. ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. 2 Cor. I, 24. οὐχ᾽ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως non dico, quod mihi imperium in vos arrogem, quod per me adducti estis ad religionem Christianam. 1 Tim. VI, 15. Κύριος τῶν κυριευόντων Dominus dominorum.

2. metaphorice: *valeo in aliquem, vim meam et potestatem exerceo, valeo, vigeo, obligo*. Rom. VI, 9. θάνατος αὐτοῦ οὐκ ἔτι κυριεύει mors in eum non amplius valet, seu immortalis vivit et in æternum sedet ad dextram Dei. (Conf. Dan. III, 28. VI, 24.) ibid. v. 14. ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει vitiositas in vos nullam potestatem

exercebit, seu vos ad peccandum coget. ibid. VII. 1. ὅτι ὁ νόμος κυριεύει leges matrimonii vim obligandi habere. Hinc νόμοι κύριοι *leges* dicuntur, *quæ adhuc in valore sunt.* Conf. *Elsner.* Obss. Sacr. T. II. p. 33 seq. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΎΡΙΟΣ, ίου, ὁ, 1. generatim *omnem* notat, *qui auctoritatem*, vel *potestatem habet*, sive sit summa et illimitata, sive inferior et limitata, sive sit ratione dignitatis et honoris, sive respectu juris, dominii ac possessionis, a κῦρος *auctoritas.* Discrimen enim, quod *Ammonius* et *Julius Pollux* Onom. I, 1. 1. inter κύριος et δεσπότης posuerunt, nihili est, ut vel exempla docent, a *Reiskio* in Indice Græcitatis Demosthenææ p. 476. copiose collecta. Sic v. c. apud *Xenoph.* de Rep. Laced. IV, 6. occurrit κύριος διαλύειν, h. e. qui habet potestatem dirimendi. ibid. VIII, 4. κύριοι ἐκπράττειν καὶ καταπαῦσαι. ibid. X, 2. κύριοι ἀγῶνος. Idem de Mag. Equit. I, 11. κύριοι τῶν νέων, h. e. parentes, tutores ac curatores. Idem Hist. Gr. II, 2. 7. et 11. κύριος εἰρήνης καὶ πολέμου. ibid. VII, 3. 6. et 7. etc. Hinc in N. T. speciatim

2. Κύριος, vel unde positum, vel addita voce Θεὸς, dicitur *Deus Optimus Maximus*, penes quem summa omnium rerum potestas est, et qui summa gaudet auctoritate et potestate, ad imitationem Hebraici אֲדֹנָי *dominus*, quod etiam Deo tribuitur. Genes. XVIII. 3. 12. XIX, 2. 18. et centum aliis in locis. Matth. IV, 7. οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου. ibid. v. 10. XI, 25. Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς. XXII, 37. 44. εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου. Marc. XII, 36. Luc. XX, 42. Rom. IX, 27. XII, 19. 1 Cor. IV, 19. X, 26. τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ephes. VI, 4. etc. Huc etiam pertinet formula: ἐνώπιον Κυρίου, quæ, substantivis vel adjectivis addita, vim superlativi habet, ad imitationem Hebraicæ לִפְנֵי יְהוָה Genes. X, 9. Luc. I, 15. μέγας ἐνώπιον Κυρίου, h. e. valde insignis, maximopere præstans. Idem valet de genitivo Κυρίου, aliis substantivis adjecto, v. c. Luc. II, 9. δόξα Κυρίου splendor insignis. Pertinet huc etiam locus Act. XVIII, 25. οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου hic bene institutus erat in doctrina divina. In versione Alexandrina permultis in locis respondet Hebraico יְהוָה, Genes. XX, 18. XXI, 1. XXX, 30. XXXII, 9. אֱלֹהִים et אֱלֹהֵי, Job. XIX, 21. XXXIII, 26. אֵל, Job. V, 8. IX, 2. XII, 6. etc. et יָהּ. Ps. CXV, 17. CL, 6. Etiam apud Græcos ὁ Κύριος pro *Deo* dicitur. Vide *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* I, 65. et *Palairet.* Obss. Philol. p. 68. Item *Deæ* vocabantur *Dominæ*, v. c. *Isis* apud *Juvenal.* Sat. VI, v. 529. et *Cybele* apud *Valerium Flacc.* III, 23.

3. Speciatim in N. T. dicitur sic *Christus*, partim ob divinam ejus naturam ac legationem, partim quatenus est *dominus* ecclesiæ Christianæ, et per metonymiam *religio Christiana*, Matth. III, 3. Luc. 1, 43. 76. II, 11. ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος. Hebr. II, 10. Act. IX, 17. 35. οἵτινες ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Κύριον Christiani. 1 Cor. VII, 22. ὁ γὰρ ἐν Κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος qui beneficio Christi servus ad religionem Christianam adductus est. ib. v. 39. μόνον ἐν Κυρίῳ modo Christiano nubat, convenienter præceptis religionis Christianæ. 2 Cor. III. 16. ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον cum accesserint Israëlitæ ad religionem Christianam. ibid. v. 17. ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι, h. e. per Κύριος intelligendum est τὸ Πνεῦμα, religio Christi præstantissima, quæ in sequentibus Πνεῦμα Κυρίου vocatur. ibid. v. 18. τὴν δόξαν Κυρίου præstantiam doctrinæ Christianæ. Ephes. VI. 10. 1 Thess. III, 8. ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν Κυρίῳ etc.

4. *possessor*, *dominus*, *herus*, ratione juris, dominii ac possessionis. Sic κύριος opponitur τοῖς δούλοις, seu οἰκέταις. Matth. VI, 24. X. 24. Ephes.

VI, 5. Coloss. IV, 1. Luc. XIX, 33. *οἱ κύριοι τοῦ πώλου.* Galat. IV, 1. *κύριος πάντων ὢν* quanquam est futurus possessor opum paternarum. Cf. *Palairet.* Obss. Philol. p. 432. et 1 Regg. XVI, 24.

5. *pater.* Matth. XXI, 30. coll. v. 28. Ita אָדוֹן Genes. XXXI, 35. Fortasse huc etiam pertinet formula *ὁ κύριος τῆς οἰκίας paterfamilias.* Marc. XIII, 35. quæ respondet Hebraicæ בַּעַל־הַבַּיִת Exod. XXII, 7. Judd. XIX, 22. Conf. *Menag.* ad *Diog. Laërt.* VI, 39. p. 240. et *Elsner.* Obss. Sacr. T. I. p. 162.

6. *dominus*, ratione honoris ac reverentiæ. Sic maritus dicitur dominus uxoris. 1 Petr. III, 6. Conf. Genes. XVIII, 12. et Ies. LIV, 5. ubi *κύριος* in versione Alexandrina Hebraico בּוֹעַל respondet. Etiam apud Latinos scriptores *mariti* appellantur *domini*, v. c. *Virgil. Æn.* IV, 213. *Ovid. Amor.* II, 2. 32. Vide *Fesselii* Adversaria SS. V, c. 2. p. 427.

7. est *nomen honoris*, quo olim aliquando ignoti, nulla conditionis ratione habita, appellati sunt in congressibus. Joh. IV, 19. XII, 21. XX, 15. Act. XVI, 30. coll. Genes. XIX, 2.

8. *Imperator Romanus, Cæsar Augustus.* Act. XXV, 26. coll. v. 12. et 21. Confer *Spanhem.* de Usu ac Præstantia Numismatum p. 729.

9. *magister, doctor*, i. q. *διδάσκαλος* et *καθηγητὴς*, ad imitationem Hebraici רַב, quod dominum et doctorem notat, quemadmodum e contrario discipuli servorum nomine veniebant. Matth. VII, 21. *οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι κύριε, κύριε* non omnes, qui se meos sectatores et discipulos profitentur. ibid. v. 22. VIII. 25. coll. Marc. IV, 38. Matth. XXI, 3. XXVIII, 6. Joh. XIII, 13, 14. *ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος.* ibid. v. 16. XV, 15. 20. XX, 28. XXI, 7. 2 Regg. II, 3. 5. 16. VI, 5. Interdum reticetur, v. c. Jac. II, 1. ubi ante *τῆς δόξης* supplendum est *Κυρίου*, auctoritate *Cyrilli Alex.* XII, 13. T. I. p. 218. non autem *ἀνδρὸς*, ut visum est *Schoettgenio ad L. Bos.* de Ellips. Gr. p. 20.

ΚΥΡΙΟ΄ΤΗΣ, *τητος, ἡ*, 1. proprie in abstracto: *dominatio, dominatus, summa auctoritas et potestas*, a *κύριος*.

2. in concreto i. q. *κύριος, qui est insigni potestate præditus*, et *in magna dignitate ac honore constitutus.* Sic legitur in N. T. Ephes. I, 21. ubi Christus esse dicitur *ὑπεράνω πάσης κυριότητος*, ubi *κυριότης*, æque ac præcedentia vocabula, *ἀρχὴ, ἐξουσία, δύναμις*, pro concreto *κύριος* positum est, ita, ut ostendatur, nullum eorum, qui in hac rerum natura potentes, illustres et auctoritate insignes sunt et habentur, exclusum esse imperio Christi. Idem valet de loco Coloss. I, 16. 2 Petr. II, 10. commemorantur *κυριότητος καταφρονοῦντες*, h. e. homines, angelos contemnere haud dubitantes. Eorum enim opinio, qui Gnosticos h. l. intelligendos esse arbitrantur, qui obsequium denegabant magistratibus, nec commate 11. nec loco parallelo Jud. v. 8. coll. v. 9. seq. adjuvatur. An vero in utroque loco de principibus geniis malis, aut de angelis generatim sermo sit, historia duce destitutus equidem definire non audeo. Nec satis mihi constat, ad quemnam locorum N. T. hucusque allatorum pertineat glossa *Phavorini* hæc: *κυριότητές εἰσι δυνάμεις ἅγιαι λειτουργικαὶ* Κυρίου.

ΚΥΡΟ΄Ω, *ῶ*, fut. *ώσω*, 1. proprie, sensu physico: *roboro, firmum, robustum facio*, a *κῦρος robur.* Jam cum *κῦρος* etiam *auctoritatem, ratam fidem, edictum* adeo significet, v. c. *Herodot.* VI, 109. *Thucyd.* V, 38. etiam *κυρόω*

2. notat: *auctoritatem do, ratum facio* vel *habeo, sancio.* Sic legitur in N. T. Galat. III, 15. *ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ*, ubi *διαθήκη κεκυρωμένη* vel est testamentum confirmatum et lege ratificatum, vel promissio jurata et solemnis, certa et

rata. Etiam apud Græcos κυροῦσθαι dicuntur *res, quæ lege confirmantur, aut ullo aliquo modo auctoritate publica muniuntur*, v. c. apud *Thucyd.* VIII, c. 69. *Ælian.* V. H. II, 9. XIII, 24. *Hesych.* κυρῶ· βεβαιῶ. *Phavor.* κυροῖ· βεβαιοῖ, πιστοῖ. Conf. etiam Alex. Genes. XXIII, 20. Levit. XXV, 30. et *Aquilæ* reliquias Genes. XXIII, 17. et 1 Sam. XV, 13.

3. *idoneis argumentis aliquid probo.* 2 Cor. II, 8. διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς, κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην quapropter rogo vos, ut publicum ipsi amoris vestri documentum detis, ut certior reddatur de amore vestro. Sæpius non legitur in N. T. Conf. interpretes ad *Thom. Mag.* p. 561.

ΚΥ῎ΩΝ, κυνὸς, ὁ, ἡ, 1. *canis*, sine dubio a κύω *in utero gesto, pario*; est enim animal πολυτόκον. Luc. XVI, 21. ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ canes tantum ulcera ejus lingebant. Huc pertinet locus *Æliani* Hist. Anim. VIII, 9. τρωθέντες δὲ ἔχουσι τὴν γλῶτταν φάρμακον, ᾧπερ οὖν περιλιχμώμενοι τὸ τρωθὲν μέρος, εἰς ὑγιείαν ἐπανάγουσι. 2 Petr. II, 22. κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἔξέραμα canis reversus ad vomitum suum, h. e. canis, quod ipse vomuit, resorbet. Formula proverbialis apud Judæos, de hominibus, ad pristinas sordes ac flagitia redeuntibus, solemnis. Conf. Prov. XXVI, 11. et *Vorstii* Diatriben de Adagiis N. T. c. 4. p. 774. seq. Jam, quia canes inter animalia impura apud Judæos referebantur, etiam κύων metaphorice

2. *hominem profanum et impium* notat. Matth. VII, 6. μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, h. e. ne doctrinam divinam et longe sanctissimam tradite hominibus profanis ac impiis. Apoc. XXII, 15. ἔξω οἱ κύνες, ubi per κύνες intelligendi sunt partim *omnes, a religione Christiana alieni*, (quemadmodum etiam Judæis כְּלָבִים canes omnes illi erant, qui extra ecclesiam Judaicam vivebant. Conf. *Schoettgen.* Hor. Hebr. et Talmud. p. 1145.) partim *peccatorum ac vitiorum sordibus polluti et contaminati.* Speciatim κύων in N. T. dicitur

3. *impudens.* Hinc Philipp. III, 2. doctores judaizantes, impudenter doctrinam suam Christianis obtrudentes, κύνες vocantur. *Hesiod.* Ἔργ. v. 67. κύνεον νόον, ubi *Moschopul.* τὴν κυνὸς δηλονότι ἀναίδειαν ἔχοντα. Adde *Callim.* Hymn. in Cerer. v. 64. *Homer.* Iliad. α΄. v. 225. ibique *Scholion.* λ΄. 362. Odyss. ϱ΄. v. 248. *Hesych.* κύνες· ἀναιδεῖς. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΩ῎ΛΟΝ, ου, τὸ, 1. proprie: *artus corporis, quodvis membrum corporis humani*, speciatim vero *pedes, ossa, crura.* (*Eurip. Phœn.* 1192. ubi vid. *Schol. Apollod.* III, 5. 8.) *Hesych.* κῶλα· πόδες, σκέλη, ὀστᾶ, μέλη, κερκίδες. Conf. *Barnes.* ad *Eurip.* Iphig. in Aulid. v. 614. et *Küster.* ad *Aristoph. Ran.* v. 1400.

2. per synecdochen: *corpus integrum*, etiam *cadaver*, quod Græcis τὸ πτῶμα et σῶμα dicitur. Sic semel legitur in N. T. Hebr. III, 17. ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ quorum corpora conciderunt in desertis, seu, quorum cadavera prociderunt in deserto. Num. XIV, 29. ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ πεσεῖται τὰ κῶλα ὑμῶν, ubi Hebraico פֶּגֶר respondet. Adde Levit. XXVI, 30. 1 Sam. XVII, 46. Ies. LXVI, 24.

ΚΩΛΎΩ, fut. ὑσω, generatim est: *impedio quovis modo, et factis et verbis, quo minus aliquid fiat*, ita, ut mox per *prohibere, inhibere*, mox vero per *vetare, interdicere* et *dissuadere* sit reddendum. Matth. XIX, 14. Marc. IX, 38. 39. X, 14. Luc. VI, 29. καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς ne tunicam quidem denega. ibid. IX, 49, 50. XI, 52. XVIII, 16. XXIII, 2. κωλύοντα dissuadentem. Act. VIII, 36. X, 47. XI, 17. κωλῦσαι τὸν Θεὸν Deo repugnare. ibid. XVI, 6. XXIV, 23. XXVII, 43. ἐκώλυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήματος prohibuit eos ab isto consilio. Rom. I, 13. ἐκωλύθην variis obstaculis impeditus sum. 1 Cor. XIV, 39. καὶ τὸ λαλεῖν γλώσσαις μὴ κωλύετε

et dono linguarum quavis opportunitate oblata bene utamini. Fortasse tamen τὸ κωλύειν rectius per *repudiare, spernere* reddideris. 1 Thess. II, 16. κωλύειν de persecutionibus intelligendum est, quibus Judæi propagationem religionis Christianæ inter Gentiles impedire conabantur. 1 Tim. IV, 3. κωλυόντων interdicentium. Hebr. VII, 23. 2 Petr. II, 16. 3 Joh. v. 10. Sæpius non legitur in N. T. 3 Esdr. VI, 6. Chald. בְּטַל Pah. *cessare fecit, impedivit*, et ib. v. 33. Chald. שְׂנָא *odio persequi.*

ΚΏΜΗ, ης, ἡ, 1. proprie: *vicus, pagus.* Matth. IX, 35. περιῆγεν τὰς πόλεις πάσας καὶ τὰς κώμας. ib. X, 11. XIV, 15. XXI, 2. Marc. VI, 6. 36. 56. VIII, 27. XI, 2. Luc. V, 17. VIII, 1. κατὰ πόλιν καὶ κώμην oppidatim et vicatim. ib. IX, 6. 12. 52. 56. XIII, 22. XVII, 12. XIX, 30. XXIV, 13. 28.

2. *urbs, oppidum minus, sed mœnibus cinctum*, i. q. πόλις. Marc. VIII, 23. et 26. coll. v. 22. Joh. VII, 42. ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαβίδ. ibid. XI, 1. ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας ex urbe Mariæ ac Marthæ. *Syrus:* ܟܦܪܐ. ibid. v. 30. et Luc. X, 38. Alexandrini hac voce usi sunt pro עִיר *urbs, civitas*, 1 Chron. XXVII, 25. Ies. XLII, 11. et קִרְיָת idem. Jerem. XLIX, 25.

3. per metonymiam: *incolæ vicorum et Pagorum.* Act. VIII, 25. πολλάς τε κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσαντο et incolas multorum Samaritanorum vicorum doctrina Christiana imbuerunt. Sæpius non legitur in N. T. *Hesych.* κῶμαι· ἀγυιαὶ, ῥῦμαι. Idem: κώμη· ἄμφοδον, χωρίον.

ΚΩΜΌΠΟΛΙΣ, εως, ἡ, *oppidum rusticanum*, seu *Paganum*, h. e. *oppidum, inter urbes ac vicos medium, mœnibus non cinctum*, i. q. nos dicimus: ein Flecken *a burgh.* In N. T. tantum legitur Marc. I, 38. Multos tales vicos, qui ob amplitudinem et incolarum multitudinem urbibus similes erant et oppida appellabantur, in Galilæa fuisse, tradit *Josephus* de B. J. III, 3. 2.

ΚΩ̃ΜΟΣ, ου, ὁ, *comessatio*, h. e. *convivium luxuriosum, in quo nimio potu ac ciborum usu, jocis ac gestibus impudicis, saltationibus et cantilenis fœdis et ab honestate omni remotis, pudori et sanitati nuntius remittebatur.* Sine dubio nomen habet a κώμη *vicus*, unde κωμάζω *ebrius per vicum discurro.* Solebant enim sodales horum conviviorum luxuriosorum ebrii, coronis redimiti, cum facibus et instrumentis musicis per plateas discursitare et inter lascivas cantilenas et obscœnas saltationes ad amicarum fores concurrere. *Suid.* κῶμοι· ᾠδαὶ, ὀρχήσεις μετὰ μέθης. *Hesych.* κῶμοι· τὰ ἀσελγῆ καὶ πορνικὰ ᾄσματα, συμπόσια, ᾠδαί. *Etym. M.* κῶμός ἐστι μεθυστικὸς αὐλὸς, ἐγχρονίζων οἴνοις καὶ κυμβάλοις καὶ αὐλοῖς, καταθέλγων τοὺς δαιτυμόνας. Plura de hac voce vide apud *Chr. Gottl. Schwarz.* in Diss. de Comessationibus Veterum, Altorf. 1744. 4. *Lamb. Bos.* in Obss. Philol. in N. T. p. 117. et *Alberti* in Obss. Philol. in N. T. p. 330. et ad Glossar. Gr. N. T. p. 112. Ter tantum legitur in N. T. Rom. XIII, 13. μὴ κώμοις καὶ μέθαις. Μέθας et κώμους conjunxit quoque *Dio Cassius* l. LXV, p. 734. Galat. V, 21. 1 Petr. IV, 3. οἰνοφλυγίαις, κώμοις, πότοις. Præterea reperitur Sapient. XIV, 23. 2 Macc. VI, 4. et apud *Aristænetum* I, Ep. 27. II, 20. *Aristoph.* Thesmophor. v. 997. ad quem locum vide *Bourdinum.* Κῶμον bonum olim habuisse significatum, contendit *Henr. a Seelen* in annotatt. in N. T. ex Plutarcho p. 15. et *Spanhemius* ad *Aristoph. Plutum* v. 1041.

ΚΏΝΩΨ, ωπος, ὁ, ἡ, *culex vinarius*, seu *muscæ parvæ, aut vermiculi alati species, qui, in vino acescente natus, eodem alitur et nutritur*, teste *Aristotele* Hist. Anim. V, 19. οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων, οἳ γίνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἰλύος. ibid. IV, 8. A scriptoribus Talmudicis יַבְחוּם voca-

tur, etiam בַּקָּא. Conf. *Buxtorf.* Lex. Talm. p. 342. et 927. et *Vorstium* de Adagiis N. T. cap. III, p. 771. seq. Semel legitur in N. T. Matth. XXIII, 24. *οἱ διϋλίζοντες τὸν κώνωπα* vos culicem vinarium percolatis. De hujus formulæ proverbialis sensu vide dicta ad *διϋλίζω*. Convenit illud proverbium Arabicum apud *Meidanium* 117. يأكل بالفيد ويغتص لبقة *edit elephantem, et suffocatur culice.* De alia vocabuli *κώνωψ* notione exposui in Spicilegio II. Lexici Bieliani p. 114. *Suid. κώνωψ· εἶδος μυίας.*

ΚΩ῀Σ, ῶ, ἡ, vel, ut etiam in libris veterum scribitur, Κόως et Κέως *Cos, Coos, Cous.* Insula maris Ægæi, sive maris Icarii, inter Cycladas celeberrima, quæ nunc *Stancora* appellatur. Pertinet ad Ioniam Asiæ ac vicinæ Cariæ objacet. Celebrata erat apud veteres non solum Æsculapii cultu et Junonis æde, sed etiam Hippocratis (qui hinc *Cous* dicitur,) et Apellis natalibus. Frumento et vino abundat et aëre gaudere dicitur adeo salubri, ut incolæ, nimia senectute confecti, mortem sibi olim cicuta et aliis modis accelerarent. Dicta etiam olim fuit *Meropis*, teste *Suida:* Κῶς· *ἡ νῆσος, ὅθεν Ἱπποκράτης ὁ ἰατρὸς, ἥτις καὶ* Μεροπὶς *λέγεται.* Memoratur semel in N. T. Act. XXI, 1. *εἰς τὴν* Κῶν. Pro accusativo Κῶν habent nonnulli codices Κῶ. Utroque enim modo pronuntiatur, observante *Stephano* et *Erasmo* ad h. l. Cf. *Plin.* H. N. XI, 22. et *Cellarii* Geogr. Antiq. T. II, Lib. 3. c. 2. p. 22.

ΚΩΣΑ᾽Μ, ὁ. *Cosam.* Nomen proprium viri Hebraicum *ἄκλιτον*, significans *divinantem*, a קָסַם *divinavit.* Semel memoratur in N. T. Luc. III, 28.

ΚΩΦΟ᾽Σ, οῦ, ὁ, ἡ, etiam *κωφὸς, ἡ, ὸν*, 1. proprie: *obtusus, hebes*, a *κόπτω*. Sic legitur apud *Homerum* Iliad. λ′. v. 390. *κωφὸν βέλος* telum obtusum.

2. *qui sensum amisit, nihil sentiens*, et de homine: *vitiatus facultate aliqua corporis, debilis, mutilus. Hesych. κωφάν· κωφὴν, ἀναίσθητον. — κωφεῦσαι· ἀναισθητῆσαι. κωφός· ἀσθενής. Homer.* Il. ω′. v. 54. *κωφὴν γαῖαν* terram, nihil sentientem. Conf. *Valckenar.* Anim-advv. ad *Ammonium* Lib. II, c. 14. et *Segaar* Obss. Philol. in Capita XI. priora Evangelii Lucæ p. 38. Hinc speciatim

3. *surdus, qui auditu destituitur*, ita, ut omissum sit *τὰ ὦτα*. Matth. XI, 5. *κωφοὶ ἀκούουσι.* Marc. VII, 32. *κωφὸν μογιλάλον.* ibid. v. 37. Luc. VII, 22. Alex. pro חֵרֵשׁ *surdus* Exod. IV, 11. et Levit. XIX, 14. adhibuerunt. *Homer.* Hymn. in Mercur. v. 92.

4. *mutus, qui loquela destituitur*, ita, ut omissum sit *τὴν γλῶσσαν*; nam, qui surdi nascuntur, etiam muti sunt. Cf. *Jensii* Ferculum Litterar. p. 32. *Hesych. κωφός· οὔτε λαλῶν, οὔτε ἀκούων, ἐννεός.* Matth. IX, 32, 33. XII, 22. XV, 30, 31. Luc. I, 22. XI, 14. Sic Alex. Habac. II, 18. *εἴδωλα κωφὰ*, Hebr. אֱלִילִים אִלְמִים, ubi *Symmachus* habet *ἄλαλα.*

5. *mutum faciens.* Luc. XI, 14. *καὶ αὐτὸ* (scil. *δαιμόνιον*) *ἦν κωφὸν* et illud dæmonium mutum reddiderat hominem. Sequitur enim: *τοῦ δαιμονίου ἐξελθόντος ἐλάλησεν ὁ κωφός.*

6. *surdum reddens.* Marc. IX, 25. *τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφόν.* Sæpius non legitur in N. T.

FINIS VOLUMINIS PRIMI.

Excudebant Andreas et Jacobus Duncan,
Academiæ Glasguensis Typographi, 1817.

10384

LaGr.D
S343n.3

Schleusner, Johann Friedrich
Novum lexicon graeco-latinum in Novum Testamentum; ed. by Smith and others. Ed.5. Vol.1.

University of Toronto Library

DO NOT REMOVE THE CARD FROM THIS POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED